
13
25 I
2

AD CLEMENTEM VIII. PONT. MAX.

BARTHOLOMÆI VGOLINI IVRISCONS. ex Monte Scutulo, ac Barbiani Archipresbyteri

De Censuris Ecclesiasticis,

IDEST

DE { EXCOMMVNICATIONE. SVSPENSIONE. INTERDICTO. } Tractatus, ac

Tabulæ ad Forum Conscientiæ, Pontificium, ac Ciuile perutiles, nunc primum in lucem editæ.





BONONIAE, Apud Ioannem Rossium. MDXCIIII.

Curiæ Archiepisc. & S. Inquisit. concessu.



CLEMENTI VIII. PONT. MAX.





ON sum veritus, BEATISSIME PATER, *cùm librum hunc de Censuris Ecclesiasticis in lucem edendum mihi proposui, eum tibi dicatum sub tuo gloriosissimo nomine peruulgare. Nam, mitto* ALDOBRANDINAM *Familiam de literis benemeritam esse; quod testantur publica gymnasia, quæ, vbi ius ciuile floret,* SYLVESTRI ALDOBRANDINI *Patris tui Iurisconsulti celeberrimi nomen personant; testantur eiusdem, quæ circumferuntur, de iure ciuili luculenta scripta. Tu tuis eximijs animi dotibus, singularibus virtutibus, amplißimis dignitatum gradibus, maximis honoribus tantum profecisti, vt* ALDOBRANDINAE *Familiæ nomen, famam longè, latèq; produxeris, atq; omnium maximè illustraueris. Etenim, prætereo multa, & quòd à Sisto V. fel. mem. in Sacrosanctum Collegium Cardinalium cooptatus tumultus maximos in Polonia excitatos tu ibi Legatus tua singulari prudentia, grauißimo iudicio, præstanti solertia, summa omnium admiratione, ac commendatione sedasti, ac sustulisti, nouißimè summa Dei Opt. Max. Prouidentia altißimum* PONTIFICIAE *dignitatis gradum assecutus eam opinionem apud omnes de te statim concitasti, eam spem dedisti, vt vniuersi Ecclesiam aliquando per te pristinam suam gloriam, pristinumq; splendorem recuperaturam sperent. Nanque nouit iam quisq; studium tuum, animi tui solicitudinem, qua ad deligendos ad Ecclesiam Dei gubernandam ministros adhibes. Nouit quisque tuas vigilias, labores tuos, quò ab Ecclesia ignorantiam errorum seminarium,*

rium, exturbes, radicitus euellas. Verè apud animum tuum Zelus domus Dei residere videtur; iusta eiusdem, quæ apud Prophetam est, in imperitos Ecclesiæ ministros indignatio Quia scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Quare, cùm ab ea familia ortus sis, quæ literarum studiosa maximè fuit, Tu tu optimas artes, ius Pontificium, ac ciuile in primis excolueris, literarum, virtutumq; studiosos foueris; cuius animi tui hucusq; non pauca signa dedisti, cur hosce meos labores, qui propensi erga virtutes animi mei indicia quædam sunt, tibi dicare, consecrareq; dubitarem? Accedit, quòd ea de re agitur, de censuris inquam ecclesiasticis; quæ, quod ipse studes, ad continendos in officio Christi fideles, ad contumacesq; coercendos pertinent. Accipe igitur BEATISSIME PATER *læto animo, benignoq; vultu munus hoc meum ex meis studijs profectum, leue quidem, ac minimum, at summæ obseruantiæ erga te meæ argumentum. Nam sic animum mihi dabis, quò post hac maiora, grauioraq; possim, vt accuratiùs, studiosiusq;, si vita contigerit, elaborem.*

Barbiani 3. Cal. Ianuarij. *MDXCIIII.*

Sanctitatis vestræ,

& eius præstantissimarum virtutum

Studiosissimus

Bartholomæus Vgolinus.

Procemium ad Lectorem.



NON me latet, humanissime Lector, quosdam fortasse labores hosce meos improbaturos, admiraturosq; esse; cùm viderint me, qui neq; doctrinæ vsu satis, ingenio parum possum, de censuris, in quibus tot doctissimi viri elaborarunt, agere voluisse. Verùm, si propositi huiusce mei rationem rectà perpenderint, & mirari desinent, & consilium hoc meum fortasse commendabunt. Ego, humanissimè Lector, statim atq; pontificij, ciuilisq; iuris insignia Bononiæ accepi, promouente me ad eius dignitatis gradum Illustrissimo, ac Reuerendissimo Cardinali Gabriele Paleotto Bononiensi Archiepiscopo, cuius summa prudentia, vitæq; sanctitate maxima omnium admiratione Bononiensis ecclesia gubernatur, & singularem eius doctrinam cum summa pietate coniunctam ab eodem scripta peruulgata testantur; ego, inquam, tanto auctore, in tanta vrbe doctoratus insignia adeptus, ne eo gradu, eius principis viri auctoritate, vrbis amplitudine, indignus haberer, summè elaborandum mihi censui. Quare, quòd sacri ordinis susceptione ad inseruiendum Deo me dicaui, commentarios quosdam de sacramentis confeci, & eos Sisto V. fel. memor. dicatos peruulgaui; à quo etiam benignè, ac liberaliter acceptus, & ad huiusmodi studia excolenda magis, magisq; inuitatus, sicut etiam à Serenissimo Principe Francisco Maria II. Feltrio de Ruere, Vrbini Duce VI. qui tantus Princeps cùm in omni scientiarum genere paucos sui pares, superiorem neminem habet, tum tempestate nostra alter Mecenas est, animum ad censuras ecclesiasticas pertractandas appuli. Id quod eo libentiùs feci, & quòd earum cognitio ad forum conscientiæ perutilis, ac pernecessaria est; & quòd ad eos, qui in Pontificio, ciuiliq; foro versantur, non minimùm pertinet, & est accommodata. Verùm, quòd animaduerti quamplures, tam veteres, quàm recentiores rem hanc pertractasse, ne actum agerem, aliam rationem, atq; ipsi, ineundam mihi statui; nam, quotquot scripserunt, vniuersi ferè in hoc in primis elaborarunt, vt excommunicationes, ac reliquas censuras, quæ in iure habentur, explicarent. Ego autem, ea tractatione omissa, aliamq; sequutus, cuiusq; censuræ naturam cùm generatim, tùm speciatim contemplandam mihi proposui. Nam, esto, alij id conati sint, partim tamen volentes, vt opinor, multa prætermiserunt, partim ordinem non curantes eam rem confusè tractarunt; partim, quæ communia omnibus censuris sunt, excommunicationi propemodum vniuersa consultò fortasse tribuerunt. De Censuris Ecclesiasticis igitur per se, ac secundum earum naturam agendum, non censuras à iure latas interpretandas mihi sumpsi. Verùm, quòd censuræ species tres nume-


rantur, Excommunicatio, Interdictum, ac Suspensio, ac propterea commune genus habent, quamobrem in multis generis ratione conueniunt, sicuti speciei nomine in pluribus differunt; ideo priùs generatim de ipsis, quò constet, in quibus conueniant; deinceps speciatim de singulis, quò, inter se qua ratione differant, appareat, singularumq; natura magis, magisq; conspicatur, egi. Atqui, quòd, ne confusio inesset, summè caui, ob eam rem ordinem à me aliàs ad sacramentorum commentarios conscribendos adhibitum & huc adhibui. Nam, proposito priùs, vnde iurisdictionis potestas hæc in ecclesiam Dei profecta sit, primò de ijs egi, qui censuras ferre, latasq; tollere possunt, & hos efficientem causam appellaui. Deinde de effectibus earundem quibuscunq;, quos finem nominaui. Tertiò de ijs, qui censura irretiri possunt, & qua ratione irretiri absoluantur, & hos materiam circa quam vocaui. Quartò de modo tam necessario, quàm non necessario, qui cùm ad censuras ferendas, tum ad easdem latas tollendas, adhibetur, & hunc formam dixi. Adiectis non nullis, quæ circa propositas causas contingunt, quæ vt ipsarum causarum accidentia posui. Postremò, vt quæ in hoc opere à me tractantur, palàm, & ob oculos proposita, ac breuiter explicata conspicerentur, simulq; in his tractandis rebus, quæ inita ratio est, vt faciliùs etiam dignosceretur, Tabulas quasdam mihi conformaui & singulis partibus huiusce tractationis proposui. Hac enim ratione fieri posse censui, vt vna quæq; res suo loco pertractaretur, & confusio nunquam mihi amica vitaretur. Ad summam ordinem, vno excepto, & huc adhibui, qui olim ad sacramenta pertractanda à me adhibitus est; nam ibi disputationes omisi, hìc verò singula propemodum in controuersiam vocata disputaui, & aliorum sententijs modò refellendis, modò comprobandis, vt ratio mihi suadebat, lectorem dubium non reliqui. Postremò, quòd nihil prætermittere volui, quò minùs, quantum in me erat, opus hoc absolutum redderetur, scripta hæc cum doctissimis viris, quorum iam diù spectata virtus, ac doctrina multis est, & fides mihi nota, sępissimè contuli. Nam, præterquam quod cum Ioanne Baptista fratre meo amantissimo ob eximiam eius in iure Pontificio, ac ciuili scientiam, causarumq; in iudicijs defendendarum patroni partes agendo plurimum vsum, ac peritiam difficultates sæpius contuli; id quod & egi cum Ioan. Matthęo altero fratre meo suauissimo, Phylosopho doctissimo, ac Mis̃ani Archibresbytero, qui adhuc in florentis ætatis suæ annis non doctrinæ modò, sed pietatis signa multa dedit, statim atq; Imolam sum profectus (in cuius diœcesi S. Stephani Protomartyris ecclesia gubernanda à Sisto V. mihi credita est) & perbenignè acceptus ab Alexādro Musotto Perillustri, ac Reuerendissimo eius ciuitatis Episcopo, cuius singulari prudentia, præstanti doctrina, magna vigilantia Imolensis ecclesia sanctissimè, ac felicissimè gubernatur; & inde Barbianū. Reuer. admodū Pater Ioannes Bonellus in sacris literis

diù,

diu, multùmq; versatus, atq; omni liberali doctrina politissimus, vitæ moribus, sanctitateq; preclarus, sanctissimæq; Inquisitionis Lugi Vicarius hunc meum librum pro summa, qua preditus est, humanitate & totum legit, & ei se adscribere non recusauit. Bononiæ verò, vbi ab Illustri Angelo Blanchino, Blanchinæ familiæ ornamento benignè, ac liberaliter fui acceptus, cuius bonitatis, summæq; erga me benignitatis memoriam nulla vnquam obliuio delebit, R. admodum Magister Ioan. Antonius Spadinus Theologus celeberrimus, & Generalis Bononiæ Inquisitor prudentissimus eo, quo valet, ingenio, ea spectata doctrina, accurataq; diligentia, quæ omnibus nota, non ex officio tantùm, sed summa, qua preditus est, bonitate studiosissimè scripta hæc rimatus libentissimè admisit, &, vt in lucem ederentur, suo iudicio comprobauit. Perillust. demũ Angelus Spanocchius, qui ĩ celeberrimis Italiæ scholis Ius ciuile multos iam annos summa cum laude est interpretatus, & in eo munere obeundo nunc in Florentissimo Bononiensi Gymnasio iurisconsultorum Princeps principem locum tenet, eiusq; fama longè, lateq; peruagata est, Perillustris inquam tantus vir, cùm ad eum librum misissem, ipsum aspernatus non est, nec, quod eius ad me missæ literæ testantur, improbauit. Quare, cùm scripta hęc à tot, tantisq; viris non improbari viderem, non dubitaui, quò pro viribus alijs prodessem, ea in lucem edere, atq; peruulgare. Benigno igitur vultu humanissime lector labores hosce meos accipies; atq; posthac, si vita mihi contigerit, vberiores expectabis. Vale.

ANGELVS SPANNOCCHIVS
I. V. D. SENENSIS

I. V. D. BARTHOLOMAEO VGOLINO Archipresbytero Barbiani. S. D.



CCEPI gratissimum abs te munus, librum quippè tuum de Censuris: legi magna ex parte, probauiq; ; cur autem in tuo iudicio non acquiescerem, qui secasti hos fluctus? & rerum Ecclesiasticarum Pelagus enatasti? Perge, Perge; malè cępisses, si hìc desineres. Saluam tantùm (quod est in prouerbio) nobis mouisti; exple desiderium vberiori mensa. Interim & ego pergam legendo, confidoq; labores tuos mihi fore vsui, si Deus volet; peritiam enim harum rerum tibi ingenuit ipse vsus. Vale, meq; , vt facis, ama.

Datum Bononiæ XV. Octob. MDXCIII.



ANGELVS SPANNOCCHIVS
I. V. D. SENENSIS

I. V. D. BARTHOLOMAEO VGOLINO Archipresbytero Barbiani. S. D.



IBRVM abs te absolutum perlegi quidem tardiùs, sed diligentiùs. Noto sententias, laudo copiam, miror methodum; scriptio vniuersa talis est, quæ imitanda, non immutanda videatur; deniquè de Censuris est sine censura. Agnoueram ego sanè leonem ex vnguibus primo affatu; mox tractaui suauiùs; ad extremum non mutauit affectum, sed auxit. Habent inibi Docti, quod deglutiant; non habent indocti, quod mordeant.

Datum Bononiæ. XXVIII. Nouemb. MDXCIII.

INDEX RERVM, QVÆ IN HOC OPERE notatu digna in primis sunt.



Vicarius

Alius

INDEX:

Arbiter

INDEX.

Citatus

INDEX.

tum

D



Obla-

O

Pœni-

Quere-

Q

R

S

Serui

INSCRI-

Inſcriptio capitum eorum, de quibus in hoc opere agitur.

Tabula Censuræ Ecclesiasticæ.

- *Censura ecclef. cognitio habetur cognitis ipsius &*
  - *Causis, quarum alia dicitur*
    - *Efficiens, cuius alia est*
      - *Diuina, Christus D. cap. 1.*
      - *Humana, cuius alia est*
        - *cap. 2. Homo, in quo alia insunt ad eã*
          - *Ferendam, quorũ alia sunt*
            - *Necessaria. §. Vt viuat. §. Rationis vsum habeat. §. Velit. §. Possit. §. Sanat. §. Vir [illegible] quis cẽ, [illegible] §. Baptizatus. §. Clericus §. Iurisdictionem habeat. § Ecclesiasticam. §. Fori [illegible]. §. Aut ordinariam, delegatam ve. §. Saltem opinione. §. Non impeditam quò ad vsum. §. Ne in propria causa censuram ferat.*
            - *Non necessaria. Ne occulte censura irretitus sit cap. 3. §. Iustè, riteq; vt eam ferat.*
          - *Tollendam, quorũ alia sunt*
            - *Necessaria, ea omnia, quæ ad eam ferendã necessariò requiruntur postrema excepto cap. 4. vbi habetur, qui absoluunt. speciatim.*
            - *Non necessaria, eadem, quæ requiruntur, non tamen necessariò ad eam ferendam. Vt gratis absoluat cap. 5. Hæc requiruntur etiam, vbi ab vniuersitate fertur. præter ea, quæ habetur cap. 6.*
        - *Lex cap. 9. cui hæc inesse debẽt, vt ab eo lata sit, qui potest. §. de re ad eius latorẽ spectãte. §. subiectos obliget. §. in territorio. §. de futuris lata. §. latæ sententiæ sit. §. promulgata. §. scita. §. recepta. §. non abrogata. § nõ suspensa §. extrinsecus offensa. §. re ipsa offensa sit. Quæ tollitur ab his qui habẽtur in c. 10.*
    - *Finis seu effectus, q habentur partim in vita*
      - *Hæc, quorum alij sunt*
        - *Per se Dei honos cap. 11. Contumaciæ compressio cap. 12. Spiritualium vsus priuatio cap. 13.*
        - *Per accidens cap. 14. Censuram contemnens peccat. §. irregularis aliquando fit. Effectus alij etiam sunt in eod ca.*
      - *Alia, quorũ alius ẽ*
        - *Per se, æternæ vitæ præstatio.*
        - *Per accidens, Ad æternam mortem damnatio.*
        - (both: *cap. 15.*)
    - *Materia, cuius alia est*
      - *Genus. s. pœna cap. 16. §. spiritualis. §. fori exterioris ecclesiæ. §. iterabilis. §. ad tempus sæpius fertur.*
      - *cap. 17. Circa quã Homo, in quo alia insũt, quæ*
        - *Obligetur, quæ sunt.*
          - *Necessaria. Vt viuat. §. rõnis vsum habeat. §. certus sit. §. christianus. §. alius à censurã ferente cũ seq.*
          - *Non necessaria cap. 18. Vt admoneatur. §. ipsemet. §. ter. §. verus contumax sit. §. accusatus de contumacia.*
        - *cap. 19. Absoluatur, quæ sunt.*
          - *Necessaria, Vacat.*
          - *Non necessaria, Vt viuat. §. præsens adsit. §. absolui velit. §. absolutionem petat. §. censuræ causam explicet cum seq.*
    - *Forma, cuius alia est cẽsura*
      - *Ferendæ, cuius alia est*
        - *cap. 20. Necessaris Verba etc. ĩ quæ insunt.*
          - *Necessariò. §. vt exprimatur. §. verbis. §. certis. §. quibus censuram ferri significetur. §. comprehendatur etiam is, in quem fertur eod. cap.*
          - *cap. 21. Non necessariò reliqua omnia.*
        - *Non necessaria, Vt sententia scribatur. §. de scripto feratur. §. censura irretitus denuncietur.*
      - *Tollẽdæ, cuius alia est*
        - *cap. 22. Necessaria Verba etc. ĩ qua insunt.*
          - *Necessariò eadem, quæ ad censuram ferendam postulantur.*
          - *Non necessariò, reliqua omnia, de quibus cap. 23.*
        - *Non necessaria Vt absolutus denuncietur cap. 24.*
  - *Accidentib. q̃ ab ipsis causis emanãt, atq; aut*
    - *Ab efficiente Vaca. A fine cap. 25. A materia Diuisio in excommunicationem, suspensionem, & interdictum cap. 26. A forma cap. 27.*

BARTHOLOMAEI VGOLINI EX MONTE SCVTVLO IVRISCONS. AC BARBIANI ARCHIPRESBYTERI.

De Censura Ecclesiastica genere. Tab. I.

De Christo D. efficiente causa diuina censuræ Eccl. Cap. I.

SVMMA.

1 *Christus D. causa efficiens diuinæ censuræ Ecclesiasticæ est.*
2 *Christus D. potestatem, ac iurisdictionem fori contentiosi Ecclesiæ tribuit.*
3 *Iurisdictionis fori contentiosi potestas quibus hominibus data sit.*
4 *Potestas iurisdictionis fori contentiosi diuina est, & humana dici potest.*
5 *Censura Ecclesiastica de iure diuino est, & qua ratione.*



QVONIAM de Excommunicatione, Suspensione, atq; Interdicto censuræ Ecclesiasticæ speciebus ob rationes proximè allatas agendū mihi proposui; atque, cognita ipsius censuræ natura harum pœnarum generis, cùm earum plurima cognitio habebitur, tum qua ratione inter se conueniant, facillimè dijudicabitur; ideo primùm de censura Ecclesiastica genere, deinceps de ipsius propositis speciebus sigillatim agam: id quod eo libentius facio; quòd hac ratione, quæ communia eius vniuersis speciebus sunt, hic explicaris, infra deinceps, vbi eædem species singulæ à me separatim explicabuntur, communia hæc breuiter percurrens in ijs, quæ propria magis singularum specierum sunt, in primis versabor. Vt rem igitur aggrediar, ne ab ordine antea mihi propo-sito discedam, de causa efficiente censuræ Ecclesiasticæ primò; deinceps de ipsius effectibus; tertiò de eiusdem materia, atque forma; postremò de accidentibus, quæ ab ipsis causis effluunt, pertractabo. Et quoniam censuræ Ecclesiasticæ causa efficiens bipertita est diuina, & humana; atq; diuina præstantior, potiorq; est ipsa humana; ideo prius de causa efficiente diuina, ac de
1 humana posterius agamus. † Causa igitur efficiens diuina censuræ Ecclesiasticæ Christus Dominus est; nam censuræ potestas ad iurisdictionem fori contentiosi pertinet, vt probauimus
2 cap. 2. §. 11. & §. 19. cum seq. in hac tab. † at potestatem hanc Christus Dñs hominibus tribuit verbis illis, quæ habentur apud Matth. cap. 18. Quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo; & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo, vt diuinarum rerum scriptores communiter interpretantur Sot. dist. 22. q. 1. art. 1. concl. 1. in 2. arg. vers. Hanc autem, & q. 2. art. 1. concl. 1. vers. Secundò. lib. 4. & Vig. cap. 16. §. 6. vers. 12. ibi De hac claue, & Alfons. de Cast. aduersus hæreses omnes, in verb. Excommunicatio. lib. 6. & Iacob. de Graff. cap. 1. nu. 9. lib. 4. decis. cas. consc. & Ludou. Maioran. in suo Clyp. milit. Eccl. cap. 7. in verb. Excommunicationem fieri autoritate Christi lib. 2. & Franc. à Vict. in summ. de clauibus concl. 1. vers. Potestatem autem iurisdictionis; si ergo Christus, qui & Deus est, potestatem hanc hominibus condonauit, meritò efficiens causa, eademq; diuina est, ac dici debet; hinc Chrysost. relatus in c. nemo contemnat. 11. q. 3. Nemo contemnat, inquit hac de re agens, Ecclesiastica vincula; non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris. Hæc Chrysost. si Christus igitur est, qui ligat per censuram; & qui potestatem hanc hominibus tribuit, quin efficiens causa, eademq; diuina fiet, nemo iure negabit.
3 † Verùm quibus potestatem hanc Christus dominus dedit? præ omnibus, atq; in primis Petro, ac successoribus eius, vt dicitur in c. legatur. 24. q. 2. & in c. quodcunq; eadem q. 1. & in §. sed aliud est. dist. 20. & in c. solitæ. propè fin. de maiorit. & obed. & in c. 2. vers. Nos itaq;. de re iudic. lib. 6. & in Extrau. vnam sanctam. §. est autem hæc autoritas, & ibi notat glos. de maior. & obed. & in c. audiuimus. §. 1, 24. q. 1. & dist. 21. in initio vers. Petrum verò, & in c. in nouo. dist. eadem.

 Secun-

Secundo loco potestatem hanc Christus dominus alijs Apostolis condonauit, vt habetur apud Matth. eod. cap. 18. ibi. Quæcunque ligaueritis, &c. non enim tunc Petrum tantùm alloquebatur, sed vniuersos Apostolos; id quod plurium numerus declarat; atque idcirco in Apostolis potestatem hanc Episcopis tradidit, in quorum Apostolorum locum Episcopi suffecti sunt, vt dicitur in eod. cap. in nouo dist. 21. atq; sic asseruit Sot. dist. 22. q. 2. art. 1. cōcl. 1. vers. Secundò id probatur. lib. 4. idem habet in cit. c. audiuimus. §. fin aūt ibi. Vnde cùm omnibus Discipulis 24. q. 1. & in eod. c. quodcunq;, & in citat. c. in nouo, idē sensit Nauar. in cap. inter verba. prælud. 3. nu. 4. 11. q. 3. In primis igitur, ac præ omnibus Petro, eiusq; successoribus, deinceps, ac secundo loco alijs Episcopis inferioribus Ecclesiæ præsidibus potestatem hanc Christus dominus condonauit; idq; iure meritò, nam Petrus vniuersalis Ecclesiæ caput constitutus, & in plenitudinem potestatis vocatus fuit; reliqui verò Apostoli in partem tantùm, vt probatur in c. qui se scit. 2. q. 2. & in c. ad honorem. de autoritate, & vsu palij. Potestatem igitur iurisdictionis fori
4 contentiosi, atq; idcirco censuræ huiusmodi Ecclesia à Christo domino habuit. † Quare & diuina, & humana dici potest; diuina, quòd à Christo, qui & Deus erat, Ecclesiæ tributa est; humana, vel quòd hominibus est tributa, vel quòd per homines exercetur, vt dicitur in cit. Extrau. vnam sanctam; Est autem hæc autoritas; dicitur enim ibi hac de re, & si data sit homini, & exerceatur per hominem, non humana, sed potius diuina, ore diuino Petro data, & suis successoribus in ipso, quem confessus fuit petra firmata, dicente Domino ipsi Petro; Quodcunq; li-
5 gaueris, &c. hæc ibi; & facit etiam, quod gloss. ibid. not. † Censura Ecclesiastica igitur respectu habito ad eum, qui potestatem eius tribuit, de iure diuino est, vt id etiam asseruit Sot. dist. 22. q. 1. art. 1. vers. Ex his autem occasio sumitur interrogandi, vtrum excommunicatio sit de iure diuino, ibi sed tamē Ecclesia. lib. 4. atqui de causa huiusmodi satis, ad humanam transeamus.

De homine efficiente causa humana censuræ Ecclesiasticæ; & de ijs, quæ ad eam ferendam necessariò inesse ipsi debent. Cap. II.

SVMMA.

1 *Ecclesia censuræ ferendæ modos qua ratione instituerit.*

2 *Censura Ecclesiastica de iure positiuo est, & qua ratione.*

1 EFFICIENS causa humana verò † Homo est; nam Ecclesia potestate ipsi à Christo domino tradita, cēsuræ modos hac ratione instituit, ac declarauit; etenim, & si Christus potestatem hominibus iurisdictionis fori contentiosi tribuit, vt proximè probauimus, non tamen pœnas eiusmodi ipse expressè constituit, vt scilicet per excommunicationem quis communione Sacramentorum, & hominum priuaretur; per suspensionem à functionibus Ecclesiæ arceretur; per interdictum deniq; à diuinis remoueret; sed Ecclesia ipsa hos puniendi modos à Spiritu sancto edocta ex Christi verbis expressit, atq; explicauit, vt de excommunicatione dixit Sot. dist. 22. q. 1. art. 1. vers. Ex his autem occasio sumitur. lib. 4. Verùm non est opinio vera, ait enim ibi, quoniam secundum formam, quæ est in vsu Ecclesiæ, nemo est in Euangelio excommunicatus; & ideo respondetur, quòd potestas quidem excommunicandi iure diuino tradita est Ecclesiæ, vt allegatis locis monstratū est; attamen forma ipsa, & effectus, scilicet priuare hominem participatione Sacramentorum, & suffragijs, & orationibus, non est expressus in Euangelio; quia Christus sub hoc nomine neminem excommunicare iussit; sed tamen Ecclesia eandem potestatem sibi diuinitus concessam optimè sic interpretata est; & ideò vsus excommunicandi, quem Ecclesia seruat, hac ratione est de iure diuino, quòd habet fundamentum in Euangelio. hæc ibi Sot. ex quibus manifestò patet, excommunicandi modum, idest ratione hac priuandi quem communione Sacramentorum, & hominum, & ob eandem rem per suspensionem à functionibus Ecclesiæ arcendi, & per interdictum à diuinis amouendi, Ecclesiam ex Christi verbis (vt diximus) expressisse, atq; explicas-
2 se: † postremò censuras de iure positiuo esse iuris Pontificij interpretes communiter concludunt, & Lap. alleg. 47. nu. 2. ergo, ex quo de iure positiuo esse nequeunt, quatenus pertinet ad potestatē, quæ à Christo domino tributa est, quò ad modos de iure positiuo esse, vt proximè dixi, fateamur, oportet; hinc secundum regulas iuris Pontificij de ipsis iudicandum, & si obscuræ sint

ræ sint, glossis non improbatis eiusdem standum esse dixit Lap. eod. Ecclesia igitur hac ratione efficiens causa censuræ Ecclesiasticæ est; & hac eadem ratione censura Ecclesiastica de iure positiuo esse dicitur; quamuis, vbi primùm Ecclesia censuras instituerit, pro certo non habeatur; & si D. Paulus plures excõmunicauit, vt probauimus cap. vlt. n. 3. Tab. 2. sed de hoc iam satis, ad eos, qui censuras ferre queunt, iã transeamus; hi etenim censuræ Ecclesiasticæ efficiens cã sunt.

S V M M A.

1 Homo, & ius censuras ferre potest; & an verum hoc sit.
2 Collegiũ Ecclesiasticũ censuram ferre potest.
3 Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Sede vacante censuras ferre potest.
4 Homo per sententiam, & per legem, censuras ferre potest.
5 Angeli, ac dæmones censuras ferre nequeunt.

I.

1 §. † Efficiens causa censuræ ferendæ tandem, idest is, qui censuram ferre potest, † Homo scilicet, & Ius, est, vt DD. communiter concludunt; De excommunicatione Innoc. in c. 1. de sent. excom. & Host. in summ. vers. Quis possit excommunicare, vers. Nedum autem ius. de sent. excom. & Goff. in summ. eod. nu. 2. & Abb. in Rub. in prin. eod. & Archiep. Flor. in tract. de Censur. cap. 75. incip. Excommunicationis efficiens causa, & Io. de Lig. in tract. de Censur. Eccl. §. quartus iunct. §. octauus, & Syl. in verb. excommunicatio. 1. nu. 5. De suspensione Abb. in c. fi. nu. 4. de cler. excom. min. & in c. cùm bonæ. nu. 4. de ætat. & qualit. & gloss. in Clem. cupientes. in verb. suspensi, prop. fin. de pœn. & in c. Apostolicæ. de except. & Archiep. Florẽ. eod. de suspens. cap. 2. & Caiet. in summ. in verb. suspensio, & Angel. eod. 1. & Syl. eod. 1. & Tab. eod. nu. 8. Et de interdicto Phil. Franc. in c. fin. vers. Quartò not. de sent. excom. lib. 6. & Cald. in tract. de interd. Eccl. in 1. par. vers. Sed quæritur ibi de tertio membro; & ad summam vna, consentiensq; omnium opinio hæc est, vt ab homine, à iureq; tantùm censura Ecclesiastica feratur. Contra
2 quam tamen opinionem duo facere videntur; primum, quòd diuisio illa perfecta non est; † nam Collegium Ecclesiasticum, vt Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, nec ius est, vt hoc per se patet; nec homo; tum quòd hominis definitio ei non conuenit; tum quòd, & si vtrumq; corpus est, differunt tamen inter se, vt docuit Iureconsultus in l. rerum mixtura. §. tria autem genera. ff. de vsucap. & tamen à Collegio itidem censura fertur, vt probatur in c. graue nimis. de præbẽ. & in c. vn. de maior. & obed. lib. 6. & in Clemen. 1. vers. Quod etiam in interdictis. de sentẽ. excomm.
3 † hinc gloss. in c. his, quæ. in vers. Pro bono pacis de maiorit. & obedien. Ecclesia vacante ipsius Capitulum iudicare, absoluere, & excommunicare posse comprobauit; idem asseruit Bellem. concl. 244. de dolo, & contum. & Cald. in tract. de Eccl. interd. in tertio memb. principali. vers. Si quæratur an vacante Sede; & pluribus id egit Ioan. Franc. de Pauinis in tract. de offic. & potest. Cap. sede vac. q. 6. 2. par. princip. & facit c. vn. de maiorit. & obed. lib. 6. & c. 3. cum sequen. de suppl. negl. prælat. eod. lib. & c. vn. ne sed. vac. eod. lib. ergò diuisio hæc perfecta non est, sed manca, vt ex dictis patet. Postrèmum contra eandem opinionem facit, quòd nec vera videtur; nam censura, quæ per sententiam fertur, ab homine lata propterea dicitur; quoniam ipse homo sententiam profert; ergo &, quæ à iure fertur, quoniam ab homine ius constituitur, non à iure, sed ab homine illam ferri dicendum esse videtur, arg. c. cùm dilecta. de confirm. vtil. vel
4 inutil. & l. illud. ff. ad leg. Aquil. † rectius igitur mea sententia dictum esset, censuram Ecclesiasticam, & ab homine, & ab vniuersitate ferri, & ab vtroq; aut per sententiam, aut per cõstitutionem; communi tamen opinione stante, vt censura Ecclesiastica & ab homine, & à iure feratur; de homine hic primò agamus. Homo igitur censuram ferre potest; nam, præterquam quòd citati autores proximè id asserunt, & vniuersi denique, qui hac de re piè conscripserunt; rationibus quoq; idem comprobatur; nam primò potestas hæc ad iurisdictionem fori exterioris Ecclesiæ pertinet, vt probauimus hoc cap. §. 11. iunct. §. 19. cum seq. at Apostolis, & ob eam rem hominibus potestas hæc à Christo domino tributa est, vt asseruimus antea cap. 1. ergo ipse censuram ferre potest; postremò potestas hæc ab hominibus, & in homines tantùm exercetur, vt dicitur in Extrauagan. 1. §. est autem hæc autoritas, iunct. gloss. de maiorit. & obedien. non est
5 igitur, quod hac de re dubitemus; † quare nec beatæ illæ mentes, angeli, inquam, ipsi, nec dæmones censuras ferre queunt, sicut nec Sacramenta conficere ob hanc quoq; rationem, quòd potestas illa hominibus, & non ipsis condonata est, vt de communi Doctorum sententia concludimus in comment. nostr. de Sacram. Tab. 1. cap. 3. sed de hoc iam satis; de ijs, quæ ad censuram ferendam huic homini necessariò inesse debent, iam agamus.

SVMMA.

1 *Homo vitam hanc viuens censuram ferre potest.*
2 *Conditione adiecta excommunicationis sententia lata, si Iudex moriatur ante conditionis aduentum, nulla redditur; quæ regula, quatenus pateat, etiam declaratur.*
3 *Purè lata excommunicatio firma permanet, mortuo etiam Iudice, qui illam tulit.*

II.

1 § Necessariò autem inesse homini ad censuram ferendam hoc primùm debet, † vt vitam hanc viuat; nã, quòd censura Ecclesiastica Ecclesiæ militantis gladius quasi quidam est, arg. c. visis. in fin. 16. q. 2. eaq; contumaces Christiani coercentur, arg. c. cùm inter. de consuet. in antiq. & c. 1. de except. lib. 6. & c. dilecto. de sent. excomm. eod. lib. & Extrau. 1, & 3. eod. ob eam rem, & ab eo, qui ex ea Ecclesia est; atq; idcircò, qui vitam hanc viuit, exerceri debet.
2 † Verùm, quid si Iudex excommunicationis sententiam in quempiam sub conditione ferat, antequam verò conditio extet, moriatur, an si conditio deinceps aduenerit (de propria enim cõditione hìc agimus) sententia valebit? & eum, in quem lata est, obligabit? antequam quæstionem hanc dissoluamus, duo præmittenda sunt, primum sententiam sub conditione latam existente conditione fictione iuris valere; fingitur n. tunc lata, cùm id non fit, & sub fictione translatiua de tempore ad tempus collocatur, vt not. Bart. nu. 44. & Ias. ac DD. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. alterum, quò fictio hæc locum habeat, extrema duo habilia postulari. s. vt tẽpore, quo sententia hæc fertur, ab eo Iudice ferri potuerit; quod tempus extremum ad quod dicitur; item & tempore, quo conditio aduenit, quod extremum à quo nominatur, vt Bar. ibidem docuit nu. 52. & DD. eum sequuntur; ac meritò etenim lex, quæ fingit, naturam imitatur, arg. §. minorem. in Instit. de adopt. & l. si pater. §. eum. cum l. seq. ff. eod. ac propterea id, quod natura fieri non potest, nec lex etiam fingit, vt idem Bart. ait in cit. l. si is, qui pro empt. nu. 32. & ibi quoq; DD. & Zab. in Clemen. quod circa. vers. Decimoquarto. de elect. His ita propositis, glos. in c. Salonitanæ. dist. 63. & Bald. in c. preterea. 2. nu. 8. de appellat. & nonnulli alij, quos refert, non tamen sequitur Tab. in verb. excommunicatio. 2. nu. 10. vers. Octauò, si mortuo Iudice conditio extet, sententiam illam valere existimarunt. Probatur autem horum sententia, leuioribus omisis, primò hac ratione, quoniam reus citatus, si deinceps forũ mutet, coram Iudice, ad quem iam citatus est, nihilominus comparere debet, & apud ipsum iudicium suscipere, vt probatur in c. pen. de for. compet. & in l. cùm quædam. ff. de iurisd. omn. iud. imò, si contumax sit, & excommunicetur, excommunicatio valet, vt inquit Abb. in c. fi. nu. 6. de fo. comp. vbi communiter id receptum esse testatur; ergo & sententia hæc mortuo Iudice, qui eam tulit, valere debet, si conditio deinceps aduenerit. Ad hanc rationem responderi facilè potest; nam idcircò in illo casu citatus comparere debet, & excommunicatio, iudiciumq; valent, quoniam per citationem Iudex remansit, vt in citatis iuribus Doctores notant; at hic, ex quo Iudex mortuus est, Iudex esse desijt, nam morte iurisdictio ei adempta est, arg. §. deinceps. Auth. de nupt. iure igitur sententia hæc tollitur, ex quo non habet, vnde vim sumat: ratione hac ergo sententia hæc non nititur. Vnde secundo loco sic argumentabantur, iurisdictio delegata delegantis morte non tollitur, si res geri cepta sit, ob c. relatum. de offi. deleg. ac l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudic. ergo nec sententia hæc mortuo Iudice, qui illam tulit, tolli debet: Hæc ratio opinionem horum etiam non tuetur; nam delegata iurisdictio in proposito casu ob eam rem non extinguitur, quoniam operari iam ceperat; at sententia nostra, eiusq; effectus pendet; cùm igitur non eadem ratio in vtroq; casu sit, mirandum non est, si non idem de vtroq; concludatur. Postremò pro hac sententia sic ego argumentor, excommunicationis sententia hæc iurisdictionis beneficio, quam Iudex habebat, lata est; ergo Iudice mortuo, qui illam tulit, valere debet conditione adueniente; cùm iurisdictio, vnde excommunicatio vim habet, extincta non sit, arg. l. proponebatur. ff. de iud. Ad hoc argumentum, quod dubitationem aliquam creare posset, sic respondeo iurisdictionem quò ad se quidem non extingui, sed quò ad Iudicem mortuũ; nam per eum operari amplius non potest, adeò vt adueniente conditione sentẽtiam tulisse dicatur per ipsum; non etiam per successorem, quoniam apud eum iurisdictio alia esse censetur, arg. l. cùm apud Sempronium. ff. iudicatum solui, & eorum, quæ dixit Ias. in simili in l. more. nu. 5. ff. de iurisdic. omn. iud. ex quo igitur à Iudice, qui illam tulit, pendet, eo mortuo ipsa extinguitur; & hæ sunt rationes, quæ potissimum pro hac sententia redduntur. Quare, cùm ipsis ea non probetur, contrariam, vt nulla sententia reddatur, & non obliget, si antequam conditio extet, Iudex mo-

riatur,

riatur, DD. communiter amplexati sunt, glos. in c. à nobis. 2. in vers. Non nisi subditi, ibi quid si moritur. de sent. excom. & ibi DD. & Abb. in c. cùm ad hoc. nu. 9. vers. Pro primo dicto. de cle. non resid. & in c. fin. nu. 9. vers. Sed in contrarium. de offi. leg. & in c. irrefragabili. nu. 2. de offic. ord. & in eod. c. præterea. 2. de appell. & Præpos. ibidem nu. 9. vbi & Archid. & Ioan. Andr. idem sentientes refert, & Anchar. in c. vn. in fin. vers. Quærit ne sed. vac. lib. 6. vbi quæstionem huiusmodi ponit, & in c. fin. nu. 4. de constit. eod. lib. & Fed. de Sen. cons. 97. nu. 5. vers. Item quæritur, quid si Episcopus. Probatur autem primò hac ratione, quoniam adueniente conditione sententia ab eo Iudice, qui iam mortuus est, ferri re vera non põt, vt hoc per se patet; & sic extremũ à quo habile non est, quod requiri antea proposuimus; ergo nec fictione; cùm super impossibili natura, lex non fingat, vt antea proposuimus, atq; sic asseruit Præpos. in cit. c. præterea. nu. 9. probatur postremò conclusio hæc per l. quoties. ff. de nouat. nam, si promissoris status mutetur, antequam promissionis conditio aduenerit, promissionem nullam reddi ibi dicitur; ergo idem & hìc; argumentum enim de contractibus ad iudicia valet, vt inquit Ias. in Authẽ. Sacramenta puberum. nu. 77. C. si aduers. vendit. ab hac igitur communi sententia non discedemus; quæ locum habet, etiam si Iudex hic mortuus non sit, sed ratione alia iurisdictionem amiserit; vt potè, vel quòd, cùm Episcopus esset, Episcopatu se abdicauit, vel aliò translatus, vel depositus, vel seruus hostium factus est captiuitate; quò ad iurisdictionem enim in his casibus perinde est, ac si mortuus esset, vt probatur in c. 3. iunct. glos. mortem, & ibi quoq; not. Gemin. & Anchar. de supplen. negligen. prælat. & in c. vn. iunct. glo. vacante. de maiorit. & obed. eod. lib. & in c. vnic. iunct. glos. mortuo. ne sed. vac. eod. lib. & vt sensit Anchar. in c. fin. nu. 4. de constit. eod. lib. & gl. in c. propter. in verb. vacabunt. de rescript. & in c. cupientes. in verb. vacationibus. de elect. eod. lib. Item locum habet, vbi Iudex hic, aut excommunicatus, aut ab officio suspensus deinceps est, modò aut notorius, aut denunciatus sit; nam, quòd tunc iurisdictionis vsum non habet, arg. c. ad probandum. & ibi not. de re iudic. & c. fi. de excess. prælat. atq; idcircò minus habilis eo tẽpore est, quo conditio extat; ob eam rem, sicut tunc sententia ab ipso lata non valet, ita ea non valebit, quam sub conditione tulit, conditione adueniente iuris fictione, quæ fictio in impossibili locum sibi non vindicat; in omnibus igitur his casibus proposita sententia nulla erit. Excipitur tamen primò, vbi iudex depositus appellauit; nam, si appellationis causa pendente conditio extet, excõmunicatio obligabit; quandoquidẽ, qui appellauit, condemnatus non dicitur, vt habetur in l. 2. §. fin. ff. de pœn. & in l. vn. §. integer. ff. nihil nouari; hinc glo. summ. 8. q. 4. & in c. sæpè. in verb. sententia. prop. fin. de appell. sententiam excommunicationis ab Episcopo deposito latam valere asseruit, qui appellauit; & eam opinionem communiter receptam esse Abb. ibi testatur; ergo multò magis valebit, quæ ante depositionem lata est, si, dum appellationis iudicium agitur, conditio aduenerit, arg. c. quemadmodum. de iureiur. & l. patre furioso. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. Item excipitur vbi Iudex, qui in excommunicationem inciderat, ante conditionis euentum liberatus est; interuallum enim illud temporis nihil officit, arg. l. sed. & si conditioni. §. solemus. ff. de hæred. instit. & §. in extraneis. vers. Medio autem tempore. in Insti. de hæred. qualit. & differ. & arg. eorum, quæ dixit. Bart. viden. in l. bonorum. nu. 2. ff. rem ratam haberi: qua ratione, vbi Iudex ab hostibus captus ante conditionem redijt, conditione deinceps adueniente sententia valebit; quoniam post liminij iure semper in ciuitate fuisse existimatur, vt dicitur in §. si ab hostibus. in Inst. quib. mod. patr. potest. sol. & in l. retro. ff. de cap. & post limin. reuers. quamuis, si iurisdictione priuatus fit, iterumq; Iudex creetur, ac deinceps conditio extet, non magis sententia valere mihi videatur, quàm si alius Iudex datus esset, extincta enim in ipso prior iurisdictio est, & recens data esse alia censetur; arg. cit. l. cùm apud Sempro-

3 nium. ff. iudicatum solui; sed de sententia sub conditione lata satis. † Verùm quid è contrario si sententia purè lata Iudex, qui eam tulit, aut è vita discesserit, aut iurisdictionem, eiusuè vsum amiserit, an nihilominus sententia firma permanebit? generatim rem hanc Doctores pertractarunt in l. fin. ff. de pœn. & in l. 1. C. de postul. & in c. ex literis. de constit. & in c. à nobis. 2. de sent. excom. speciatim verò de Suspensione, de Interdicto, ac de minori Excõmunicatione nos pertractauimus in Tab. 4. restat igitur, vt de maiori Excomunicatione hìc pertractemus. Concludẽdum igitur breuiter est excõmunicationem simpliciter, ac purè in quempiam latam semper permanere, quousq; absolutione tollatur, quacunq; ratione, qui eam tulit, Iudex esse desierit, vt probatur in c. pastoralis. §. 1. de offi. ordin. in antiq. & in c. vn. iunct. glos. in verb. hominis. de maior. & obed. 6. & vt asseruit Abb. in eod. c. à nobis. 2. num. 12. & ibi communiter DD. not. de sent. excom. & Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de excomm. cap. 10. in fin.

ticipim excommunicatio executionem secum trahit, vt habetur in c.pastoralis. in fin. de appel.
nec tollitur nisi absolutione, argum.c.cùm desideres,& c.à nobis. 2.& c.quod in dubijs.de sent.
excomm. & vt suo loco probabimus ; excipitur tamen vbi generalis sententia pro futuris cul-
pis lata esset ; nam de eorum, quos citauimus, sententia de ea idem sentimus, quod de senten-
tia sub conditione lata supra conclusimus. Vitam igitur hanc viuere Iudex debet, qui censu-
ram laturus est.

S V M M A.

1 *Iudex, qui censuram Ecclesiasticam fert, rationis vsum habere debet.*

2 *Furiosus censuram nullam ferre potest,& si ab eo feratur, non valet.*

3 *Mente captus, infans, somno, vinoue oppressus censuram ferre non potest.*

III.

1 §. † Rationis vsum vt habeat, qui censuram Ecclesiasticam laturus est, item postulatur ; nã,
cùm ad eos, qui iurisdictionem, eiusq; vsum habent, munus hoc obire pertineat, vt pau-
lò pòst probabimus, qui rationis vsu caret, hic nec iurisdictionem exercere, ac propterea nec
2 excommunicationem, censuramuè aliam ferre potest, † hinc furiosi nec iudices creantur, nec
sani iudices creati iudicare queunt, si in furorem deinceps incidant, vt habetur in l.cum prætor.
§.non autem.& in l.iudex, & ibi not.glos.& in l.cùm furiosus.ff.de iud.& in §.tria sunt.3.q.7.&
vt sentiunt Abb.in proem.decret.& in c.sciscitatus.n.11.vers.Quò ad primum,& Inn. ibi, vers.
Secus autem dicerem,& Imol.eod.nu.18.& Felin.nu.4.vers.Limita istam.de rescript.& Bart.in
l.quidam consulebant.nu.3.ff.de re iud. ac meritò etenim, quòd furiosi iudicio carent, neq; vl-
lum negotium extra iudicium facere possunt, arg.§.furiosus.in Instit.de inutil.stipul. & §.præ-
terea.in Instit.quib.non est permis.fac.test.& l.furiosũ.C.eod.ergo multominus in iudicio, arg.
c.solet.§.in secunda iunct.vers.Extra iudicium. de sent.excom.lib.6. quare sententiam ab hisce
latam nullam esse DD. concludunt, vt Abb. in cit. c.sciscitatus. nu.11.& Imol.nu.21.& Felin.
nu.4.in cit.vers.Limitatur,& Vant.de nullit.sent.ex defect.iurisdict.ord.nu.136.vbi & alios idẽ
sentire ait : id quod locum habet, etiam si, quo tempore sententiam tulit, furiosus esse ignore-
tur, vt citati autores eisdem in locis inquiunt; postremò quandocunque obijci exceptio hæc po-
terit de eorundem autorum sententia ; neq; enim in hoc casu locum sibi vindicat; l. Barbarius.
ff.de offi.præt.& c.ad probandum. de re iud. quandoquidem neque communis error, neq; au-
toritas superioris, neq; vtilitas publica vitium hoc naturale tollere potest, arg. §. sed naturalia
quidem iura.in Instit.de iur.nat.gent.& ciu.& §.fin.in Instit.de legit.agnat.tut.& l. iura sangui-
nis.ff.de reg.iur.& dist.5.in princ. atq; sic asseruit Inn.in cit.c.sciscitatus ; hinc Bald.in l.bono-
rum.2.nu.4.quem sequitur Ias.ibi nu.12.C.qui admitt. contra defectum iuris naturalis iudicis
dispensationẽ non cadere tradidit ; confirmatur hoc ex ijs, quæ dixit Felin. in eod.c.sciscitatus,
nu.4. vers. Limitatur ista opinio ; à furioso igitur censura lata non valebit. Verùm quid si ritè,
ac legitimè eam ferat ? neq; in hoc casu mea sententia valebit ; cùm ob rationes proximè alla-
tas, tùm quòd ad ferendam excommunicationis sententiam in ipsam ferente voluntas requiri-
tur, vt paulò pòst probabimus, quæ in furioso desideratur ; nam furiosi nullam voluntatem esse,
sed dormienti comparari ; nec quicquam ipsum agere, sed pro absente haberi dicitur, in l. fu-
riosi.ff.de reg.iur.& in l.2.§.furiosus.ff.de iur.codicill.& in c.3.§.dormientes. de bapt.ergo sen
tentia sic lata nulla erit; nam & in cõmentarijs nostris de Sacram.Tab.1.cap.3.n.4.Sacramenta
ab hoc collata non valere conclusimus. Nec repugnat, quod DD. asserunt in l. furiosum. C.
qui testam.fac.pos.asserunt.s.testamentum legitimè, riteq; à furioso factum valere, quorũ sen-
tentiam, & magis communiter receptam esse Michael Cras. testatus est lib.recept.sent. §.testa-
mentum.q.21.nu.4. nam illud verum est, propterea quòd sanus esse existimatur ; nos verò pro
certo facimus hunc sciri esse furiosum ; neq; igitur in hoc casu valebit ; regula tamen supra po-
sita exceptionem hanc patietur ; quoniam censura, quam ante furorem tulit, vel postquam fu-
rere desijt, firma remanebit ; nihil enim rectè gestum furor interueniens tollit, arg. cit.l.furio-
sum.C.qui test.fac.poss.& §.præterea.in Instit.eod. postremò, quoniam vbi eadem ratio est, ibi
quoq; idem statui debet, argum.c.cùm dilecta.de confirm.vtil.vel inutil.& l.illud.ff.ad l.Aquil.
3 † ob eam rem, quæ de furioso diximus, eadem & de alijs, qui rationis vsu omninò carent, cu-
iusmodi sunt fatui, vino obruti, somno oppressi (si tamen actum, quem gerunt, non intelligãt)
ac deniq; infantes pro dictis haberi volumus ; idem enim & de his citati autores antea conclu-
dunt : sed iam ad alia veniamus.

SVM-

SVMMA.

1 *Voluntas requiritur ad censuram ferendam.*

2 *Excommunicatio, censuraque Ecclesiastica vi, metuuè, qui inconstantem virum cadat, lata nulla est.*

3 *Minor excommunicatio metu itidem lata nulla est.*

IIII.

1 §. † Velle itidem censuram ferre hic iudex debet, idest, qui censuram laturus est, re vera
hoc animo affectus esse debet, vt ipsam ferre velit; alioquin, si fingeret, nihil faceret, arg.
c. cùm super abbatia, & ibi DD. not. de off. deleg. & arg. eorum, quæ tradidit Abb. in c. P. & G.
nu. 10. eod. & in c. cùm super. nu. 6. vers. Plus tamen in subtilitate, & eum ibi nu. 4. vers. Sed con-
2 tra prædicta sequitur Felin. de test. cog. † At quid si iudex vi, metuuè compulsus quem excom
municet, an excommunicationis sententia valebit? glos. quæ hanc q. mouit in c. vn. in vers. Va-
cuamus de ijs, quæ vi, metusuè causa fiunt lib. 6. ipsam valere existimauit, quamuis exceptione
eandem tolli asseruerit, eandem glo. secuti sunt Gemin. eod. c. vn. n. 6. vers. Glos. sol. deinde quę-
rit, & Abb. in c. 2. nu. 17. vers. Nonus casus ibi, sed profectò, extra eod. in antiq. & Imol. ibidem;
probatur autem horum sententia hac vulgari regula; quoniam per metũ facta valent, vt habe-
tur in Inst. in prin. de except. & glo. ac DD. not. in c. Abbas, de ijs, quæ vi, metusuè causa fiũt, &
Io. Mon. in cit. c. vn. lib. 6. n. 2. nã coacta voluntas volũtas est, arg. l. si mulier. §. si metu. ff. qđ me
tus cã; ergo & excõmunicationis sententia, vi, metuuè lata, valere debet; confirmatur sententia
hæc, quoniã in cit. c. vn. ne absolutio censuræ vi, metuuè tributa valeat, tantùm cautum est; ergo
secus si feratur, arg. c. nonne. de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. Contraria sententia nihilo-
minus mihi magis placet, vt excommunicatio, censuranè alia Eccl. vi, metuuè lata, nulla sit,
quam sententiam secuti sunt, & Rom. singulari suo 92. disputando, & Philip. Franc. in cit. c. vn.
probatur autem primò ratione hac, quoniã absolutio vi, metuuè tributa non valet ob cit. c. vn.
de ijs, quæ vi, metusuè causa fiunt; ergo multò minùs excommunicatio, qua quis obligatur,
valebit; nam iura promptiora ad absoluendum, quam ad obligandum sunt, arg. l. Arrianus. ff.
de act. & oblig. & arg. l. cùm quidam. ff. de lib. & posth. & c. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. præterea
obligatio, atque absolutio & diuino, & humano iure paria facta sunt; par. n. ius ligandi, atque
soluẽdi esse dominus voluit, vt dicitur in c. verbum, de pœnit. dist. 1. & qui condemnare potest,
is & absoluere; & qui absoluere potest, is & condemnare; & qui condemnare non potest, is nec
absoluere; & qui absoluere non potest, is nec condemnare, vt habetur in l. qui condemnare, &
ibi glos. magistr. ff. de re iud. & in l. nemo, qui condemnare. ff. de reg. iur. atq; glos. in c. inferior.
dist. 21. & Gemin. in cit. c. vn. de ijs, quæ vi, metusuè causa fiunt, not. ergo, sicuti absolutio cen-
suræ tributa metu non valet, ob idem c. vn. ita nec excommunicatio, vllauè alia censura sic la-
ta valebit; nam, vbi à iure veteri quædam paria facta sunt, id quod nouo iure de ipsorum alte-
ro statutum est, ad aliud trahitur, etiam si pœnæ rationem habeat, & ius nouum illud corrigat,
vt asseruit glos. in c si postquam. in verb. prouisione. de elect. lib. 6. & Abb. in c. de multa. nu. 18.
vers. In glo. vers. In eadem Eccl. de præb. & Ias. in l. rem, quæ nobis, num. 25. ff. de acquir. poss.
& in §. ex maleficijs. in glos. in verb. iudicium, vers. Nostis, quod regula trita est. in Inst. de act.
ex quo igitur, vt absolutio excommunicationis, ac censuræ nulla sit vi, metuuè tributa, cautum
est, in cit. c. vn. ergo & excommunicationis, censuræq; alterius obligatio nulla esse debet vi, me-
tuuè lata. Ex his apparet alterius opinionis argumenta dissoluta esse; nec proxima hæc ratio, ex
eo tollitur, quod dixit Gemin. in eod. c. vn. nu. 6. in fin. illud. s. quod dicitur, par ius soluendi, li-
gandiq; esse quò ad potestatẽ eam exercendam accipi debere, vt. s. qui obligare potest, hic idem
& absoluere possit, atq; in hoc paria esse, secus autem, quò ad alia, quæ requiruntur ad formã
tollendi obligationem, atq; obligandi, vt in proposita quæstione, quasi quòd vi, metuuè abso-
lutio detur, ad formam pertineat; nam hoc falsum est; quoniam in cit. c. vn. non de modo, for-
maq; absoluendi agitur, sicut Gemin. voluit, sed de potestate absoluendi non cogenda, quæ res
ad efficientem causam, non ad formam, modumq; pertinet; firma igitur proposita ratio rema-
nebit; non repugnat etiam, quod dixit Abb. in eod. c. 2. nu. 17. vers. Nonus casus. idcircò. s. de
absolutione tantùm cautum esse, ne valeret in cit. c. vn. quoniam Principes faciles erant ad vim
inferendam, quò tolleretur, non autem quò promulgaretur; nam, vbi lex aliquid in vno casu
tanquam frequentiori statuit, & in alio minus frequenti, simili tamen idem statuisse existimatur,
vt probatur in l. vn. iunct. glos. sponsam. C. de rapt. virg. & Bald. ibi, ac DD. not. excommunica-
3 tio igitur, censuraq; alia Eccles. vi, metuuè lata non valet, † id, quod locum habet, vel minor

excommunicatio feratur; nam, vbi materia, qua de agitur, tàm ad maiorem, quàm ad minorem excommunicationem accōmodata est, quod de maiori excommunicatione constitutũ est, & de minori constitutum existimatur, etiam si illud pœnam contineat, vt tradidit glo.in c.præsidentes.de hæret.lib.6.& in Clem.1.de priuil.in vers.A sententijs, & Phil. Franc. in eod.cit. c. vn.not. Metus autem hic, atque vis, huiusmodi esse debent, vt inconstantem virum cadant, ac propterea aut mortis, aut corporis cruciatus, aut vniuersorum bonorum, eorumuè partis amissionis, arg.c.1.&c.2.& c.ad audientiam, & c.cùm dilectus, & ibi DD. extra de ijs, quæ vi, metusuè caus. fiunt; quamuis, quòd alius alio magis, minusuè pertimescit, atq; idcircò certa regula id perscribi non potest, hoc iudicare, an metus, visq; huiusmodi sit, ad iudicem pertinebit, arg.l.1.ff.de iur.deliber.& c.de causis.de offi.deleg. atque ita inquiunt Guil. & Archid. relati à Gemin.in eod.c.vn.§.fi.& Anchar.eod.nu.1.vers.Quærit glos.fin. Velle ergo censuram ferre qs debet; quare, si statuto Episcopi excommunicatio feratur in eos, qui aleis ludunt, qui cum Epo ipso ludit, in excom. non incidet, quoniam cum eo dispensare Episcopus existimatur, vt de cōi DD. sententia testatur Iacob.de Graff.cap.8.nu.42.lib.4. Dec.cas.cons.& cap.5.nu.7.eod.

SVMMA.

1 *Posse censuram ferre debet, qui censuram laturus est.*
2 *Mutus censuras Eccl. ferre non potest.*
3 *Episcopus vitando quempiam, non propterea eum excommunicat.*
4 *Episcopus versando cum excommunicato, eum non absoluit, nec hac ratione absoluere potest.*

V.

1 §. † Censuram itidem hic ferre posse debet, arg.c.cùm super abbatia, vbi Abb. Dec. ac DD. not.de offic. deleg. etenim, quò actus fiat, & voluntas, & potestas concurrere debent, vt probatur in cit.c.cùm super. & in c. ad hæc. 1. vers. Eum potest, si voluerit. de appell.& c.super inordinata.vers.Seruire possunt, & volunt. de præben.& in lisi genero.C.de iur.dot.& in l.cùm te, & ibi not.Bald.C.de donat.ante nupt. hinc idem Bald.in l.nolle.ff.de acquir.hæredi.vbi potentia non assistit, voluntatem inanem esse conclusit, sicuti quoq; Abb. sensit in c.prudentiam.
2 nu.24.de offi.deleg.† Quare, quòd mutus formam censuræ proferre non potest, censuram ferre
3 re non valebit; neq; enim nutibus, huiusmodiuè signis, censuræ feruntur; † sicuti neq; quis ex-
4 communicatur; propterea quòd Episcopus suus eum vitat;† neq; excommunicatus absoluitur, propterea quòd Episcopus cum eo versatur, arg.c.cùm desideres.de sent. excom.& Clemẽ.fin. iunct.glos.& vt nos hac Tab.cap.de forma necessaria ad censuram ferendam §.2. comprobauimus; excipimus tamen Romanum Pont.de quo eod.in c.agemus.

SVMMA.

1 *Scire debet censuram ferre, qui eam fert.*
2 *Censura Ecclesiastica his verbis ferenda est, quæ censuram ferunt.*

VI.

1 §. † Sciat quoq; hic censuram ferre, oportet, qui eam laturus est; præter voluntatem enim, ac potestatem, quæ duo proximè requiri asseruimus, scientiam quoque postulari, nunc concludimus; tria enim hæc ad vnumquemque actum peragendum requiri dixit, Bald. in l.cùm testamentum.C.de iur.& fact.ignor.& probatur in Clem.2.§. vt autem. de relig. dom. non igitur, si iudex his verbis, Verbero te, excommunicationem ferri existimet, propterea excommunicatus eris; nam, & si ad excommunicationem ferendam præscripta verborũ forma certa non est, hisce tamẽ, quæ excōmunicationem significẽt, ptoferemus, vt in cap. de forma probauimus; etenim nec lex vlla tam generalis est, quæ habilibus tamen terminis non concludatur, arg. l.vt
2 gradatim ff.de mun.& hon.& arg.§.ita tamen.in Instit.de fid.tut. cũ simil. † hisce verbis igitur censura ferenda est; quæ censuram ferri significent; & hæc quinque ad vnumquemq; actum cum ratione gerendum postulantur.

SVMMA.

1 *Vir excommunicare, censurasq; ferre debet.*
2 *Mulier nec excommunicare, nec censuram aliam*

aliam ferre potest.

4 *Mulier absoluere ab excommunicatione, ab aliauè censura non potest.*

3 *Christus Dominus potestatem censuræ ferendæ mulieribus non tribuit.*

5 *Romanus Pontifex censuræ ferendæ mulieribus facultatem tribuere potest.*

VII.

1 §. † Vir quoque esse debet, qui censurā fert, quò lata valeat; nam, cùm & clericum esse hunc iudicem oporteat, sicuti paulò pòst probabimus, si vir non sit, creari clericus non poterit, nec characꝗera ordinis recipiet, atque ita diuinarum rerum scriptores, Pontificijq; iuris interpretes, concludunt S. Thom. dist. 2 t.q.3. artic. 1. lib. 4. & Sot. dist. ead. q. 1. artic. 2. concl. 1. & Thom. ab Argent. dist. 25. q. 1. art. 3. concl. 2. & Tart. ead. q. 2. eod. lib. & Felin. in c. dilecta. nu. 4. vers. In muliere, vbi DD. ita sentire ait, de maior. & obed. & Abb. in c. noua. nn. 1. de pœnit. vbi 2 de communi quoq; testatur, & nos in comment. nostr. de Sacr. Tab. 7. cap. 25. nn. 1. † An ergo à mulieribus censuræ ferantur? planè & ab ipsis ferri posse dicendum videbatur; tùm quòd, & ipsas iurisdictionem fori contentiosi habere posse probatur in c. dilecta. de excess. prælat. & in c. dilecti filij. de arb. vbi Abb. Felin. ac DD. not. & idem Abb. in c. noua. de pœnit. at censuras ferre ad iurisdictionem huiusmodi spectat; sicuti glos. communiter recepta sensit in c. transmissa. de elect. tùm quòd Abbatissa sibi subiectas canonicas, & clericos ab officio, & beneficio suspendit, vt habetur in cit. c. dilecta. de maior. & obe. & ob id Ecclesiasticas censuras ferre potest; suspensio etenim censura Ecclesiastica est, vt habetur in c. quærenti. de verb. sign. Contrariam nihilominus sententiam amplexari debemus, vt. s. censuram Eccl. à muliere communi iure ferri non posit; primò quoniā ad clericos iudices eas ferre pertinet, vti paulò pòst videbimus; mulierem verò clericatus ordinis participem non esse citati autores proximè vniuersi concludunt; præterea mulieres à publicis laicorū officijs, ac præsertim à iurisdictione exercenda prohibitæ sunt, sicuti probatur in l. fœminæ. ff. de reg. iur. & ibi Bar. Dec. ac DD. not. & in c. dilecti filij. de arb. & in c. infamis. §. tria. 3. q. 7. & in c. mulierem. 33. q. 5. & in l. cùm prætor. ff. de ind. & vt asseruit glos. summ. 15. q. 3. & Vant. de nullit. sent. ex defect. iurisdict. deleg. nu. 71. ergo multò minùs Ecclesiasticam exercere poterunt, ac propterea nec excommunicare, sicut habetur in cit. c. dilecta. de maior. & obed. neque alias censuras ferre. Tertiò si mulier excommunicare posset, eadem & absolueret; par enim ius ligandi, atq; soluendi est, arg. c. verbum. de pœnit. dist. 1. & l. qui condemnare, & ibi glos. magistr. ff. de re ind. & l. nemo, qui condemnare. ff. de reg. iur. at mulier Abbatissa suas moniales excommunicatas absoluere non potest, vt habetur in c. de mo-
3 nialibus. de sent. excom. ergo minùs eas obligare, argum. l. Arrianus. ff. de act. & obl. † Accedit, quoniam Christus Dominus, quando potestatem iurisdictionis huius Ecclesiæ condonauit, non Sanctissimam Virginem, ac mulieres, sed Apostolos allocutus est, vt habetur apud S. Matth. cap. 18. illis verbis, Quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis; & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis; ergo hac quoque ratione censuras ferre nequeunt; id, quod summa ratione factum est, tùm quòd in hominū frequentia, qua vti iudices coguntur, versari mulieres ipsarū sexus pudorem dedecet, arg. l. 1. §. sexum. ff. de postul. tùm quòd muliebre genus virili subiectum vt esset, in initio Deus iussit, mulierem. n. alloquens dixit. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui; & D. Paul. quoque hæc adiecit mulierem in Ecclesia docere non permitto, nec dominari in virum; hæcq; probantur in c. noua. de pœnit. & in cit. c. mulierem, & in c. hæc imago, & in c. caput. 33. q. 5. cùm igitur Ecclesiasticā iurisdictionem non habeant, iure meritò nec censuræ ferendæ potestatem habebunt; mulieres ergo neque excommunicare poterunt, vt Inn. asseruit in c. Archidiaconis. de offi. Archid. & in c. dilecta. de maior. & obed. vbi id habetur, & Abb. ac DD. not. & Archiep. Flor. eod. cap. de causa efficiente, & Syl. in verb. excōmunicatio. 1. nu. 6. & Iacob. de Graff. cap. 5. nu. 2. cum seq. lib. 4. decis. cas. consc. Neque etiam suspendere, atque interdicere, vt idem Inn. in eod. c. dilecta, & Abb. inquiunt; imò nec consuetudine, vt id queant, fieri posse Innoc. ait in eod. c. dilecta. in fi. & eum ibi sequitur Felin. n. 4. nam, cùm natura habiles non sint, consuetudo, vt sient, efficere non potest, arg. c.
4 quanto. de consuet. & eorum, quæ ibi DD. not. † Neque latas censuras tollere ob cit. c. de monialibus; nam de excommunicatione id ibi dicitur; item non modò si laicæ sint, verùm etiam si religioni alicui adictæ professione sint, arg. cit. c. dilecta. de maior. & obed. & c. de monialibus. de sent. excomm. postremò neq; si spiritualem aliquam iurisdictionem haberent, atque ita not.
5 Abb. in eod. c. dilecta. nu. 5. Mulier ergo censuras ferre non potest. † Excipitur tamen, vbi Rom. Pont. facultatem censuræ ferendæ ipsi contulisset; nam conferre eam ipsi posse, inquiunt Archiep.

chiep. Flor. in tract. de suspensione cap. de causa efficiente, & Armill. in verb. excommunicatio. nu. 24. etenim censuras ferre ad Ecclesiasticam iurisdictionem pertinet, vt glo. communiter recepta sensit in c. transmissa. de elect. item, quæ iurisdictionis Ecclesiasticæ sunt, vt à clericis tantùm tractarentur, in c. decernimus. de iud. cautum est; at huic iurisdictioni, iuriq; Rom. Pont. præest arg. c. proposuit. de concess. præb. Meritò igitur Pont. Max. non inferiores Ecclesiæ præsides, facultatem hanc mulieri condonare potest; ex quo etiam patet, quamuis censuræ ferendæ facultas ad clericos pertineat, non tñ ab ordine ipsam pendere; nam, nec à Rom. Pontif. facultas hæc mulieribus tribui posset, si ab ordine penderet, atque ita Felin. sensit in cit. c. dilecta. nu. 4. Non obstant modò, quæ in initio tanquam repugnantia proposuimus; nam quò ad primũ, & si iurisdictionem habere mulier potest, laicorum tamen accipitur, vt in citatis iuribus, & autoritatibus conspici potest: non deniq; illud de Abbatissa; quoniam, & si suspensionem tulit, non eam tamen tulisse Ecclesiasticam censuram, qua de agimus, sed simpliciter prohibuisse dicendum est; id quod hinc et probatur, quoniam, vt sæpius diximus, censuras ferre ad clericos pertinet, clericatus autem mulieres participes non sunt; quare Abb. ac DD. ibi suspensionem illam facti potius fuisse, quàm iuris, sicuti cessatio est, & ita prohibitionem quandam simplicem concludunt, etenim ad captum personæ verba interpretamur argum. l. plenum. §. equitij. ff. de vs. & hab. & quæuis prohibitio, suspensio dici potest, sicuti etiam interdictum; nam & in l. Imperator. ff. de postul. & in tot. tit. ff. de interdi. & relegat. & in Instit. de interdict. interdicuntur aliqui loco quopiam, muneribusuè aliquibus, cùm tamen interdicta illa notissimum sit, censuram Ecclesiasticam non esse, verùm prohibitiones quasdam; id quod mihi magis in casu nostro probatur, quoniam Rom. Pont. apud quem Abbatissa per literas questa est, à se suspensos suspensionem latam non obseruare; non iubet ei, ad quem rescribit, vt curet suspensionem seruandam, verùm vt ei Abbatissæ obtemperent, mandataq; eius faciant, ita habetur in c. dilecta. quod fecisset, si suspensio valuisset arg. c. cùm ab Ecclesiarum. de offi. ord. vnde etiam illud adiecit, vt salubria monita, & mandata eius Abbatissæ obseruarent, suspensionis nulla prorsus mentione facta, quod Inn. itidem ibi animaduertit, quibus sic sublatis, mulierem censuram ferre non posse, sed virum sine dubitatione concludemus.

SVMMA.

1 *Alius esse debet, qui censuram fert, & alius in quem fertur.*
2 *Seipsum excommunicare quis per sententiam non potest; & quamobrem.*
3 *Statuto, quo excommunicatio fertur, statuens non obligatur.*
4 *Seipsum neque interdicere, neque suspendere quis potest.*
5 *Romanus Pontifex se ipsum censura Ecclesiæ irretire non potest.*
6 *Episcopus versans cum eo, quem ipse excommunicauit, in excommunicationem incidit.*
7 *Episcopus celebrans sacra in Ecclesia à se interdicta irregularis fit.*

VIII.

1 § † Aliús ab eo vt sit, quem censura Eccl. irretire vult, necesse quoq; est; † pro regula enim
2 traditur neminem se ipsum excommunicare posse, sed alium esse debere, qui excommunicat, & alium, qui excommunicatur, vt DD. communiter asserunt, glos. in c. quoties. 1. q. 7. & Inn. in c. quod in dubijs. de sent. excomm. & Abb. in c. vniuersitatis. eod. in fi. & in c. 1. nu. 12. de rapt. & Goffred. in summa de sent. excom. nu. 34. & Host. in summ. cod. §. quis valeat excommunicari. vers. Sed nec potest aliquis ligari propria sententia, & Burg. eod. de irreg. & dispen. par. 6. reg. 6. Nullus se ipsum excómunicare potest; & Archiep. Flor. eod. de causa efficiente, & Syl. in verb. excommunicatio. nu. 6. & Armil. nu. 25. eod. Probatur autem sententia hæc primò hác ratione, quoniam quis neminem excommunicare, condemnareuè iurisdictionis vi potest, nisi, qui excommunicatur, condemnaturuè, inferior ipso excommunicante fiet arg. c. inferior. dist. 21. & c. cùm inferior. de maiorit. & obed. (ad iurisdictionem enim excommunicare pertinet, vt glos. communiter recepta sensit in c. transmissa. de elect.) ac propterea superior esse debet, qui iurisdictioné exercet, inferior autem is, in quem ipsa exercetur; at quis se ipso inferior esse non potest, sicuti per se hoc patet; ergo neq; ipsemet se excommunicare, condemnareuè valet: accedit ad hoc, quoniam, si quis se ipsum excommunicaret, in re sua iudex esset, quod communi iure prohibitum est, vt habetur in l. pen. ff. de arb. & in l. Iulianus. ff. de iud. & in tot. tit. C. ne quis in re sua; hinc Rot. Decis. 1. de præscript. in nou. nullum se ipsum iudicare, vel corrigere, vel possidere

sidere

fidere, vel præscribere posse asseuerauit; ab hac igitur cõmuni sententia non discedemus, quam vti verissimam ipse amplector, atq; ratione hac firmissima probo; nam, cùm excommunicare iurisdictionis sit, in iurisdictione exercenda duo postulantur, quorum alter subiectus esse debet, s. qui excõmunicatur, & condemnatur; alter, cui subiectus hic fiet.s.qui excõicat, ac condemnat arg. cit. c.inferior.dist. 21.& c.cùm inferior.de maior.& obed.& c. à nobis. de sent. excom. & c.fi.de const.lib.6.& l.fi.ff.de iurisd. omu.iud. At subiectus,& is, cui subiectus est, ad aliqd, & correlatiua sunt; nã, si subiectus est, ergo alicui subiectus; sicuti si pater est, ergo & filij pater; & si seruus, ergo & domini seruus, sicuti Arist.in prædicament.cap.de relat.docuit; ergo alius esse debet, qui excommunicat,& alius, qui excommunicatur; nam,quæ ad aliquid, correlatiuaq; sunt, duo esse diuersa necessariò debere & Aristo. ibi, ac Philosophi docent; & in eodem subiecto eadem ratione simul esse ipsa non posse glos.fin.not.in c.debitum. de baptis.& sibi ipsi inferiorem, & superiorem quem esse non compati ait quoque Phil. Prob. in addit.ad Io.Mon. in c. fin.n.110.de constit.lib.6. Inferior enim, ac superior correlatiua & ipsa sunt, ac meritò; nam & propterea relatiua, atque ad aliquid dicta sunt, quoniam aliquid ad aliud refertur, quæ relatio in eodem subiecto esse non potest; hinc alius est,qui generat,& alius,qui generatur; & alius, qui baptizat, & alius, qui baptizatur; & alius, qui iuris patronatus vi præsentat, vt ita dicam, & alius, qui præsentatur; & alius, qui instituit, & alius, qui instituitur, vt habetur in cit.c.debitum.de baptis. & in c.per tuas.de iur.patr.& in c.fi.de instit. hac igitur ratione vti naturali,proposita sententia nititur, hac eadem rõnes DD.vniuersæ propemodũ nituntur.Huic tñ sententiæ repugnare nõ nulla videntur, ac primò c.nunc aũt. dist. 21.vbi congregata Synodus Marcelino Rom. Pont.qui idolis, falsisq; dijs thus obtulerat contra Christianam Religionem,vt se suo ore iudicaret, ac condemnaret, flagitauit, vt ibi habetur; ergo se ipsum iudicare, ac condemnare, atq; idcirco & se excommunicare potest: ad hoc argumentum respondetur, propositam conclusionem non tolli; nam & si hoc Synodus egit, non ideo tamen id posse comprobatur; id quod hinc apparet, quod vbi Pont. Max. in hæresim labitur, in eaq; pertinax est, non se ipse deponit, sed ab Ecclesia deponitur, arg.c.si Papa.dist.40.& ibi not. Flagitatio igitur illa Synodi admonitio quædam potius fuit, vt Marcelinus abdicaret se Pontificatu, quàm vt sententia iudiciorum more ab ipso ferretur; hoc enim non poterat ob rationes proximè allatas; renunciare verò, & abdicare se Pontificatu secus arg.c.1. de renunc.lib.6. Non igitur obiectio hæc officit.Secundo loco repugnare communi opinioni videtur, quòd D.Paul. in se anathema tulit, etiam si nos, ait enim ipse ad Gal. scribens, aut Angelus de cœlo euangelizauerit vobis, præterquàm quod vobis euangelizauimus, anathema sit: hæc D. Paul. quæ & referuntur in cap. si is, qui præest. 11. q.3. cùm igitur Apostolus anathema in se tulerit, anathema verò excommunicatio maior sit,vt probatur in c. Engeltrudam. 3.q.4.excommunicare se ipsum quis potest: ad hoc argumentum etiam respondetur; nomine anathematis vi sua non propriè excommunicationem, sed execrabile quoddam, ac detestabile, quod vitandum sit, significari, vti nos in Tab. 2. c. fin. §.fin. declarauimus; ergo pro execratione dictum illud Paul. accipiemus; tùm quòd, dum dubij sumus, à verborum proprietate discedere non debemus arg.l.non aliter.ff.de legat. 3. tùm quòd aliàs propositæ iuris regulæ. c.inferior, & c.cùm inferior, & c.1.4.q.4. Offenderentur, ac corrigerẽtur, quod iure factum non reperitur, ac propterea neque nos facere debemus argu. l. præcipimus.C.de appell.& l.iubemus.C.de test. natura etiam ipsi relatiuorum, vt diximus, repugnaret; non igitur pro excommunicatione, sed pro execratione quadam verbum illud anathema accipiemus, inquam sententiã & Isidorus in eod.c.si is, qui præest accepisse videtur; nam, posteaquàm primò dixit si is, qui præest, contra Domini præceptum quidpiam fecerit, anathema sit, in huiusmodi constitutionibus perseuerans, hæc adiecit. Si quis prohibet vobis, quod à domino præceptum est,&c. execrabilis sit omnibus. Item is, qui præest, si præter voluntatem,&c. tanquam falsus testis Dei, aut sacrilegus habeatur: ecce ex his consequentibus declaratur anathematis nomine, quod antecedebat, ꝑ execratione quadam Isidorum accepisse, nosq;, vt acciperemus, indicasse, ac tacitò significasse, atq; ita glos. declarauit in c.quoties. 1. q.7. in verb. Anathematis, vbi verbum hoc Anathema sic accipitur, quod & repugnare propositæ opinioni videbatur, atque Burg. eod. Non igitur dictum Pauli obstat. Tertiò repugnare videbatur c.facilius.de pœnit.dist.1. Facilius, dicitur enim ibi, Deum sibi placabunt, qui non humano conuicti iudicio, sed vltro crimen agnoscunt; qui autem proprijs illud confessionibus produnt, aut nescientibus alijs, quales occulti sunt, ipsi in se voluntariæ excommunicationis sententiam ferunt, & ab altari, cui ministrabant, non animo, sed officio separati,&c. cùm ergo excommunicationem

cationem quem in se ferri ibi dicatur, ergo se quis excommunicare potest; ad hoc respondetur excommunicationem, & pro censura Eccl. & pro remotione quauis à quacunq; re accipi, sicut etiam interdictum, vt in l. Imperator. ff. de postul. & in tot. tit. ff. de interd. probatur; in eo igitur c. faciliùs, excõmunicatio non pro censura Ecclesiastica accipitur, sed pro simplici ammotione ab altari, sicut ibi deinceps consequitur, & probatur in c. sunt, qui arbitrãtur. ead. dist. vbi de eadem materia agit S. Ambr. atq; ita glo. sensit in c. qui sanctus. ead. q. 1. de pœnit. ac meritò; etenim verba ad subiectam materiam interpretari debemus arg. l. si vno. ff. loc. & l. plenum. §. equitij. ff. de vsu. & hab. at materia iurisdictionis ea est, quæ alium iudicem, alium reum, postulat; ergo ad hanc rationem verbum illud interpretabimur, vt, quando pro censura Eccl. accipere eã non possumus, pro simplici ammotione, atque abstensione accipiamus; se ipsum igitur
3 excommunicare per sententiam nemo potest. † Verùm quid? per statutum excõmunicare quis se poterit? exempli gratia Episcopus statuto cauit, vt clerici, qui aleis ludunt, excommunicati sint, an igitur Episcopus, si aleis ipse luserit, excommunicatione per statutum lata obligabitur? atque, vt vniuersè rem agamus, quis suo statuto constringetur? Hugo. & Pet. de Bellaper. quos refert Anchar. in c. fin. nu. 10. vers. De ipso statuente. de const. lib. 6. & Archid. & nescio qui alij, quos Gemin. eod. c. fin. nu. 17. commemorat, & Syl. in verb. excommunicatio. 1. nu. 8. cum seq. statuto suo quem obligari existimarunt. Primò quoniam, qui ius nouum statuit in alios, & ipse obligari eo debet arg. l. 1. & tot. tit. ff. quod quisq; iur. & arg. c. 1. & 2. de mut. pet. ergo suo statuto quis obligabitur; ad hoc argumentum communiter respondetur, vt inquit Ias. in cit. l. 1. nu. 6. ff. quod quisque iur. id locum habere, vbi quis quidpiam, quod iniquum esset, statueret: at in proposito casu statutum iniquum non est; meritò igitur hic locum sibi non vindicabit. Vnde alia ratio reddebatur; dicebant enim ipsi, quando contra statutum facit, non vt publicã personam, qua ratione statutum factum est, sed vt priuatam gerens, delictum committit, quippe qui non dignitatis, qua prædictus est, sed proprio vitio peccet; ergo & ipse statuens obligabitur; nã & priuati homines eius iurisdictionis ob hanc rem obligantur: hæc ratio priori firmior non est; nam magistratus & in adeunda hæreditate, eademq; restituenda priuatam personam gerit, & tamen se ipsum ad hæc agenda cogere non potest, vt habetur in l. ille, à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebe. ita DD. respondent; ergo idem hic, quæ responsio & mihi verissima videtur; quandoquidem, si aliter diceremus, generali sermone persona loquens comprehenderetur contra c. petitio. de iure iur. Itèm, qui cum excommunicato à se versatur, in excommunicationem incidit; ergo quis se excommunicare potest: hæc ratio non facit; nam minor illa excommunicatio à iure, & non ab homine fertur, vt dicitur in c. nuper. de sent. excom. Postremò addebatur argumetum hoc, qui contra suum statutum facit, contra ius cõmune facit, à quo statuendi facultas permissa sibi est; ergo proprio statuto obligatur, quasi à communi iure lato: ad hoc argumentum etiam respondetur, & si à iure facultatem hanc quis habet, ipsi tamen vt ordinario eam potestatem inhærere arg. l. more. vers. Eam suo iure. cum seq. ff. de iurisd. omn. iud. & l. 1. §. qui mandatam. ff. de offi. eius. ac propterea quicquid agit, ipsimet tribui, & ab eo pendere; accedit, quòd, & si à iure facultatem eam habet, singularia tamen acta, quæ facit, propria ipsius sunt, præterquàm quòd, si contrarium diceremus, & idem in sententijs dicendum esset, cùm facultas hæc, & à iure sit, quod tamen verum non esse proximè probauimus. Quare contrariam sententiam, vt suo statuto quis non obligetur, DD. communiter amplexati sunt Host. in sum. de sent. excommun. §. quis valeat excommunicari. vers. Quicquid tamen dicatur, ibi Canon tamen inferioris, & Ioan. Andr. in reg. cui licet, vbi quæstionem hanc disputauit, de regul. iur. lib. 6. in mercur. & Gemin. in c. fin. nu. 17. de constit. lib. 6. & Anchar. eod. nu. 10. cum seque. vers. Tertiò, & vltimò, vbi etiam quæstio hæc disputatur in statuto Episcopi excommunicante, & Bal. in c. pen. num. 4. de maiorit. & obed. vbi de communi testatur, & Iacob. de Graff. cap. 8. num. 42. lib. 4. decis. cas. consc. & cap. 5. nu. 7. eod. & Bart. in l. Lucius Titius septitiæ. §. 1. ff. de fideicommis. lib. vbi Episcopum sui statuti excommunicatione non obligari asseruit, & Bald. in Auth. quibuscunq;. nu. 5. C. de sac. sanct. Eccl. & in l. digna vox. nu. 2. C. de leg. & in l. 1. §. similiq; modo. nu. 1. C. de lat. lib. toll. & Ias. vbi opinionem hanc communem esse sensit in l. 1. num. 6. ff. quod quisq; iur. Probatur autem primò communis sententia hæc eisdem rationibus, quibus antecedens conclusio probata est; nam, sicut ad censuram ferendã iurisdictione opus est, ita & statuta facere ad iurisdictionem pertinet, vt Bald. not. in cit. Authen. quibuscunq;. nu. 5. C. de sacr. sanct. Eccl. atqui ad iurisdictionem exercendam alius subiectus esse debet, alius is, cui subijcitur, vt probatur in c. à nobis. 1. de sen. excomm. & c. fin. de const. lib. 6. & l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. sibiq; ipsi subiectus

quis esse non potest; ergo nec statuto proprio obligari; hac igitur ratione, quæ omnium firmissima est, quæq; in antecedenti quæst. fuit explicata, communis sententia hæc nititur; non modò igitur per propriam sententiam, sed neq; etiam per proprium statutum quis obligabitur; atq;
4 idcirco nec Episcopus, si contra suam legem faciat, eius excõmunicatione constringetur: † quæ conclusiones duæ & in interdicto, & in suspensione locum sibi vindicāt; eadem quippe & in ipsis ratio locum habet, ac propterea idem statui debet arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. cùm dilecta. de confirm. vtil. vel inutil. nec per sententiam ergo, nec per statutum proprium quis se suspendere, interdicereuè potest, atq; ita glo. tradidit in c. irrefragabili. §. cęterum. in verb. cessauerint à diui nis. de offi. ord. & locum habet. vel statutum per Rom. Pont. confirmatum sit, modò statutum illud suum non faciat, vt dixit Iacob. de Graff. eod. nu. 42. item modò ab altero excommunicationis latæ denunciator non sit; nam tunc in excom. incidet, vt dixit idem Iacob. cap. 5. nu. 7.
5 eod. lib. id † qđ multo magis in Romano Pont. locum habebit; † quamuis propriæ sententiæ,
6 proprijq; statuti occasione in censuram Ecclesiasticam à iure tamen latam incidere quis possit; nam ecce, si quis cum excommunicato à se per sententiam, per statutumuè quodpiam versetur, in minorem excommunicationem, in maioremuè non nunquā incidit, vt probatur in c. cùm nuper, & in c. si concubinæ. de sent. excomm. ibi enim, qui cum excommunicato versatur, in excommunicationem incidere dicitur, & quòd generalis lex est, generaliter intelligi debet, à quocunque. s. excommunicatus sit arg. c. si Romanorum. dist. 19. & l. Iulianus. ff. de leg. 1. atque ita Bald. not. in cit. l. digna vox. nu. 2. C. de leg. & Anch. in eod. c. si. nu. 11. vbi quosdā alios idem sen
7 tire ait, & nos in Tab. 2. cap. 23. disputauimus † idem quoq; fiet, si in Ecclesia à se interdicta diuina faciat; nam non proprio, sed communi iure irregularis hic fiet, vt habetur in c. is, qui. §. 1. de sent. excomm. lib. 6. quamuis ipse interdictum tulerit.

SVMMA.

1 *Christianus esse debet, qui censuram Ecclesiasticam fert.*

2 *Iudæus, atque ij, qui baptismo initiati non sunt, censuras ferre nequeunt.*

IX.

1 § † Baptizatus quoque hic erit, qui censuram Ecclesiasticam laturus est; nam, cùm clericum hunc esse oporteat, qui iurisdictionem Eccl. exercet, vt habetur in c. 2. de iud. & in §. seq. probabimus; planè, si baptismum non susceperit, nec clericus esse poterit, vt probatur in c. 1. & c. 3 de cler. non bapt. min. & nos in comment. nostro de Sacram. Tab. 6. cap. 15. nu. 2. asseruimus; baptizatus ergo hic esse debet; hinc, ne iudæis iurisdictio etiam profana in Christianos committatur, vetitum est in c. cùm sit nimis absurdum, & in c. ex speciali. de iudæ. in l. fi. C. eod. & in c. nulla. dist. 54. & in c. constituit. 17. q. 4. ac meritò, iurisdictionis enim huiusmodi participes esse non possunt arg. Auth. iurisiurandum, quod præstatur, & vt inquiunt Bart. in rub. ff. de iust. & iur. & Vant. de nullit. sent. ex defect. iurisdict. ord. nu. 48. etenim qui foris sunt, nihil ad
2 nos arg. c. multi corriguntur. 2. q. 1. † non igitur iudæi, non alij, qui baptismum non suscepere, excommunicationem, censuramuè aliam ferre poterunt. An autem Romanus Pontifex facultatem hanc ipsis impertire valebit? id ab eo fieri non debere dubitādum non est; an verò possit, id fortasse affirmabimus arg. Clem. fi. de sent. excom. iunct. gl. & c. proposuit. de concess. pbē.

SVMMA.

1 *Clericus esse debet, qui censuram Eccl. fert.*

2 *Laicus censuram Ecclesiast. ferre non potest, & ab eo lata non valet.*

3 *Laicus absoluere à censura non potest.*

4 *Laico facultas excommunicandi, aliasq; censuras ferendi, necnon easdem latas tollendi à Rom. Pont. tribui potest; non autem ab alijs Eccl. præsidibus.*

5 *Clericus, qui cerimonijs, precibusq; de more adhibitis quem excommunicat, Sacerdos esse debet, & aliquando etiam Episcopus; alids non.*

6 *Clericus absoluens ab excommunicatione cerimonijs de more adhibitis Sacerdos esse debet, & aliquando etiam Episcopus; alids non.*

7 *Clericus absoluens à censura cerimonijs non adhibitis, non requiritur, vt Sacerdos sit.*

8 *Clericus, qui cerimonijs non adhibitis, vel excõmunicat, vel aliam censuram fert, vt primam tonsuram habeat, solùm requiritur.*

X.

1 §. † Clericus itidem vt hic fiet, qui censuram laturus est, postulatur; laicus enim ipsam ferre non potest, vti DD. inquiunt glo. in c. benè quidem. in verb. Præter Romanum. dist. 96. & in c. canonica. in verb. Presbyter, & ibi not. Abb. in fin. de sent. excom. idem Abb. in c. ab excommunicato. nu. 6. de rescript. & in c. dilecta. nu. 5. de maior. & obed. & Iaf. in l. 1. nu. 29. C. de iur. & fact. ignor. ac de anathemate expresse habetur in c. 1. §. Maximus Episcopus. dist. 96. etenim excommunicationem, censurasq; ferre ad iurisdictionem Eccl. pertinet, vti glo. communiter recepta sensit in c. transmissa. de elect. & nos infra probabimus: at, quæ iurisdictionis huius sunt, ea ne laici agant, vetitum est in c. 2. de iud. vbi Abb. Innoc. ac DD. not. idem probatur in
2 c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. & ibi quoque id not. glo. in verb. laicis, ac reliqui DD. † iure igit laici censuras ferre nequeunt; immo nec ab ipsis iurisdictio huiusmodi cõsuetudine acquiri, præscribiuè potest, vt Abb. tradidit in c. fin. nu. 15. de consuet. & in c. Massana. nu. 4. de elect. nam consuetudo laicum capacem spiritualium non facit arg. c. causam. de præscript. & eorum, quæ glos. & Abb. not. in c. quod sicut. nu. 6. de elect. hinc, qui clericus non est, hunc nec Episcopi Vicarium esse posse senserunt Abb. in c. cùm causam. n. 9. & ibi Add. ad eum, & Felin. in c. decernimus. de iud. & communem sententiam hanc esse testati sunt idem Abb. in eod. c. decernimus. nu. 12. & Rip. nu. 56. laicus ergo neq; excommunicabit, neq; censuram vllam aliam feret. Contrarium tamen dicendum videbatur ob c. si quis pecunia. dist. 79. vbi si quis pecunia, populariq; gratia Pontifex Max. creetur, hunc vt Cardinales, & alij clerici, & laici anathematizent, & humano auxilio à Sede Apostolica pellant, permittitur; ergo laici & excommunicare, & censuras ferre queunt; nam anathematizare, quod non modò clericis, sed & laicis ibi permitti videtur, excommunicare significat arg. c. Engeltrudam. 3. q. 4. glos. ibi hoc animadnertens sic respondebat primò id eo in loco fieri, quoniam Romanus Pont. illud permittebat, quod, & posse paulò pòst videbimus; quæ responsio mihi non probatur; nam nusquam statutum hoc inuenimus, vt laicis vniuersis excommunicandi facultas tributa sit; ideo glos. hoc fortasse sentiens alio modo respondebat, vt scilicet, cùm duo contra sic creatum Pontificem permittantur, & vt anathematizetur, & vt à Sede Apostolica pellatur, hoc postremum ad laicos, illud primum ad clericos, referatur: quæ itidem responsio non admodum mihi quadrat; tum quòd eodem morbo, quo prior, propemodum laborat, vt. s. singulis clericis vulgò excommunicandi facultas tributa sit, tum quòd expellere à Sede Apostolica non solùm ad laicos, sed etiam ad clericos pertinet. Ego igitur, ne à verbi proprietate discedam, quod fieri non debet arg. l. non aliter. ff. de leg. 3. verbum illud Anathemate pro detestatione accipiendum censeo; nam hoc sonat verbum Anathema, vt pluribus id egit Couar. in c. alma. par. 1. §. 8. num. 6. vers. Et receptum est. de sent. excom. lib. 6. & nos in c. fi. §. fin. Tab. 2. & facit c. is, qui præest. 11. q. 3. quasi dicat liceat cum detestatione, vt execrabile quoddam sic electum depellere, quæ expulsionis ratio, & ad laicos accommodatur; atq; ob eam rem proposito nostro ius illud non repugnat; à priori sententia ergo non discedemus, sed pro certo habebimus laicum neq; excommunicare, neque censurã vllam ferre posse; ac, si ipsam ferat, nullam esse; sic enim glos. dicit de excom. in c. benè quidem, dist. 96. & Abb. in eod. c. ab excommunicato. nu. 6. de rescript. & Couar. in c. alma. par. 1. §. 11,
3 nu. 3. vers. Quartò inde infertur. de sent. excom. lib. 6. & arg. tot. tit. C. si à non compet. iud. † postremò, quæ de ferenda censura diximus, eadem & de tollenda asserimus, à laico. s. eam tolli nõ
4 posse arg. c. verbum. de pœnit. dist. 1. & arg. l. qui condemnare. ff. de reg. iur. cum simil. † Atqui an Romanus Pontif. facultatem hanc laicis tribuere potest, vt excommunicent, censurasq; ferant? planè id eum posse concludendum est; nam, vt iurisdictio Ecclesiastica à clericis exerceatur, Pontificio iure cautum habemus in c. decernimus. de iud. & ibi DD. not. cui iuri Rom. Pont. non subijcitur, sed præest arg. c. proposuit. de concess. præb. ergo eam facultatem laico delegare potest; atque sic asserunt DD. glo. in cit. c. benè quidem. in verb. præter. dist. 96. & in c. ad hoc verò, in verb. Ducibus. dist. 32. & in c. mennam. 2. q. 5. & Abb. in eod. c. ab excommunicato. de rescript. & in c. ex parte Decani. eod. & ibi Add. ad eum in litera. G. & Felin. vbi & alios quamplures idem sentire ait vers. Quòd autem Papa possit dare, idem Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 5. de rescript. & Add. ad eum viden. in litera H. & Felin. eod. nu. 3. vers. Noto secundò, idem Abb. in c. sacrosancta. nu. 2. de elect. & Add. ad eum in litera B. viden. & in c. massana. nu. 2. eod. & in c. fin. nu. 2. de cler. ægrot. min. idem Abb. & Felin. in c. canonica. de sent. excom. & Dec. in cit. c. decernimus. nu. 12. de iud. & Iacob. de Graff. cap. 5. num. 1. lib. 4. decis. cas. consc. & cap. 3. nu. 4. eod. lib. & Couar. eod. vers. Quartò inde infertur. ac denique communem opinionem hãc esse te-

esse testatur Ber.q.7.nu.2. quare laicus, qui facultatem hanc à Rom. Pont. habebit, & clericos
excommunicare poterit, vt not. Add.ad Abb.in cit.c. ex parte decani. nu.2. in litera G. multo
magis autem idem Rom.Pont. absoluendi à censuris facultatem tribuere poterit arg.l.Arrian.
ff.de act.& oblig.iunct.c.verbum.de pœnit.dist.1.& l.illud.ff.ad l.Aquil.atq; ita glo.& Felin.sen-
tiunt in cit.c.canonica.de sent. excom. & censuras igitur ferendi, & easdem tollendi facultatem
laicis tribuere Pontif. Max. potest, non autem alij Ecclesiæ præsides, vt citati autores sentiunt;
namq; ei iuri, quo cautum est, ne Ecclesiastica iurisdictio à laicis exerceatur, subiecti sunt arg.
c.1.& c.fin.de constit.ac propterea ei derogare nequeunt arg. c.inferior. dist.21.& c. cùm infe-
rior.de maior.& obed.ordinario iure igitur, quò, vnde digressi sumus, eò reuertamur, qui cen-
suram Eccl. ferre vult, clericus esse debet, atque sic sensit Archiep. Flor.eod.de causa efficiente
versi. Ad hoc autem, & communiter DD. Atqui, quòd clericorum ordines plures sunt, cui ini-
tiatus hic esse debeat, contemplemur. Glo. in c.1.in verb.præter.in fi.dist.96. Presbyterũ hunc
esse debere affirmauit; & hoc ob eã rationem, quòd, cùm par ius soluendi, atq; obligandi sit, vt di-
citur in cit.c. verbum.de pœnit.dist.1.qui ab excommunicatione absoluit, Sacerdos esse debet,
vt habetur in c.canonica.de sent.excom.& in c.fin. de sepult.& vt Imol.tradidit in c.ab excom-
municato. nu. 18. vers.An autem is, qui executores, & idem Host. modò iusta excommunica-
tio sit, vti refert Abb.in c.ab excommunicato.num.16. ergo & ad eam ferendam Sacerdos esse
debet. Contra verò Abb.in c. transmissa. nu.2.de elect. vt hic Sacerdos siet, qui censuram fert,
nõ necessariò requiri existimauit; munus enim hoc ad iurisdictionem Eccl. pertinet, non autem
ad Sacerdotium, ac propterea Archidiaconum, qui iurisdictionem habet, excommunicare pos-
se, etiam si Sacerdos non sit, idem Abb. tradidit in c.cùm in cunctis.§.inferiora. nu.4. de elect.
hanc eandem opinionem sequitur Host.in summ.de sent.excom.§.quis possit excommunicare.
vers.Nedum autem ius ibi solutio, dicas, & Felin. in c.dilecta.n.3.de maiorit.& obed. hæc quò
ad censuram ferendam; quò ad tollendam verò præsertim excommunicationem Host. quem
refert Abb.in c.ab excommunicato.nu.16. de rescript. Si excõmunicatio iniusta esset, non po-
stulari, vt Sacerdos sit, existimauit; secus autem si iusta. Abb.verò ibidem sic distinguebat, sci-
licet vt ad culpam tollendam Sacerdos requiratur; nam ipsi remittendi peccata facultas tri-
buta est, vt probatur in c. noua, & in c.omnis. de pœnit. secus autem quò ad pœnam, idest ex-
communicationem tollendam. Quid igitur concludendum? ego in tanta opinionum confusio-
ne sic distinguendum censerem, opinionesq; huiusmodi conciliari inter se se posse existimarem.
5 † Aut quis excommunicare vult ijs cærimonijs, precibusq; adhibitis, quæ nos in Tabul. 2.cap.
29. explicauimus, & in hoc casu Sacerdos hic esse omnino debet; nam ad Sacerdotem tantùm
ea pertinent, vt probauimus cap.31. Tabul. 2. imò & Episcopus hic aliquando esse debebit, vt
asseruimus eodem cap.29. arg.cit.c. debent. 11.q.3. atq; in hoc casu locum habebit sententia,
glo.in c.1.in verb. præter, necnon ipsius Host. in cit.c.ab excommunicato. Aut quis excommu-
nicare vult cærimonijs non adhibitis, & tunc Sacerdos hic siet necne, nihil interest; non enim
quidpiã agitur, quod Sacerdotij ordinis sit, sed solùm id, quod iurisdictionis Ecclesiasticæ est,
vt sensit glo.cõmuniter recepta in cit.c.transmissam.de elect.& ad iurisdictionẽ exercendam, vt
quis clericus sit, non autẽ Sacerdos, postulatur; & in hoc casu altera opinio Abb.in eod.c.tran-
smissam, & Host.in summ.& Felin.in c.dilecta.locum sibi vindicabit: & quoniam ad suspensio-
nem, interdictumq; ferendum cærimoniæ huiusmodi non adhibentur; idro clericus non Sa-
6 cerdos ea promulgare poterit. † Eadem ratione quò ad absolutionem distinguendum censeo,
vt, si precibus, alijsq; cærimonijs adhibitis excommunicatio tollatur, quæ preces, ac cærimo-
niæ habentur & in c.cùm aliquis.11.q.3.& in c.à nobis.2.de sent.excõ.& nos posuimus in Tab.
2.cap.31.ac declarauimus, Sacerdotem esse hunc oporteat; nam diuinas preces ex officio fun-
dere Sacerdotis est, vt probatur in c.1.§.ad Presbyterum.dist.25. & in c. quia Sacerdotes, & in
c.hanc consuetudinem.10.q.1.iure igitur Sacerdos esse debet (immo Episcopus aliquando, vbi
solemniter ab Episcopo lata excommunicatio est, vt habetur in cit. c.cùm aliquis. 11.q. 3.) &
hic locum habebit sententia Imol.in c.ab excommunicato.nu.18. & in hoc casu c. fi. de sepulr.
& c.nobilis.2.de senté.excomm.& c.canonica.eod.accipienda sunt. & hinc patet Couar. in hoc
non rectè sensisse, qui absolutionem ab eo præstari posse dixit, qui Sacerdos non est, etiam si
cum solemni forma tribuatur, in c.alma.par.1.§.11. nu. 10. in fin. quamuis quò ad alia in hoc
7 rectè senserit de sent.exc.li.6. † Si verò absolutio cærimonijs non adhibitis præstetur, tunc eorũ
sententia locum habebit, qui Sacerdotem hunc esse, qui absoluit, non oportere existimarunt, &
si in excõmunicatione hoc est, multò magis in interdicto, atq; in suspẽsione, quæ simpliciter tol-
B 2 luntur,

luntur, verum erit; sic igitur dubitationem hanc tollendam, & iuris Pontificij interpretum inter se disentientes opiniones conciliandas censerem. Illud aūt Abb. de culpa nihil pertinet ad rem, quoniam de absolutione à censura, non à culpa hic tractamus. †Verùm non adhuc apertè
8 constat, cui ordini initiatum esse hunc oporteat, qui censuras fert, vbi cærimoniæ illæ non adhibentur; vt rem igitur paucis absoluam, primæ tonsuræ saltem initiatum hunc esse debere concludimus; nam ad iurisdictionem Ecclesiasticam exercendam, cuiusmodi hæc est, qua de agimus, clericus quis esse debet, vt probatur in c. 2. de iudic. in clericorum verò numerum quis adscribitur primæ tonsuræ legitima susceptione, vt habetur in c.cùm contingat.in fine. de ætat. & qualitat. hinc si quis iniuria hunc percutiat, pœna obligatur eius c. si quis suadente diabolo. 17. q.4. vti gloss. not. in cit. c.cùm contingat. hinc idem beneficij Ecclesiastici capax factus est arg.c.ex literis.de transact.& ibi not.Abb.nu.3.ergo ad censuram ferendam, vbi simpliciter, & sine cærimonijs fertur, primæ tonsuræ vt initiatus quis sit, sat erit, sicuti etiam ad eandem tollendam, atq; sic asserunt Tab.in verb.absolutio.nu.2.& Palud.& Armil.eod.nu.39.& Iacob.de Graff.cap.15.nu.2.lib.4.decis.suarum. idem quoq; sensit Couar.eod. §.11. nu. 10. vbi q. hanc de absoluente disputauit; ac propterea minores ordines sufficere Felin. sensit in c. dilecta.n.3. de maior.& obed. in quorum numero de communis iuris Pontificij interpretum sententia prima quoq; tonsura collocatur.

SVMMA.

1 *Iurisdictionem in eum, quem censura Eccles. irretire vult, habere quis debet.*
2 *Excommunicare, ac censuras ferre ad iurisdictionem pertinet.*
3 *Absoluere à censuris iurisdictionis est.*
4 *Subiectus alicui quò ad iurisdictionem qui non est, excommunicari ab eo, interdici, suspendiq; non potest, etiam si vt priuata persona censuram ferat.*
5 *Subiectum alterius neq; per statutum obligare censura quis potest.*
6 *Subiectum alterius excommunicatum, censuraue alia irretitum absoluere quis non potest.*
7 *Subiectus alterius si ab alio excōmunicetur, censuraue alia irretiatur, sententia nulla est.*
8 *Rata sententia excommunicationis, ac censuræ habita à proprio iudice non conualescit, si à non iudice lata sit.*
9 *Excommunicatio, censuraq; Ecclesiastica nō pendet, sed statim aut valet, aut nō valet.*
10 *Rata haberi non potest à partibus censura à non suo iudice lata.*
11 *Rata haberi potest censura à Romano Pont. à non suo iudice lata.*
12 *Inferior superiorem suum excommunicare, censuraq; irretire non potest.*
13 *Episcopus Archiepiscopum suum excommunicare non potest.*
14 *Episcopus non excommunicat Archiepiscopum, etiam si in sua Diœcesi, quæ tamen in eius Archiepiscopi prouincia est, delictum committit.*
15 *Inferior censura per statutum lata superiorem non obligat.*
16 *Inferior absoluere censura obligatum à superiore non potest.*
17 *Superior, & inferior quò ad hoc quinam dicantur.*
18 *Par parem nec censura obligare, nec absoluere potest.*
19 *Par censura per statutum paris lata non obligatur.*
20 *Successor eius statuto non obligatur, cui succedit.*
21 *Par, si delictum committat, à pari quando puniatur.*
22 *Par accipitur hic, qui eandem iurisdictionem in eosdem habet.*

XI.

1 §. † Iurisdictionē vt habeat iudex hic, quoque oportet in eum, quem censura Eccles. irretire vult; nam excōmunicationem ferre iurisdictionis est, vt DD. inquiunt glo.communiter recepta in c.transmissam.de elect.& Inn.ibi nu.2.in fin.& Abb.nu.2.idem glos. in c.is, cui. eod. lib.6.& Nauar.in c.cùm contingat.in secunda causa nullitatis.n.25.de rescript.& Bero.in Rub. de offi.deleg.n.17.& Phil.Prob.in Addit.ad Io.Mon.n.3. vers.Non subditum. in c.Romana. de sent.excom.lib.6.& Bal.in Margarit.in verb. excommunicare, & suspendere, & Bellemer.cons. 5.nu.20.& Abb.in c.cùm contingat. nu. 17.de for. compe. † qui duo proximè citati, cùm meri imperij esse excommunicare asserant, iurisdictionis esse necessariò sentiunt, vt probatur in l.imperium, & ibi Bart.ac DD.not.ff.de iurisd.omn.iud.& Couar.in c.alma.pars.1.§.11. num. 1.de sent.

sent.excom.lib.6.vbi de communi sententia testatur.idem quoque probatur in c.conquerente,
& in c.dilectus.iunct.glos.de offi.ord.& in c.à nobis.1.de sent.excom.in antiq.& in c.sacro.eod.
& in c.1.& in c.Romana.§.porro.eod.lib.6.& in c.fin.de const. eod. lib. cum similib. ex quibus
3 patet excómunicare, ac reliquas censuras ferre ad iurisdictionem spectare: † id quod & de ab-
solutione à censuris asserimus arg.c.vn.de maior.& obed.lib.6.& vt Gemin.ibi not. nu. 2. & in
c.venerabilibus.nu.2.de sent.excom. lib.6. iurisdictionem igitur vt habeat censuram laturus,
necesse est, atque sic Abb.tradidit in c.3.nu.3.de poen.& in c.1.nu.2.de rapt. Ex his ita proposi-
4 tis tres regulæ eliciuntur, quæ omnes explicandæ nobis sunt. † Prima igitur hæc est Ecclesiasti-
cam censuram in alterius subiectos ferri non posse; nam, ex quo iurisdictionem in eum nos ha-
bere oportet, quem excommunicamus, aliaué censura obligamus; sicuti iam confirmatum est,
plané in alterius subditum censuras ferre non possumus, cùm in eum iurisdictionem non habea
mus; idem quoque probatur in cit.c.à nobis.de sent.excom.in antiq.& in c.fi.de const. lib.6.&
in c.nullus.de paroch.& alien.paroch.in antiq.& in c.4.cum duobus seq. dist.92.& in c. 1. cum
duob.seq.& in 9.q.2.ac denique sic asserit Abb.in c.cùm sit generale.nu.9.de for. compet. præ-
terquam quod communis DD.sententia hæc est. Quæ regula amplificatur primò, vt locum ha-
beat, etiam si quis non vt iudex, sed vt priuata persona, censuram ferat, exempli gratia, quò ius
suum tueatur arg.c.dilecto.de sent.excom.lib.6. nam & in hoc casu, nisi subiectus is tibi fiet, à
quo offenderis, censura te tueri non poteris, atque sic asseruerunt Abb. in c. cùm sit generale.
nu.9.de for.compet.& Io.Andr.ab ipso ibi relatus, & Anchar.in cit.c.dilecto.nu. 1.vers.Ille gla
dius Ecclesiæ. Item regula hæc locum habet in omnibus censuris; eadem quippe & in omnib.
5 ratio viget; ergo & idem statui debet arg.l.illud.ff.ad l. Aquil. † Tertiò regula hæc seruabitur,
non solùm vbi per sententiã censura fertur, verùm etiam & vbi per statutum arg. cit.c. à nobis.
de sent.excomm.& c.fin.de const.lib.6. nam & statuta, legesq; ferre iurisdictionis est, vt nos in
6 Tab. 2.cap.11.§.3.docuimus. † Postremò, qđ obligatio, atq; obligationis absolutio paria sunt.
arg.c.verbum.de poenit.dist.1.& l.qui condemnare.ff.de reg. iur. ob eam rem neque absoluere
alterius subiectos censura irretitos poterimus, vt probatur in c.Romana.in princ.& in c.vene-
7 rabilibus.de sent. excom. lib. 6. † Quare, si in eos, qui ratione hac subiecti non sunt, censu-
ram quis tulerit, sententia nulla erit, vt habetur in c.P. & G. de offi.deleg.& arg. toto tit.C.si à
non compet.iud.& c.ad audientiam.de consuet.& vt inquiunt glos.cõmuniter recepta in c.præ-
sentem.in verb.ad cautelam.vers.Quartò.de sent.excom.lib.6.& Abb.in eod.c.P.& G. num.4.
vbi sententiam censuræ aliarum naturam in hoc sequi tradidit, & Corn. cons.12. nu.10. lib.2.
8 ac de absolutione not.glos.in cit.c.Romana.in verb.relaxent.& Anchar. num.1.eod. † Verùm
quid si sententia censuræ à iudice non suo lata, ac propterea nulla, à proprio iudice, cuius no-
mine lata est, rata habeatur, an ratihabitione conualescet? plané ipsam conualescere dicendum
videtur; nam, quod meo nomine gestum est, ratum habere possum, & ratihabitio operatur
arg.c.cùm quis.de sent.excomm.lib.6.& c.ratum.de reg.iur.eod.lib. Contrariam nihilominus
sententiam amplexata est glo. in c. 1. 9. q. 2. vbi quæstionem hanc disputauit. s. vt sententia hæc
non conualescat, eandem secuti sunt Inn.nu.6.& Abb.nu.19.in c.prudentiam. de offi. deleg. &
Bar. Brix. in quæst.venerealibus.q.43. Probatur autem primò, quoniam sententia hæc censuræ
à non suo iudice lata nulla est arg. tot.tit. C.si à non comp. iud. & c. ad audientiam. de consuet.
ergo ratihabitione firma reddi non potest; nam sententiam nullam, propterea quòd à suo iudi
ce lata non est, ratihabitione firmam reddi non posse DD. asserunt Bald. in l. obseruare.§.post
hæc.nu.8.vers. Septimò quæro, & Bart.nu.6.ff.de offi.proconf.idem Bald.in l.1.num.20.C.si à
non compet.iud.& glo.in l.licèt.in fi.ff.de iud.& Anchar.in c.relatum. vers.Quæro de vna quæ-
stione.de reg.iur.lib.6.& Prob.in Addit.ad Io.Mon.in c.fi.nu.113.de constit.eod.lib.vbi quos-
dam alios idem sentire ait, & Imol. in c.prudentiam.nu.16.& Felin.nu.12.& Dec. num.20.vbi
alios refert de offi.deleg. Ratihabitione igitur sententia censuræ non firmabitur; etenim, quòd
nullum est, ratum haberi non potest, sicuti citati autores eisdem in locis concludunt, & Bero. in
c.solicitè.nu.34.vers.Nec videtur etiam.de rest.spol. confirmatur conclusio hæc, quoniam rati-
ficatio, vt ita dicam, ad aliquid, & idcirco relatiuum est; est enim alicuius ratificatio; id quod
etiam Bald.sensit in cit.l.obseruare.§.post hæc.nu.2.ff. de offi. proconf. at quod nullum est, ra-
tum haberi non potest; non enim qualitas aliqua sine subiecto esse potest arg.l.eius, qui in pro-
uincia. ff.si cert.pet.& l.1.§.2.ff.de vsufruct. nec paries, qui non est, albedinis capax re ipsa es-
se potest, sicuti nec stipulatio eius, quod non est, naturaq; esse nequit, valida est, vt habetur in
Instit.in princ.de inutil.stipul. ergo hac quoque ratione censura, quæ non est, aliqua fieri ratiha-

bitione non poterit, atq; sic Abb.argumentatur in eod.c.prudentiam. nu.19. de offic. delegat.
9 † Postremò sententia excommunicationis pendere non potest, sed aut statim valet, aut non va-
let arg.c.pastoralis.§.fi.de appel.& c.is, cui in fin.de sent.excom.lib.6. & vt Abb.inquit in eod.
c.prudentiam.nu.19.& glo.in c.venerabilibus.§.porro.in verb.appellatum. de sent.excom.lib.
6.& Lap.alleg.47.nu.5.& Quint.Mandos. in Addit. ad eum in vers. All. 1. ergo rata haberi non
potest; nam, quæ non pendent, rata haberi non posse Bald.docuit in cit.§.post hæc.nu.1.versic.
Circa tertium; firma igitur proposita conclusio permanebit. s.censuram nullam, propterea qd
à non suo iudice lata est, à proprio iudice ratam haberi non posse, & ex hoc etiam proposita re-
gula quartò amplificatur. Nec contraria præmissa obstant; nam in ijs, quæ aliqua sunt, pende-
10 reuè possunt, locum habent, vt citati autores eisdem in locis respondent. † Multò minus ve-
rò ipsæ partes ratam huiusmodi censuram habere poterunt arg.l.priuatorum.C.de iurisd.omn.
iud.& vt in l.2.C.commun. vtriusq; iudicij. Bald. not. & Bart. qui de communi testatur in l.vn.
11 C.qui pro sua iurisdict.& hinc quintò antecedens regula augetur. † Citati autores tamen Rom.
Pont. excipiunt, qui sententiam nullam ab ipso confirmari posse asserunt, quod & ego verũ esse
12 existimo arg.Clem.fi.de sent.excom. ac de priori regula satis. † Altera regula hæc est, inferio-
rem obligare censura, excommunicationeq; superiorem non posse; sic enim probatur in c. pen.
de maior.& obe.& ibi gl.Inn.Abb.& DD.not.& in c.inferior,& ibi gl. dist.21.& in tota ea. dist.
& in c.in sancta.2.q.7.& in §.de his.vers.Facta pastoris. ead.q.7.& in c.2. & in c. beatus Petrus.
6.q.1.& in l.minor aũt.ff.de min.& in l.nam magistratus.ff.de recept.arb.cũ sim. sic in re nostra
inquiũt Goff.in summ.nu.9.& Host.in summ.eod.§.quis valeat excommunicari. vers.Igitur su-
13 perior,& Abb.in c.1.in fi.de rapt.vbi cõmunem opinionem hanc esse testatur.† Episcopus ergo
suum Archiepiscopum excommunicare non poterit, atque ita Inn.inquit in cit. c.cùm inferior.
de maior.& obed.& Bald.ibidem,& Felin.eod.in princ. & Imol. nu.13. qui duo proximè citati
communiter receptum hoc esse ibi referunt; quæ conclusio de Archiepiscopo, ac prior, quæ ge
neralis est, præterquam quod iuribus proximè citatis probatur, nititur tamen potissimum eo
fundamento, quod iactum antea in initio est, quatenus dicebamus iurisdictionem in eum, quem
censura irretire vult, iudicem habere debere; nam Episcopus non modò in Archiepiscopum iu-
risdictionem non habet, sed contra Archiepiscopus in ipsum arg.c.venerabilibus.§.attamen.de
sent.excõm.lib.6.cum simil. non itidem Archiepiscopus Patriarcham, minùs Patriarcha Rom.
Pont.ob eandem rationem censura obligabit; immò ob hanc rationem in primis Dioscorũ Ale-
xandrinum Antistitem condemnatũ fuisse dicitur, quoniam Leonem Pont. Max. excommuni-
14 care ausus est, vt habetur in c.fin.dist.21. † Verùm quid si Archiepiscopus in Episcopi sui diœ-
cesi delictum committat, an ab Episcopo condemnabitur? in hac quæstione, quam iuris Ponti-
ficij interpretes disputarunt præsertim in c.pen. de maior. & obed.& in c.1. de rapt.in antiq. &
in c.2.de const.Hug.Bart.Brix.& Archid.quos refert Anchar.in eod.c.1.de constit. nu.10.vers.
Tertiò, & vltimò; Episcopum condemnare Archiepiscopum posse existimarunt; nam primò,
dicebant ipsi, Archiepiscopus delictum committens in diœcesi sui Suffraganei eius fori ob de-
lictum efficitur; delictum enim iurisdictionem tribuit, vt dicitur in c.postulasti, & in c.licet. de
for.comp.& ibi DD. not. Qui contrariam sententiam tuentur, ad hoc argumentum sic respon-
debant, delictum alios iurisdictioni subijcere, non autem inferioribus pares arg.l.3.§.fi.cum l.
seq.ff.de arb. vbi iudex arbitrũ cogit ad commissum sibi negocium absoluendũ, nisi superior sit,
qui cõpromissum accepit, sic respondebãt Felin.in eod.c.cùm inferior.n.3.vers.Non obst.& Im.
nu.11.vers.Nec ob.quę responsio ad rem facere non vr̃;nã ibi de delicto non agitur,nos verò de
delicto agimus; atqui, si quis paulò diligentiùs contempletur, responsio hæc non inutilis vide-
bitur; nam,sicut delictum iurisdictionem tribuit, ita etiam contractus,vt habetur in eod.c.licet.
& ibi Abb.ac DD.not.. de for. comp. Sicut ergo contractus iurisdictionem non tribuit inferiori
in superiorem, vt probatur in cit.l.3.cum l. seq.ff.de arb. ita nec delictum; sic ergo responsio il
la meo iudicio interpretanda est; ad rem igitur facit. Secundo loco Bart. Brix. sic argum. Ar-
chiepiscopus in diœcesi sui Episcopi priuata persona est arg.l.3.ff.de offi. procons. ergo, si de-
lictum ibi committat, ab Episcopo Suffraganeo iudicari poterit: hoc argumentum nihilo ma-
gis probat; nam,& si in diœcesi Episcopi,& non in sua est, intra prouinciam tamen suam (in ea
enim facimus eum delictum committere) delictum committit, in qua prouincia iurisdictionem
habet, superiorq; ipsi Episcopo remanet, & Episcopus ei ita subijcitur, sicuti Episcopo diœce-
sis suæ homines, ita Io.Andr.respondebat in c.cui licet.de regu.iur. lib.6. vbi quæstionem hanc
disputauit, atq; eum refert, ac sequitur Felin.in eod. c.pen.nu.1.de maior.& obed. Quare con-

trariam

trariam ſententiam communiter DD.amplexati ſunt.ſ.vt, etiam ſi in diœceſi Epiſcopi delictum
Archiepiſcopus committat,ab Epiſcopo tamen neq; iudicetur, neq; Eccleſiaſtica cenſura afficia
tur, neq; ſtatuto eiuſdem obligetur,vt Abb.in c.1.in fi.de rapt.& Felin.in cit.c.pen.de maiorit.
& obed. vbi quoque alij, & Gemin. in c.fin.nu.17.vbi quoq; reliqui de conſtit.lib.6. not. & Io.
Andr.in cit. c.cui licet, & Guid.Papa deciſ.328.nu.2. ac deniq; communiter Scribentes, & hoc
ea potiſsimùm ratione, quoniam inferior Epiſcopus Archiepiſcopo eſt; ergo ab eo condemna-
ri non poteſt, cùm inferior ſuperiorem non iudicet iuribus antea citatis; quam ſententiam, vti
veriſsimam ego quoque ſeqnor, & ſic eam probo; nam, ſi aliter diceremus, ſuperioritas illa, vt
ita dicã, nihil operaretur; nam, ne aliàs Epiſcopus ſuum Archiepiſcopnm iudicet, communi re
gula prohibetur, qua cautum eſt, ne qnis alterius ſubditum condemnet, ac indicet, atq; idcirco
in hoc ſuperioritas illa nihil prodeſſet,quod abſurdnm eſt; ergo ſnperioritatem illam tunc pro-
deſſe concludendum eſt, vbi alij non ſnbditi à non ſuo iudice iudicarentur, vt potè ob delictum,
contractum,& id generis,& hoc etiam ſenſiſſe DD. videntur, ac iura antea citata, quamuis non
15 ſic apertè, ac dilucidè rationem hanc explicauerint; † inferior igitur ſuperiorem iudicare non
poteſt,neque etiam cenſura vlla irretire non modò per ſententiã, ſed neque per ſtatutum,etiam
ſi in territorio ſuo delictum committat; nam,& ſi ſtatutum lex eſt, ab inferiore tamen eſt factũ,
16 ſicut inquit Abb.in cit.c.1.in fi.de rapt.† quæ regula eiſdem rationibus amplificatur,quibus ſu-
17 perior eſt amplificata, atq; idcirco inferior neque abſoluere ſuperiorem poteſt. † Superiorem
autem in hoc caſu eum dicimus,qui inferiori præeſt, in eumq; inriſdictionem habet,vt citatis in
ribus in initio huius regulæ comprobatur; & ſi ergo aliàs maiorem iuriſdictionem quis habe-
18 ret aliquo alio, ſi tamen in illum iuriſdictionem non habeat, eius ſuperior non dicetur. † Ter-
tia regula reliqua ſit, quæ eſt parem non poſſe à pari Eccleſiaſtica cenſura conſtringi; quæ regu
la ratione hac in primis probatur; quoniam par in parem inriſdictionem non habet, nec iudica
re ipſum pôt, vt habetur in l.nã magiſtratus,& ibi not.gl.ff.de arb.& l.apud filiumfamilias.§.1.
ff.de manumiſſ.vind. & in l. ille, à quo. §. tempeſtiuum. ff.de arb. & in c.innotuit. de elect.& vt
DD. aſſerunt Abb.in eod.c.innotuit.nu.4.& Imol.num.6.& glo.in c.fi.in fi.de reſcript. lib.6.&
Rot.in antiq. deciſ.6.de præb.& Burg.de irregul.& diſpen. par.6. reg. 4. Par parem non poteſt
abſoluere; ergo, ſi par in parem iuriſdictionem non habet, excommunicare, cenſuraue alia ir-
retire alter alterum non poteſt; nam neceſſariò iuriſdictionem requiri in initio aſſeruimus.Con
tra quam ſententiã tamen primò facere videtur c.nõ liceat Papæ.12.q.2.nã ibi Symachus Pont.
Max ne res Eccleſiæ alienent, ſucceſſoribus ſuis interdicit, item c. quia iuxta. 16. q. 1. obſtare
videtur; ſi ergo ſucceſſoribus percipere quidpiam poteſt; ergo par parem iudicare poteſt, atq;
cenſuram in e m ferre argu. l. fi.de offi. eius. at qui ob hæc à priori ſententia diſcedendum non
eſt: nec citata iura repugnant; nam verba ad ſubiectam materiam, perſonæq; conditionẽ, qua
de agitnr, interpretanda ſunt arg.l.plenum.§.equitij.ff.de vſ.& hab.& l.ſi vno.ff.loc.cùm igitur
par pari,& anteceſſor ſucceſſori legẽ dicere non poſsit,vt habetur in cit.c.innotuit.verſ.Quam-
uis autẽ.de elect.quò hæc regula conueniat cum cit.c. non liceat.atq; vt iura inter ſe concilien-
tur, quod fieri debet, ne correctum aliqnod dicatur, dum dubij ſumus,vt habetur in c.cùm ex-
pediat. de elect. lib. 6. & in l. vn. C. de inoff. dot. verbum illud Non liceat admonentis potius,
quàm præcipientis eſſe interpretabimur, qua ratione conclnſioni à nobis propoſitæ non repu-
gnabit; hinc Rom.Pont.in c.fi.de reſcript.in fi.lib.6.& Imperat.in l.digna vox.C.de leg.Quod
nobis, inquiunt, licere nõ patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus; in quam ſententiã illud ver
19 bum Non liceat, accipiemus; par igitur parem,nec iudicare, nec cenſnra irretire poterit; † quę
20 concluſio locum habet tàm in ſententijs, quàm in ſtatutis; † item tàm in vita, quàm poſt mor-
tem, vt de ſucceſſoribus probatur in cit.l.digna vox, & in c. innotuit.de elect. non igitur Vica-
rijs duobus ab Archiepiſcopo pari autoritate conſtitutis (id enim poteſt arg.c.Romana.in prin.
21 & c.venerabilibus. §.porro. de ſent. excom.) alter alterum cenſura obligabit. † Verùm quid
ſi alter delictum committat,an tunc ab altero condemnabitnr? ac propterea irretiri cenſura po
terit? videbatur dicendum id poſſe, quaſi ob delictnm iuriſdictionẽ ammittat; nam & Rot.de-
ciſ.3.in antiq. de for.compet.ſi dno habeant vnum territorium pro indiuiſo, in eoq; merum, &
mixtum imperium, & eorum alter delinquat, ab altero delinquentem pnniri poſſe aſſeruit; er-
go & cenſura irretiri alter ab altero in hoc caſu poterit. Contrariam ſententiam nihilominus
amplexari debemus, quam amplexati ſunt Bart. ac DD. in l.fi.ff.de rer.diu.& Caſtr. in l.eſt re-
ceptum.n.3.ff.de iuriſd.omn.iudic.quamq; communiter receptam eſſe teſtatur Felin. in c.pru-
dentiam.nu.4.verſ.Not.tamen de offi.deleg. eamq; veriſsimam cenſeo, & hoc eadem ratione,

qua superiorem proximam regulam confirmo; nam, si aliter diceremus, paritas illa nihil operaretur; quandoqnidem, aliàs ne ipsum iudicet, communi regula prohibetur; quoniam subiectus ei non est; ergo, vbi alij non subditi iudicantur, vt potè ob delictum, contractumuè, & id generis, paritatem illam, vt ita dicam, prodesse, ne inutilis sit, dicendum est; nec decis. Rot. obstabit; nam locum sibi vindicat, vbi delictum huiusmodi alter commisisset, vnde iurisdictione, atq; paritate illa priuatus esset; à regula igitur proposita non discedemus, etiam vbi ex paribus alter deliquit, quæ regula & in omnibus censuris; & tàm in sententijs, quàm in statutis; & tàm in obligatione, quàm in absolutione ob easdem rationes, quas in prioribus regulis reddi-
22 dimus, locum sibi vindicabit: † Ex his iã apparet pares nos eos hic accipere, qui eadem in re iurisdictionem habent; quare, si aliàs vt potè dignitate pares essent, qui ex ipsis iurisdictionẽ haberet, is alterum iudicare posset, ac propterea censura irretire arg. l. fi. C. ne liceat poten. & vt Bar. not. in cit. l. fi. n. 3. ff. de iuris. omn. iud. & vt ex cit. iuribus in initio huius regulæ exprimitur.

S V M M A.

1 *Domicilij iudex excommunicare, censurasq; alias ferre in omnes potest, qui in suo territorio domicilium habent.*

2 *Domicilij iudex censura irretire potest sibi subiectum ob delictum alibi commissum, contractumq; alibi initum.*

3 *Domicilij iudex sibi subiectum ob domicilium & absentem excommunicare potest.*

4 *Domicilij iudex exemptos, qui domicilium in suo territorio habent, censurà obligare non potest.*

5 *Reges, Reginæ, eorumq; filij, qui priuilegiũ habent, ne poßint censura irretiri, nec ab eorum ordinarijs huiusmodi pœna irretiri possunt.*

6 *Priuilegio conceßo cuipiam ne excommunicari, censurauè alia irretiri possit, ab ordinario tamen obligari poterit.*

7 *Priuilegio concesso aliquibus alicuius religiosi loci, ordinisuè ob ipsum locum, ordinemq; ne possint censura obligari, nec ab ordinarijs obligabuntur.*

8 *Romam negociorum suorum causa proficiscentes irretiri censura nequeunt à suis ordinarijs.*

9 *Nũcij Sedis Apostlicæ, itemq; officialis eius ab Inquisitore irretiri censura nequeunt.*


10 *Priuilegio concesso alicui, vt à nemine possit censura irretiri; à Romano Pontif. tamen irretiri ea poterit.*

XII.

1 §. † Aut ob domicilium iurisdictionẽ hanc habeat, idest is, quem censura irretire iudex vult, in sua diœcesi, territoriouè domicilium habeat, ibiq; habitet; hac enim ratione quis in nos iurisdictionem in primis habet arg. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & c. fi. de const. lib. 6. & c. à nobis. 1. de sent. excom. in antiq. Hac item ratione, qui cuipiam subiecti sunt, subiecti propriè dicuntur, vt glo. inqnit in Clemen. vn. in verb. subditos. in fi. de for. comp. quam DD. communiter ibi sequuntur Imol. nu. 32. vers. Qui autem dicantur subditi, & Anchar. eod. nu. 12. & Zab. §. eisdem. vers. Quintò quæro, & Abb. in c. 1. de for. comp. in antiq. in fin. nu. 25. vers. Circa forum domicilij. eod. vbi alios quamplures idem sentire nominatim refert, communem esse opinionem hanc sentit, & Imol. ibi nu. 9. & Add. ad eundem Felin. & Add. ad Bart. in l. assumptio originis. §. 1. in litera C. ff. ad municipal. Item hoc domicilij forum quoniam generalius est;
2 † nam quis super contractum initum alibi conueniri ea ratione ibi subiectus potest; vt habetur in c. dilecti filij. de foro compet. & ibi not. glos. in verb. vbi domicilium, & Abb. nu. 10. vbi communiter id receptum esse tacitò sentit; item super delictum alibi commissum; vt probatur in c. cùm contingat, & ibi not. Abb. nu. 7. & Imo. nu. 4. cum seq. & Felin. pluribus in prin. de for. comp. & in l. 1. & ibi Bart. ac DD. C. vbi de crim. ag. opor. idem not. Abb. in c. licet. nu. 8. & Imol. n. 9. & Felin. nu. 23. eod. de foro compet. Item, vbicunq; ratione hac subiectus est, vel extra territorium sit, iudici tamen domicilij subiectus remanet, vt asseruerunt Abb. in cit. c. cùm contingat. num. 7. vers. Nam causa, quare, & in c. fi. nu. 42. vers. Et hoc verius, & Felin. ibi num. 24. vers. Et scias. de foro competẽ. † Hinc etiam fit, vt hic vel absens; atque extra territorium à domicilij
3 iudice & citetur, & si contumax sit, excommunicetur, vt probatur in c. cùm sit Romana. in fi. de appell. & in c. ex tuæ. §. fi. de cler. non resid. & c. 3. vt lit. non contest. & vt glo. not. in c. nullũ Episcopum. 9. q. 2. & Imol. in cit. c. fi. nu. 9. de for. compe. & Felin. nu. 24. vers. In hoc vltimò, vbi pluribus hanc rem egit. Quare, quòd Episcopus in tota sua Diœcesi iurisdictionem habet, vt dicitur in c. cùm Episcopus de offi. ord. lib. 6. & ibi not. Anchar. Ioã. Mon. & Imol. in Clemen. 1. in princ.

prin.de offi.ord.& arg.c.cùm venerabilis.de relig.dom.& c.omnes Basilicæ. 16.q.7. ob eã rem & Ecclesias in sua diœcesi constitutas interdicto subijcere, & homines vniuersos, qui domiciliũ
4 ibi habent, censura irretire poterit; † Excipiunrur tamen primò, qui ab eius Epi iurisdictione exempti sunt; hos enim neque iudicare, neque censura irretire potetit, etiam si in sua diœcesi domicilium habeant arg.Clem.fi.& ibi glo.de priuil.& arg. c.luminoso. 18.q.2. exempti enim, statim atq; exemptionem adepti sunt, & quò ad personas, & quò ad res in ordinariorum potestate esse desinunt arg.c.2.vers.Mandamus.de suppl.neg.præ. & vt inquiunt Imol. secutus Gul. in Clem.1.de excess.prælat.nu.6.& Abb.in c.cùm dilectus.nu.3.de relig.dom. Hinc Natt.exemptos ab ordinario excommunicari non posse tradidit cons.257.nu.7.lib.2. & si sententia censuræ in ipsos ferarur, nulla erit arg.cit.c.cùm dilectus.de relig.dom.& c.pen.iunct.glo.in verb.relaxes secundum primam eius interpretationem communiter receptam, & ipsius Inuoc.de offi. ordi.& vt Abb.not.ibi num.3. & Imol. num.1. immò, & antequam à Romano Pontifice exempti se exemptos esse norint, neque excommunicari, neque suspendi ipsos posse asseruit Rota
5 decis.12.de præb. in nou. † Secundo loco ab ordinario domicilij censura irretiri non poterunt, Reges, Reginæ, eorumuè filij, vbi priuilegium hoc habent, ne excommunicari, su-
6 spendi, interdiciuè possint, vt habetur in c.ne aliqui. de priuil. lib.6. † Secus autem, si alijs huiusmodi priuilegium concessum sit; tunc enim ab ordinarijs censura irretiri possunt, vt hoc etiã habetur in cit.c.ne aliqui; vnde hoc priuilegium quò ad alios solùm, vt potè Legatos, Conseruatores, & Executores ipsis proderit, vt inquiunt Ioann. Andr. & Anchara. qui ipsum refert in fin. & Geminian. num. 5. versic. Quæro an talia. in citat. c. ne aliqui; non etiam ipsis proderit quò ad eorundem ordinariorum statuta; nam nihilominus ipsorum censuris obligabuntur, cùm plus statuta, quàm sententiæ possint, vt Geminian. & Aucharan. ibidem asserunt.
7 † Tertiò excipiuntur ij, quibus priuilegium hoc ne possint excõmunicari, suspendi, interdiciq; concessum est ob loca quædam religiosa, ob ordinemuè aliquem, vt habetur in c.4. de reg.iur. lib.6. nam & hoc casu ab ordinarijs censura non obligabuntur; si ergo Fratribus S.Francisci hu
8 iusmodi priuilegium condonetur, immunitate hac fruentur ob cit. c. ne aliqui. † Quartò neque ab ordinarijs ex communis iuris priuilegio excommunicati, suspendi, interdiciuè queunt, qui negotiorum suorum gratia Romam proficiscuntur, ibiuè ob eam rem commorantur, indeq; re-
9 deunt, ob hanc.s.causam quod illuc profecti sunt, vt habetur in Extrauag.3.de priuil. † Postremò neq; Inquisitores hæresis in Magistratus, Nunciosq; Sedis Apostolicæ censuras ferre queũt,
10 vt id quoque habetur in Extrauag. cùm Matthæus de Schis. † Verùm quid si simpliciter cuipiam priuilegium condonetur, vt à nemine censura irretiatur, an à Romano Pont. hic irretiri ratione hac poterit? planè à Rom. Pont. irretiri hunc posse concludendum est; tum ne hic à cæ-
11 phalus fiet contra c.cùm non liceat.de præscript. † tùm quòd nec priuilegiũ hoc speciatim concessum, ne à Rom.Pont.quis censura obligetur, valet; nam sicut à Dei potestate neminem Romanus Pont. eximere potest, ita nec à se, qui ipsius Dei personam in terris gerit, vt habetur in c.2.de translat.prælat.priuilegium igitur huiusmodi non valebit, atq; ita Io.And.asseruit, quem Abb.refert, ac sequitur, itemq; DD. in c.cùm instantia.nu.6. de cens. & Rebuff. in prax. benef. vers.Seu si venerabili Fratri.Form.nou.prouis.declar.vbi & hac ratione priuilegium non condonari ait; quorum sententia mihi etiam probatur, propterea quòd ad id iurisdictio postulatur, quam in se exercere nemo potest. Domicilij iudex igitur vniuersos, qui in suo territorio domicilium habent, censura obligare, & per statutum, & per sententiam potest, nisi aut exemptione, aut priuilegio muniantur, vt vidimus. At qui an priuilegium hoc suum allegare, probareq; ipsos oportebit? sanè id ipsos debere concludimus, vt habetur in c.cùm personæ,& ibi Gemin. & Anchar.not.de priuil.lib.6.& in l.si quis ex aliena.ff.de iud. nam, ex quo in diœcesi domiciliũ habent, eius loci ordinarius iudex ipsorum existimatur, vt dixit Anchar.in c.cùm Episcopus. in princ.de offi.ord.lib.6. & in eod.c.cùm personæ.de priuil. accedunt not.per Abb.in c.si diligenti.de foro compet.nu.31. & per Felin.in c.cùm ordinem.nu.8.de rescript.viden. Si tamen apertissimè constaret ipsos exemptos esse, priuilegiumq; in hoc habere, neq; tunc priuilegium, neq; exemptionem allegare oportebit; sic enim asseruerunt glos.in Clem.vn. in verb.interdicunt, & ibi Zab. secundo opp.de excess.prælat. & Inn.in c.2.nu.3. de dilat.& Felin.in c.veniens.num.4. de accusat.viden. & Bart. Ias. ac DD.in l.2.ff.si quis in ius voc. non ierit; aliàs autem priuilegiũ suum probare quem oportebit. Quid deniq;, si exempti in diœcesi delictum committant, contractumq; ineant? de his paulò pòst suo loco videbimus.

SVMMA.



SVMMA.

1 *Originis ratione iurisdictionẽ iudex aliquando habet.*

2 *Originem ex aliquo loco trahens, si reperiatur ibi, excommunicari, censuraq; irretiri ab eius loci iudice potest, etiam si domicilium ibi non habeat.*

XIII.

1 § † Aut ob originem iurisdictionem hanc iudex habeat, idest is, quem censura irretire iudex vult, è suo territorio ortum duxerit; hac enim ratione iudex in eum, qui alibi domicilium habet, iurisdictionem consequitur, vt probatur in l.incola.ff.ad municip. & vt asseruerunt Bart. in l.assumptio originis.§.1.vers.Quartò.ff.eod.& Abb.in c.proposuisti.nu.7.de for.competẽ.& Felin.in c.fi. nu. 24. vers. Et scias, quòd dominus Marian. eod. id quod locum habet, modò in originis loco fiet, vt citati autores eisdem in locis asserunt, ac communiter id receptum esse testatur Imol.in eod.c.fi.num.10.
2 † quare ab eius loci iudice, excommunicari, censuraq; alia irretiri poterit; immo, vbi semel ibi citatus est, etiam si inde abierit, in alterius territorio citationes perfici poterunt, vt paulò pòst in contractus foro videbimus.

SVMMA.

1 *Contractus ratione quis iurisdictionem in aliquem consequitur.*

2 *Contractum iniens alicubi, qui alibi domicilium habet, ibi si adsit, ac conueniatur, ab eius loci iudice excommunicari, censuraq; irretiri potest.*

3 *Contractum, iniens si, postea quam contumax factus est, inde discesserit, à iudice loci contractus excommunicari tamen potest, immo & semel citatus.*

4 *Contractum iniens, si non adsit in loco contractus, ab eius loci iudice irretiri censura non potest.*

XIV.

1 § † Aut ob contractum, vel quasi iurisdictionem hanc iudex habeat, idest is, quem irretire censura iudex vult, in suo territorio contractum, vel quasi contractum inierit; nam, & hac ratione iudex loci contractus in eum, qui alibi domicilium habet, iurisdictionem consequitur, vt probatur in l.2.C.de iurisd.omn.iud.& in c.dilecti,& in c.fi.de for.compet.& ibi DD.& Abb. in c.proposuisti.nu.8.eod.de foro compet.& Archid.in c.1.n.4.3.q.6.& Hel.in c.1.in verb.Contrahentes.de foro compet.lib.6.viden.& Goffr.in summ.n.11.de sent.excom.
2 † Hoc autem locum habet, primùm si ibi fiet; nam tunc, & excommunicari poterit, vt inquiunt Innoc.in cit.c. fi.nu.1.& Abb.nu.36.de foro compet.& sensit hoc etiam Couar.cap.4.nu.1. variarum resolut. lib.1.
3 † Deinde vbi contumax in contractus loco factus inde abijt; nam tunc, & absens excommunicari poterit, vt idem Abb. eod. num.36. asseruit; postremò vbi semel citatione in eo loco occupatus inde discessit; nam, quòd tunc extra territorium eius iudicis citatio fieri potest, vt probauit Felin.in cit.c.fi.nu.4.vers. Nono fallit. de foro compe. ob eam rem, si contumax fiet, excommunicari poterit, vt inquiunt Innoc.in c.pretera.nu.1. vers. Sed si postquam. de dilat.& Gemin.in c.1.§.contrahentes.n.14.vers.Sed si ad finem.de foro comp.lib.6.
4 † aliàs autem, quò ipsum excommunicet, censuraq; Ecclesiastica afficiat, extra territorium citari non potest, neq; etiam ad contractus locum ipse contrahens inuitus trahi; nam, quòd inuitus eò non trahitur, vt habetur in cit.§.contrahentes, ob eam rem neq; contumax effici, neq; propterea excommunicari potest; alioquin, si excommunicaretur, ad absolutionem consequendam iudicem adire cogeretur contra cit. §.contrahentes, atque sic asserunt Abb. in cit.c. fin.nu.36. vers.Si verò non reperitur in loco.de foro compet.& Innoc.eod.nu.1. vers. Argumenta ad hoc, & Gemin. in cit. c.1.§.contrahentes.nu.14.vers. Si autem non præueniat, & Imol. eod. nu.1.vbi per hoc autem. & Prob.eod.n.10.in Add.ad Io.Mon. Vide tamen in hoc Archid.c.1.n.4.3.q.6.& Hel.in c.1.in verb.contrahentes.de foro competenti lib.6.

SVMMA.

1 *Delictum committens in territorio, vbi domicilium non habet, à iudice loci eius excommunicari, censuraq; alia irretiri pôt, modò aut ibi sit, aut, antequam inde abierit, legitimè citatus fit.*

2 *Superior delinquens in territorio inferioris an ab*

an ab eo irretiri censura possit.

3 *Archiepiscopus delictum committens in diœcesi, quam suus Suffraganeus habet in prouincia alterius Archiepiscopi, ab eo censura obligari potest.*

4 *Archiepiscopus delictum committens in diœcesi Suffraganei alterius Archiepiscopi ab eo Suffraganeo excommunicari potest.*

5 *Exemptus à iurisdictione alicuius respectu habito ad aliquem locum, si extra eum delictum committat, contractumuè ineat, aut obrem extra eum locum sitam conueniatur, censura potest irretiri.*

6 *Exemptus simpliciter à iurisdictione alicuius ab eo nec ob delictum excommunicari potest.*

7 *Priuilegium habens ne possit excommunicari, interdici, ac suspendi, ab ordinarijs hæc patientur, secus autē si Regi, Reginæ, eorumuè filijs priuilegium hoc concessum sit. & quid si priuilegium concessum sit respectu habito ad locum.*

XV.

1 §. † Aut ob delictum iurisdictionem hanc iudex habeat, idest is, quem censura Eccl. irretire
iudex vult, in suo territorio delictum commiserit; nam tunc, & si domicilinm ibi nō habet,
eius tamen fori, vbi delictum commisit, efficitur, ac propterea ab eius loci iudice & puniri; &
cēsura Ecclesiast. irretiri potest; modò aut ibi fiet; aut, antequā inde abierit, legitimè citatus sit,
vt probatur in c. postulasti, & in c. fi. de foro comp. & in c. 1. 3. q. 6. & in l. si cui. §. idem Imperatores, & in l. fi. ff. de accusat. & in l. 1. & in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. ag. oport. & de
excōmmunicatione speciatim in c. 4. 6. q. 3. & vt DD. vniuersi eisdem in locis not. & Goffr. in
summ. nu. 11. de sent. excom. & glos. in c. nuper. in vers. Tunc erit. de sent. excom. ac de communi sententia testatur Abb. in c. fi. nu. 6. de for. comp. hinc omnem, qui iudicis iurisdictionem impedit, excommunicari ab eo posse, etiam si subditus eius non sit, dixit Innoc. in c. quia quæsitū.
de offi. deleg. nu. 2. hinc, & si laici ordinario iure quò ad delicta subiecti Episcopo non sunt, ob
Ecclesiasticum delictum tamen, vt potè ob hæresim excommunicari posse asseruit Bursat. cons.
2 90. num. 30. lib. 1. † Verùm, quid si superior in inferioris sui territorio delictum committat, an
irretiri censura poterit ab ipso? hanc quæstionem absoluimus supra in §. 10. nu. 14. in Archie-
3 piscopo. † Sed quid si exempli gratia Episcopus Arimini in alterius prouincia diœcesim aliam
habeat, & in ea suus Archiepiscopus delictum committat, an ab eo punietur, censuraq; obligabitur? Innoc. in c. cùm inferior. num. 1. vers. Immo plus. de maior. & obed. vbi quæstio hæc disputatur, hunc excommunicari ab Episcopo non posse sensit; eandem sententiam secuti sunt Archid. in c. 1. in fin. 3. q. 6. & Imo. in eod. c. cùm inferior. n. 11. eandem communiter receptam esse Felin. inquit ibi. n. 3. vers. Declara secundò. Probatur aūt ea potissimùm ratione, quoniam, si Episcopus Archiepiscopum suum puniret, censuraq; afficeret, inferiot superiorem condemnaret contra c. inferior. dist. 21. & cit. c. cùm inferior. de maior. & obed. Contrariam opinionē nihilominus secutus est Abb. ibidem num. 1. eandem Felin. videtur quoque amplexatus; nam Archiepiscopus in alterius diœcesi, quæ in sua prouincia non est, non vt Archiepiscopus, sed vt quiuis alius Episcopus, & vt priuata persona tunc habetur arg. l. 3. ff. de offic. procons. at alius Episcopus, & priuata persona puniretur; ergo & Archiepiscopus; non enim absurdum est eandem personam plurium personam agere diuersorum ratione habita arg. l. cùm quædam. C. de admin. tutor. & c. postulastis. de conc. præb. cum simil. cit. à Felin. eodem in loco; hanc opinionem vti verissimam ego itidem sequor; nam superioritas illa quò ad iurisdictionem ab Archiepiscopo in Episcopum habetur, vti iuribus antea cit. probauimus in §. 10. at superioritas illa in alterius prouincia quò ad iurisdictionem cessat arg. l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. & c. fi. de const. lib. 6. & c. & litigantes de offi. ord. eod. lib. & Clem. 1. de foro compet. & ibi not. Anchar. & c. ex tuarum. de auth. & vs. pal. in antiq. vnde nec in alieno territorio Archiepiscopus suum Episcopum condemnaret ob iura proximè cit. adhæret enim iurisdictio ipsi territorio, vt dixit Anchar. in cit. Cle. 1. nu. 2. de for. comp. cùm igitur superioritas illa cesset; ergo & eiusdem effectus arg. c. cùm cessante. de appell. ex quo patet sublatam esse prioris sententiæ rationem; Episcopus ergo in hoc
4 casu suum Archiepiscopum iudicabit; † quod cùm ita sit, multo magis iudicare, ac censura irretire alterius prouinciæ Archiepiscopum, si in sua diœcesi delictum committat, Episcopus poterit; sic enim asserunt glo. in c. si qui Episcopi. in fi. dist. 92. & Innoc. in cit. c. cùm maior, & Abb. ibi nu. 1. & Imol. nu. 11. & nu. 13. idem Abb. in c. 1. in fi. de rapt. ac de communi sententia testatur Felin. in eod. c. cùm inferior. nu. 1. cum seq. & Anchar. in c. 2. num. 10. vers. Tertiò, & vltimò. immo & Patriarcham nō suum in hoc casu delinquentem ab Episcopo puniri posse idem Anch. not. in cit. Clem. 1. de foro compet. nu. 2. An autem exemptum delinquentē Episcopus puniat?

hanc

hanc quæstionem glo. disputauit in c. placuit. 6. q. 3. & in c. tuarum, vbi DD. de priuileg. nam, ne puniatur, videtur probari in c. cùm Capella. de priuile. vbi ob concessum priuilegium Capellæ Ducis Burgundiæ, ne Canonici eiusdem ab Episcopo, ab Archiepiscopoue censura Ecclesiastica obligentur; si Canonici illi delictum committant ob eam Capellam, ab Episcopo eos puniri non posse dicitur; ergo exemptus ab ordinario non punitur: Contrarium tamen ratio hæc alia suadere videtur; quòd, qui priuilegio abutitur, eo priuari meretur, vt habetur in cit. c. tuarum, & in c. priuilegium. 11. q. 3. Ego igitur in hac re, in qua DD. varij fuerunt, sic concludendum censerem; † Aut locus cum personis à iurisdictione ordinarij exemptus est, & tunc ab ipso
5 neq; iudicari ipsas personas, neq; censura irretiri posse censeo; vt habetur in c. 1. vers. Nunquid ergo. de priuil. lib. 6. & ibi Hel. not. & Panor. in cit. c. tuarum. in fin. sensit. Excipitur tamen, vbi extra locum exemptum homines exempti in sui ordinarij iurisdictione aut delictum committerēt, aut contractum inirent, aut res, quamobrem conueniuntur, sita esset; nam tunc ab ordinario irretiri censura etiam poterunt, vt habetur in cit. c. 1. in princ. de priuil. iunct. glo. Aut rei, & vt DD. ibi not. & sensit Imol. in c. fi. nu. 7. vers. Item aduerte. de foro compet. duo igitur, quò exempti puniantur ab ordinario, requiruntur, & vt delictum in diœcesi committant, & vt in loco non exempto, vt habetur in cit. c. 1. & vt Gemin. inquit eod. c. 1. §. nunquid. nu. 8. vers. Et sic duo habent, & Anchat. eod. nu. 3. vbi verò extra ordinarij territorium delictum committerent, sicuti etiam si contractum inirent, aut res sita esset, ob domicilium à iudice ordinario iudicari non posset, & hæc locum habent etiam vbi Eccl. simpliciter est exempta; nam & eius Eccl. clerici exempti sunt hac eadem ratione, vt habetur in c. per exemptionem cum ibi not. de priuileg. lib. 6. † Aut quis simpliciter exemptus est; & hunc, in quacunque territorij parte delictum
6 committat, censura obligari ab ordinario non posse concludo, sicut Abb. asseruit in cit. c. tuarum. de priuil. in fi. & nos asseruimus sup. in §. aut ob domicilium. nu. 4. alioquin priuilegium illud inutile redderetur; non enim quis censura obligatur, ac præsertim excommunicatione, qui delictum non commisit atg. c. 1. de rapt. & c. 4. 6. q. 3. † Aut non simpliciter ab ordinarij iurisdi-
7 ctione exemptus est, sed priuilegio huiusmodi est donatus, ne excommunicati, suspendi, interdiciuè possit; & hic ab ordinario nihilominus censura obligari poterit, vt habetur in c. ne aliqui. de priuil. lib. 6. & ibi Anch. & Gemin. not. immo multo magis & eorundem ordinariorum statutis constringetur, sicut cit. DD. eisdem in locis asserunt: excipiuntur tñ duo casus; primus, vbi Regibus, Reginis, eorumuè filijs priuilegium hoc condonatū est; nam hi nec ab ordinario excommunicatione, censuraq; alia irretiri poterunt, vt excipitur in cit. c. ne aliqui. atq; vt conclusimus in eod. §. aut ob domiciliū. n. 5. alter, vbi, ne ab ordinario censuris afficiatur, priuilegio datum cuipiā est; nam tunc ab ipsius priuilegij verbis non discedemus arg. l. non aliter. ff. de leg. 3. vnde priuilegij verba semper diligenter obseruabimus. Aut priuilegio quibusdam condonatum est simpliciter, ne suspendi, excommunicari, interdiciuè possint respectu habito ad locum aliquem, remuè aliquam; & in hoc casu neq; ab ordinarijs censura obligabuntur, vt dicitur in citato c. 1. §. in eos. de priuileg. lib. 6. & in c. cùm Capella. eod. in antiq. & vidimus eod. §. ob domicilium. nu. 7. excipitur autem, vbi extra eum locum, eamuè rem delictum committerent; nam tunc & ab ordinarijs hac pœna afficientur, vt probatur in cit. c. cùm Capella, & vt Abb. ibi not. atq; glo. prop. fin. in cit. c. placuit. 6. q. 3. sensisse videtur; ex quibus iam patet, quando vel exemptione, vel priuilegio munitus ab ordinario puniri possit; item vbi locum sibi vindicet cit. c. cùm Capella; ac denique regula illa priuilegium amittere meretur, qui eo abutitur.

SVMMA.

1 *Rei causa, quæ in loco sita est, reus, si inuentus ibi actione in rem, mixtaue conueniatur, ab eius loci iudice, & si domicilij iudex non sit, excommunicari, censuraq; irretiri poterit, alias non.*

XVI.

1 § † Aut ob rem in suo territorio sitam iurisdictionem hanc iudex habeat, idest is, quem censura irretire vult, ob rē conueniatur actione. s. in rem, quæ in suo territorio sita sit; nam ibi conuentus ab eius loci ordinario iudicari, ac propterea censura irretiri poterit; quandoquidem ob rē in loco sitam cōueniri eo in loco potest, quando ibi reperitur, vt probatur in c. 3. & in c. fi. vbi Abb. nu. 4. cum duobus seq. ac DD. & in l. fi. C. vbi in rem actio. hæc igitur postulantur, primùm vt ibi inueniatur, citationeuè saltem occupatus sit, antequam illinc discesserit, vt de foro contractus diximus, & Abb. sensit, quo cum DD. transeunt in eod. c. fi. nu. 44. vers. Quò ad secundum;

cundùm; item vt actione in rem simplici, mixtaué conueniatur, vt idem Abb.num.44.ac DD. sentiunt in cit.c.fi. postremò vt res ea vel immobilis, vel ibi perpetuò permansura sit, vt communiter id receptum esse testantur Abb.eod.c.fin.nu.44.& Imol.nu.11.in fin.

SUMMA.

1 *Subiectione iurisdictionem habens censuram ferre potest in eum, qui se illi subiecit.*

2 *Par, superiorué se subijciens paris, inferiorisué iurisdictioni ab eo excommunicari, censuraué alia irretiri potest.*

3 *Clericus subijciens se iurisdictioni iudicis non sui, nisi superior suus consentiat, ab eo iudice, cui se subiecit, neq; iudicari, neque censura irretiri potest; id quod locum habet, & in Episcopo, qui sine licentia iudici non suo se subijcere non potest, nec Archiepiscopus sine sui Patriarchæ licentia.*

4 *Exemptus sine eius licentia, cui subiectus est, nec ordinario, à quo exemptus est, se subijcere potest, ac propterea nec censura ab ipso obligari.*

5 *Exemptus censura iuris irretitus absolui ab ordinario, à quo exemptus est, non potest, nec ab altero, cui se subiecit, sine eius licentia, cui subiectus est.*

6 *Romanus Pont. subijcere se alteri non potest, quò excommunicetur, censuraué alia obligetur.*

7 *Laicus subijciens se iudici ecclesi. non suo sine licentia Episcopi sui an irretiri ecclesi. censura possit.*

XVII.

1 § † Aut ob subiectionem iurisdictionē hãc iudex in eum habeat, quem censura irretire vult, ideft is, quem aliàs iudicare non potest, ac propterea neq; excõmunicare, neq; censura irretire, quippe quòd in ea iurisdictione, aut ipsi par, aut ipso superior est, ei se subijciat; † nam & in hoc casu ab eo, cui quis se subiecit, siue par, siue superior sit, & iudicari, & censura irretiri poterit, vt probatur in l.est receptum, vbi DD. not.ff.de iurisd.omn.iud. & l.ille, à quo. §.tempe-
3 stiuum.ff.ad Treb.& c. nos, si incompetenter. 2.q.7. † quamuis, si vel clericus fiet, vel Episcop. vt de consensu sui superioris id faciat, necesse sit, vt habetur in c. significasti de foro compet. & Abb.Imol.Felin.ac DD. ibi tradiderunt; sicuti igitur clericus Episcopo subiectus sine consensu Episcopi alteri se subijcere non potest; ita neq; Episcopus sine sui Archiepiscopi licentia, vt ob-
4 seruerunt Host.& Abb.qui eum refert in eod.c.significasti.nu.6.vers.Sed quia hic tantùm: † idē quoque de exemptis concludimus; nam nec ipsi sine licentia eius, cui subiecti sunt, se subijcere alteri queunt, vt tradidit Abb.in eod.c.significasti.n.8.& in c.graue.nu.3.de offi.ord.& in c.cùm tempore ob illud.c.& ob c.2.in fi.vers.Ius nostrum.de restit.in integr.& c. cùm olim.2.de priui.
5 & in c.cùm olim.num.4.de pręscript. † Atqui an exemptus censura ecclesiastica irretitus à iure, vbi Rom. Pontif. reseruata absolutio non est, ab ordinario absolutionē consequetur, si ei absq; superioris licentia se subijciat? videbatur planè dicẽdum, & se ipsum subijcere posse, ac propterea absolutionem tributam valere; tum quòd quisq; priuilegium, quod sibi condonatum est, repudiare potest arg.l.si quis in cõscribendo, & ibi not.C.de pact. tum quòd id, quod fauoris gratia sibi tributum est, aliàs detrimento esset contra l.quod fauore. C.de leg. Contrariam sententiam nihilominus, vt ab ordinarijs exemptus absolui non possit, si sponte ipsi se subijciat, amplexati sunt Abb. in c. graue.de offi.ord.& in cit.c.cùm tempore.nu.2. de restit.in integr.& in c.2. nu.4.de sent.excom.& Felin.ibidem nu.5.& in c.cùm olim.nu.4.de præscript.& glo.fi.quam ibi not.DD.in Clem.cùm ex eo. de sent.excom.& Burg.de irregul. par. 6.cap.de delegatione absolutionis nu.5. cum seq.vers.Ex hac inductione. Probatur autem hac potissimum ratione, quoniam ordinarius nullam iurisdictionē in exemptos habet, vt probatur in cit.c.graue. de off.ord. & in cit.c.cùm tempore.de arb.& in c.2.in vers.Ius nostrum.de resti.in integr.& in c.cùm olim. 2.de priuil. ergo ab solui ab ipso exempti nequeunt, cùm ad absolutionem hanc tribuendam iurisdictio postuletur arg.c.pastoralis.§.præterea.de offi.ord.quam sententiam & ipse quoq; amplector; nam vbi Canon voluit, vt ab ordinarijs exempti iudicarentur, id expressit, vt in c.1. de priuileg. lib. 6. & in c.ne aliqui eod. & in c. cùm Capella eod. in antiq. ergo extra eos casus iurisdictionē in exemptos ordinari non habebũt arg.l.cum prætor.ff.de iud.& c.nonne. de præsumpt. Præterea Rom. Pont. eximẽdo quempiam ab ordinarij iurisdictione ius in ipsos sibi soli reseruare videtur, & ita adimere ordinario iurisdictionem, nam aliàs Summus Pont. iurisdictionem in ipsos habet arg.c.cuncta per mundum. 9.q.3.& cum quouis ordinario concurrit; ergo, ne exemptio inutilis quò ad hoc reddatur, iure nec absolui à censuris exempti ab ordinarijs poterunt,

terunt, atq; ita Rom. Pont. argumentatus esse videtur in c.si Papa.vers.Si autem ecclesiæ.de priuileg.lib.6.postremò qui condemnare quempiam non pōt, is eundē nec absoluere, vt habetur in c.verbū.de pœn.dist.1.& l.qui condemnare.ff.de reg.iur.cū simil.ergo, cùm ordinarius exemptos non condemnet, nec eosdem condemnatos absoluet; ab hac igitur opinione discedendum non censerem. Excipio tñ, vbi exēpti ob delictū, de quo puniri ab ordinario possunt, in excōmunicationem iuris incidissent; nam, cùm ipsos condemnare tunc queat; & eosdem absoluere poterit, cùm hoc gratiosum sit arg.l. Arrianus.ff.de action.& obligat. atque in hoc casu contraria sententia, quam secutus est Fed.de Sen.cons.14. locum habebit. Non repugnant modò cōtraria proposita; nam primò l.si quis in conscribendo. C.de pact.cessat, idest priuilegium repudiare quis non potest, vbi alterius interesse agitur, nec ab eo separari potest, sicuti Bart. ibi tradidit nu.6.vers.Primo casu, & vers.Tertio casu, & Ias. nūm.14. vers. Secundò, quod sit, ac DD. etsi ergo per exemptionē priuilegium hoc exempti habēt, quod tñ alteri ius quæsitum est, ob eā rem alteri se subijcere nequeunt sine eius licentia arg. c.significasti.de for.comp. Non repugnat etiam aliud contrarium depromptum ex l.quod fauore.C.de leg.nam incommodum hoc, quod consequitur, ex rei natura consequitur arg.cit.c.verbum.de pœnit. dist.1.& l. qui condemnare. ff.de reg. iur. & vt sensit Bursat. eod.at incommodum huiusmodi vitare non possumus arg.l.secundum naturam.ff.de reg.iur.& c.qui sentit.de reg.iur.lib.6. Firma igitur proposita conclusio
6 remanebit. † Verùm an Rom. Pont. alteri se subijcere poterit; quò excommunicetur, censuraue alia constringatur? Card. S. Sixti in tract. de potest. Papæ q.25. quem refert, ac sequitur Felin.in c.Eccl. S. Mariæ.nu.5.vers.Adde istis.de const. id non posse asseruit; eandem opinionē secutus est S.Thom.dist.19.q.1.art.1.lib.4. & Add.ad Abb.in cit. c. Eccl. S. Mariæ, in litera R. quam sententiam & ego amplector; quandoquidem non mediocris iniuria Christo Domino irrogaretur, atq; Ecclesiæ non mediocre detrimentum, si ipsius Vicarius, aut extra Ecclesiam eiceretur, quod fit excommunicatione; aut interdicto, aut suspensione, quæ in Ecclesia munera obire debet, quò minus ea pbiret, impediretur, arg.c.quia periculosum de sentē. excom.lib.6. à multo magis. Nec, quòd in c. si.24.q.2. Dioscorum Papam post mortem anathemate percussum legimus, quicquam officit; nam non Pontificem Maximum, sed Ecclesiæ Constantinopolitanæ Antistitem fuisse glo. ibidem asseruit, & in c.si Papa.dist.40. & in c.fin.dist. 21.ab ea igitur sententia non discedemus. Si ergo qs iudici non suo se subijciat(modò, vbi clericus est, de sui ordinarij licentia hoc faciat) excommunicari ab eo poterit, vt tradidit Abb. in c.P. & G.nu.6. de offi.delegat. idem si laicus de sui Episcopi consensu ecclesiastico iudici non suo se submittat, vt
7 Abb.ibidem sensit. † Verùm quid si laicus sine Episcopi sui consensu alterius ecclesiastici iudicis iurisdictionem proroget, an ab eo excommunicari poterit? planè, si delegatus iudex ille sit, cuius iurisdictio prorogata est, excommunicari ab eo hunc non posse concludimus, vt habetur in cit.c.P.& G.de offi.deleg. & vt Abb.ac DD.ibi not.& Innoc.in c.de causis.nu.1.vers. De personis ad personas: at, si ordinarius iudex sit, dubitationem nonnullam habet, nā in eo.c.de causis.n.4.nec ordinarij iurisdictionē quò ad excōmunicationem ferendā sine proprij Epi consensu prorogari posse Inn. asseruit, eundem Host. ac DD. secuti sunt in cit. c.P.& G. vti testatur Abb. ibidē.n.6.vers.Sed dubium remanet in laico. Probatur añ horum sententia hac vna potissimū ratione, quoniam potestas hæc excommunicandi à Deo, à vicarioq; ipsius proficiscitur; ergo & ab eius vicario tantùm tribui, non autem per prorogationem à priuatis hominibus actore, ac reo potest; ita Inn.in cit.c.de causis.Abb.in eo c.P.& G.n.6.vers.Et ad motiuū, sic ad rationē hanc rñdebat, consensum hic vicarij ipsius Christi interuenire; nā, ex quo prorogationē per constitutiones suas comprobauit, & quæ ad ipsam pertinerent, permisisse videtur, & ita vt priuati homines iurisdictionem prorogarent arg. l.2.ff. de iurisd.omn. iud. Quare contrariam sententiam ipse amplexatus est, vt.s.laicus sine consensu Episcopi alterius ecclesiastici iudicis ordinarij iurisdictionē et quò ad excōicationem prorogare posit; nam, dicebat ipse, ratio, quamobrē censura à delegato lata non valuit in cit.c.P.& G. illa redditur à Romano Pontifice, quoniā delegata iurisdictio prorogari non potest; ergo secus erit, vbi ordinaria prorogabitur; firmissimum enim est argumentum à contrario sensu in iure, vt habetur in l.1.& ibi DD.ff.de offi.eius. præterea exceptio contrariam regulam esse indicat; sic igitur argumentabatur Abb. cuius sententiam ego quoq; sequor; nam, si Ecclesia, & laicum consensum sui Episcopi habere voluisset ad prorogationē faciendam, id expressisset, sicut aliàs in pœnitentiæ foro expressit, vt in c.omnis.de pœnit.& remiss. & vt de clerico in foro contentioso in c.significasti, & in c.si diligenti. de foro compet. confirmatur sententia hæc, quoniam aduersarij concedere videntur, quò ad alia

laicum

laicum Ecclesiastici iudicis iurisdictionem prorogare posse; at iurisdictio illa eadem est, qua & censuræ feruntur; quæ à Christo Domino illis verbis apud Matth. cap. 18. tributa est, Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, &c. ergo nec quò ad alia laicus sine Episcopi consensu eam prorogare posset; non.n. maior ratio in his, quàm in illo reddi potest; Abb. sententia igitur verissima esse mihi videtur; q̃ diximus autẽ de prorogatione, eadem de subiectione dicta esse intelligimus; non enim inter se differunt, vt asseruit Ias. in l. est receptum, nu. 6. ff. de iurisd. omn. iud. ob l. 1. ff. de iud. & cit. l. est receptum, quãuis mea sententia prorogari iurisdictionem à priuatis, subijcere se verò alteri propriè is dicatur, qui ei, cui se subicit, in ea iurisdictione aut par, aut superior est, vt probatur in cit. l. est receptum, & in l. ille, à quo. §. tempestiuum. ff. ad Treb. iunct. cit. c. P. & G. de off. deleg.

S V M M A.

1 *Iurisdictio Ecclesiastica necessariò ad censurã ferendam requiritur.*
2 *Iudex Ecclesiasticus esse debet, qui censuram Ecclesiast. fert.*
3 *Episcopus iurisdictionem secularem tantùm habens in aliquos censura Ecclesiast. eos irretire non potest.*
4 *Episcopus iurisdictionem habens & Ecclesiasticam, & secularem in aliquos, censura Eccl. irretire ipsos potest.*

XVIII.

1 § † Ecclesiasticam, spiritualemq; iurisdictinem hic iudex vt habeat, etiam requiritur, in eos,
2 quos censura Ecclesiastica irretire vult; † tùm quòd, qui censuram Eccl. laturus est, clericus esse debet, vt probauimus antea in §. clericus, ex quo apparet ad Ecclesiasticam iurisdictionem potestatem hãc spectare, cùm à laicis non exerceatur arg. c. at si clerici. de iud. tùm quòd pœnæ huiusmodi modò districtio Ecclesiastica, modò Eccl. disciplina, sæpiùs censura Eccl. dicuntur, vt nos probauimus in hac Tab. cap. fin. §. fin. iurisdictionem Eccl. igitur iudex hic habebit; atq; ità inquiunt Abb. in c. dudum. 2. nu. 7. de elect. & Couar. in c. alma. par. 1. §. 11. nu. 1. vers. ex quibus illud. de sent. excom. lib. 6. & glo. communiter recepta in c. transmissam. de elect. & Host. in summ. §. quis possit excommunicare. vers. Nedum autem ius, ibi quòd si aliquis prælatus habeat iurisdictionem temporalem, & Io. de Lign. de cens. Eccl. §. octauus incip. restat videre. nu. 3. vers. Alij autem inferiores prælati, & in verb. Sacerdotes. nu. 4. eod. & Archiep. Florẽ. de excomm. cap. de caus. effic. in fin. & Syl. in verb. excommunicatio. 1. nu. 6. vers. Nec prælatus
3 habens. † Quare, si Episcopus exempli gratia iurisdictionem secularem in aliquos tantùm habet, eos censura obligare non poterit; † secus autem, si & hanc spiritualem, sicut Imolæ Episco-
4 pus in Bagnaræ homines; nam, quòd vtranque iurisdictionem in ipsos habet, ob eam rem quo vult gladio eos ferire potest arg. c. dilecto. de sent. excom. lib. 6. & c. per venerabilem. vers. Id autem in patrimonio, qui filij sint legit. in antiq. & vt Host. eod. in summ. asseruit, & Io. de Lig. eod. vbi sup. & Innoc. in eod. c. dilecto. in verb. & ecclesiasticis, & sequitur Gemin. nu. 11. vers. Quæro, quia te 2. & Phil. Franc. vers. In glo. fin. & Anchar. vers. Secundò not.

S V M M A.

1 *Iurisdictio Ecclesiastica fori contentiosi requiritur ad censuram Ecclesiasticam ferendã.*
2 *Censura Eccl. fertur in inuitum.*
3 *Censura Eccl. cum causæ cognitione fertur.*
4 *Sacerdotij character iurisdictionem fori contentiosi non tribuit.*
5 *Iurisdictionis fori exterioris potestas, ac sacerdotij eodem tempore à Christo Domino tributa non est.*
6 *Parochus, seu Sacerdos animarum curam habens excommunicare non potest.*

XIX.

1 § † Fori contentiosi, exteriorisq; iurisdictionem Ecclesiasticam in eum vt iudex habeat, et oportet, quem censura Eccl. irretire vult, idest iudex, qui censuram Ecclesiasticam fert, iurisdictionem Eccl. contentiosi, atq; exterioris fori habere debet; nam censuras ferre ad iurisdictionem hanc pertinet, vt inquiunt Abb. in c. dudũ. 2. nu. 7. vers. Quædam verò est cura. de elect. & in c. cùm contingat. propè fi. vers. Sexta conclusio. de for. comp. & in c. 3. nu. 3. de pœn. & glo. in Clem. vn. in verb. iurisdictionem. de for. comp. & in Extrauag. execrabilis in fi. in vers. Visitare. de preben. & Bero. in c. 1. nu. 78. de offi. deleg. & Menoch. q. 43. nu. 17. de arbit. iud. & vt probatur in c. quærenti. de verb. signif. & in c. sacro. de sent. excom. in antiq. & in c. 1. eod. & tot. tit.

C 2 eod.

eod.lib.6. & Nauar.in releċt. c.cùm contingat.in secunda causa nullitatis nu.25. de rescript. &
2 Couar.in c.alma.par.1.§.11.nu.1.vers.Primùm igitur. de sent.excom.lib.6.† Ac meritò etenim
3 censuræ, & in inuitum feruntur argu.c.sententia.11.q.3.† & ad eas ferendas iudiciaria cognitio requiritur, vt probatur in c.nemo.2.q.1.& in cit.c.sacro.de sent.excom. & in cit.c.1.eodem lib.6.quo casu contentiosa iurisdictio exerceri dicitur, sicuti glo.sensit,& ibi quoq; Abb.ac DD. in c.nouit,de off. deleg. & Burg.docuit.de irregul.& dispens. par.6.q.2.cap. quæ iurisdictio dicatur contentiosa; iurisdictio igitur ad contentiosi fori censuras ferendas postulatur. An Sacerdos simplex ergo, Parochusue animarum curam habens excommunicare, censurasue alias ferre poterit? hæc quæstio difficilis admodum DD.visa est, eamq; varijs in locis disputarunt gl. in c.nemo Episcopus.2.q.1.Abb.ac DD.in c.si Sacerdos.de off.ord.idem Abb.in c.cùm contingat.nu.30.de for.compet.Sot.dist.22.q.2.art.1.lib.4.sent.S.Bon.eod.lib.de mod.lig.in for.iud. dist.18.q.3. in eadem demum variæ sententiæ sunt; nam Archid.in c.Romana.de sent.excom. lib.6.quem refert Abb.in cit.c.cùm contingat.nu.30.Sacerdotem curam animarum habentem excommunicare posse asseruit. Pro qua sententia citatur primò c.nemo.2.q.1. Nemo Episcopus, nemo Presbyter, dicitur enim ibi, excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Hæc ibi; ex quibus manifestò probari videtur Sacerdotem excommunicare posse; nam, si iubetur ibi, ne presbyter excommunicet, nisi causa cognita; ergo Sacerdos excommunicare potest; quandoquidem Presbyteri nomine Sacerdos significatur, vt habetur in c.1.vers.Presbyter græcè.dist.21.Citatur secundo loco c.si Sacerdos.de offic.ordi.vbi, si is, cui damnum datum est, iustitiam petierit, Sacerdotem ipsius autorem damni excommunicare posse dicitur. Tertiò citatur c.cùm ab Ecclesiarum eod. vbi, interdicti, excommunicationisq; sententia à Plebano lata vt seruetur, Romanus Pont. iubet; Plebanus autem Parochus est animarum curam habens, ac propterea Sacerdos arg.c.omnis.de pœn. Quartò allegatur c.alia causa.6.q.2.vbi D.Hiero.de Presbytero sic inquit, Si peccauero, licet illi, s. Presbytero me tradere Satanæ in interitum carnis, vt spiritus sit saluus in die Domini. Hæc S.Hierony. tradere autem quem satanæ, idem est, qd excõmunicare, vt habetur in c.audi.11.q.3. ex hisce iuribus ergo Sacerdotem animarum curam habentem excommunicare posse probari videtur. Accedit quoq; c.miramur.§.his autoritatibus.vers.Cùm ergo.24.q.1.vbi per Sacerdotalem vnctionem Gratianus quem & baptizandi, & excommunicandi potestatem, consequi ait. Hæc igitur iura sunt, quæ pro opinione hac in primis allegantur, quibus tamen ipsa non probatur. Non p. cit.c.nemo, quod sententiam hanc tutari in primis videtur; nam, quod excõmunicatio duobus modis fertur, solemniter, s. vt habetur in c.debent.11.q.3. quo casu ab Episcopo tantùm fertur, vt inquiunt Abb.in c.cùm ab Ecclesiarum.nu.5.de offic.ord.& Add.ad eum, & Burgas.de irreg.& dispens.par.6.cap.de differ.excom.& anathem.& nos tradidimus in Tab. 2. item non solemniter, quo casu & ab inferioribus Episcopo fertur, vt potè ab Episcoporũ vicarijs, ideò quò ostenderetur, quacunq; ratione feratur excõmunicatio ipsam causa cognita ferri debere, ob eam rem & Episcopi, & Presbyteri mentionem fecit; non igitur cit.c.nemo id probat, ad quod allegatur; ac planè, si pro certo habuisset ibi Canon Sacerdotem excommunicare posse, non ne sat erat prohibere, ne Episcopus sine causæ cognitione excommunicationem ferret? nam, quod maioribus prohibitum est, & inferioribus multo magis prohibitum esse per se deinceps satis constat arg.Auth.multo magis.C.de sacr.sanc.Eccl.præterea expressio illa Presbyteri superuacanea esset contra legis naturam arg. l.quod Labeo.ff.de carb.edict.eo igitur c.nemo proposita sententia non probatur, Non probatur etiam per cit.c.si Sacerdos.de offic.ordi. nam ibi de Sacerdote agitur, qui contentiosi fori iurisdictionem habet; delarant id primùm verba hæc Sed si ille, cui damnum illatum est, petierit iustitiam, quæ habentur in cit.c.si Sacerdos; nam, vbi damnum quodpiam nobis illatum est, non à Parochis, Sacerdotibusq;, sed à iudicib. contentiosi fori iustitiam petimus; ergo ibi de Sacerdote accipi debet, qui iurisdictionem huiusmodi habet, cùm ea verba simplici Parocho non conueniant; declarat quoq; id titulus, ad quẽ iura, quę sub ipso collocata sunt, accõmodare debemus, vt asserunt glo.in c.tibi, qui, de rescrip. lib.6. & in c.si super gratia.de offic. delegat.eod.lib.& Ias.in l.si filius, qui in potestate.nu.33.ff. de liber. & posthu. nam inscriptus est de officio iudicis ordinarij, vt ibi habetur; at iudices ordinarij, non Sacerdotes simplices, sed contentiosi fori iudices dicuntur arg.c.sacro.de sent.excõm. in antiq.& c.1.eod.lib.6.& tot.tit.de offic.ord.lib.6. id, quod etiam multo magis dicendum est, quoniam de Parochi iurisdictione, eiusq; foro in alio titulo.s.de pœnit. & in c.omnis. eod. actum est; de prælatis ergo, qui Sacerdotes dici consueuerunt arg.c.olim.dist.95. quique iurisdi-

iurisdictionem hanc habent, ibi agi concludendum est. Non probatur tertiò proposita opinio in eod. c. cùm ab Ecclesiarũ. de offic. ord. nam ibi, & si Plebani mentio fit, de eo tamen, qui contentiosi fori iurisdictionem habet, accipiendum etiam esse ratio ibi proposita id nobis suadet. Cùm ab Ecclesiarum Prælatis Ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur, dicitur enim ibi, rata debet, & firma consistere, & vsq; ad condignam satisfactionem inuiolabiliter obseruari: his, tanquam antecedente quodam, propositis, inde Rom. Pont. quasi conclusionem ducens Episcopo illi iubet, ad quem scribit; vt, si Plebanus ille censurã tulerit, eam obseruandã curet; ergo Plebanus ille prælatus erat, alioquin conclusio illa ex eo antecedente non rectè duceretur; at Prælatus is propriè dicitur, qui contentiosi fori iurisdictionem habet, sicuti asseruit Abb. in eod. c. cùm ab Ecclesiarum. num. 1. & in c. decernimus. nu. 16. de iud. non igitur, quòd Parochus, sed quòd iurisdictionem haberet, ob eam rem censuras ferre potuit; non nititur ergo proposita sententia eo iure. Non deniq; probatur in cit. c. alia causa. 16. q. 1. nam ibi D. Hierony. de eo Presbytero intelligit, qui iurisdictionem huiusmodi habet, cuiusmodi habebat D. Paulus, qui quosdã satanæ per excommunicationem tradidit, vt sensit Hierony. in c. audi. 11. q. 3. Quare, cùm his iuribus sententia hæc non nitatur (respondebimus enim paulò pòst ad c. miramur. §. his autoritatibus. 24. q. 1.) contrariam sententiam, vt Sacerdos etiam Parochus excommunicare non possit, amplexati sunt Laur. Card. Specul. Gui. de Mont. Lau. Ioan. Andr. quos refert, ac sequitur Abb. in cit. c. cùm contingat. nu. 30. de for. compet. & idem Abb. in c. si Sacerdos. nu. 10. de offic. ord. eandem secuti sunt Sot. dist. 22. q. 2. art. 1. Secunda conclusio, lib. 4. & S. Bon. de mod. lig. in for. iud. dist. 18, q. 3. eo. lib. & Suppl. ad 3. p. sum. S. Thom. q. 22. art. 1. & Nauar. in c. cùm contingat. in secunda causa nullitatis nu. 26. cum seq. de rescript. vbi etiam com. opin. sentit, & Iacob. de Graff. cap. 4. nu. 8. lib. 4. decis. cas. consc. Probatur autem horum opinio hac potissimùm ratione, quoniam excommunicare ad iurisdictionẽ fori contentiosi pertinet, vt in initio probauimus, ac propterea & causa cognita ferri debet arg. c. nemo Episcopus. 2. q. 1. & à iudicibus tantùm fori contentiosi fertur arg. c. 1. de sent. excom. lib. 6. & c. quærenti. de verb. signif. cum simil. ergo à simplici Sacerdote etiam Parocho ferri non potest; cùm iurisdictione hac ipse careat accedit consuetudo, quæ optima legum interpres est, vt habetur in c. cùm dilectus. de consuet. & l. si de interpretatione. ff. de leg. videmus enim excõmunicationem à Parochis non promulgari. Hæc sunt, quæ in primis pro hac sententia citantur, quæ mihi omnino non satisfaciunt; tùm quòd non probatur ab ipsis Parochos præsertim Sacerdotes iurisdictionem fori contentiosi non habere, & contrarium probari videtur in cit. §. his autoritatibus. tum quòd illud de consuetudine parũ ad rem facit; quærimus enim, an Sacerdos præsertim Parochus à iure facultatem excommunicandi habeat; non autem quid obseruetur consuetudine. Vnde Host. in sum. §. quis possit excommunicare. propè fi. vers. Nedum autem ius ibi Tu dicas, quemcunq; Sacerdotem habere potestatem clauium excommunicandi, atq; soluendi fori penitentialis dixit, sed earum vsum non habere, nisi curam habeat, & tunc solùm excommunicare posse in notorijs permissa admonitione, secus autem in occultis, quæ iudicialem cognitionẽ postulent. Hæc Host. qui sibimet repugnare videtur; nam primò inquit Sacerdotem habere potestatem excommunicadi in foro pœnitentiali; deinde addit in notorijs ipsum excommunicare solùm posse, cuius planè dicta ratione carent; nam tàm in notorijs, quàm in occultis eadem iurisdictio postulatur. Hinc postremò nonnulli alij, quos refert Panor. in cit. c. si Sacerdos. nu. 8. dicebant, si consuetudo permitteret, vt causa cognita Sacerdotes excõmunicarent, ipsos id posse, aliàs autem solùm generatim, & non nominatim; eandem opinionem secuti sunt quidã, quos refert etiam Abb. ibidem nu. 9. & Imol. in cit. c. si Sacerdos. de offic. ord. nu. 8. quorum sententiã improbauit, ac rectè Abb. nam quacunq; ratione censura feratur, iurisdictio requiritur. Quid igitur concludendum? Ego in hac DD. varietate, quò propositæ quæstionis dissolutio verà, dilucidaq; habeatur, duo inuestiganda esse censeo. primum an Sacerdotij charactere contentiosi fori iurisdictio conferatur; alterum, esto, ea ratione iurisdictio hæc non conferatur, an saltem parochiæ collatio, vbi animarum cura de more gerenda est, Sacerdoti facta eam potestatem tribuat; his enim duobus dissolutis, propositæ in initio quæstionis dissolutio habebitur.
4 † Quò ad primùm igitur Sacerdotij charactere contentiosi fori iurisdictionem non tribui concludo; primùm quoniam per characterem Sacerdotij potestas conficiendi Christi corpus, ac sanguinem in primis tribuitur, necnon & peccata remittendi, præcesq; ad Deũ ex officio fundendi, vt tradiderunt Trid. Syn. de Sacram. ord. Canon. 1. Sess. 23. & de reform. cap. 15. ead. Sess. & Cat. de Sacr. ord. cap. de forma vers. Accipe potestatem offerendi sacrificium, & Sot. dist. 20. q. 1. art. 2.

 concl. 3.

concl.3.& probatur in c.1.§.ad Presbyterum. dist.25. cum simil. itemq; administrandi Sacramenta, & si non actu, nisi vbi parochiam habent; vt de bapt. probatur in c.constat. de consec. dist.4.& in c.Diaconos.dist.33.& de pœnit. in c.omnis. & de extrema vnctione apud Trid.Syn. Sess.14.cap.3. de ministro extremæ Vnctionis, ac demũ de Matrimonio, vt habetur apud eandem Trid. Syn.cap.1. de reform. Matr. Sess.24. Hæc sunt in summa, quæ Sacerdotij charactere nobis tribui legimus; ergo contentiosi fori iurisdictio per hunc characterem non tribuitur arg. l.de prætio. ff.de publ. in rem act. & l. cùm prætor.ff.de iudic. Præterea confirmatur conclusio hæc, quoniam character Sacerdotij, & potestas iurisdictionis fori contentiosi eodem tempore à Christo Domino tributa Eccl. non sunt; nam in postrema cæna Sacerdotij characterem tribuit Apostolis, ipsosq; Sacerdotes instituit, vt de communi DD. sententia testatur Sot. dist.20. q.1. art.2.concl.2.lib.4. Contentiosi fori autem potestatem alias hisce verbis condonauit, Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis; & quæcunq; solueritis super terrã, erunt soluta & in cœlis, vti asserunt Sot.dist.22.q.2.art.1.concl.1.vers.Secundò id probatur,& S.Bon. dist.18.q.3.vers.Ad illud,quod quæritur,& communiter id receptum esse tradidit Franc.à Vict. in summa Sacramentorum de clauibus concl.1.vers.Et nota, quòd illa potestas, & nos sup.cap. 1.nu.2. ergo ex hoc etiam probatur per Sacerdotij characterem iurisdictionem hanc non tribui

5 cum non eodem tempore potestates hæ duæ collatæ sint. † Ex his igitur iam apparet simplicem Sacerdotem excõmunicare non posse, ex quo Sacerdotij character iurisdictionem hanc non tribuit, quæ ad censuras ferendas necessariò requiritur, vt asseruit Couar. in c.alma. par.1. §.11. nu.10. de sent.excom.lib.6.& nos sup. tradidimus. An igitur per parochiæ,beneficij.s.animarum curam habentis collationem iurisdictionem hanc Sacerdos consequetur? hoc enim alterũ erat, quod explicandum nobis proposueramus. Vt rem hanc breuiter absoluam; neq; ratione hac Sacerdotem iurisdictionem eam adipisci cõcludo; nam per beneficij curati collationem hæc, quæ iure tradita nobis sunt, Sacerdos consequitur. Primùm vt Sacramenta eius parochiæ hominibus præstet, vt habetur in c.omnis.de pœnit.& in Clemẽ.dudum.§.verùm. de sepult. & vt not.glo.ibi in verb.impendant, & Inn. & Abb. ac DD. in rub. de paroch. & idem Abb. in c. dudum.2.nu.7.de elect. & Paul.Fusc.de visit.& regim.Eccl. cap.7. nu.5. lib.2. Deinde vt festis saltem diebus Missæ sacrũ ipsis faciat, Parochianosq; ad illud audiendũ de more vocet, vti probatur in c.1.de celeb.Miss. iunct.c.vt Dominicis.de paroch. & c.in Dominicis, & c.seq.9.q.2.& Extrauag.2. de treug. & pãc. & vt idem asserunt Innoc.ac DD. in cit.rub. de paroch. Tertiò vt ad eos concionetur festis præsertim dieb. ad Christianasq; virtutes amplexandas excitet, à vitijsq; deterreat,vt traditur in cit.Clem.dudum.de sepul.§.verùm, ac nouissimè apud Trid.Syn. de reform.cap.2.vers.Archipresbyter.Sess.5. Quartò vt festis diebus Christianæ fidei rudimenta pueris tradat, Christianisq; moribus eosdem imbuat, quod Tridẽ.Syn. sanciuit de reformat. cap.4. Sess.24. Quintò vt Decimas,oblationesq; alias percipiat, vt probatur in tot. tit.de dec. & vt inquiunt Innoc. ac DD. in cit.rub.de paroch. Postremò vt sepulturę emolumenta, ac ius consequatur arg. c.1.de sepult.& cit. Clemen. dudum. eod. de sepult. Hæc igitur sunt, quæ ob parochiam ipsi collatam Sacerdos consequitur, in quorum numero contentiosi fori iurisdictio non habetur; ergo per beneficij curam animarum habentis collationem iurisdictionem hanc Sacerdos nõ adipiscitur: confirmatur sententia hæc; nã, si Sacerdos curatus,vt appellant, iurisdictionem hanc haberet, non solùm excommunicaret,verùm apud ipsum, sicuti apud Episcopum causæ agerentur, quod tamen nec iure cautũ habemus, nec consuetudine fieri videmus.

6 † Quare, cùm neq; Sacerdos curatus, idest animarum curam habens, contentiosi fori iurisdictionem habeat; excommunicare verò ad iurisdictionem huiusmodi spectet, vt in initio probauimus, iure meritò neque Sacerdos huiusmodi excommunicabit; id quod hac etiam ratione probo, nam Sacerdos hic Episcopale ius non habet, vt hoc per se patet; at censuras ferre in Episcoporũ iuribus numeratur, vt habetur in c.conquerente.de offic.ord.neq; igitur ob id, vel curatus Sacerdos sit, excommunicare poterit; & ex his dissoluta proposita q. remanet. Nec repugnat c.miramur.§.his autoritatibus. nam dictum illud Gratiani verum non est, vt ex dictis patet; ex quo Sacerdotij charactera excommunicandi potestas non sequitur, vt proximè asseruimus; nisi dicamus hac ratione sequi, quoniam clericus esse debet, qui excommunicat. Excipio tamen,vbi Sacerdos hic beneficium haberet, quod contentiosi fori iurisdictionem daret; duo enim beneficiorum genera sunt, quæ curata dicuntur, quorum alterum curatum dicitur respectu habito ad forum pœnitentiæ, quod propriè curatum dicitur, vti inquiunt Abb. in cit.c.dudum. 2.nu.7.de elect. & Rebuff. quem refert, ac sequitur Paul.Fusc.de visit.& regim.Eccl.nu.5.c.7. lib.2.& cu-

ius

ius iura proximè recensuimus,& quod qui habet, hunc excommunicare non posse conclusimus: Alterū curatum dicitur respectu habitu,& ad forum contentiosum, vt probatur in Extrauagan. execrabilis propè fin. vers. Quantum autem ad modificationem de præb.& ibi not.glo.in verb. Animarum cura,& Paul. Fusc.eod.nu.5.cap.7.& Abb.in cit.nu.7. quod beneficium curatū non propriè dicitur de eorundem DD. sententia, & qui illud habet, & iurisdictionem exercere, ac propterea excommunicare potest; at nos de hoc non agimus; quis enim de proposita quæstione in hoc dubitaret? hæc enim Episcopatus sunt; sed de beneficijs curam animarum habentibus, quæ qui habent, non excommunicant, vt conclusimus. An autem ex consuetudine, rationeuè alia id Sacerdotes consequantur, infra docebimus.

SVMMA.

1 *Iurisdictio aut ordinaria, aut delegata requiritur ad excommunicationem, cēsuramq́; aliam ferendam.*
2 *Iurisdictio ordinaria quid sit.*
3 *Iurisdictionem ordinariam quinam habeāt.*
4 *Romanus Pont. excommunicare, censurasq́; aliàs ferre in omnes potest.*
5 *Legatus è latere censuras ferre potest in omnes homines suæ prouinciæ.*
6 *Archiepiscopus, Patriarcha, atq; Episcopus excommunicare possunt singulos homines suarum diœcesum; sicut etiam generalis administrator Cathedralis Ecclesiæ datus à Rom. Pont.*
7 *Vicarius Ro.Pōt.item Vicarius Patriarchæ, Archiepiscopi, necnon Episcoporum in homines suæ diœcesis censuras ferre possunt.*
8 *Vicarius Archiepiscopi quādo Suffraganeos excommunicare, aliaq́; censura irretire possit.*
9 *Vicarius constitutus à Capitulo Eccles. Cathedralis vacantis censuras ferre potest.*
10 *Cardinalis sibi subiectos in Ecclesia, vbi titulum habet, censura irretire potest.*
11 *Abbates regularium sibi subiectos excommunicare, ac reliquis censuris afficere possunt.*
12 *Priores regularium censuras in suos ferre possunt.*
13 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, necnon alterius Ecclesiæ Collegium censuras ferre, potest Antistite suo mortuo.*

XX.

1 §. † Ordinaria, delegatauè iurisdictio hæc esse itidem debet, quam iudex is habet, qui censuram laturus est, vt probatur in c.graue.de offic.ord.& vt asseruit Couar. in c.alma. par. 1. §.11.nu.1.vers.Primùm, & vers.Secundò. de sent.excom.lib.6. vbi excommunicandi potestatē iure competere his ait, qui iurisdictionem ordinariam, delegatāuè Ecclesiasticam in exteriori foro hñt,etiam si sint inferiores Episcopis; nam,cùm iurisdictio ad censuram ferendam necessariò postuletur, vt asseruimus supra in §.iurisdictionem; & iurisdictio aut ordinaria, aut delegata sit, vt glo. sensit, ac DD. in l.& quia.ff.de iurisd.omn.iud.& arg.tit.de offi.ord.& de offic.delegat. planè, vt alteram harum habeat iudex, quò censura ab eo lata valeat, necesse est arg. cit.
2 c.graue.de off.ord. † Ordinaria iurisdictio autē,vt mittamus in præsenti delegatam, de qua suo loco agemus, quatenus ad rem nostrā pertinet, est iurisdictio Ecclesiastica contentiosi fori, quæ alicui inhærens nomine proprio ab eodem exercetur, vt colligitur ex l.more, & ex traditis ibi à Bald. atq; à DD. ff.de iurisdi.omn.iudic. iuncta l.1.§.qui mandatam.ff.de offi.eius, & à Ias.ibi
3 nu.2. † Ordinarij iudices verò ij sunt, qui iurisdictionem hanc habent, in quorum numero habetur primò Romanus Pont. nam ipse omnium index est, argu.c.cuncta per mūdum.9.q.3.& omnium ordinariorum ordinarius, & in iurisdictione ordinaria tàm contētiosa, quàm voluntaria cum omnibus iudicibus concurrit, vt inquiunt Præpos.in rub.nu.21.de appell. & Bero. in c.1.nu.3.de iud.& Bald.in l.rescripta.nu.7.vbi de ipsius potestate pluribus agit. C.de præc.im-
4 per.offer. † Quare, sicut ipsius constitutionib. omnes obligantur arg.c.1.& c.fin.de const.ita & ipsius censuris vniuersi obligabuntur,cùm vniuersos excōmunicare, censuraq́; irretire ipse possit. Secundo loco ordinarius iudex etiam est è latere Legatus, vt habetur in c. Legatos, & ibi not.glò.ac DD.de offic.leg.lib.6.& vt asserunt Abb.in c.fin.de transact.n.5.& in c.pen. in prin. vers.Noto secundò.de arb.& Inn.in c.cùm ab Ecclesiarum.nu.3.de offi.ord. qui & cum quouis
5 suæ prouinciæ ordinario concurrit,sicuti tradidit idem Præpos.in cit.rub.de app.n.21.† ac propterea & ipsæ prouinciæ suæ vniuersos excommunicare,censuraq́; alia obligare potest arg.c.no-
6 uit, vbi de interdicto habetur,& c. fin.vbi de statutis ab eo factis agitur de offic. leg. † Tertiò in hoc numero,& Patriarchæ, & Episcopi censentur; nam & ipsi ordinariam iurisdictionem habent,

habent, vt probatur in c. cùm Episcopus. de offi.ord.lib.6.& c.1.& c.quanto.cum seque. innct. rub.de offic.ord.eod.in antiq. ac propterea & excommunicare, interdicere, atq; suspendere sibi subiectos queunt arg.c.ad reprimendam.de offi.ord & c.venerabili.de sent.excom.in antiq. & c.fin.de const.lib.6. Quartò generalis administrator Cathedralis Eccl. à Romano Pont. datus; hic enim quoque ordinarius iudex est : & quoniam omnia, quæ iurisdictionis Episcopalis sunt, necnon ea, quæ Episcopus electus, ac confirmatus facit, & hic facere potest, vt dicitur in c.is, cui, & ibi glo.ac DD.not.de elect.lib.6. ideo & excõmunicabit, ac censuras feret; quandoquidem & hæc electus confirmatus potest, sicuti tradidit glo. cõmuniter recepta in c. transmissam.de elect.in antiq. Quintò Vicarius itidem Episcopi ordinarius iudex est, ordinariamq; iurisdictionem habet, necnon Patriarchæ, atque Archiepiscopi Vicarius, & multo magis Rom. Pont. sic enim tradiderunt glo.in c.licet.in verb.officialem.de offi.Vic.& ibi quoq; Gemin.lib. 6.& Innoc.in c.tua nobis.eod.in antiq. & Abb.in c.quoniam.1.nu.3.ne prælat.vic.suas,& Rot.
7 decis.1.& Add.ad eam.nu.3. de offi.vic. in nou. † hinc fit, vt & censuræ ab huiusmodi Vicarijs legitimè in subiectos ferantur arg.c.1.§.officiales.de offi.ord.lib.6.& c.Romana.de sent. excõ. & c.venerabilibus.eod.lib. 6.& vt Abb. sensit in c. ab excommunicato. num. 16. de rescript.
8 † quamuis Archiepiscopi Vicarius, vbi Archiepiscopus in sua prouincia est, non longéue abest, in Archiepiscopi Suffraganeos ne censuram ferat, vetitum ipsi sit.in cit.c.1.§.fin.de offic.ordin. lib.6.An aũt, si ipsa feratur, nihilominus valeat? DD.ibi varij sunt, eorum sententia mihi verior videtur, qui eam non valere asserunt; resistit enim Summus Pont. principio actus ob verbum
9 illud Non attentent; videas tamen ibi DD. † Sextò Vicarius etiam à Capitulo electus, vbi Cathedralis Eccl. vacat, electus, inquam, ad formam, quam Trid.Syn.tradidit cap.16.de reform. Sess.24. iurisdictionem huiusmodi habet; & ob eam rem, quin censuras promulgare possit, nõ
10 est, quod dubitemus. † Septimò Cardinales in Ecclesijs, quæ pro titulis assignatæ ipsis sunt, iurisdictionem hanc consequuntur, sicuti asseruit Abb. in c. dudum. num. 32. de elect. propè fin.& in c.querelam.nu.3.eod.& in c.fin.nu.8.de postul.prælat. & in c.his, quæ. nu. 1. vbi cõmuniter receptum id esse testatur, sicuti etiam Felin. vbi pluribus hanc rem egit, de maiorit. & obed. Episcopalem enim iurisdictionem ibi habet de eorundem sententia, quos citauimus, quæ sine dubitatione ordinaria iurisdictio est; subiectos igitur ea ratione censura obligare earũ Car
11 dinales poterunt, vt probatur in cit.c.his, quæ.de maior.& obe.& ibi Abb. ac DD.not. † Octauò Abbates itidem Ecclesiarum regularium in regulares suos Canonicos, Monachosq;, statim atq; electi, ac confirmati sunt, iurisdictionem hanc habent, ac propterea ipsos censura irretire queunt, hoc enim probatur in c.cùm in Ecclesijs.de maiorit.& obed.& ibi not. Abb. & in c. sicut tuis.de sym.& ibi glo.in verb. Anathematis, hoc idem asserunt Abb.in c.cùm ab Ecclesiarũ. nu.10.& in c.quanto.nu.3.cum seq.de off.ord.& in c.cùm contingat. nu. 21. vbi pluribus hanc rem egit, de for.comp.& in c.cùm in cunctis.§.inferiora.nu.5.de elect. & glos. in c.de persona. in verb.aut Monachum.11.q.1.& Hel.in præsupp.in c.1. de consuet. lib.6. non enim ad censuras ferendas, iurisdictionemq; huiusmodi exercendam, benedictio ipsorum necessariò postulatur, sicut nec etiam consecratio in Episcopis, sicut asseruit glo.communiter recepta in c. trans-
12 missam.de elect. ac de Abbate Inn. in c.venerabilem.nu.3. de elect. † Nonò Priores quoq; regularium Canonicorum, qui Abbatum loco sunt, post electionem ipsorum iurisdictionem etiã huiusmodi habent; atque idcircò sibi subiectos censura irretire poterunt, vt habetur in c. cùm
13 in Ecclesijs.de maiorit.& obed.& vt ibi glo.Abb.ac DD. not. † Decimò Capitulum etiam Cathedralis Eccl. sede vacante huiusmodi iurisdictionem consequitur, vt habetur in c. cùm olim. de maiorit.& obed.in antiq.& ibi Abb. not, viden.& in c.vn.eod.lib.6.& vt asseruerunt gloss. in Clem.1,in verb.Capituli.de hæret. & Abb.in c. illa deuotionis. num.4. ne sed.vac.& Rebuff.in prax.benef.de deuolut.nu.58. atq; abundè Io.Franc.de Pauin.in tract.suo de offic.& potest.Capit.sed.vac.in 2.q.1.part. & excommunicare igitur, censurasq; alias ferre collegium huiusmodi poterit arg.cit.c.vn.de maiorit.& obed. lib.6. & non solùm Ecclesiæ Cathedralis Collegium Episcopo, Archiepiscopoue mortuo iurisdictionẽ hanc consequitur, verùm etiam & Capitulum inferiorum Ecclesiarum, quæ Capitulũ habent, suo Antistite mortuo eandem adipiscitur; quare & huiusmodi Capitulum censuras ferre poterit arg.c.his, quæ. de maior. & obed.& vt Abb. ibi nu.2.asseruit viden.& in c.fi.nu.9.de stat.monac.

SVMMA.

S V M M A.

1 *Iurisdictio ordinaria censuræ Ecclesiasticæ ferendæ multis modis nobis tribuitur.*

2 *Præscribens potestatem excommunicandi, alteriusq; censuræ ferendæ in aliquos præesse ipsis ratione aliqua debet.*

3 *Præscripta facultate excommunicandi, præscripta non intelligitur potestas suspendendi, atque interdicendi, quod exceptionem tamen patitur.*

4 *Præscripta iurisdictione, seu potestate alicuius hominis excõmunicandi, qui præscripsit, alios excommunicare non potest; quod exceptionem itidem patitur.*

5 *Præscripta facultate excommunicandi, alteriusq; censuræ ferendæ, & absoluendi ea potestate excommunicatos, censuraq; alia irretitos, facultas præscripta esse existimatur.*

6 *Consuetudine acquiritur facultas censuræ ferendæ.*

7 *Priuilegio concedi potest, vt quis excommunicet eos, qui sibi damnum dederint.*

XXI.

1 §. † Haberi autem à nobis iurisdictio ordinaria hæc censuræ ferendæ multis modis potest; nam primùm ab homine, qua ratione Romani Pont. Vicarius eam habet, de quo agitur in c. pen. de offi. vic. tribuitur enim ipsi à Romano Pont. vti Bero. tradidit in rub. nu. 5. & num. 11. de offic. deleg. eadem ratione ipsam generalis Vicarius Episcopi habet; nã ab Episcopo ipsi ea tribuitur, sicut inquiunt idem Bero. in cit. rub. nu. 6. vers. Secundò, & nu. 8. & nu. 12. & Imol. in c. cùm ab Ecclesiarum. nu. 7. vers. Fallit in duobus casibus. de offic. ord. Deinde à Collegio quis eam consequitur; qua ratione Episcopi, Abbates Ecclesiæ Collegium habentis, & Priores, qui Abbatum loco sunt, ipsam consequuntur; quandoquidem à Collegijs suarum Eccl. eliguntur, vt probatur in c. 1. & ibi not. Abb. ac DD. & tot. ferè titul. de elect. & vt idem Abb. tradidit in c. cùm Ecclesia. nu. 8. eod. & sensit Inno. in c. cùm ab Ecclesiarum. de offic. ord. quamuis Episcopi tempestate nostra à Romano Pont. ordinariam iurisdictionem habeãt, ex quo sibi eorum institutionem reseruauit, vt dixit Bero. in cit. rub. n. 14. vers. Item cùm hodie iure nouissimo. de offi. deleg. Tertiò hanc iurisdictionem comparat sibi quis præscriptione, & ita potestas excommunicandi, interdicendi, ac suspendendi, vt habetur in c. cùm olim. & ibi not. glos. & Abb. & Imo. nu. 4. de præscript. & in c. auditis. eod. & ibi quoq; Abb. ac reliqui not. & vt asseruit Rot. decis. 2. in nou. de præscript. vbi quæstionem hanc in excõmunicatione, ac censuris disputauit; præ-
2 scriptione igitur & facultas hæc acquiritur; † quamuis præter alia, quæ ad præscriptionem perficiendam requiruntur, & hoc postuletur, vt, si non iurisdictionem, sed excommunicandi, interdicendi, ac suspendendi potestatem præscribere velit, eis, in quos potestatem hanc præscribit, ratione quapiam præsit, vt exempli gratia, si in Canonicos potestatem hanc præscribat, eorum Canonicorum Præpositus, Archidiaconusuè fiet: si in populum, eius saltem Parochus; aliàs autem facultatem hanc non consequetur, atque sic asseruit Inn. in c. olim. 3. nu. 1. vbi quæstio hæc agitur de restit. spol. & in c. 2. de his, quæ fiunt à maiori par. cap. quem sequuntur Abb. ibi nu. 7. & Imol. nu. 9. & Rot. in cit. decis. 2. nu. 3. de præscript. in nou. & Balb. in tract. suo de præscript. in 1. par. 5. par. princip. q. 11. nu. 10. vers. Prædictam conclusionem limita; ac meritò nam præscriptione facultas hæc non acquiritur, nisi exerceatur; at, si subiectos ratione quapiã non habeat, in quos eam exerceat, non habebit arg. c. fin. de constit. lib. 6. & l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. atque ita inquit Innoc. in eod. c. 2. de his, quæ fiunt à maiori parte cap. & probari videtur hoc in cit. c.
3 cùm olim. de præscript. † Verùm an, qui excommunicandi facultatem præscripsit, hic, & alias censuras ferre poterit? item an, qui in vnam personam, hic & in aliam eandem facultatẽ præscriptam habebit? postremò an hic idem, qui excommunicandi, alteriusue censuræ ferendæ facultatẽ præscripsit, & censura irretitos à se absoluet? Quò ad priorẽ quæstionẽ breuiter cõcluditur eum, qui excõmunicandi tantùm facultatẽ præscripsit, censuras alias ferre non posse; sic enim asserunt Abb. in c. cùm olim. n. 7. de præscript. & Felin. in c. auditis. nu. 11. eod. & in cit. c. cùm olim probatur; vbi, cùm Abbas facultatem & excõmunicandi, & interdicendi, & absoluendi se præscripsisse comprobasset, Rom. Pont. in dictis articulis, ne ab Episcopo, qui Abbati molestiã inferebat, in posterum ea inferretur, mandauit; secus autem quò ad alia omnia, quæ Abb. non præscripserat, & ita secus quò ad suspensionẽ; nam ex prædictis articulis esse non poterat, quos tres proximè recensuimus, ex quo eius antea mentio facta non erat; confirmatur etiam sententia hæc, quoniam ius præscriptione acquisitũ ad iura similia non trahitur arg. c. cùm contingat. de for. compet. & c. cùm contingat. de dec. & vt inquiunt Abb. in cit. c. cùm olim. de præscript. nu. 7.

num.7.& Felin.in c. auditis. nu.10. cum multis seq. vbi rem hanc pluribus comprobauit; illud
ergo in hoc dici poterit tantum præscriptum, quantum possessum arg. c.cùm in tua.de dec.& l.
1.§.si quis hoc interdicto, cum glo. ff. de itin. act. quę priuat. & eorum, quæ tradidit Iason. in
l.posideri.nu.35.ff.de acquir.possess. præscripta igitur à quopiam excommunicandi facultate,
reliquas censuras hic ferre non poterit. Huic tamen conclusioni repugnare videtur Inno.in c.2.
nu.2.de Capell.Monac. nam, si quis vnum actum iurisdictionis exerceat hoc animo affectus, vt
quò ad iurisdictionem vniuersaliter suo iure vtatur, hunc generalis iurisdictionis possessionem
acquirere Inn.ait; vnde, si ciuiliter causam cognouerit, & criminaliter causas cognoscere pote-
rit, quod dictum Inno. secuti sunt, & Abb.in cit.c.cùm in tua.n.3. de dec. & Rot.in cit.decis.2.
nu.3.de præscrip.nam, inquiunt ipsi, sub iurisdictione partes, atque actus vniuersi eius compre-
henduntur, ac propterea, sicuti per ingressum in partem alicuius fundi totius possessio acquiri-
tur, vt probatur in cit.l.posideri, & ibi not.Ias.nu.3.& nu.32.ff.de acquir.possess. ita actum iu-
risdictionis vnum quis exercens, totius possessionem acquirit; ergo idem & hic præscripta ex-
communicandi facultate, & reliquas censuras ferendi potestatem præscriptam esse dicendũ vi-
detur: atqui ad hoc respondetur sententiam hanc Inno. in cit.c.2.de Capel.Monac.tunc locum
habere, vbi hoc animo iurisdictionis partẽ qs exercet, vt vniuersè iure suo vti velit, secus autem
si iurisdictionis partem exerceat, vt solùm eius iurisdictionis parte vtatur, sic enim Inno.sensit
in cit. c. 2.nu. 2.vers. Nam si intenderet, ob iura, quæ citat, & ita quoq; sentiunt Abb.in c.cùm
in tua.de deci.nu.3.& nu.5.& Rot.cit.decis.2.de præscrip.in nou. in hoc igitur casu vniuersa iu-
4 risdictio præscribitur, aliàs autem proposita in initio quæstionis sententia locum habet. † Quò
ad quæstionem alteram verò, an.s.facultas censurę ferẽdæ in vnũ pręscripta in alterum trahatur,
concludendum est ipsam non trahi; nam sic asseruit Inno.in cit.c.2.nu.2.vers.Sed hæc generalis
iurisdictio.de Capell. Monac. etenim alter sub altero non continetur, eiq; subiectus non est, ac
propterea præscriptio vnius in alium non refertur, ita Innoc. eod. & Rot. in cit. decis. 2. inqui-
unt: excipitur tamen, vbi contra quempiam facultatem hanc præscripsimus, qui iurisdictionem
non solùm in hunc, in quem facultatem illam exercemus, verùm etiam & in alios habet; tunc
enim is, in quem à nobis potestas illa exercetur, pars eius populi, & vniuersitatis est; atque id-
circò, sicut, qui in partem fundi ingressus est, totius fundi possessionem acquisiuit, vt probatur
in cit.l.posideri,& ibi not. ff. de acquir. possess. ita facultate hac censuræ ferendæ in vno contra
quempiam præscripta, qui in eum vnum, in vniuersosq; eius vniuersitatis iurisdictionem habet,
tanquam in eius vniuersitatis partem, in omnes præscripta iurisdictio erit, atq; ita asseruit Inn.
in cit.c.2.nu.3.vers.Differentia autem, quam feci. de Capell.Monac.& sequitur eum Rot.in cit.
5 decis.2.nu.3. † Quò ad postremam demum quæstionem an.s.qui excommunicandi, censuræq;
ferendæ potestatem præscripsit, hac potestate fultus à se censura irretitos absoluat. Vt rem pau-
cis persoluamus, & facultatem absoluendi obligatos à se censura quauis ipsum præscripsisse as-
serimus; par enim ius ligandi, atque soluendi est, vt habetur in c.verbum.de pœnit.dist.1.& in
l.qui condemnare.ff.de reg.iur. cum simil. & in re nostra hoc asserunt Abb. in c.cùm olim.n.5.
in fin.de præscript.& apertius Felin.in c.auditis.nu.11.& nu.10. in fin.eod.& generatim Bal. in
l.imperium.nu.11.vers.Circa vltimum punctum.in 1.lect. ff.de iurisd.omn.iud.non absoluet ta-
men hic mea sententia eos, qui in iuris censuram inciderunt, nisi & hoc præscripserit, & in hanc
sẽtiam accipi quoq; potest cit.c.cùm olim, dũ de facultate absoluẽdi pscripta per Abbatẽ agit;
præscriptione igitur, vt eò, vnde digressi sumus, iam reuertamur, ordinaria iurisdictio compa-
6 ratur. † Quartò hanc eandem iurisdictionem, ac censuræ ferendæ facultatem adipiscitur quis
consuetudine, vt habetur in c.dudũ,§.sed cùm in iure.de elect.in antiq.& in c.Romana. in prin.
de sent. excomm. lib. 6. vbi de consuetudine absoluendi excommunicatos, suspensos, interdi-
ctosq; ab alio agitur, & arg.c.2.de off.ord.lib.6.& vt asserit Imol.de excomm.in c.cùm contin-
gat.nu.6.de for.compet.& Inn.de omnibus censuris in c.quæsiuit. de his, quæ fiunt à maio.par.
capit. neq; iniuria; nam censuras ferre ad iurisdictionem pertinet, vti glo.communiter recepta
sensit in c.transmissam.de elect.& vt Imol.dixit in c.cùm contingat.nu.6.& nos antea compro-
bauimus in §.iurisdictionem; iurisdictio autem comparatur & consuetudine, vt habetur in eod.
c.cùm contingat, & ibi not.glo.& Abb.nu.5.& in c.1.§.1.& seq. de for.comp.lib.6. præesse ta-
men & hic ratione quapiam ipsis debet, in quos facultatem hanc comparare sibi consuetudine
nititur, sicut antea de præscriptione tradidimus, & hac de re asseruit Inno. quem & ibi Abb.se-
7 quitur in cit.c.quæsiuit.de his, quæ fiunt à maior.par.cap. † Quintò etiam priuilegio facultatem
hanc habere quis potest, vt habetur in cit.c.cùm contingat,& ibi not.Abb.nu.5. de foro comp.

& in c.auditis, & ibi quoq; Abb.nu.4.de præscript. idem not. Abb. in cit.c.duo simul. nu.2.de off.ord.& tradidit Balb.in eod.suo tract.de præscript.in 1.par.5.par.prin.q.11.n.3. Hinc Abb. not. in c.ex parte decani.nu.1.de rescrip. priuilegio concedi posse cuipiam priuato,vt suos malefactores excommunicet; & facit ad hoc Add. ad Abb.eod.& arg.c.ex parte.1.de verb.signif. consuetudine igitur iurisdictio hæc etiam comparatur, ac propterea & lege etiam scripta; iurisdictionem igitur, qui censuram laturus in quempiam est, habere debet; quæ, vt vidimus, & ab homine, & à lege, & à collegio, & à præscriptione, & à consuetudine, & à priuilegio habetur; atque ita DD. asseruerunt,ac glo.in l.& quia.ff.de iurisd. omn. iud. & Innoc.& alij in c.cùm ab ecclesiarum. de offi. ord.

S V M M A.

1 *Iudex, qui re vera iudex non est, si quam censuram ferat, ipsa censura valet; modò superioris, iurisuè autoritate in quasi possessione iurisdictionis sit, & communiter pro iudice habeatur.*

2 *Episcopo dolo Cathedralem aliquam Ecclesiam occupáte, idest sine superioris, iurisuè autoritate, quamuis pro vero Antistite habeatur, excommunicatio tamen, censuraue alia ab ipso lata non valet.*

3 *Delegatus ab eo datus, qui iudex verus non erat, pro vero tamen habebatur, ab eoq; acta valebant, censuras legitimè fert.*

4 *Verus iudex qui est, si ratione quapiam iudex esse desinat ipso iure, idq; non manifestò constet, censuræ ab eo lata valent, antequam officio priuatum ipsum esse declaretur.*

XXII.

1 § † Item necessario requiritur, vt iudex hic aut verè iurisdictionē hanc habeat, aut eam habere communiter existimetur, vt probatur in l.Barbarius. ff.de off. præt. ibi enim Barbarius ille Prætor re vera non erat, vt sensit Innoc.in c.cùm dilectus.num.2.& ibi Add.ad eum de elect.& in c.nuper.de big.& Bald.in cit.l.Barbarius in 1.lect.nu.8.vers.Quartò contra hoc oppono, vbi communiorem opinionem hanc esse inquit, & Ias.nu.19. qui eandem opinionem magis communem esse testatur; & tamen ab eo acta valuerunt; quandoquidem superioris autoritate præturam gerebat, & pro Prætore communiter habebatur,vt ibi probatur, & DD. not.idē probatur in c.nihil.iunct.glo.& traditis à Panor. & à DD. de elect. duo igitur necessariò postulantur, quò ab eo, qui iudex non est, tanquam à iudice acta valeant; & vt in quasi possessione iurisdictionis autoritate superioris, iurisuè fiet, & vt communiter pro iudice habeatur, vti DD. asserunt Abb.in cit.c.nihil. nu.11. vers. Et primus casus, & Inno.nu.3.vers.Quamuis posit responderi, & nu.4.in prin.& vers.Si autem non fit intrusus, & Imol.nu.8.& Bart. in cit.l. Barbarius.nu.5.in 1.lect.& nu.8.2.lect.& Ias. nu. 50. & nu. 66. ac reliquis omnes, & Alex.cons.138. lib.1. Sicut ergo reliqua à iudice hoc acta valent, ita & excommunicationis, censuræq; alterius

2 sententiæ ab eo latæ valebunt; secus autem si alterum horum desideretur; † Quare, si Episcopus in Ecclesiam aliquā se intruserit, & ita sine superioris autoritate, quamuis communiter pro Episcopo habeatur, tamen ab eo acta nulla erunt; sic enim de eo communiter concluditur,qui publici scribæ Notarij vulgò dicti munus exercuit, ab omnibusq; pro publico scribā habebatur, cuius tamē acta non valuerunt; propterea quòd superioris autoritate munus illud non exercuit, vt asseruit Ias.in cit.l.Barbarius. nu.48. vbi quæstionem hanc disputauit, quæ autem diximus de ordinario iudice, eadem & de delegato concludimus; nam & censuræ, sicut etiam reliqua acta, quæ eius officij vi agit, firma erunt, vt probatur in l.2.C.de sent.& interloc.& vt communiter receptum id esse testantur Abb.in c.cùm dilecta. nu.10.& Felin.eod.nu.3. de rescript.

3 & sequitur Ias.in cit.l.Barbarius.in fin. † Immo, si hic delegatus ab eo detur ordinario, qui & ipse re ipsa iudex non erat, pro iudice tamen communiter habebatur, vt in initio diximus, & censuras legitimè feret; nam ab ordinario huiusmodi acta valent, ergo & delegati datio vale-

4 bit. † Verum, quid si re vera iudex erat, sed ratione quapiam iudex esse ipso iure desijt; an, antequā officio priuatus declaretur, si censuras ferat, aliudue agat, ipsæ valebunt? planè, quòd in quasi possessione iurisdictionis est, idq; superioris autoritate, quodq; ab Ecclesia tolleratur, & communiter pro iudice habetur, vniuersa, quæ agit, valebunt, cùm ob cit.l.Barbarius,& cit. c.nihil.iunct.glo.tùm ob c.ad probandum.de re iudic.in antiq.& ob c.cùm secundum leges.de hæret.lib.6. vel igitur, iurisdictionem re vera vt iudex habeat, necesse est, vel vt ipsam habere existimetur; de materia huiusmodi verò viden.DD. in cit.l.Barbarius, & in cit.c.nihil.de elect. vbi de iudicib. huiusmodi abundè agitur; satis enim hic habuimus hanc rem attigisse.

S V M M A.

SVMMA.

1 *Iudex, qui censuram ferre vult, iurisdictionis vsum impeditum habere non debet.*

2 *Iudex excommunicationem, censuramuè aliā ferre non potest, si nec is, à quo iurisdictio eius omnino pendet, id posit.*

3 *Vicarius Episcopi, alteriusuè, Episcopo denunciato, notoriéuè excommunicato, ab officioué suspenso, neque excommunicare, neq; censuras alias ferre potest.*

4 *Vicarius Episcopi, Episcopo in hostium potestate existente, censuras ferre non potest.*

5 *Delegatus iudex censuras ferre non potest, si re integra delegans iurisdictionis vsum non habet; & quid de subdelegato.*

6 *Iudex censuras ferre potest, si is, à quo iurisdictionem immediatè non habet, aut excōmunicatus notorius, aut denunciatus sit.*

7 *Iudex censuras ferre non potest, si à superiore id sibi prohibitum sit.*

8 *Iudex aut denunciatus, notoriéuè excommunicatus, aut eadem ratione ab officio suspensus censuras ferre non potest.*

9 *Iudex, à quo quis appellauit, in appellantem censuras ferre non potest.*

10 *Iudex recusatus in recusantem censuram ferre non potest.*

XXIII.

1 § † Non solùm autem iudex, qui censuram eccl. ferre vult, iurisdictionem habere debet, vt probauimus, sed etiam & eiusdem vsum; nam iudex, qui iurisdictionis impeditum vsum
2 habet, nihil agere potest. Hoc autem ex multis causis contingere potest; † nam primò, si is, à quo iurisdictionem omnino habet, & à quo sua iurisdictio prorsus pēdet, à iure impediatur, quò minus iurisdictionem exerceat; neque hic, qui ab eo iurisdictionem habet, exercere ipsam po-
3 terit; ac propterea neq; excommunicare, neq; censuram aliam ferre; † hinc episcopo huiusmo di, alioué antistite, aut denunciato, notoriéuè excommunicato, aut ab officio suspenso; quoniā iurisdictionem tunc episcopus exercere non potest, vt habetur in c. ad probandum de re iud. in antiq. & in c. 1. de suppl. negl. prælat. lib. 6. & in c. vn. ne sed. vac. eod. lib. & vt dixit Iacob. de Graff. cap. 5. nu. 4. lib. 4. decis. cas. consc. neq; ipsius vicarius iurisdictionem exercere poterit; ac propterea neq; excommunicare, vt probatur in c. 1. de off. vic. lib. 6. & ibi not. gl. in verb. ipsius. in fi. & Gemin. nu. 4. & Anchar. nu. 1. vers. Item nota tertiò, & Inno. idem glo. in Clem. fin. quam ibi sequuntur Imol. nu. 17. & Zab. in fin. & idem asserit Rebuff. in prax. benef. nu. 217. form. vic. Archiep. & Rot. decis. 4. nu. 1. de offic. vic. in nou. quæ regula locum habet in cuiuscunq; antistitis vicario, vt probatur in cit. c. 1. de offi. vic. lib. 6. & vt citati autores sentiunt; item vel ipse vicarius iurisdictionem exercere cœpisset; nam neq; tunc excommunicare, iurisdictionemuè aliā
4 exercere poterit, vti not. Anchar. in cit. c. 1. nu. 2. vers. Episcopo verò excommunicato. † Item, si ratione alia episcopi iurisdictio impediatur, vtpote quòd ab hostibus captus est, neq; tunc vicarius ipsius quidquā aget, sed Capitulum, vt dicitur in c. 3. de suppl. negl. prael. lib. 6. quamuis, si ab hostibus redeat, postliminij iure cùm omnia recuperet, secus dicendum sit argu. §. si ab hostibus. in Insti. quib. mod. ius pat. pot. solu. atque ita sensisse gl. videtur in cit. c. 3. in verb. libertati.
5 de suppl. negl. prælat. † Idem in delegato concludimus; nam, si re integra, qui delegauit, excōmunicatione nominatim, notoriéuè obligetur, & delegati iurisdictio impediet, vt asserit Bar. in l. more. nu. 16. ff. de iurisdict. omn. iud. ab ipso enim delegante iurisdictio delegati pendet, delegantisq; iurisdictione vtitur, vt habetur in l. 1. §. qui mandatam. ff. de offi. eius. Secus autem, si delegatus iurisdictionem exercere iam cœpisset arg. l. & quia ff. de iurisd. om. iud. & c. relatum cum seq. de off. deleg. in antiq. Quid verò iuris in subdelegato sit, tradidit Butr. ac DD. in c. licet. de offi. deleg. & Gemin. in cit. c. 1. de offi. vic. lib. 6. impedito igitur eo, à quo iurisdictio no-
6 stra pendet, neque nos iurisdictionem exercere possumus; † secus autem, vbi iurisdictio ab alio
7 non pendet, vti asseruit Anchar. in cit. c. 1. de offi. deleg. lib. 6. nu. 1. vers. Item nota tertiò. † Secundo loco iudicis iurisdictio etiam impeditur, vbi superior, qui id potest, aut ne iurisdictionem exerceat, aut ne excommunicet, omnino ipsi prohibuit, ac si quid agatur, pro infecto haberi voluit; quare, si aut Romanus Pont. alicui episcopo id vetuerit, aut episcopus suo vicario, si cōtrarium hi conetur, nihil agent arg. l. iudicium soluitur. ff. de iud. etenim, si priuare ipsos ea iurisdictione omnino possunt, multo magis, ne ipsam exerceant, eisdem interdicere, atque ita habe-
8 tur in c. quia pleriq;, & ibi glo. in verb. sententijs. not. de off. ord. lib. 6. † Tertiò impedietur etiam iurisdictio, quamobrem censuras ferre iudex non poterit, vbi ipsemet iudex, qui censuram ferre vult, aut excommunicatus denunciatus, notoriusuè, aut eadem ratione suspensus est; nam tunc neq; iudicare, neq; censuras ferre poterit: sic enim probatur de excommunicatione in c.

audiuimus. 24.q.1.& ibi in ſumm.gloſſ.not.& in c.ad probandum. de re iudic.& ſic quoq; aſſerunt Abbas in c.ab excommunicato.nu.7.de reſcript.& Couar.in c.alma.par.1.§.8.nu.9.verſ. Quid aũt, ibi ideo ipſe cenſeo.de ſent.excom.lib.6. & Bart. in l.ſi arbiter.C.de ſent.& interloc. omn.iud.& Iaſ.in l.Barbarius.nu.61.ff.de offi.præt. quare, ſi contra fiat, ſententiæ latæ ipſo iure nullæ ſunt; vt inquiunt DD. Abb. in cit.c.ab excommunicato. glo. & Innoc.& Canon.in cit. c.ad probandum, ac nouiſsimè Vant.in tit.de nullit.ſent.ex defect.iuriſdic.ord.nu.137.etenim ſuſpenſam iuriſdictionem habet, ac propterea nihil agere poteſt; idem quoq; de ſuſpenſo ab officio, vt nihil agat, actumuè non valeat, communiter receptum id eſſe teſtatur Abb.in c.cùm dilectus.nu.18.cum duob.ſeq.& nu. 26. de conſuet. quæ aũt de excõmunicatione, ac ſuſpenſione,
9 diximus, eadem & de huiuſmodi impedimentis dicta eſſe volumus. † Quartò impeditur etiam iuriſdictio, vnde nec excommunicare, nec cenſuram aliam ferre iudex poteſt, lataue valet, vbi is, in quem cenſurã ferre ipſe vult, antequã eam ferat, legitimè appellauit; nam, quòd appellatione iuriſdictionis vſus ſuſpẽſus eſt, vt habet̃ in c.ſi à iudice.de ap.lib.6.& vt not.Abb.in c.ſæpè nu.14.de appell.in antiq. & Anchar.in c.licet.de ſent.excom.lib.6.in princ. ob eam rem, vt qui ſuus iudex eſſe deſierit, neq; ipſum appellantem excommunicabit, cenſurauè alia conſtringet; neque, ſi contrarium conetur, quicquam faciet, ſed ſententia nulla erit, vt habetur in c.quoties. 2.q.6.& in c.cùm contingat.de offic.deleg.in antiq.& in c.per tuas.de ſent.excom.& in c.ſolet. eod.lib.6.& in c.venerabilibus.§.ſi.eod.tit.ac lib. atque vt de excommunicatione aſſerunt Lap. alleg.1.nu.2.& Quintil.Mand.in Add.ad eum in litera D. idem Lap.alle.47.nu.3. verſ.His præmiſsis,& communiter receptam opinionem hanc eſſe teſtatur ibidem Mandoſ. in Addit.in litera F. idem quoque ſentit Rot.deciſ.20.in fin.de appel.in nou. quæ regula locum habet, etiam ſi appellationem deinceps proſecutus appellans non ſit ob c. licet de ſent.excom. lib.6.& ibi not. à DD. Item, quacunque ratione appellationem proſecutus non ſit, locum id habere Ancha. aſſeruit in cit. c.licet. idem erit etiam, vel poſt definitiuam ſententiam, interlocutoriamuè appellauerit; nam excommunicatio deinceps lata non valebit; ſic enim aſſeruit Lap. alleg. 2.n.4. viden.& Io. Andr. quem refer, ac ſequitur Gemin.in eod.c.licet.de ſent.excom. lib.6. nam nihilominus excommunicatio lata nulla erit; idem & de ſuſpenſione, atque interdicto aſſerimus arg.c.quærenti.de verb.ſign.& l.illud.ff.ad leg.Aquil. quare & interdicti,& ſuſpenſionis ſententia lata nulla erit, etiam ſi appellatio deſerta ſit, atq; ita dixit gloſſ.communiter recepta in eod.
10 c.licet.de ſent.excom.lib.6. † Quintò impeditur itidem iuriſdictio, vbi is, in quem cenſurã ferre iudex vult, ipſum recuſauit; nam neq; tunc, ſi recuſantem excommunicet, excommunicatio valebit, ita enim aſſeruerunt glo.in cit.c.quoties. 2.q.6.& Lap.allegat.1.nu.2.& Curt.iun.conſ. 312. nu.15. lib. 3. etenim acta à iudice recuſato nulla eſſe magis communiter receptum id eſſe teſtantur Gabr.in tract.ſuo concluſ.& reg.de iud.concl.5.& Quintil.Mandoſ.in Add.ad Lap.alleg.1.in princ. ex quacunque igitur cauſa iuriſdictionis vſus impediatur cenſuræ ſententia nulla erit, modò impedimentum illud manifeſtum, notiſsimumq; ſit.

SVMMA.

1 Propriam ob cauſam in alterũ cenſuram ferre quis nõ debet; quæ regula & declaratur.

XXIIII.

1 § † Requiritur denique, ne iudex hic pro cauſa propria quempiam excommunicet, cenſurauè alia obliget, vt habetur in c.inter querelas. 23.q.4. & vt gloſſ.ibi not.& aſſerit Inno. & Abb.in c.venerabili.de cenſ.& idem Abb. in c. cùm veniſſent. nu.10. de iud. etenim, ne quis in re ſua ius ſibi dicat, prohibitum eſt in c.1.4.q.4. & in l. vn. C. ne quis in ſua cauſa,& ibi DD. atque ita glo.tradidit in c.conquerente.in verb.volueris.de reſti.ſpol.& Inn. in cit.c.venerabili. nu.2.& Abb.eod.c.cùm veniſſent.nu.6. vbi materiam hanc egit, & in c. cùm ſit generale. nu.9. de foro compet. cenſuras igitur in quempiam pro re ſua quis, vt iudex ferre non debet. Excipitur tamen primò, vbi quis vt priuata perſona ſe, ſuumuè ius tueri vult; tunc enim cenſuram in ſibi ſubiectum ferre poteſt, vt habetur in c.dilecto.de ſen.excom.lib.6.& ibi not.Inn.ac DD. & in c.venerabili.verſ.Attamen,& ibi not.Gemin.num.6.eod.tit. ac lib. & vt aſſeruit Innoc.in cit. c. venerabili. vbi quæſtionem hanc diſputauit, & ibi quoque Abbas, & in c. ex parte. 1. de verb.ſign.& idem Abb.in c.cùm veniſſent.n.10.verſ.Si verò extra iudicium, de iud. & in c.cùm ſit generale.nu.9. de foro comp. ac meritò, nam, cùm defenſio quocunq; iure (modò legitima ſit) permittatur, vt dicitur in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. vbi DD.& in c.ſi verò. de ſent.excom.in

 antiq.

antiq. & in c. dilecto. eod. lib. 6. iure & vt his armis, censuris. s. quis se tueatur, permissum esse censeri debet arg. cit. c. dilecto, & l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & l. ad rem mobilem, & l. ad legatum ff. de procur. quare, quòd tunc non vt iudex se habet, ob eam rem neq; appellationem, neque probationes recipere cogitur, sicut Inno. & Abb. in eod. c. venerabili. tradiderunt, immo Inn. in eod. c. venerabili. nu. 4. vers. Vnde prudenter, quem & Abb. ibi sequitur nu. 3. cum prælatum facere prudenter dixit, cui iura, quæ possidet, denegantur, si vt pars, & non vt iudex procedat; nam iuris ordinem seruare tunc non cogitur. Secundo loco excipitur, vbi offensa, atque contumacia notoria est, vt inquit Inno. in cit. c. ex parte. 1. nu. 1. de verb. sign. & sequitur cum Abb. in c. cùm venissent. nu. 10. de iud. nam in notorijs quis non tàm iudex, quam iuris executor est, ac propterea cessat iniuria, quæ timeri posset, vt asserunt idem Inno. & Abb. in citatis proximè iuribus; & Bald. in l. vn. nu. 2. C. ne quis in sua causa, & Lap. alleg. 27. nu. 8. hinc Plebanum, si Rectores Ecclesiarum, quæ ipsi subiectæ sunt, pensionem antiquitus debitã non soluant, ipsos excommunicare posse Lap. ibidem conclusit, & sequitur Abb. in cit. c. cùm venissent; hinc Episcopi ecclesias interdicto subijciunt, si earũ clerici decimas debitas non præstent, id quod Arimini obseruatum vidi; notorium quippe debitum est. Tertiò excipitur Pont. Max. summa, quã habet, vsus potestate, etiam si offensa notoria non sit arg. l. & hoc Tiberius. ff. de hæred. instit. & c. Guilisarius. 23. q. 4. & vt Abb. tradidit in cit. c. cùm venissent. nu. 6. de iud. in summa vbi quis in propria causa ius sibi dicere potest, ibi & censuras ferre poterit; id autem tractatur, & in cit. c. cùm venissent à Panor. & à DD. & à Gemin. itemq; ab alijs in c. 1. de pœnit. lib. 6. & in l. vnic. C. ne quis in sua causa. Quartò excipitur, vbi quis iurisdictionem iudicis impedit; nam iudex impeditus in eum censuram eccles. ferre potest, vt habetur in c. 1. de offi. deleg. & ibi Abb. n. 6. & Felin. n. 14. vers. Item non solùm potest imponere censuras: id quod locum habet, vel delegatus iudex sit; nam hoc habetur in cit. c. 1. de off. deleg. & ita etiam asseruit Abb. in cit. c. cùm venissent. n. 11. de iud. etenim, cùm, vt causam cognoscat, sibi mandatum sit, & vniuersa, quæ ad ipsam explicandam pertinent, permissa esse censentur arg. l. 2. cum ibi not. ff. de iurisd. omn. iud. & c. de causis. de offi. deleg. & l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procur. de hac tamen materia videndi sunt Inno. & Abb. in c. dilectus de pœn. idem Abb. ac Felin. & DD. in cit. c. 1. de offic. deleg. & Anchar. in c. 1. de pœnit. lib. 6. Postremò excipitur, vbi quis ex priuilegio facultatẽ hanc habet, vt probatur in c. ex parte. 1. & ibi not. Abb. de verb. sign. idem sensit quoque Abb. in c. ex parte decani. nu. 1. de rescript. His igitur exceptis casibus aliàs pro regula habebimus in propria causa censuras ferre nos non posse. Hæc sunt, quæ inesse ei debent, qui censurã eccle. laturus est; hæc, ex quibus dubitationes nonnullæ oriuntur, quas singulas in suis locis collocauimus; iam ad ea, quæ inesse huic iudici debent, non tamen necessariò, transeamus.

De homine efficiente causa censuræ ecclesiasticæ iudice ordinario; & de ijs, quæ ad eam ferendam inesse ipsi debent; non tamen necessariò. Cap. III.

SVMMA.

1 *Occultè excommunicatus, ab officiouè suspensus ecclesiasticã censuram ferre non debet.*

2 *Occultè excommunicatus, suspensusuè ab officio iurisdictionis vsum quò ad se non habet, secus quò ad alios.*

3 *Occultè excommunicatus, suspensusuè ab officio si quid agat eorum, quæ iurisdictionis sunt, illud valet.*

4 *Occultus excommunicatus an excommunicare possit; & si excommunicet, an excommunicatio valeat.*

5 *Minori excommunicatione irretitus occultè, manifestèuè & excommunicare, & reliquas censuras ferre potest.*

6 *Minori excommunicatione irretitus occultè, manifestèue iurisdictionem, & habitu, vt aiunt, & vsu retinet.*

7 *Occultus excommunicatus quisnam dicatur.*



EXPLICATIS hactenus ijs, quæ iudici ordinario ad censuram ecclesiasticam ferendam necessariò inesse debent; iam ea explicemus, quæ in eo, & si non necessariò, ratione tamen quadam, vt insint, postulantur. † Primùm igitur index, qui
1 censuram laturus est, neq; occultè excommunicatus, neq; simpliciter, ab officioue
2 suspensus occultè esse debet; † nam in vtroq; casu iurisdictionis vsu quò ad se priuatus est, vt de excommunicato Abb. ac Felin. inquiunt in c. duobus. de sent. excom. & DD. com-

muniter in c.ad probandum.de re iudic.& à nobis traditur Tab.2.cap.11.& vt de suspensosim-
pliciter, ab officioué communiter id asseri testantur Abb.in c.cùm dilectus. nu.18. de consuet.
& Gemin.in c.quia.nu.8.vers.Communis conclusio.de offi.deleg.lib.6. & vt nos comprobaui-
mus in Tab.4. cap.6. §.1.de effectu suspensionis ab officio; quare, si quid iurisdictionis ab ho-
rum altero exerceatur, culpa omnino non carebit, vti sensit Caiet.in summ.in verb.excommu-
nicato plura sunt illicita. vers.Sed de medio, & arg.c.fin.de cohab.cler.& mul.& c.cùm non ab
3 homine, & c.à nobis.2.de sent.excom. † Valebit nihilominibus, si quid ab ipsis agatur, vt DD.
communiter concludunt in cit.c.ad probandum.de re iudic.& nos in cit.cap.11.Tab.2. cõpro-
4 bauimus. † Verùm an excommunicatio valebit, si ab occulto excommunicato feratur? in hac
quæstione, quæ difficilis admodum DD. visa est, duæ sententiæ exortæ sunt; nam glo.ab excom-
municato excommunicationem latam non valere existimauit in §. tria. 3.q.7. & in summ. & in
c.audiuimus. 24.q.1.& in c.si.de ord.ab epis.qui renunc.epis.& ibi Abb.sibi non constans, ean-
dem opinionẽ secuti sunt Archid.in cit.c.audiuimus,& Host.& Io.an. & Calde. quos refert Ab-
bas in c.veritatis.nu.43.de dolo,& contum.& non nulli alij, quos partim recenset Felin. non ta-
men sequitur in c.ad probandum.nu.7.de re iud.& in c.si verè. nu.9. de sent. excomm. partim
Quintil. Mandos. in Add. ad Lap.alleg.89.in verb. Potest excommunicare; eandem amplexa-
tus itidem est Imol.in cit.c.ad probandum. nu.10. eandem communem dixit Abb. ibidem nu.
15.& in cit.c.veritatis.nu.43.& in c.ab excommunicato.nu.7.de rescript. & Viuius in Syl.com.
opin. opin.267.nu.1. quam & ipse sequitur, & ab ea discedere hæresim esse ait, eandem magis
communem dixit Couar.in c.alma.par.1.§.11.nu.4.vers.Quintò.de sent.excom. lib.6. Proba-
tur autem horum sententia primò in c. audiuimus. 24. q. 1. Audiuimus, dicitur enim ibi, quòd
hæreticus Rauẽnas dictus Archiepiscopus nixus sit te excommunicare; verùm, quia excommu-
nicatus excõmunicare non potuit, Apostolica autoritate te, tuosq; absoluendo mandamus exin-
de nunquã curare. Hæc ibi; si excommunicatus igitur, vt inibi dicitur, excommunicare non po-
tuit; ergo excommunicatio lata ab excommunicato non valebit, cùm ad ipsam ferendam po-
testas requiratur, vti antea probauimus: hoc caput opinionem hanc non probat, sed contrariã
potius probare videtur; nam, & si Rom. Pont. excommunicare ipsum non posse asserit, latam
excommunicationem nihilominus valere illis verbis significauit, Te, tuosq; absoluendo; non
enim absoluere ipsos potuisset, si constricti excommunicatione nõ essent argum. l.manumissio-
nes.ff.de inst.& iur.& l.decem.ff.de verb.oblig.& ibi nott & l.nemo potest videri.ff. de reg. iur.
& si igitur iure excommunicare non potuit, tamen lata excommunicatio valuit, atq; ob eã rem
absolutionis munus eis Rom. Pont. impartiuit; quamuis glo. à verborum proprietate discedẽs
contra l.non aliter, ff.de leg.3.aliter ea verba interpretata sit; præterea, esto ibi excommunica-
tio non valuerit, tamen nihilo magis eorum sententia ibi probatur; nam non ibi de occulto ex-
communicato, quo casu quæstio hæc disputatur, sed de hæretico manifesto; atq; ob eam de ex-
communicato non occulto agitur; id quod sic probatur; nam, si hæreticus ille occultus fuisset,
quomodo Summus Pont. quam longissimè absens hæreticum eum esse sciuisset? item si pro cer-
to eundem hæreticum non habuisset, cur hæreticum eundem nominasset? non enim causa mi-
nùs cognita tam grauis criminis nota inuri debet arg. Clem.1.§.pen. de hæret. de hæretico igi-
tur ibi manifesto, ac propterea de excõmunicato nõ occulto, sed manifesto agitur, atq; ita Inn.
citatũ ius interpretatus esse videtur in c.si verè.nu.7.de sent.excom. accedit quòd, qui opinio-
nem hanc tuẽtur, donec hic iudex excommunicatus esse probetur, excommunicationem ab ip-
so latam obseruandam existimarunt; hoc autem aduersatur ei c. audiuimus; nam ibi Roman.
Pont. ne excommunicationem deinceps ab eo hæretico latam curẽt, admonuit; non igitur eo iu-
re horum sententia probatur. Vnde secundo loco sic argumentantur; excommunicatus extra
ecclesiam est, vt habetur in c. qui merito, & in c.omnis Christianus.11.q.3.& vt nos declaraui-
mus in Tab.2.cap.8.§.6.ergo extra ecclesiam eicere alium non potest, quod fieret si excommu-
nicatio ab ipso lata valeret: verùm neque ratione hac horum sententia nititur; nam extra ec-
clesiam esse duobus modis contingere potest, aut omninò, aut quò ad cõmunionem eius; om-
nino, idest, vt ecclesiæ huius non sit excomunicatus, excõmunicatio efficere non potest; quan-
doquidem baptismi susceptione quis in eam recipitur, & baptismus nulla ratione adimi nobis
potest, atque idcirco neq; excõmunicatione, vt nos probauimus in com. nostris de Sacr.Tab. 2.
cap.12. & cap. 15. quò ad hoc igitur extra ecclesiam non est, & argumentum non valet. Quò
ad communionem autem eius, aut de communione agimus, vtpotè suffragiorum ecclesiæ, hu-
iusmodiq; bonorum, quibus excommunicatus caret, & in hoc casu extra communionem eccle-

sit excommunicatus dicitur: sed hoc nihil ad rem nostram; non enim necessaria communio ecclesiæ hæc nobis hic est. aut de alia communione agimus; & tunc vel quis excommunicatus notorius, denunciatusue est, & in hoc casu locum etiam habere potest proposita horũ ratio ob cit. c. ad probandum. de re iud. sed ad rem nostram ratio hæc sic accepta non pertinet; de occulto enim excommunicato, non de manifesto proposita quæstio est; vel excommunicatus nec notorius, nec denunciatus est, quo casu quæstio nostra disputatur, & hic horum ratio non valet; nã sic excommunicatus iurisdictionis vsum quò ad alios retinet, vt probatur in c. ad probandum, & ibi cõmuniter not. de re iud. & in Extrau. ad euitanda; quò ad alios igitur iurisdictionis vsu nõ caret, ac propterea extra ecclesiam quò ad hoc non est, atq; idcirco horum sententia neque huiusmodi ratione nititur. Quare contrariam sententiam, vt. s. excommunicatio ab occulto excõmunicato lata valeat, amplexati sunt Inn. in c. si verè. n. 3. & Felin. n. 7. de sent. excom. & Abb. sibi contrarius in c. ab excommunicato. nu. 8. de rescript. & in c. veritatis. nu. 43. de dolo, & contum. & in c. ad probandum. nu. 15. & Felin. nu. 7. de re iud. & Fed. de Sen. cons. 137. nu. 4. sibi contrarius, & Lap. alleg. 89. n. 12. & Quintil. Mand. in Addit. ad eum in vers. Potest excommunicare, vbi alios quamplures idem sentire ait, & Sot. dist. 22. q. 2. art. 1. vers. Dubium autem est, vbi quosdam alios idem sentientes refert, & Iacob. de Graff. cap. 5. nu. 4. lib. 4. decis. cas. consc. eandem opinionem communiter receptam esse testatur Franc. à Vict. in summ. Sacr. in tract. de excomm. nu. 15. eandem magis communem, & magis æquam, & veriorem, & melioribus fultam rationibus dixit Mandos. in cit. vers. Potest excommunicare. in fin. ac propterea illã sequitur, & Gouar. In c. fin. par. 1. §. 11. nu. 4. de sent. excomm. lib. 6. eam sibi veriorem videri ait. Probatur autem primò hac ratione, quoniam excommunicatio à dignitate, non à persona illa excommunicata lata esse videtur, vt inquit Inno. in eod. c. si verè. nu. 3. de sent. excom. ergo valere debet; non. n. dignitas excommunicata est: hæc Inn. ratio, quam sequuntur Lap. in cit. alleg. 89. nu. 12. & Abb. in eod. c. veritatis. nu. 43. & Felin. in eod. c. ad probandum. nu. 7. opinionẽ hanc non probat; nam; si dignitas id faceret, etiam vbi manifestò iudex excommunicatus est, sententia nihilominus valeret; cùm eadem dignitas mutata non sit, quod tamen repugnat ipsi cit. c. ad probandum. de re iud. & communi DD. sententiæ, quæ à manifesto excommunicato acta nulla esse concludunt. Vnde secundo loco sic argumentantur, sententia excommunicationis faciliùs penetrat, quàm reliquæ sententiæ; id quod hinc patet, quoniam appellatione ipsius effectus non impeditur, sicut reliquarum sententiarum, vt habetur in c. pastoralis, & ibi not. DD. de appell. in antiq. & in c. is, cui. §. fin. de sent. excomm. lib. 6. ergo, cùm aliæ sententiæ ab occulto excommunicato latæ valeant, multò magis & hæc valere debet arg. cit. c. ad probandum. de re iud. hæc ratio mihi etiam non satisfacit; nam faciliùs penetrat, vbi valet; hìc autem quærimus, & disputamus, an valeat; & quamuis sententiæ aliæ valeant, non tamen & hæc valere concluditur, quoniam hoc est, de quo disputamus. Postremò ratio hæc alia reddebatur, acta ab occulto excommunicato, si ad iurisdictionem pertineant, valent, vt probatur in eodẽ c. ad probandum. de re iud. & ibi DD. not. ergo & excommunicatio valere debet; nam & ipsa ad iurisdictionem pertinet, vt sensit glo. communiter recepta in c. transmissam. de elect. & nos supra comprobauimus cap. 2. §. iurisdictionem. hæ sunt præcipuæ rationes, quæ pro vtraq; sententia redduntur. Quid igitur concludendum? Ego, quidquid dixerit Viuius, ab hac posteriori sententia, quæ verissima mihi esse videtur, discedendum non censeo, vt. s. excommunicatio ab occulto excommunicato lata valeat, primùm ob rationem proximè allatam; quæ re vera tolli non potest; nam, si reliqua omnia, quæ iurisdictionis sunt, ab hoc excõicato acta valent; ergo & excõicatio; non. n. maior, aliauè iurisdictio ad eã postulatur: Deinde quoniã excõicatio hæc à iudice lata est, qui & in quasi possessione iurisdictionis autoritate superioris est, & communiter pro non excommunicato habetur, vt in facto proponimus; ergo excommunicatio hæc ab huiusmodi iudice lata valet; nam, vbi iudex, vel ab initio, quando iudex constituitur, vitio quopiam est affectus, vnde iudex creari non posit, si tamen superioris autoritate in quasi possessione iurisdictionis positus sit, & communiter pro vitioso non habeatur, ob publicam vtilitatem, quicquid agit, valet; hæc est communis, ac vulgaris doctrina l. Barbarius. ff. de off. prær. & DD. ibi eam not. & in c. nihil. de elect. & nos sup. cap. 2. §. Item aut verè, ipsam collocauimus; si ergo acta ab eo, qui re vera iudex non est, valent ob superioris autoritatem, & quoniam communiter vitium illud ignoratur, multò magis excommunicatio ab hoc lata, cùm occultus excommunicatus sit, valebit: præterea vbi quis ob hæresim suis bonis priuatus est, si communiter id ignoretur, antequam delictum illud ab eo cõmissum esse declaratum sit, suis tamen bonis priuari non debet, neq; ipsorũ

administrationem ammittit, vt habetur in c. cùm secundum leges, & ibi not. Anchar. in vers. Secundò noto. de hæret. lib. 6. ergo & hic occultus excommuniacatus, etsi quò ad se iurisdictionis vsu priuatus quodammodo est arg. c. vestra, & c. fin. de cohab. cler. & mul. antequam tamen excommunicatus declaretur, iurisdictionis vsu priuari non debet, quod fieret, si excommunicatio ab ipso lata non valeret; accedit postremò Extrauag. ad euitanda, quæ sententiam hanc confirmat: nam cauetur per ipsam, ne occultus excommunicatus vlla in re vitetur; Ex his omnibus ergo manifestò colligitur, excommunicationem ab occulto excommunicato latā valere, atque
5 tenendā ēe. † At quid de minori excōmunicatione irretito itidem occulto? planè quin & ab hoc excommunicatio lata valeat, dubitandum non est; cùm ob ea, quæ de maiori excommunicatione diximus, quæ multo magis hic locum habent; tum quòd excomm. ferre ad iurisdictionem pertinet, vt iam probauimus, at minori excommunicatione constrictus, vel manifestò excommunicatus sit, ea, quæ iurisdictionis sunt, exercere non prohibetur, vt dixit Rom. Pont. in c. fi. de cler. excom. min. & communiter receptum id esse testatur Gemin. in c. quia. nu. 8. de off. delegat. lib. 6. accedit c. si duobus. de sent. excom. vbi minori excommunicatione affectum alteri eadem pœna constricto absolutionem tribuere posse dicitur; ergo & excommunicatione obli-
6 gare potest arg. c. verbum. de pœnit. dist. 1. & l. qui condemnare. ff. de reg. iur. † quare & Abb. & Felin. in eod. c. si duobus minori excommunicatione obligatum neq; habitum, neq; vsum iurisdictionis ammittere sentiunt; & minori excommunicatione igitur obuolutus maiorem excom-
7 municationem ferre potest. † Occultus autem excommunicatus hic dicit, qui aut notorius, aut denunciatus pro tali est ob Extrauag. ad euitanda.

SVMMA.

1 *Iusta censuræ sententia esse debet.*
2 *Iusta censuræ sententia tribus modis dicitur, animo, causa, ordine, & iniusta è contrario eisdem tribus modis.*
3 *Iniusta sententia ex causa, ex animo, & ex ordine valet.*
4 *Iniustam censuræ sententiam ferens ex ordine, atq; ex causa, punitur.*
5 *Iniustam censuræ sententiam ex animo ferēs peccat.*

I.

1 § † Iustam censuræ sententiam iudex quoq; ferre debet arg. c. sacro. §. caueat etiam. de sent.
2 excom. in antiq. & c. 1. eod. lib. 6. & c. 1. de te iud. eod. lib. † & quoniam, sicut tribus modis sententia censuræ iusta dicitur, ita & iniusta; vtpotè aut ex causa, quia sine iusta causa lata est arg. c. venerabilibus. §. porrò. de sent. excom. lib. 6. & c. cùm contingat. de offi. deleg. aut quia ordinē iudex non adhibuit traditū in cit. c. sacro, & in c. 1. de sent. excom. lib. 6. aut ex animo, quia, scilicet malè affectus animo censuram tulit, vtpotè odio, amore, metu, rationeuè alia ductus, (multis enim modis id contingere potest, vt probatur in c. iudicet. 3. q. 7. & in c. quatuor, cū multis seq. 11. q. 3. & in c. iudicare, & in §. si ergo cum sequē. ead. q. & vt not. gloss. in summ. ead. q. 3. & in cit. c. sacro. in verb. iusta, & Abb. in c. ab excommunicato. nu. 10. & Imol. nu. 2. de rescript.)
3 ideo vnumquodq; horum iustus iudex vitabit; † nam, etsi nihilominus censuræ sententia valet, vt probatur in eod. c. sacro, & ibi not. glo. in verb. Iusta. de sent. excom. & in cit. c. 1. eod. lib. 6. & vt Abb. atq; Imol. qui & Cald. idem sentire ait, inquiunt in cit. c. ab excommunicato, & glo. sum. 2. q. 1. & 11. q. 3. & nos in Tab. hac suo loco tradidimus, etsi ex causa secus aliquando fit, vt asse-
4 ruimus ead. Tab. † tū, si aut ordinem legitimū non adhibuerit, ob minusuè iustā cām censurā tulerit, punietur ob cit. c. 1. de sent. excō. lib. 6. & idē c. sacro, vt nos ead. Tab. de effectib. censuræ pet accidēs id explicauimus; † aut, si ex animo iniquā sentētiam tulerit, pœnæ culpā apud Deum sal-
5 tem non effugiet; iustam igitur censuræ sententiam iusto affectus animo, iusta ex causa, ordine legitimè adhibito, de quibus singulis suo loco deinceps à nobis agetur vberius, iudex feret.

De homine iudice ordinario efficiente causa absolutionis censuræ ecclesiast. ab homine per sententiam latæ; & de ijs, quæ necessariò ad eam absolutionem præstandam inesse ipsi debent. Cap. IIII.

SVMMA.

1 *Absoluere ab excommunicatione, à censuraué alia ab homine lata is potest, qui eam tulit; quæ regula, quatenus pateat, etiam declaratur.*

 2 *Abso-*

1 *Absolutio censuræ ab ordinario iudice latæ ab eo semper tribui potest.*

2 *Absolutio excõnis, censuræuè alterius ab homine generatim latæ à quo tribuatur.*

4 *Reuocare sententiam censuræ ab homine latæ is potest, qui eam tulit.*

5 *Reuocari sententia censuræ quando dicatur.*

6 *Absolutio censuræ per sententiam latæ an tribui possit ab eo, qui eam tulit, vbi appellatum est.*

7 *Absolutio excõnis, alteriusuè censuræ per sententiam latæ ab eo tribuitur, qui eam tulit, etiam si ea obligatus aliò domiciliũ transtulerit. Et an ab eo iudice tribuatur, quò domicilium transtulit.*

8 *Absolutio excommunicationis, alteriusuè cẽsuræ ab homine latæ ab eo tribuitur, qui eam tulit etiam post mortem.*

9 *Hæres an curare debeat, vt is, cuius est hæres, absoluatur, si excommunicatus e vita discessit.*

10 *Ingrediens in aliquam religionem, quò eius vitã profiteatur, an absolui ab eius antistite poßit, si excõmunicatus sit.*

11 *Confirmata sententia censuræ à superiore an ab eo tolli posſit, qui eam promulgauit.*

12 *Incendiarius ab homine excommunicatus, ac denunciatus à Rom. Pont. tantùm absolui potest.*

13 *Delegatus iudex an post annum absoluere à sententia censuræ ab eo lata posſit.*

14 *Metu, viq; absolutio censuræ tributa non valet.*

15 *Laicus absoluere à censura non potest.*

16 *Absolutio censuræ per sentẽtiam latæ tribui ab eo non potest, qui illam non tulit, quæ regula, quatenus pateat, ibi significatur.*



E homine iudice ordinario censuræ eccles. ferendæ; & de ijs, quæ ad censuram ferendam inesse ipsi deberent, egimus; modò, vbi censura ab eodem lata est, à quo tollatur, idest absolutio eius à quo præstetur; ac demum, quæ ad eam tollendam
1 requirantur, iam agamus. † Homo igitur, ille inquam iudex ordinarius, qui censuram eccl. tulit, eam etiam tollit, vt probatur in c. prudentiam. §. sexta. vers. Ab ordinario iudice. de offic. deleg. & in c. ad reprimendam. de offi. ord. & 26. q. 6. etenim pro regula communiter traditur excommunicationem ab homine latam ab eodem tolli tantùm posse, vt DD. communiter asserunt glo. in Clem. 1. in verb. à canone. de priuil. & Imo. ibi nu. 18. & Abb. in cit. c. prudentiam. §. fin. de offi. deleg. & in c. ex frequentibus. nu. 6. de inst. & in c. quod olim. in fin. de iud. & Anchar. in Clem. vn. nu. 12. de reb. eccl. non alien. & in c. eos. de sentẽ. excom. lib. 6. & Gem. eod. & Feli. in c. prudentiam nu. 19. de offi. deleg. & in c. pastoralis. §. præterea. nu. 9. de offi. ord. & in c. ad eminentiam nu. 2. vers. Item de excommunicato ab homine. de sentẽ. excom. & Fed. de Sen. cons. 16. nu. 12. & Archiep. Flor. eod. cap. de absolut. excomm. & Syl. in verb. absolut. 2. & Couar. in c. alma. par. 1. §. 12. nu. 2. de sent. excom. lib. 6. cum simil. & regula hæc probatur in c. pastoralis. §. præterea. de offi. ord. quod ad id quotidie citari testantur Abb. nu. 1. ac Felin. nu. 9. qui ergo quempiam per sententiam excommunicauit, is eundem absoluere potest; ac meritò; nam, qui condemnat, hic idem & absoluere iure debet arg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & c. 1. extra eod. in antiq. Quę regula sic proposita multis modis amplificatur; Nam primò locum habet non solùm in excommunicatione, sed etiam in suspensione, atq; in interdicto, vt. s. vbi hæ censuræ per sententiam ab homine latæ sunt, ab eodem tollantur, atq; ita de suspensione tradidit Felin. in cit. c. pastoralis. §. præterea. nu. 9. vers. Amplia regulam. de offi. ord. vbi & quosdam alios idem sentire ait, & Frãc. de Aret. in c. tam literis. vers. Vltimò noto. de test. & nos Tab. 4. cap. 2. id comprobauimus. sicut etiam de interdicto Tab. 5. cap. 2. etenim, cùm & hæc censuræ sint, vt habetur in c. quærenti. de verb. sign. nec contrarium in ipsis statutũ reperiamus, ratiouè vlla contrarium suadeat; iure, quod de excommunicatione asseruimus, & de his conclu
2 dimus arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. cùm dilecta. de confirm. vtil. vel inuti. † Item ordinarius iudex excommunicatum à se, censurauè alia irretitum ante, postuè sententiam definitiuam, & post annum absoluere potest; nam ordinarij, quia semper iurisdictionem habent, semper etiam absoluere possunt, vt dixit Inn. in c. quærenti. in fin. de offi. deleg. & ibi probatur; etenim, cùm ibi delegato iudici præscribatur, vt intra annum tantùm, ex quo definitiuam sententiam tulit, iurisdictionem habeat; secus de ordinario sentiendum est arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. nõne. de præsumpt. quare, si episcopus quempiam excommunicauerit, semper ipsum absoluere poterit; secus autem si delegatus Rom. Pont. sit ob cit. c. quærenti, quod & in delegatis, subdelegatisq;
3 inferiorum locum habere Abb. existimauit in eod. c. quærenti. in fin. † Tertiò ordinarius iudex à se excommunicatum, censurauè alia obligatum ipse absoluet; non solùm vbi speciatim, nominatimuè

minatimuè sententiā censuræ in quempiam tulit, verū etiam vbi generalem hanc sententiā promulgauit. Atqui an alius, vtpotè episcopus absoluere in hoc casu poterit? glo. vltima in c. ex frequentibus.de constit. id non posse sensit; nam Rom. Pontif. ibi ab excōmunicatione per generalem sententiam ab Archiepiscopo lata, atque à se cā cognita confirmata, quo casu suam facit, permittit Archiepiscopo, & eius Suffraganeis, vt absoluant; si, qui in eam inciderunt, congruè satisfecerint; ergo excommunicatio per sententiam generalem lata tolli non potest, nisi ab eo, qui illam tulit, & ab eo, cui à ferente potestas hæc tributa est; ibi ergo opinio hæc apertè probari videtur, hanc opin. glo. seq. Felin. in c. pastoralis. §. præterea. nu. 9. vers. Fortius voluit. de off. ord. vbi & nusquam se Legisse fatetur quempiam ab hac sententia discesisse Imola excepto, sequitur quoq; ipsam Abb. in c. graue. de præb. & Caiet. in verb. absolutio ab excommunicatione, quantum ad Confessores in sum. Et nonnulli alij, quos refert, non tamen sequitur Couar. in c. alma. par. 1. §. 12. nu. 4. vers. Secundò. de sent. excomm. lib. 6. & hoc ob eam rationem, quoniam solùm permissum est in excōmunicationibus iuris, vt alius absoluat ab eo, qui eas tulit, vt habetur in c. nuper. & ibi communiter not. de sent. excom. ergo aliàs secus arg. c. nonne. de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. Contrariam opin. nihilominus, vt à censuris per generalem sententiam latis absoluat is, qui & à censuris à iure latis absoluit, amplexati sunt Gundissaluus de Villadiego in tractatu de Legato q. 13. vers. Aut sumus in secundo membro, & nonnul li, quos refert, ac sequitur Nauar. in man. cap. 27. nu. 44. & Couar. eod. vers. vbi & alios idem sentientes refert. Probatur autem horum sententia primò per cit. c. ex frequentibus; nam ibi generalis sententia lata erat, sed ob eam rem absoluere ab ea Archiepiscopus, eiusq; Suffraganei ad libitum non poterant; quoniam Rom. Pont. id prohibebat; ergo aliàs secus, si id non prohibuisset. Hæc ratio nihil facit; quoniam in eo c. ex frequentibus, non de excōmunicatione ab homine lata, sed à iure agitur, vt infra probabimus. Secundò dicebat Couar. sententia hæc est similis statuto, & episcopali constitutioni; nam, sicut constitutio, ac statutum generale est, & in posterum consulit, vt habetur in c. fin. & ibi communiter not. de const. & in l. leges 2. C. de ll. ita & sententia hæc; ergo à suo Episcopo quis ab hac excommunicatione absolui poterit, sicut absoluitur, vbi in excōmunicationē iuris incidit ob cit. c. nuper. de sent. excomm. Hæc ratio mihi etiā non satisfacit; nam & eadem in multis differunt, quandoquidē mortuo eo, qui per generalem sententiam censuram tulit, sententia ea deinceps non obligat, secus autem mortuo statuēte, ac legislatore; nam nihilominus statutum, ac lex firma permanent, atque obligant; vt vidimus sup. ca. 2. §. 2. nu. 3. item per sententiam generalem non subditi etiam delinquentes in territorio, vbi sententia est, non obligantur, secus autem quò ad statutum factum, vt Doctores omnes communiter concludunt in c. à nobis. 1. de sentent. excommunic. & Conar. in eod. §. 10. nu. 2. vers. Plurimùm tamen refert. vbi & alias differentias refert, & Henric. Bohic. in eod. c. à nobis. nu. 6. ratione hac igitur opinio hæc non nititur. Postremò dicebat Couar. dispositio cit. c. nuper generalis est, ergo & in sententia hominis generali locum habere debet. Hæc ratio nec mihi probatur, tum quòd hoc est, de quo disputamus; tum quòd alia ratio est, vbi censura fertur ab homine; & alia, vbi fertur à lege. Quid igitur concludendum? Antequam quæstionē hanc absoluamus, contemplandum prius est, an in cit. c. ex frequentibus. de excommunicatione ab homine, à iureuè lata tractetur; nā inde quæstionis huius dissolutio pendet. Conar. & Nauar. & qui postremam sententiam sequuntur, ibi agi de excommunicatione per Sententiam lata sentiunt; & probari videtur horum opinio in tribus locis; primùm ibi Sententiam excommunicationis protulistis; item in vers. Eandem sententiā ratam habentes, postremò ibi, Qui ipsam sententiam incurrerint: hæc ibi; ergo, ex quo toties sententiæ mentio fit, per sententiam excōnem latam dicendum videtur. Contrariam sententiā nihilominus DD. communiter amplexati sunt, vt. s. ibi de excommunicatione per constitutionem lata agatur, atq; de communi sententia testatur Felin. in cit. c. pastoralis. §. præterea. nu. 9. vers. Fortius voluit. de offi. ord. hanc opinionē ego quoque sequor. Primò quoniam Archiepiscopus ille à sua prouincia volebat improbatam eam consuetudinem radicitus extirpare, ne deinceps clerici sine suorum Episcoporum consensu beneficia eccl. susciperent, vt ibi dicitur: at, si per sententiam excommunicationem in eos tulisset, qui contrarium conarentur; non radicitus idest omnino à prouincia eam consuetudinem extirpasset; nam Archiepiscopo mortuo, quòd sententia illa extinguitur, vt communiter not. in c. à nobis 1. de sent. excom. & Fed. de Sen. cons. 16. nu. 12. pœnæ metu sublato ad idem redirent; sed solùm suo tempori, quòd non fit, vbi per constitutionem censura fertur; nā, quòd ll. perpetuæ sunt arg. l. leges, & constitutiones. C. de leg. & c. fi. de const. in antiq. & vt not. Abb. in cit. c. à nobis. nu. 12.

bis.nu.12.& Felin.nu.7.perpetuò quoq; suæ prouinciæ consuluisset, ac radicitus eam consuetu-
dinem extirpasset; quod in primis voluisse Archiepiscopus videtur; ne igitur à legislatoris mé-
te discedamus, quòd fieri non debet arg. l.non omnis.ff.si cert.pet. & c.cùm voluntate.de sent.
excom.de excõmunicatione per statutum lata ibi agi concludemus. Præterea confirmatur opi-
nio hæc, quoniam excommunicatio illa generaliter ab Archiepiscopo promulgata in cit. c. ex
frequẽtibus pro tota prouincia lata fuit, vt ibi habetur, & sic afficiebat non solùm subiectos ip-
sius Archiepiscopi, verumetiam & subiectos suorum Suffraganeorum; ergo per statutum, & nõ
per sententiam excõicationem eam latam esse concludendum est; nam generalis sententia Ar-
chiepiscopi subiectos suorum Suffraganeorum non obligat, vt expressum hoc habetur in c.Ro-
mana.in vers. Porrò.de sent.excom.lib.6.& ibi not.glo. quam communiter receptam esse testa-
tur, ac sequitur Couar.in eod.§.10.nu.2.vers.Est & alia, vbi & hanc differentiam inter excom.
latam per sententiam,& per statutum ponit; Facit postremò pro hac sententia, quoniam Archie
piscopus consuetudinem quandam radicitus extirpare à sua prouincia volebat, vt ibi dicitur, at
consuetudo aut alia consuetudine tollitur, aut alia lege arg.§.sed naturalia quidem iura. in Inst.
de iur.natu.gent. & ciuil. ergo de excommunicatione per statutum lata ibi agi asserendum est.
Non repugnat modò quatenus dicebatur ter mentionem sententiæ factam esse in eod.c.ex fre-
quentibus, nam ibi sententia excommunicationis pro ipsa excommunicatione accipitur; decla-
rat hoc primùm finis eius c. ex frequentibus, dum dicit, qui ipsam sententiam incurrerint; nã
illud nomen sententia pro excommunicatione accipitur; id qđ hinc patet, qm̃, qui contra facie-
bant, non incurrebant in sententiam, sed in excommunicationem; ergo sententia ibi pro excõ-
municatione accipitur: declarat postremò id apertius Rubr.de sent.excom. nam Titulus ille est
de sentẽtia excõmunicationis,& tamẽ in eo agitur magis, immo ferè semp de excõmunicatione
iuris, quam hominis; id quod non aliundè fit, quàm quòd sententia excommunicationis acci-
pitur ibi pro ipsa excommunicatione. Hac declaratione sic stante manifestò conspicitur neutrã
opinionem hoc iure probari. quo proposito, vt ad quæstionem nostram veniamus, à communi
opinione discedẽdum non censeo, vt.s.excommunicatus per generalem sententiam absolui ab
eo tantùm possit, à quo absoluitur per sentẽtiam speciatim excõmunicatus. Primò, quia pro re-
gula habemus excommunicatum ab homine ab eodem absolui debere, vt in initio huius capit.
asseruimus, ergo ab hac regula non discedemus, ex quo contrarium cautum non habemus, vt
tradunt communiter DD.in l.1.ff.de reg.iur. Præterea solùm iure cautum habemus in c.nuper.
de sent.excomm.vt ab excommunicatione iuris alius absoluat ab eo, qui ius illud constituit, nisi
legislator absolutionem sibi reseruauerit; ergo contrarium dicendum est in excommunicatio-
ne hominis, quacunq; ratione lata sit arg. c. nouæ.de præsumpt. & l. cùm prætor.ff.de iudi. ac
planè si id ecclesia voluisset, hoc expresśisset; ex quo igitur id lex non dicit, nec nos dice-
rẽ debemus arg.l.de pretio.ff.de publ.in rem act. Postremò ratio, quamobrem absoluendi po-
testas permissa intelligitur in excommunicatione iuris, secus autem in excommunicatione ho-
minis ea est; quoniam in priori casu in primis, & immediatè offenditur locus, ac territoriũ, &
diœcesis, cuius gratia constitutio, ac ius latum est, & non ipse legislator; in posteriori autem ca-
su offenditur in primis, atq; immediatè autoritas iudicis, ac propterea illius, & non huius abso-
lutionem alteri concesśisse censetur, vt probauimus in Tab.3.cap.2.faciliùs enim quis alienam,
quàm suam iniuriam remittit, ac condonat. at ratio hæc locum sibi vindicat, etiam vbi excom-
municatio per generalem sententiam lata est, vt hoc per se patet; contemnitur enim autoritas
iudicis, qui voluit suæ gubernationis tempore sibi obtemperari; ergo dispositio eadem locum
habere debet arg.c.cùm dilecta.de confirm.vtil.vel inutil.& l.illud.ff.ad l.Aquil. à cõmuni opi-
4 nione igitur ob hæc discedendum non censerẽ. † Quartò iudex ordinarius non modò à censu-
ra à se lata ipse tantùm absoluet, sed etiam ipse eam reuocabit, vti sensit Præpos. in c. qua fron-
te.nu.18.de appell.& in c.quæstioni.nu.6. vers. Aut quærimus eodem, & probatur in c. sacro. §.
caueat.de sent.excom. idq; iure optimo; nam, sicuti per absolutionem, ita & per reuocationem
censura tollitur; sicuti ergo præter ipsum excommunicatorem excommunicationẽ tollere alius
5 non potest, ita neq; eandem reuocare. † Reuocatur autem sententia censuræ, primùm vbi ini-
què, minusuè legitimè lata est arg.cit.c.sacro.§.caueat, & vt Gemin.sensit in c.vn. nu.6. de ijs,
quæ vi, metusuè causa fiunt; deinde vbi in diem, sub conditioneuè lata est, &, antequam dies, cõ-
ditionè aduenerit, tollitur; tunc enim & reuocari dicitur, atque ita Gemin. tradidit in eod. c.
vn.nu.5.vers.In fin.glo.& Anchar.eod.nu.1.& Præpos.in cit.c.quæstioni. nu.6. de appell. in his
igitur casibus censura propriè reuocatur, non autem vbi nulla est, quod sensisse videtur gloss. in

c.vn.in verb.reuocationem,& Præpos.in eod.c.quæstioni; quod enim nullum est, reuocari non
potest arg.l.nam,& si sub conditione.ff.de iniust.rupt.test. & l.decem.ff.de verb.oblig.& l.eius,
qui in prouincia.ff.si cert.pet.vbi enim habitus non est, ibi priuatio non datur; & quòd non est,
6 positiuę qualitatis particeps esse non potest. † Quintò iudex ordinarius censura obligatum à se
absoluet, etiam si sic obligatus appellasset; nam, si iudex à quo appellationem non admisit; si-
ne dubitatione id poterit, vt asseruit Abb.in c.quæstioni.nu.7. vers.Quò ad secundum articulũ.
de appell. & Præpos.ibidem nu.7. id quod citati autores, & in delegatis iudicibus locũ sibi vin-
dicare inquiunt; habitu enim delegati iudices remanent; quandoquidem ad eos redire cã po-
test arg.c.vt debitus.de appella. multo magis autem id fiet, vbi appellans appellationem dese-
ruit; nam perinde tũne est, atq; si non appellasset, vt idẽ Abb.tradidit in cit.c.quæstioni.nu.7.&
in c.qua fronte.nu.5.de appell. immo ordinarius, qui censuram tulit, etiam absoluet, vbi appel-
lationem admisit; sic enim inquit Abb.in cit.c.quæstioni.nu.7.& Præpos.eod. sic ratio etiam id
suadet; iudex enim, à quo appellatum est, ea omnia potest, quæ faciliorem exitum causæ red-
dunt arg.c.cùm teneamur.de appell.& vt not.ibi Abb. & Præpos.nu.8.& Imol. nu.5. idem Ab-
bas in eodem c.quæstioni, vbi quoque Præpos. num.6. & in c. qua fronte num. 5.& Inno.nu.2.
de appell.eod. at absolutio ab excommunicatione faciliorem exitum causæ reddit; non enim iu-
dex appellatus ipsum absoluere habebit, sicuti habuisset, eo non absoluto arg.c.cùm contingat.
vers.In eo verò casu.de off.deleg.& c.per tuas.de sent.excom.in antiq.& c.venerabilibus. §.por
rò.eod.lib.6. hoc tamen casu delegatus iudex, cùm appellationem admittendo iurisdictione se
priuarit arg.c.cùm appellationibus.de appell.lib.6.non absoluet, vt asserunt Abb. ac Præpos.in
cit.c.quæstioni.de app. Quid autem de suspensione, atque interdicto, an vbi appellationem ad-
7 misit, has censuras tollet? & has tollere posse concludo arg. c.cùm cessante. de appell. in antiq.
& c.si à iudice. eod.lib.6. † Sextò iudex ordinarius censuram à se latam tollere ipse poterit, et
si obligatus ea, idest excommunicatus, interdictus, suspensusuè in alterius diœcesim domiciliũ
transtulerit arg.c.proposuisti.cum cit. ibi à glo. de foro comp. etenim, cùm à proposita regula
casum hunc exceptum non reperiamus, ab ea non discedemus; hinc, si quis extraneus in alterius
diœcesi delictum committens ab eius loci ordinario excommunicetur, hunc à suo episcopo ab-
solui non posse Abb. asseruit in c.graue nimis.nu.14.de præb. hinc, si coram episcopo actor ex-
communicatus probetur, episcopus causæ, vbi eum non excommunicauit, absoluere ipsum non
poterit, vti communiter DD. tenere testatur Abb.in c.prudentiam §.fi.de offic.deleg. Contra-
rium tamen in hoc casu dicendum videbatur ob cit.§.fi. nam ibi delegatus excommunicatũ ab-
soluit, vbi absoluere ipsum non vult, qui eum excommunicauit; atqui à contraria opinione di-
scedendum non est; nec repugnat cit.§.fi.quandoquidem de delegato à Romano Pont. ibi agi-
tur; ergo secus quò ad alios iudices; præterea ratio, quæ ibi redditur, id declarat in omnib. iu-
dicibus cit. §.fin. locum non habere; Explorati quidem iuris existit, dicitur enim ibi, vt delega
tis iudicibus, quibus principale committitur, & accessoria committantur; hæc ibi ratio reddi-
tur; quæ planè ratio in inferioribus iudicibus vniuersis locum non habet, sed in ijs solùm, qui
absolutionis causam committere possunt; at absolutionem censuræ ab alio latæ, mandare alteri
non potest, nisi superior sit eius, qui censuram tulit, cuiusmodi Rom. Pontif. omnium iudicum
est, & vt nos in seq. § superior declarabimus; ergo neque ipsemet absolutionem tribuere arg.l.
nemo plus iuris.ff.de reg.iur.& arg.c.fi.de const.lib.6.& c. à nobis.1.de sent.excomm.in antiq.
quamuis igitur etiam coram episcopo actor excommunicatus probetur, tamen, si ab alio excõ-
municatus sit, absoluere ipsum non poterit; quæ regula exceptionem primò hanc patitur, vbi
episcopus ille excõmunicatoris superior esset eo modo, quo infra explicabimus: nam tunc, vel
ipse cãm cognoscat, absoluere poterit, vel alteri causam delegauerit; nam, ex quo cãm ei man-
8 dauit, vt definiret; ergo &, quæ huic impedimento esse poterant, mandasse videtur, vt habetur
in cit.c.prudentiã.§.fi.& arg.l.2.ff.de iuris.om.iud. cum ibi not.†Septimò, iudex ordinarius ab-
soluere excommunicatum, interdictumuè solus poterit, etiam si è vita hac excommunicatus di-
scesserit, vt habetur in c. à nobis.2.in fin.de sent.excom.& vt not. gl.ibi in verb.cæteris. & DD.
& Burg.de irreg.& dispens.part.6.de absol.mort.& Couar.in c.alma.par.1.§.11.nu.8. vers.Se-
9 cundò.de sent. excom. lib.6. nam, etsi apud Deum absolutus esse creditur, apud eccles. tamen
adhuc ligatus censetur, vt dixit Couar. eod. † Atqui an hæres eius, qui excommunicatus mor-
tuus est, vt absoluatur, curare debet? planè id ipsum debere concludendum est arg. c. à nobis.
2.de sent.excom.id quod & locum habet, vel à laico in mortis articulo absolutus sit; nam, quòd
absolutio non valet, ob eam rem, vt absoluatur, hæres curare hìc quoque debet, vt asseruit Co-
uar.in

uar. in c. alma. par. 1. §. 11. nu. 9. in fi. de sent. excom. lib. 6. Excipitur tamen primò, vbi pertinax mortuus est; nam, ex quo hic absolui non debet arg. cit. c. à nobis. vers. Potest tamen, & debet; ibi enim Rom. Pont. de excommunicato mortuo agens inquit, si de ipsius viuentis pœnitentia per euidentia signa constiterit, absolutionis beneficium impendendum esse; ergo secus, vbi de ipsius pœnitentia non constiterit; valet enim argumentum à contrario sensu arg. l. 1. & ibi communiter not. ff. de offi. eius. facit quoq; c. sacris. eod. ex quo igitur absolui non debet, nec, vt absoluatur, hæres operam dabit. Item excipit Nauar. in man. cap. 27. nu. 271. vbi excommunicatus occultus esset; nam si à peccatis absolutus sit, & reliqua sacramenta susceperit, & in loco sacro sit sepultus, hæres verò eum excommunicatum mortuum esse credat, ad absolutionem petendam hæredem non obligari sensit; tum, quòd mortuus propriè absolui non potest; tum ob Extrauag. ad euitanda. Hæc sententia Nauar. mihi omnino non probatur; esto enim absolui propriè nequeat, quod hic non disputamus, absolui tamen ob hanc rem debet, quò generalia suffragia ei prosint; quandoquidem ecclesia pro excõmunicatis preces fundere non intendit arg. cit. c. à nobis, & c. sacris. eod. tutior opinio igitur hæc mihi videtur, vt eum hæres absoluendum curet, hac adhibita cautione ne mortuus infametur, quod verebatur Nauar. quamuis opinio Nauar. locum habere posit, vbi pro certo non haberet, an in excõmunicatione mortuus necne esset. Et hæc, quæ diximus, multò magis locum habebunt, vbi excõmunicatus occultus moriens contritionis signa tantùm dedit; quamuis & in hoc contrarium senserit Nauar. eod. c. 27. nu. 272.

10 † Verùm quid, si exempli gratia quis excommunicatus in Religionem aliquam ingrediatur, an ab eius Religionis antistite absoluetur? Lap. alleg. 47. n. 6. absolui hûc posse existimauit, cuius sententia mihi non placet; nec ratio ipsius eã probare videtur; nã non idcirco vagabitur, si excommunicatorem adiuerit, præsertim vbi nondum regulam professus est; accedit q mors naturalis non enim liberat, quò minus ab excommunicatore absoluatur, vt proximè vidimus; ergo minùs ciuilis mors id operari posse debet, cùm plus naturæ impedimentũ, quam accidentale operetur arg. l. qui habent. ff. de tutel. Octauò iudex ordinarius hic absoluere excommunicatum à se tantùm poterit, quicunq; ordinarius sit; non solùm igitur, vbi singularis homo censuram tulit, ipse eam tantùm tollere poterit, verumetiam, & vbi collegium, vtpotè Capitulum ecclesiæ Cathedralis, Concilium generale, prouinciæuè, aut diœcesana Synodus; nam & censuræ à se latæ ab ipsis tantùm tollentur argum. c. si quis autem Synodo, cum duobus sequẽ. dist. 18. & c. graue, & ibi not. Imol. nu. 11. de præb. confirmatur hoc, quoniam censuras & ipsæ ferre possunt, vt probat in c. 1. de iud. & cit. c. graue nimis, & c. vn. de maiori. & obed. lib. 6. & vt suo loco videbimus; ergo quò ad absolutionẽ censuræ ab ipsis latæ à proposita sententia in initio non discedemus, cùm iure contrarium cautum esse non reperiamus. Postremò iudex non ordinarius tantùm, verùm & delegatus, ac subdelegatus censuras à se latas tollere ipsi tantùm poterunt, vt habetur in c. prudentiam. §. sexta. de offi. deleg. & in c. pastoralis. §. præterea. de offi. ord. & vt inquiunt glo. in c. cùm inferior. in verb. ligare. in vers. Item est hic argum. de maiori. & obed. & Felin. ibi num. 5. vers. Tertiò, & glo. 2. in c. si homo. 27. q. 1. & in c. peruenit. 7. q. 1. Decimò, qui excommunicationis, alteriusuè censuræ sententiam tulit, adeò absolutionem eius tribuere potest, vt, superiore ipsius excepto, quò minus eam elargiatur, prohiberi nequeat arg. §. sed & maior. vers. Dominorum quidem. in Instit. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. & c. indultum. de reg. iur. lib. 6. Hæc regula sic amplificata exceptiones nõ nullas patitur; nam primò, qui excommunicationem tulit, non absoluet, vbi eius superior id sibi omnino prohibuit, vt probatur in c. graue. de præb. & ibi not. Abb. nu. 7. & arg. l. iudicium soluitur. ff. de iud. non igitur vicarius episcopi à se excommunicatum absoluet, si id ei episcopus vetuerit; non vllus alius iudex maior, minorue, si Romanus Pon. id ipsi prohibuerit arg. cit. c. graue nimis. iunct. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. qui autem superior hic fiet in seq. §. id declarabimus.

11 † Item non absoluit, vbi eius superior ipsam censuræ sententiam confirmauit, vt asseruit gloss. in fi. in c. ex frequentibus. per illud cap. de constit. & Abb. ibi nu. 12. in fin. & Imol. nu. 10. vers. Ioã. Andr. & Felin. qui de communi testari videtur in c. pastoralis. §. præterea. nu. 9. de offic. ord. de communi quoque testatur Nauar. in man. cap. 27. num. 40. vbi ex certa scientia confirmata est; etenim, qui aliquid confirmat, suum illud facere videtur arg. c. 1. de confir. vtil. vel inutil. & c. si Apostolicæ. de præben. lib. 6. & l. 1. §. omnibus. C. de vet. iur. enuc. quod tamen locum habere censeo, vbi ex certa scientia confirmata est, quod fit, vbi tota causa superiori explicatur arg. cit. c. ex frequentibus; secus aũt si in forma communi confirmata sit, non cognita causa; nam tunc cõfirmatio illa nihil quò ad hoc operatur, vt docuit Abb. in c. 1. n. 6. cum seq. de confirm. vtil. vel inuti. atq; ita de ab-

solutione excommunicationis tradidit Burg. in tract. de irregul. & dispens. cap. an excommuni-
catus à delegato ante definitiuam par. 6. & cap. de absol. maior. excom. nu. 31. eod. & Nauarr.
12 eod. nu. 40. sensit. † Tertiò, vbi quis incendiarium excommunicauit, eundemq; publicauit; nã
tunc non excommunicator, sed Rom. Pont. ipsum absoluit, vt habetur in c. tua nos. de senten.
excom. & ibi Abb. nu. 2. & Host. in summ. eod. §. quis possit ab hac sententia absoluere. versic. Si
verò sententia lata sit ab homine ibi tertiò fallit, & Nauar. eod. vbi supra. Quartò, qui excom-
municauit, non absoluet, vbi iurisdictione priuatus est; nam absoluere à censuris, sicuti etiam
eas ferre, ad iurisdictionem pertinet, vt sensit glo. in c. transmissam. de elect. & Felin. in c. cùm
inferior. nu. 5. vers. Sed si delegatus datus esset ad tempus, & nos in c. 2. §. iurisdictionem; qui er-
go ea priuatus est, neq; à se excommunicatum absoluet; priuata enim persona tunc est, atque
ob id iurisdictioné exercere non valet arg. l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. hinc per pactum partium
quem absolui non posse, sed à superiore potestatem habente dixit Bero. in c. de causis, num. 47.
vers. Et ratio est. de off. deleg. quare, si episcopus, qui censuram tulit, episcopatu se abdicauerit
arg. tot. tit. de renunc. & censurã à se latam ipse non tollet; nam tunc perinde est, atq; si è vita de-
cessisset, & ecclesia eius diœcesis, sicuti per mortem, vacans dicitur, quod probatur in c. 3. iun-
cta. glo. in verb. Mortem. de suppl. negl. præla. idem si aliò translatus sit, quandoquidé eius diœ-
cesis hominum iudex esse desinit arg. tot. tit. de translat. præla. & c. Honoratus. iunct. glo. in ver-
bo Honorem. dist. 74. & facit glo. in cit. verb. Mortem, idem si ob delictum degradatus, deposi-
tusuè esset; nam & tunc vacare ecclesia dicitur, vt adiecit gloss. in cit. verb. Mortem; idem si ab
hostibus, à paganis, schismaticisuè detineretur; vt probatur in cit. c. 3. de suppl. negl. prælat. idé
si non episcopus, & ita iudex non perpetuus, sed ad tempus esset; nam, si iurisdictione priuetur,
neque hic excommunicatos à se absoluet; ac propterea nec vicarius episcopi, vbi vicarius esse
desijt, nec Rom. Pont. Legatus, ab eodemuè visitator vacanti ecclesiæ datus secundum formam
c. fin. de suppl. neglig. prælat. lib. 6. & c. si is, cui. de elect. eod. lib. vbi visitator hic esse desijt, ille ve-
rò Legatus; qui ergo censuram tulit, hic eam tollere non potest, vbi iurisdictioné amisit. Quin-
tò, qui excommunicationem, censuramuè aliam tulit, absoluere ab ea non poterit, non solùm
vbi iurisdictionem amisit, verumetiam vbi eiusdem vsum quò ad alios perdidit; nam, sicut hic
censuras ferre non potest, vt probauimus antea cap. 2. §. non solùm autem iudex; ita neque la-
13 tas censuras tollere arg. c. 1. de suppl. negl. prælat. lib. 6. & c. si is, cui. de offi. deleg. eod. lib. † Sex-
tò absoluere non poterit iudex delegatus ab excommunicatione, quam tulit, elapso anno post
definitiuam sententiam in causa sibi delegata arg. c. quætenti. de offic. deleg. & eorum, quæ an-
tea hac de re diximus; id quod locum habet, vbi ad definiendam causam præscriptum tempus
esset, & intra id temporis causam definisset; nam post annum, si quem intra illud tempus excõ-
municauerit, absoluere deinceps eũ non potest; sic. n. asseruit Felin. in c. cùm inferior. n. 5. vers.
Sed si delegatus est datus. de maio. & obe. at si causam non definiuerit, neq; absoluere intra an-
num poterit, sicuti neque etiam, vbi iurisdictioni tempus præscriptum est, sic enim Felin. eodé
comprobauit. Septimò absoluere delegatus non potest ab excõmunicatione, à censuraué alia
à se lata, vbi causæ cognitio sibi commissa non est, sed simplex executio censuræ ferendæ, vt ali-
quando contingit parochis, qui de mandato episcopi in ecclesijs publicè aliquos excommuni-
cant; nam ijdem non absoluent; quoniam tantùm simplicem executioné habent; hic ergo sim-
plex executor à censura à se lata non absoluet, atq; ita asserunt glo. fi. in c. peruenit, 7. q. 1. & ibi
quoque Archid. & glo. in c. si homo. 27. q. 1. & in c. cùm inferior. in verb. ligare, de maior. & obe.
& ibi quoque Abb. nu. 1. vers. In ea glo. ibi sanctum est, & Felin. nu. 5. vers. Fallit tertiò; vbi om-
nes idem sentire innuit, & Goff. in summ. de sent. excom. nu. 10. & Ias. in l. qui condemnare. n. 4.
& Nauar. in man. cap. 27. nu. 44. non est igitur, quod hac de re dubitemus, quamuis glo. contra-
rium senserit, ac malè in c. inferior. dist. 21. nam actus agentis præter animum ipsius non opera-
tur arg. l. non omnis. ff. si cer. pet. & mandati fines excedere quis non debet, alioquin nihil agit,
vt habetur in §. is, qui. in Inst. mand. cùm igitur, vt excòmunicaret, solùm, mandauerit absoluere
non poterit arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. nonne. de præsumpt. hi sunt ergo casus, in quibus,
qui excommunicationem, aliamuè censuram tulit, absoluere ab ea non potest; repugnare tamé
his exceptionibus videtur regula l. qui condamnare. ff. de re iud. quæ vult eum, qui condemnat,
eundé & absoluere posse; atqui ad hoc facillimè respondetur, eam regulam locum habere, vbi
quis eam autoritatem, quam in condemnando habet, & in absoluendo retinet; at in propositis
exceptionibus, qui à se excommunicatos nón absoluunt, aut iurisdictione omnino carent, aut
ipsius vsum impeditum habent; regula igitur locum habet rebus in eodem statu manentibus,
atque

atque ita tradidit Ias. in cit. l. qui condemnare. nu. 1. qui ergo censuram tulit, vt ad regulam reuertamur, hic idem tollere ipsam potest. Inesse autem huic ad eam tollendam necessariò ea debent, quæ ad eam ferendam necessariò postulari tradidimus; id quod cùm ex ijs, quæ proximè diximus de iurisdictione, perspici facilè potest, vbi, qui iurisdictionem, eiusuè vsum non habet, absoluere hunc non posse à censura à se lata conclusimus; sicuti neq; eam ferri antea asseuerauimus ab eo, qui iurisdictionem non habet, in cap. 2. §. iurisdictionem; tùm hac ratione, quoniam, quæ ad actum conficiendum requiruntur, eadem & ad ipsum reuocandũ postulantur arg. Auth. è contra. C. de repud. & l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. & c. 1. eodem. in antiq. & vt tradidit Alex. in l. centesimis. §. si ita stipulatus. nu. 13. ff. de verb. oblig. præter iurisdictionem igitur, & reliqua, quæ ad censuram ferendam necessariò postulantur, inesse absolutionem tribuenti de-
14 bebunt, ac propterea & vt absoluere velit. †Quare pro regula habebimus absolutionem per vim metumuè, qui in constantem virum cadat, tributam nullam esse, vt habetur in c. vn. de ijs, quæ vi, metusuè causa fiunt lib. 6. & vt Anchar. & Gemin. ac DD. ibi not. quæ regula multis modis amplificatur; & primò etiam, si censuræ sententia iniqua esset; sic enim glo. ibi inquit, & Gemin. in eod. nu. 5. vers. Glossa secunda, & Ioã. Mon. nu. 2. cum seq. ac meritò; tum quòd canon simpliciter loquitur, nec distinguit, an æqua, iniquauè sententia sit; ergo neque nos distinguere debemus arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. tum quòd legitimis remedijs, non autem improbatis censura reuocanda est arg. c. sacro. §. caueat. de sent. excom. & c. cùm contingat. de offi. deleg. cum simil. Item locum habet etiam, si sub conditione, ex dieuè censura promulgata sit, & antequam conditio, diesuè aduenerit, vi, metuuè sit reuocata; nam reuocatio nulla erit, atq; ita Gemin. in eod. nu. 5. vers. In fine. glo. & Anch. nu. 1. vers. Solue, vt in glo. & Phil. Franc. ibidem asserunt. Tertiò locum habet in omnibus censuris, vt habetur in eod. c. vn. Quartò locum etiã sibi vindicat in cuiusque censuræ speciebus, sicuti sensit glo. ib in verb. suspensionis, quam sequitur eod. Gemin. nu. 6. vers. Glossa super verbo suspensionis, ac iure merito; nam, cùm de suspensione, interdicto, & excommunicatione id cautum sit, iure & de qualibet earum censurarũ specie; quicquid enim de genere dicitur, & de qualibet eius specie, vt Phil. tradiderunt. Quintò locum habet cit. c. vn. in absolutione itidem minoris excommunicationis; ita enim ait Gemin. eod. c. vn. §. ne autem. in fi. & de communi DD. sententia testatur, & Felin. in c. pen. n. 4. de sent. excomm. nam, vbi excommunicationis mentio fit, ac de excommunicatione aliquid statuitur, quod & ad minorem excommunicationem accommodatum sit, & ad minorem illud trahitur, vti sensit gloss. pen. in c. præsidentibus. de hæret. lib. 6. quam sequuntur Gemin. ac Felin. eod. at absolutio, de qua in cit. c. vn. agitur, & ad minorem pertinet arg. c. nuper. de senté. excom. ergo & dispositio cit. c. vn. in ea locum habebit: nam & lex pœnæ rationem habens, quæ absolutioné excommunicationis prohibet, & minoris absolutionem comprehendit, vt dixit glo. in Clem. 1. in verb. à canone. de priuil. quam sequuntur Gemin. ac Felin. in supra citatis locis. Postremò absolutio à censura nulla itidem erit, etiam si à muliere aut metus, aut vis illata sit, atq; ita Gemin. asseruit in cit. c. vn. §. ne autem. nu. 2. vt velit igitur absoluere, necessariò postulatur, sicuti etiam, vt id possit, atq; sciat, & in summa reliqua omnia inesse absoluenti à censura debent, quę ad eam ferendam necessariò postulantur; hinc, si laicus de Romani Pont. autoritate quempiã excõmunicauerit, de eiusdem itidem autoritate excommunicatum absoluere tantùm poterit;
15 †non enim laicus absoluere ab excommunicatione potest, vt asseruit gl. quam sequuntur Abb. Felin. ac DD. in c. canonica. de sent. excom. Qui ergo excommunicationem, censuramnè tulit,
16 pro regula habebimus hunc & ab ipsa tantùm absoluere posse; †ex qua regula alteram contrariam colligimus, scilicet, qui censuram non tulit, hunc nec ipsius absolutionem præstare posse; cognito enim altero ex contrarijs, & alterum magna ex parte cognoscitur arg. §. 1. in Instit. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. & ibi glo. & arg. l. 1. ff. eod. quamuis & regula hæc exceptiones quasdam patiatur, quas infra proximè explicabimus.

SVMMA.

1 *Superior censuram à suo inferiore latam tollere potest.*

2 *Legatus è latere absoluere ab excommunicatione, ab aliauè censura ab Episcopis suæ prouinciæ per sententiam promulgata ad arbitrium suum non potest.*

3 *Superior, qui censuram à suo inferiore latam tollere potest, is est, qui aut ei inferiori iurisdictionem adimere prorsus valet, aut eius vsum impedire.*

4 *Vicarij*

4 *Vicarij censura ab episcopo eius tolli possunt.*
5 *Delegans à delegato cẽsuras latas tollere pôt.*
6 *Superior hic non solùm iudex ordinarius, sed & delegatus esse potest.*
7 *Iurisdictionis vsum qui alicui põt impedire, hic et à cẽsuris ab eo latis absoluere potest.*
8 *Superior hic, & alteri absolutionem à censura à suo inferiore lata delegare potest; item & prohibere, ne inferior; qui censuram tulit, absoluat?*
9 *Superior absoluit etiam, vbi inferior non potest; item vbi non vult.*
10 *Superior hic iniquè absoluens absolutionem tribuit.*
11 *Archiepiscopus absoluere non potest excommunicatos ab episcopis prouinciæ ab eorũue vicarijs, nisi per appellationem aditus fuerit, idẽ & Patriartha quò ad Archiepos*

I.

1 § † Superior eius, qui ecclesiasticam censuram tulit, absoluere ab ea itidem potest, vt asserunt Abb. in c. prudentiam. §. fin. in fi. de offi. deleg. & in c. cùm ab ecclesiarum. nu. 11. de off. ord. & in c. pastoralis. §. præterea. nu. 1. eod. & in c. quod olim. nu. 3. de iud. & glo. in Clem. 1. in verb. à canone. de priuil. & Imol. ibi nu. 18. & Gemin. in c. venerabilibus. nu. 2. de sent. excõ. lib. 6. & Ioã. de Lign. in tract. suo de cens. eccl. §. decimus octauus, incip. restat octauò, & Roma cons. 354. nu. 1. & Archiep. Flor. in tract. de excommu. cap. de absol. incip. absoluere potest. vers. A sententia verò hominis, & Angel. in verb. excõmunicatio. 4. num. 1. in fin. & Tab. eod. nu. 8. vers. Si verò, & Armill. in verb. suspensio. nu. 12. & Add. ad Capell. Tholos. decis. 231. & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 40. & Couar. in c. alma. par. 1. §. 12. n. 2. de sent. excom. lib. 6. communisq; sententia hæc est; quæ & probatur in cit. c. pastoralis. §. præterea. de off. deleg. ibi enim, si delegatus Rom. Pont. quempiam excommunicauerit, ipsum excommunicatum non à suo ordinario, sed à Rom. Pont. absolui posse dicitur, ac propterea ab eius superiore, qui excommunicationem tulit; & quamuis ibi de Romano Pont. tantùm dicatur, de alijs tamen idem asserendũ est, cùm & in ipsis eadem ratio sit, atq; sic Abb. ac DD. ibi not. Atqui superior hic quisnam erit? Gemin. eum esse sensit in cit. c. venerabilibus. nu. 2. qui & excommunicantis, & excommunicati iudex est ob dic. c. venerabilibus; rationem enim reddens ibi Pont. Max. quamobrem Archiepiscopo, & eius vicarijs non liceat excommunicatos à subiectis suorum suffraganeorum absoluere. Quoniam, inquit, neq; excommunicantium, neq; excommunicatorum iudices sunt; ergo secus, vbi quis vtriusque iudex est, atq; ita ibi Gemin. not. Verùm hoc mihi non probatur; † nam è latere Legatus, & Episcopis, & Archiepiscopis, & singulis deniq;, atq; vniuersis suæ pro-
2 uinciæ præest, & eorum iudex est, vt tradidit Abb. ac DD. in c. 1. de off. deleg. & Gundissal. de Villadieg. in tract. suo de Legat. q. 8. & tamen absoluere à sententia excommunicationis ab Epo suæ prouinciæ lata non valet, vt asseruit Felin. in c. ad eminentiam. nu. 2. versic. Idem de excommunicato ab homine, & Gundissal. eod. q. 13. vers. Aut sumus in secundo membro; idq; iure meritò; nam, si hoc ei permitteretur, & causas apud ordinarios prouinciæ iudices motas ab ipsis auocare ipsi liceret, quod tamen prohibitum ei est; nam enim ipso illi concurrunt in sua iurisdictione; & apud quem prius causa mouetur, is alteri præfertur, vti sensit Abb. in cit. c. 1. nu. 4. de off. leg. & apertissimè id docuit Gundissal. ead. q. 13. quare, sicuti Legatus excomunicationem per sententiam à Rom. Pont. latam tollere non potest, vt Felin. dixit in cit. c. ad eminentiã nu. 2. vers. Limita quartò, & Gundissal. eod. vers. Aut sumus in secundo memb. item nec ab ipsius delegato latam arg. c. studuisti. de off. leg. (quò ad eam causam enim delegatus Legato maior est arg. c. sanè. 2. de off. deleg. & c. pastoralis. §. præterea. de off. ord. & vt Gundissa. eod. dixit) ita nec latam censuram ab episcopis suæ prouinciæ tollere ad arbitrium poterit; non igitur superior hic erit, quem quærimus. Vnde secundo loco Archiep. Flor. eod. cap. de absol. superiorem hunc (qui excommunicatum ab alio absoluit) eam iurisdictionem omnem, ac plenam habere debere asseruit, quam excommunicator habuit, cuius sententia tollitur ex ijs, quæ de Legato è latere diximus; qui, & si in homines vniuersos prouinciæ iurisdictionem habet, sicut epi in suam diœcesim, absoluere tamen censura affectos ab alijs suis inferioribus non potest. † Ego
3 igitur, vt mittam quorundam aliorum hac de re opinionem, quam tetigit Abb. in cit. c. cùm ab ecclesiarum. nu. 11. de off. ord. quæ eadem ratione tollitur, qua priores sublatæ sunt, quatenus ad rem nostram pertinet, superiorẽ hunc esse dico, qui aut omnino iurisdictionẽ ad suũ arbitriũ adimere ei potest, qui excõicationẽ, censuramuè aliã tulit; aut eius vsum saltem impedire; quæ doctrina, mea sententia verissima est, & quò ad primã partẽ probatur in c. graue nimis. de præb. & in c. pastoralis. §. porrò. de off. ord. & quoad alteram in c. cùm ab ecclesiarum, eod. nam in c. graue nimis, ne suspensio lata à Concilio prouinciæ sine sua, Patriarchæuè licentia tollatur, Ro.

Pont.prohibet; at Rom. Pont. Archiepiscopo, ne prouinciæ Conciliũ congreget, prohibere põt;
quippe qui & ad suum arbitrium Archiepiscopatum ei adimat argum.tot.tit.de transla. prælat.
etenim ab ipso omnes dignitates emanant, vt habetur in c.1.dist.22. & vt not. Præpos.in Rubr.
de appell.nu.21.& Bero.in Rub.de offi.deleg.nu.11.& Bald.in l. rescripta.nu.7.C.de prec.im-
perat.offerend. ergo, quĩ iurisdictionẽ adimere omnino ei potest, qui censuram tulit, hic & ab
eodem censuram latam tollere poterit; nam, si prohibet, ne lata sine sua licentia tollatur, vt ha
4 betur in cit.c.graue nimis, iure merito & ipsemet ad suum arbitrium ipsam tollet. † Quare hac
ratione & à vicarijs suis excommunicatos Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, aliiq; ecclesiæ
Antistites absoluent; nam & ad arbitrium, nutumq; vicarij reuocari ab ipsis queunt arg. l.iu-
dicium soluitur, & ibi Castr.ff.de iud.& vt asseruerunt Gemin.in c.1.nu.10.de offi.vic. lib.6. &
Bero.in c.quoniam Abb. nu.100. & Abb.nu.10.vers.Item Episcopus potest reuocari.de offic.
deleg. in antiq. ac meritò; nam iurisdictionis mandatum reuocare semper posse tàm apud iu-
ris Pontificij, quàm Ciuilis Interpretes testatur idem Castr. in cit.l.iudicium soluitur.n.2. im-
mo, vel se vicarium non reuocaturũ iureiurando eps confirmasset, sine periurij tamen metu re-
5 uocare ipsum posse asseruit Addit.ad Abb.in cit.c.quoniam Abb.in litera E. † Item hac eadem
ratione censuras à delegatis latas & ipse delegans ad suum arbitriũ tollet; nam delegans quan-
documq; delegatũ reuocare potest arg.l.iudicium soluitur, & ibi Castr.not.ff.de iud.& vt inquiũt
6 glo.atq; Bart.in l.post litem.ff.de procu. † Postremò, quæ de ipsis delegatis diximus, & de sub-
delegatis dicta esse volumus; nam & , qui subdelegant, modò vniuersam causam non subdele-
gauerint, semper subdelegatam causam reuocare possunt, vt habetur in c.quamuis.de offi.de-
legat.lib.6. & vt sensit Castren. in cit. l. iudicium soluitur.num. 3. & qui causam delegant igi-
tur, & qui subdelegant, si delegati, subdelegatiuè censuras ferant, eas tollere ipsi semper pos-
sunt; nam & de delegante probatur id in cit. c.pastoralis. §. porrò.de offic. ordin: vbi mortuo
delegato, qui excommunicauit, ad eum confugitur, qui ipsum delegatum dedit; qui omnino
igitur iurisdictionem adimere ei potest, qui censuram tulit, hic idem ab ipso censuram la-
7 tam ad arbitrium tollet. † Simili ratione quis censuras ab alio latas dissoluet, vbi, & si iurisdi-
ctionem ei omnino adimere nequit, qui censuram tulit, vsum tamen eius impedire potest, quod
ijs contingit, qui vicarios sub se habent, sed à lege tamen datos, cuiusmodi Archidiaconus est;
nam & si reuocare ipsum episcopus non potest, ne tamen procedat, impedire valet, vt tradidit
Abb.in c.officium. propè fin. & in c.dilecto.nu.7.vers.Caueat autem; & Inn.nu.2.de offic.Ar-
chid. vnde censuras ab ipso latas tollere episcopus ad arbitrium poterit, quamuis sine iusta cau-
sa id non debeat, & Couar.in c.alma.par.1.§.14.nu.3.de sent.excom.lib.6.& Addit.ad Capell.
Tholos.decis.231. & de hoc superiore agitur in c.cùm ab ecclesiarum.de offi. ord. vbi etiam id
not. Abb.ac DD. Hi ergo superiores sunt, qui ab alio censuras latas tollere queunt, neq; iniuria;
etenim, si quos diximus, hi aut iurisdictionem totam adimere huiusmodi iudicibus, aut eius
vsum impedire possunt, sicuti probauimus, multò magis ab ipsis excommunicatum, suspensum,
interdictumuè absoluere poterunt; cui enim licet, quod plus est, sine dubitatione eidem, quod
est minus, licebit arg.l.non debet, cui.ff.de reg.iur.& c.cui licet.eod.lib.6. Hi ergo superiores à
8 censuris ab alijs latis absoluent. † quorum hæc autoritas est; primùm vt prohibeant, ne, qui eas
tulerunt, ab ipsis absoluant, vt habetur in cit.c.graue nimis.de præben. Item, vt absolutionem
ijdem delegent ob cit.c.graue nimis; vbi, ne sine licentia Patriarchæ suspensio tolleretur, Rom.
9 Pont. mandauit. † Tertio, vt absoluant etiam quando, qui censuram tulit, eam tollere ipse non
potest ob cit.c.pastoralis.§.porrò.de offi.ord. ibi enim mortuo delegato, qui excommunicauit,
ab excommunicatione delegans absoluit; idem erit si excommunicatus, censuraue alia impe-
ditus sit, quò minùs absolutionem tribuat. Idem vbi, qui censuram tulit, absolutionẽ tribue-
re non vult, vt tradidit Abb.in c.prudentiam.§.fi.de offi.deleg.& in c.ad aures.de simon. & ar-
10 gum.c.ab excommunicato.de rescript. † Postremò, vt, vel sine iusta causa hi absoluant, abso-
lutio tamen valeat, vt probatur in cit. c. cùm ab ecclesiarum, iunct. gloss. fin. quam ibi DD. se-
quuntur de offi.ord.& Couar.in cit.c.alma.par.1.§.12.nu.5.de sent.excom.lib.6. etenim, cùm
iurisdictionem habeat, æqua, iniquauè sit, absolutio valet, vt habetur in c.venerabilibus. §. vbi
autem; de sent.excom.l.6.& ibi glo. ex his ergo iam patet, quinã superiores hi sint, qui à censu-
ris ab inferiore latis absoluant, ac quousq; eorum autoritas pertineat. Nec repugnat c.venera-
bilibus in princ. vbi innui videtur sat esse, vt excommunicati, atq; excommunicatoris iudex su-
perior hic sit; nam non excludit, quin hoc etiam habere debeat, vt adimere iurisdictionẽ, eius-
uè vsum impedire posit, sed solùm, quamobrem Archiepiscopus excommunicatos à suffraga-

neis

ctis non absoluat, indicauit; quasi Rom. Pont. dicat Archiepiscopus eos excommunicatos absoluere non potest; quoniam non modò iurisdictionem adimere ipsis iudicibus non potest, verum etiam neque excommunicati, neque excommunicatoris iudex est. Alij superiores ergo non absoluent, qui, quæ diximus, non habent: nã de Legato à latere iam antea id probauimus;
31 † de Archiepiscopo, vt nec ipse ad arbitrium ab episcopis suis excõmunicatos absoluat, probatur in cit. c. venerabilibus. vers. Excommunicatos vero, vbi excommunicatos à Suffraganeis, ab eorumuè vicarijs absolui non posse ab Archiepiscopo ibi dicitur, nisi ad eum fuerit prouocatũ; ergo non ad arbitrium Archiepiscopus eos absoluit, ex quo prouocatione opus est, atq; ita DD. ibi not. idem probatur in §. porrò. eodem: quę autem diximus de Archiepiscopo respectu habito ad suos Suffraganeos, eadẽ & de Patriarcha respectu habito ad Archiepiscopos dicimus; atqui de superiore hoc satis.

S V M M A.

1. *Appellationis iudex absoluere quoque à censura ab eo lata potest, à quo appellatũ est.*
2. *Appellationis iudex superior proximus eius est, à quo est appellatum.*
3. *Appellationis iudex si absoluat, absolutio semper tenet, modò appellatio valuerit.*
4. *Appellationis iudex an remittere debeat appellantem ad iudicem à quo, vt ab ipso absoluatur.*
5. *Appellationis iudex quam rationem in absoluendo appellantem sequatur.*
6. *Appellationis iudici quæ inesse debeant, vt à censura lata à iudice à quo absoluat.*

II.

1 § † Appellationis iudex quoque absoluere ab excommunicatione ab eo lata potest, à quo est. appellatum, vt probatur in c. ad reprimendam. de offi. ord. & in c. per tuas. de sent. excom. in antiq. & in c. venerabilibus. §. porrò, & §. fin. eod. lib. 6. etenim per appellationem causa ad iudicem appellatum transfertur arg. c. Romana. §. si verò vocatis, & c. non solùm, & c. si à iudice. de appell. lib. 6. & vt inquiunt Abb. in cit. c. ad reprimendam. nu. 9. & in c. pastoralis. §. verùm. nu. 2. de appell. & in Rubr. eod. nu. 5. & Præpos. eod. nu. 69. ex quo fit, vt in ea causa ap-
2 pellationis iudex iurisdictionem consequatur arg. cit. c. si à iudice. cum sup. cit. † Appellationis iudex autem superior iudex proximus eius est, à quo appellatur, vti sensit Præpos. in cit. Rubr. de app. nu. 29. & Abb. nu. 2. sicut enim ciuili iure gradatim appellatur arg. l. Imperatores. ff. de appella. & vt asserunt Abb. Dec. ac DD. in c. dilecti, 2. de appellat. & Ias. in l. qui Romæ. §. Seia. nu. 10. ff. de verb. oblig. ita & Pontificio iure, vt probatur in c. Romana. §. ab Archidiaconis; & ibi not. Anchar. nu. 2. & Gemin. nu. 4. de appell. lib. 6. & vt inquiunt Dec. in cit. c. dilecti. nu. 3. & Felin. in c. cùm te. in princ. de offi. deleg. Quare, si ab ordinario iudice quis appellet, superiorẽ eius proximum appellabit; ac propterea, si à subiectis episcopo, episcopum arg. cit. c. Romana. §. 1. de appell. si ab Episcopo, Archiepiscopum; si ab Archiepiscopo, Patriarcham; si ab ipso, Romanum Pontificẽ, atq; ita Felin. sensit in cit. c. cùm te. de off. deleg. nu. 1. & Præpos. in ead. Rubr. de appell. n. 30. si itidem ab ordinario iudice alio, non tamen perpetuo quis appellet, eum, qui illum iudicem dedit, appellabimus, vt probatur in l. 1. & ibi not. Bart. ff. si quis, & à quo, & l. præcipimus, & ibi not. glos. in verb. iudicandas. C. de appell. hinc à Legato è latere Rom. Pont. appellabitur, sicuti tradidit Præpos. in cit. Rubr. de appell. nu. 38. hoc tamen in vicarijs Episcopi, & huiusmodi antistitum locum non habebit, vt dicitur in c. 2. de consuet. lib. 6. & ibi not. Gemin. & Anchar. ac DD. sed ab ipsis superior eius, qui eos vicarios dedit, appellabitur, vt habetur in c. Romana. de appell. lib. 6. A delegato autem iudice pro regula habebimus delegantem appellandũ esse arg. c. super quæstionum. § porrò, & vt inquit Præpos. in Rub. de appell. nu. 47. A subdelegato subdelegans appellabitur ob cit. § porrò, & ibi not. Abb. & c. si delegatus. in fin. de offic. deleg. lib. 6. & c. si is, cui. eod. quod tamen verum est, vbi, qui subdelegauit, iudex esse non desijt, vtpotè quia sibi aliquid reseruauit, aliàs autem primum delegantem appellabimus; à collegijs superior itidem proximus appellabitur, vti Bart. dixit in l. 1. §. si quis in appellatione. nu. 11. ff. de appell. & in Auth. habita, & ibi etiam Bald. C. ne fil. pro patr. & Abb. in Rub. de appel. nu. 11. is ad summam semper appellabitur, qui proximus eius superior est, qui iudicauit, sicuti Abb. eod. tradidit; quamuis, quòd Rom. Pont. omnium ordinarius iudex est arg. c. per principalem, & c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & vt asseruit Ias. in l. qui Romæ. §. Seia. nu. 10. ff. de verb. oblig. ob eã rem intermissis alijs ipse appellari semp possit, vt habetur in c. si quis vestrum, cum

multis seq. 1.q.6.& in c.si duobus.de appell.& vt concludunt Ias.in eit.§.Scia.nu.11.& Abb. in c.dilecti.2. vbi de communi sententia testatur de appell.& Felin.in e.cùm te.de offi.deleg.nu.1. id quod & in Legato à latere quò ad suæ prouinciæ homines locum habet, vt probatur in c.1.de offi.leg.vbi & glo.& Abb.nu.7.id not.& glo.in c.2. de consuet.lib.6.ac communiter receptum id esse idem Abb.refert in eit.c.dilecti.de appella. ac de Patriarcha magis communiter testatur in c.antiquam. nu.7. de priuil. nam & ipse à suarum prouinciarum hominibus omissis medijs appellabitur;plura verò quò ad hoc tradidit Abb.in eit.c.dilecti,quæ consultò prætermittimus,
3 ne nimis à proposita materia discedamus;† hi omnes ergo censuras latas à iudice, à quo appellatum est, tollere poterunt, vel iniqua appellatio fit ; nam, quòd iurisdictionem per appellationem adepti sunt,ob eam rem, vel iniuria absolutionem tribuant, absolutio valebit arg. c.vene-
4 rabilibus.§.vbi autem.de sent.excomm.lib.6.& ibi gloss.ac DD. not. † Atqui an appellationis iudex remittere debet appellantē iudici, à quo appellauit, quò ab ipso absoluatur ? in hoc duas regulas habebimus , quarum prima hæc erit ; si iudex appellatus superior eo modo, quo antea declarauimus, eius sit, à quo fuit appellatum, in manu eius esse an ipsum remittere velit ; nam, si potest ei iudici iurisdictionem adimere, planè constat remittere appellantem ad ipsum eū non teneri ; atque sic Abb.sensit in c.cùm ab excommunicato. num. 14. de rescript. Altera regula est , si superior ea ratione non sit , neque hunc ad remittendum appellantem obligari : excipiuntur tamen duo casus ; primus , vbi censuram latam iustam esse constat ; nam tunc remittere appellantem debet, nisi aut in mora periculum sit , aut iudex , qui appellauit , absoluere nolit , vt habetur in c. venerabilibus. §. sanè. de sentent. excommunicat. lib. 6. alter , vbi dubitatur , iniqua , æquanè sententia censuræ sit ; tunc enim , & si ad remittendum appellantem non cogitur, honestiùs tamen facit , si ipsum ei ad absoluendum remittat , à quo est condemnatus ; ita enim habetur in cit. c.venerabilibus. §.sanè. vers.Quòd si dubitetur , atque Abb.tradidit in eod.c.ab excommunicato.nu.14. & si remittere ipsum debeat nec ne , absolutio tamen ab ipso lata semper valebit ; ex quo per appellationē iurisdictio ei tributa est, atque ita habetur in eod.
5 c.venerabilibus.§.vbi autem.de sent.excom.lib 6. † In absoluendo autem rationem hanc adhibebit ; nam, vbi manifestò constat censuræ sententiam iniustam esse, simpliciter , ac statim absolutionem tribuet ob cit.c.venerabilib.§.si verò constet; vbi verò id non constat, cautione adhibita absolutionem præstabit ob cit. c.venerabilib.§.porrò, & §.quod si dubitetur, nisi pro manifesta offensa , contumaciaué eius aduersarius ipsum censura affectum probet ; non enim tunc ante satisfactionem absoluetur ob cit.§.porrò. At si nullā esse censuram manifestò constet,nullam esse statim declarabit; vt habetur in eod.c.venerabilibus.§.sanè si certū est.Si vò dubitetur, vel statim præstita cautione ad cautelam absoluat, vt habetur in eod.c.venerabilibus.§. sed si ex causa, & §. potest quoque, & in c.solet.eod.& in c.per tuas.de sent. excomm.vel prius, an nulla censura sit, nec ne, cognoscat, & tunc, vt causa postulabit , post eius cognitionem aut nullā declaret, aut eum absoluat, vt habetur in c. cùm contingat. de off. deleg. Postremò vbi manifestò constat sententiam valere, tunc ad iudicem à quo absoluendum remittet , vt hoc idem habetur in eod.c.venerabilibus.§.sanè si certum est, quamuis & ab ipso absolutio tributa valeat, vt asseruit glo.ibi in verb.nec debet. ob cit. §.vbi autem, quod & DD. communiter sequuntur, & nos proximè diximus ; & appellationis iudex igitur censuram ab alio latam, ab eo.s.à quo est appellatum, tollere potest : & hæc, quæ diximus, locum habent , vbi excommunicatus ob excommunicationem appellauit, quam aut iniquam, aut nullam esse asserit, vt habetur in cit.c.venerabilibus ; secus autem si ob aliam causam aditus sit iudex appellationis ; nam tunc non absoluet,
6 nisi aliundè absoluendi potestatem habeat . † Necessariò autem inesse omnia & huic debent, quæ inesse debere illi asseruimus, qui censuram tulit ; quare , si excommunicatus denunciatus, publicusuè fit, alioue impedimento detentus, quamobrem iurisdictionis vsum non habeat , etsi iudex proximus sit, tamen neq; ipse appellabitur , sed alius proximus superior, vt habetur in c.si is, cui.de offi.deleg.lib.6. & arg.c.si à subdelegato.eod.& vt Felin.tradidit in c.cùm te consulente. num.1. de offic. delegat. in antiq. neque si ipse appelletur , absolutionemq; à censura tribuat, absolutio valebit argum. c. ad probandum. de re iudic.

SVMMA.

1 *Successor eius , qui censuram tulit, absoluere à censura potest, quam tulit is , cui succedit ; qua regula declaratur etiam, quatenus pateat .*

2 *Successor ad tempus absoluere potest à censura, quam tulit is, cui succedit; & quis successor*

cessor hic sit.

3 *Capitulum ecclesiæ cathedralis ipsa ecclesia vacante, vel quasi vac. absoluere potest à censuris, quas eius ecclesiæ Episcopus, huiusmodiuè antistes tulit; idem Capitulum ecclesiæ inferioris potest.*

4 *Visitator, administratorue ab Archiepiscopo ecclesiæ cathedrali datus absoluere à censuris latis ab eius ecclesiæ antistite potest, multo magis, vbi esset à Rom. Pont. datus.*

III.

2 §. † Successor itidē absoluere à censuris pōt, quas is tulit, in cuius locum ipse succedit; Si eps, dicitur enim in c. si episcopus. 11. q. 3. ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum, aut pœnitentem successori licebit absoluere. Hæc ibi, ex quibus constat ab aliquo condemnatum eo, qui condemnauit, mortuo, à successore absolui posse, idem asseruerunt de excōmunicatione Inno. in c. quærenti. in fin. de offi. deleg. & Abb. in c. pastoralis. §. præterea. nu. 1. de off. ord. & Archiep. Flor. in tract. de excom. cap. de absol. incip. absoluere potest. & Io. de Lig. de cens. eccl. §. vigesimus sextus. nu. 11. vers. Vigesimo quinto, & Burg. de irreg. & dispens. par. 6. de absol. ab excom. nu. 15. & Nauar. in man. cap. 27. nu. 40. ac denique communis DD. sententia de omnibus censuris est; ac merito tum quòd successor eadem persona cum eo, cui succedit, esse existimatur arg. c. 1. de solut. tum quòd, qui in alicuius locum subrogatur, eodem iure vti potest, ac debet, quo is vti poterat, ac debebat, in cuius locum subrogatus est arg. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, & ibi not. glo. vt lit. pend. & l. si eum. §. qui iniuriarum, & ibi Ias. ac DD. ff. si quis caut. & Rot. decis. 10. nu. 4. vt lit. pend. in nou. Mortuo igitur Rom. Pont. qui ab eo excommunicatus, censuraue alia constrictus fuit, ab eius successore absoluetur, vti de excōmunicatione dixit Abbas in cit. c. pastoralis. §. præterea. de offic. ord. idem & de alijs inferioribus ecclesiæ præsidibus concludendum est; quare mortuo Episcopo, aut Patriarcha, aut Archiepiscopo, aut Abbate excommunicatos ab ipsis eorū successores absoluēt; eadem enim in omnibus ratio est, ac propterea eadem iuris dispositio esse debet arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. cùm dilecta. de confir. vtil. vel inutil. Successor igitur absoluere à censuris potest, quas is tulit, cui succedit; quæ regula multis modis amplificatur, ac primò, quoniam ipsa locum habet non solùm, vbi quis succedit mortuo, verum etiam, vbi ob aliam rationem, vtpote, vel quia is, cui succedit, exempli gratia episcopatum renunciauit, vel ad alium locū translatus est, vel depositus, aliauè ratione iurisdictione priuatus; nam & successor huius censuras ab eo latas tollet; quandoquidem perinde est in hoc, atq; si mortuo succederet arg. c. si episcopus iunct. glo. mortem. de suppl. negl. prælat. lib. 6. & vt dixit Syl. in verb. absolutio. 2. nu. 6. Item in omnibus, qui ordinarijs succedunt, ob eandem rationem, & vt paulò ante diximus. Tertiò locum habet proposita regula etiam in eo, qui delegato iudici succedit; nam & hic excommunicationem tollet, quam delegatus tulit, in cuius locum ipse succedit, vt habetur in eod. c. pastoralis. §. præterea. de of. ord. & vt Abb. ibi not. ac DD. quod tñ verum erit, vbi, qui delegato succedit, in onere, & honore succedit; sic enim dixit Romanus Pontif. in cit. §. præterea; hoc autem fiet, vbi delegatio sub dignitatis nomine facta est, vt probatur in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. vbi DD. vt exempli gratia si Rom. Pont. Episcopo Imolę causam delegauerit, tunc dignitati cōmissa dicitur; quare, ea non absoluta, si è vita decedat, qui ei succedit, eam absoluet, atq; censuras ab ipso latas tollet; succedit enim ei in onere, & dignitate; in dignitate, quoniam dignitatem eam consequitur; in onere, quoniam eam causam absoluere poterit, vt quæ ad eum cum dignitate peruenerit; secus autem si causa delegata esset, exempli gratia Titio, qui Imolæ Episcopus est; nam, quòd electa eius industria videtur, ob eam rem eius successor neq; causam eam aget, neq; censuras latas ab eo, cui succedit, tollet, vt inquiunt DD. in cit. c. quoniam Abb. & Imo. in eod. §. præterea. nu. 5. & Panorm. nu. 22. neque iniuria, nam delegatio dignitatis nomine facta dignitati facta videtur, quæ nec moritur, nec præsidum mutatione mutatur arg. §. liberti. 12. q. 2. & c. si gratiose. de rescript. lib. 6. secus autem, vbi personæ delegatio facta est; nam vbi moritur, & delegatio illa, vt qualitas ei inhærens interit arg. c. accessorium. de reg. iur. lib. 6. & l. 1. & 2. ff. de vsufruct. ac propterea ad successorem non transit. Quartò & in subdelegati successore locum habebit; in collegijs tamen successor non facilè contingit; nam semper idem esse censetur, vt habetur in l. sicut. §. fin. & ibi not. Bart. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine, & in l. proponebatur, & ibi not. glo. ff. de iudic. Verùm quid, si omnes ex collegio intereant? eius superior tunc adibitur, qui absolutionem censuræ à collegio latæ condonabit arg. l. fin. C. de iurisd. omn. iudic. & eorum, quæ dixit Abb. in c. cùm ab ecclesia. nu. 9. de elect. † Quintò successor excommunicatos, censuraue alia constrictos
3 ab eo absoluet, cui succedit, etiam si successor ad tempus sit: successorem autem huiusmodi

 cum

eū dicimus, qui communi iure iurisdictionem exercet, quousq; successor perpetuus detur, vt exē-
pli gratia mortuo Episcopo, Archiepiscopo, Patriarchaue, quousq; in eorum locum alius suffe-
ctus sit, ecclesiæ Cathedralis Capitulum succedit; quandoquidem omnia administrat, vt habe-
tur in c.3.de suppl.negl.prælat.cum seq.lib.6. & arg.c.cùm olim.de maior.& obed. atq; vt opti
mè declarauit Franc.de Pauin.in tract.de offi.& pote.cap.sed.vac.q.2.1.par. & q.6.2.par. prin.
3 quamuis hodie vicarius detur. † Quare, si quis ab episcopo excōicatus sit, huic vacante sede
Capitulum absolutionem tribuet; nam ab excommunicatione omni Capitulum absoluere tunc
potest, à qua episcopus poterat, vt habetur in c.vn.de maior.& obed. lib.6. Episcopali sede va-
cante, dicitur enim ibi, potest Capitulum, &c. ijs, quibus posset episcopus, si viueret, ab excom
municationis sententia, siue iuris, siue hominis fuerit, absolutionis beneficium impertiri, nisi
ei fuerit à Sede Apostolica specialiter interdicta potestas. Hæc ibi; absoluere igitur Capitulum
& ab excommunicatione, & à reliquis censuris ab episcopo latis poterit, atq; ita glo.not.in ci-
tat.c.vn.in verb.hominis, & Franc.de Pauin.eod.q.6.vers.Quæro etiam secundò. part. princ.&
Iacob.de Graff.c.15.nu.53.lib.4.decis.cas.consc. Idem etiam poterit, vbi, & si episcopus mor-
tuus non est, ratione tamen alia ecclesia vacat, vel quòd episcopatum repudiauit; vel aliò tran-
slatus, vel depositus, rationeue alia priuatus est; immo idem erit, vbi ecclesia quasi vacaret, vt
potè si ab hostibus captus sit; sic enim habetur in cit.c.3.iunct.glo.mortem.de supplen. neglig.
prælat.lib.6. sic & inquiunt Geminian.nu.5.vers.Glossa super verb.mortem, & Anchar. atque
omnes ibi; in summa, vbi ecclesia vacabit, Capitulum semper censuras huiusmodi tollet. At quid
de Capitulis ecclesiarum inferiorum? idem & de ipsis concludendum est, vt probatur in c. his,
quæ.de maiorit.& obed. & vt Abb. ibi not.num.2. vbi & Hostie.idem asserere ait, & Imol. eod.
nu.3. & Innoc.in c.cùm dilectus.de consuet. in princ. ac speciatim, vt & Collegia inferiorū ec-
clesiarum succedant adeò, vt absoluere à censuris possint, quas tulit is, cui succedunt, asseruit
Gemin.in cit.c.vn.de maiorit.& obed.nu.8.in fin.& Iacob.de Graff.eod.nu.53. quare mortuo
Abbate, Prioreue, qui Abbatis locum tenet; si quas censuras eorum quispiam tulerit, ab ipsis
4 eius ecclesiæ Capitulum absoluere poterit. † Excipitur tamen primò in Ecclesia Cathedrali, vbi
Roman. Pont. Visitatorem dedit; non enim absolutionis tributio ad Capitulum tunc pertinet,
sed ad ipsum Visitatorem, vt habetur in c.fin.& ibi not.glo.ac DD. de suppl. negl. prælat.lib.6.
& in c.is, cui.de elect. eod. lib. Item vbi ab Archiepiscopo administrator datus est, vtpotè quia
Capitulum negligenter, perperamuè se gerebat; sic enim habetur in cit.c.fin. de suppl. neglig.
præla. Postremò vbi superior id prohibuit arg.c.his, quæ.de maior.& obed.& ibi not. Abb.nu.2.
nam, quòd iurisdictio adempta ipsi tunc est, ob eam rem absolutionem tribuere Capit. nequit,
sicuti etiam absoluere non potest, vbi iurisdictionis vsum non habet, vel quòd à iurisdictione su-
spensum est arg.c.vn.§.item poterit episcopus.ne sed.vacan.lib.6. vel quòd omnes ex Capitulo
denunciati, publicèuè excommunicati sunt arg. cit. §.item poterit episcopus; & in his duobus
casibus, si excommunicatus absolutionem velit, ad superiorem confugiet arg.c.si is, cui.de off.
deleg.lib.6. Sed de hoc hactenus, ad delegatum ab homine, qui absolutionem tribuere itidem
potest, transeamus; si illud prius addiderimus, quæ de Collegijs propositis diximus, eadem ob
eandem rationem & de Collegio Cardinalium asserendum esse; nam ipsi absoluere poterunt,
quos Rom.Pont. poterat, vacante Sede, modò prohibitum id eis non sit argum.c.vn.& ibi glo.
in verb. sede. de schismat. lib.6.

SVMMA.

1 *Delegatus ad absoluendum à censura ab eo, qui censuram tulit, absoluere potest; quæ regula, quatenus etiam pateat, declaratur.*

2 *Excommunicare, sicut etiam ab excommunicatione absoluere, meri imperij est.*

3 *Absoluendi à censuris facultas delegari pōt.*

4 *Delegatus ad absoluendum à censura sine causæ cognitione delegare alteri eam facultatem non potest; quæ regula, quatenus etiā pateat, declaratur.*

5 *Delegans absolutionem excommunicationis nihil facit, nec delegatio valet, si ein notorius excommunicatus, denunciatusuè ipse sit, aut eadem ratione ab officio suspensus.*

6 *Delegans facultatem absoluendi à censuris si post delegationem re integra moriatur, delegatio extinguitur.*

7 *Delegatio absolutionis à censuris an suspendatur, si post delegationem factā delegans in excommunicationem incidat.*

§. IIII. † De-

IIII.

1 §. † Delegatus ab homine itidem eo, qui censuram tulit, absoluere ab ea potest, vt probatur
in c. sacro. §. caueat. vers. Alioquin ipse per se, vel per alium, & ibi not. Abb. nu. 5. de sent.
2 excom. & Nauar. in man. cap. 27. nu. 40. † etenim, sicut excommunicandi facultas meri imperij
est, vt dixit Innoc. in c. transmissam. nu. 2. in fin. de elect. & Host. vti eum refert Abb. in c. quòd se
des. nu. 7. de offi. ord. ita & absoluendi ab excommunicatione, vt tradidit Abb. in c. fin. de offic.
ord. at, quæ meri imperij, mistiq; sunt, ea delegari posse asseruit gloss. in cit. c. quòd sedes; quam
DD. communiter sequuntur, vt testatur ibi Abb. nu. 5. & Felin. num. 2. vers. Datur alia regula;
3 † ergo & absoluendi facultas ab excommunicatione, ab alijsq; censuris delegari poterit, atque
ita dixit Abb. in eod. c. fi. de off. ord. delegatus igitur ab eo, qui censuram tulit, absolutionē eius
tribuere valebit. Quæ regula locum habet primò in iudice ordinario arg. cit. c. sacro. §. caueat.
vers. Alioquin; hinc episcopos, huiusmodiq; ecclesiæ præsides censuræ absolutionem alteri man-
dare consueuisse testatur Abb. ibi nu. 5. Item eadem regula locum habet in delegato; pôt enim
delegatus, cui causa cognoscenda commissa est, si ob eam rem quempiam excommunicauerit
eius absolutionem simpliciter alteri mandare; ita enim sensit glo: fin. in c. vlt. de offi. ord. quam
sequuntur ibi Abb. in fin. ac Felin. in c. fi. §. fi. nu. 8. vers. Tertiò limita. de off. deleg. nam à quo-
cunq;, qui iurisdictionem habet, simplex ministerium absoluendi delegari potest, vt dixit Na-
uar. in man. cap. 17. nu. 45. Secus autem vbi potestas simpliciter quempiam excōmunicandi sine
causæ cognitione commissa est; nam tunc, quoniam ipse absoluere à se excommunicatum non
potest, vti antea probauimus, ob eam rem nec alteri eam facultatem tribuere poterit arg. l. ne-
mo plus iuris. ff. de reg. iur. Tertiò facultatem absoluendi à censura ab homine lata is mandare
potest, qui eo inuito ipsam tollit, à quo lata est; hunc autem superiorem, successoremuè eius, nec
4 non appellationis iudicē esse ex iam dictis antea constat. † Atqui an, si episcopus, exempli gra-
tia, qui Titium excommunicauit, eius absoluendi facultatem sine causæ cognitione Seio com-
miserit, an inquā hic Seius eam facultatem alteri mandare poterit? planè id ab eo fieri non pos-
se concludendum est; sic enim probatur in c. fin. §. fi. de off. deleg. sic asserunt Felin. ibi num. 8.
vers. Tertiò limita illud, & Abb. in c. fin. in fin. de offi. ord. & ibi glo. quam communiter recep
tā esse testatur Nauar. in man. cap. 27. nu. 45. & eam sequitur Iacob. de Graff. cap. 17. in fine. lib.
4. decis. cas. consc. namq; facultas delegandi ad iurisdictionem pertinet arg. l. imperium. in fine.
ff. de iurisdict. omn. iudic. is verò, cui simpliciter absolutio commissa est, iurisdictionem non ha-
bet, vt dicitur in cit. c. fi. §. fin. de of. deleg. ergo iure alteri eā facultatem delegare non potest, at-
que ita quoque tradidit Burg. de irregul. & dispens. par. 6. cap. de delegat. absol. nu. 4. Contra-
rium tamen dicendum videbatur; nam, ex quo absoluendi tantùm facultas tributa est, electa
industria personæ non videtur, ac propterea eam facultatem alteri mandari posse arg. cit. c. fin.
§. 1. de off. deleg. verùm hoc non obst. nam ea ratio locum habet, vbi quidpiam committitur, od,
si quis alteri mādare illud velit, iurisdictionē nō postulat, vt in exēplis ibi à gl. propositis in ver-
bo personaliter conspicitur; at mandare facultatem absoluendi iurisdictionis est, quæ, cùm ad
hunc translata non sit, sed simplex illud factum, meritò nec alteri ab eo mandari potest. Exci-
pitur tamen primò, vbi Rom. Pont. delegatus est. Item vbi à delegante id ei est permissum, vt
habetur in eod. c. fin. §. fin. de offi. deleg. & arg. c. is, cui. in fin. & ibi glo. eod. lib. 6. delegatus igi-
tur ab homine absoluere à censuris potest, idem si delegetur à Collegio, quod censurā tulit; ea-
dem enim ratio est, & in ipso. Necessariò autem inesse ei hæc etiam debent præter ea, quæ in om-
nibus, qui absoluunt requiruntur, vt ab eo delegata ipsi potestas hæc sit, qui delegandi faculta-
5 tem habet. † Quare, si delegans delegationis tempore aut denunciatus, notoriéuè excommu-
nicatus, aut ab officio eadem ratione suspensus sit; quòd sic affectus iurisdictionē exercere non
potest arg. c. ad probandum. de re iudic. & c. fin. de excess. prælat. in antiq. & c. vn. ne sed. vac. lib.
6. delegatio ab ipso facta non valebit; nam & delegare ad iurisdictionem pertinet arg. l. impe-
rium. in fin. ff. de iurisd. omn. ind. quamuis contrarium senserit, & non rectè mea sententia Ge-
min. in c. 1. nu. 6. vers. Et tunc aut erat excommunicatus tempore subdelegationis. de offic. vic.
6 lib. 6. † Si quoque is, qui absoluendi facultatem delegauit, iurisdictionem omnino amiserit, idq;
antea, quam res geri à delegato cœpta sit, quòd tunc delegatio extinguitur arg. l. & quia. ff. de
iurisd. omn. iudic. & c. licet. de off. deleg. neq; hic delegatus absoluere à censura poterit, cùm ad
7 absoluendum iurisdictio postuletur, vti antea vidimus, quæ in hoc desideratur. † Verùm quid
si delegatio valuit, nec is, qui delegauit, iurisdictionem amisit, sed tamen in excommunicationē
incidit, hocq; notissimū est, an delegatus ab eo absoluere à censuris nihilominus poterit? quò

quæstionem hanc faciliùs dissoluamus, generatim contemplandum est, an delegante sic impedito, delegatus agere causam sibi commissam possit, quam quæstionem Abb. ac DD. disputarũt in c. licet. de offi. deleg. in antiq. & Gemin. in c. 1. de offi. vic. lib. 6. Videbatur igitur dicendum non posse ab huiusmodi delegato causam agi, primò quoniam delegatus ad suum delegantem se habere videtur, sicut episcopi vicarius ad ipsum episcopum; at episcopo excommunicato vicarius ipsius nihil, quod ad iurisdictionem pertineat, exercere potest, vt habetur in c. 1. de offi. vic. lib. 6. ergo neque etiam delegatus excommunicato delegante: qui contrarium sentiunt, sic respondent, ac rectè idcirco excommunicato episcopo vicarium nihil agere, quoniam episcopi, & vicarij forum idem esse censetur; nam & ob eam causam à vicario ad episcopum appellatio non defertur; secus autem in delegato, vt habetur in c. 2. de consuet. lib. 6. & c. si is, cui de off. deleg. eod. lib. cùm igitur eadem ratio in vtroq; casu non sit, ab altero ad alterum argumentum sumi non potest arg. l. Papinianus exuli. ff. de min. Vnde secundo loco ratio hæc alia redditur, iurisdictio delegati à delegante pendet argu. l. 1. § qui mandatam. ff. de off. eius; ergo delegantis iurisdictione suspensa, & ipsius delegati iurisdictio suspensa esse debet: Gemin. ad hãc respondebat nihilomagis delegati facultatem impediri; nam vsus iurisdictionis delegatus est, qui per excommunicationem delegantis non impeditur; impedimentum enim huiusmodi personæ inhæret, neque ad aliam transit. Postremò sic argumentantur, iurisdictio delegati morte delegantis extinguitur arg. l. & quia. ff. de iurisd. omn. iud. ergo excommunicatione suspendi debet arg. l. quæ de tota. ff. de rei vind. ad hoc respondebat etiam Gemin. ideò morte delegationẽ extingui, quoniam fundamentum, vbi ipsa nitebatur, sublatum est. s. ipse delegans, quod non contingit excommunicatione: huius responsio mihi non satisfacit; nam, & si fundamentum non tollitur, saltem ipsum tñ impeditur; & sicut, vbi iurisdictio delegantis morte extinguitur, & delegati potestas tollitur; ita delegantis iurisdictione suspensa, & delegati potestas suspensa esse debet, ac propterea proposita ratio adhuc viget. Quã tamen ratione non obstante contrariam sententiam amplexatus est Innoc. vt s. delegante excommunicato delegatus causam sibi delegatam cognoscere semper possit, & hoc in c. licet. de offi. deleg. in antiq. eandem secutus est Gemin. in eod. c. 1. nu. 6. de offi. vic. sicuti etiam Ant. ab eo relatus; & hoc ea ratione, quoniam iurisdictionis vsus ad delegatum translatus est, qui delegantis excommunicatione tolli non potest; ad quam rationem sic responderi posset eam tunc locum habere, vbi causam cognoscere cœpit; secus aũt vbi, causa cœpta nõ est; non enim tunc efficaciter iurisdictio ad delegatũ translata dicitur. Host. aũt, vbi tota causa delegata esset, Inn. opinionem verã esse existimabat, alias secus. Abbas in eod. c. licet sic distinguebat, aut causa cognosci cœpta est, & in hoc casu delegati iurisdictionem non impediri censuit; aliàs autem secus. Ego autem sic distinguendum censerem. Aut quærimus, an excõmunicato delegante delegatio facta extinguatur, & in hoc omnes consentiunt ipsam non extingui, vt Innoc. in eod. c. licet, & Abb. eod. nu. 8. & Imol. nu. 5. & Gemin. in cit. c. 1. nu. 6. de off. vic. nam neque in ipso excommunicato extinguitur arg. c. si is, cui vers. Ne absolutionem. de offi. deleg. lib. 6. Aut quærimus, an per excommunicationem iurisdictio suspendatur, & in ipso excommunicato non est, quod dubitemus; impeditur enim excõmunicatus, quò minùs iurisdictionem exerceat arg. c. ad probandum, & ibi DD. de re iudic. in antiq. & c. 1. de suppl. negl. prælat. lib. 6. & c. vn. ne sed. vac. eod. lib. & cit. c. si is, cui de off. deleg. at in ipso delegato, de quo proposita nobis quæstio est, sententiam Abbatis sequor, vt. s. si re non integra, qui delegauit, excommunicetur, delegati iurisdictio non impediatur; nam in hoc, & citati DD. vniuersi consentiunt, & habetur in ead. l. & quia, & in c. relatum. cum seq. de offi. deleg. re autem integra, & delegati iurisdictio impediatur; cùm ob eam rationẽ, quam retulimus antea, quoniam. s. delegati iurisdictio à delegante pendet arg. l. 1. §. qui mandatam. ff. de off. delegatum quòd, antequã res agi cœpta sit, iurisdictio in delegatũ efficaciter non transiuit, vt dixit Romanus Pont. in c. quamuis. de offi. deleg. lib. 6. & nunc, ex quo delegantis potestas impedita est, transire suspensa non potest. Excipitur autem, vbi nudum, ac simplex ministerium tantùm delegatum est; nam, quod per huiusmodi delegatum tanquam per instrumentum delegans operatur, ob eam rem, quandocunq; delegantem impediri contigerit, agere delegatus nihil poterit, atque ita citati autores asserunt Inno. Ant. & Abb. in cit. c. licet, & Gemin. in eod. c. 1. de offi. vic. hac quæstione sic dissoluta iam apparet, si cui absoluendi à censuris facultas tributa sit, quid delegatus possit, si delegans excommunicetur; nam, si delegatum nudum ministerium absolutionis sit, absoluere delegatus non poterit, idem & si cum causæ cognitione, modò re integra delegans excommunicetur, aliàs secus.

SVMMA.

SVMMA.

1 *Absoluere à censuris ab homine latis is potest, qui à lege absoluendi potestatem habet; quæ potestas in duobus casibus tribuitur.*

2 *Articulo mortis existente Sacerdos à censuris absoluere potest; quæ regula quatenus pateat, declaratur.*

3 *Articulo mortis existẽte Sacerdos etiam excommunicatus à censuris absoluere põt.*

4 *Articulo mortis existente Sacerdos excommunicatum ab excommunicatione absoluere potest, etiã si à peccatis nõ absoluat.*

5 *Articulo mortis existente Sacerdos an absoluat excommunicatum, qui contritionis signa non dedit.*

6 *Articulo mortis existente iudex ecclesiasticus etiam non Sacerdos excommunicatum alterius iurisdictionis absoluere potest.*

7 *Laicus excommunicatum in articulo mortis constitutum absoluere non potest.*

8 *Articulo mortis existente excommunicatus absolutus absolutione alia non eget, si periculum illud euaserit.*

9 *Articulus mortis qui nam dicatur, quò excõmunicatus à Sacerdote absolui possit.*

10 *Impeditus, quò minùs ordinarium iudicem excommunicatus adeat, an ab alio, & à quo absolui possit.*

11 *Excommunicatus ob clerici percussionem à proprio episcopo absolui potest, vbi Rom. Pont. adire non potest.*

12 *Excommunicatus quando à proprio Sacerdote absoluatur extra mortis articulum.*

13 *Impeditus, quò minùs iudicem ordinarium excommunicatus adeat, ab alio absolui potest, etiam si ob clerici percussionem excõmunicatus non sit, sed ob aliam causam.*

14 *Impeditus excõmunicatus, quò minùs adeat ordinarium iudicem absolutionis, à quo absoluatur.*

15 *Impedimentum legitimum quod nam sit, quo excommunicatus ab alio absoluitur, qui ordinarius absolutionis iudex non est.*

16 *Impedimentum, quo excommunicatus ab alio, quàm ab ordinario absolutionis iudice, absoluitur, quatenus durare debeat.*

17 *Absolutio excommunicationis ad tempus, et ad vnum actum tantùm tribui potest.*

18 *Absolutio excõmunicato ad tempus tribuitur, quò testimonium ferat.*

V.

1 §. † A lege delegatus etiam absoluere à censuris ab homine latis potest; idest is, etiam à censuris ab homine latis absoluit, cui lex absoluendi facultatem tribuit: hoc autem in duob. casibus contingit, primùm vbi iudex is adiri non potest, qui censuram tulit; deinde vbi quidpiam gerendum est, quod per excommunicatũ, aliauè censura irretitũ geri non potest, ac propterea ad tempus absoluitur, quò actus ille geratur; in his enim duobus casibus lex ei, qui aliàs non potest, absoluendi facultatem condonat, quæ duo in præsenti contemplanda nobis sunt.

2 † Quò ad primum igitur si ab homine quis excõmunicatus, interdictusuè in mortis articulo cõstitutus sit, atque aut eius, qui excõicauit, interdixituè, facultas nõ detur; itemq; nec eiusdẽ superioris, successorisq;, atq; in summa eius potestas non habeatur, qui iure pprio, ordinarioq; absoluere potest; aut eius, qui ab horum altero ad absolutionem huiusmodi tribuendam delegatus est, tunc Sacerdos absolutionem hanc tribuere poterit arg. c. fin. de sepult. & c. in literis. de rapt. & c. pastoralis. §. præterea, & ibi not. glo. in verb. præter quàm, & Abb. nu. 2. de offi. ord. in antiq. & c. eos. de sent. excom. lib. 6. ac nouissimè Trid. Syn. Sess. 14. cap. 7. de casuũ reseruat. & vt DD. cõmuniter tradiderunt, & Nauar. in man. cap. 26. nu. 26. vbi rem hanc pluribus egit, & Couar. in c. alma. par. 1. §. 11. nu. 8. vers. Quòd si mortuus. de sent. excom. lib. 6. ac meritò etenim censuræ, quod videbimus in capite de effectu per se, qui post huius vitæ cursum percipitur, censuræ, inquam, ob eam rem institutæ sunt, vt contumacia compressa, improbitateq; expurgata saluus quis fiat; verùm, quòd contingere potest, vt hisce pœnis constrictum contumaciæ pœniteat, & mortis periculum ipsum occupet, hominumuè opinione occupari existimetur, eius verò, à quò iure communi absoluendus erat, facultatẽ tamen ipse non habeat, atque idcireò miser ille grauiter conflictetur; ob eam rem pia mater Ecclesia, quæ ad se redeunti sinum non claudit arg. c. ex literis. de const. & c. super eo. de hæret. lib. 6. ne sic affectus, aut salutem suam desperet, aut diuinis præsidijs nudatus periculosissimo huiusmodi tempore iaceat, absoluẽdi à censuris facultatem & alijs, qui eam nõ haberẽt, benignè concessit, sicut Trid. Syn. eod. cap. 7. declarauit. Sacerdos igitur excommunicatum in articulo mortis constitutum absoluere potest. Quæ regula amplificatur, vt locum habeat, etiam in interdicto, aliaq; censura; nam Trid. Synod. in cit. c. 7. nullam excepit; Veruntamen, inquit enim ibi, piè admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pe-

reat

reat, in eadem Ecclefia Dei femper cuftoditum fuit, vt nulla fit referuatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes à quibusuis peccatis, & cenfuris abfoluere poffunt. Hæc ibi Trident. Synod. ex quibus patet in huiufmodi cafu à quibufuis cenfuris Sacerdotem abfoluere poffe; nullam enim excipit, fed omnes potius complectitur, eo verbo Quibufuis; ergo neque nos excipere debemus arg. l. de prætio. ff. de publ. & l. Iulianus. ff. de leg. 3. etenim, & fi per alias cenfuras extra ecclefiam quis non eijcitur, interdictus tamen diuinorum particeps effe non poteft, vt habetur in c. fi fententia. §. fi. & in c. is, cui. de fent. excom. lib. 6. & vt nos fuo loco pluribus id egimus. Item locum fibi regula hæc vindicat, etiam fi Romano Pont. abfolutio referuata fit arg. c. fi quis fuadente diabolo. 17. q. 4. & Clemen. 1. §. verùm, verf. A qua quidem. de hæret. & Clem. 1. de priuil. iunct. glo. abfoluendi. & vt Abb. not. in c. fin. n. 2. de fepul. & Couar. eod. verf. citato. Tertiò etiam fi Rom. Pont. prohibuiffet, ne ante fatisfactionem excommunicatus abfolueretur; nam in huiufmodi articulo conftitutus nihilominus cautione præftita abfoluetur, modò fatisfaciendi tunc facultas ipfi non detur arg. l. impoffibilium. ff. de reg. iur. & eorum, quæ dixit glo. in c. ex parte. 1. in verb. pro contumacia. in fine. de fent. excō. Quartò, vel ab homine, vel à iure cenfura lata fit, locum fibi regula hæc vindicabit; nam, præterquā quòd communis DD. fententia hæc eft, & quòd Abb. in c. fin. nu. 2. de fepult. id not. generaliter Trid. Synod. eod. cap. 7. loquitur; nec à quo cenfura lata fit, rationem habet; ergo neq; nos cōtrarium dicemus; præterea à quocunque lata excommunicatio fiet, ratio quamobrem ecclefia facultatem hanc condonat, ne. f. aliquis pereat, locum habet; ergo & difpofitio locum habere debet arg. c. cùm dilecta. de confirm. vtil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. Quintò in huiufmodi cafu abfoluit Sacerdos, etiam fi eius parochus non fit, quem abfoluit, vt inquiunt Syl. in verb. abfolutio. 2. n. 8. verf. Et intellige, & Sot. dift. 18. q. 4. art. 4. verf. De fubftātia lib. 4. & Nauar. in ma. cap. 26. nu. 26. & Couar. eod. verf. etenim Trid. Syn. eod. cap. 7. in huiufmodi cafu conftitutos omnes Sacerdotes abfoluere poffe ait; ergo & non parochus abfoluet, quā fententiā fenfit effe communē Sot. eod. art. 4. verf. At verò non nihil.

3 † Sextò abfoluet Sacerdos, quamuis & ipfe aut excōmunicatus, aut interdictus, aut fufpenfus, fed tamen nondum denunciatus, notoriusnè fit; quò ad ea enim, quæ ad iurifdictionem pertinent, pro non excommunicato habetur arg. c. ad probandū. de re iud. & ob Extrauag. ad euitanda, atque ita fenfit etiam Nauar. eod. nu. 26. verf. Dixi Catholicus. Septimò abfoluit etiam, vbi aut denunciatus eft excommunicatus, interdictus, fufpenfus nè, aut notorius talis eft; nam in articulo mortis, ait enim Trid. Synod. eod. cap. 7. omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes abfoluere poffe à quibufuis cenfuris; cùm igitur omnes Sacerdotes cōprehendat, & eum, qui notoriè cenfura conftrictus eft, pro taliuè eft denunciatus, cōprehēdit; præterea piam matrem Ecclefiam hoc conceffiffe verifimile eft, atq; ita fenfit Nauar. in manu. eod. c. 26. nu. 26. verf. Quamuis autem, & cap. 27. nu. 272. verf Septimò, quod per eadem verba, quamuis ante Trid. Synod. contrariam opinionem communem fuiffe referat. Verum an Sacerdos ob hærefim excommunicatus abfoluere poterit? Sot. dift. 18. q. 4. art. 4. verf. At verò, abfoluere hunc poffe non exiftimauit; eandem opinionem fequitur Nauar. in manua. eod. cap. 26. verf. Et idem credimus. Mihi tamen contraria fententia verior videtur; tum quòd non Sacerdotum gratia, fed eorum, qui cenfuris conftricti funt, ob animarum falutē abfoluendi facultas in hoc cafu Sacerdotibus data eft, vt innuit Trid. Synod. ead. Seff. 14. cap. 7. de cafuum referuat. verf. Ne hac ipfa occafione; vnde, quocunque vitio affecti fint, nihil intereffe videtur; tum quòd Sacerdos ob hærefim excommunicatus non magis excommunicatus eft eo, qui ob aliam caufam eodem vinculo eft conftrictus, quamuis ipfa hærefis delictum omnium grauifsimū fit; at delicta per fe non efficiunt, quò minùs ecclefiæ miniftri fua munera obeant, quoufq; ab ecclefia tolerantur arg. c. veftra, & c. fin. de cohab. cler. & mul. cùm igitur neq; delictum obftet, neq; excommunicatio repugnet; ergo & hæreticus abfoluere in hoc cafu poterit; accedit, præterquam quòd Trid. Synod. generaliter loquitur, priorem fententiam nulla folidiori ratione fulciri, idem & de fchifmatico dicimus; nam & ita de eo, qui hæreticus non eft, fenfit Nauar. eod. nu. 26. verf. Dixi Catholicus; idem quoque & de depofito, & de degradato ob eafdem rationes fentimus. Excipio tamen, vbi periculum effet, ne in errorem aliquem fic affectum traheret.

4 † Nonò abfoluere quoque poteft Sacerdos excōmunicatum, cenfuraq; irretitum, quāuis à peccatis eundē non abfoluat, vtpotè quando excommunicatus morte occupatus, mutusuè factus confiteri peccata non potuit; nā Sacerdos in hoc cafu non minus à cenfuris, quàm à peccatis abfoluere poteft, vt probatur apud Trid. Synod. eod. cap. 7. præterea à cenfuris abfoluitur quis etiam fine peccati abfolutione; atque, vbi cōtritionis figna dedit, non eft, quod dubitemus; nam

nam & post mortem hic absoluitur, vt habetur in c. sacris, & in c. à nobis. 1. de sent. excom. atque
5 ita in hoc casu sensit Nauar. in man. cap. 27. nu. 272. vers. Sextò quòd per hoc; † at si contritionis
signa non dederit, an Sacerdos hunc absoluet? Nauar. eod. vers. negantem opinionem videtur
secutus. Ego autem sic distinguendum censerem, aut quærimus, an excommunicatum, qui con-
tritionis signa non dedit, absoluere Sacerdos debeat, & in hoc casu Nauar. opinionem sequor,
vt eum minimè absoluat; tum quòd id probatur in c. à nobis. 1. vers. Potest tamen à contrario
sensu. de sent. excom. tum quòd nihil ei prodest. Aut quærimus, si nihilominus absolutio in hoc
casu tribuatur, an valeat, & ipsam valere sine dubitatione censeo; nam in mortis articulo Sacer-
doti facultas absoluendi tribuitur; at absolutio ab eo tributa, qui eam tribuere potest, etiam si
iniusta sit, valet, vt habetur in c. venerabilibus. §. vbi autem. de sent. excom. lib. 6. & ibi not. glos.
communiter recepta; ergo & hic valebit. Quæ diximus de excommunicato, eadem & de in-
terdicto ob contumaciam dicta esse volumus; at si ob pœnam interdictus sit, quoniam tunc nul-
la contumacia adest; ac propterea quò ad hoc contritio non requiritur, & absolutio lata valebit,
6 & tribui quoque debebit. † Decimò iudex ecclesiasticus, qui censuras in suos ferre potest, eas-
demq; tollere, quamuis Sacerdos non sit, alterius diœcesis hominem excommunicatum in arti-
culo mortis constitutum absoluere poterit; nam & Sacerdos alterius parochiæ pœnitenti abso-
lutionem peccatorum tribuit, vt Trid. Synod. eod. cap. 7. sensit; & nos in commentarijs nostris
de pœnit. cap. 2. nu. 2. vers. Aut delegatam id comprobauimus; ergo idem & hic; cùm in vtroq;
casu eadem ratio, animarum s. fauor agatur, vt probatur apud Trid. Synod. eod. cap. 7. vers. Ve-
runtamen piè admodum iunct. c. sacris, & c. à nobis. 1. de sent. excom. Confirmatur sententia hæc,
quoniam nemini dubium est, si pia mater ecclesia interrogata de hoc esset, an s. in hoc casu vel-
let ab alterius territorij ecclesiastico iudice absolutionem tribui, responsuram fuisse, quæ pie-
tas erga suos filios est, se id velle; vnum enim hoc suadet, vnum hoc elaborat, vt nos Deum ex-
colentes salui simus; hinc nemini respuit, neminiq; sinum claudit, qui ad se redit, quamuis gra
uiter peccauerit, vt habetur in c. ex literis. de constit. in antiq. & c. super eo. de hæret. lib. 6. at
vbi legislator statuisset aliquid, si de eo fuisset interrogatus, cogitasset ue, perinde habetur, atq;
si illud constituisset, vti asseruit glo. communiter recepta in l. talo pactum. §. fin. ff. de pact. ergo
idem & hic; præsertim quòd non noua iurisdictio datur, sed iam data prorogatur, quod facilius
permittitur arg. c. quemadmodum. de iureiur. Non repugnat modò apud Trid. Syno. eod. cap.
7. Sacerdotes nominatos tantùm esse, qui in hoc casu absoluant, & in c. fi. de sepult. in antiq. nam
in priori casu de ministro pœnitentiæ agitur, vt ibi per se patet, qui solus Sacerdos esse potest, vt
habetur ead. Sess. cap. 6. & nos in comment. nostr. de pœnit. cap. 2. nu. 3. comprobauimus; ob
hanc igitur rationem Sacerdotum mentio facta est; præterea id etiam est factum, quoniam, qui
in eo articulo constitutus detinetur, confessionis susceptione obligatur, sicut in eisdem comment.
de pœnit. cap. 26. nu. 5. conclusimus, ac propterea frequentiùs Sacerdos accersitur, atq; ob eam
rem casus noster non excluditur arg. l. vn. iunct. glo. C. de rapt. virg. Non repugnat demùm. c.
c. fi. de sepul. nam ibi quid factum sit, narratur; à proposita igitur conclusione non discedemus.
Vicarius ergo Episcopi Imolensis alterius diœcesis hominem in huiusmodi casu à censura ab-
7 soluet, etiam si Sacerdos non sit. † Verùm quid de laico, an in huiusmodi articulo constitutum
absoluere à censura ipse poterit? glo. in c. pastoralis. §. præterea. de offi. ord. & glo. in c. à nobis.
2. in verb. non potuerit. de sent. excō. laicum absolutionem hanc tribuere posse existimarunt, &
opinionem hanc benignam, tutamq; dixere; has glo. notandas inquit Abb. in cit. c. à nobis. nu.
10. easdem sequitur Rip. vbi & Modernos ita tenere ait in tract. de peste cap. de priuil. iud. cau-
sa pestis. nu. 46. item Syl. in verb. absolutio. 1. nu. 8. vers. Immo in dicto casu, & Tab. eod. 5. nu. 8.
& Armill. eod. nu. 40. Pro quorum sententia citatur primò c. sanctum est. de consecr. dist. 4. vbi
pœnitentem in huiusmodi articulo constitutum à laico reconciliatum legitur; ergo excommu-
nicatus à laico reconciliari, atq; absolui potest; nam excommunicati, dum absoluuntur, recon-
ciliari videntur, vt habetur 26. q. 6. at qui ad hoc responderi potest, primùm quid ibi factum sic
narrari, an autem reconciliatio illa valuerit necne, non dici; præterea ibi de pœnitente so-
lemniter agitur, qui non necessariò excommunicatus est, vti dixit quoq; Nauar. cap. 1. in prin.
nu. 86. ibi non obstant. de pœnit. dist. 6. & gloss. sensit et in c. à nobis. 2. in verb. non potuerit. de
sent. excō. nec repugnat. 26. q. 6. nā, quod & animaduertit ibi Archid. in initio Grat. quæstionē
proposuit de excommunicato, autoritates verò, quas citat, de solemniter pœnitente agunt; po-
stremò esto ibi de excommunicato agatur, tamen nunquam laicum, sed Sacerdotem solùm in
huiusmodi articulo reconciliare posse ibi dicitur; non ergo ea q. horum sententia comprobatur.

Secun-

Secundò loco pro hac sententia sic argumentantur, pœnitens in articulo mortis constitutus
laico peccata confiteri potest, vt habetur in c. quem pœnitet. de penit. dist. 1. ergo & excommu-
nicatus in eodem statu constitutus à laico absolui poterit: verùm neque ratione hac eorum opi
nio nititur; nam, esto fieri possit laico peccatorum confessio, & ob ruborem pœnitenti prosit;
non idcirco tamen ipsum confessum absoluere laicus poterit, quod erat probandum; nam lai-
cus absoluendi à peccatis potestatem non habet, vt dicitur in cit. c. quem pœnitet. vers. Et si il-
le, & id asseruit Trid. Synod. Sess. 14. de ministro pœnitentiæ cap. 6. & nos in comment. nostr. de
penit. id explicauimus cap. 2. nu. 3. non modò igitur ratio hæc ipsorum sententiam non tuetur,
sed contra potius ipsam oppugnat; nam, sicut in eo articulo laicus à peccatis non absoluit, quã-
uis ea confessio, vt diximus, ipsi prosit, ita neque à censura absoluet; quamquã, si excõicatus à
laico absolutionem peteret, in hoc ei absolutio prodesset; quòd mortuus absolutionẽ conseque-
tur, vt qui ea ratione contritionis signa dederit; quod, vt quis post mortem absoluatur, requi-
ritur arg. c. sacris, & c. à nobis. 2. de sent. excom. atque sic dixit Iac. de Graff. cap. 15. n. 55. lib. 4.
decis. cas. consc. Quare, cùm nulla probabili ratione sententia hæc nitatur, contrariã amplexa-
ti sunt Sot. dist. 18. q. 4. art. 4. vers. Verùm verò, vbi & Palud. idem asserere ait, lib. 4. & Nauar. in
man. cap. 26. nu. 26. vers. Dixi presbyter, & cap. 27. nu. 252. vers. Sextò, & vers. Septimò, & in c.
1. in princ. nu. 83, cum seq. de pœnit. dist. 6. vbi quæst. hanc disputauit, & Iacob. de Graff. cap.
15. nu. 55. lib. 4. decis. cas. consc. & Couar. in c. alma. par. 1. §. 11. nu. 9. de sent. excom. lib. 6. vers.
Sed, & gloss. in d. c. à nobis. Probatur autem sententia hæc primò, quoniam facultas absoluen-
di ab excommunicatione, vt dicebat Palud. idcirco ei, qui aliàs non potest, in huiusmodi arti-
culo tribuitur, quò peccatorum absolutio tribuatur; ergo laicis facultas hæc tributa non est,
cùm à peccatis absoluere nequeant, vt iam vidimus; hæc ratio mihi non satisfacit; nam æquè fa-
cultas absoluendi à peccatis, atque à censuris in hoc casu tributa est, vt habetur apud Triden. Sy-
nod. eod. cap. 7. ac propterea, quamuis excommunicatus contritus non sit, tamen à censuris ab-
solui ipsum posse antea probauimus. Vnde secundò dicebat idem Palud. absolutio à laico fa-
cta neque corpori, neque animæ prodest; nam, si Deo amicus ab hac vita migrauerit, post mor-
tem absolui poterit, atq; tunc corpus ecclesiastica sepultura donabitur, anima verò ecclesiæ suf-
fragijs adiuuabitur: hæc itidem ratio mihi non arridet; quid enim si Romanus Pont. qui longè
abest, & ad quem difficiles aditus sunt, absoluere hunc haberet? arg. c. à nobis. 2. de sent. excõ.
planè interim & corpus ecclesiastica sepultura carebit, & anima ecclesiæ suffragijs priuabitur
arg. c. sacris, & cit. c. à nobis. de sent. excom. neque igitur ratio hæc firma videtur. Hinc tertiò sic
dicebat Nauar. facultas absoluendi à censuris in articulo mortis Sacerdotibus condonata est, vt
habetur apud Trid. Synod. eod. cap. 7. ergo alijs denegata videtur arg. l. cùm prætor. ff. de iudi.
& c. nonne. de præsumpt. ad hanc rationem per ea, quæ in antecedenti quæstione attulimus, re-
sponderi etiam potest. Ego igitur sententiam hanc, quam vti verissimam amplector, alijs ra-
tionibus, huiusmodi. s. probo; primò quoniam, si laicus à censuris absolueret, plura specialia, vt
ita dicã, eòdem concurrerent. s. & vt laicus habilis fieret ad res ecclesiæ tractandas contra c. de-
cernimus. de iud. & vt alterius iurisdictionem exerceret, & falcem in alienam messem mitteret
contra c. fin. de const. lib. 6. & l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. quæ in Sacerdote non contingũt; at plu-
ra specialia circa idem concurrere non possunt arg. l. 1. & ibi communiter not. C. de dot. promis.
Deinde quoniam, vbi ecclesia laicum aliquid ecclesiasticum facere posse voluit, in huiusmodi
necessitatis casu id declarauit, vt de baptismo habetur in c. in necessitate. de consecr. dist. 4. & vt
dixit glo. fin. in c. fin. 24. q. 1. & sequitur eam Nauar. in c. 1. in prin. nu. 87. de pœnit. dist. 6. & Co-
uar. in c. alma. par. 1. §. 11. nu. 9. vers. Nihilominus opinio contraria. de senten. excommun. lib. 6.
facit quoque c. vbi periculum. §. præterea. & ibi not. glo. in verb. præsumant. de elect. lib. 6. cum
simil. cùm igitur nusquam in iure quò ad absolutionem hanc in huiusmodi casu mentionem lai-
ci fecerit, nusquam laico potestatem hanc dederit; neque nos illi eam dare debemus; vitanda
enim legum correctio est arg. l. præcipimus. C. de appell. & l. iubemus. C. de test. laicus igitur ne-
8 que in hoc casu à censuris absoluet. †Vndecimò amplificatur regula hæc; nam absolutus in hoc
casu, si deinceps moriatur, absolutio alia post mortem non requiritur, etiam si Romano Ponti-
fici absolutio reseruata sit, vt de communi sententia testatur Couar. eod. §. 11. nu. 8. vers. Quod
si mortuus; idem si non moriatur, quandoquidem absolutione alia non egebit; nam verè abso-
lutus est; sic enim Nauar. ait in man. c. 26. nu. 26. vers. An autem qui absoluitur, ibi tum quia li-
cet excommunicatus, & Sot. dist. 18. q. 4. art. 4. in solut. secund. argu. vbi & S. Thom. idem senti-
9 re inquit. † Nec repugnat si dicatur huic, si periculum illud euaserit, eum, à quo iure ordinario
absol-

absoluendus erat, adeundum esse, quasi verè absolutus non sit, vt habetur in c.de cætero, & in c.ea noscitur.de sent.excom.in antiq.& in c.eos.eod.lib.6.nam non aditur, quò absoluatur, sed quò mandatum recipiat ab eo eius, quod fieri à se velit, sicut in cit.iur. dicitur; id quod etiam hinc comprobatur, quoniam si superiorem non adierit, in eandem specie, & nō numero excommunicationem incidit ob cit.c.eos.de sent.excom.at si non esset verè absolutus, non rectè diceretur in excommunicationem eandem incidere, in qua tunc est arg.§.extraneis. iunct. gloss.de adeunda. in Instit.de hæred.qualit.& differ.in articulo mortis igitur constitutus ab ijs, quos diximus, absolui potest, & non à laico; nam, si absoluatur ab eo, absolutio nulla erit, & hæredes excommunicati ad absolutionem pro mortuo petendam obligati remanebunt, vt dixit Couar.
9 eod §.11.nu.9.vers.Hinc constat. † Articulus mortis autem is dicitur, non solùm vbi quis tunc moritur, sed etiam omnis ille, in quo quis tunc moriturus probabiliter existimatur; ægrotus, non ægrotusuè fiet arg.l.3.cum seq.ff.de don.caus.mort. atq; ita senserunt Bald.in c.pastoralis. nu.4.& Abb.nu.3.de off.ord.& Bart.in l.1.quem sequitur ibi Ias.nu.28.C. de sacr. sanct.eccle. & Nauar.in man.cap. 2.nu.9.& c.26.nu.31. Quare, si quis in mari sit, tempestateq; graui orta naufragium probabiliter immineat, hunc in articulo mortis constitutum dicimus; idem de eo sentimus, qui prælium ingressurus sit, sicut etiam de capto ab exulibus Romandiolæ his miserrimis temporibus, vbi alterius factionis sunt; nam statim ipsum interficiunt; idem concludimus de ijs, qui à carnifice necandi sunt, sicut etiam de muliere partui proxima, vbi difficilè parere solet, vel vbi primò parit, sicut etiam de ijs, qui se castrandos tribuunt; hi enim omnes, & horum similes, vel in mortis articulo esse dicentur, vel saltem mortis articulum imminere, quod sat est arg.c.eos.de sent.excom.lib.6.vers.Propter imminentis mortis articulum, quamuis Sot. contrarium senserit dist.18.q.4.art.4.vers.Quæris autem quis dicatur, vbi aliud esse periculum mortis, aliud articulum mortis sensit, cuius sententiam improbauit Nauar.ac rectè cap.27.nu. 172. vers.Cæterum facessat ob cit.c.eos.& sententia hæc, vt idem sint quò ad effectum hunc articulus mortis,& periculum, communis est, vt testatur Couar.eod.§.11.nu.8.vers.Tertiò,quamuis ipse opinionem hanc non admittat, nisi graue, & morti proximum periculum sit. Hic aūt mortis articulus diutiùs durare potest, ac propterea tunc semper absolui excommunicatus poterit; quid enim si in naui decem, quindecimuè dies graui tempestate orta huc, illucuè quis fluctibus impellatur? hic ergo in articulo mortis semper esse dicetur; quò ad rem nostram igitur mortis articulus hic erit; nam quò ad extremam Vnctionem Sacramentum, quæ in mortis articulo sæpiùs tribuitur, nisi quis æger sit, in mortis articulo is esse non dicitur, etiam si ob naufragium, hostium impetum, rationemuè aliam mortis periculum immineat, vt diuinarū rerum scriptores asserunt, & nos in Tab.de extrem.vnct. comprobauimus cap.14.nu.7.& cap.16.n.1. Illud quoq: addimus, quò in articulo mortis quis esse dicatur, atq; ab alio, quàm à suo ordinario à censuris absoluatur, hoc etiam necessariò postulari, vt eius facultas non detur, à quo iure communi absolui debet,vt probatur in cit.c.eos.de sent. excom.vers.Cùm ad illum, à quo aliàs de iure fuerant absoluendi; etenim, vt quis à non suo iudice obsoluatur, extraordinarium remedium est arg.c.omnis.de pœnit.in antiq.& c.fin.de const.lib.6.& l.fin.ff. de iurisd.omn.iudic. vt verò à suo iudice quis absoluatur, remedium ordinarium; at vbi ordinarium remedium habere locum potest, extraordinario locus non datur arg.l.in causæ.2.ff.de min.& l. in prouinciali. §.si in loco communi, vbi Bart.Ias.ac DD.not.ff.de oper. non. nunc. ergo, vbi aliàs proprij iudicis facultas non datur,extraordinario huic locus erit. Atqui facultas ordinarij quando non datur? vbi, si ipse adeatur, periculum est, ne interim hic censura constrictus è vita decedat arg.c. qua fronte.de appellat.vers.Ne excommunicatione decedat.in antiq.& c.venerabilibus.§.sanè. vers.Nisi periculum,& c.eos. de sent. excom. lib.6. ordinarius autem proprius quisnam esset in initio huius §.docuimus; his ita constitutis, regulaq; hac proposita, iam apparet, dictis casibus exceptis, neque laicos, neque alios clericos absolutionem huiusmodi in hoc articulo tribuere posse; atque de mortis articulo hactenus.
10 † Verùm, quid si in mortis articulo excommunicatus non sit, sed tamē ratione quapiam impediatur, quò minùs eum adeat,qui communi iure ipsum absoluere potest, vtpotè aut ob paupertatem, aut ob inimicitias, aut ob senecturem,& id generis, cuiusmodi impedimenta habentur in c.quod de his, & in c.ea noscitur,& in c. quamuis. de sent.excom. an hic ab alio, quàm à suo iudice à censura absolui poterit? antequam quæstionem hanc dissoluamus,quò appareat, in quibus casibus quæstionem hanc disputemus, hæc ab omnibus recepta præmittēda sunt; primùm, vbi quis ab homine censura irretitus est, si nulla ratione impediatur, quò minùs iudicem adeat,qui censura eum obligauit, ab alio absolui hunc non posse arg.

se arg.c.pastoralis.§.præterea.de offi.ord.& vt nos suis locis antea egimus; contra verò, vbi in censuram iuris incidit; nam, etiam si iudicem eius iuris adire possit, ipse tamen à suo ordinario absolui potest, vt probatur in c.nuper.de senté.excomm. & vt nos infra suo loco id explicabi-
11 mus, modò eius censuræ absolutio alteri reseruata non sit. † Secundo loco præmittendum etiã est, vbi quis in excommunicationem incidit ipsius c. si quis suadente diabolo. 17.q.4. idest ob clerici percussionem, si Romanus Pont. adiri non possit (est enim ipsi excommunicationis huius absolutio reseruata) à proprio episcopo hunc absolui posse, vt habetur in cit. c. quamuis, &
12 in c.ea noscitur, & in c.de cætero.de sent. excom. † Item à proprio episcopo, à proprioue sacerdote absolui eum posse, qui in excommunicationem incidit, propterea quod versatus est in crimine cum eo, qui ob illud erat excõmunicatus, vt habetur in cit.c.nuper.de sent.excom. quod verum est, si eum adire non possit, cui eius excommunicationis absolutionem canon reseruauit; postremò præmittendum propositam quæstionem in his terminis non disputari. His sic præmissis, reliquum est, vt, in quibus casibus quæstio hæc proposita locum habeat, explicetur; disputatur igitur in alijs censuris communi, præcipuoq; iure latis, quarum absolutiones alteri, ac præsertim Romano Pont. reseruatæ sunt; disputatur quoq; in censuris ab homine latis: hæc duo igitur inuestiganda nobis sunt, an.s.vbi quis impeditur, quò minùs iudicem adeat, qui communi iure absoluendi potestatẽ habet, ab alio is absolui possit; postremò esto id possit; quisnã hic
13 erit, qui tunc absoluet. † Quò ad primùm igitur Innoc. in c.quamuis. vers.Sed si aliàs. de sent. excom. excommunicatum ob aliam causam, quam ob clerici percussionem, si impediatur, quò minùs eum adeat, ad quem absolutionis tributio iure ordinario pertinet, ab alio absolui nõ posse existimauit; & hoc ob eam rationem, quoniam in excommunicato ob clerici percussionem hoc tantum permissum reperitur ob cit.c. de cætero, & c.ea noscitur, & eod.c.quamuis.de sententi.excom. ergo secus de alijs excommunicatis sentiendum est; exceptio enim contrariam regulam esse significat arg.l.nam, quod liquidæ.§.fin.ff.de pœn.leg.& l.cùm prætor.ff.de iudic.& c.nonne. de præsumpt. Felin. qui contrarium sentit, rationem hanc improbabat; nam in c. ea noscitur, & in c.quod de his excommunicatum extra mortis articulum constitutum, sed impeditum tamen, quò minùs ordinarium absolutorem adeat, absolui posse dicitur, & tamen ibi non speciatim de excõmunicato ob clerici percussionem, sed generatim de excommunicato agitur; ergo etiam extra eum casum excommunicatus impeditus, vt diximus, absolui ab alio poterit: hæc Felin. quem sequitur Syl. in verb.absolutio.4.nu.7.vers.Quartò. verùm responsio huiusmodi nec mihi satisfacit, nec vera etiam est; etenim ibi de excõmunicato ob clerici percussionem agitur; id quod hinc probatur; quandoquidem in cit. c.quòd de his Rom. Põt. inquit eum, qui se asserit in canonem latæ sententiæ incidisse, non aliter quàm per Sedem Apostolicam, vel eius Legatum absolutionis beneficium obtinere posse; at Sedis Apostolicæ Legatus ex omnibus excommunicationibus, quarum absolutio Pont. Max. reseruata est, eius excommunicationis absolutionem tantùm tribuit, qua clericorum percussores constringuntur, vt probatur in c. quod translationem. de off. leg. vbi Abb. ac DD. not. & infra id suo loco probabimus; ergo de ipsa excommunicatione agi concludendum est; & quamuis speciatim excõmunicationis huius mentio non fiat, tamen, ex quo ad aliam excommunicationem ea iura referri nequeunt, de hac ibi agi necessariò fateri debemus arg.l.nominatim, & eorum, quæ ibi tradunt DD. ff.de lib. & posthum.atque ita sensit glo.in cit.c.ea noscitur. Verùm contrariam sententiam nihilominus amplexati sunt Felin.in cit.c.quamuis, & Abb. sibi contrarius in c.de cætero.n.1.vers.Et circa hoc, & Anch.in c.eos.nu.1.vers.Tertiò nota ibi, sed hic quæritur, & Gemin.nu.5.eod. de sent. excõ. lib.6.& Syl.in verb.absolutio.4. nu.7.vers.Quartò, vbi de communi testatur, & Nauar. in man. c.27.nu.89.vers.Ad primam. Probatur autem sententia hæc, quàm vti verisimam ego etiã sequor, quoniam ratio reddi non potest alia, quamobrem id in excommunicatione ob clerici percussionem permittatur, & non in alijs excõmunicationibus; cùm igitur & eadem ratio in alijs sit, idem statui & in ipsis debet arg.c.cùm dilecta.de confirm. vtil.& l.illud.ff.ad l.Aquil. confirmatur hoc, quoniam si in tam graui casu, vbi Dei ministri offendũtur, ab his vt absoluatur permissũ est; multo magis & in alijs id permissum esse debet. Probatur etiam in c.eos.de sent. excom.lib.6. nam pro certo ibi habetur generaliter hoc concessum esse, vt excommunicatus ab alio absoluatur, vbi quis impeditur, quo minùs eum adeat, à quò iure absoluendus erat; Eos, qui à sententia canonis, vel hominis, dicitur enim ibi, cùm ad illum, à quo aliàs de iure fuerant absoluendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud legitimum impedimentum pro absolutionis beneficio habere recursum, ab alio absoluuntur, &c.ecce hic generaliter Rom. Pont.

Pont. loquitur; tum quòd non distinguit, qua de causa sententia censuræ lata sit, tum quòd tàm
de sententia ab homine, quàm à iure lata agit; ac pro certo proponit, vbicunque quis legitimè
impeditur, quò minùs eum adeat, à quo fuerat absoluendus, vel ab homine, vel à iure censura
constrictus sit, & ex quacunq; causa absolui ab alio posse; ergo & generaliter intelligi debet ar-
gum. l. de prætio. ff. de publ. & l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. ab hac igitur sententia non disce
demus; quæ & locum habet, etiam vbi ab homine quis censura constrictus est ob cit. c. eos, vbi
& Gemin. & Anchar. id not. & hoc alterum erat, quod explicandum nobis proposueramus. Itē
locum sibi vindicat, vbi excommunicatus impeditus procuratorem mittere posset; nam nihi-
lominus absoluetur, quamuis procuratorem non mittat: quandoquidem à lege ad id non obli-
gatur, atque ita dixit Nauar. in man. cap. 27. nu. 90. vers. Ad quintam. Tertiò locum habet etiā
14 in interdicto, ac suspensione. † Verùm quis censura irretitum, hacq; ratione impeditum ab-
soluet? hoc enim tertium erat, quod explicandum nobis proposueramus; quam rem, vt bre-
uiter absoluam, proprium episcopum esse concludo arg. cit. c. ea noscitur, & c. de cætero, & ibi
not. glo. in verb. licet, & ibi quoq; not. Abb. nu. 1. de sent. excom. & vt asserunt Syl. in verb. abso-
lutio. 4. nu. 7. & Nauar. in man. cap. 27. nu. 89. vers. Ad primam verò, & vers. Ad septimam; ete-
nim in articulo mortis tantùm, & in casu, qui habetur in c. nuper. de sent. excom. sacerdoti per-
mittitur, vt à censura quem absoluat; ergo secus in proposito casu argu. cit. l. cùm prætor. ff. de
iudic. accedit, quòd hac ratione commune ius minùs corrigitur; prorogatio enim quædam fie-
ri videtur, id quod in sacerdote minùs contingeret; nam fori contētiosi iurisdictionem non ha-
bet, ac propterea in ipso nec prorogari potest arg. l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. & iuris
correctio vitanda est, vt habetur in c. cùm expediat. de elect. lib. 6. & in l. vnic. C. de inoff. dot.
Atqui, quòd hunc, qui ab alio absoluitur, legitimo impedimento detentum esse oportet ar-
gum. cit. c. eos. de sent. excom. lib. 6. de duobus dubitari solet, primò legitimum impedimentum
15 quod nam dicatur; deinde quantum impedimentum hoc durare debeat. † Quò ad primùm igi-
tur impedimentum illud legitimum mihi esse videtur; vbi, si eum adit, à quo iure ordinario ab-
soluendus est, aut vitæ, famæuè probabile periculum adit; aut rei familiaris iactura grauis fa-
cienda est; aut alijs detrimento arg. cit. c. de cætero, & c. quòd de his, & c. mulieres. de sent. exc.
Quare, qui adeò senex est, vt itineris labores non ferat; qui victum sibi, suæq; familiæ manibus
quærit; mulieres ob sexus verecundiam; qui inimicos veretur, hi omnes, vt impediti absol-
ui ab huiusmodi censuris à suo ordinario mea sententia poterunt, quamuis in hoc plurimùm iu-
16 dicis arbitrium versetur arg. l. 1. ff. de iure delib. & c. de causis. de off. deleg. † Quò ad alterum
verò quanto tempore impedimentum hoc durare debeat, quicquid dixerit Nauar. in man. cap.
27. nu. 90. rem hanc his regulis concludendam censerem. Prima quarum hæc erit, si, impedimē-
tum hoc quandiu permansurū sit, vel ignoretur, vel diuturnum fore pro certo habeatur, proba-
biliterue existimetur, hunc sic impeditum à censuris absolui posse; tum quòd sic impedito suc-
curritur, ne excōmunicatus moriatur contra c. qua fronte. de appella. itemq; ne diutiùs ecclesiæ
præsidijs priuetur, quod ab ecclesiæ pietate alienum est, quæ ad se redeunti sinum non claudit
arg. c. ex literis. de constit. in antiq. & c. super eo. de hæret. lib. 6. tum quòd & alteri offenso, scili-
cet subuenitur; quandoquidem impedimento cessante quamprimùm eum adire debet, à quo
fuerat absoluendus, alioquin in eandem excommunicationem incidit. Altera verò regula hæc
erit, vbi vel pro certo habetur, vel probabiliter existimatur impedimentū breuius fore tunc im-
pedimentum hoc ad absolutionem tribuendam non prodesse; tum quòd pauci temporis ratio
haberi non debet arg. l. scio. ff. de in integ. rest. tum quòd iactura ecclesiæ Suffragiorum obedien
tiæ, patientiæq; bono sarcietur; impedimentum autem quodnam diuturnum, vel breue sit, in
arbitrio iudicis collocatur arg. cit. l. 1. ff. de iur. delib. Hactenus à nobis actum est de delegato à
lege, qui absoluendi potestatem habet, vbi adiri non potest, qui communi iure absoluere debe-
ret; reliquum est, vt de altero, quod etiam agendum nobis proposueramus, iam tractemus, id
est quisnam sit, qui ad tempus, & ad actum aliquem tantùm absoluat, si illud primò explicaue-
17 rimus, an absolutio hæc tribuatur. † Vt breuiter igitur id expediam, concludendum est absolu-
tionem hanc tribui posse; nam id probatur c. veniens. 2. de test. hinc consuetudo exorta est,
quæ in Romana Curia frequentatur, vt is, cui beneficium conferendum est, prius à censuris om-
nibus absoluatur, quò beneficij collatio valeat, sicuti tradidit Rebuf. in prax. ben. in vers. Teq;
absoluentes Declar. nou. prouis. vbi optimè materiam hanc pertractauit, & in reper. c. postula-
stis. not. 2. nu. 109. cum multis seq. de cler. excom. min. idem Quint. Mandos. in tract. de signat.
grat. in cap. absolutio ab excommunicatione, & Felin. in c. Apostolicæ. in prin. de except. & Boer.

decis. 190. nu. 3. hinc Nuncij ad Romanum Pont. missi, si excommunicati sint, antequam audiantur, prius absoluuntur, vt inquit Host. quem refert, ac sequitur Felin. in cit. c. Apostolicæ, & Boer. eod. nu. 3. non est igitur, quod hac de re dubitemus; nam & iamdiu absolutionem hanc admissam esse à praxi, & absolutionem ad reincidendũ appellari testatur Couar. in c. alma. pars 1. §. 11. nu. 6. vers. Secundò eandem ibi, nam licet. de sent. excom. lib. 6. de hac tamen re postea

18 pius agemus. † Quò ad propositum autem regulam hanc constituimus, vbi ad testimonium ferendum quis requiritur, qui excommunicatus est; quoniam sic affectus testimonium ferre prohibetur, iudex causæ, in qua testimonium ferri debet, absoluere quò ad hoc ipsum potest, quamuis aliàs communi iure id non posit; sic enim probatur in c. veniens. 2. de test. sic ibi not. Inno. nu. 5. Abb. nu. 18. & Add. ad eum. Imol. nu. 5. & nu. 7. & Felin. nu. 4. & nu. 23. cum multis seq. idem Felin. in c. prudentiam. de offi. deleg. & in c. ad reprimendam. vers. Reducere non omittas. de offic. ord. id quod propterea factum est, vt lites faciliùs, ac celeriùs expedirentur arg. cit. c. veniens. in fin. quod lex tàm Pontificia, quàm Ciuilis in primis studet arg. c. finem litibus. de dolo, & cont. & l. properandum. C. de iud. in hoc igitur casu iudex ab alio excommunicatũ absoluet. Quæ regula primò coarctatur, vt locum non habeat in iudice delegato; sic enim inquiunt Ioan. andr. & Dom. quos Felin. refert in cit. c. veniens. nu. 28. quos ipse quoq; sequi videtur, & Oldr. ibi ab eo citatus. Contrariam tamen sententiam secuti sunt Io. Mon. in c. 2. nu. 14. de sent. excom. lib. 6. & Archid. relatus à Fel. eod. c. veniens. num. 28. quæ sententia mihi verissima videtur; nam præter ea, quæ citat ibi Felin. ratio, quamobrem id permittatur, quò lites expediantur, & in delegato locum habet, vti hoc per se patet; ergo & iuris dispositio arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum simil. exceptionem hanc igitur minùs sequor. Secundo loco regula hæc cessat, vbi excommunicationis absolutio Pont. Max. reseruata est; nam neque in hoc casu absolui poterit; ita enim dixit Anchar. in eod. c. veniens, & sequi eum videtur Phil. Prob. in cit. c. 3. in Addit. ad Ioan. Monac. nu. 10. vers. Quæcunque. de sent. excom. lib. 6. quorum sententia mihi etiam non satisfacit; nam absolutio hæc in diem fit, idest quousq; testimonium ferat, & solùm ad eum actum prodest, vt infra suo loco probabimus, ac propterea nullum præiudicium excõmunicatori, eiuè, quamobrem excommunicatus est, generatur; hinc Io. Mon. in cit. c. 2. n. 16. absolutionem non esse dixit; hanc igitur opinionem sequor, vt & sic lata valeat. Tertiò propositam regulam locum habere nolunt quidam. s. glos. fin. eod. c. veniens. in fin. & Inno. eod. in fin. & Felin. nu. 24. & Abb. nu. 18. vbi. s. pro certo excommunicationis sententia valet; solùm enim absolui hunc posse inquiunt, vbi quæstio pendet, an excommunicatio necne valeat. Mihi tamen & in hoc contraria sententia placet; tum quòd in Curia Romana consuetudine ita seruari testantur Host. & Ant. & Card. in cit. c. veniens. nu. 18. & Felin. nu. 22. & Imol. nu. 7. in fi. & Addit. ad Capell. Tholos. decis. 33. quam & sequitur contra Sicul. & ita se vidisse seruari ait; tum quòd nemini præiudiciũ fit; quandoquidē statim atq; testimonium hic tulit, in eandem excommunicationem ipso iure incidit, vti Host. atq; omnes concludunt, sicut inquit Felin. eod. c. veniens. nu. 27. & in c. ad reprimendam. nu. 1. vers. Reducere non omittas. de off. ord. & Couar. eod. n. 5. versic. Est enim huius absolutionis aliud peculiare. de sent. excom. lib. 6. & Abb. eod. c. veniens. nu. 18. & Imol. nu. 7. in fin. quamuis contrarium senserit Aret. eod. nu. 7. quem improbauit, ac rectè Felin. in cit. c. ad reprimendam; sententia excommunicationis igitur, valeat necne, dubitetur, nihil interest. Quartò regula ipsa cessat, vbi aliunde, quàm ab excommunicato, probationes haberi possunt; nam tunc neq; ad hoc excommunicatus absoluetur; quæ sententia probari videtur in eodem c. veniens. in fi. vbi Canonici excommunicati absoluuntur ad testimonium ferendum; quoniam, quæ in capitulis aguntur, ait ibi Rom. Pont. non facilè nisi per Canonicos ipsos probari possent; ergo aliàs secus, atque ita gloss. fin. in fin. sensit, & sequuntur eam Bald. ac Felin. nu. 26. & Add. ad Capell. Tholos. decis. 33. & hanc ego etiam sequor. Postremò excipitur, vbi absolutus testimonium ferre nihilo magis posset; nam neque tunc absoluetur, neque enim lex frustra operatur; quando autem id contingat docuimus infra, vbi rem hanc pluribus ipsi egimus: quæ autem diximus de excommunicato ab homine, eadem & de excommunicato à iure dicta esse volumus. Verùm an episcopus à quacunque censura, à quocunque lata, & Romano Pont. etiam reseruata, eum absoluere possit, cui beneficium conferre vult, quò eius collatio valeat? concludendum est episcopum ab ijs absoluere tantùm posse, à quibus aliàs poterat, vt dixit Nauar. in c. ita quorundam. not. 11. nu. 18. vers. Quintò, & nu. 23. versic. Octauò de iudæ. Nec repugnant, quæ diximus de teste; tum quòd de ipso speciatim id permissum est; tum quòd de alterius commodo ibi agitur, quæ hic desiderantur; hi sunt ergo casus, vbi à iure absoluendi facultas ijs datur, qui aliàs absoluere non possunt.

De

De ijs, quæ inesse, etsi non necessariò, ei debent, qui à censuris absoluit. Cap. V.

SVMMA.

1 *Absolutio à censura gratis dari debet.*
2 *Simoniam cõmittit recipiens aliquid pro absolutione tribuenda.*
3 *Absolutio à censura pendet à potestate spirituali.*
4 *Simoniam an committat excommunicatus, si quicquam præstet, quò absoluatur, vbi aliter excommunicator ipsum absoluere non vult.*
5 *Statutum valet, vt excommunicatus aliquid præstet, quamdiu in excommunicatione perseuerat.*

1 INESSE demum, † etsi non necessariò ei debet, qui absolutionem à censuris tri-
buit, vt gratis absolutionem tribuat; sic enim habetur in c.ad aures.de simon.sic
Inn. Abb. Felin. ac DD. ibi not. & Phil. Franc. in c.vn.in princ.de his, quæ met.
2 cau.fiunt lib.6.† alioquin, si quid recipit, simoniam committit arg.c.non solùm.
1.q 3. & vt inquiunt Inn.in eod.c.ad aures, & glo.ibi, & Phil. Franc. eod. & Syl.
3 in verb. simonia.nu.8.vers.Quartum; † nam absoluere à censuris spirituale est, quandoquidem
à spirituali potestate pendet, idest à iurisdictione ecclesiastica, quæ spiritualis est, vti sensit Ab-
bas in c.consulere.nu.3.vers.Quædam sunt spiritualia, quæ dependent à potestate spirituali, &
Felin.eod.nu.1.de simon.& Caiet. in summ. in verb. simoniam, paulòpòst principium; vendi-
4 tione verò spiritualiũ simoniam committi palàm est arg.tot.tit.de simon.† At quid si excommu
nicator nollet, nisi prætio dato, absoluere, an excommunicato licebit quicquam absque simoniæ
vitio ei præstare? glo. in cit.c.ad aures. simoniam ab ipso non committi existimauit; nam hic,
vt inquit glo. ex quo satisfacit excommunicatus, & non absoluitur, si quid præstat, id facit, ne
vexetur; at, aliquid præstare ne vexetur, licet, arg.c.dilectus.de sim.ergo, &c. Inn.aũt nihil dan-
dum, sed superiorem adeundum sensit, eandem opinionem sequitur Card.nam à peccato nulla
vexatio excusat arg.c.sacris.de ijs, quæ vi, metusue causa fiunt, & si quid damni patietur, contra
ipsum non absoluentem aget, quò illud recuperet arg.c.sacro.de sent. excomm. hæc ratio mihi
non satisfacit; quid enim si iudex ille soluendo non sit? Quarè Ioan. andr. vbi damnum quod-
piam excõmunicato imminet, nisi absoluatur (vtpotè, quia eligi speratur, præscriptionẽ contra
ipsum currit, & nisi absoluatur, ius suum perdet) tunc aliquid tribui ab ipso posse, non aliàs exi-
stimauit, cuius sententiam & Abb. ibi secutus est. Ego autem opinionem Innoc. sequor ob cit.
c.sacris. Nec repugnat, quòd primò dicebatur hunc vexationem redimere; nam ea vexatio ea-
dem cum absolutione excõmunicationis est; ac propterea vexationem in hoc casu redimere, nil
aliud est, quam absolutionem comparare, quod prohibitum est. Non repugnat etiam illud Ioã.
andr. nam, si quid detrimenti patiatur, vel in integrum restituetur; vel ab excõmunicatore dam
num recuperabit; vel, si neutrum id possit, primum ob rei naturam, alterum ob iudicis inopiã
æquo animo feret, cùm per legem non stet, sed per aliud, quò minùs suum damnum recuperet
arg.l.duo sunt Titij.ff.de test.tutel.accedit, quòd opinio hæc tutior est, ac propterea amplexan-
da arg.c.iuuenis.de spons. nihil igitur pro absolutione à censuris dari debet, etiam si excommu
5 nicator absoluere ipsum nollit. † Verùm an statutum valet, vt excõmunicatus in singulos men
ses, quibus in excommunicatione excommunicatus perseuerat, decem exempli gratia soluat?
Hostien. quem refert Abb.in cit. c. ad aures, statutum hoc valere existimauit; tum quòd pecu-
nia hæc pro contumacia præstatur, ac propterea peti potest arg. eorum, quæ tradidit Felin. in
c.irrefragabili.de off.ord. vbi ecclesiasticum iudicem pecuniariam pœnam imponere posse cõ-
probauit; tum quòd hic simonia non committitur, & excommunicatus ad absolutionem cele-
riùs petendam faciliùs mouebitur, quod in primis ecclesia studet arg.c.1.de except.lib.6. sta-
tutum igitur hoc sine dubitatione valebit; quam opinionem sequuntur Abb.in eod.c.ad aures.
& DD.vt ait Felin.eod.nu.4.vbi & Rot.& Rom. eandem comprobare inquit, idem Felin. in cit.
c.irrefragabili.nu.5. vers.Cùm istis etiam concordat.de offic.ord.& Innoc.in c.vt super appella
tione.de appell.lib.6.Hanc tamen pœnam statuti non soluet is, qui elaborauit, vt absolueretur,
quantũ potuit; non itidem pro pœna in diem aut interdictus, aut suspensus; nam hic, etiam si ve
lit, absolutionem consequi non potest; quare in his casibus, cùm culpa vacent, hi statuti pœnam
non sentient arg.c.2.de const.& c.2.de his, quæ fiunt à maior.part.cap. in antiq.& c.sine culpa.

&c. imputari non debet. de regul. iut. lib. 6. sed iam de homine hactenus; ad collegia, quæ & censuras ferre possunt, transeamus.

De collegijs efficiente causa ordinaria censuræ ecclesiasticæ; & de ijs, quæ ad eam ferendam necessariò inesse ipsis debent. Cap. VI.

SVMMA.

1 *Collegium ecclesiasticũ censuras ferre potest.*
2 *Concilium generale, prouinciæ, ac diœcesanũ, censuras ferre potest.*
3 *Collegium se ipsum irretire censura non põt.*
4 *Collegium in singulos ex ipso collegio censuras ferre potest.*
5 *Collegium admittẽs eos, qui habiles non sunt, ad censuram ferendam nihil facit.*
6 *Collegium, si suspensum ipsum sit, vel singuli ex eo suspensi, excommunicatiq; omnes sint, censuras ferre non potest.*
7 *Collegium pro re sua, vt iudex censuras ferre nequit.*


AB homine, & à collegijs censuras ferri posse cap. 2. docuimus; & hactenus, vbi ab
homine fertur, id egimus; reliquum igitur est, vt, vbi à collegijs feruntur, iã aga
mus, si primò, quidnam collegium sit, descripserimus. Collegium igitur huius
modi est corpus quoddam ex clericis constans ad Dei cultum vberiorem institu-
tum; quo in numero cathedralium ecclesiarum capitula sunt; necnon aliarũ, quæ
collegium habent, vel secularium, vel regularium clericorum sint; necnon concilium generale,
item concilium prouinciæ, necnon synodus diœcesana; hoc præmisso, iã rem ipsam aggredia-
1 mur. † Collegium igitur censuras itidem ferre potest; sic enim dixit Syl. in verb. excommuni-
catiõ. 1. nu. 5. & Sot. dist. 22. q. 2. art. 1. con. 1. vers. Nonne autem prælatorum. lib. 4. & vt de Ca-
pitulo cathedralis ecclesiæ probatur in c. vn. de maiorit. & obed. & in c. 3. cum seq. de suppl. ne-
2 glig. prælat. eod. lib. † & de Concilio generali in c. 1. de iud. & de Concilio prouinciæ in c. graue
nimis. de præb. habent enim Concilia hæc iurisdictionem arg. cit. c. graue nimis, vbi & DD. id
not. & vt pluribus rem hanc egit Vgonius Episcopus Phamaugustanus in tract. de conc. in præ-
lud. cap. quo ordine, vel modo Concilium prouinciale celebretur, vers. Postremò pro condimen
to, & in tertio tract. cap. An vniuersale Concilium iurisdictionem habeat; non est igitur, quòd
hac de re dubitemus. Necessariò autem ad censuram ferendam inesse ipsi collegio debent, quæ
3 inesse necessariò debere homini censuram laturo supra cap. e. comprobauimus. † Primùm igi-
4 tur se ipsum interdicto, suspensioneuè obligare non potest. † Atqui an singulos, qui ex colle-
gio sunt, afficere censura collegium poterit? planè id posse concludendum est; neque enim ip-
si singuli se ipsos censura obligant, quod prohibetur, sed ab ipso collegio ea pœna obligantur,
quod collegium iudex est, vt asserunt Innoc. in c. irrefragabili. nu. 1. & Abb. nu. 2. de offi. ord. &
probatur in cit. c. irrefragabili; namque collegium non idem, quod singuli ex eo, est arg. l. sicut.
ff. quod cuiusq; vniuers. nom. & l. 4. & l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. ff. de iniuf. voc. Secun
do loco collegium huiusmodi ex clericis constare debet; nam, cùm laici sententiam censuræ fer-
re nequeant, sicuti supra probauimus cap. 2. §. clericus, iure neque collegium, si ex laicis cõstet,
illud poterit arg. c. vn. ne sed. vac. lib. 6. accedit quòd de his rebus, quæ ad laicos non pertinent,
ex ipsis collegium constare non posse, etiam si maiori ex parte clerici sint, asseruit Bar. in l. fin.
5 nu. 16. ff. de coll. illic. † Quare, si laici, vti homines ex collegio à scientibus ad iurisdictionẽ exer
cendam admissi fuerint; quod actum fuerit, non valere, ac propterea nec censuras latas conclu-
6 serunt Abb. in c. cùm super eo. nu. 11. & Dec. nu. 9. de offi. deleg. † Tertiò si suspensum collegiũ
sit, ac per se, denunciationeuè notissimum id habeatur; quòd tunc iurisdictionem exercere nõ
potest arg. c. vn. ne sed. vac. lib. 6. vbi Capitulum suspensum beneficia conferre non potest, id q̃d
ad iurisdictionem pertinet, vt dixit glo. communiter recepta in c. transmissam. de elect. ob eam
rẽ neq; censuras ferre poterit; nam & ad iurisdictionem hoc etiam pertinet, sicuti eadem gloss.
sensit in cit. c. transmissam. de elect. & vt nos antea probauimus in cap. 2. §. iurisdictionẽ. Idem
concludimus, vbi singuli homines ex collegio eadem ratione aut excommunicati, aut suspensi
sunt, vt probatur in cit. c. vn. ne sed. vac. vers. Vel singulariter omnes: at quid si partim tantùm
ex collegio excommunicati sint, an si & ipsi rebus, quæ à Capitulo geruntur, interfuerint, gesta,

atq; censurę latæ valebunt? planè, si collegiũ id sciens eos admiserit, nihil valebit; sic.n.proba-
tur in c.fin.de procur. sic inquiunt glo.in c.fin.9.q.1.& Innoc.in c.ex nobis. de elect.& Abb. in
c.illa.nu.7.& in c.in causis.in fin.eod.& in c.cùm super.nu.11. & ibi quoque Dec.de offi.deleg.
in antiq. & Ant.in c.si quando.n.5.de elect.lib.6.viden. secus autẽ si à collegio, à maioriuè par-
7 te id ignoretur de eorundem sententia. † Postremò, vt mittam reliqua, de quibus antea cap.2.
satis egimus, neque in singulos ex collegio, si cum ipsis collegium litem habeat, vt iudex censu
ram ferre potest; nam tunc in ipsos iurisdictionem collegium non habere, tanquam in re sua in-
quiunt Innoc. & Abb. in c.in genesi. nu.2. de elect. ac de communibus ipsi collegio cum alijs
iudicibus satis.

S V M M A.

1 *Collegia probata esse debent, quò censuræ ab ipsis latæ valeant.*

2 *Collegij partes duæ saltem ex ijs, qui volunt, debent, ac possunt interesse, quò ab ipsis acta valeant, conuenisse debent.*

3 *Collegij maior, saniorq; pars consensisse debet, quò ab ipsis actum valeat, & id simul.*

4 *Absoluere à censuris à collegio latis quisnam possit.*

I.

Inesse quoque eisdem collegijs multa debẽt, quæ ipsorum propria sunt, quò ab ipsis cùm
alia, tùm censuræ latæ valeant; quæ, ne extra rem egrediamur, breuiter ipsa hic percur-
1 ramus. † Primùm igitur collegia hæc ab ecclesia probata esse debent arg. c.fin. de relig. dom.
in antiq. & c.1.eod.lib.6.& vt inquiunt Bart.in l.1.in.de coll.illic.& Innoc. & Abb. in c.dilecto.
de excess.prælat. huiusmodi autem generis cathedralium ecclesiarum, sicuti etiam regularium
collegia esse nemo dubitabit; hæc enim in Ecclesia Dei permissa sunt; hæc pietatem Christianã
sanctiùs excolunt; in hoc quoq; numero Concilia cùm generalia, tùm prouinciæ, nec non diœ-
cesanæ Synodi recensentur, modò legitimè congregata sint; Generalia.s.Romani Pont. auto-
ritate, vt habetur in c.1.cum seq.dist.17.& vt glo.sensit in c.quòd translationem, & ibi quoque
not.Abb.nu.6.de offi.leg. Prouinciæ verò aut Archiepiscopi, aut Legati eius prouinciæ, vt hoc
etiam probatur in c.quoniam.dist.18.& in c.sicut.de accus. atq; ita communiter receptum hoc
esse testatur Abb. in eod. c. quod translationem.nu.7. Synodus verò episcopo diœcesis autore
arg.c.annis singulis.dist.18.& vt Abb.not.in c.sicut.de accus. alioquin nihil valet, quod ab ipsis
geritur. Secundo loco, vt dum censuram ferre volunt, sicut etiam aliud quid agere, vniuersi, qui
suffragij dandi facultatem habent, vocentur; sic enim dixit Bart.in l.nulli. in fin. ff.quod cuius-
2 que vniuersitatis nomine, & Abb.in c.cùm inter vniuersas.nu.9.de elect.† Tertiò, vt duæ colle-
gij partes ex ijs conuenerint, qui conuenire volunt, debent, ac possunt; sic enim probatur in l.
nulli, cum seq. & ibi not.glo.& Bart.nu.8. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine, sic tradit Abb.
in c.quia propter, & in c.bonæ memoriæ.2.num.4.& in c.inter canonicos.nu.6.de elect. & in c.
3 cùm omnes.nu.11.de const. de communi DD. sententia testatur. † Quartò, vt maior, saniorq;
pars ex ijs, qui conuenerunt, suffragijq; dandi facultatem habent, ad id, quod fit, consentiant
arg.c.ecclesia vestra,& ibi not.Abb.de elec.& c.licet,& ibi etiam nu.8.eod.& vt inquiunt quoq;
Abb. in c.quia propter.nu.7.& in c.cùm in iure.nu.5.& in c.in genesi.nu.6.eod.& in c.1.de his,
quæ à maior.par.cap.fiunt; maior autem, saniorq; pars accipitur respectu habito ad totũ colle-
gium congregatum; nam sic habetur in c.ecclesia vestra.de elect. & ibi not. Abb. idem asseruit
in c.quoniam, & ibi Addit.ad ipsum de iure patron. Postremò vt, quod agunt, vtpotè si censu-
ras ferant, in vnũ congregati ijdem simul deliberẽt, simulq; decernant, alioquin à collegio factũ
non diceretur; sic enim inquiunt Bart.in l.aut facta.§.fin. nu.9.ff.de pœni. & Abb.in c.gratum.
num.7.de postul.prælat.& in c.auditis.num.7.in fin. de elect. & in c.in genesi. eod. & in c.fin. de
sortil.& in c.cùm omnes.nu.7.& ibi Addit.ad eum, vbi quoq; Felin.nu.24. de constit.& in c. di-
lectus.de simon. quo in loco Felin.nu.6.vers. Sextò de communi testatur; etenim, cùm ipsum
collegiũ corpus quoddam sit, iure, quò eius, quatenus fieri potest, speciem quandam ipsi referãt,
simul congregati consulere, simulq; decernere debent, alioquin non à collegio, sed à singulis id
factum diceretur, atq; ita sensit Rom. Pont. in cit.c.in genesi.de elect. Hæc igitur sunt, quæ ge-
neratim de collegijs contemplanda à nobis sunt; quæ præcipua verò concilia, quæ diximus, ha-
bent, consultò prætermittimus, ne à proposito discedamus, & quòd de ipsis Vgonius Episco-
pus Phamaugustanus in tract.suo de conc.hæc pluribus prosecutus est; ac de collegijs hactenus;

4 † si illud addiderimus, eosdem absoluere à censuris à collegio latis posse, qui à censuris ab homine latis possunt, de quibus antea cap. 4. egimus.

De delegato efficiente causa censuræ ecclesiasticæ; & de ijs, quæ ad eam ferendam necessariò inesse ei debent. Cap. VII.

SVMMA.

1 Delegatus censuras ferre potest.

2 Delegatus in eos censurã ferre potest, qui cum excommunicato à se versantur.

3 Delegata iurisdictio quaenam dicatur.



De ordinarijs iudicibus, de homine, s. ac de collegijs, qui censuras iure ordinario ferre possunt, egimus; iam de delegato ab hisce, qui easdem censuras delegationis iure ferunt, ac primò de ijs, qui cum causæ cognitione dati sunt, agamus. Hi autẽ sunt, quib. non est datũ, vt simpliciter censurã ferãt, quo casu merã executionẽ, nudumq; ministeriũ habere dicuntur; sed causa cognoscenda commissa est; in
1 qua, sicuti ratio postulat, censuras ferre queunt. † Delegatus igitur hic ab ordinario censuras itidem ferre potest; sic enim probatur in c. 1. & in c. præterea, & in c. significasti, & in c. sane, & in c. ex literis. de offic. deleg. & in c. quærenti. de verb. sig. sic inquit ibi Abb. & Bero. in c. 1. nu. 82. de iud. & Couar. qui communem opinionem hanc esse testatur in c. alma. par. 1. §. 11. nu. 1. vers. Ex hoc apparet. de sent. excom. lib. 6. Quare & excommunicare, & suspendere, & interdi-
2 cere delegatus poterit; † & eos etiam, qui cum excommunicatis à se versantur, vt habetur in c.
3 statutum. de sent. excom. lib. 6. & ibi not. Gemin. & Anchar. † Iurisdictio autem delegata hæc, quatenus ad rem nostram pertinet, est iurisdictio ecclesiastica fori contentiosi, quæ inhærens deleganti à delegato exercetur, vt colligitur ex l. 1. §. qui mandatam, & ex l. & si prætor. ff. de offic. eius. iunct. l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudic. qua ratione verò delegatio hæc probetur in c. cùm in iure. de offi. deleg. DD. tradiderunt.

SVMMA.

1 Delegatus ab eo iurisdictionem delegatam habere debet, qui eam delegare potest.

2 Delegare quis possit.

3 Delegans impeditum iurisdictionis vsum habere non debet, vbi delegat.

4 Delegatus nihil facere potest, sed delegatus esse desinit, si antequam cognoscere causam cœperit, ordinarius, à quo iurisdictionem habet, morte, ratione ne alia iurisdictioné amiserit.

5 Delegatus dicitur rem cœpisse, statim atque legitima citatio facta est; & an citatio in vna causa facta alijs prosit.

6 Absoluendi facultate alicui commissa quò ad multos, si moriatur, qui eam commisit, quò ad non absolutos delegati iurisdictio extinguitur, nisi omnium, qui absoluendi sunt, negocium coniunctum, connexumq; sit.

7 Delegatus simplex qui est ad excommunicandum, censurámue aliam ferendam, idest sine causæ cognitione, hic censuras ferre potest in casibus ipsi permissis, sed non ab ipsis absoluere.

8 Absoluere à censuris latis à delegato simplici quis possit.

I.

1 § Necessariò autem inesse huic delegato præter ea, quæ ipsi cum ordinarijs communia sunt, de quibus cap. 2. satis egimus, hæc debent. † Primùm, vt iurisdictionem ab eo mandatam
2 habeat, qui eius mandandæ potestatem habet. † Hic autem ordinarius iudex est, vt probatur in l. more. ff. de iurisd. omn. iud. & vt asserunt glo. Bart. Castr. Ias. ac DD. ibi, & in l. vnic. C. qui pro sua iurisdictione, & Abb. in c. cùm Bertoldus. nu. 5. de re iudic. Romanus Pont. igitur, Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, Abbates, ac Priores regulares, quòd ordinariam iurisdictionem habent, statim atq; si Romanus Pont. fit, electus est; reliqui, si eligantur, post confirmationem; alioquin, si non eligantur, post factam prouisionẽ, seruata nihilominus Extrauag. Iniunctæ nobis. de elect. delegare iurisdictionem possunt, sicut conclusit Abb. in c. Suffraganeis. num. 2. & in c. nosti. num. 4. de elect. ab hoc igitur iurisdictionem delegatam habere quis debet.

† Item

3 † Item necessariò requiritur, vt ordinarius hic eo tempore, quo causam delegat, impeditum iu-
risdictionis vsum ne habeat; nam tunc delegatio facta non valet; quot autem modis id contin-
4 gat, docuimus supra cap. 2. § non solùm autem. † Tertiò requiritur etiam, vt eo tempore, quo
causam cognoscere delegatus incipit, ipse delegans iurisdictionem habeat; alioquin, post man-
datam iurisdictionem, antequam res agi cœpta sit, si is, qui eam delegauit; exempli gratia mor-
tuus sit, delegatus nihil poterit; nam iurisdictione priuatus est, vt habetur in l. & quia, & ibi not.
DD. ff. de iurisd. om. iud. & in c. licet, vbi Abb. nu. 3. de off. deleg. idq; ipso iure, sicuti asseruit Bart.
in cit. l. & quia nu. 18. vbi aliós idẽ sentire ait, & Ias. in l. more eo. nu. 68. Res igitur agi cœpta
5 esse debet; † id autẽ fiet, vt habetur in c. gratum. de off. deleg. vbi & id not. legitima citatione fa-
cta; nam hac ratione res integra esse desinit, vt probatur c. fin. de off. leg. & communiter rece-
ptum id esse testatur Ias. in l. more. nu. 58. ff. de iurisd. omn. iud. iunct. c. proposuisti. de foro com.
& l. accusatorus, & ibi Bart. ff. de adult. & Felin. in c. ex tenore. de adult. nu. 5. An autem citatio
in vna causa facta iurisdictionem in alijs confirmet? communiter concluditur, vti Felin. testatur
in c. pastoralis. § quoniã. nu. 2. vers. Perpetuatio circa expressa. de rescript. vt, si coniunctæ, con-
6 nexæq; causæ non sint, citatio in vna facta alijs non prosit, nec iurisdictionem confirmet; † qua-
re, si commissio alicui facta sit, vt excommunicatos plures absoluat, extingui mandatum com-
mittẽtis morte quò ad non absolutos, ita vt absolui ab eo delegato deinceps nequeant, asseruit
Felin. ibidem, nisi negocium omnium, qui absoluendi sunt, connexum sit: & hæc, quę de morte
diximus, eadem sentimus, si quacunque alia ratione ordinarius iurisdictionem amiserit, vt de
deposito, ad aliumuè locum translato tradidit Abb. in c. licet. de off. deleg. ob eandem rationẽ.
Quid autem si post delegationem factam delegans quidem non moriatur, sed in excommunica
tionem, suspensionemuè incidat, idq; notissimum sit, an delegatus causam sibi mandatam co-
gnoscere, ac propterea & censuras ferre poterit? hanc quæstionem disputauimus supra cap. 4.
§. 4. nu. 7. illinc igitur dissolutionẽ ipsius promemus. Postremò requiritur etiã in delegato, si ab
Apostolica Sede, eiusuè Legato causa committatur, vt seruetur dispositio c. statutum. de re-
script. lib. 6. hæc de delegato cum causę cognitione, & de ijs, quæ necessariò inesse ipsi debent.
Iam verò, quæ inesse eidem, sed non necessariò debent; & quis à censura à delegato huiusmodi
lata absoluat, agenda essent; sed quoniam prius cap. 3. tradidimus, posterius cap. 4. ideò, his
omissis, de altero delegato, qui .s. sine causæ cognitione censuræ ferendæ facultatem manda-
7 tam habet, agamus. † Delegatus igitur hic est is, cui simplex ministerium, executioq; permissa
est, is .s. cui, vt aut excommunicet, aut aliam censuram ferat nulla cognitione adhibita, permit-
titur, vt DD. omnes concludunt; ab hoc igitur delegato si censuræ ferantur, ipsæ valebunt; ita
enim sensit glo. fin. in c. peruenit. 7. q. 1. & in c. cùm inferior. in verb. ligare. vers. Item est hic ar-
gumentum, & ibi quoq; Felin. nu. 5. vers. fallit tertiò. de maior. & obed. & quamuis excepta iu-
risdictione ijs qualitatibus hunc præditum esse oporteat, quibus præditos esse oportere alios, q
censuras ferunt, diximus; ipsum tamen delegatum excommunicatum à se, aliauè censura irre-
titum absoluere non posse cit. glo. & Felin. ibidem asserunt argum. c. super quæstionum. §. 1. &
c. fi. §. fi. de off. deleg. idq; meritò, nam vt censuram tantùm ferat, ipsi mandatum est; ergo cẽ-
sura lata nihil deinceps agere potest; tum quòd fines mandati egredi ei non licet arg. l. diligen-
ter. ff. mand. tum quòd aliàs mandatum præter mandantis animũ operaretur contra c. non om-
nis. ff. si cert. pet. Excipitur tamen, vbi speciatim, & vt absolueret, ei mandatum esset; nam tũc
8 absoluere poterit, sicut asseruit gl. in c. si homo. 27. q. 1. & Felin. in cit. vers. Fallit tertiò. † At, vbi
delegatus non absoluit, quis tunc absolutionem tribuit? is, qui delegauit, necnon superior, aut
successor ipsius delegantis, vti supra tradidimus cap. 4. sed de vtraque specie delegati hactenus,
ad subdelegatum transeamus. Si illud addiderimus, vbi certum ministerium alicui sinè iurisdi-
ctione commissum est, hunc excommunicare non posse, nisi adsit clausula Contradictores, &c.
atq; sic dixit Nicol. de Milis. in repet. in verb. iudex, cui certum, viden.

De subdelegato efficiente causa censuræ ecclesiasticæ; & de ijs, quæ ad eam ferendam necessariò inesse ipsi debent. Cap. VIII.

S V M M A.

1 *Subdelegatus censuras ferre potest.*

2 *Subdelegatus is dicitur, q à delegato datus est*

3 Subde-

3 *Subdelegatus à quibus detur.*
4 *Subdelegans excommunicatus, suspensusuè subdelegando nihil facit.*
5 *Subdelegatus facultatem sibi traditam amittit, si re integra, qui primò delegauit, iurisdictionem amiserit.*
6 *Subdelegatus potestatem sibi traditam amittit, si subdelegans re integra facultatem traditam amiserit.*
7 *Absoluere à censura à subdelegato lata quis possit.*

1 † SVBDELEGATVS quoq; censuras ferre potest, vt probatur in c. ex literis. de offic. deleg. & vt sensit glo. in c. quisquis. 2. q. 6. & Syl. in verb. interdictum. 3. num. 3.
2 † Subdelegatus autem est delegatus à primo delegato datus argu. c. licet. de offic. delegat. in antiq. & c. si à subdelegato. eod. lib. 6. Necessariò autem ad censuram ferendam inesse ipsi (præter ea, quæ communiter in omnibus; qui censuras ferũt, requiruntur, quæ sup. cap. 2. proposuimus) hæc debent. † Primùm vt facultatem hanc ab eo de-
3 legato habeat, qui subdelegare possit; non enim omnes delegati, sed quidam solùm subdelegandi potestatem habent. ſ. Romani Pont. delegatus arg. c. pastoralis. & c. quoniam. de offi. deleg. & c. cùm causam. de appell. & vt sensit glo. communiter recepta in l. & quia. ff. de iurisd. omnium iud. & Ias. in l. à iudice. C. de iud. Item delegatus ad vniuersitatem causarum; nam & hũc ex ea vniuersitate subdelegare aliquam posse asserunt. Host. Ant. Alex. quos refert, ac sequitur Ias. in cit. l. à iudice. nu. 8. postremò & is, cui, vt subdeleget, permissum est; sic enim tradidit Ias. in cit. l. à iudice; ab huiusmodi ergo delegatis subdelegatus quis esse debet, quò ab ipso acta, censureq; latæ valeant. † Secundo loco requiritur, vt subdelegatio facta sit eo tempore, quo de-
4 legatus impeditam iurisdictionem non habet; quare subdelegatio non valebit, si fiat, vbi delegatus excommunicatus, suspensusuè, aut denunciatus, aut notorius est. † Tertiò requiritur etiã
5 vt, quando subdelegatus exercere facultatem cœpit, is, qui subdelegauit, primi delegantis vitio iurisdictionem non amiserit; nam, si exempli gratia primus delegans re integra, antequam, scilicet delegatus, subdelegatusuè causam cognoscere cœperit, moriatur, quò d tunc delegatus iurisdictionem amittit; vt habetur in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iud. & c. gratum. de off. delega. in antiq. & c. si à subdelegato. eod. lib. 6. neque subdelegatus quicquam poterit arg. Auth. multo magis. C. de sacr. sanct. eccles. non enim subdelegando causam cognoscere quis dicitur; sicut
6 disputauit Gemin. in eo. c. si à subdelegato. † Idem quoque erit, si, antequã subdelegatus causam cognoscere cœperit, idest re integra delegatus, qui secundus delegans est, moriatur; sic enim habetur in c. licet. de off. deleg. in antiq. & not. glo. in eod. c. quamuis. eod. lib. 6. nam tunc facultatem sibi traditam amittit. Quid autem, si aut primus delegans, subdelegansuè iurisdictionem quidem non amiserit; sed ratione quapiam, vt exempli gratia excommunicatione, suspensioneuè impeditam habeat, an subdelegatus facultatem sibi traditam exercebit? hanc quæstionẽ supra disputauimus capit. 4. §. delegatus; illinc igitur eius dissolutionem petamus. Hæc sunt, quæ necessariò inesse subdelegato debent; quæ autem non necessariò requiruntur, antea cap. 3.
7 explicauimus. † Sicut autem subdelegatus censuras ferre potest, ita & easdem à se latas tollere; ex quo apparet nos de subdelegato eo agere, qui causæ cognitionem habet; nam de eo, qui nudus minister quò ad censuram ferendam est, idem sentimus, quod de delegato, qui causæ cognitionẽ non habet, in superiori cap. sensimus. An verò alius præter subdelegatum absoluat, abunde cap. 4. id egimus; sed iam ad legem efficienté quoq; cãm censuræ ferendæ transeamus.

De lege efficiente causa censuræ ecclesiasticæ; & de ijs, quæ inesse ipsi debent quò censura ab ea lata quis obligetur. Cap. IX.

SVMMA.

1 *Lex censuram ecclesiasticam ferre potest.*
2 *Legis nomine quid comprehendatur.*
3 *Lex ab eo lata esse debet, qui eius ferendæ potestatem habet, quò censura per ipsam lata valeant.*
4 *Romanus Pontif. Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Legati à latere, Concilia, Capitulum ecclesiæ cathedralis leges ferre possunt.*

A lege

1 A † Lege demum cenſuræ eccleſ. feruntur, vt vidimus cap. 2. §. 1. in hac Tab. & vt
dixit Hoſtien. in ſumm.nu.3.verſ.Quis poſsit excommunicare.de ſent.excomm.
2 † Legem autem hic non Romanorum Pontificum tantùm, ſed & aliorum inferio-
rum antiſtitum conſtitutiones, & Conciliorum canones, ſtatutaq; collegiorum
3 eccleſ. accipimus. † Neceſſariò autem ineſſe ei hæc debent, quò per ipſam cenſu-
ra lata obliget. Primùm, vt ab eo lata ſit, qui eas qualitates habet, quos habere cenſuras per ſen
tentiam laturos antea probauimus. Iuriſdictionem igitur, merum, inquam, imperium, vt hic
habeat, neceſſe eſt; nam huiuſmodi iuriſdictionem ad legem ferendam poſtulari aſſeruit Bart.
in l.imperium.nu.6.& nu.8.ff.de iuriſd.omn.iudic. & in l.omnes populi.nu.3.cum ſeq. & ibidē
Iaſ.nu.34.vbi & quoſdam alios idem ſentientes refert ff.de iuſt.& iur.& communiter receptum
4 hoc eſſe teſtatur Alex.in cit.l.Imperium. nu.4. † Quare, quòd iuriſdictionem hanc habent Pon-
tifex Max. Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, è latere Legati, Concilia cuiuſcunq; generis;
ac demùm Capitula, atq; collegia clericorum, cùm ſecularium, tùm regularium; ob eam rem
ab his & leges ferri, & per eaſdem leges cenſuræ promulgari poterunt. Ac de Romano Pont. vt
Summo Principe probatur l.fin.C.de legibus, & Bart. hoc tradidit in l.omnes populi.num.2.ff.
de iuſt.& iur.& in ead.l.Imperium.n.8.& in l.1.ff.quod quiſq; iuris, & declarant id optimè tùm
conſtitutiones, ac decreta Roman. Pont. quibus referti libri ſunt; tùm hoc, quòd ab ipſis Pon-
tificium ius eſt nominatum. De Patriarchis, & de Archiepiſcopis, & de Epiſcopis probatur in c.
fin.de conſt.lib.6.& c.nullus.3.q.4. & DD. hoc ſentiunt glo.in eod.c.fin. & in c.2.& ibi quoque
Abb.de maiorit.& obed. in antiq. & in ſumm.diſt.18. & in princ.de conſecr.diſt.5.& Abb.in c.
fin.nu.5.& ibi quoque Innoc.de off.leg.& in c.2.nu.6.de loc.& Add.ad Hoſtien. in ſumm.nu.7.
verſ.Quibus ex cauſis, in litera.C.in fin.de ſent. excomm. De Legato à Latere habetur in c.fin.
de offic.leg. De Concilijs, cuiuſcunque generis ſint, non eſt, quod dubitemus; nam eorum ſa-
lutaribus regulis Eccleſia magna ex parte regitur; atq; ſic dixit cit. Addit.ad Hoſtien. eod. De
Cathedralium denique eccleſiarū Capitulis, vt aliorum clericorum collegia omittam, hinc con
ſtat, quòd viuo ſuo antiſtite leges quaſdam ſibi dicere queunt arg. eorum, quæ traduntur in c.
cùm acceſsiſſent, & in c.cùm omnes.de conſtit. & vt ſenſit glo.in c.2.§.1.in verb.ſtatutū.de ver-
bor.ſignific.lib.6.& in c.cùm aliquibus. in verb.ſtatutis. de reſcript.eod. lib. 6. & Abb. in c.1.
nu.14. de ijs, quæ fiunt à maiori parte capitul. Mortuo autem eorum antiſtite, & conſtitutiones
pro tota diœceſi conformare queunt, vt aſſerunt Abb. in c.cùm olim. verſ. Septimò dubitatur.
de maiorit. & obed. & Anchar.in c.1. ne ſed. vacan. lib.6.& Dec. in c.cùm omnes.in 2.lect.nu.
12.vbi & alios idem ſentire ait de conſtit. Ab hiſce igitur & leges ferri, & per leges cenſuræ pro-
mulgari queunt, in quas incident, qui ipſis non obtemperauerint, vt ſenſit glo.in c.fi.de off.leg.

SVMMA.

1 Lex, ac conſtitutio de re eſſe debet, quæ ad legiſlatorem pertinet.

2 Epiſcopus non poteſt quicquam ſtatuere, quod Pontificio iuri repugnet.

3 Legati è latere, Patriarchæ, Archiepiſcopi, atq; inferiores iudices nihil contra ius pontificium conſtituere poſſunt.

4 Lex, quæ cenſuram fert, debet de ea re ferri, quæ ad legiſlatorem pertinet.

I.

1 § † De re, quæ ad legislatorem ſpectet, vt lex, conſtitione ſit, ēt requiritur. Non igitur quid-
2 quam, quod iuri Pontificio aduerſetur, excepto Pont. Max. ſtatuere quis poteſt; † Non
epiſcopus, ſicuti probatur in c.ſi quis presbyter, vel diaconus.7.q.1. & c. inſtitutionis, cū mul-
tis ſeq.25.q.2.& Clem.1.de ætate, & qualit.& in Extrauag.Sanctæ Romanę Eccleſ. Ioan. 22. &
ibi gloſſ. in verb. concilij. de relig. dom. & c.quod ſuper his, & ibi not.Abb.ac Felin. viden.de
maior.& obe. & vt aſſerunt glo.& Abb.in c.cùm dilectus.n. 10.de conſuet. & idem Abb. in c. fi.
de off.leg.n.6.& Henric.Bohic.in c.a nobis.1.vbi pluribus rem hanc egit.de ſent.excom.& Bal.
3 in l.omnes populi.nu.8. & Iaſ.nu.11.ff.de iuſt.& iur. † Non etiam Legati è latere contra cano-
nes, legesuè generales ſtatuere poſſunt; vt dixit Abb.in c.fin.de offic.archipresbyt. & in eod.c.
fin.num.6.vbi quoq; Innoc. de offic.leg. Minùs deniq; inferiores iudices id poterunt; quamuis
commune ius aut pœnis recentibus addendis, aut veteribus augendis adiuuare ſuis conſtitu-
tionibus poſsint, ſicut habetur in c.2.de conſtit.lib.6. vbi pro furto excommunicationis pœnā,
quæ aliàs communi iure non erat, epiſcopi ſtatutó irrogatam Rom.Pont. non improbauit, & vt
inquiunt

inquiunt Bald. in eadem l. omnes. ff. de iust. & iur. & in l. prográma. C. cōminat. vel epist. & Abb. in c. fin. de offi. Archipresbyt. & in c. cùm dilectus. nu. 10. de consuet. & in c. fin. de eo, qui furt. ord. suscep. & Vinius in Syl. comm. opin. opin. 746. † Quò igitur censuræ horum statutis latæ valeant, de re esse debent, quæ ad legislatorem pertineat, alioquin nihil fiet agr. c. fin. de const. lib. 6. & l. fin. ff. de iurisdic. omnium iudic.

SVMMA.

1 *Lex ferri in eos debet, in quos quis iurisdictionem habet.*

2 *Constitutionibus Romanorum Pont. vniuersi obligantur.*

3 *Statutis Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & huiusmodi iudicum; nec non Prouincialium, Generalium, Capitulorum, Collegiorumq́; ipsorum subiecti tantùm constringuntur.*

4 *Statuto episcopi, quo excommunicatio fertur, suæ diœcesis homines obligantur; & quid de non subditis, si in ea diœcesi contra illud statutū veniant, an & ipsi in pœnam eius statuti incidant.*

II.

1 § † In quos iurisdictionem legislator habet, in eos vt lex ab ipso feratur, necesse itidem est; alioquin, si contra statuatur, nihil fiet arg. c. à nobis. 1. de sent. excom. in antiq. & c. fin. de constit. lib. 6. & l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. & vt sensit Hostien. in summ. num. 6. vers. Quis valeat excommunicare de sent. excomm. Quare, quòd Pontifici Maximo subiecta omnis creatura est, vt asserunt Innoc. & Abb. & Felin. in c. 1. de constir. & in c. quod super de voto, & quod idem iudex ordinarius singulorum appellatur, vt dixit glo. in c. fin. in verb. compelli, & Abb. nu. 45. de foro compet. quódq; vniuersus terrarum orbis eiusdem territorium est, vt tradidit idē Abb. in eod. nu. 35. & in c. nuper. nu. 10. de sent. excom. & Phil. Prob. in Addit. ad Ioan. Mon. in c. eos.
2 nu. 10. de temp. ord. lib. 6. † Quare, inquam, his rationibus Romani Pont. constitutionibus, quatenus ad animarum curam pertinet, vniuersi Christi fideles obligantur arg. c. cuncta per mundum. 9. dist. 3. & c. fin. de constit. in antiq. & c. si Papa. vers. Cùm enim iure communi. de priuileg. lib. 6. Hinc si quis clericum iniuria percusserit, quicunq; hic sit, & vbilibet id faciat, in excommunicationem incidit; quandoquidem huiusmodi communi iure excommunicatio ea fertur, vt
3 probatur in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. † At Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Prouincialium, Generalium, Capitulorum, Collegiorū, ac deniq; huiusmodi iudicum statutis ipsis subiecti tantùm constringentur arg. cit. l. fi. & c. fin. de const. lib. 6. & c. fi. de offi. leg. in antiq. & c. à nobis. 1. de sent. excom. & hoc locum habet, vel deinceps subditi fiant; nam nihilominus ipsis obligabuntur, vt DD. communiter concludunt, & Couar. in c. alma. par. 1. §. 10. nu. 2. de sent. excom. lib. 6. etenim lex ad futurum respectum habet, & in primis in posterum consulit, vt habetur in c. fi. de constit. & ibi communiter not. Statuto episcopi ergo, quò excōmunicatio fertur, suæ diœcesis homines tantùm irretiuntur, sicut habetur in cit. c. à nobis. de sent. excom. neq; iniuria, nam reliqui ecclesiæ præsides, ac iudices in partem solicitudinis ecclesiæ regendæ, non in plenitudinem vocati sunt, vt dicitur in c. qui se scit. 2. q. 6. & in c. multū stupeo. 3. q. 6. & in c. ad honorem. de autor. & vs. pal. & vt tradidit Abb. in c. fin. de foro comp. n. 45. Non igitur homo ex diœcesi Ariminensi, qui furtum Arimini commisit, pœnis à statuto Episco-
4 pi Imolæ irrogaris, afficietur. † Quid autem si Ariminensis ille in Imolensi diœcesi furtum committat, an pœna statuti Imolensis, quo excommunicantur, qui furtum committunt, & hic obligabitur? videbatur dicendum ipsum non obligari. Primùm ob c. à nobis. 1. de sent. excom. vbi si iudex sic pronunciauerit, quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit, hac sententia subditos excommunicatoris tantùm obligari dicitur; ergo idem in proposito casu dicendum: verùm hac ratione ea opinio non probatur; nam in cit. c. à nobis non de statuto agitur, sed de sententia, vt ibi per se hoc apparet, & DD. ibidem sentiunt; cùm igitur de re alia ibi agatur, inde argumentum ad rem nostram summere non possumus atg. l. Papinianus exuli. ff. de min. idq; meritò; nam sententia statim, atq; lata est, operatur, atq; ob eam rem tunc subditos aut re, aut spe complectitur, vtpotè & eos, qui nunc subditi sunt, & qui nascentur, eonè domicilium transferent, in quorum numero extranei, qui illuc profecti furtum committunt, non comprehenduntur; non re vt hoc per se patet; non etiam spe, quoniam infœlix casus non consideratur argu. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. at statutum semper loquitur, ac semper operatur arg. l. Arriani. C. de hæret. ac propterea & extraneos comprehendit. Postremò sic argumentatur.

Abb.

Abb. quo tempore statutum promulgatur, ac vires summit, in eum, qui subiectus non est, statutum faciens iurisdictionem exercere non potest; ergo neq; etiam eiusdem statuto comprehendere arg. c. 1. de off. ord. lib. 6. & l. obseruandū. in fi. ff. de off. procons. nam in cit. c. 1. de off. ordi. etsi Archiepiscopus causas eorum, qui suis Suffraganeis subiecti sunt, per appellationē cognoscere potest, non tñ in eorundem diœcesi ad hoc iudicem constituere ipsū posse ibi dicitur, sicuti neque etiam delegari causam à proconsule dicitur in eadem l. properandum, antequam prouinciā ingressus sit; sicut igitur non possunt hi constituere iudices, quamuis habitu iurisdictionem habeant, ita in casu nostro nec statutum operari posse debet: hoc argumentum, quod attulit Abb. in eod. c. à nobis. non modò propositam opinionem non probat, sed contra potius facit; nā, si Archiepiscopus, proconsulq; iudicem constituere non potest, qui causam cognoscat, antequam appellatum sit, proconsulue prouinciam sit ingressus, post tamen appellationem, & ingressum in prouinciam id fieri ab ipsis posse nemo iure dubitabit; ergo idem in casu nostro; esto enim statutum, quo tempore promulgatur, in non subiectos minimè operetur, tamen, vbi contingerit extraneum in territorio suo delictum committere, tunc operabitur arg. cit. l. Atriani. C. de hæret. accedit, quòd citati iudicibus constituendis iurisdictionem actu exercere volunt arg. l. Imperium. in fin. ff. de iurisd. omn. iudic. cùm eam tamen talem nondum habeant, quod à statuto non fit, quod solùm, vbi casus euenit, tunc operatur. Quare contrariam sententiā, vt scilicet non subditus hic, si delictum in territorio committat, statuti pœna obligetur, amplexata est glo. in eod. c. à nobis, vbi quæstio hæc disputatur, eandem secuti sunt Abb. ibi nu. 7. & Zabar. nu. 2. vers. Opp. ad alium intellectum, & Henric. Bohic. nu. 15. vers. Aut scientes subditos. & Felin. nu. 4. vers. Circa primam quæst. vbi opinionem hanc communem sensit, idem Abb. in c. fin. nu. 39. de foro comp. & Hostien. in summ. nu. 6. vers. Quis valeat excommunicari. de sent. excom. & Couar. in c. alma. par. 1. §. 10. nu. 2. vers. Plurimùm tamen refert, vbi & de communi sententia restatur de sent. excom. lib. 6. & Iacob. de Graff. cap. 8. nu. 39. lib. 4. decis. cas. consc. & DD. in l. cunctus populos. C. de sum. Trin. & fid. Cath. & Syl. in verb. excommunicatio. 2. n. 5. vers. Sciens est tertiò, & Tab. eod. 4. nu. 2. Probatur autem hac potissimùm ratione, quoniam, qui delictum in alicuius territorio committit, eius fori efficitur, vt habetur in c. postulasti, & in c. fin. vbi DD. de foro comp. & vt not. Couar. eod. vers. & Henric. Bohic. eod. & nos antea asseruimus cap. 2. §. aut ob delictum; at statuto vniuersi, qui eius fori sunt, comprehenduntur argum. c. fin. de constit. lib. 6. iure igitur & hic Ariminensis statuti Imolensis pœna, & ita excommunicatione obligabitur; à qua cōmuni opinione nec nos discedemus. Quæcunq; igitur censura à statuto feratur, non solùm, qui ex eo territorio sunt, ac deinceps fiunt, sed & extranei, qui delictum in eius territorio committunt, ea constringentur. Ex his manifestò colligitur statutum à sententia generali differre; nam in excommunicationem per statutum latam extraneus in statuti territorio peccans incidit; non autem in pœnam, ac censuram per generalem sententiam à iudice promulgatam, vt dixit Couar. eod. & est communis opinio; pro qua facit c. Romana. vers. Porrò. iunct. glo. in verb. sentētiæ. de sent. excō. lib. 6. etenim statutū pro territo ferē, sententia verò, quò subditi obtemperent iudici, qui sententiam tulit, iurisdiction. suæ tempore.

SVMMA.

1 *Statutum, ac lex obligat in territorio.*
2 *Statuto episcopi, quo excommunicatio ob delictum fertur, non obligantur subiecti eius, si extra territorium delinquant.*
3 *Statuto episcopi, quò excommunicatio fertur ob delictum aliquod, non obligantur subiecti eius, si in loco exempto diœcesis delinquant.*
4 *Sententia censura quis obligatur etiam extra territorium.*
5 *Subditus extra territorium delinquens apud iudicem domicilij conueniri potest.*

III.

1 § † In territorio sibi subiectos lex, statutumuè vt puniat, itidem requiritur; nam cōstitutiones, atq; statuta territorij eius, cuius sunt, leges dicuntur, vt probauit Abb. in c. fi. nu. 40. de foro comp. & in c. à nobis. 1. unm. 11. de sent. excom. item ad moderandum territorium illud fiunt, vt dixit Zab. in eod. c. à nobis. in fin. præterea, cùm statutum ipso iure pœnam inurat, ibi statutum esse, & pœnam inurere fingitur, vt dixit Abb. eod. nu. 40. at extra territorium suum
2 statutum id non posse constat arg. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. † Quare, à quocunq; per statutum excommunicatio, censuraue alia irrogetur, si eius subiecti extra territorium statutum offendāt,

excom-

excommunicatione, censuraue alia per statutum illata non obligabuntur, & vbi simpliciter lata est, nemo dubitat. Statuto episcopi, dicitur enim in c.fin.de coustitut. lib.6.quo in omnes, qui furtum commiserint, excōmnnicationis sententia promulgatur, subditi eius furtum extra ipsius diœcesim committentes minimè ligari noscuntur. Hæc ibi Summns Pont. ex quibus patet, nec suos subditos, qui extra territorium delictum committunt, statuto puniri, idem asseruit Abbas in cit.c.à nobis.1.nu.11.& Addit.ad eum ibi, & in c.1. num.8. de rapt. idem in eod.c.à nobis. Henric.Bohic nu.14.vers.Aut est rationabile, & Zab.prop.fin.& Pelin.nu.6.vers.Circa tertium, vbi de communi senrentia testatur, sicut etiam Conar.in c.alma.p.1.§.10.nu.3. vers.Oritur tamen.de sent.excom.lib.6. id etiam sensit Zab.in repet.c.perpendimus. nu.20. de sent. excom. & Iacob.de Graff.cap.8.nu.37.lib.4.decis.cas.consc. & Bald.in l.fin.nu.2.ff.de iurisd.omn.iud. & Tab.in verb.excommunicatio.4. hinc extra territorium statuti, quo impunè quempiam occidi permittitur, si eius subditus ipsum occiderit, hunc homicidij pœnam non euadere asseruerunt Imol.& Anchar.vt refert Ias. in cit.l.fin.nu.3.ff.de iurisd. omn. indic. Statuto episcopi ergo exempli gratia, qno excommunicatio in eos fertur, qui aleis ludunt, eius subditi, qui extra diœcesim ludunt, in excommunicationem non incident. Et hæc locum habent, vel speciatim per statutum caueatnr, vt extra territorium statutum operetur, nam nihilomagis subditi eius pœna obligabuntur ob citat. c. final. & ob eandem rationem. † Verùm, quid si intra diœcesim, sed

3 in loco exempto ipsi ludant, an statuti pœna obligabuntur? in hac quæstione variæ DD. sententiæ sunt. Io.Cald. hos pœna huiusmodi non obligari asseruit; eandem opinionem secuti sunt Gemin.in c.fin.nu.18. vbi quæstionem hanc disputauit de const.lib.6.& Ias.in l. fin. num.5.vbi qnosdam alios idem sentire ait, ff.de iurisd.omn.ind. & Henric. Bohic. in cit. c.à nobis. nu.14. vers.Et intelligo, & Zab.in ead.repet.c.perpendimus.nu.20.vers. Quid si delinqnit subditus, & Iacob.de Graff.cap.8.num.37.decis.cas.consc. Probatur autem sententia hæc primò, quoniam locus exemptus loco extra diœcesim posito comparatur arg.eius, qnod dixit glo.in clem.vn. in verb.Aut eorum parte.de foro comp. nam nec ibi ius dicere episcopus potest, nec iurisdictionē exercere, vt probatur in c.cùm episcopns.de offi.ord.lib.6.& Clem.fin.de priuil. ergo statutum eò non pertinebit arg.cit.c.fin.de constit.lib.6. Fed.de Sen.cons.2. vbi quæstionem hanc disputauit, ad hoc respondebat; etsi locus exemptus quò ad iurisdictionem sit, in territorio tamen adhuc ipsū esse, ac propterea suos subditos obligari; & quamuis iurisdictionem ibi exercere nō possit, atq; idcircò neq; statuta facere, tamen statutum extra eum locum factum ad suos subditos pertinere, qui statutum ibi offenderent: hæc responsio mihi non satisfacit; nam, etsi locus exemptus in territorio esse re ipsa non desinit, de iurisdictione tamen esse definit, quod idē Fed. fatetur; at ad censuram ferendam inrisdictio postulatur, vt antea probauimus cap. 2. §.iurisdictionem; non igitur responsio hæc facit: minùs etiam id, quod dicebat, etsi statutum in exempto loco fieri non potest, alibi tamen factum ad suos subditos pertinere; nam hoc repugnat cit. c.fi.de cōnst.vbi statutum extra territorium ipsi subiectos non punit; non igitur ratio hæc sublata est. Secundo loco sententia hæc sic probatnr, episcopo in loco exempto præcipna quædam permissa sunt, in quibus hoc non inuenitur, vt per statutum suos subditos puniat, qui delictum ibi committunt, vt habetur in c.vn.in fi.de stat.regul.lib.5. & in Clem.fin.de priuil. & in c.luminoso. 18. q.2. ergo subditi statuti pœna non afficientur, qui in exempto loco delictum committunt; nam exceptio contrariam regulam esse indicat arg.l.nam, quòd liquidè.§. fin.de pœn.leg. Tertiò pro hac sententia rationem hanc reddebat Gemin.in cit.c.fi.nu.18. de const. lib.6. vt quis statuto obligetur, dno postulantur, & vt statuens iurisdictionē in loco habeat, quò statuti virtus trahitur; & in personam, vt scilicet subiecta ei sit, vt de loco probatur in eod. c.fi. ibi. Cùm extra territorium, & de persona in c.ecclesia Sanctæ Mariæ, & c.fin.de reb.eccles.non alien. hinc, licèt laici inrisdictionem in tota ciuitate habeant, quòd tamen ipsis clerici subiecti non sunt, ob eam rem eorum statutis non obligantur; quamuis igitur in proposita quæstione subditus sit, qui delictum committit in exempto loco, alterum tamen desideratur, quoniā iurisdictionem in loco exempto non habet. Cōtrariam nihilominns sententiam, vt in pœnam statuti huius incidant, qui delictum in exempto loco committunt, amplexatus est Fed.de Sen.ob has rationes cons.2. Primò quoniam, quò delictum in loco exempto commissum ab ordinario suo non vindicetur, ab exempto commissum esse debet, vt habetur in c.1. de priuil. lib.6. ergo secus si exemptus non sit, vt in casu nostro: hæc ratio mihi non probatur; pro certo enim habet id, de quo quæstio est, s.eum, qui exemptus non est, si in loco exempto delictum committat, in statuti pœnam incidere, & hoc est, de quo quæstio nostra est; non igitur ratio hæc firma est. Vnde se-

de ſecundo loco ſic argumẽtatur, ſtatutum hoc eſt ſactum ab epiſcopo, qui in ſua diœceſi iudex
eſt, quiquè ſtatutum in ea ſacere poteſt arg.c.cùm contingat.de ſor.compet. & c.ſi quis. de ma-
iorit. & obedien. ergo, qui delictum in ſua diœceſi commiſit,& exemptus non eſt, ſtatuti pœ-
na conſtringetur: ad hanc rationem etiam facilè reſpondetur, primò, & ſi in tota diœceſi epiſ-
copus iuriſdictionem habet, in loco tamen exempto ſecus eſſe, vt habetur in c. cùm epiſcopus.
de off.ord.lib.6. & in cit.Clem.fin.de priuil. præterea ratio hæc eodem vitio, quo ſuperior, la-
borat. Hinc tertiò dicebat idem Fed. ſi in ſtatuti pœnam in exempto loco delinquens non inci-
deret, neq; coram ipſo iudice territorij pro inito contractu in loco exempto conueniri idẽ poſ-
ſet: hoc argumentũ etiam nullum eſt; nam aut volumus hunc conueniri non poſſe in loco exẽ-
pto; & hoc non inficiamur ob iura ſupra citata; aut in loco non exempto, in ſua tamen diœceſi
ſito, & hoc falſum eſt; nam tàm de contractu inito alibi, quàm de delicto extra diœceſim com-
miſſo apud domicilij iudicem conueniri quis poteſt, vt probauimus ſup.cap.2.§.aut ob domici-
lium. Quartò rationem hanc Fed. reddebat, ſi hic, qui in loco exempto delictum commiſit, ſe
defendere vult, exemptionis priuilegio vti neceſſe habet; at hoc facere non pōt, cùm ipſi exẽ-
ptio conceſſa non ſit; ergo ea ratione ſe tueri non poteſt, quò minùs in ſtatuti pœnam incidat:
non etiam quicquam ratio hæc facit; nam non ſe exemptum dicet, ſed in loco exempto, & ſta-
tuto ei nõ ſubiecto ſe delictũ commiſiſſe aſſeret, ac propterea & iuriſdictionẽ ſuam eò non per-
tinere, ſicut etiam, ſi extra diœceſim delictum commiſſum eſſet. Vnde Anchar. in eod.c.fi.nu.
10.verſ.Et facit ad quæſtionem, ſic has opiniones inter ſe conciliare nitebatur, vt ſi præſes loci
exempti ex priuilegio exemptionis in exempto loco epiſcopalem iuriſdictionem habeat, in hoc
prior opinio Cald. locum ſibi vindicet; alioquin Fed. opinio; & hoc ob hanc rationem nẽ con-
tingat delinquentem habere ſolùm iudicem ordinarium Pont.Max hæc diuiſio quò ad priorem
partem mihi probatur, & vera eſt; quò ad poſteriorem autem minimè ipſam probo, nec verum
eſt hunc, qui delictum commiſit, Roman.Pont. ſolùm iudicem habiturum; hoc enim continge-
ret, vbi exemptus ipſe itidem eſſet; at, ex quo exemptus non eſt,præter Summum Pot. & domi
cilij ordinarium iudicem habebit; neque igitur diuiſio hæc firma videtur: hæc ſunt, quæ potiſ-
ſimùm à DD. hac de re conſcripta ſunt, quid igitur concludendum? Ego à priori opinione di-
ſcedendum non cenſeo, vt.ſ.ſubditus, qui in loco exempto delictum commiſit, in excommuni-
cationem à ſtatuto latam non incidat, & hoc ob cit. c.fin.de conſtit. nam ſubditos non incidere
in excommunictionem per ſtatutum ab epiſcopo irrogatam dicitur, ſi extra diœceſim ſtatutum
offenderint; id qđ non ob aliam rationem fit quàm, quòd iuriſdictionẽ ibi non habet (non enim
ratio alia reddi poteſt)at hæc ratio,& in caſu noſtro locum habet ob cit.c.cùm epiſcopus.de of-
fic.ord. & Clem.fin.de priuil. ergo & diſpoſitio eius locum habet arg. c cùm dilecta. de confir-
mat. vtil. & l.illud.ff.ad l.Aquil.extra territorium igitur ſi quis delinquat, in excommunicatio-
nem, cenſuramuè aliam per ſtatutum à ſuo ordinario latam non incidet; immo nec ſi intra ter-
ritoriũ in loco tamen exempto, deliquerit, vt proximè aſſeruimus; multo minùs igitur nõ ſub-
ditus ea pœna coercebitur. Hæc tamen regula locum non habet, primò vbi delictum in ſtatuti
territorio cęptum eſt, quamuis in alieno deinceps conſumetur; exempli gratia epiſcopi ſtatuto
cauetur, vt qui in ſuis eccleſijs intra duos menſes non reſederit,excõmunicatus ſit; ſi, dum cle-
ricus in alieno territorio eſt, eius temporis ſpatium labatur, in excommunicationem hic inci-
det; nam, & ſi in aliena diœceſi contumacia conſumata eſt, in ſtatuti tamen diœceſi fuit cępta,
ac propterea,quaſi occupatus,excommunicari à ſtatuto poterit arg.c.propoſuiſti.cum ibi citat.
de ſoro compet. accedit, quòd, vbi quis quidpiam facere debet, & illud non facit; illud ibi non
facere dicitur, vbi facere id debebat arg.l.qui non facit. ff. de regul. iur. atque ita ſenſit Ant. in
c. à nobis.1.de ſent.excom. quem refert, ac ſequitur in ſimili Gemin.in c.fin.nu.14.verſ. Si ve-
rò generaliter,& nu.21.& nu.26. de conſtit. lib.6. viden. ergo in ſtatuti pœnã hoc caſu quis in-
4 cidet. ¶ Item propoſita regula locum non habet, vbi excommunicatio, cenſurauè alia per ſen-
tentiam à iudice domicilij in ſubditum lata eſt; nam, etiam ſi extra territorium ſit, nihilomi-
nus ex obligabitur, vti aſſerunt Imol. in c.fin.nu.9.& Felin.num.24.verſ. In hoc vltimo.de foro
compet. & Zab. in repet.c.perpendimus.n.19.cum ſeq. verſ.Secunda quæſt. vbi rẽ hác pluribus
egit de ſent.excom. & Gemin. in c.Romana.§.caueant. nu.4. Verſ.Decima, & Anchar. num.6.
verſ.Decimò.de ſent.excom.lib.6. idem Gemin.in c.fin.nu.12.de conſtit.lib.6.vbi opinionem
hanc communem eſſe teſtatur; eandem communem dixerunt quoq; Abb. in cit. c.fin.num.32.
de foro compet. & Iaſ.in l.fin.num.17.ff.de iuriſdict. omn. iud. pro eadem ſententia conſuluit,
quoq; Fed.de Sen.conſ.16. Probatur autem per c.cùm ſit Romana.in fin. de appell. vbi abſen-

tem Apostolus excommunicauit, item in c.tuæ vt lit.non contest.in fin. ibi enim, vt iuri pareat absens, quando aliter non potest, per censuram eccles. compelli posse dicitur; ex quibus patet præter ea, quæ citauit Fed. eod.cons.16. quem absentem, & extra territorium excommunicari posse. Contrariam nihilominus sententiam, vt subditus nec extra territorium per sententiā excommunicari queat, non nulli ob has rationes amplexati sunt. Primò quoniam nec per statutum extra territorium quis excommunicatur, vt dicitur in c.fin.de const.lib.6. ergo nec per sententiam; ad hoc argumentum variè respondetur primò id fieri, quoniam mitiùs cum lege, quàm cùm homine agitur argu.l.Celsus.ff.de arb. deinde quoniam statutum territorij lex est, non aūt sententia; postremò, quoniam, vbi statutum obligat, ibi tunc esse fingitur; at, si extra territorium esset, obligare non posset; nec enim extra territorium ius quis dicere potest; his modis respondebatur ad hoc argumentum à Fed. de Sen. eod.cons.16. & à Panorm. in eod.c.fi.n.40. de for.comp.quæ responsiones, ac præsertim postrema, mihi non satisfaciunt; nam, etsi in alieno territorio causas cognoscere quis non potest, censuras tamen ferre sine causæ cognitione valet, vti nos infra cap.fin.in hac Tab. comprobauimus; ergo & statuta, cùm statim nulla intercedente causæ cognitione censura obligēt. Ego igitur sic responderem idcirco statutum extra territorium censura subditum non obligare, quoniam statuta in primis fiunt, vt territorium tueantur, atque, vt, qui in territorio sunt, quæ inibi cauere, quæue facere debeant, ne ignorent arg.l. 2.& l. legis virtus, & c. nam concupiscentiam. de constit. iure igitur extra territorium non operatur, & hoc fortasse est, quod dixerunt DD. & Abb. statutum territorij legem esse; at sententia in primis fertur, vt personæ contumacia coerceatur, atq; puniatur; modò igitur subditus remaneat, puniri censura per sententiam vbicunq; poterit; non igitur proposita ratio horum sententiam probat. Vnde secundo loco sic argumentantur, si iudex extra territorium censuram in subditum ferret, extra territoriū sententiam exequeretur, & alterius territorium violaret; at hoc est contra c. postulasti. §.fin. de foro competen. & c. Romana §. contrahentes. eod. lib.6. ergo, &c. hæc ratio nihil etiam facit; nam sententia censuræ executionem secum trahit, vt probatur in c.pastoralis.in fin.de appellat.item adeò tacita fit executio, vt non modò per eam alterius territorium non violetur, sed neque etiam sensu percipiatur; atque ita respondit Abb.& Io. de Lign.in eod.c.fin.nu.42.de foro compet. Postremò sic dicebant, antequam excommunicatio in quempiam feratur, citari prius ille debet ob c. sacro. de sentē.excom. at in alieno territorio citatio fieri non potest, vt probatur in Clemē.pastoralis.de re iudic. ergo nec ferri excommunicatio: hæc ratio etiam nulla est; tum quòd & sine citatione excommunicatio lata valet, vt probatur in cit.c.sacro, & vt nos suo loco agemus; tum quòd quæstio nostra in iudice domicilij disputatur, qui suum subditum, & in alieno territorio citare potest; vt not. antea cap. 2. §. aut ob domicilium; at in c.pastoralis. de iudice delicti agitur, qui tantam potestatem non habet, vt vidimus in eod.c. 2.§.aut ob delictum; atque ita respondit Abb. in eod.c.nu.42.vers.Nec obstat; à communi opinione igitur non discedemus.

5 †Postremò proposita regula locum non habet quò ad conuentionem; nam subditus, qui extra territorium delictum commisit, etsi in pœnam statuti huius non incidit, conueniri tamen pro delicto eo coram iudice domicilij potest; & si ei non paruerit, ab eodem excommunicari, vt not.supr.eod. cap.2.§. aut ob domicilium; atq; sic in re nostra dixit Henric. Bohic. in cit. c. à nobis. nu. 14. vers. Dico tamen.

SVMMA.

1 *Lex perpetua, generalisq; est.*

2 *Statuto, legeuè si excommunicatio, censuraue alia lata sit, delinquentem obligat; etiam si legislator, statutiuè autor mortuus sit; aut ratione alia iurisdictionem amiserit, id quod locum habet, vel in volumina lex illa redacta non sit.*

3 *Sententiis generalis, sub conditioneuè extinguitur, vbi iudex, qui illam tulit, aut moritur, aut ratione alia iurisdictionem amittit; ac propterea excommunicatio, censuraq; per ipsam latæ tunc non obligant.*

4 *Bulla, quæ censuras eas continet, quæ in cœna Domini promulgantur, Romani Pont. obitu hodie non tollitur.*

IIII.

1 §. † Perpetua quoque, ac generalis lex, atq; constitutio esse debet arg.l.leges, & constitutiones.C.de leg.& c.fin.de constit. & vt dixit Addit.ad Hostien. in sum.nu.7.vers. Quibus ex causis.in litera C. in fin. de sent.excom. etenim lex magistra vitæ quasi quædam est, qua hominum vita ad rectum dirigitur argu.l.1. & 2. ff.de leg.& l.leges sacratissimæ. C. eodem, & c.nam concu-

concupiscentiam.de constit. atq; ob eam rem, ne facilè tollatur, publicè interest. Atqui, quòd
perpetuum in varias sententias accipitur, vti not.glo.magistra.in l.1.ff.pro socio, in quam sen-
tentiam hìc accipiemus? in eam planè.s.sine termini præscriptione,& quousq; ab eo reuocetur,
qui eius reuocandæ potestatem habet; hinc constitutiones à Legato è latere in sua prouincia e-
ditæ, etiam si inde discesserit, & magistratu abierit, nihilominus valent, vt dicitur in c.fi.de offi.
leg. & glo.ibi not.& Abb.n.2.hinc etiam statuta à Capitulo facta eccles.cathedr.vacante,& suc-
cessore dato, firma permanent, nisi ab eo reuocentur, vt disputauit Fed.de Sen. cons.16. quem
sequitur Abb.in c.à nobis.1.de sent.excō.& Zab.in repet.c.perpendimus.n.10.vers.Vbi quęro,
q̃ est ratio eod.Si ergo ab his leges,statutauè lata ꝑpetua sunt,quorū iurisdictio ad tēpus est,mul
to magis de legibus, ac statutis eorum hoc asserendum est, quorum iurisdictio ipsorum morte
concluditur, vt Romani Pont. Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum,& etiam infe-
riorum; nam & pòst eorum mortem leges ab ipsis latæ valent, vt de promulgatis à Roman.Pōt.
referti libri testantur, & de episcopo, alijsq; inferioribus asseruit Abb. in eod.c.fi.nu.2.de offic.
leg. & in cit.c.à nobis.1.nu.12.& Felin.nu.7.& ibi quoq; gloss.penult.& Bart.in l.fin. ff.de pœn.
2 † Quare, si per eas excommunicatio, censurauè alia feratur, etiam si earum autor è vita disces-
serit, rationeuè alia iurisdictionem amiserit, qui tamen ipsas offenderit, censura obligabitur, vt
asseruit glo.in cit.c.fin.in verb.statuta. de offi. deleg. idem ergo & de constitutionibus, quæ ab
episcopis in suis Synodis fiunt, & de epistolis generalibus ad parochos missis, quas legis vim ha
bere volunt,sentiendū est arg.§.sed,& quod principi.vers.Quodcunq; ergo Imperat.per episto-
lam.in Instit.de iur.nat.gent.& ciuil. quamuis mortuo Ioannebaptista Castellio Arimini Episco
po cōtrarium non nulli de ipsius epistolis senserint, quorum sententia locum habere potest, vbi
3 epistolæ illæ pro constitutionibus latæ non sunt, sed pro sententijs; † nam tunc huiusmodi gene
rales sententiæ, sicut etiam sententiæ sub conditione latæ,cùm ipsius autoris morte, iurisdictio-
nisuè eius amissione tolluntur,vt asseruit glo.in eod.c.à nobis.in verb.non nisi.vers.Quid si mo
riatur, quam sequuntur ibi Abb.nu.12.vers.Sed respectu processus, & Fed. de Sen. cons.16.nu.
12.& nos supra cap.2.§.2. vbi pluribus rem hanc egimus; si episcopus ergo generalem excom-
municationis sententiam tulerit, vtpotè in eos, qui furtum fecerint, post eius mortem ea sentē-
tia ipso iure tolletur, nisi successor ipsam confirmet, vt asseruit Abb.in eod.c.fin. nu.9.vers. Sed
in contrarium.de offi.leg. idq; meritò; nam sententia præsentem iudicis statum tuetur; vel igi-
tur Roman.Pont. generalem huiusmodi sententiam tulerit, post eius obitum delinquentes non
4 obligabit.† Excipitur tamen primò, vbi Romanus Pont.& post eius mortem has sententias vale-
re vellet; nam tunc & eo mortuo obligabunt; hinc hodie mortuo Romano Pontifice, qui delictū
quodpiam eorum committit, quæ in Bulla cœnæ Domini continentur, in censuras per Bullam
eam latas incidit; quamuis olim secus esset, & hoc ob eam rationem, quoniam tres Romani
Pontifices Pius V.Gregorius XIII.Sistus V.eius Bullæ sententias eo vsq; valere voluerunt, quo-
usque successor creatus alias tulisset, vt dixit Nauar.in man.cap.27.nu. 40. cum seq.& Summa
corona de excommunicatione cap.9.art.1.in 3. par. & Martinus Alfonsus de Viualdo in Cande
labro de excommunicatione nu.54. Postremò excipitur is,qui in eius sententiæ pœnam iam in-
cidit; nam & eo mortuo, qui eam tulit, obligatus tamen remanet, quousque absoluatur, vt di-
xit Zab.eod.vers.& Doctores communiter concludunt.

S V M M A.

1 Lex, seu statutum de futuris esse debet.

2 Statutum valet, quo pro futuro delicto, atq; contumacia excommunicatio, censurauè alia fertur.

3 Sententia censuræ pro futura cōtumacia ferri ab homine non debet; quæ regula, quatenus pateat, etiam declaratur.

4 Sententia censuræ ab homine lata pro futuris culpis an valeat.

5 Sententia censuræ pro præteritis culpis sub conditione, vt exempli gratia, si intra certum tempus quis non satisfecerit, excommunicatus sit, ferri non debet; quæ regula, quatenus etiam pateat, declaratur.

6 Sententia censuræ pro delictis præteritis ferri purè nō debet, quæ regula etiā declaratur.

V.

1 § † De futuris etiam lex, statutumuè huiusmodi esse debet, vt habetur in c.fi.& not.ibi gl.&
DD. de constit. & in l.leges.2.vbi quoq; Bald.not.C.de legib.& vt idem not.gloss. in c. fi.
in verb.commiserint.de constit.lib.6.& in c.Romana.§.caueant.in verb. futuris, & ibi quoque

 Anch.

Anchar.nu.5.de sent.excom.eod.lib.& Abb.in c.præterea.2.nu.2.de appell. & in c. licet. nu.9.
de elect.& Add. ad Hostien.in summ.nu.7.vers. Quibus ex causis in litera C. in fi.de sent.excô.
etenim legis proprium est in futurũ consulere, vt colligitur ex allegatis iuribus, & vt dixit Co-
2 uar.in c.alma.par.1.§.10.nu.1. vers.Sed ratio differentiæ.de sent.excom.lib.6. † Valebit igitur
statutum, quo excommunicantur, qui exempli gratia furtum fecerint, vt dixit glo.in eod.c.fin.
in verb. commiserint, & in cit.c.Romana.§. caueant. in verb.futuris, & facit c. si quis suadente
diabolo.n.17.q.4.& c.eos.de sent.excô.lib.6. cùm sexcentis alijs, quibus apertè probatur pro
futuris culpis censutas per legem latas valere; quare censuris huiusmodi per statutum latis non
solùm obligabuntur, qui statuti lati tempore respectu domicilij subiecti sunt, verùmetiam & ij,
qui eadem ratione subiecti deinceps fiẽt; item & exteri, qui intra statuti territorium delinquũt,
vt de communi DD. sententia testatur Couar. in eod.§.10.nu.2. Verùm quid de sententia cen-
suræ ab homine lata, an & ipsa pro futuris culpis, pro futurauè contumacia fetatur? planè & ip
sam ratione hac ferri posse dicendum videtur argum.c.à nobis.1. de sent. excom. vbi Roman.
Pont. pro certo habet excommunicationem generalem in hunc modum ferri posse Quisquis fur
3 tum fecerit, excommunicatus sit. † Atqui contrariam sententiam amplexari debemus, & pro
regula habere sententiam excommunicationis pro futuris culpis ferri non debere, & hoc ob c.
Romana.§.caueant.de sent.excomm.lib.6. Caueant etiam, dicitur enim ibi, ne tales sententias
excommunicationis siue specialiter, siue generaliter in aliquos pro futuris culpis videlicet si qd
tale fecerint, vel etiam pro iam commissis sub hac forma si de illis intra tale tempus minimè sa-
tisfecerint, proferre præsumant; nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa, seu offensa p̃-
cesserit; quibus meritò ad iniungendam satisfactionem huiusmodi,& taliter prohibenda similia
inducantur, aut alia rationabilis, quam in ipsis sententijs exprimant, causa subsit. Hæc ibi Sum
mus Pont. ex quibus proposita regula manifestò colligitur, & glo. ac DD. ibidem not. & gloss.
in c.fi.in verb.cõmiserint.de const.lib.6.& Abb.in cit.c.licet.n.9.& Felin.in c.2.de test.cog.quæ
regula, & ratione non caret; nam iudex de sibi probatis sententiam ferre debet arg.l. illicitas.
§.veritas.ff.de offi.præsid. de futuris autem id non potest arg.l.1.§.1. ff. de vsur. & eorum, quæ
dixit glo.ord.in c.in nostra, & ibi Abb.nu.5.de sepult.& in c.licet, vbi quoque Abb. num.9. fer-
ri ergo à iudice ratione hac sententia censuræ non debet. Excipitur tamen primò, vbi culpa
aliqua antecessit, vt exempli gratia in diuinis precibus persoluendis clerici negligentes sunt, ne-
que statis horis ipsis intersunt; eorum iudex ergo generalem excommunicationem in eos sic fer
re poterit Excõmunico omnes clericos, qui deinceps horis canonicis non intererunt, atq; sic in-
quit glo.in eod.§.caueant.in verb.culpa, habetur quoque hoc expressum eod.§.caueant, ibi vel
culpa præcesserit. Item excipitur, vbi offensa priùs facta est, vt dicitur in eod.§.caueant ibi. Seu
offensa præcesserit; quare, si maritus aliquis concubinam eiecerit ab ecclesia compulsus, in eum
episcopus excommunicationis sententiam ferre poterit, vbi in futurum eam domum recipiet;
& hoc ob eam rationem, quoniam offensa iam præcessit, quo casu sententia huiusmodi ferri po
test ob cit.§.caueant, atq; sic sensit glo.ibi in verb.offensa, ex quo apparet nec Roman.rectè sen
sisse; qui, si iudex à sententia excõmunicationis, vel bãni quempiam sic absoluerit, vt si talia de-
nuo attentauerit, in easdem pœnas incidat, adiectionem illam pœnæ in futurum nullam esse di-
xit, vt refert Felin.in c.2.nu.1. de test. cog. & ob eandem rationem nec ipsum Felin.qui senten-
tiam huiusmodi iniustam esse sensit, quem & sequitur Rip.in c.1.nu.25.in fi.de iud, nam, vt hoc
per se patet, hìc culpa, & offensa antecessit, quo casu excõmmunicatio ratione hac ferri potest;
idem probatur in c.constitutis.1.de testibus, vbi, quòd quidam impedierant, ne testimonium
ferretur, ob eam rem Roman. Pont. mandauit, vt contra eos censura promulgaretur, qui dein-
ceps testimonium ferendum impedirent; atq; sic not. Franc. de Aretio ibi vers. Quintò nota.
Postremò excipitur, vbi probabilis alia causa est, quæ in sententia exprimetur; nam tunc gene
ralis sententia excommunicationis legitimè pro futuris culpis feretur, vt habetur in eod. §. ca-
ueant, & vt exemplo id glo.declarauit ibi in verb.offensam; quare, si delictum quodpiam ali-
cubi frequentetur, & eius loci homines admoniti non cessant, poterit generalis sententia excõ-
municationis in eos ferri, qui delictum illud deinceps commiserint; probabilis enim causa hæc
est, atq; sic dixit Couar. in cit.§.10.num.1.vers.Sunt tamen, qui opinentur. His ergo exceptis
casibus alias generalis sententia excõmunicationis pro futuris culpis ferri non debet. Nec obst.
cit. c.à nobis; nam vel ibi de sententia statuti agitur, vel correctum est per hunc §. caueant, vel
de generali sententia excommunicationis secundum formam hãc lata ibi agi dicendum est, quæ
interpretatio potior mihi videtur, vt iura iuribus concilientur, & vt correctio vitetur arg.c.cùm
expe-

4 expediat. de elect. lib. 6. & l. vn. C. de inoff. do. † Atqui an, si nihilominus excõmunicationis sententia feratur contra cit. §. caueant. an, inquam, valebit? planè ipsam valere concludendum est, vt asseruit Gemin. in eod. §. caueant. nu. 3. vers. Quid si proferatur, & Io. andr. & Lap. quos refert, ac sequitur Anchar. in eod. c. Romana. nu. 5. ob vers. positum in antecedente §. ibi. Et si cõntra præsumpserint, iniustas nouerint esse illas; nam, quòd antecedentia consequentia declarãt, & vna pars legis alteram arg. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. ob eam rem, sicut censuræ valet non præmissa admonitione contra §. sed nec in specie, qui habetur in eod. c. Romana, ita & sententia excommunicationis pro futuris culpis, & extra propositos casus lata valebit; etenim ipse cit. §. caueant, sequitur post cit. §. sed nec in specie; hanc opinionem igitur sequemur, quam & communem esse testatur Felin. in c. 2. nu. 1. de test. cog. Verùm, an excommunicationis sentẽtia pro præteritis culpis ferri potest? hoc etiam contemplandũ nobis hic est; egimus enim pro-
5 ximè, vbi pro futuris culpis fertur. † Quò ad quæstionem hanc igitur concludendum est excõmunicationis sententiam pro præteritis culpis sub cõditione hac Si intra certũ tempus quis non satisfecerit ferri non debere; & hoc, quoniam prohibitum habetur in cit. § caueant, ibi vel etiã pro iam commissis sub hac forma si de illis infra tale tempus minimè satisfecerit; atque sic DD. ibidem not. & Couar. in eod. c. alma. par. 1. §. 10. nu. 4. vers. Sed & ab eod. §. caueant. Excipitur tamen primò, vbi mora in exhibenda satisfactione præcessit, vt dicitur in eod. §. caueant, vtpotè sæpius quis admonitus est, vt creditori suo satisfaceret, hic ergo sub hac conditione Si intra tantum temporis non satisfecerit, excommunicari poterit; nam mora præcessit, vt proposuimus, & in hoc casu locum habere potest c. præterea. 2. de appell. quod propositæ regulæ repugnare plurimùm videbatur; quæ interpretatio & hic accipienda est, quò iura hæc duo inter se nõ dissentiant arg cit. c. cùm expediat. de elect. & l. vn. C. de inoffi. dot. Postremò excipitur, vbi probabilis ratio id suadet; nam & tunc sub conditione hac ferri censuræ poterunt, vt dicitur in eodem §. caueant. Hinc & ratione hac vsus, qui apud ecclesiastici fori iudices habetur, niti potest, vt præcepta iudiciaria, ea præsertim, quæ ob id fiunt, vt quis vel ad iudicium veniat, vel aliud faciat, excommunicatione latæ sententiæ interposita nisi intra quindecim dies paruerit (qui dies pro canonica monitione tripartita designãtur) præcepta, inquam, huiusmodi valeant, modò, vt dixi, iusta causa adsit, quæ iudicem mouerit, vt de hoc etiam testatur Couar. eod. §. 10. nu. 5. vers. Postremò, vbi & quosdam alios idem sentientes refert; ac planè quid si ob antecedentem causæ cognitionem, aliundève rei futuram contumaciã iudex præuiderit? quid si procul domiciliũ reus habeat, eoq; admonitiones separatim vniuersè nec mitti facilè, nec sine periculo queant? in his casibus ergo præcepta huiusmodi accõmodata erunt; immo, vel nulla alia causa adsit, quàm hæc, quòd in ius vocati sæpius venire nolunt, & latitant, vt experientia rerum magistra docet, & probatur in l. properandum. iunct. glo. C. de iud. & c. quoniam frequenter. §. porrò, vt lit. non contest. iudex hac forma excommunicationem ferre poterit, vt asseruit Couar. eod. Nec facit, si dicatur hoc iure communi permissum esse, vt post trinam admonitionem quis excommunicetur; nam illud locum habet, vbi à præceptis non incohatur, quod in casu nostro fit; atq; in quæstione hac sic conclusit Couar. eod. §. 10. num. 5. vers. Postremò. sed de sententia excommunicationis sub conditione pro præteritis culpis lata satis; iam, vbi purè fertur, an id pos-
6 sit, contemplemur. † Concludimus ergo pro præteritis culpis ab homine excommunicationis sententiam ferri nec purè debere; nam hoc dixit Abb. in c. P. & G. nu. 7. de off. deleg. & communiter DD. hoc sentiunt; quandoquidem excommunicatio pro contumacia tantùm fertur; & contumax quis non esse potest, etiam si delictum commiserit, vtpotè si paratus sit ad satisfaciendum pro delicto. Excipitur tamen, vbi suspensio, interdictumuè pro pœna fertur; nam hęc in huiusmodi casu pro præteritis delictis ferri poterũt, vt suis locis id agemus; sed de re hac satis.

SVMMA.

1 *Latæ sententiæ censuram ferre lex debet, quò delinquens statim obligetur.*

2 *Latæ sententiæ excommunicatio, censuraue quid sit.*

3 *Latæ sententiæ excommunicatio, ac censura cur sic appelletur, & quamobrem etiã ipso iure, ipsoq; facto nominetur.*

4 *Verba, quibus tunc censuram ferri significatur, vbi quidpiam factum est, latæ sententiæ censuram ferunt.*

5 *Verba præsentis temporis modi indicatiui cẽsuram latæ sententiæ ferunt.*

6 *Verbis his censura ipso iure fertur, Excommunicamus.*

Sententiam interdicti promulgamus.
Sententia excommunicationis innodamus.
Ecclesiastico interdicto supponimus.
7 *Verbis his censura ipso iure non fertur.*
Excommunicationis laqueo innodetur.
Communione priuetur.
Suspendatur.
Excommunicetur.
8 *Verba à lege prolata, quibus censura lata significatur, censuram latæ sententiæ ferũt.*
9 *Verbis his censura ipso iure fertur.*
Excommunicauimus.
Excommunicatus, suspensus, interdictus uè sit.
Interdicto suppositus sit.
Sententia excõmunicationis innodatus sit.
10 *Verbis his censura ipso iure fertur.*
Decernimus te suspensum esse.
Noueris te suspensum esse.
Noscas, sciasuè te excommunicatum, vel anathemate percussum, vel suspensum esse.
11 *Verba, quibus mandatur, significaturuè eum, qui deliquit, à se ipso censura obuolui, latæ sententiæ censuram ferunt.*
12 *Verbis his censura ipso iure fertur.*
Incurras in excommunicationem.
In excommunicationem incursurus es.
Noueris te incursurum in excommunicationem.
13 *Verba, quæ in excommunicatione quem esse aut iubent, aut significant, latæ sententiæ censuram ferunt.*
14 *Verbis his censura ipso iure fertur.*
Excommunicationi subiaceat.
Noueris te excommunicationi subiacere.
Decernimus te subiacere excõmunicationi.
Maneat interdicto subiectus.
15 *Verbis his censura lata sententiæ non fertur.*
Sub pœna excommunicationis.
Sub interminatione excommunicationis.
Sub interpositione excommunicationis.
Sub excommunicatione.
16 *Verbis his excommunicationem minantibus, vel eam, vt feratur, iubentibus, censura ipso iure fertur, si adijciatur aut.*
Latæ sententia.
Ipso iure.
Ipso facto.
Statim, Mox, Prorsus.
Ex tunc, Eo ipso.
17 *Verbis censuram vi sua non ferẽtibus an ipsa feratur, si iudex id velit.*
18 *Verbis his an excommunicatio ipso iure feratur Anathema sit.*

VI.

1 § † Latæ sentẽtiæ, seu ipso iure, ipsoue facto, censuram vt lex ferat, itidem oportet, quò delinquentem statim obliget, atque sic sensit Hostien. in summ. nu. 3. vers. Quis possit excõmunicare, de sent. excom. nam de his legibus agimus, per quas, statim atque quis deliquit, nulla alterius opera intercedente, censura obligatur. Verùm, quòd quæri potest, quid censura latæ sententiæ sit; quid verba hæc Latæ sentẽtiæ, Ipso iure, & Ipso facto significent; ac demùm, quibus verbis censura latæ sententiæ feratur (dubitari enim nõ mediocriter de his solet) ideo tria
2 hæc explicemus. † Censura igitur, seu excommunicatio latæ sententiæ, quod primùm explicandum proposuimus, est censura à iure, ab homineuè pro futuris culpis lata, qua quis, statim atq; offendit, nulla alterius opera intercedente obligatur, vt exempli gratia iure cautum est, vt qui clericum percutit, in excommunicationem statim incidat, vt habetur in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. qui ergo clericum percusserit, quòd hic nulla legis, alteriusuè alia opera intercedente excommunicatione constrictus remanet ob cit. c. si quis suadente diabolo; ob eam rẽ hæc
3 latæ sentẽtiæ censura est. † Latæ verò sententiæ censura, & Ipso iure, & Ipso facto eadem dicitur, quoniam, antequam delictum commissum sit, lex, quæ in posterum consulit, eam censuræ sententiam iam tulit; quòd igitur iam lata sententia per legem erat, antequam quis clericum percuteret, ne à proposito exemplo discedamus, ob eam rem latæ sententiæ dicitur. Ipso iure eadem etiam excommunicatio nominatur; quoniam sine hominis alia opera, & ita ab ipso tantùm iure excommunicatio ea fertur, & ab ipso iure quis obligatur, vt in proposito exemplo id per se patet. Ipso denique facto etiam censura huiusmodi dicitur; quoniam, statim atque delictum factum est, nulla alterius opera intercedente, quis obligatur; quòd igitur, statim atq; clericum quis percussit, ac propterea delictum illud fecit, excommunicatus est; ideo excommunicatio ea ipso facto lata dicitur; quæ diximus autem de excommunicatione ob clerici percussionem, eadem & de alijs excommunicationibus, ac censuris dicta ob eandem rationem existimemus, quæ pro futuris culpis à lege, ab homineuè latæ sunt; nã, si iudex quoq; huiusmodi sententiam tulerit, vt qui furtum fecerit, excommunicatus sit; aut si Titius intra præscriptam ab ipso diem creditori suo non satisfecerit, aditum in ecclesiam interdictum habeat arg. c. preterea 2. de appell. & c. à nobis. 1. de sent. excom. & excommunicatio, & interdictum latæ sententiæ, &

ipso

ipso facto, & ipso iure dicentur; latæ sententiæ, quoniam ante culpam commissam latæ sunt;
ipso facto, quoniam statim atque commissa culpa est, nulla re alia expectata prior excommuni-
catione, posterior interdicto constrictus remanet; ipso deniq; iure per similitudinem dicuntur,
quoniam nulla alterius opera hic postulatur, sicuti neq; etiam, vbi à lege latę sunt, vt vidimus. ex
his igitur iam apparet verba hæc latæ sententiæ, ipso facto, & ipso iure idē omnino sonare, ac si-
gnificare, atque ita sensit glo. in c. in pœnis. in vers. Item vbi est tale verbum, & apertiùs Bart.
in l. 1. nu. 4. dę his verbis Ipso iure, & Ipso facto. ff. de his, qui not. infam. ac de hoc secundo sa-
tis; reliquum igitur est, vt tertium antea propositum explicemus, quibus. s. verbis censura latæ
sententiæ feratur, quam rem quatuor regulis explicandam nobis constituimus, de quibus sin-
4 gulis agendum nobis est. † Prima igitur regula hæc erit, Vbicunq; ea verba (quibus tunc censu
ram ferri significatur, cùm quidpiam factum est) à lege, ab homineuè pro futuris culpis profe-
runtur, hæc censuram latæ sententiæ ferunt; ad summam, quibus verbis à iudice pro præsenti
contumacia censura fertur, eisdem latæ sententiæ censura à lege, ab homineuè pro futuris cul-
5 pis promulgatur. † Quare verba censuram ferentia in tempore præsenti indicatiui modi collo-
6 cata latæ sententiæ censuram ferent; † vt exempli gratia Excommunicamus, Sententiam inter-
dicti, excommunicationis, suspensionisuè promulgamus, Sententia excommunicationis inno-
damus, ecclesiastico interdicto supponimus, vt probatur c. excommunicamus. 1. & 2. de hæret.
& in Extrauag. si fratrum, Io. 22. & in Extrauag. Saluator, & in seq. de præb. & in Clement. 2. de
sent. excom. & in Extrauag. pen. de maiorit. & obed. & in Extrauag. prodiens quasi. de crimin.
fals. & in c. 3. §. nos igitur. vers. Vniuersitates quoq;. de immunit. eccles. lib. 6. cum simil. & vt gl.
sensit in Extrauag. vas electionis. in verb. incursurum ibi secus, si diceretur. de cens. & Felin. in
c. 1. n. 17. vers. Nota, quòd ista verba, ibi excommunico te. de iud. & in c. Rodulphus. nu. 28. de
rescript. vbi verba præsentis temporis censuram latæ sententiæ ferre, vt exempli gratia Excom
munico te, pro regula communiter receptum esse testatur nu. 33. vers. Verbum præsentis tempo
ris ibi cùm regulariter; idq; iure merito, indicatiui enim modi præsens tempus perfectè dispo
nit, atque in præsenti operatur arg. §. 1. in Instit. de verb. oblig. per verbum igitur præsentis tē-
poris indicatiui modi censura latæ sententiæ feretur, si verba censuram ferentia proferantur, si-
cut & per hæc verba Decernimus Innodantes excommunicationis vinculo, vt in c. vn. de schis.
lib. 6. probatur. At quid de præsenti tempore aliorum modorum? sanè per aliud cuiusq; modi
præsens tempus censuram latæ sententiæ non ferri, vbi ad iudicem verba referuntur, concludē-
dum est. Non per imperatiui præsens tempus; quoniam, qui quidpiam imperat, neque ipse illud
facit arg. l. pen. ff. de arb. neq; is, cui imperatum id est, illud fecit, vt per se patet, quod necessariò
7 requiritur, vt censura ipso iure feratur. † Quare, si censura sic promulgetur Qui fecerit hoc, ex-
communicationis laqueo innodetur, vel communione priuetur, vel suspendatur, vel excommu-
nicetur, atq; in summa per tempus modi imperatiui si censuræ forma enuncietur, latæ sententiæ
ipsa non erit, vt sensit glo. in c. 2. §. 1. in verb. innodetur. de hæret. lib. 6. & in c. in pœnis. dę regul.
iur. eod. lib. & Abb. in c. quia propter. nu. 3. vers. Qui verò contrą. de elect. & in c. cùm in cunctis.
§. si. nu. 6. eod. & in c. si diligenti. nu. 18. de for. compet. & Bart. in Auth. habita. in verb. priuetur.
C. ne fil. pro patre, atque ob eam rem idem Abb. in eod. c. si diligenti. nu. 18. iudicis actum expe
ctandum esse asseruit; quæ autem diximus de præsenti huius modi, eadem & de futuro eiusdem
modi sentimus. Non per optatiui modi tempus præsens; tù quòd, qui quidpiam facere optat,
illud nondum facit; tum quòd eiusmodi tempora nihil certi disponunt, quę ad censuram huius-
modi ferendam necessariò postulantur. De subiunctiui modi autē præsenti tempore, idem quod
de imperatiui tempore asserimus. Non denique per infinitiui modi tempus vllum, si per se po-
natur; quandoquidem nihil certi disponit, vt per se patet, nam & inde nomen sibi vindicauit;
8 sed iam de priori regula satis. Altera regula hæc est, † Verba à lege, ab homineuè pro futuris cul
pis prolata, quibus censuram iam latam in eum esse significatur, qui offendit, censuram latæ sen
9 tentiæ itidem ferunt; † si ergo à lege, ab homineuè censuræ forma per præteritum perfectum
indicatiui modi concipiatur, vt exempli gratia, Qui furtum faciet, hunc excommunicauimus,
vel excommunicatus est, hac ratione censura latæ sententiæ feretur, nam præteritum perfectum
id factum significat, quod & de præterito plusquam perfecto sentimus. Idem quoq; erit, si per
præteritum perfectum subiūctiui modi censuræ forma concipiatur, vt excommunicatus, suspen
sus, excommunicationis sententia innodatus, interdicto suppositus, sit; nam & per huiusmodi
verborum formam censura latæ sententiæ fertur arg. Clem. 1. de dec. & Clem. 1. & 2. de pœn. &
c. fi. de reb. eccles. non alien. lib. 6. & c. vbi periculum. §. quòd si pręmissa. de elect. & c. fin. de offi,
deleg.

deleg. eod.lib. & Extraug. 1. de elect.cum simil.& vt sensit glo.in c.quicunq;.§.1.in verb.inno-
detur.in fi.de hæret.lib.6. quam sequitur Abb.in c.2.nu.13.& in c.si diligenti.num.18. de foro
compet. & in c.2.in fi. eod. communiter receptam testatur; hac igitur ratione censura latæ sen-
10 tentiæ fertur. † Idem etiam sequetur, vt censura latæ sententiæ feratur, si ad præteritum perfe
ctum infinitiui modi, quod per se prolatum hoc non operari proximè asseruimus, antecedens
verbum addatur, aut præsentis, aut præteriti perfecti tàm indicatiui, quàm subiunctiui modi,
quod sententiam censuræ latam esse, aut velit, aut ostendat, vt exempli gratia Decernimus, vel
Noueris te suspensum esse, vel Noscas, vel Noueris, vel Scias, vel Cognoueris te excommuni-
catum, vel Anathemate percussum, vel Suspensum; hac enim ratione forma censuræ concepta
censura latæ sententiæ fertur, vt probatur c.præterea.2.& ibi not.Imol.nu.3.de appell.in antiq.
& c.vt inquisitionis.§.fi.& ibi Gemin.nu.2.de hæret.lib.6.& c.2.de temp.ord.eod.lib. & c.fi.de
rebus eccles.non alien.& c.2.de cens.& c.1.de re iudic.& c.2.de elect.& c.2.de off.ord. eod. lib.
6. & Extrauag.vn.de cens.§.2.vers.Si verò. & Extrauag.vn. de postul.prælat.& Clem.fi. de ma-
gistr. & Clement:1.§.si quis autem.de stat.monac.cum simil. & vt asseruit Felin.in c.Rodulph.
nu.31.de rescript.& in c.1.nu.17. de iudic. vbi censuram latæ sententiæ ferri docuit per hęc ver
ba, Noueris te excommunicatum, Anathemateuè percussum, Scias te suspensum, vel excom-
municatum; idem etiam erit, si dicatur Decernimus, seu volumus te fore suspensum; nam &
hac ratione censura latę sententiæ fertur arg.c.prouida.& c.cupientes.§.cęterum.de elect.lib.6.
& c.2.de regul.eod.lib. Sicuti etiam eadem censura fertur per hæc verba, Excommunicationis
vinculo duximus te innodandum arg.c.vn.de schis.eod.lib. Sed de secunda iam regula etiam sa
11 tis. Tertia regula hæc est, † vbicunque itidem verba à lege, ab homineuè pro futuris culpis fe-
runtur, quæ mandent, significentuè eum, qui deliquit, à se ipso censura obuolui, tunc latæ sen-
12 tentiæ censura per ea verba fertur; quare, si exempli gratia censuræ forma sic concipiatur. † Qui
contra fecerit, excommunicationem incurrat, in excommunicationemuè incidat; statim atque
quis deliquerit, obligatus censura remanebit, vt probatur in Clem.1.§.verùm. de hæret. & in c.
fi.§.præsenti, & §.pen.de pœn.lib.6.& c.vn.de iniurijs, & c.1.de hom.& c. 2. ne cler. vel mona.
& c.pen.de cens. cum simil. & vt asseruit Abb.in c.si diligenti.num.18.vers. Et idem dic de foro
compet.& Bald.in l.2.C.de iur.emphyt.& glo.in Clemen.1.de vsur. quam communiter DD.se-
quuntur, vt refert, ac sequitur quoq; Felin.in cit.c.Rodulphus. nu.33.vers.Incurrat excommu
nicationem. de rescript. idq; iure meritò; nam, cùm lex ipsum incurrere, atq; incidere in cen-
suram per se ipsum velit, si expectandum esset, vt ab alio in eam pœnam conijceretur, non per se
ipsum, quod lex voluit, quodq; verbum illud Incurro, Incidouè, significat, ea pœna obuoluere-
tur; & ita contra mentem legis, verborumq; proprietatem fieret, quod repugnat l.non omnis.
ff.si cert.pet.& l.non aliter.ff.de leg.3. hinc verba huiusmodi hominis ministerium non postula-
re asseruit Felin.in cit.c.Rodulphus.in vers.Incurrat; idem quoq; erit forma sic concepta Si hoc
feceris, in excommunicationem incursurus es, vel Noueris te incursurum in excommunicatio-
nem arg.Clement.fi.de pęn. & c.1.de vsur.lib.6. & Clem.1.de relig.dom. & Clem.vn.de vsur.
& Clement.2.de pœn. & quamuis Felin.contrarium senserit quò ad hoc postremum in c.Rodul
phus.nu.28.de rescript. vbi per verba hæc Noueris te incursurum, censuram latæ sententiæ non
ferri existimauit, tamen ab eo, quod diximus, discedendum non est, tum quòd non probatur in
c. relatum. de iur. patron. quod pro hac opinione citauit, vt quisq; id per se conspicere potest,
tùm quòd rationibus supra allatis repugnat, & de tertia regula satis. Quarta deinũ regula hæc
13 ést. † vbicunq; verba à lege, ab homineuè pro futuris culpis prolata quem esse in excommuni-
14 catione aut iubent, aut significant, his latæ sententiæ censura fertur; † si ergo sic censuræ forma
concipiatur, Excõmunicationi subiaceat, Ecclesiasticouè interdicto, latæ sententiæ censura hæc
erit arg. Clement.1.de pœn. & c.vn.de iniur.lib.6:& vt gloss.ibi dixit, & Abb. in c. si diligenti.
nu.18.de foro compet.& in c.dura sæpe.nu.8.de crim.fals.& in c.non magno.num.4.ne cler.vel
monac. & in c.cùm in cunctis.§.fi. nu.6. de elect. idem si dicatur Noueris te subiacere excõmu-
nicationi, vel Decernimus te subiacere excommunicationi; hanc enim censuræ ferendæ formã
ecclesia vsurpauit in c. 2. de hæret. lib. 6. & in c. non minus de immun. eccl.& in extrauag.vn.
ne sed. vac. in fin. & in extrauag. de iud. & in Clem. 1. de sepult. & in Clem. 2. de hæret. & in
Clem. vn.de consaguin.& in c.fin. de immun. eccle.lib.6.& in c.1.de re iud.eod.lib. & in c. vn.
de ijs, quæ vi, metusuè causa fiunt eod. lib. atq; ita Felin. quoq; tradidit in c. 1. nu. 17. vers.
Quid si dicitur Noueris te excommunicationi subiacere, & in c. Rodulphus. nu. 26. vers. No-
ueris te subiacere de rescript. idem quoq; si dicatur Maneat interdicto subiectus, suspensusuè;

nam,

nam,& hac ratione latæ ſententiæ cenſura fertur, vt probatur in c.1.de vſur. lib.6.& in c. fin. de pœn.eod.lib.& in Clem.fi.eod. in ſumma omne verbum ſubiectionem excõmunicationis, cenſuræuè ſignificans latæ ſententiæ cenſuram fert, vt dixit Felin.in c.1.nu.17. de iud. At quid, ſi per legem, iudiciſuè ſententiam quidpiam prohibeatur, vel ſub pœna, interminatione, interpoſitioneuè anathematis, atque excommunicationis, vel ſub excommunicatione, vt habetur in c.vn.de ſagit.& in c.1.de eo,qui ordines furtiuè ſuſcepit,& in c.1.de loc.& in c.ſicut.de ſimo. & in c.Salonitanæ.diſt.63. an per huiuſmodi verborum formam latæ ſententiæ cenſura feratur? & quid ſi dicatur, Anathema ſit, vt habetur diſt.33.& paſsim apud Trid.Synod. an & per huiuſmodi verba excommunicatio ipſo iure promulgetur?

15 † Quò ad primum igitur videbatur dicendum, vbi quidpiam ſub pęna excõmunicationis prohibetur,latæ ſententiæ cenſuram tũc ferri, & hoc ob c.1.de eo, qui ord.furt.ſuſc.& c.1.de loc.& c.Salonitanæ.diſt.63.& c.ſicut.de ſimo. nam in cit.c.1. ſi quis ordinẽ furtiuè receperit, cùm ipſi hoc ſub anathematis pœna prohibitum non eſſet, alium præter Romanum Pont. diſpenſare cum ordinato poſſe ibi dicitur, ſecus autẽ ſi ſub anathematis interminatione id vetitum eſſet; nam tunc Romanus Pontif.tantùm diſpenſat; ecce hic in ſecundo caſu ſub interminatione anathematis prohibitus, ne ordinem ſuſcipiat, ordinem ſuſcipiẽdo ipſo iure excommunicatus eſt; id quod hinc patet, quoniam aliàs ſecundus hic caſus à priori non differret; quippe qui in neutro caſu excommunicatus eſſet: idem in cit. c.1.de loc. hoc probari etiã videtur; nam ibi, prohibitione facta,ne quidam habitationes quaſdam conducant, idq; ſub anathematis pęna, qui contra faciunt, excommunicatos eſſe communiter concluditur: item in cit. c. Salonitanæ is, cui ſub excommunicationis interpoſitione vetitum erat, ne Miſſæ ſacrum faceret, excommunicatus dicitur, quoniam Miſſæ ſacrum fecit; ergo ex his omnibus apparet hac verborum forma cenſuram ipſo iure ferri. Verùm ad hæc iura glo.in c.ſicut. de ſimon. & Abb.in c. relatum. de iur. patron. ſic reſpondebant idcircò in illis iuribus eos, qui id, quod ſibi vetitum erat, excommunicatos ipſo iure fuiſſe; quoniam ſub conditione, vtpotè Quicunq; fecerit hoc, vel illud, illum excõmunico, lata erat; quo caſu, vbi non patetur, excommunicatione ſtatim quis conſtringitur arg.c.à nobis.1.de ſent.excom. & c.præterea.2.de appell. ſub interminatione igitur anathematis prohibitio facta erat, quia ſub conditione anathema latum erat, & ſic ipſo iure; refert igitur in cit. iur. quid aliàs factum ſit, vt id quoq; not.Abb.in cit.c.relatum, quorum reſponſio mihi etiam ſatisfacit; nam ipſis iuribus nulla ratione hac excommunicatio fertur. Quare contrariam ſententiam, vt hac verborum forma cenſura ipſo iure non feratur, amplexata eſt glo.in cit.c.Salonitanæ, & in eod. c.relatum. §.fin. de iure patr. & ibi quoq; Abb.nu.5.& in cit.c.ſicut.in verb.anathematis.de ſimon. & in c.vnic. vbi quoq; Abb.nu.3.& Felin.nu.5.verſ.In glo.3.de ſagit. & glo.in c.2.in verb.ſub pęna.de reg. lib.6.& in c.vn. in fin.& ibi Anchar.nu.4.de big.& in Clem.vn. in verb.interminationem, & ibi Zab.verſ.Septimò noto, & verſ.Tertiò quæro.de exceſſ.prælat.& in Extrauag.ſi fratrum.in ver. ſub excommunicationis pęna Io.22. ne ſed. vac. & in Extrauag. ſancta Rom. in verb.volumus ipſo facto eiuſdem.de relig.dom.& in Extrauagan. quia non nunquam. in verb. ipſo facto, & in verb.cõminatas.de verb.ſign.& in c.2.de matr.contract.contr.interdictum eccl. vbi Abb. communiter ſententiã hanc receptam eſſe teſtatur. ſicut etiam in cit.c.1.extra loc. & Felin. in c.dilectæ in Chro. nu. 3.verſ.Secundò. de except. Probatur autem primò per cit. c.relatum. in fin. de iur.patron. ibi enim Rom. Pont. iubet, vt is, qui eccleſiam ſpoliat contra prohibitionẽ ſub interminatione anathematis factam, excõmunicetur; ergo illis verbis Sub interminatione anathematis ipſo iure cenſura non fertur; non enim iuſsiſſet Summus Pont.vt excommunicaretur, ſi per ea verba excommunicatio lata eſſet: idem probatur in c. clericis.ne cler.vel mon. vbi clericus, qui officium vicecomitis, ac præpoſiti ſæcularis contra prohibitionẽ eadem ratione ſub interminatione.ſ.anathematis factam ſuſcepit, ſi monitus ſe corrigere nollit, ſtatim excommunicatus eſt; ergo per ea verba Sub interminatione anathematis, excommunicatio latæ ſententiæ non fertur: confirmatur ratio hæc, quoniam ibi diuerſa eſſe Summus Pontif. ſignificat prohibitionem ſub interminatione anathematis factã, & verba hæc Excommunicationi ſubiaceat; at per hæc excõmunicatio ipſo iure fertur, vti antea probauimus; ergo per illa eã non ferri aſſerendum eſt arg.l.cùm prætor.ff.de ind.& c.nonne. de præſumpt. Secundo loco probatur etiam communis hæc opinio; nam verba hæc Sub pœna, Sub interminatione anathematis, & huiuſmodi comminantia verba ſunt; ergo non diſponunt arg.tot.tit.C.commin.vel epiſt.item & verba enunciatiua, quæ nec à lege prolata diſponunt, vt tradidit Iaſ.nu.26. C.de ſacr.ſanct.eccleſ. & in l.ex his.C.de teſt.milit. Poſtremò cenſura per ſententiam fertur; ſententia verò purè, ſub condi-

conditioneuè feratur, condemnationem, absolutionemuè continere debet arg.l.1. ff.de re iud. at verba hæc neque condemnationem, neq; absolutionem ponunt; quandoquidem verbū non adest, quo casu nomina per se posita nihil affirmāt, negantuè, vt docuit Phil.in lib.de interpret. cap.de nomine; iure igitur censura per huiusmodi nomina ipso iure non fertur, aut sub anathematis, excommunicationisuè, aut interminatione, aut pœna, aut interpositione, vel sub excommunicatione feratur, ob iura, ac rationes, quas reddidimus; ex quibus etiam eorum opinio falsa redditur, qui existimarunt, vbi à lege ea verba adhibentur, censuram tantùm comminari arg.dist.30. per tot. vbi verò ab homine tunc censuram ipso iure ferri; quandoquidem mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine arg.l.celsus.ff.de arb.nam & rationes allatæ, à quocunque feratur, locum habent, quamuis Felin. contrarium senserit, & malè mea sententia in c.sicut.nu.5.vers.Secundò lim. de simon. & quod de lege dicitur in cit. dist. 30. non probatur; tum quòd non ibi sub pœna, interminationeuè anathematis dicitur, sed anathema sit, quæ verba disponunt, tum quòd, vt paulòpòst probabimus, latæ sententiæ per ea verba censura fertur;
16 à communi opinione igitur non discedemus: † quæ tamen locum non habebit, vbi ad ea verba quidpiā additur, quod latæ sententiæ censuram ferri significet, vt exempli gratia si addatur, vel Latæ sententiæ, vel Ipso iure, vel Ipso facto; nam tunc statim, qui contra prohibitionem huiusmodi fecerit.s.sub pœna excommunicationis ipso iure, vel ipso facto, vel latæ sententiæ munitā, excommunicatus erit; sicuti etiam cùm additur ad hæc verba Excommunicetur, Suspendatur, Communione priuetur, Interdicto subijciatur quodpiam, quod latæ sententiæ censurā significet; nam, etsi ea verba vi sua ipso iure censuram non ferunt, sed iudicis operam postulant, vt supra probauimus, huiusmodi tamen adiectione ipso iure obligabunt, vt probatur c. quàm sit. de elect.lib.6.& in c.si religiosus.vers.Electio eodem titulo, ac lib. & vt tradidit gloss. in c. quicunque.§.1.in verb.Innodetur.de hæret.lib.6.& in c.peu.de reg.iur.eod.lib.& Abb. in c.si diligenti.nu.18.& Franc.de Aret.nu.14.de foro compet. & idem Abb.in cit.c.vn. de sagit. in huiusmodi casu, igitur hisce verbis Sub pœna excommunicationis censura statim feretur, atque sic sensit Felin.in c.sicut.nu.5.vers.Tertiò limit. de simon. At inquiet quispiam, quænam ea signa sunt, quibus adiectis verba, quæ censurā comminantur, censurā latæ sententiæ ferunt? hæc planè Latæ sententię, Ipso iure, Ipso facto, Statim, Mox, Prorsus, Ex tunc, Eo ipso, atq; id generis, vt asseruit Abb.in cit.c.si diligenti.nu.18.& Franc.de Aret.n.14.& Felin.in c. Rodulphus.n.31. de rescript.vbi materiam hanc pertractauit, & Io.Mon.in c.cupientes. nu.39. de elect. lib. 6. & Gemin.in c.quamquam.nu.4.eod.tit.ac lib.& Add.ad c.quàm sit.in fi.de elect.eod.lib.& Add. ad glo.in c.in pœnis.de reg.iur. lib.6. Item proposita regula locum non habebit, vbi à Roma. Pont. sub huiusmodi forma.s.sub pœna excommunicationis quidpiam iuberetur, & declarasset se illis verbis non parentem statim obligari ipsum velle; nam, quòd ipse solutus huiusmodi legibus est arg.c.proposuit.de concess.præben. planè, qui non pareret, statim excommunicatione
17 constringeretur arg.Clem.fi.& ibi glo.de sent.excom. † At quid si inferiores iudices hisce verbis censuram se ipso iure ferre velle declarent, an propterea ab ipsis feretur? Hostien. & Ant. quos refert, ac sequitur Abb. in c.vn.de sagit.& Felin.in cit.c.sicut.nu.5.vers.Ex quorum dictis de simon.vel tacitò id declarent, vtpotè quia dum sententiam proferunt, accensas faces habēt, prolata verò sententia ipsas extinguūt de more, ipso iure censurā per huiusmodi verba ferri existimarunt; immo, vbi dubitaretur, in quam sententiam iudex, qui censuram protulit, ea verba accepisset, declarationi eius iudicis standum idem Host. existimauit, cuius sententiam non omnino Abb. probauit. ego autem nihil horum sequor; nam ad ferendas censuras, easdemq; tollendas, etsi pręscripta verborum forma non est, aptis tamen pronunciari debet, vt infra cap. de forma probabimus; hinc, si iudex subditum vitet, non propterea excommunicare ipsum ea ratione dicitur, potestuè, vt ibidem asseruimus; sicuti neque etiam eundem excommunicatum absoluit, si cum eo versetur arg.c.cùm desideres.de sent.excom.& Clem.fin.eod. iunct. glo. ex quibus patet per luminum accensionem, extinctionemq; censuram per verba, quæ id nequeūt, ipso iure non ferri. Quare sic ego distinguendū censerem, aut ad huiusmodi verba quidpiam additur, quod communi iure censuram latæ sententiæ significat, quod cuiusmodi esset, antea tradidimus, vtpotè Ipso facto, ipso iure, latæ sententiæ, & id generis; & in hoc casu veram ipsorum opinionem concludo: aut nihil huiusmodi addunt, & tunc, vel antea verbis declarent se per ea verba censuram ipso iure à se promulgari, vel factis, vtpotè facis accensione, eiusdemq; extinctione, & in hoc casu nihil fieri ab ipsis opinor; neque enim verborum communem sententiam singularis homo, qui Sūmus Princeps non sit, mutare potest; postremò forma, qua fertur cen-

sura,

sura, exprimere ipsa hoc debet, vt diximus eod. cap. de form. horum igitur sententiam minùs
18 probo; sed de hisce verbis .s. Sub pœna excommunicationis hactenus. † Iam, si hac forma, scilicet Anathema sit censura feratur, latæ sententiæ censura sit, contemplemur; nam & hoc contemplandum nobis antea proposueramus. Glo. igitur iure ipso per hæc verba censurã non ferri sensit in c. 2. in fi. de foro compe. idem sensisse quoq; videtur Zab. in Clem. vn. vers. Tertiò quæro. de excess. prælat. & horum sententia ab ipsis probatur per dist. 30. vbi hac verborum forma contra multos censura fertur: atqui ratio hæc mihi non satisfacit; nã pro certo habet id, de quo disputamus, quandoquidem in cit. dist. 30. id cauetur, vt qui hoc, illudue fecerit, anathema sit; nec habetur ibi ipso iure censurã ferri. Ego igitur contrariam sententiam sequor, vt .s. huiusmodi verbis excommunicatio latæ sententiæ feratur. Primò per c. hæc autem ead. dist. 30. nam, postea quam per plures canones Sancta Syn. pronunciauit, vt, qui hoc, illudue sentit, Anathema sit, & eorum etiam, qui virginitatem, continentiamq; vouerunt, mentionem fecit; ne quis existimaret sanctam Synodum eos etiam anathemate ferijsse, qui continentiæ votum fecerunt, sic subiunxit. Hæc autem scripsimus, non abscindentes eos, qui in ecclesia Dei secundum scripturas propositum sanctum continentiæ eligunt; sed eos, qui suscipiunt habitum eius, & in superbiam efferuntur, &c. hæc ibi; si ex ea Synodo igitur sancti Patres ea scripserunt per illos canones, quibus ea forma censuræ fertur, non abscindentes, qui votum continentiæ eligunt, sed eos, qui superbia efferuntur; ergo per illa verba Anathema sit, latæ sententiæ excommunicatio fertur; alioquin non rectè dictum esset, Hæc scripsimus abscindentes eos, qui superbia efferebantur; nam per illud participium Abscindentes apparet ipsammet Synodum eos abscindere; non autem iubere, vt ab alio abscindantur, & ipsa Synodus ea verborum forma .s. Anathema sit vsa erat, vt in cit. dist. 30. conspicitur; item declarat id participium illud Abscindentes, quod tunc abscisionem fieri significat, vt probatur in c. vnic. de schis. lib. 6. ibi innodantes excommunicationis vinculo, quibus verbis excommunicatio iure ipso fertur; per anathema verò quem abscindi ab ecclesia habetur in c. Engeltrudam. 3. q. 4. hinc ergo apparet per hæc verba Anathema sit censuram ipso iure ferri; hinc Felin. in eod. vers. nu. 56. cogitandum reliquit, quibus iuribus sit declaratũ eos canones, qui habẽtur in ea dist. 30. sententiæ ferendæ esse; quasi innuat vi sua verba hæc Anathema sit hoc non significare. Præterea confirmatur sententia hæc, quoniam nomen hoc Anathema execrabile, & vt vitandum quoddam significat, vt declarauimus in Tab. 3. cap. vlt. §. vlt. at, si per eam formam censura latæ sententiæ non ferretur, non rectè anathema diceretur, vt qui adhuc anathema non esset, nec vitandus, vtpotè nondum excõmunicatus, quod fieri non debet arg. §. est & aliud. in Instit. de donat. Postremò Tridẽ. Synod. hac ratione quamplures canones cõtra hæreticos tulit, quos excõmunicare tunc etiã ipsam voluisse sine dubitatione existimandum est; hisce verbis ergo Anathema sit excommunicationem latæ sententiæ promulgati sentio; sed de re hac satis, ad reliqua transeamus.

SVMMA.

1 *Lex promulgata esse debet, quò censura per eam lata obliget.*

2 *Lex Summi principis promulgata post duos menses obligat; & quid de statutis inferiorum iudicum.*

3 *Lex, quò obliget, promulgata in loco esse debet.*

4 *Indi censuris à iure pontificio latis non obligantur, si apud ipsos eius constitutiones, ac canones promulgati non sint.*

5 *Ignorantia probabili vbi quis ignorat legem promulgatam esse, in pœnam, censuramq; eius non incidit.*

VII.

1 §. † Promulgata lex vt sit, etiam oportet, quò censura per eam lata obliget; nam, antequã lex promulgetur, ipsa obligandi vim non habet, vt probatur per Auth. vt fact. nou. const. §. sentimus, & §. ne igitur, & c. 1. vbi & Abb. id not. de postul. prælat. & c. in istis. §. leges. dist. 4.
2 & c. proposuisti, vbi quoq; glo. dist. 82. & vt asseruit Nauar. in man. cap. 23. nu. 40. † Quare, vbi lex generalis est, vtpotè à Romano Pont. lata, à die promulgationis si mẽses duo elapsi non sint, qui eius legis inscius ipsam offendit, pœna per ipsum lata non obligabitur arg. cit. Authen. vt fact. nou. constit. & vt asseruit glo. in c. nouerit, in verb. intra duos menses. de sent. excomm. & in rubr. procem. decretal. in verb. Bononiæ, & communiter receptum hoc esse testatur Abb. in c. 2. nu. 7. & Felin. nu. 9. vers. Circa secundum. de constit. & Nauar. in man. eod. c. 23. nu. 44. versic.

Dixi elapso tempore. Excipitur tamen primò, vbi quis ante duos menses elapsos promulgatã constitutionem nouit; nam tunc eam scientem obligari dixit glo.in c. 2. in verb. hactenus. de reb.eccles.non alien.& Abb.in cit.c.2.nu.7.vers.Sed disceptatio est. de constit.& facit c.certus. cum ibi not.de reg.iur.lib.6. quamuis Dec.in eod.c.2.nu.16.cum seq. contrarium senserit, Itẽ excipitur, vbi speciatim aliter cautum esset. Postremò excipiuntur inferiorum statuta; nam arbitrarium tempus hoc est, etsi eos ipsa non ignorantes statim obligent, vt tradidit Abb.in cit.
3 cap.2.num.7. & Felin.nu.10.& Dec.num.15.& communiter DD. † Item non obligatur quis ea
lege, vbi,etsi promulgata est, non tamen promulgatio in sua ciuitate est facta arg. §. sancimus.
& §.ne igitur.iunct §.prouinciarum verò præsides. Authen. vt fact. nou. constit. nam Imperator ibi; vt prouinciarum præsides in suis ciuitatibus legem latam promulgent,ipsis iubet; ergo ex hoc patet ante promulgationem in loco factam eius loci homines non obligari; ac planè si, vbi nusquam lex promulgata est, neminem obligat, vt diximus; nec post promulgationem alicubi factam homines aliundè, vbi factã promulgatio non est, ea constringentur arg.l.quæ de to-
4 ta. ff. de rei vind. † Indi ergo, qui modò Christi fidem professi sunt, si apud ipsos Pontificij iuris cõstitutiones promulgatæ non sunt,in ipsius pœnas nõ incident, vt sensit Nauar.in man.cap. 27.nu.274.vers.Per eandẽ rationẽ. & Iacob.de Graff.c.9.nu.26.lib.4. decis.cas.consc.quamuis glo.in dat.lib.6.in ver. anno, contrariũ senserit,quã,etsi eã improbauit Abb.in c.2.nu.8.de cõstit.de facto tamẽ,& cõsuetudine seruari testatur Iacob.de Graff.eod.quãdoquidẽ publicationẽ factã in Romana Curia sat esse ait,vt infra duos menses ad aliorũ aures perueniat, ex quo in cu-
5 ria cuiuscunq; generis homines esse consueuerunt.† Postremò nõ obligatur quis pœna legis promulgatæ,qui promulgationẽ probabiliter ignorauit; vtpotè quia tunc vel apud hostes erat, vel amentia detinebatur, vel ab infantia nondum excesserat arg.c.fi.de ijs, qui matrim. accus. poss.

SVMMA.

1 *Scita lex, statutumuè esse debet; quò in excõmunicationem, censuramq; ab ipsis latam delinquens incidat.*
2 *Ignorans excommunicari ab homine potest.*
3 *Absens excommunicari ab homine potest.*
4 *Excommunicatio ab excommunicantis animo pendet.*
5 *Ignorans probabiliter se excommunicatum, censuranè alia irretitum excusatur; quò minùs in pœnas incidat; & ne irregularis fiat, peccetq;, si contra censuram facit.*
6 *Ignorans statutum, legemuè excommunicationem ferentem in excommunicationẽ incidit cõtra statutũ,legemuè faciens; si ignorantia crassa, supina affectataue sit.*
7 *Ignorans probabiliter qualitatem aliquam, quam si nouisset, delictum nõ commisisset, probabileuè est eum delictum illud non commissurum, in excommunicationẽ, censuramuè latam contra eos, qui tale delictũ comittunt, non incidit.*
8 *Ignorans clericum esse eum, quem suadente diabolo percussit, in excommunicationem non incidit.*
9 *Ignorans probabiliter statutum, quod sub pœna excommunicationis lata sententia aliquid prohibet, quod sua natura prohibitũ non est; in excommunicationem non incidit, si contra illud statutum venerit, idem si legem huiusmodi ignoret.*
10 *Ignorans statutum probabiliter, quod sub pœna excommunicationis latæ sententia aliquid prohibet, quod sua natura prohibitũ est; in excommunicationem eam non incidit, si contra illud veniat; & quid si communem legem ignoret.*

VIII.

1 §. † Scita quoque lex, statutumuè esse debet, quò in excommunicationem, censuramq; ab
eis latam delinquens incidat arg.c.fi.de constit.lib.6. Verùm,quòd conclusio hæc simpliciter vera non est; ob eam rem, vt eius cognitionem absolutã habeamus, præmissis priùs quibusdam, quæ communiter ab omnibus recepta sunt, eam hic contemplandam mihi proposui.
2 † Præmitto igitur primùm, vbi ab homine quis excõmunicatur, & ignorantem, & inscium ex-
communicari posse, vt probatur c.cùm sit Romana.§. vlt. de appell. vbi Apostolum quempiam
3 absentem, & irrequisitum excommunicasse dicitur; † ergo ignorans, & absens quis excommu-
nicari potest, vt & ibi communiter not. & vt not. glo. communiter recepta in c. Apostolicæ. in verb.Probabili.de cler.excom-min.& Couar.in c.alma.par.1.§.10.nu.7. de sent.excom.lib.6.
4 facit quoq; c.de manifesta.2.q.1. † idq; iure meritò, etenim excommunicatio ab animo eam
proferentis pendet; ac propterea, ex quo inscium, & absentem obligare vult, obligatus ille remanebit.

manebit, sicut etiam aliàs iniustè, atq; iniuria excommunicatus arg.c. sacro. de sent. excom.&
5 c.1.11.q.3. † Secundò præmitto eũ, qui absens,& ignorans excommunicatus est (modò igno-
rantia probabilis sit) excusari, si contra excommunicationem quidpiam faciat, & hominum, sa
cramentorumq; communione vtatur; atq; idcircò nec ipsum peccare, nec irregularem fieri, vt
habetur in cit.c.Apostolicæ. Verùm, dicitur enim ibi, quia tempore suspẽsionis ignari celebra-
stis diuina, vos reddit ignorantia probabilis excusatos. Hæc ibi; si suspensionis igitur proba-
biliter quis ignarus celebrans excusatur, ergo eadem ratione,& excõmunicationis inscius; quã-
doquidẽ & ipse ab officio suspensus est, atq; sic not. ibi cõiter DD.& Henric.Bohic.nu.1.& Co-
uar.in eod.c.alma.par.1.§.6.nu.9.& §.7.nu.2.& nos in hac Tab. cap. de effectibus per accidẽs,
qui in hac vita percipiuntur in princ. id quod nec ratione caret: nam, vt quis irregularis fiat ob
delictum, iure id constitutum est arg.c.is, qui.de sent.excom.lib.6.& ibi communiter not. at
ius pro delinquente eum non habet, qui fecit id, quod delictũ esse probabiliter ignorauit; alio-
quin ad impossibile lex obligaret contra c.erit autem lex.dist.4.& ibi not.glo. in verb.possibi-
lis, & l.impossibilium.ff.de regul.iur.quod hic contingeret: vt verò quis peccet, quò sciens pec
cauerit, necessariò postulatur; nam consensus requiritur, qui in ignorante sine dubio deside ra-
tur; vt in proposita conclusione; iure igitur hic nec peccat, nec irregularis efficitur, quamuis
inscitia hæc aliàs ei non prosit; quare excommunicatus hic, suspensusuè si eligatur, electio non
valebit, & collatio beneficij ei facta pro nulla habebitur, vt citati autores concludunt, & nos in-
fra in Tab.2.asseruimus. Hæc autem locum habent etiam, vbi quis scit quidem se excommuni-
catum esse; sed, dum quidpiam contra excommunicationem facit, probabiliter tamen eius non
6 recordatur, vt dixit Iacob.de Graff.c.9.n.29.lib.4.decis.cas.consc. † Tertiò præmitto commu-
niter receptum hoc etiam esse eum, qui statutum, legemuè probabiliter non ignorauit, sed ob
crassam, supinam, affectatamq; ignorantiam, in excommunicationem iuris incidere, quodcun-
que ius illud sit, vt habetur in c.vlt.ibi. Dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut su-
pina, & ibi communiter not. de constit.lib.6. sicut etiam in c.2.de constit. in antiq. de commu-
ni quoq; sententia testatur Angel.in verb.excommunicatio.7.cas.vlt.nu.2.vers. Verum ignorã-
tes,& Nauar.in man.cap.27.nu.16.& Syl.in verb.ignorantia.nu.15.vers.Et sic non ligatur igno
rans, & Armil.eo. ver.ignorantia affectata, & Iacob.de Graff.c.9.nu.31.lib.4. decis. cas.consc.
facit quoq; cit.c.Apostolicæ; quare, vbi quis legem aliquam scire debet ob officium, qđ exer-
cet, nõ excusabitur, si ignorans eã offenderit; etenim ignorantia eius, quod quis scire debet, pro-
babilis non est, nec excusat arg.§.imperitia.in Instit.de leg.Aquil.& vt sensit Nauar.in manua.
cap.23.nu.147.& Angel.eod.vers. Etsi, cùm talis ignorans, ibi nisi sit persona, & Iac. de Graff.
eod. Si igitur statuto episcopi caueatur sub pœna suspensionis latæ sententiæ exempli gratia, vt
parochi suis aditum in ecclesiã interdicant, vbi pro certo nouerint festis diebus eos choreas du-
xisse; planè, si tantum temporis parochus ibi commoratus sit, vt statutum hoc noscere potuerit,
quamuis statutum ignoret, eam pœnam tamen statuto non parens non euitabit; etenim ad pa-
rochos synodales constitutiones scire pertinet. Episcopus itidem in suspensionem latam per c.
eos. de temp. ord.lib.6. incidet, si alterius ordinarij subdito sine eius ordinarij licentia ordines
contulerit; nam ad episcopum hoc noscere pertinet arg.c.cùm nullus.eod.tit.ac lib. Non itidẽ
excusabitur, quò minùs in excommunicationem incidat, qui clericum percusserit, quem clericum
esse non ignorantia probabili, sed crassa, atque supina ignorat, vt dixit glò.in c.si verò.2.in ver
bo ignorauerit.de sent.excom.quam communem esse ait, ac sequitur Couar.in cit.c.alma.par.
1.§.10.nu.16. vers.Illud sanè prætermittendum est. At inquiet quispiam, ignorantia affectata
quænam est, item quæ crassa, atq; supina? Ignorantia affectata ea propriè dicitur, atque est, vbi
quis ignorat, quia scire non vult, quod scire debet, ac potest,& hoc ob nimium peccãdi amorem;
nam, quò liberius peccet, ignorantiam hanc à se remouere non vult, adeò quòd de eo illud dici
potest, Noluit intelligere, vt bene ageret: quæ ignorantia non modò peccatum non minuit, sed
contra potius illud auget, vt declarauit S.Thom.1.2.q.76.art.4.& Couar.eod.§.10.nu.17.ver-
sic.Decimoquintò,& Iaco.de Graff.cap.9.nu.30.lib.4.decis.cas.consc.& Summa corona cap.1.
vbi de ignorantia vincibili tractat. Ignorantia verò crassa, atque supina est, vbi quis ob desi-
diam, negligentiam, incuriamuè ignorat, quæ scire debet, ac potest, & ob easdem rationes sci-
re non curat, vt citati autores eisdem in locis sentiunt: quæ ignorãtia non omnino excusat, quo-
niam nec omnino de eorundem autorum sententia voluntarium excludit; qui ergo sic ignorãs,
legem, statutumuè offendit, excommunicationem, censuramq; ab ipsis latam non euitabit.
7 † Quartò præmitto inscitiam, & ignorantiam probabilem, seu inuincibilem qualitatis eius, quę

speciem peccati constituit, & grauiorem reddit, excusari ab ea specie, grauitateq; peccati, &
ob eam rem à pœna pro ea delicti specie debita; atq; idcirco & ab excommunicatione, atque à
reliquis censuris, modò qualitas illa scita amouisset probabiliter delinquentē à delicto, vt pro-
8 batur in c. si verò. 2. de sent. excom. † vbi, qui clericum percutit, in excommunicationē eum non
incidere dicitur, si probabiliter eum clericum esse ignorauerit; ergo idem & de alijs censuris,
ac pœnis dicendum est; pro qua sententia facit quoq; l. apud Labeonem. §. si quis virginem. ff.
de iniur. hinc vasallus, si dominū offenderit ignorans inuincibili ignorantia, feudum non amit-
tit; sicut nec donatarius donationē donatorem eadem ignorantia laborans offendens, vt plu-
ribus id egit Couar. eo. §. 10. nu. 13. vers. Tertium, & Iacob. de Graff. cap. 9. nu. 33. lib. 4. dec. cas.
consc. vbi & S. Thom. & Caiet. idem sentientes refert, & Franc. à Vict. in sum. de excom. nu. 8.
vers. Secunda, vbi & communiter hoc receptū esse sensit; id quod summa ratione fit; quando-
quidem delictum, ac peccatum non est, nisi voluntarium sit; at ignorantia illa actum eum inuo-
luntarium constituit, & malitiam ab eo actu tollit, à qua culpa proficiscitur, & vnde pœna debe-
tur, vt asseruit Couar. eod. Quare, si ignorantia illa omnino, & secundum totum operantem in-
uoluntarium constituit, ab omni culpa, & pœna excusat; si verò ex parte, secundum eam partē;
hinc Iacob. qui cum Lya dormiuit, nihil peccauit, quoniam Rachelem sibi nuptui traditam es-
se omnino putauit; hinc è contrario, qui cum duabus sororibus rem habet, vel cum matre, ac
filia ignorans id inuincibili hac ignorantia non punitur, quatenus incestum est, sed solùm quate-
nus est fornicatio; ex quo sciebat neutram vxorem suam esse, vt habetur in c. si quis cum dua-
bus, & in c. si quis cum matre, & in c. quidam fornicatus. 34. q. 2. facit quoque l. si ignorans. ff.
loc. cum ibi not. à glo. & à DD. Quamuis igitur, qui aut cum consanguinea, affineuè, aut cū Mo-
niali matrimonium contrahit, in excommunicationem incidat, vt dicitur in Clem. vn. de cons.
& affinit. pœnam hanc tamen euitabit, vbi hac ignorantia laborans id fecerit. Excipitur tamē,
vbi quis nihilominus delictum illud commisisset; nam, quia ignorantia hæc voluntariū non tollit,
ob eam rem & peccat, & in pœnam incidit, vt citati autores ibidem inquiunt, & Iacob. de Graff.
eod. nu. 34. † Quintò præmitto, vbicunque inferiorum iudicum statuto prohibitum quodpiam
9 est, quod à iure diuino non est damnatum, nec à communi; excommunicatione, censuraue alia
latæ sententiæ adiecta, eum, qui statutum hoc probabiliter ignorans offendit, in excommunica-
tionem, atque in pęnam non incidere, vt probatur c. fi. & ibi not. de constit. lib. 6. & vt tradidit
Abb. in c. à nobis, 1. nu. 9. vers. Vbi autem statutum, quo cum DD. communiter sentiunt de sen.
tent. excomm. & Bart. in l. cunctos populos. nu. 21. & ibi etiam alij C. de summ. Trinit. & Syl. in
verb. excommunicatio. 2. nu. 5. vers. Sciendum est tertiò, & in verb. ignorantia. nu. 15. vers. Ter-
tium, & Nauar. in man. cap. 27. n. 16. vbi opinionem hanc communem sentit; idq; iure merito,
etenim in excommunicationem iuris quis non incidit, nisi vbi mortiferè peccat, vt DD. com-
muniter concludunt; & facit c. nemo. 11. q. 3. præsertim quòd ignorantia statuti ignorantia fa-
cti dicitur in c. 1. de constit. lib. 6. quæ ignorantia excusat, vt habetur in c. ignorantia. de reg. iur.
lib. 6. Quare, si exempli gratia statuto episcopi cautum sit, vt qui festis diebus choreas ducunt,
statim interdicti sint, qui statutum illud ignorat, is contra faciens ea pęna non obligabitur; nam
choreas ducere vi sua peccatum non est, vt sensit Syl. in verb. chorea, & Caiet. eod. in summ. &
Armill. eod. Hæc autem, quæ diximus, locum habent, etiam vbi leges, canonesuè Romanorum
Pontificum de rebus huiusmodi latæ offenduntur; quandoquidem, qui ea ignorant, in excom-
municationes, ac pęnas ab ipsis latas non incident, vbi pro actu iure diuino non damnato sunt,
vt sensit Bar. in cit. l. cunctos populos. nu. 21. & Angel. in verb. excommunicatio. 7. cas. vlt. nu. 2.
& Syl. in verb. excommunicatio. 10. nu. 4. vers. Tertiò, vbi quosdam alios idem sentientes refert,
& Couar. in cit. c. alma. par. 1. §. 10. num. 12. vers. Secundò principaliter, vbi & opinionem hanc
communiter receptam esse testatur, & Franc. à Vict. in sum. Sacram. de excom. nu. 8. vers. Ter-
tia, vbi & de communi testatur; qui ergo constitutionem Roma. Pontificis ignorauerit contra
eos latam, qui è terris ecclesiæ frumentum exportauerint, excommunicatione per ipsam lata
non obligabitur, quamuis hodie, quòd communiter vbique id prohibetur, contrarium dici pos-
sit. His sic præmissis, reliquum est, vt duo contemplemur; primum an, qui contra statutum fa-
ctum ab inferioribus Romano Pontif. facit, quod sub pęna excommunicationis latæ senten-
tiæ aliquid prohibet diuino, humanouè communi iure damnatum, vtpotè furtum, in eius sta-
tuti pęnam hic incidat; atque idcircò in excommunicationem, vbi statutum illud probabiliter
ignorauit; alterum, quid iuris sit, vbi lex de eadem re à Rom. Pont. sub eadem pęna lata est,
10 si quis eam probabiliter ignorans itidem offenderit. † Quò ad primā quæstionem igitur, quam
dispu-

diſputarunt DD. potiſsimum in c.à nobis.1.de ſent.excommun.in antiq.& iu c.2.de conſtitut. lib.6. & generatim Bart. ac reliqui in l. cunctos populos.C.de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.variæ fuernnt DD.ſententiæ.Quarum prima fuit glo. in cit. c.à nobis, quæ hunc ſic delinquentem iu ſtatuti pœnam incidere exiſtimauit, id eſt in excommunicationem, hanc veriorem de rigore iuris eſſe dixit Abb. ibi, ſequitur eam Couar.in c.alma.par.1.§.10.nu.8.cum multis ſequē. vbi rem hanc pluribus egit de ſent.excom.lib.6. & generatim Bart.in ead.l.cunctos populos.n.20. verſ.Secundò quæro, vbi & quoſdam alios idem ſentientes refert, ſicut ētiam Iaſ. nu.31. & Bal. eod.nu.22. Probatur autem, leuioribus omiſsis, tribus potiſsimum rationibus, quarum prima hæc eſt, qui delictum committit diuino,cōmuniq; iure damnatum, in culpa eſt; ergo ob ignorātiam ſtatuti excuſari non debet, nec ſtatuti pœnæ immunis eſſe arg.c.ſi.verſ.Dum tamen.de cōſtit.lib.6. & c.apoſtolicæ. de cler. excom.min. hæc ratio mihi non ſatisfacit; nam, etſi in culpa eſt, egredi terminos tamē eius pœna non debet arg.c.2.de ijs;quæ fiunt à maior.par.cap.& c.2. de conſtit. & c.cùm voluntate.de ſent.excom. at culpa quò ad ius diuinum, & quò ad commune commiſſa eſt; ergo eorū iurium pœnis tantùm obligari debet,non autem & ſtatuti excōmunicatione,ex quo illud ignorans cōtra ipſum fecit,quo caſu delinquēdi voluntas in ipsū non adeſt arg.l.cùm teſtamentum,eū l.ſeq.C.de iur.& fact. ignor.atque idcircò nec culpa in ipſum deliquiſſe dici poteſt arg. c. ſi quis cum duabus, & c. ſi quis cum matre. 34. q. 2. ratione hac ergo propoſita ſententia non nititur. Vnde ſecundo loco Couar. ſic argumentabatur eodē §.10. nu.9. vbi pluribus rem hanc egit; qui contra ſtatutum hoc deliquit, hic ſtatuti pœnam ignorat; at ob ignorantiam pœnæ reus delinquens non excuſatur; non enim, ſi adulter, furuè pœnam pro adulterio, furtouè inuſtam ignoret, furti, adulterijuè pœnam euadet, quod nemo inficiabitur; ergo neque hic ſtatuti pœnam effugiet: hæc ratio, qua nititur in primis Couar.mihi non probatur; nam, vt in excommunicationem quis incidat, neceſſariò poſtulatur, vt is contumax ſit, vt DD. communiter concludunt, & probatur in c.nemo.11.q.3. & apud Matt. cap.18.ibi Si non audierit,ſit tibi, ſicut Ethnicus, & Publicanus, atque ſic aſſerit Iaco. de Graff. cap.9.n.11. deciſ. caſ. conſc. lib.4. atque idcircò, vt & mortiferè peccet: at contumax hic reſpectu habito ad ſtatutum non eſt, ex quo probabiliter ignorat hoc ſibi à ſtatuto prohiberi; ergo ob hanc rationem in excommunicationē ſtatuti non incidet; alioquin dicendum eſſet hunc peccare multipliciter, & vbi etiam ignorantia probabili laborat, quod abſurdum eſt; non enim peccatū eſt, niſi voluntarium,& voluntas in eo non eſt, qui neſcius aliquid facit; præterea ſpeciatim contrarium cautum eſt iu c.2.de conſtit.lib.6. Poſtremò citatur l.vulgaris. §.ſi quis æs. ff.de furt. vbi, qui ſurripuit æs, furtum hunc committere dicitur, quamuis illud aurum eſſe putabat; ergo ſicut hic, qui errat, à furto non excuſatur, quandoquidem rem communi iure, ac diuino damnatam facit, ita in caſu noſtro idem concludendum videtur: hæc ratio non modò propoſitam ſententiam non tuetur, ſed contra potius eam oppugnat; nam, etſi furti tenetur, non tamen pro auro, quod ſurripere ſe exiſtimabat, ſed pro ære, quod verè ſurripuit; ergo idem in caſu noſtro,vt non ſtatuti, ſed cōis iuris offenſi pœna plectatur; irē ibi qualitatis error fuit, ſurripiens enim æs aurum exiſtimabat, qui error actū non vitiat,vt habetur 29.q.1.etenim ignorantia illa omnino vitium rei non tollit. Quare,cùm nulla probabili ratione opinio hæc nitatur, contrariā opinionem,vt hic in pœnam ſtatuti non incidat,quod ignorauit,DD.cōmuniter amplexati ſunt Ioā. andr. in eod. c. 2. in princ. in verb.ignorans.de conſtit.lib.6. & Gemin. eod.nu. 25. verſ. Glo. in verbo ignorantes, & Anton. ſibi contrarius in c.cognoſcentes. eod. in antiq. & Henric. Bohic in cit.c. à nobis.nu.15.& Imol.quem ibi Felin.refert nu.5.& Syl.in verb. ignorantia. nu. 15.verſ. Secundum, & in verb.excommunicatio.2.nu. 6. verſ.Mihi videtur dicendum, & Iaſ. in cit.l.1.n.31.in 1.lect.C.de ſum.Trinit. & Addit. ad Bart. ibidem nu.21.in verb.iure communi, vbi quoſdā alios idem ſentientes refert, & Nauar.in man.nu.16.& nu.274. vbi opinionem hanc communem eſſe ſenſit cap.27.& Iacob.de Graff.cap.9.nu.13.lib.4.deciſ.caſ.conſc. vbi de communi ſententia itidem teſtatur, ſicut etiam Couar.eod.§.10.nu.11.verſ. Cęterum de excōmunicatione, quamuis contrariam opinionem ipſe ſequatur, vt vidimus, & Franc. à Vict. in ſum. Sacramen.de excom.num.8.verſ. Quarta,vbi & de communi DD. ſententia teſtatur. Probatur autem & hæc, leuioribus miſsis, primò per cit.c.2.de conſt.lib.6.nam ibi Rom.Pont. ait ſe nolle per ſtatuta quorumcunq; ordinariorum ligari ignorantes; ergo deciſio caſus propoſiti ibi eſſe videtur. Couar. eo iure opinionem hanc non probari dicebat; quandoquidem initium eius canonis de ignorantia ſtatuti agit, quod prohibet id, quod aliàs diuino, communiuè iure damnatū non eſt; & quamuis ibi de furto deinceps agatur, tamen articulus ille poſtremus non pertinet

tinet ad initium eius canonis, sicut ipse dicebat : hanc responsionē infra tollemus; quandoquidem & verbis, & rationi eius canonis repugnat, vt probabimus. Vnde secundo loco citatur c. si verò. de sent. excom. lib. 6. vbi, si quis clericum percutiat, quem probabiliter clericū esse ignorat, in excommunicationem hunc non incidere ibi dicitur, & tamen clericum percutere, & diuino, & humano iure prohibitum est; ergo idem in casu nostro dicendum videtur: ad hoc variè respondetur, & præsertim à Bero. in c. 2. nu. 32. cum seq. de const. in antiq. ego autem, missa verborum multitudine, breuiter respondeo ius illud ad rem nostram non facere; nam nos de ignorantia iuris agimus; ibi verò de ignoratia facti agitur: id quod hinc probatur, quoniam ignorantia illa, quòd percussus clericus sit, ignorantia vnius singularis est; at ignorantia iuris est vniuersalium, vt probatur per l. 1. ff. de iur. & fact. ignor. Postremò sic dicebat Gemin. pœna à statuto innititur ob subditi contemptum; ergo, qui statutum ignorauit, hunc contempsisse illud dici non potest: & hæc sunt, quæ potissimum pro hac opinione allegantur, præterquam quòd benignior opinio hæc est. Tertia fuit opinio quorundam, vt Anchar. in cit. c. si. num. 6. vers. Quintò oppono. de constit. lib. 6. & Ant. de Butr. in cit. c. à nobis. 1. nu. 8. ibi cum glo. tamen nostra, qui opinionem hanc posteriorem locum habere censent, vbi statutum excommunicationem, pœnamuè aliam spiritualem inurit, priorem autem, vbi alias pœnas infert. Quid igitur concludendum? Ego in hac opinionum varietate à secunda opinione, quæ communis est, & vera, discedendū non censeo, vt. s. in excommunicationem non incidat, qui statutum hoc ignorauit. Primò ob cit. c. si. de constit. lib. 6. vbi & verbis, & ratione apertè opinio hæc nititur. Verbis, quoniam Rom. Pōt. statutis huiusmodi ignorantes obligari non vult; Sententijs per statuta quorumcunque ordinariorum prolatis, ait enim ibi, ligari nolumus ignorantes. Ecce hic simpliciter loquitur, nec distinguit, de qua re statutum sit; ergo neq; nos distinguere debemus arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. preterea pro regula ponit se nolle statuto ignorantes obligari, & solùm excipit, vbi ignorantia aut crassa, aut supina est; ergo, vel statutum de re diuino, cōmuniuè iure damnata sit, ignorantiam excusare cōcludemus; ex quo eum casum non excipit arg. eorum, quæ tradunt DD. in l. 1. ff. de reg. iur. etenim, si aliud legislator voluisset, planè id dixisset, sicut de ignorantia distinxit arg. l. Labeo. ff. de suppel. leg. verbis igitur eius iuris conclusio hæc probatur. Probatur etiam eiusdem ratione, quoniam legislator ob eam rem ignorantes obligari noluit, quò periculis animarum obuiaret, vt ibi dicitur; at, si de statuto puniente actum iure diuino, communiuè damnatum inibi agi nollemus, sed de statuto prohibente rem nec diuino, nec communi iure dānatam periculo animarū non obuiaretur, sed superuacanea constitutio illa esset; nam qua ratione periculum animæ adiret, qui probabiliter ignorans statutum hoc offenderet, quod rem nec diuino, nec communi iure damnatam prohibet? planè id non video; non. n. peccatum sine culpa est, nec culpa sine voluntate, quæ hic omnia desiderantur, ex quo rei licitæ operam dat, & statutum probabiliter ignorat; ne igitur superuacanea constitutio illa sit, de statuto etiam rem diuino, communiq; iure damnatam prohibente ibi agi, quicquid dixerit Couar. concludendum est arg. l. quod labeo. ff. de carbon. edict. ex quibus iam patet eo iure quæstionem nostrā pulcherrimè dissolui. Secundo loco probatur sententia hæc, quoniam excōmunicatio in contumaces fertur arg. c. nemo. 11. q. 3. & vt DD. communiter concludunt, & habetur apud Sanctū Matth. cap. 18. ibi Si non audierit Ecclesiam, sit tibi, sicut Ethnicus, & Publicanus; at contumax dici non potest, qui legi non obtemperat, quam esse, & aliquid sibi iubere nescit; ergo hac quoq; ratione statutum hoc offendens in excommunicationem non incidet. Postremò pro hac sententia facit; quoniam, si statutum hoc offenderet probabili ignorantia ductus, duo mortifera peccata hic committeret, primum, quia contra legem diuinam facit, alterum, quia contra statutum; at peccatū non committitur contra legem, quam quis probabiliter ignorat (non enim consensus adest, qđ requiritur) ergo nec in excōmunicationem eius legis incidit, quam non offendit, & contra quā contumax non est; non enim in excommunicationem quis incidit, vbi mortiferè non peccauit, vt cōmuniter concluditur; ex his omnibus ergo, à communi opinione discedendum nō esse censeo; & de quæstione hac satis. Verùm quid iuris, vbi lex à Romano Pont. pro facto diuino iure damnato lata est, quæ annexam excommunicationem habet (hoc enim postremum erat, qđ explicandum nobis proposueramus) an, qui eius legis inscius delictum illud commisit, in excōmunicationem incidet? Syl. in verb. ignorantia. nu. 16. & in verb. excommunicatio. 2. not. 3. & in verb. excommunicatio vlt. q. 3. in excommunicationem hunc non incidere asseruit, eandem opinionem sequitur Nauar. in man. cap. 27. nu. 16. & nu. 174. & Iacob. de Graff. cap. 9. num. 17. vers. Quartò, lib. 4. decis. cas. consc. Item Angel. & Caiet. vt refert Franc. à Vict. in summ. Sacr. de excom-

de excomm.nu.8.& Sot.dist.22.q.1.art.2.vers.Quare hæc sit qnarta propositio.lib.4. Probatur autem horum sententia primò hac ratione, quoniam excommunicatio solùm pro contumacia fertur arg.c.nemo.11.q.3.& vt habetur apud S. Matth.cap.18. at hic contumax non est, ex quo probabili ignorantia laborat. Item pro hac sententia citatur cap.fi.de const.lib.6. vbi Roman. Pont. ait se nolle ordinariorum statutis ignorantes obligari, ergo nec legibus Rom. Pont.obligabuntur; nam & Romã. Pont. ordinarius est. Atqui contrariam opinionem DD. communiter sequuntur glo.& qui cum ea sentiunt in cit.c.à nobis.1.de senté. excom. generatim Bart. ac DD. in l.cunctos populos.de sum.Trinit. in re nostra Scot.dist.16.q.98. Adrian. q. 3. de clauibus vers.Sed magis dubium videtur.& S.Ant.in 3.par.summ.tit.24.cap.75.prop.fi.& Conar.in c.alma.par.1.§.10.nu.12.de sent. excomm. lib.6. & Franc. à Vict. in summ. Sacr. de excomm. 8. vbi communi vsu opinionem hanc receptam esse testatur; hanc eandem ego etiam libentissimè sequor, quam, leuioribus omissis, sic ipse probo. Primùm per c.cùm illorum. de sent. excô. vbi Rom. Pont. agens de excommunicatis ob clerici percussionem, qui sic excommunicati ordines susceperant, si seculares clerici sint,& ignorantia iuris se excõmnicatos esse ignorassent, dispensandi facultatem cum ipsis sibi reseruat; si autem claustrales, Abbatibus dispensandi facultatem concedit: hæc ibi; si ergo hi, qui clericum percutiunt, quamuis ignorent ob clerici percussionem se in excommunicationem incidere, ordines deinceps suscipiendo egent dispensatione, quò vsum ordinum habeant; ergo in excommunicationem ignorantes inciderant, aliàs nulla esset opus dispensatione, vt per se patet. Nec facit, si dicatur eorũ, de quibus agitur, ignorantiam iuris probabilem non fuisse; nam inimo id statuit Rom. Pont. vbi probabilis ignorantia iuris erat; declarat hoc versiculus ille Nisi graue fuerit, & notabile factum, &c. nam, cùm permisisset Summus Pont. Abbatibus facultatem dispensandi eum Religiosis, qui ordines susceperant, vt dixi; duos tamen casus excipit, in quibus dispensandi facultatem Abbatibus non tribuit; primùm, vbi factum graue, aut notabile fuit; alterum, vbi is. qui clericum percussit, adultus erat, & discretus, vt violenter contra ignorantiam præsumeretur. Hæc ibi in eo versiculo; si ergo Rom. Pont. vult, vt Abbates cum suis Religiosis dispensent, vbi ignorantia iuris se excômunicatos esse ignorabant, nisi hic excommunicatus, aut adultus,& discretus fuit, vt violenter contra ignorantiam præsumatur, & sic vbi ignorantia probabilis non est; ergo Abbatibus facultatem dispensandi concedit, vbi probabilis ignorantia iuris erat; & si hoc verum est, & illud necessariò consequitur ob probabilem iuris ignorantiam in excommnnicationem quem incidere, alioquin dispensatione opus non esset; ex his ergo manifestò constat in excommunicationem iuris communis probabiliter ignorantes incidere, qui delictum diuino iure damnatũ committunt, & re vera miror DD. canonem hunc præter Adrian non diligenter perpendisse; quandoquidem quæstionis huius dissolutio optimè inde colligitur. Secundo loco probatur hæc sententia per c.1.& c.fi.eod. de sent. excom. nam impuberes in canonem, & in excommunicationem c. si quis suadente diabolo.17.q.4.incidere ibi significatur; quandoquidem de ipsis absoluendis ab ea excommunicatione ibi agitur; at ætas illa, quicquid videt, ignorat, vt dixit Imper. in l.1.§.impuberes,& ibi not.Bart.& alij.C.de fals.monet. ergo hac quoque ratione ignorantia iuris huius non excusat. Tertiò facit, quoniam si ignorantia iuris huius excusaret, & ab alijs pœnis, quæ per ius commune inuruntur, excusari quis deberet: at non excusatur, vt experientia rerum magistra docet; ergo nec ab excommunicatione arg.c.cùm dilecta. de confir. vtil.vel inutil. & l.illud.ff.ad leg.Aquil.non enim ratio alia contrarium id suadet. Postremò pro hac sententia facit cit.c.fi.de const. lib.6. vbi Rom. Pont. non vult statutis ordinariorum ignorantes obligari; ergo secus dicendum est de legibus Rom. Pont. arg. c.nonne. de præsumpt.& l.cùm prætor.ff.de iud.& l.iubemus.C.de testam.& l. præcipimus. C.de appell. Nec repugnat, quod dixit Syl.in verb.ignorantia.nu.16. ordinariornm nomine, & Rom. Pont. comprehendi; quandoquidem ordinariorum omnium ordinarius ipse est; nam ad hoc respondetur ob plures rationes canonem illum de Rom. Pont. non intelligi; primò, quia Summus Pont. ait ibi se nolle ignorantes ordinariorum sententijs obligari; at ipse suo successori legem dicere non potest; esset enim parem pari legem dare contra c.innotuit.de elect. & l.nam magistratus. ff.de arbitr. quid enim si suus successor contrarium vellet? planè suum hoc nolle non obstaret: præterea sententijs per statuta quorumcunq; ordinariorum prolatis, dicitur ibi ligari nolumus ignorantes; at vbi à successore quidpiam fieri vult, non illi iubetur, sed significatur, vt habemus in c.fin. de rescript. lib. 6. & in l.digna vox. C.de legib. Quod nobis licere non patimur, dicitur enim ibi, nostris successoribus indicamus; postremò communis vsus canonum hoc habet, vt ordinarij no

minc episcopus, & sic inferior iudex intelligatur arg. tot. tit. de off. ord. & vt passim apud Trid. Syn. habetur; ergo ab eo non discedemus, arg. l. si de interpretatione. ff. de legib. ex his omnibus ergo ratio deprompta ex cit. c. 2. firma remanet, & pro contraria opinione deprompta inde ratio est sublata. Non repugnat demum, quatenus dicebatur excommunicationem pro contumacia ferri; nam verum illud est, vbi ab homine fertur, non autem vbi à iure, vt refert gloss. in c. episcopi, in verb. Minimis. 11. q. 3. & Burg. de irregul. & dispens. pars 6. cap. pro quo peccato debeat ferri excommunicatio; etenim sat est, vt quis delictum committat: præterea lex hunc pro contumaci habet, ex quo delicto operam dat; præsertim quòd à communi iure censuræ, & excommunicatio nisi pro grauissimis delictis feruntur, vt habetur in cap. excommunicamus 1. & 2. de hæret. cum similib. Quare ex his omnibus à communi opinione discedendum non censeo, quam & vsus ecclesiæ probat, & quæ tutior est, vt in excommunicationem per canonem à Rom. Pont. latam quis incidat, vbi excõmunicatio, ac censura pro facto diuino iure damnato lata est. Excipio tamen, vbi pro delicto lata excommunicatio esset, quod, qui illud commisit, delictum esse probabiliter ipse ignorauit; nam, quòd tunc nec peccat, ob eam rem nec in excommunicationem incidet, vt asseruit Couar. in eod. §. 10. num. 12. vers. Quòd si lex pontificia; in hac igitur quæstione sic concludendum censerem.

SVMMA.

1 *Lege, statutoq; vsu hominum non receptis, si quis eis non obtemperet, in excommunicationem, censuramque ab ipsis latam non incidit; quæ regula, quousq; pateat, etiam declaratur.*

2 *Clerici, qui res ecclesiæ vltra triennium in casibus iure non permissis locant, in excommunicationem non incidunt latam per extrauag. 1. de reb. eccl. non alien.*

3 *Consuetudine contraria lex censuram ferens tollitur.*

4 *Lex, statutumq; à minori parte recepta censuris per ipsa latis non obligant; secus si à maiori parte recepta sint.*

IX.

1 § † Recepta esse quoque lex huiusmodi debet; alioquin non obligat, vt tradidit gloss. in cap. 1. in verb. frangere de treug. & pac. quam pro singulari, ac magistra à toto mundo allegari testatur ibi Felin. num. 6. vers. lex noua; vbi & materiam hanc cùm Abb. Imol. ac DD. tùm ipse præsertim, pertractarunt; etenim leges instituuntur, cùm promulgantur; firmantur au-
2 tem, cùm moribus vtentium approbantur, vt dicitur in §. leges. dist. 4. † hinc, si hodie clerici in casibus à iure non permissis ecclesiæ bona vltra triennium locent, in excommunicationem non incidunt, quæ lata est per extrauag. 1. de reb. eccl. non alien. quandoquidem vsu eam legem receptam, saltem quò ad eam pœnam non esse testatur Nauar. in Man. num. 149. cum seq. sicut
3 etiam non nullas alias ab eodem relatas. num. 111. cap. 27. † hinc per contrariam consuetudinem & legem tolli, quæ annexam excommunicationem habet, ita vt quis in censuram non incidat, tradidit Syl. in verb. consuetudo. nu. 17. & sensit Nauar. cum quibusdam alijs ab eo citatis, eisdem in locis; recepta igitur lex hæc esse debet; alioquin censura per eam lata quis non obli-
4 gabitur. † Quæ regula vt non obliget, locum habet, etiam si à minori parte hominum loci eius, in quo est promulgata, recepta sit arg. c. 1. de his, quæ fiunt à maior. par. cap. & l. quod maior ff. ad municip. & vt asseruit Felin. eod. cap. 1. nu. 10. vers. Limita secundò de treug. & Syl. in sum. eod. num. 17. vers. Vnde distinguo, & Nauar. in Man. num. 41. cap. 23. Quare, si statuto episcopi sub pœna excommunicationis latæ sententiæ prohibitum sit, ne mulieres margaritas, sericasq; vestes ferant; quæ statutum offendent, excommunicatione ipsas non obligari, vbi à minori parte receptum tantum est, quosdam asserere inquit, ac sequitur Felin in cit. c. 1. de treug. nu. 6. vers. Ex noua, ibi per istam gloss. Postremò excommunicatio non obligabit, etiam si lex pro re diuino iure prohibita sit; nam, etsi quis peccat, non tamen in eius statuti pœnam incidit arg. cap. fin. de constit. lib. 6. vbi excõmunicatione per statutum lata pro furto, quod prohibitum naturá suá est, extra territorium furtum committens ea pœna non obligatur, atque ita tradidit Felin. eod. c. 1. num. 7. vers. Secunda declaratio. Excipitur tamen, vbi à maiori parte recepta lex est; nam, si minor eam offendat, in excommunicationem, pœnamq; eius incidet: sed hac de re, quatenus ad rem nostram pertinet, hactenus, de qua DD. pertractarunt in cap. fin. de consuet. & in cit. c. vn. præsertim Felin. de treug. & pac. & Syl. in verb. consuetudo nu. 12. & Angel. eod. num. 10. quæ igitur huc pertinent, illinc petemus.

SVM-

SVMMA.

1 *Lege, statutoq; abrogatis, qui ea offendit, in excommunicationem, censuramuè ab ipsis latam non incidit.*
2 *Torneamenta qui exercet, in excommunicationé hodie is non incidit, neque locus interdicto subiectus est, vbi ea exercentur.*
3 *Clerici, si quidpiam vtpotè portorij, vectigalisuè gratia pro suis rebus laicis præstent, in excommunicationem non incidunt.*

X.

1 § † Ne abrogata lex huiusmodi vt sit, itidem oportet; nam tunc, si quis eam offendat, excõmunicatione, cẽsuraue alia per ipsam lata non obligatur; quippe quæ nihil deinceps operetur, vt sensit gloss. in cap. 1. in verb. Statuta, & ibi DD. communiter not. ac Felin. num. 5. de con
2 stit. & vt probatur in extrauag. Quia in futurorum de torn. Io. 22. † vbi, abrogata constitutione, qua sub pœna excommunicationis latæ sententiæ in personas, quæ torneamenta exercebant, & interdicti in loca, vbi ea exercebantur, per cit. extrauag. nec personæ, quæ illud munus exercent,
3 nec loca, vbi illud exercetur, eisdẽ censuris obligãtur, sicut traditur in cit. extrauag. † idem quoq; clericis contingit; nam, etsi, vbi quidpiam vectigalis, portorij, huiusmodiuè rei nomine ipsi laicis præstabant, olim in excommunicationem incidebant ob cap. clericis. de immun. eccles. lib. 6. quod tamen hodie cit. cap. abrogatum est per clem. 1. eodem; ob eam rem in excommunicationem non incidunt, vt ibi habetur; abrogata igitur lege, & censura per ipsam lata abrogata esse censetur, sicuti & sublata causa, & effectus sublatus esse intelligitur arg. c. cùm cessante de appel. & eorum, quæ dixit Tiraquel. de causa cessante. Et hoc, vel abrogata per contrariam legem, vel per contrariam consuetudinem fit, locum habet; his enim rationibus lex abrogatur, vt tradidit gloss. in cod. c. 1. de constit. & vt habetur in §. sed naturalia vers. Ea verò in instit. de iur. nat. gent. & ciu. & in l. de quibus in fin. vbi & not. gloss. ff. de leg.

SVMMA.

1 *Lex suspensa non obligat.*
2 *Lege, statutoq; suspensis, si quis ea offenderit, in excommunicationem, censuramuè aliam ab ipsis latam non incidit.*
3 *Excõmunicatio lata per clem. exijt. de verb. sign. non operatur hodie, quoniam suspensa est.*
4 *Effectus censuræ ecclesiasticæ suspendi potest.*
5 *Effectus censuræ suspendi omnino potest respectu habito ad alios.*
6 *Effectus censuræ an suspendi possit respectu habito ad eum, qui censura irretitus est.*
7 *Romanus Pontifex suspendere censuras quo ad effectus omnes potest.*
8 *Ecclesia interdicta, mihi de licentia Romani Pont. diuina fieri possunt.*
9 *Episcopus, iudexuè alius Romano Pont. inferior an suspendere censuram à se latam possit.*
10 *Suspensa censura suspensione sublata eadem censura numero est.*
11 *Absolutus quis ad tempus à censura vbi est, statim in censuram incidit eandem specie, & non numero.*
12 *Appellatio interposita à censura, vbi quis ad tempus absolutus est, non prodest.*

XI.

1 § † Suspensa lex huiusmodi ne sit, etiam oportet; nam, quàm diu suspensa est, nõ obligat arg. cap. fin. §. in festiuitatibus de sent. excom. lib. 6. & cap. non est vobis de spons. in antiq. cum simil. ac meritò; sicut enim abrogata omnino lex nunquam deinceps operatur, ita neque ex parte, vtpote ad tempus per suspensionem quodammodo abrogata operari debet arg. l. quæ de to-
2 ta. ff. de rei vind. † si quis ergo, suspensa lege, statutouè, per quæ excommunicatio, censuraué
3 alia fertur, ipsa offenderit, neq; in excõmunicationẽ, neq; in censuram aliam hic incidet; † hinc, etsi olim excommunicatione obuoluebatur, qui glossas faceret in clem. exijt de verb. sign. quòd tamen hodie cit. clem. per quã ea pœna inurebatur, suspensa est per extrauag. quia non nunquã Io. 22. eod. de verb. sign. ob eam rem, si quis eam de more fuerit interpretatus, excommunicationem euitabit, vt habetur in cit. extrauag. non igitur suspensa lex huiusmodi esse debet; quò censuris per ipsam latis quis obligetur. Verùm, cùm legem, qua censura fertur, suspendi posse vidimus, an & censuræ latæ suspendi poterunt, ita vt suos effectus non operentur in hac quæstione, quò absolutam materiæ huius cognitionem habeamus, contemplanda hæc nobis sunt; primùm an suspendi effectus censuræ possit; deinde esto, possit, an omnis tam quò ad alios, quàm quò ad

censura

4 censura constrictos; tertiò quisnam suspendere effectus huiusmodi posit; † Quò ad primum
igitur effectus censuræ vt pendeat, atque ob eam rem vt censura suspendatur, effici posse con-
cludendum est; nam de excommunicatione habetur in cap. quoniam multos. 11.q.3. & in cap.
cùm in dubijs, & in c. cùm voluntate, & in c. responso de senten. excom. in antiq. & in c. solet eod.
lib.6. cum simil. vbi cum excommunicato versari nobis aliquando permittitur, quamuis excom
municatio vi sua id vetet; de interdicto etiam probatur in cap. quod in te de pœnit. & in c. non
est vobis de spons. & in c. permittimus de senten. excom. in antiq. & in cap. fin. eod. lib.6. vbi, etsi
interdicti tempore diuina fieri, administrariq; prohibentur, ex causa tamen quædam admini-
strari, ac fieri permittuntur; quamuis ergò cēsuræ latæ sint, effectus tamen ipsarum vt pendeant,
effici posse illis iuribus probatur: neque iniuria, nam censura ecclesiastica quò ad modos iuris
positiui est, vt probauimus in c. 2. in hac tab. at positiuum ius ab eo, qui facultatem hanc habet,
& tolli, & mutari potest arg. l. de quibus in fin. vbi glos. ff. de leg. & §. sed naturalia in instit. de iur.
nat. gent. & ciu. iunct. cit. extrauag. quia non nunquam de verb. signif. & cap. clericis de immun.
eccl. lib.6. iunct. clem. 1. eod: vt pendeat igitur censuræ eccl. effectus, fieri potest, ac de primo ha-
5 ctenus. † De altero autem. s. an effectus omnis suspendi posit. Quò ad alios tam in diuinis, quàm
in humanis suspendi ipsum posse sentio; nam ecce primùm cum excommunicatis in multis ca-
sibus versari possumus, vt habetur in cit. c. quoniam multos. 11.q.3. cum supra citatis; item ab
eodem, sicuti etiam ab interdicto, atq; à suspenso (dummodo denuntiati, notoriiuè censuris af-
fecti non sint) sacramenta suscipere, diuinisq;, dum ab ipsis fiunt, interesse non vetamur ob ex-
trauag. ad euitanda; postremò, vel denunciati, notòrieuè constricti teneantur, nec sacramentum
pœnitentiæ suscipere ab ipsis prohibemur, vt sensit Trid. Syn. de cas. reser. c. 7. sess. 14. nec etiam
baptismum; vt probauimus in comment. nostr. de sacr. tab. 2. cap. 3. nu. 2. & infra suo loco pro-
6 babimus; non igitur est, quod hac de re dubitemus. † Quò ad ipsos autem censura constrictos,
in profanis idem asserendum est; hinc excommunicato permissum est, vt se tueatur, si oppugne-
tur in cap. cùm inter, & in cap. fin. de excep. in antiq. & in cap. 1. de rescriptis lib.6. cum simil.
In diuinis verò quibusdam festis diebus, vt dum fiunt, ipsis intersint, interdictis est condonatum
in cap. fin. §. in festiuitatibus de sent. excom. lib.6. quare tunc non peccabunt, cùm hæc permit-
tente lege agant arg. l. Gracchus. C. de adult. & cap. qui peccat. 23.q.4. Atqui quò ad eosdem an
suspendi censura sic potest, vt ipsi & sine vllo irregularitatis, alteriusuè pœnæ metu, & sine ulla
peccati culpa administrent sacramenta, eademuè suscipiant? Planè quò ad primum id posse opi
namur; tum quòd & censura quò ad modos positiui iuris est, vt dixit Abb. in cap. si verè de sent.
excom. & nos alibi comprobauimus; tum quòd & irregularitas ab eodem iure proficiscitur arg.
cap. is, qui de sent. excom. lib.6. ergo ab eo, qui ei iuri præest, tolli poterit. Quò ad alterū autem
scilicet peccati culpam idem sentimus, dummodo pro pœna aut interdictus, aut suspensus quis
sit; hæc enim sæpius pro pœna inferuntur, & qui ipsis afficitur, sine peccato esse potest: at, si ob
contumaciam quis censura constrictus sit, & in ea perseueret, secus est; nam contumacia morti-
ferum est peccatum arg. cap. 2. de maior. & obed. & vt sensit Abb. in cit. cap. 1. num. 3. de verb.
signi. & Caiet. in summa in verb. contumacia; & mortiferi peccati culpa pollutus diuino iure pro-
hibetur, quò minùs administret sacramēta, eademuè suscipiat, vti nos probauimus in comment.
nostr. de sacr. tab. 1. cap. 4. & cap. 11. num. 4. & iuri diuino repugnare nemo potest, neque etiam
Rom. Pont. vt asseruit. Abb. num. 23. & Præpos. num. 25. in cap. dilectis filijs de appell. vbi, etsi
excommunicationis sententiam à Romano Pont. suspendi posse concludunt: hoc tamen locum
habere inquiunt respectu habito ad ea, quæ sententiæ excommunicationis positiuo iure insunt,
non autem quò ad ea, quæ iuris diuini sunt; in his enim neque Romani Pont. sententia eum obli-
gat, qui peccati vinculo obligatus non est; nec soluit, qui solutus non est arg. cap. à nobis. 2. de
senten. excom. in antiq. & cap. 1. de re iud. lib.6. & cap. si ad tempus. 11. quæst. 3. & vt asserunt
Abb. ac Præpos. in cit. cap. dilectis filijs de appell. atque in hanc sententiam accipiendum senti-
mus, quod dixit Dec. in cap. ad hæc 5. num. 7. cum seq. de appel. scilicet excommunicationem,
interdictumq; ob culpam suam in quempiam latam suspendi nō posse: hoc igitur casu excepto,
quò ad reliqua suspendi censura poterit. Sed iam de tertia quæstione, quisnam censuram suspen-
7 dere posit, agamus. † Romanum Pont. igitur censuram suspendere posse concludendum est; id
quod probatur cùm ex ijs, quæ in proxima quæstione tradidimus, tum hinc, quòd censura eccl.
quò ad modos iuris positiui est, vt dixit Abb. in cap. si verè. num. 8. de sent. excom. & nos in hac
tab. cap. 2. quod ius, quoniam Pont. Max. ei præest arg. cap. proposuit de concess. præben. ob eam
rem & illud declarare, & moderari, & tollere ipse potest, vt probatur in proem. decret. in antiq.

& lib.

& lib. 6. & in cap. fin. de constit. & vt dixit Innoc. in cap. ad monasterium de regul. & Abb. in cap non nulli. num. 1. de senten. excom. & glo. communiter recepta in clem. vn. in verb. pro infectis de immun. eccl. & DD. ac Felin. num. 11. in c. 1. de constit. Si ergo hæc potest, & censuras suspen-
8 dere valebit; † hinc in ecclesia speciatim interdicta vt diuina fiant, permittere ipsum posse asseruit gloss. in cit. c. ad hæc. 5. de appell. & DD. ac Dec. ibidem: nec repugnat, si dicatur effectum censuræ simul cum sententia esse arg. cap. pastoralis in fin. de appell. nam ad hoc respondeo, illud idcircò fieri, quoniam sic positiuum ius voluit; quod ius cùm moderari, tollereque Pont. Max. queat, meritò & ipsa censura sententia, seu vinculo eius permanente effectum suspendere poterit; & eò magis, quòd effectus censuræ non idem cum sua causa est; excepto igitur casu, quem in antecedenti quæstione posuimus, effectum cuiusq; censuræ suspendere Rom. Pont.
9 poterit. † At quid de inferiore iudice, an & ipse effectū cuiusq; censuræ suspendere poterit? in interdicto quæstionem hanc DD. disputarunt, gloss. & Abb. & Dec. ac reliqui in cit. c. ad hæc 5. & in c. dilectis filijs de appel. vt suspendi ergo interdicti effectus per episcopū, & ita per inferiorem iudicem possit, asseruit Io. An. quem refert Abb. in eod. cap. ad hæc. num. 4. & in eod. c. dilectis filijs. num. 22. eandem opinionem secuti sunt Butr. Card. & Imol. relati à Dec. in cit. cap. ad hæc. num. 5. ipsam communem dixit Dec. ibidem, & Abb. num. 5. & Præpos. num. 4. Probatur autem primò hac ratione, interdictum ab episcopo tolli omnino potest, quod à se latum est, vt in tab. 5. nos asseruimus, & generatim supra cap. 4. in princ. ergo multò magis ipsius effectus suspendi ab eo poterit; cui enim, quod plus est, licet; & id, quod est minus licere ei debet, vt dicitur in cap. cui licet de reg. iur. lib. 6. & in l. non debet, cui plus. ff. eod. cùm igitur interdictum tollere plus sit, quàm eius effectum suspendere; iure, qui illud tollit, & eius effectum suspendet: Præposit. ad rationem hanc respondebat, eamq; propositam conclusionem minus probari asserebat; quandoquidem, vt ipse dicebat, non eadem ratio in tollendo, quæ in suspendendo est; nam, vt tollatur simpliciter, naturale est; vt verò permanente causa effectus suspendatur, quodammodo contra naturam: hæc Præpos. quæ responsio mihi non satisfacit; nam in naturalibus ea ratio locum habet, non autem in ijs, quæ positiui iuris sunt; alioquin nec Rom Pont. id posset, cuius tamen contrarium antea asseruimus: ego igitur sic responderem idcircò interdictum tolli ab inferiore iudice posse; quoniam id ei iure permissum est, non autem, vt ab eodē suspendatur; quare, cùm effectus iuris communis, nisi in casibus à iure expressis, inferior iudex tollere possit, vt dixit Innoc. in c. dilectus de temp. ord. quem refert, ac sequitur Præpos. in cit. cap. ad hæc. nu. 4. neque in hoc facultas ei permissa esse appareat, meritò interdicti effectum suspendere non poterit. Vnde secundò sic argumentabantur, excommunicatus, quò testimonium ferat, ad tempus absoluitur; ergò & interdictum ad tempus suspendi potest: hoc argumentum superiori debilius est; nam ibi non excōmunicationis effectus suspenditur, sed eiusdem vinculum ad tempus tollitur, quod & in interdicto fieri posse non dubitamus, atque ita respondit Dec. in eod. c. ad hæc, addo ego rationem hanc cum priori conuenire, ad quam responsum iam est: Tertiò citatur pro hac eadem sententia c. dilectis filijs de appell. quo in loco interdictum à quodam inferiore promulgatum, & eius effectum ad tempus suspensum dicitur; ergo interdicti effectus ab inferiore suspendi potest: hoc iure itidem, quod potissimum pro hac sententia citatur, ea non vititur; nam ibi, quid actum sit, narratur; an autem id valuerit, non modò ibi hoc non probatur, sed contrarium potius; id, quod hinc patet, quòd eam allegationem Rom. Pont. reiecit. Quare contrariam sententiam, vt interdicti effectus ab episcopo non suspendatur, amplexati sunt Cald. & Io. de Lign. & Præpos. eod. c. ad hæc. num. 4. eandem ante factum sequendam dixit Abb. & de iure veriorem existimauit ibidem. num. 5. Probatur autem primò hac ratione, effectus interdicti ab interdicto separari non potest, vt probatur per cap. pastoralis de appell. atque ob eam rem factum est, vt per appellationem consequentem non suspendatur, vt habetur in c. is, cui de sent. excom. lib. 6. hinc Io. de Lign. primum actum, id est sententiam, seu vinculum à secundo actu, id est ab effectu separari non posse dicebat; ergo eius effectus suspendi non potest: ad hanc rationem respondetur effectum, & ipsius causam idem nō esse, vt hoc per se patet; ac propterea absurdum non esse, vt vinculo permanente effectus tamen impediatur, alioquin nec Rom. Pont. id posset, cuius contrarium antea probauimus. Vnde Abb. secundò sic argumentabatur, si effectus interdicti suspendi posset, magis id appellatio, quàm iudex id faceret; nam maiorem potestatem ad effectum sententiæ suspendendū appellatio, quàm iudex habet arg. l. non poterit. ff. de furtis iunct. l. 6. de ijs, qui not. infam. iudex enim, quem furti damnauit, quin eum sequatur infamia, efficere non potest; quod appellatio facit, vt probatur in cit. iuribus, & tamen appellatione non suspenditur effectus

effectus censuræ simpliciter latæ, vt dicitur in c.is,cui in fin.de senten.excom.lib.6. atqui, & ad
hoc responderi potest illud idcirco fieri, quoniam in alijs sententijs index tantam potestatem
non habet,quantam in sententia censuræ arg.c. sacro de senten.excom.in antiq.& c.venerabili-
bus.§.vbi autem,& cap.1.iunct. gloss. causam ibi,& not. ex hac litera eod.lib.6. Quid igitur in
hac re sentiendum. Ego ab hac posteriori sententia non discedo, vt scilicet episcopus,idest Ro-
mano Pont. inferior interdictum suspendere non possit, quam rationibus his probo. Primùm
quoniam interdicti effectus, sicut ipsum interdictum, ac reliquæ censuræ,quò ad modos positiui
iuris sunt,vt dixit Abb.in c.si verè.num.8.de senten.excom. & nos in tab.hac c.2.probauimus;
cui iuri,Ponr.Max. excepto, in diuinis Christi fideles vniuersi subiecti sunt, vt habetur in cap.1.
& ibi DD.communiter,& cap.fin.de constit.at,qui subiectus alicui est, eius leges tollere non po
test arg.cap.cùm inferior de maior.& obed.& cap. inferior. dist.21.ergò nec effectus interdicti
suspendere.Confirmatur hoc,quoniam neque consuetudine,neque exemptione quis adiuuatur,
quò minùs interdictum seruet, vt dicitur in c.inter vos de consuet.& in clem.1. de sent. excom.
hinc episcopus cum excommunicato à se versans in minorem excommunicationem incidit, si-
cut infra suo loco probauimus,& Abb.tradidit in cap.nuper num.9. de sent.excom. Postremò
facit,quoniam communiter concluditur excommunicationem suspendi ab episcopo non posse,
vt dixit Dec.in cit.cap. ad hæc.num.5. vers.aliter tamen de appell. ergò nulla firmior ratio sua-
det,vt contrarium de alijs censuris sentiamus;præsertim quòd,vbi ecclesia non eodem iure cen
suras omnes vti voluit,id expressit arg.c.quia periculosum, & cap.Romana. §.in vniuersitatem,
& cap.præsenti,& cap.fin.§.in festiuitatibus vers.excommunicatis de senten excom.lib.6. cum
simil.cùm igitur in hoc lex id non dicat, & ratio contrarium nobis dictitet, neque nos id dicere
debemus; ita igitur in hac re concludendum sentirem. Qua opinione stante superuacanea in-
quisitio illa redditur; an, si,censura sic impedita,interim appelletur, per appellationem suspen-
datur,ita vt impedimento sublato ipsa nulla sit,ac reddatur iuxta c.is,cui de sent.excom.in fin.
nam,ex quo suspendi non potest, frustra quæritur, an appellatio operetur; & Rom.Pont.igitur
10 suspendere censuras tantùm poterit. † Arqui ea suspensione sublata, cùm adhuc censura adsit,
an eadem censura numero existimabitur.Innoc.eandem esse sensit in cap. cùm inter num.2. de
consuet.nam interdictum suspensum festis illis diebus, qui habentur in cap.fin. de sent. excom.
lib.6. suspensione sublata idem esse dixit; eandem sententiam veriorem existimauit Bald. in l.
cùm alijs.C.de curat.fur.ipsam ego vti verissimam etiam sequor;tum quòd interdictum sic su-
spensum se habet, sicut curator furioso datus, qui aliquando sanus fit, ergò sublata censuræ su-
spensione, seu interdicti,idem interdictum erit; nam & curator furioso illi datus, quamuis, vbi
furor cessat,res furiosi non administret,tamen redeunte furore, administrationem iterum acci-
pit,& cura eadem esse existimatur,vt habetur in cit.l.cùm alijs, & ibi DD. not.C. de curat.furt.
tum quòd bannito securitate ei ad tempus tradita, bannum semper durat, quamuis securitatis
tempore non operetur,vti not.Bald.in cit.l.cùm alijs,ac propterea idem bannum est, atque id-
circo idem etiam erit interdictum; postremò hanc sententiam sic ego confirmo, suspensio radi-
citus non tollit ius, quod quis habet, sed iure vi sua permanente effectus ipsius suspenditur, id
quod probauimus in tab. 4. de suspensione ab officio, & arg. c. cupientes. §. cæterùm de elect.
lib.6.ergò sublata interdicti suspensione idem interdictum erit; cùm nunquam esse desierit; ac
sanè,si contrarium sentiremus,non suspensio, sed sublatio interdicti esset; idem igitur interdi-
ctum erit. Quare, esto,episcopus interdictum suspendat,quod proximè negauimus, appellatio
tamen tunc interposita eo impedimento sublato interdicti effectus non suspendet; quippe quæ
post interdictum intercesserit, quod semper durauit arg.cit.c.is,cui in fin.& vt DD.not.in cit.c.
11 ad hæc de appell. † Non hoc autem est, vbi excommunicatus aut ad testimonium ferendum,
aut, quò beneficij ecclesiastici collatio valeat,absoluitur;nam,etsi in excommunicationem,cen
suramq; iterum incidit, eadem tamen numero, quæ prius aderat, omnino non est,vtpotè abso
lutione sublata;neque enim reuiuiscere eadem omnino potest, cùm à priuatione ad habitum de
Phil.sententia regressus non detur; quamuis, quòd in prioris locum sufficitur, ob eam rem eius
naturam sequatur arg.l.si eum.§.qui iniuriarum,& ibi not. ff. si quis caut. † quamobrem etiam
12 fit, vt,si tunc sic absolutus appellet, nihil tamen operetur, quò minùs absolutione sublata in ex-
communicationē,censuramq; iterū incidat; idq; iure meritò, nā ad actū illum tantùm absolutus
est, ac propterea præter absoluentis propositū operari vlterius non debet arg.l.non oīs.ff.si cer.
pet.& c.cùm voluntate de sent.excom. Suspensa igitur lex,per quam censura fertur,vt vnde di-
gressi sumus,eò iam reuertamur,esse non debet,quo in eius pœnā incidat,qui cōtra ipsum facit.

SVMMA.

1 *Externo facto lex offensa esse debet, quò delinquens eius censura obligetur.*

2 *Animo tantùm vbi delictum conceptum est, delinquens in foro exteriori nec ab homine, nec à lege puniri potest, atque idcirco nec censura obligari.*

3 *Animo tantùm hæresim conceptam habens in excommunicationem contra hæreticos latam non incidit, nec excommunicatus est.*

4 *Animo tantùm clerici percussionem suo nomine factam ratam habens excommunicatus non est.*

5 *Animo tantùm simoniacus excommunicari non debet.*

6 *Occultum ob delictum quis censura irretiri potest, vbi externo facto deliquit.*

7 *Occultum ob delictum iudex excommunicare potest autorem eius; &, qui eum non patefaciunt, vbi delictum externo aliquo facto commissum est.*

XII.

1 §. † Extrinsecus offensa lex hæc vt sit, etiam oportet, quò quis in censurã ab ea latam incidat.
An igitur ob delictum omnino occultum quis censura a canone lata obuoluatur? Gloss.
quæstionem hanc disputauit, & ibi etiam DD. in clem. 1. §. verùm de hæret. vbi quoque hac de
re varias sententias retulit. Verùm, quod ipsa nec perfectè, nec apertè rem explicasse mihi vide-
2 tur, ob eam rem, ipsis omissis, sic distinguendum censerem. † Aut delictum animo tantùm con-
ceptum est, & in hoc casu in foro fori, id est contentioso, qui deliquit, hunc neq; ab homine, neq;
à lege puniri posse concludo. Non ab homine; quoniam cogitationis pœnam nemo meretur, vt
dicitur in l. cogitationis. ff. de pœn. & in c. cogitationis de pœnit. dist. 1. & vt probatur in citatis
à glossa in eod. §. verùm de hæret. & in c. erubescant in fin. dist. 32. & vt asseruit gloss. in l. si quis
non dicam rapere C. de epis. & cler. & Bald. ibi num. 1. & gloss. not. in c. qui studet in verb. à com-
munione. 1. q. 1. videu. etenim ad eius fori iudicem ea pertinent, quæ ab ipso cognosci sua natu-
ra, id est hominum more possunt arg. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præs. at cogitationum nostra-
rum cognitor Deus tantùm est; iure igitur, cùm intimos animi cuiusq; sensus minimè noscamus,
neque eosdem punire iudices possumus: accedit, quòd huiusmodi delicto nullus homo offendi-
tur, vt dixit Bald. in cit. nu. 1. ergò iure non punitur arg. l. 1. §. 1. ff. quodquisque iuris. Non etiam
à lege ab homine lata isdem coercetur; quoniam lex ab homine de eo ferri potest, de quo ab
eodem & iudicari, vt dixit S. Thom. in 1. 2. q. 91. art. 4. quem refert, ac sequitur Syl. in re nostra
in verb. excommunicatio. 7. nu. 3. cum seq. at de huiusmodi delictis contentiosi fori iudices co-
gnoscere non posse iam vidimus; qui ergo delictum huiusmodi committit, neque à iudice fori
3 contentiosi punietur, neque in pœnam, censuramuè legis incidet; † hinc hæreticum animo tan-
tùm excommunicatum non esse dixit Sot. dist. 22. q. 2. art. 2. vers. 2. Hoc autem supposito, & art.
3. vers. Nam, etsi hæresis in 4. & Syl. eod. vbi & quosdam alios idem sentire ait. & Caietan sum. in
verb. hæresis, & Armil. eod. nu. 1. & Nauar. qui opinionem cõem hanc sensit in man. c. 27. nu. 56.
& in c. nouit de iud. not. 3. nu. 142. vbi Theologorum opin. hanc de hæretico communem ait, &
Iacob. de Graff. c. 8. nu. 41. lib. 4. decis. cas. conscien. quamuis Bal. contrarium senserit in cod. nu.
4 1. & Felin. in tract. quando conatus puniatur nu. 6. cum seq. & malè ob prædicta; † hinc, etsi, qui
ratam clerici percussionem ab alio nomine suo inustam habet, excommunicatione statim obuo-
luitur, vt dicitur in c. cùm quis de sent. excom. lib. 6. qui tamen animo sic ratam habuit, vt extrin-
secus signum nullum dederit, hunc pœnam hanc euadere dixit gloss. qua cum DD. transeunt in
5 cit. c. cùm quis; † hinc quoque Simoniacum animo tantùm excommunicandum non esse dixit
gloss. in cap. qui studet in verb. à communione. 1. q. 1. & in cap. consulere de simi. & Mars. in l. qui
falsam nu. 7. vers. Tertius casus. ff. ad leg. corn. de fals. in censuram igitur quis non incidet ob de-
lictum animo tantùm conceptum; atq; communiter receptum id esse testatur Nauar. vbi multa
de hoc ait. in gloss. sum. nu. 22. de pœnit. dist. 5. An igitur, inquiet quispiam, impunè hic abibit?
non planè; nam, etsi hominum lege non coercetur, coercebitur tamen diuina arg. c. sicut tribus
gradibus de pœnit. dist. 2. Quare, qui hac ratione peccarunt, si amissam gratiam recuperare ve-
lint, ad ipsum peccatum confessione explicandum sacerdoti obligantur, vt declarauit Trid. Syn.
cap. 5. de confess. vers. ex his colligitur sess. 14. & nos in comment. nostr. de pœnit. cap. 15. nu. 10.
6 vers. Quoquomodo commissa; sed de delicto, quod animo tantùm concipitur, satis. † Aut deli-
ctum conceptum animo tantùm non est, sed extrinsecus quidpiam deinceps est consecutum, vt-
potè aut verbis, aut scriptis, aut nutibus, aut re ipsa delictum est expressum, & tunc & à iudice, &
7 à lege punitur, ac delinquens in censuram incidit; † nam ecce primò iudex, si delictum sciatur,

ipsius verò autor ignoretur, generatim tamen, qui delictum illud commisit, censura irretire potest arg.c.2.de off.ord.hinc receptum antistitum cõsuetudine videmus, vt sæpius, qui intrà præscriptam diem damni alicuius autorem nõ patefacit, cùm id sciat, in eum excommunicationem ipsi ferant, vt habetur in c.dilectus filius de excess. prælat. & vt tradidit Abb. ibi & in c.qui cum fure.num.5.de furt. & Bart.in l.inciuile.C.eod.idque meritò; nam, cùm suas diœceses consceleratis hominibus expurgatas habere debeant arg.l.congruit.ff.de off. præs.iure & id, sine quo illud non possent, permissum ipsis esse debet arg.l.2.ff.de iurisdic.om.iud.& l.ad rem mobilem, & l.ad legatum.ff.de procur. & vt dixit Abb.in cit. c.qui cum fure, & Bart.in cit.l.inciuile. Lex quoq;, vbi iure ipso censuræ ab ipsa promulgantur, eos constringit, qui se delicto ab ea lege prohibito, exteriori aliquo facto contaminarunt; etiam si delictum illud sic occultum sit, vt ab omnibus ignoretur; vt probatur iuribus à gloss.citatis in ead.clem.1.§.verùm; nam in eo.§.verùm excommunicantur, qui malo animo, atque iniquo hæresis notam cuipiam inurunt, non, qui hoc tantùm facere in animo habuerunt; & tamen huiusmodi animus ignotus esse sine dubio potest; in clem.1.§.quia verò de stat. monac. eadem pœna monaci afficiuntur, qui curias principum 1
idcirco adeunt, quò suis antistitibus, monasterijsuè damnum inferant, &, quo animo id facerent, ignorari potest; in clem.cupientes.§.qui verò de pœn.in suspensionem incidunt, qui pœnitentibus suis, vt decimas soluerent, non persuaserunt; in cap.vn.de schis.vers. Omnem personam, puniuntur, qui exteriori aliquo facto ei constitutioni non obediunt; sicut in cap.vbi periculum.§. 2
nulli, & c.fundamenta.§.quòd si secus de elect.lib.6. qui secretò cum Cardinalibus in Conclaui colloquuntur, rationeuè quapiam occultè contra eam constitutionem faciunt; in c.quia sępe eodem puniuntur, qui vacantis ecclesiæ bona dissipare præsumpserint; in c.sciant. §.cæterùm eod. qui intra præscriptam diem negligentia non fecerint, quod ipsis ibi percipitur; in c.indemnitatibus.§.postremò eod.qui dissidij causam in monialium electione quæsiuit; in cap.fin.§.pars de off.deleg.eod.lib.6.qui curauit, vt conseruatores suæ iurisdictionis terminos egrederentur; in c. fin.de offic.ord.eod.lib.qui ecclesiæ vacantis bona occupauerunt, id quod consequentia verba declarant; in c.2.de iud.eod.lib. qui testimonij nomine, re autem vera fraude ad mulierem domum venit; in c.1.de re iud.eod.lib. qui iniquo animo iniquam sententiam tulit; in cap.2.eod.in fin.qui ei opem tulit, qui damnatus fuerat; in c.clericis de immun.eccl.qui opem tulit ei, qui clericos ratione quapiam molestia, damnonè afficit, vt mittam c.fin.de temp.ord. in antiq. & cap. porrò, & c.cùm non ab homine de sent. excom.ex quibus iuribus omnibus apparet in pœnam legis eos incidere, non, qui delictum animo tantùm conceperunt, sed qui aut illud cõsumarunt, aut facto exteriori aliquo id consumare conati sunt, quamuis id sciri, vtpotè secretò, occultenè factum non possit; vel scito, quo animo factum sit, ignoratur; nemo enim ex ipsis, qui in citatis iuribus recensentur, in pœnam incidit, propterea quòd in animo ipsi erat legi non obtemperare, sed quòd ei non obtemperauit, & id facto exteriori significauit. Hinc oportet, quò quis in pœnam incidat cit.§.verùm, vt hæresis notam inusserit; in pœnam verò.§.quia, vt curiam adierit; in pœnam clem.cupientes.§.qui verò, vt non persuaserit; in pœnam c.vn.de schis. in verbis id habetur; in pœnam. c.vbi periculum.§.nulli, & c.fundamenta, vt cum Cardinalibus collocutus sit, & ratione quapiam contra eam constitutionem fecerit; in pœnam c.quia sępe, vt dissipare bona præsumpserit; in pœnam c.sciant.§.cæterùm, vt negligentia vsus sit; in pœnam c.indemnitatibus.§.postremò, vt dissidij causam quæsierit; in pœnam c.fin.§.pars, vt curauerit, quò conseruatores terminos suos egrederentur; in c.fin.vt bona occupauerit; in c.2.vt ad mulierem venerit; in c.1.vt sententiam tulerit; in c.2.vt dãnato illi opem tulerit; in pęnam c.clericis, vt adiuuerit: hæc autem fieri animo nequeunt, sed exteriori facto opus est. Vbi ergo ratione hac quis legem offenderit, in excommunicationem, cẽsuramuè ab eo latam, etiam si occultissimum sit delictum, non aliàs, incidet; quæ regula locum habet etiam in iudice, vbi pro futuris culpis generalem sententiam censuræ promulgat.

SVMMA.

1 *Conatus delictum quodpiam committere, pro quo excommunicatio, censurauè alia iure ipso à lege fertur, in eam censuram non incidit, si delictum illud non perfecerit; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Conatus percutere clericum, si tamen eum non percusserit, in excommunicationem nõ incidit.*

3 *Conatus exportare frumentum ex territorio ecclesiæ, si tamẽ ipsum non exportauerit, in excom-*

excommunicationem, quæ per Romanos Pont. hac de re lata est, non incidit.

4 *Conatus percutere clericum, si laicum percutit, quem clericum esse existimat, in excom. non incidit.*

5 *Censura lata pro futuris culpis non dicitur lata sub conditione.*

XIII.

1 §. † Postremò requiritur etiam, vt offensa lex re ipsa sit, quò in excommunicationem, censuramuè ab ea latam quis incidat, id est, vt conatus effectum consumatum habeat, vt tradidit Card. in c. præterea requisisti de appell. quem refert, ac sequitur Mars. in l. qui falsam. num. 7. vers. Sextus casus, vbi & quosdam alios idem sentire ait. ff. ad l. Cornel. de fals. & Felin. in tract. suo. Quando conatus puniatur. nu. 10. vers. Fallit sextò; namq;, vbi à lege propter factum quodpiam pœna ipso iure irrogatur, conatus non sufficit, quò quis in eam pœnam incidat, nisi effectus sequatur arg. c. cùm in cunctis. §. fin. de elect. in antiq. iunct. c. perpetuò eod. lib. 6. & vt not. ibi Gemin. & Anchar. ac reliqui, & Abb. asseruit in cap. 1. nu. 13. & DD. de eo, qui mit. in poss. & Mars. in cit. l. qui falsam. nu. 7. vers. Quartus casus, & Felin. in eod. tract. nu. 8. & Præpos. in c. fin. nu. 7. vbi opinionem hanc communem sensit de spons. & Io. And. in c. in pœnis de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & Bald. in l. si quis non dicam rapere. nu. 5. C. de episc. & cler. & Nauar. nouissimè in
2 commentario de datis, & promissis vers. Octauò noto. nu. 13. ibi sextò. † Quare, qui clericũ percutere conatur, in excommunicationem non incidit, licet faciat, quantum velit, modò eum non percusserit, vt sensit gloss. in c. cùm in audientia, & in c. si verò. 2. de sent. excom. & Host. in sum. nu. 9. vers. In primis ego quæro de sent. excom. & pro certo habuit Io. And. in cit. c. in pœnis eod. nu. 5. & Felin. asseruit eod. tract. nu. 10. vers. Fallit sextò ibi, & hinc est, & Mars. in cit. l. qui falsam. num. 7. vers. Sextus casus ibi dicit etiam, ac Ioan. de Lign. in tract. de censur. eccl. §. quintus. nu.
3 20. in fin. & Viuius in Sylua com. opi. opi. 88. nu. 8. † Item, cùm hodie per Romani Pontificis constitutionem excommunicatio ipso iure in eos feratur, qui frumentum è territorio ecclesiæ exportauerint, eam pœnam effugient, si solùm id conati sint, atque ita sensit Bald. in huiusmodi quæstione in l. si quis nõ dicam nu. 1. vers. Concludе igitur. C. eod. eadem enim & hic ratio viget, er-
4 go & eadem dispositio arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. † Postremò, qui laicum percutit clericum se percutere existimans, nec hic in excommunicationem incidit, vt dixit Host. in sum. de sent. excom. nu. 10. vers. Quid si dicat, & Couar. in c. alma pars. 1. §. 10. nu. 15. vers. Duodecimò de sent. excom. lib. 6. ac propterea nec irregularis fit, si diuina faciat; quãuis, ne peccet cõtra conscientiã faciendo, quousq; de hoc edoctus sit, se ab hoc abstinere debeat, atque sic sensit gloss. in c. si verò in verb. ignorauit de sent. excom. ob conatum igitur solum in censuram quis nõ incidet: id quod summa ratione factum est; tum quòd verba legis cum effectu accipienda sunt, vt dicitur in l. 1. §. hæc verba, & ibi Ias. ac DD. not. ff quod quisque iur. tum quòd in pœnis benignior interpretatio facienda est arg. c. in pœnis, & c. odia de reg. iur. lib. 6. & l. interpretatione. ff. de pœn. Addo pœnam delicti quantitati respondere debere arg. c. 2. de ijs, quæ fiunt à maior. par. cap. iniquum autem videretur, vt eadem pœna, & qui delictum perfecit, afficiatur, & qui illud nõ perfecit, sed conatus tantùm est: quæ autẽ diximus de censura à lege ipso iure lata, eadẽ & de censura pro futuris culpis à iudice ipso iure itidẽ promulgata, quòd eadem ratio & hìc viget, sentimus. A proposita tamen regula hunc casum excipimus, vbi pro conatu etiam censura inureretur; nam tunc, vel prohibitum delictum quis solùm agere conetur, in pœnam nihilominus incidet, vt not. Bald. in cit. l. si quis non dicam rapere. num. 5. C. de episc. & cler. & pluribus id Nauar. in comment. de datis & promissis. nu. 13. vers. Octauò not. ibi. Ad hæc omnia respondetur, & arg. c. felicis de pœn. lib. 6. & c. 2. de homic. eod. lib. atque sic dixit Summa
5 corona in 3. part. de excom. cap. 9. in 2. artic. prin. vers. Nota etiam. † Addo vnum excommunicationem, & aliam censuram à iure latam hac forma exempli gratia, Qui furtum fecerit, sit excommunicatus, sub conditione latam non dici, vt dixit Bald. in c. quòd translationem num. 5. de off. leg. & sequitur Felin. in cap. quòd ad consultationem nu. 7. vers. Et addo de iud.

De efficiente causa absolutionis censuræ eccl. à lege, statutoue latæ, id est de eo, qui absoluere potest à censuris à iure latis; & de ijs, quæ ad absolutionem tribuendam necessariò inesse ipsi debent. Cap. X.

SVMMA.

1 *Absoluere à censura, à lege, à statutouè lata is potest, qui legem, statutumuè tulit; item superior, successorque ipsius.*

2 *Absoluere legislator potest, nec non eius superior, successoruè à censura lata per statutum suum eum, qui in ipsam incidit; vel alterius iurisdictionis sit.*

3 *Absoluere legislator, successor, superiorué eum potest, qui in censuram à sua lege latam incidit, dum suus subditus esset; etiam si deinceps suus subditus esse desierit.*



GEneratim de excommunicatione, ac reliqnis censuris, quæ à lege, à statutisuè feruntur, egimus; iam, qui in ipsas inciderunt, à qno ab ipsis absoluantur, agamus.
1 † Absoluere igitur à censuris per legem, statutumuè latis primùm legislator potest, id est, qui legem, statutumnè tulit, nec non superior, eiusq; successor arg. c. verbum de pęnit. dist. 1. & c. inferior iunct. gloss. dist. 21. & c. cùm inferior iunct. gloss. de maior. & obed. & eorum, quæ nos supra tradidimus cap. 4. in hac tab. nam, cùm in his & rationes eędem locum habeant, quæ in eo, qui per sententiam cēsuram tulit,
2 iure & ipsi à censuris per legem, statutumuè latis absoluere poterunt. † Quæ regula locum etiā sibi vindicat in extraneo, qui aliunde profectus statutum offendit, & in excōmunicationem, censuramnè aliam incidit; nam, quòd extraneum in statuti excommunicationem incidere, vbi nouit illud, & gloss. tradidit, quam Abb. Felin. ac DD. communiter sequuntur in c. à nobis. 1. de sent. excom. & supra nos disputauimus cap. 9. §. 2. iure & ab eius legis autore, ab autorisq; superiore successoreq; isdē absolui posse debet; tum ꝙ par ius ligandi, atq; soluendi est; tum quòd absolu-
3 tio gratiosa magis, quàm obligatio est arg. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. † Postremò locum etiam ea regula sibi vindicat, vbi quis ex territorio eius statuti est; sed, posteaquam in excommunicationem, censuramq; incidit, antequam absolneretur, aliò domicilium transtulit; nam, & tunc ab eisdem absolnetur arg. c. proposuisti de for. compet. & l. cùm quædam. ff. de iurisdic. om. iud. accedit, qnòd aliàs; si eius absolutionem legislator sibi reseruasset, in hoc casu nec alius absoluere ipsum posset arg. c. nuper. §. in secundo de sent. excom. nec ipse legislator, eiusuè superior, ac successor, quoniam domicilium aliò transtulit; at hoc absurdum est; & in hoc casu igitur absoluere hi poterunt. Quæ autem necessariò inesse ipsis debeant ad censuram tollendam, quòd ea posuimus eod. cap. 4. ob eam rem, ne frustra hic eadem iteremus; quæ huc pertinent, illinc depromemus.

SVMMA.

1 *Absoluere ab excommunicatione iuris episcopus suum subditum potest; quæ regula, quatenus pateat, declaratur.*

2 *Absolui ab excommunicatione iuris religiosi, atque monaci à suo Abbate, Priore, Prouinciali, Generaliq; non possunt; quæ regula itidem declaratur.*

3 *Absoluere religiosos, atque monacos ab excommunicatione iuris episcopus territorij potest.*

4 *Absoluere ab excommunicatione iuris moniales episcopus loci potest; quæ regula itidem declaratur.*

5 *Absoluere episcopus ab excommunicatione iuris eum potest, qui alibi ea excommunicatione irretitus in suam diœcesim domicilium transtulit.*

6 *Absolui ab excommunicatione iuris an possit quis à nō suo episcopo; & quid de discipulis, qui excommunicati in sua diœcesi, aliò eunt, quò literis vacent, an absolui possint ab episcopo loci, vbi literis student.*

7 *Absoluere ab excommunicatione iuris vagabundos quis possit.*

8 *Absoluere ab excommunicatione iuris seruos, filios, & vxores quis possit.*

I.

1 §. † Episcopus quoq;, nec nō archiepiscopus, ac Patriarcha ipsis subiectos absoluere queunt, qui in excommunicationem iuris inciderunt; modò legislator absolutionem sibi, alteriuè non reseruarit, vt dixit gloss. in c. 2. in verb. reseruantur de pœnit. lib. 6. quam sequitur Abb. in c. nuper nu. 5. & Felin. nu. 3. vers. quis autem sit ille inferior de sent excom. & Innoc. in c. de cætero eodem, idem Abb. in c. 1. vers. Tertiò nota de priuil. & in c. graue nimis. nn. 15. de præben. & in c. pastoralis. §. præterea. num. 1. & Felin. num. 3. vers. Fallit primò de off. ord. & Feder. de Sen. cons. 16. num. 12. communisq; DD. sententia hæc est, & Host. in sum. num. 12. vers. quis possit de sent.

sent.excom.& Couar.in c.alma pars. 1.§.12.nu.4.de senten.excom.lib.6.atque communis hæc praxis est, vt inquit Iacob.de Graff.cap.15.nu.43.lib.4.decis.cas.consc.ac meritò; ex quo enim legislator absolutionem sibi nō reseruauit, alijs scilicet suis similibus absoluendi facultatē concessisse videtur, vt dixit Rom.Pont.in cit.c.nuper, ac propterea etiam episcopis; dictio enim illa Alijs similitudinis nota est, vt tradidit gloss.vulg.in l.si fugitiui.C.de seru.fugit. & Felin.in c.sedes.nu.40.cum cit.ab eo de rescript. at legislatoris episcopus similis est(iurisdictionem enim fori contentiosi habet, quam ad censuram per statutum, sententiamuè ferendam necessariò requiri supra probauimus c.2.§.iurisdictionem) verùm quòd specialia plura concurrere non debent arg.l.1.C.de dot.promiss.& ibi not.ideo proprijs episcopis facultatem absoluendi à legislatore tributam esse Rom.Pont.tacitè sensit in eod c.nuper de sent.excom. absolui ergo à suo episcopo ab excommunicatione iuris poterit. Quæ regula locum habet primò in quacunque excommunicatione à iure communi lata, vt tradidit gloss.in c.vn.in verb.Iuris de maior.& obed.lib.6.& in c.sciant cuncti in verb.Sententia cum seq.de elect.eod.lib.& in c.quoniā in fin. de immun.eccl.eod.lib.& in c.quicunque in fin.de sent.excom.eod.lib.cum simil. quæ glossæ communiter receptæ sunt; siue igitur quis in excommunicationem per statutum concilij generalis latam, siuè per constitutionem Romani Pont.incidat, à proprio episcopo absolui poterit. Item locum sibi ea regula vindicat, vbi quis in excommunicationem per statutum inferiorum, vtpotè Legati, Patriarchæ, Archiepiscopi, prouinciæ, diœcesanęuè Synodi promulgatā etiam incidit arg.c.ex frequentibus de inst.ibi enim, excommunicatus per archiepiscopi statutum nè aut ab archiepiscopo, aut ab eius suffraganeis ante satisfactionem absoluatur, Romanus Pont.prohibet; ergò post satisfactionem & ab archiepiscopo, & à suffraganeis, atque idcirco ab episcopis excommunicatus à statuto inferiorum absolui poterit arg.cap.non ne de præsumpt.& l.cùm prætor. ff.de iud. atque ita asseruit Abb.in eod c. nuper nu. 5. cum seq.& in c. graue nimis num.13. cum seq. & Imol.nu.15.cum seq.de præben.& Felin.in cit.c.pastoralis. §.præterea.nu.3.vers. Fallit primò de off.ord.& Syl.in verb. Absolutio. 1.nu.7.vers. Absolutio ab excommunicatione statutorum; & in eod.c.nuper nu.26.in fin.Heuric.Bohic.& Couar.in cap.alma pars.1.§.12.num.4.de sent.excom.lib.6.excommunicatus igitur & à statutis inferiorū, vbi statuens absolutionem sibi non reseruauit, à proprio episcopo absoluetur; etenim alijs absoluendi facultatē concessisse tūc videtur, vt dicitur in eod.c.nuper de sent.excom.namque inferiorum statuta secundum ius commune interpretamur arg.c.ex literis de constit.& c.cùm dilectus de cōsuet.& vt dixit Felin.in eod. § præterea.nu.3.vers.Fallit primò; ac planè, si episcopo absoluere sibi subiectum ab excommunicatione iuris cōis potest, cui iuri est subiectus arg. c.1. & fin.de cōstit.multò magis ab excōmunicatione per statuta inferiorum absoluere posse debet; cui enim licet, quod est plus, & quod minus ei licere debet arg.l.cui plus licet.ff.de reg. iur. & c.cui licet eod lib.6. neq; enim maiorem vim canon inferioris habere debet, quam canon Rom.Pont.habet, vt dixit Abb.in eod.c.ex frequentibus.nu.6.& Imol.eod.nu.4.Quare, si statuto episcopi Arimin excōmunicatio ipso iure in eum feratur, qui in monasterium monialium ingreditur; qui ex diœcesi Imolensi in eam excommunicationem incidit, ab episcopo Imolæ absolui poterit, vt in simil. dixit Abb.in eod.c. graue nimis. nu.14. quem communiter receptum esse inquit Nauar. in Man.c.27. nu.59.in fin. Tertiò locum habet, etiam si conditor canonis non sit superior eius ordinarij, qui absoluit, vt dixit Henric.Bohic.in cit.c.nu.26.prope finem.Quartò proposita regula locum habet, etiam si inferiorum statuta à Romano Pont.confirmata sint; nam nihilominus, qui in eorum excommunicationem incidet, à proprio episcopo absolui poterit; sic enim asseruit Abb.in eod.cap.ex frequentibus in fin.num.12.& Imol.nu.4.& nu.10 de constit. & Felin.in c.pastoralis. §. præterea. nu.3.vers.ampliatur de off.ord.& Syl.in verb. Absolutio.1.nu.7.vers. Absolutio ab excommunicatione statutorum, & Couar.eod.num.4. vers.& procedit hæc communis opinio, vbi quāplures alios idem sentientes refert; etenim, si à sententia canonis, quam ipsemet Romanus Pont.tulit, episcopus absoluere potest, multò magis à sententia alterius canonis, quem idem confirmauit, quandoquidem cōfirmatio Rom.Pont.iurisdictionem ordinariam non tollit arg.c.1.& 2.de confir.vtil. vel inutil. Quintò proposita regula in omnibus, qui in diœcesi habitant, locum habet, nam quemcunque, qui in excommunicationem iuris incidit, episcopus eius loci absoluit; idq; meritò, tum quòd eadem ratio in omnibus est, ac propterea eadem esse iuris dispositio debet arg.l.illud ff.ad l.aquil.tum quòd legislator, qui facultatem hanc tribuit, neminem excepit, atque idcirco neque nos excipere debemus; siue igitur vir, siue mulier, siue in dignitate constitutus, vt Rex, & Imperator, ab episcopo suo absoluetur, vbi in excommunicationem iuris incidit;

cidit; nam & ordinarius Regis is episcopus est, in cuius diœcesi domicilium Rex habet, vt asseruit gloss. in c. quicunque in verb. Reges, & ibi quoque not. Gemin. de senten. excommu. lib. 6.

3 † An igitur & religiosos, monacosuè suæ diœcesis, cuiuscunque ordinis sint, excommunicatione iuris constrictos episcopus absoluet? antequam quæstionem hanc dissoluamus, primò an à suo Abbate, prioreq; absolui queant, inuestigandum est. Videbatur igitur dicendum monacos, ac religiosos, cuiuscunque ordinis sint, à suo Abbate, atque à priore absolui posse; nam, vbi se mutuò percusserunt, eorum Abbas ab ea excommunicatione absoluere ipsos potest, vt habetur in c. monaci de sent. excom. & ibi not. Verùm contrariam sententiam amplexari debemus, vt scilicet communi iure nec abbas, nec prior, nec eorum superior, vt prouinciæ generalis, vel minister, suos religiosos ab excommunicatione iuris absoluant. Nam, si religiosi absoluerent excommunicatos à canone, vel à sententijs per statuta prouincialia, aut synodalia promulgatis, in casibus sibi, aut à iure, aut priuilegio non concessis, in excommunicationem inciderent, vt habetur in clem. 1. de priuil. iunct. gloss. communiter recepta in verb. quemquam; ergo absoluere ab excommunicatione nec suos monacos queunt, alioqnin in excommunicationem non inciderent; nam non peccat, qui permittente lege quidpiam facit; & qui non peccat, pœnam non meretur excommunicationis præsertim arg. l. Gracchus. C. de adult. & cap. qui peccat. 23. q. 4. iunct. c. si habes. 24. q. 3. Confirmatur sententia hæc; quoniam, vbi legislator absolutionem excommunicationis sibi non reseruauit, ijs, qui episcopalem iurisdictionem habent, absoluendi facultatem ipsum concessisse glossæ omnes pontificij iuris interpretatę sunt ob c. nuper §. in secūdo de sent. excom. & Nicol. de Milis in repert. in verb. excommunicatum potest episcopus, vbi ait episcopū eum esse, episcopalemuè iurisdictionem habere debere, qui ab excommunicatione iuris absoluit; ergo ab ea interpretatione non discedemus arg. l. minimè. ff. de leg. etenim, quod vni conceditur, alteri denegatum videtur arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. nonne de pręsumpt. & §. fin. in instit. de adempt. legat. absoluere igitur ab excommunicatione suos religiosos nec abbas, nec prior, nec prouinciæ, generalisuè minister possunt, atque ita asseruit Abb. in c. cùm illorum. nu. 3. de sent. excom. & in c. monaci. nu. 3. & Felin. eod. de sent. excom. & Petr. Foller. in praxi. crimi. canon. cap. 37. num. 53. in vltim. par. cum Felin. in cap. postulasti colum. 10. num. 9. vers. & dixit de rescript. & consuluit Feder. de Sen. consi. 14. nu. 4. vbi quæstionem hanc pluribus disputauit. Non obstat modò cit. c. monaci; nam speciatim hoc illis concessum fuit, quandoquidem frequentiùs ea ratione in excommunicationem incidunt ob assiduam familiaritatem, quæ parere contemptum solet; vnde necessariò extra monasterium egredi, vagariq; sæpius ipsos oporteret, si absolui à suo abbate non possent, quod ab eorum vitæ, ac religionis instituto alienum est, atque ita citati autorés ibidem sentiunt, & gloss. in ead. clem. 1. in verb. expressis de priuil. hinc, vbi religiosus in clericum secularem violentas manus inijcit, nō à suo priore, sed ab episcopo vt absoluatur, constitutum est in c. religioso de sent. excom. lib. 6. à proposita igitur conclusione non discedemus. Quæ locum sibi in cuiusque ordinis religioso vindicat, vt de communi testatur Syl. in verb. excommunicatio 7. nu. 32. vers. Secundò dubitetur quò ad cit. clem. 1. de priuileg. Item in cuiuscunque canonis excommunicationem religiosi inciderint siue Romani Pontif. siue inferioris ob cit. cap. nuper §. in secundo; atque ita sensit gloss. in cit. clem. 1. in verb. à canone de priuil. & Zab. eod. nu. 14. vers. Vigesimò sextò, & vers. Trigesimò quærò. Excipitur autem primò, vbi religiosi se mutuò percussissent; tunc enim ipsorum abbas, prioruè, & multò magis ipsorum superiores absoluere ipsos poterunt secundum formam cit. c. monaci, & ibi not. de sent. excom. Item, vbi episcopalem iurisdictionem quacunque ratione haberent; nam tunc vniuersis absolutionem hanc tribuere poterunt, in quos iurisdictionem eam exercent; nam, vt glossæ communiter interpretantur, vbi legislator absolutionem sibi non reseruauit, absoluendi facultatem episcopo, id est episcopalem iurisdictionem habenti tribuisse censetur ob cit. c. nuper §. in secundo; atque ita in re nostra tradidit Abb. in cit. c. monaci. nu. 3. & Felin. vbi & quosdam alios idem sentire ait, & Fed. de Sen. eod. cons. 14. & Petr. Fol. eod. n. 53. Tertiò monacos suos etiam ab excommunicatione absoluent, quæ per suas constitutiones lata est, de eorundem, quos citauimus, sententia; secus autem si aliorum constitutiones essent, quæ de suo ordine, ac regula pertractarent. Quartò, vbi ex delegatione, ex priuilegiouè absoluendi facultas ipsis data esset; tunc enim sine dubitatione absolutionē huiusmodi tribuere poterunt arg. cit. clem. 1. vers. Præterquam in casibus de priuileg. quare hodie rarò episcopi opera religiosi egeunt; quādoquidē suis superioribus non modò, vt à censuris vniuersis propemodum absoluant, concessum est; verumetiam, & ab irregularitate, vt habetur in Compendio priuilegiorum fratrum Minorum, & mendicantium in verb.

verb. Absolutio; Postremò quoad minorem excommunicationem; nam ab ea non modò abbas, ac prior, sed & quiuis religiosus sacerdos, qui absoluendi à peccatis iurisdictionem habet, absoluere suos pœnitentes poterit, vt asseruit Zab. vbi & non nullos alios idem sentire ait in cit. clem. 1. de priuil. nu. 14. vers. Vigesimo quintò, & Anchar. eod. nu. 6. vers. Item aduerte; etenim, cùm per cit. clem. 1. religiosi prohibeantur, quò minùs ab excommunicatione iuris absoluant; nec de qua excommunicatione ibi agatur, mentio fiat, de maiori actum ibi interpretabimur arg. c. pen. de sent. excom. accedit, quòd hodie passim ita seruatur: his ergo exceptis casibus à iuris excommunicatione neque abbas, neque prior, neque prouinciæ, generalisuè minister absoluent. Quæ diximus autem de monacis, eadem & de præpositis, ac superioribus collegiorum sentimus, vt scilicet excommunicatos ex collegio, aliaq; censura irretitos non absoluant; idem & de vicario episcopi, nisi facultas ei concessa ab episcopo sit. † Quis ergo absolutionẽ ipsis tribuet? episco-
3 pus diœcesis, vbi monasterium est, à censuris cuiuscunque iuris ipsos absoluet; nam absoluere ab excommunicatione, cuius absolutionem legislator sibi non reseruauit, ad episcopum pertinet, vt communiter asserunt gloss. ob cit. c. nuper §. in secundo, & vt antea vidimus; at iura episcopalia in monacos episcopus habet, vt dicitur in c. conquerente, & ibi not. DD. de off. ord. ergo episcopus religiosos absoluet; etenim & iurisdictionem in ipsos habet, vt dixit gloss. in cit. c. conquerente in verb. iurisdictionem de off. ord. & in c. dilectus filius eod. quam iurisdictionem ad censuram ferendam, tollendamque necessario postulari supra probauimus cap. 2. §. iurisdictionem; absoluere igitur à iuris excommunicatione religiosos episcopus poterit, atque sic Abb. & Felin. & Fed. de Sen. eisdem in locis concludunt. At quid de exemptis? an & hi ab episcopo absoluentur? planè ipsos absolui ab episcopo non posse supra disputauimus c. 2. §. aut ob subiectionem.
4 † Moniales etiam, quæ in excommunicationem iuris inciderunt, episcopus ab excommunicatione absoluet; nam, si se mutuò percusserint, etiam exemptæ nihilominus ab episcopo, in cuius diœcesi sunt, absoluentur, vt dicitur in cap. de monialibus de sent. excom. & Inno. & Abb. ibi, ac DD. not. & Paul. Fusc. de visit. & regim. eccl. nu. 91. cap. 15. lib. 2. id quod summa ratione factum
5 est, ne extra monasterium egredi cogantur contra c. vn. de stat. regul. lib. 6. † Absoluere item potest episcopus extraneũ, qui alibi in excõmunicationem iuris incidit, vbi per domicilij translationem ipsius subiectus factus est; quare, si exempli gratia Titius Imolæ domiciliũ habens in excõmunicationem iuris incidat, & ante absolutionẽ domicilium Ariminum transferat, planè hic ab ipso Arimini episcopo absolui poterit; nam domicilij translatione eius fori factus est, ac de alibi gestis ibi conueniri, ac de delictis etiam puniri potest arg. c. proposuisti à cõtrario sensu, & ibi Abb. nu. 13. de for. compet. & l. si quis postea. ff. de iud. & l. cùm quædam. ff. de iurisdic. omn. iud. ergo multo magis à censura alibi cõtracta absoluetur, cùm gratiosior absolutio, quàm damnatio sit arg. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. atq; ita in re nostra asseruit Syl. in verb. Absolutio. 1 nu. 11. vers. Circa prædicta restant dubia, & Ang. in sum. eod. 1. nu. 8. vers. Vtrum ille, vbi & Ric. idem sentire ait; & extraneus igitur ab episcopo, in cuius diœcesim domicilium transtulit, excommunicatus antea absoluetur, ac propterea & vxor sui subditi; nam vxor viri forum, ac domiciliũ sequitur arg. l. fin. C. de incol. lib. 10. cum cit. ibi à gloss. & l. mulieres. C. de dign. lib. 12. etiam si domum traducta nõ sit, vt sensit gloss. in l. ea, quæ desponsata ff. ad mun. & sequitur Bar. in l. fi. eod. & Ias. in l. cùm quædam. ff. de iurisdic. omn. iud. Contrarium tamen dicendum videbatur ob c. ex literis de off. leg. vbi legatus subditos ob clerici percussionem excommunicatos absoluere potest, non eos autem, qui aliunde in prouinciam accedunt: atqui ad hoc facilè respondetur id locum habere, vbi domicilium quis non transtulit, quo casu eius subditus factus non est; hinc non dixit Summus Pont. si contingat quem aliunde illuc domicilium trãsferre; sed simpliciter illuc accedere, vt scilicet absolutionem petat; quo casu, cùm eius subiectus ea ratione factus non sit, mirandum non est, si absoluere ipsum legatus non potest; at nos de eo agimus, qui
6 dominij translatione episcopo se subiecit. † At quid, si idem excommunicatus eò domicilium non transferat, sed ad tempus diuturnum ibi commoretur, vt discipuli, qui studiorum gratia Bononiam, Patauiumuè proficiscuntur; an excommunicatus, inquam, hic, quem dixi, ab episcopo eius loci absolui poterit, cùm ea excommunicatio esset, à qua proprius episcopus absoluisset? neque enim hac ratione, vel per mille annorum spatium ibi commoretur, domicilium eò transtulisse dicitur, vt tradidit Bart. in l. 2. C. de incol. lib. 10. & in l. lex cornelia. §. si tamen ff. de iniur. Abb. antiq. quem refert Panor. in eod. c. excommunicatis. nu. 7. hûc ab episcopo eorum locorum absolui non posse existimabat, & hoc ob cit. c. excommunicatis, vbi, qui excõmunicati ob clerici percussionem aliunde in prouinciam veniunt, à legatis eos non absolui dicitur;

ergo idem hic dicendum videtur, quam opinionem sequitur & Imol. eod. nu. 14. Ego autem sic distinguendum censere. Aut excommunicatus aliquò proficiscitur paulò post inde discessurus, & in hoc casu locum habet cit. cap. excommunicatis; nam ibi de eo agitur, qui in prouinciam solùm accedit, vt absoluatur, id quod minùs posse antea probauimus. Aut, quò diutius ibi commoretur, vt discipuli, & huiusmodi: & tunc, si de licentia sui episcopi profectus est, sine dubitatione, vt ab excommunicatione ab eius loci episcopo absoluatur, concessisse existimabitur arg. l. 2. ff. de iurisdic. om. iud. & in hoc casu locum habebit Capel. Thol. decis. 231. iuncta add. ad eam, & non solùm, vbi ob leuem percussionem clerici, sed vbi ob quamcunque in excommunicationem incidit, & in quamcunq; aliam iuris excommunicationem, vt add. ibi ait: si aũt licentia non petita eo loci se contulit, in hoc etiam casu absolui ab episcopo eius loci posse opinor; verisimile enim est de hoc proprium episcopum interrogatum id concessurum fuisse arg. c. ex literis de constit. quo casu perinde habetur, atq; si id expreisè concessisset arg. eorum, quæ dixit gloss. communiter recepta in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. accedit consuetudo non aspernanda, ac præsertim, quòd absolutio ab excommunicatione sine alterius præiudicio fieri debet arg. c. qua fronte de appell. & c. ex parte de verb. sign. & in hoc itidem casu locum sibi vindicabit cit. decis. quæ casum huiusmodi ponit de discipulo: si verò expressè vetuit, ne absolueretur, in hoc casu contrarium sentirem; sic igitur in hac re concluderem, & in hoc postremo casu Abb. opinionem locum habere censerem: idem sentio de famulis, qui ad tempus suas operas locarunt, & cum dominis suis extra suum domicilium viuunt.
7 † At quid de ijs, qui assiduè vagantur? & nusquam domicilium habent? qui vagabundi vulgò dicuntur, planè de excommunicationibus alibi contractis ab episcopo loci, vbi sunt, absolui poterunt; nam hi & de delictis puniuntur, vbi inueniuntur, vt asseruit gloss. in l. 1. & ibi Bart. not. nu. 1. C. vbi de crim. agi oport. & Bald. in l. cùm in longi. nu. 3. C. de præscrip. long. temp. ergo, & ibi absolui poterunt, cùm gratiosior absolutio sit, vt diximus, quàm condemnatio; accedit, quòd à peccatis à sacerdotibus absoluuntur, apud quos reperiuntur, vt sensit Caiet. in summ. in verb. Absolutio pœnitentialis vers. libertas, & Armil. eod. nu. 17. & Franc. à Vict. in summ. concl. 156. & nos in comment. nostr. de pœnit. cap. 2. nu. 3. vers. 4. in fin. idem quoque de exulibus nostri temporis sentimus, nisi alicubi domicilium constitutum haberent, aut alicubi relegati essent; nam tunc ab episcopo loci absoluentur; quandoquidem, & hi domicilium ibi habere dicuntur, quamuis necessarium, vt dicitur in l. filij. §. relegatus. ff. ad municip. confirmatur per ea, quæ dixit Nell. in tract. de bannit. in 1. par. 1. temp. nu. 4. ver. Quartò igitur, vbi bannitum de delicto commisso in loco, à quo est relegatus, ibi conueniri posse, vbi moratur, asseruit; ergo & ab excõmunicatione absoluere poterit, vt quod operatur propositũ in proposito, operetur oppositũ in opposito arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3.
8 † Absoluere itidẽ episcopus potest excõmunicatos, qui non proprio, sed alieno domicilio subiecti sunt, vt filijfamilias, serui, qui in dominorum potestate sunt, ac liberti; nam parentum, dominorum, ac patronorum domicilium sequuntur arg. l. assumptio originis. §. fin. & l. filij libertorum. ff. ad municip. quod locum tamen non habet, vbi in alterius diœcesim filiusfamilias, ac libertus domiciliũ transtulissent; proprium enim domicilium hi habere possunt, vt habetur in l. placet cum seq. & l. pen. §. libertas. ff. eod. ad municip. Item absoluet episcopus subditos etiam ratione delicti; nam sicut de delicto commisso, cùm ibi est, conueniri illic potest arg. c. fin. de for. compet. & eorum, quæ diximus supra c. 2. §. aut ob delictum, ita ab excommunicatione contracta ibi ab eiusdem loci episcopo absolui poterit. His rationibus proposita regula amplificatur, quæ tamen exceptiones non nullas patitur. Nam primò episcopus subiectum ab excommunicatione iuris non absoluet, vbi iuris eius lator sibi absolutionem reseruauit arg. c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. & c. nuper de senten. excom. etenim, vbi episcopus excommunicatum à iure alterius absoluit, ob eam rem id potest, quoniam eius lator ipsi facultatem concessisse tacitò existimatur; ergo, vbi absolutionem sibi, alterius reseruauit, alijs denegasse dicetur arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. quare, si contrarium conetur, nihil faciet, vt qui iurisdictionem non habeat arg. l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. excipitur tamen, vbi is adiri non potest, cui absolutio reseruata est: item, vbi ad tempus absolutio tribuitur; nam in his casibus, & ab huiusmodi excommunicatione absoluet, vt abundè id tradidimus cap. 4. §. à lege delegatus etiam; quomodo igitur id fit, illinc sumemus. Postremò episcopus non absoluit, vbi iurisdictionis vsu caret, quacunque ratione id contingat, vt supra vidimus. Atqui de absolutione excommunicationis hactenus: de absolutione autem à reliquis censuris, suspensione scilicet, atque interdicto à iure itidem latis; quoniam absolutionis huius naturam harum absolutio non omnino sequitur, ob eam rem infra suo loco id agemus.

S V M M A.

1 *Absoluere ab excommunicatione iuris Cathedrali Sede Vacante Capitulum eius ecclesiæ potest; quæ regula, quousque pateat, etiam declaratur.*

2 *Absoluere ab excommunicatione iuris Cathedrali Sede Vacante potest Vicarius à Capitulo datus secundum formam Trid. Syn.*

3 *Visitator a Rom. Pont. datus.*

4 *Administrator, seu Vicarius ab Archiepiscopo datus in casibus ipsi permissis.*

5 *Absoluere ab excommunicatione iuris Sede Vacante, an collegiũ Cardinalium possit.*

II.

1 §. † Capitulum etiam, cathedrali sede vacante, ab ea excommunicatione iuris absoluere potest, à qua antistes, seu episcopus absoluere poterat, vt habetur in c. vn. de maior. & obed. lib. 6. Episcopali sede vacante, dicitur enim ibi, potest capitulum, seu is, ad quem episcopalis iurisdictio tunc temporis noscitur pertinere ijs, quibus posset episcopus, si viueret; ab excommunicationis sentẽtia, siue iuris, siue hominis fuerit, absolutionis beneficium impertire; nisi ei fuerit à sede Apostolica specialiter interdicta potestas. Hæc ibi Summ. Pont. ex quibus manifestò patet capitulum, episcopali sede vacante, & sic mortuo episcopo, ab excommunicatione iuris absoluere posse, à qua episcopus poterat; atque sic not. ibi Anchar. nu. 1. vbi pro regula hoc ponit, scilicet capitulum in hoc casu absoluere à quacunq; excommunicatione posse, à qua episcopus potest; & Phil. Franc. in 2. notab. & in 3. & Gemin. in 3. notab. & Io. Franc. Pauin. de officio, & potestate capituli sed. vac. q. 5. prim. part. prin. nu. 3. vers. Item regulariter; idq; meritò, nam, quæ iurisdictionis sunt, & quæ ad episcopum pertinent communi iure, hæc ad capitulum ipso iure mortuo episcopo transferuntur, vt tradidit Inno. in c. ad abolendam de hæret. & in c. his, quæ de maior. & obed. in antiq. & facit c. 3. de suppl. negl. prælat. lib. 6. Hæc autem regula sic posita, declaratur primò, vt locum habeat, non solùm vbi excommunicatio lata per statutum diœcesis episcopi est, quo casu iure proprio episcopus ab ea absoluit; sed etiam, vbi excommunicatio est lata per statuta aliorum episcoporum, atque antistitum, immo etiam, & Romanorum Pont. quibus casibus episcopus delegationis iure absoluit, vt habetur in c. nuper, & ibi not. de sent. excõ. nam capitulum absoluere ab excommunicatione quacunq; iuris potest, à qua episcopus, vt dicitur in cit. c. vn. quod proximè retulimus; at episcopus à qualibet iuris excommunicatione, & à quocunque iure lata absoluere potest, vt probatur in cit. cap. nuper, & ibi communiter not. & vt tradidit gloss. in eod. cap. vn. in verb. iuris, & in c. sciant in verb. Innodatos de elect. lib. 6. ergò à quocunque iure lata excommunicatio sit, absoluere capitulum quoq; poterit. Item, quòd episcopus excõmunicatos à suis inferioribus absoluere valet, vt probatur in c. cùm ab ecclesiarum de off. ord. & ibi not. ob eam rem, & capitulum eosdem absoluet, vt dixit Gemin. in eod. c. vn. nu. 7. vers. in fin. gloss. & Anchar. nu. 1. vers. Secundò nota. Tertiò absoluet etiam ab excommunicatione suo antistite mortuo non solùm capitulum cathedralis ecclesiæ, verumetiam, & inferiorum ecclesiarum; modò suus antistes absolnere posset arg. c. his, quæ de maior. & obed. & vt

2 asseruit Phil. Franc. in cit. c. vn. vers. Vnde concludo, & Gemin. eod. in fin. † Postremò, vt mittam amplificationes, ac declarationes quasdam, quas posuimus cap. 4. §. 3. capitulum vicarium constituere poterit, qui absoluat, vt habetur in cit. c. vn. iunct. glo. is, ad quem; immo à Trid. Syn. ad vicarium constituendum compellitur, vt habetur sess. 24. c. 16. de reform. alioqnin vicarium huiusmodi constituendi facultas ad metropolitanum transfertur, vbi episcopalis sedes vacat; si autem metropolitana, ad antiquiorẽ episcopum suffraganeum; si exempta, ad episcopũ proximiorem, vt ibi dicitur. In his omnibus igitur capitulum absoluet. Excipitur tamen primò, vbi statutum, seu constitutio, per quam excommunicatio fertur, legislatori, alteriuè absolutionem reseruasset; nam, quòd episcopus tunc absoluere non potest, vt habetur in cit. c. nuper, ob eam rem nec eius capitulum absoluere poterit arg. l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. & l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Item excipitur, vbi Romanus Pont. id expressè capitulo prohi-

3 buisset arg. c. graue nimis de præb. † Tertiò excipitur, vbi tacitò id vetuisset, vt pote quia Romanus Pont. visitatorem dedit; nam tunc capitulum etiam non absolnet, vt probatur in c. is, cui de elect. lib. 6. & in cit. c. vn. iunct. gloss. is, ad quem de maior. & obed. & vt dixit Io. And. ibidem

4 in verb. interdicta in nouell. & Io. Mon. in fin. † Quartò vbi ab archiepiscopo administrator ob negligentiam, malitiamuè capituli datus esset arg. c. fin. de suppl. negl prælat. lib. 6. iunct. eod. c. vn. cum gloss. in verb. Is, ad quem, & vt tradidit Triden. Syn. eod. Postremò excipitur, vbi iurisdictionis vsum non haberet, vt id antea vidimus cap. 4. §. 3. num. 4. in hac tab. quamuis in hoc casu

casu vicarius ad formam traditam à Trid. Syn. eod. cap. 16. absoluet. Nec, quòd ius capituli suspensum sit, vicarij huius iurisdictio suspensa erit, sicut contingit in vicario episcopi, vt habetur in cap. 1. de offic. vic. lib. 6. nam iurisdictionem nihilominus exercebit; quandoquidem autoritate Trid. Syn. datus est, ac propterea à capituli autoritate non omnino pendet; quo casu vicarij iurisdictio non impeditur, vt de vicario episcopi diximus c. 2. §. 23. qua ratione nec episcopo excommunicato, suspensoue fratres admissi ad sacramentum pœnitentiæ administrandum secundum formam clem. dudum de priuil. impedientur, quò minùs illud administrent, sicut nec etiam parochi constituti, nec ij, quibus in diœcesi licentia huiusmodi est data ab episcopo, vt capellani; nō enim
5 licentia illa tunc impeditur. † At quid de Cardinalium collegio sede vac. an absoluere à censuris poterit? communiter concluditur, vt de hoc testatur Illustrissimus Hieronymus Albanus in lib. de Cardinal. q. 40. iurisdictioni se miscere Cardinales tunc non posse, nisi ex magna causa, & hoc ob clem. ne Romani §. irritum de elect. ergò nec absolutioni huius se miscebūt, nisi ex magna causa; nam & ob huiusmodi causam anathema ferre tunc possunt, vt habetur in c. si quis pecunia dist. 79.

SVMMA.

1 *Legatus Rom. eccl. absoluere à iuris excommunicatione suos subiectos potest.*
2 *Legatorum Romanæ ecclesiæ quot genera sint.*
3 *Legatus è latere an absoluere possit ab excommunicatione iuris, cuius absolutionem Romanus Pont. sibi reseruauit.*
4 *Legatus è latere absoluere potest excommunicatos ob clerici percussionem.*
5 *Legatus è latere absoluere non potest incendiarios publicatos.*
6 *Legatus è latere non absoluit excommunicatos inferiorum, vbi absolutionem sibi reseruarunt.*

III.

1 § † Legatus Romanæ Eccl. absoluere itidem à iuris excommunicatione subiectos suos po-
2 test, vt probabimus; † sed quoniam tria legatorum genera sunt, quorum alij è latere dicuntur, alij nati, alij missi, vt probatur in c. excommunicatis de off. leg. in antiq. & in cap. 1. eod. lib. 6. & vt not. ibi glo. & Phil. Franc. & Gemin. & communiter DD. & Abb. in rub. eod. in antiq. ideo, quinam singuli sint, priùs explicemus. Legati è latere igitur sunt Cardinales, qui ad respublicas regendas mittūtur; è latere dicti, quia in arduis rebus agendis præsertim Rom. Pont. quasi eius lateri assistunt; Nati verò ij dicuntur, qui, statim atque dignitatem adepti sunt, vt archiepiscopatum, vnà legationem consequuntur, vt Cantauriensis, & Eboracensis, vt probatur in c. 1. eod. in antiq. & gloss. in c. dilectis eodem, & citati autores inquiunt. Missi demum prouinciarum præsides sunt, vt probatur in cit. c. 1. de off. leg. lib. 8. & ibi Phil. Franc. not. & in cit. cap. excommunicatis eod. absoluere igitur à iuris excommunicatione hi legati omnes queunt; nam in c. nuper §. in secundo de sent. excom. vbi iuris lator absoluendi facultatem non reseruauit, eam episcopis concessisse existimatur, vt communiter gloss. ac DD. interpretantur, & supra hoc capite iam vidimus; at legati huiusmodi episcopalem iurisdictionem habent arg. cit. c. 1. de offic. leg. cum seq. lib. 6. & tot. tit. eod. etiam in antiq. nam & cum quouis antistite suæ prouinciæ quò ad iurisdictionem exercendam è latere legatum concurrere dixit Abb. in c. quòd translationem. num. 9. de off. leg. & ibi quoque Innoc. ergo à iuris excommunicatione absoluere queunt, atque ita de legato è latere asseruit Gundissal. de Villadiego in tract. de leg. q. 13. vers. Quò ad alios verò casus, & de legatis missis probatur in cit. c. excommunicatis; nam ibi suos subiectos ob clerici percussionem excommunicatos absolui ab his legatis posse dicitur; ergò multò magis ab
3 alijs absoluere ijdē poterunt, quarum absolutio reseruata nō est. † Atqui an, vbi Romano Pont. absolutio alia reseruata est, legatus è latere absoluere poterit? videbatur planè dicendū absolu-
4 tionem ab hoc tribui posse. † Primò, quoniam & ab excommunicatione ob clerici percussionem absoluit, vt habetur in c. quòd translationem, & in c. excommunicatis eod. de off. leg. & ibi not. gloss. quæ sic de facto seruari testatur, & in c. ad eminentiam de sent. excom. & communiter opinionem hanc receptam asserit Abb. ibidem. num. 3. & in eod. c. excommunicatis, vbi quoq; Imol. nu. 2. & nu. 7. ergò & ab alijs excommunicationibus iuris, quarum absolutio Apostolicæ sedi reseruata est, absoluere posse videtur, atque sic asseruit Felin. in cit. c. ad eminentiam. nu. 5. ibi, & collige regulam. Secundo loco, quoniam vbi specialis licentia sedis Apostolicæ ad aliquid requiritur, legati è latere licentia sufficit, vt dixit gloss. in c. autoritate de priuil. lib. 6. in verb.

Sedis.

Sedis Apostolicæ; ergò; & vbi absolutio excommunicationis eidem sedi reseruatur, absoluere ab ea poterit; præsertim quòd legatus è latere omnia potest, quæ non sunt excepta, vt dixit glo. in c. si Abbatem in verb. transeundi de elect. lib. 6. atqui neque hoc argumento ea sententia nititur; nam dictum doctoris secundum legem, quam allegat, intelligi debet, vt dixit Bart. communiter receptus in l. non solùm. §. si liberationis verba. ff. de lib. leg. at iura, quæ citat gloss. in cap. autoritate, non videntur suam opinionem probare; nam in c. veniens de verb. sign. lib. 6. idcirco legatus è latere receptum in filium Romanæ eccles. excommunicare potest, & in c. si Abbatem de elect. eod. lib. licentiã dare, quoniã speciatim hæc expressa sunt; ergò secus in eo. c. autoritate, & in casu nostro, vbi hoc expressum non est arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. nonne de præsumpt. præterea speciatim ibi dicitur respectu habito ad episcopos, non autẽ ad legatos, vt ex antecedentibus colligitur. nõ obstat etiam, quod dicebatur, præter excepta legatũ hunc omnia posse; nam satis absolutio excepta est, ex quo eam sibi legislator reseruauit. Quare, cùm sententia hæc ratione non nitatur, contrariam, vt legatus è latere absoluere ab alijs excommunicationibus iuris non possit, quarum absolutionem Apostolica sedes sibi reseruauit, amplexati sunt Abb. in cit. c. excommunicatis. num. 4. de off. leg. & Gundissal. eod. vers. & Syl. in verb. Delegatus. n. 17. vers. Duodecimò, & Soc. Sen. in c. officij nu. 26. de sent. excom. & Armil. in verb. Legatus. nu 5. vers. Sed attendendæ. Probatur autem primò hac ratione; nam pro regula habetur, vbi legislator absolutionem ab excommunicatione sibi reseruauit, alium eam tribuere non posse in c. nuper §. in secundo casu de sent. excom. & exceptum hunc casum solùm de legato habemus, in cit. c. tua, & in c. quòd translationem de off. leg. vt scilicet legatus è latere tunc absoluat, vbi ob clerici percussionem in excommunicationem quis incidit; ergo in alterius excommunicationis absolutione à proposita regula non discedemus; in his enim, quæ contra ius conceduntur, concessio in vno casu facta ad alium non trahitur, etiam si maior ratio in eo insit arg. c. in argumentum de reg. iur. lib. 6. & l. quod verò contra. ff. de leg. & cit. c. quòd translationem, & vt not. Abb. ibi num. 5. in re nostra, & in eod. c. excommunicatis. num. 4. & in c. tua de sent. excom. Confirmatur sententia hæc, quoniam Rom. Pont. in eod. c. quòd translationem speciali concessione permissum legatis huiusmodi asserit, vt ob clerici percussionem excommunicatos absoluant; ergò secus, quò ad excommunicatos ob aliam causam, vbi absolutio reseruata est; concessio enim vnius est prohibitio alterius arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. nonne de præsumpt. Præterea, si legatus è latere id posset, cur Rom. Pont. absolutionis eius, quæ ab excommunicatione

5 ob clerici percussionem tribuitur, mentionem tantùm fecisset? † Postremò si legatus è latere, quoscunque excommunicatos, vbi absolutio reseruata est, absoluere posset, & incendiarios publicatos absolueret, quos tamen ab ipso absolui non posse communiter receptum esse testatur Abb. in cit. c. tua de senten. excom. Ex his igitur apparet rationem contrariæ sententiæ in initio propositam non obstare, & posteriorem concl. veram esse; firma ergò erit conclusio legatum è latere absoluere ab excommunicatione, cuius absolutio Apostolicæ sedi reseruata est, præterq̃ ab excommunicatione ob clerici percussionem, non posse. Quæ conclusio & in alijs legatis supra-

6 pradictis multò magis locum habet; † Item locum etiam sibi vindicat, vbi per statuta inferiorum absolutio excommunicationis etiam reseruaretur; nã, etsi superior omnibus ordinarijs est, non tamen is eorum iurisdictionem sine causa impedire potest ob ea, quæ supra vidimus cap. 4. §. superior.

SVMMA.

1 *Absoluere ab excõmunicatione iuris potest, qui ab eius iuris latore absoluendi potestatem mandatam habet; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Absoluere ab excommunicatione iuris potest, qui ab eo mandatam potestatem hanc habet, cui ex officio competit excommunicatos à iure absoluere.*

3 *Absoluere ab excõmunicatione iuris ei competit ex officio; qui id officij gerit; quod qui habet, absoluere potest.*

4 *Absolutio à censuris virtute bullæ Iobælei tributa ei, qui deinceps Iobælæum non accipit, nec reliqua ad Iobaleum necessaria facit, an valeat.*

5 *Absolutio à censuris virtute bullæ Iobælei tributa alicui in foro conscientiæ an in foro exteriori prosit.*

6 *Indulgentia concessa per modum Iobælei, an concessa intelligatur facultas absoluendi etiam à censuris.*

7 *Concessa facultate absoluendi ab omnibus cen suris*

furis Papa, an intelligatur concessa potestas absoluendi à censuris, quæ per bullam in Cæna Domini lata sunt.

8 *Concessa facultate absoluendi à casibus reseruatis Papæ, an intelligatur concessa facultas absoluendi à censuris ipsi reseruatis.*

9 *Indulgentia plenaria concessa, non intelligitur concessa facultas absoluendi à censuris.*

10 *Concessa facultate per bullam Rom. Pont. absoluendi à censuris etiam in bulla cænæ Domini cõtentis, et Rom. Pont. reseruatis, an intelligatur concessa facultas absoluendi à casibus, et cẽsuris episcopo reseruatis.*

11 *Absolutus virtute bullæ Iobelæi ab omnibus censuris an absolutus sit etiam à censuris, quas non expressit, nec confessus est oblitione, incuriaue.*

12 *Concessa ab episcopo facultate absoluendi à casibus ipsi reseruatis, an intelligatur concessa facultas absoluendi à censuris; et quid, si totam facultatem suam concesserit.*

13 *Concessa facultate absoluẽdi à censuris etiam in bulla cænæ Domini, an intelligatur concessa facultas absoluendi ab excommunicatione ob hæresim.*

IIII.

1 § † Delegatus etiam excommunicatos à iure absoluere potest, si ab eius iuris latore delegatus sit arg. c. nuper §. in secundo de sent. excom. nam, si ob eam rem episcopi, ac legati excommunicatos à iure absoluere queunt, vbi legislator absolutionem sibi non reseruauit, propterea quòd concessisse tacitò alijs tunc facultatem absoluendi videtur, vt ibi dicitur; multò magis, vbi expressè eam facultatem delegauit; etenim & delegatus ab homine, qui per sententiam excommunicationem tulit, absoluere ab excommunicatione potest, vt probauimus supra cap. 4. §. delegatus ab homine: idem etiam de delegato à superiore legislatoris, successoreuè
2 ipsius asserimus ob ea, quæ diximus supra eod. cap. §. superior, & §. successor. † Secundò loco delegatus ab ijs, quibus ex officio excommunicatos à iure absoluere competit, absolutionem hanc tribuere potest. His, quibus ex officio in certis casibus competit illos absoluere, qui pro violenta manuum iniectione incidunt in canonem sententiæ promulgatæ, dicitur enim in c. fin. de off. ord. licet alijs huiusmodi absolutionem committere, cùm viderint expedire. Hæc ibi; ergò, qui ex officio facultatem hanc habent, eam alteri condonare poterunt, atque sic DD. ibi not.
3 † ex officio autem hi absoluere posse dicuntur, qui id officij gerunt, quod qui habent, absoluendi facultatem statim cõsequuntur. Quare episcopus, nec non Legatus, de quibus supra tractauimus, alteri absoluendi facultatem ab excõicationibus iuris, quas ipsi tollere possunt, delegare poterunt; nam episcopus, nec non Legatus, statim atque ea officia consecuti sunt, absoluendi facultatem hanc consequuntur; & quamuis in cit. c. fin. de absolutione excommunicationis ob clerici percussionem agatur; quòd tamen eadem ratio & in alijs excommunicationibus est, ac censuris, ob eam rem & in ipsis isdem canon locum habebit arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud ff. ad leg. Aquil. atque sic asseruit gloss. vltim. in cit. c. fin. quam communiter receptam esse testatur Nauar. in Man. cap. 27. nu. 45. idem asseruit Io. de Lignan. in tract. de censur. eccl. §. vigesimus sextus num. 3. vers. Octauò, & Iacob. de Graff. c. 17. in fine lib. 4. decis. cas. consc. & Burgas. de irregul. & dispens. pars 6. c. de delegatione absolutionis nu. 1. Sed iam locus hic postulat, ex quo de eo agitur, qui absoluendi à censuris potestatem ab homine delegatam habet, vt nonnullas quæstiones dissoluamus, quæ frequenter in delegationibus huiusmodi per
4 bullas Iobelæi factis contingere solent. † Quæri ergò primùm solet, an absolutio censuræ tributa per Iobelæi bullas ei, qui, quo tempore absoluitur, in animo habet facere omnia ad Iobelæum quærendum necessaria; an, inquã, absolutio hæc valeat, si deinceps absolutus reliqua non præstet ad Iobelæum consequendum necessaria, atque idcircò nec Iobelæum, atque indulgentiam suscipiat: in qua quæstione, vt ordinatim agamus, primùm rationes vtriusque partis, affirmantis scilicet, ac negantis in medium afferemus; ac postremò, quid concludendum sit, explicabimus. Ne igitur absolutio valeat, hæc suadere videntur. Primò, quia Romanus Pont. videtur hac conditione absoluendi à censuris facultatem concessisse, si Iobelæum suscipiat; ergò, ne censuræ absolutio contra eius voluntatem sit, quod non debet arg. l. non omnis. ff. si cert. pet. & c. fi. de præb. valere ipsa non debet. Deinde, quia nulla indulgentia, nec pars eius ab eo acquiritur, qui omnia ad eam quærendam necessaria non facit, vt communiter concluditur; ergò nec absolutio à censuris. Postremò, quoniam, si absolutio hæc valeret, occasio fraudis daretur contra l. conuenire ff. de pact. dotal. hæc sunt potissimum, quæ absolutionem hanc concessam non valere suadent. Vt verò ipsa valeat, hæc non mediocriter mouent. Primum, quia excommunicatus, qui ante absolutionem iurauit de stando mandatis ecclesiæ iuxta formam cap. cùm desideres de

sent.

sent.excom.si absoluatur, absolutio valet, quamuis mādatis ecclesiæ deinceps non obtemperet, nec in excommunicationem iterum incidit exceptis casibus, qui habentur in c.eos de sent. excom.lib.6. vt infra suo loco probabimus; ergò idem hìc dicendum est, vt absolutio valeat, vel deinceps Iobelæum non acquirat. Secundo loco, quoniam absolutio hæc simpliciter, & purè tributa est, vt in facto proponitur; ergò statim valet, atque operatur, sicut excommunicatio purè lata, vt probatur per c.pastoralis.§.verùm, & ibi not.gloss.in verb.excommunicatio, & DD.de appell.alioquin aut ipsa penderet, quod absurdum est (differt enim absolutio pura ab ea, quæ sub conditione est arg. §.omnis stipulatio iunct.§.sub conditione in Instit.de verbor.oblig.) aut iterum in excommunicationem ipso iure hic incideret, quod non contingit, nisi in casibus, qui habentur in eod.c.eos, vel aliis expressis, in quorum numero hic non est. Tertiò facit, quoniam absolutio à censuris etiam iniusta valet, vt habetur in c.venerabilibus. §.vbi autem, & ibi not. gloss.communiter recepta in verb.Competit de sent.excom.lib.6.ergò multò magis hæc valere debet, ex quo, vbi hic absoluitur, in animo habet omnia facere, quæ ad indulgentiam consequendam necessariò pertinent. Postremò quoniā absolutio à peccatis hnic tributa valet, quamuis deinceps Iobelæum non recipiat, vt id pluribus asseruit Nauar.in Miscell.de orat.Miscel.59. vbi in huiusmodi facto quæstionem hanc de absolutione à peccatis disputauit, & hæc sunt, quæ potissimum etiam pro hac opinione afferuntur. Quid igitur concludendum. Ego has opiniones inter se sic conciliandas censerem. Aut facultas absoluendi à censuris est permissa per bullā quò ad eum actum, & eum effectum tantùm, vt scilicet indulgentiam consequatur; & in hoc casu prior opinio locum habebit; tum quòd limitata causa limitatum producit effectum arg. l.in agris.ff.de acquir. rer. dom. tum quod esto, absolutus sit, tamen iterum in excommunicationem incidit arg.cap.veniens.2.cum ibi not.à DD.de testib. & vt in re nostra dixit Reuer. D.August. Guerrier. in suo libro nostrati lingua inscripto Decisioni d'alcuni casi di cònscienza decis. 25. vbi sic Pium Quintum, & Gregorium XIII. declarasse testatur. Aut æquè concessit facultatem absoluendi à censuris, & Iobelæum; & in hoc casu ob rationes allatas posterior sententia locum sibi vindicabit. Nec obstant contraria proposita, & primò, quòd dicebatur sub conditione facultatem hanc absoluendi concessam esse, Si indulgentia acciperetur; nam illud negatur; tum quòd, si hoc esset, ex quo conditio de futuro est, ante adimplenda esset, quàm dispositio effectū consequeretur, & sic indulgentia prius, quàm absolutio censuræ habenda esset arg. l.legata sub conditione ff.de cond.& demon.& l.si post diem §.si sub conditione ff.quando dies legat.ced.& vt sensit Bart.in l.quibus §.Termilius nu.1.& nu.6.vers.quid si testator ff.de cond. & demon. at excommunicatus, ex quo ab ecclesia præcisus est arg.c.qui meritò, & c.omnis Christianus, & c. nihil sic debet.11.q.3.indulgentiarum capax non est ante absolutionem arg.c.à nobis 2.& cap. sacris de sent.excom.ergò sub conditione Si indulgentiam suscipiat, absoluendi ab excommunicatione potestatem condonatam esse dici non potest; tum quòd potius ob causam id tributum est, quò scilicet Iobelæum consequatur; non enim excommunicatus illud cōsequi potest, vt proximè diximus; at datum ob causam valet ipso iure, quamuis causa non secuta, repetatur arg.tot. tit.ff.de cond.cau.dat.causa non secuta. Non obstat itidē alterū, quod dicebatur de indulgentia; nam diuersa res est, atque idcirco ad rem nostram non facit arg.l.Papinianus exuli.ff.de minor. aliud enim indulgentia, & aliud absolutio à censuris est, quę ipsam indulgētiam antecedit. Non obstat demum, quatenus dicebatur materiam delinquendi, ac fraudis dari; nam quæstio hæc disputatur, vbi is, qui absoluitur, in animo habet præstare omnia, quæ ad indulgentiam consequendam postulantur, & indulgētiam acquirere, quamuis absolutus voluntatem mutet, ac deinceps reliqua non peragat: hæc disputationis gratia à me dicta sunt, re autem vera à cōtraria opinione tanquam tutiore non discedo, vt omnino hic in neutro casu absolutus sit. † Altera quæstio
5 est, an absolutio censuræ tributa in foro conscientiæ per bullas Iobelæi prosit in foro exteriori. Couar.in c.alma pars.1.§.11.nu.16.de sent. excom.lib.6.eam non prodesse existimauit, idem sensit Nauar.in Man.c.27.nu.278.in fin.& Cosmus Philiarcus Pistoriensis in tract. de off.sacerdot.in 3.par.lib.4.post c.16.in add.de absolutione vigore Iobelæi. Probatur autem horum sententia primò hac ratione, quia forum conscientiæ differt à foro exteriori arg.c.quia plerique, & ibi Abb.ac DD.not.de immun.eccl.ergò absolutio tributa in foro pœnitentiæ in exteriori non prodest: hæc ratio non omnino mihi satisfacit; nam per eam non idcirco concluditur, quin re vera hic absolutus sit, præsertim quòd absolutio censuræ virtute iurisdictionis fori exterioris, & nō fori conscientiæ tribuitur, vt vidimus supra c.2.§.19. Vnde secunda ratio hæc reddebatur, absolutus in foro conscientiæ à delicto de eodem in exteriori foro accusari potest, vt dixit gloss. in

c.de his de accus.quam communiter receptam esse testatur Couar.lib.2.variar.resolut.c.10.nu. 3.& facit c.fin.de purgat.canon. ad hanc responsionem respõdetur,sicut ad priorem responsum est. Postremò dicebat Couar. Rom. Pont. non consueuit hac ratione absolutionem à censuris concedere, vt in foro exteriori absolutio prosit. Quid igitur concludendum? ante quæstionis huius absolutionem præmitto non nulla. Primùm nil aliud esse hoc quærere, an absolutio censuræ in foro conscientiæ tributa in foro exteriori valeat, quàm quærere; an hic absolutus in exteriori foro,& publicè pro absoluto se gerere possit,& pro absoluto ab alijs haberi debeat. Item præmitto absolutum ab excommunicatione de delicto, quamobrem in excommunicationem incidit,in foro exteriori tamen accusari posse,& in hoc casu locum habet gloss.in cit.c.de his, de accus.& allegat.c.fi.de purg.canon.etenim nemo dubitat,quin excõmunicatus ob clerici percussionem & absolutus ab excõicatione accusari possit. Demũ præmitto absolutionẽ à censuris ad vnum actum tantùm aliquãdo concedi,quo perfecto absolutus in censurã iterum incidit,vt probauimus in hac tab.c.4.§.5. His sic præmissis, in hac quæstione proposita sic distinguẽdũ censerem. Aut quærimus, an hic re vera absolutus sit etiam post Iobelæum acceptum, & sine dubitatione absolutum hunc esse sentio;nam & sic sensit Nauar.eodem;etenim purè,ac simpliciter absolutus est. Excipio tamen primò, vbi ad eum actum tantùm, ad indulgentiã scilicet acquirẽndam absolutus est;nam in hoc casu,indulgentia accepta,rursus in excommunicationem incidet, vt præmisimus, & vt in re nostra dixit Augustinus Guerrierus in libello suo decisionũ casuum conscientiæ materna lingua conscripto cas.25.in fin.absolutio tamen hac forma fieri non existimatur,nisi id expressè dicatur arg.c.eos de sent. excom.lib.6. quandoquidem absolutio hęc integra absolutio non est, sed quædam suspensio, vt ait Innoc.in c.cùm bonæ de ætat.& qualit.& sequitur Nauar.eod.c.27.vers.secundò. Postremò excipitur, vbi à iudice censura quis irretitus est instãte aliquo;vel in censuras incidit,ac denuntiatus,notoriusuè est; nã,nisi aut intra Iobelæi tempus ijs satisfecerit, quamobrem censura est obligatus, aut conuenerit cum ijs, quorum gratia censura lata est,statim ipso iure in eãdem censuram incidit,vt declarauit Pius Quintus 1568. & Gregorius XIII.1572.& 1574.vt refert Io.Bapt. Antonucius in suã Catechesi Neapol.lib.5. c.2.& Sixtus V. per bullam Iobelæi editam Non.Calen.Decembris 1589. pro tranquilitate, & conseruatione regni Franciæ,quam refert Cosmus Philiarcus eod.ergo aliàs in censuram in hoc casu non incidit, vbi satisfecerit, vt dixit idem Io. Bapt. eod.lib.c.3.vers.quintò not. Aut quærimus, an pro absoluto in foro exteriori, ac publicè se gerere possit, & pro absoluto haberi ab alijs debeat;& in hoc casu,si occultus excommunicatus erat, & priuatim,& publicè pro absoluto se gerere hunc posse concludo; tum quòd re vera hic absolutus est; tum quòd in exteriori foro de occultis ecclesia non iudicat;& ex quo ab ecclesia pro tali denunciatus non est, vitari non debet arg.c.cùm secundum leges de hæret.lib.6. Si verò aut notorius, aut denunciatus erat; in hoc casu, antequam absolutus declaretur, ac denuncietur, in foro exteriori, ac publicè nec pro absoluto ipse se gerere debet,ne scandalum præbeat,censuraq; ecclesiastica contemni videatur, nec ab alijs pro absoluto ob easdem rationes haberi,ac recipi,vt sensit Nauar.eod.in fin.quare se absolutum esse iudici fori exterioris probabit, ac se absolutum esse vt denuncietur, operam dabit; hac enim ratione & in exteriori foro pro absoluto se gerere,& haberi poterit; aliàs secus, nisi probabiliter ipsum absolutum crederemus, vt dixit Nauar. eod. in hac igitur quæstione sic concludendum censerem; quamuis idem Io.Bapt.in eod.c.3.vers.sextò,& vers.postremò scias, sentiat hunc absolutione alia egere;quod verum censeo,si absolutio pro declaratione,atque denunciatione accipiatur;nam vinculum excommunicationis dissolutum est, atque idcirco & ipse Io.Bapt.ait hunc occultè Eucharistiã accipere posse,quod non liceret,si vinculum adhuc adesset arg.c.à nobis.2.& c.sacris,& c.cùm desideres de sent.excom.hoc tamen verum sentio,vbi satisfecit ijs,quorum gratia censura irretitus est; alioquin ipso iure iterũ in censuram incidit,vt proximè diximus. † Tertia quæstio est, an concessa indulgentia per modum Iobelæi, concessa intelligatur facultas absoluendi etiam à censuris.Iacob.de Graff.in c.15,num.15.vers. Est tamen obiter lib.4.decis.cas.conf. & à censuris absoluendi facultatem tunc concessam esse sentit; & hoc ob eam rationem quoniam, vt ipse ait, Iobelæum potestatem absoluendi vota, & à casibus reseruatis,& à censuris continet. Probari etiam sententia hæc sic posse videtur, quòd argumentum à solitis valet,vt cõmuniter traditur in l.certi conditio.§.si nummos.ff.si cert.pet.& Euerard. in sua Topica in loco argumentandi ab vsitato,seu à solitis; ergò,ex quo Rom. Pont. vbi Iobelæum concedit,facultatem hanc concedere solet, pro concessa habebitur, vbi indulgentiam ad instar Iobælei conceditur. Repugnat tamen huic sententiæ, quòd Iobelæum plenariam indulgentiam

6

gentiam tantùm ſignificat, & quòd ſpeciatim exprimitur, & datur facultas abſoluendi à cenſu-
ris vbi Iobelæum conceditur; ergò aliàs ſecus arg. l. 1. ff. de off. eius, & l. eùm prætor. ff. de iud. &
7 c. non ne de præſumpt. † Quarta quæſtio eſt, an conceſſa poteſtate abſoluendi ab omnibus cen-
ſuris Papalibus, intelligatur conceſſa poteſtas abſoluendi ab excommunicationibus, quæ per
bullam cœnæ Domini latæ ſunt. Iacob. de Graff. eod. c. 15. nu. 52. & c. 18. num. 2. eod. lib. facul-
tatem hanc conceſſam non intelligi exiſtimauit; & hoc ob eam rationem, quòd hic Romanæ Cu
riæ ſtylus eſt, vt facultas hæc conceſſa non intelligatur, niſi id exprimatur: & meritò mea ſenten-
tia; nam per eam bullam præcipua quædam ſibi Romanus Pont. reſeruat; atque idcircò per ge-
8 neralem conceſsione ea conceſsiſſe veriſimile non eſt arg. c. in generali de reg. iur. lib. 6. † Quin
tò quæri etiam ſolet, an conceſſa facultate per bullas Romani Pont. abſoluendi à caſibus Papa-
libus, per hanc conceſsionem intelligatur conceſſa poteſtas abſoluendi à cenſuris Rom. Pont.
reſeruatis: in qua quæſtione breuiter concluditur à cenſuris abſoluendi facultatem conceſſam
intelligi, vt dixit Nauar. in Man. c. 27. nu. 261. verſ. Octauò dico, & Iacob. de Graff. c. 15. nu. 16.
eod. lib. 4. & hoc ob eam rationem quoniam nullus caſus Rom. Pont. reſeruatus eſt, qui anne-
xam cenſuram aliquam non habeat, vt dixit S. Anton. in 3. part. ſum. tit. 17. c. 11. col. 1. & Caiet.
in ſumm. in verb. caſus, quos & Nauar. & Iacob. eiſdem in locis referunt, ac ſequuntur: hanc opi
nionem vti veriſsimam ego etiam ſequor; primò quoniam conceſſo aliquo, & id omne conceſ-
ſum eſſe intelligitur, ſine quo haberi conceſſum nõ poteſt arg. §. 1. verſ. Idemq; iuris eſt in Inſtit.
quib. ex cauſ. manumit. non licet, & de hæred. inſtit. in prin. & l. 2. cum ibi not. ff. de iuriſdic. om.
iud. & l. illud ff. de acquir. hæred. at abſolutio peccatorum excommunicato tributa non valet, vt
aſſerit Nauar. in c. conſideret. §. cautus. num. 24. de pœnit. diſt. 5. & c. fin. num. 38. verſ. Sit pri-
ma propoſitio, vbi de communi ſententia teſtatur ead. diſt. & Couar. in c. alma pars 1. §. 6. nu. 7.
verſ. Prima concluſio, & verſ. Quarta cõcluſio de ſent. excom. lib. 6. & facit c. pen. de ſent. excom.
& c. fin. de cler. excom. min. & c. Engeltrudam 3. q. 4. ergo, ex quo abſolutio peccatorum tributa
excommunicato non valet, per eam facultatem & à cenſuris abſoluendi poteſtatem factam eſſe
interpretabimur: poſtremò quoniam aliàs inutilis conceſsio illa redderetur, ex quò abſolutio
à cenſuris peccatorum abſolutionem antecedere debet, quod abſurdum eſt; ea enim interpre-
tatio facienda eſt, vt diſpoſitio aliquid operetur, non autem, vt inutilis reddatur arg. c. ſi Papa de
priuil. lib. 6. & l. quoties. ff. de reg. iur. ex his omnibus ergo ab hac ſententia non diſcedemus; &
9 de quæſtione hac ſatis. † Sexta quæſtio eſt, an ſimpliciter conceſſa indulgentia plenaria, intel-
ligatur etiam facultas conceſſa, vt quis à cenſuris abſoluatur; in qua quæſtione breuiter etiam
concluditur facultatem hanc conceſſam non intelligi, vt dixit Iacob. de Graff. eod. cap. 15. verſ.
Eſt tamen obiter; quam concluſionem ego etiam ſequor; & hoc ob eam rationem, quo-
niam per indulgentias non tollitur pœna iuſta nobis in foro exteriori, ſed pœna peccatorum,
quæ, deleta culpa per pœnitentiam, remanet in foro conſcientiæ expianda; quæq; pœna tem-
poralis dicitur, vt pij diuinarum rerum ſcriptores communiter concludunt, & glo. in extrauag.
1. in verb. & confeſsis de pœnit. & Nauar. in comment. de Iobel. not. 16. & Bartholom. Angelus
Neapol. in tractatu nóſtrari lingua conſcripto, atque inſcripto Conſolatione de penitenti cap. 3.
& c. 4. lib. 1. & Nicolaus Malnepos Placent. in ſuo tractatu inſcripto Il theſoro dell'indulgenze;
10 illis verbis igitur abſoluendi à cenſuris facultas non tribuitur. † Septima quæſtio eſt, an con-
ceſſa facultate per bullas, literaſuè Rom. Pont. abſoluendi etiam à cenſuris, & à caſibus in bul-
la cœnæ Domini contentis, quod ſæpius fieri ſolet, vbi plenariæ indulgentiæ conceduntur, intel-
ligatur etiam conceſſa facultas abſoluendi à cenſuris, & à caſibus reſeruatis epiſcopis. Et vide-
batur quidem dicendum facultatem hanc conceſſam non intelligi. Primò quia Rom. Pont. ex-
preſsè facultatem hanc non conceſsit, vt in facto proponitur; ergo conceſſa intelligi non debet;
nam, vbi Summus Pont. quidpiam conſtituit etiam legem ferens, non intelligitur tamen in ali-
quo conſuetudinibus, ac ſtatutis locorum ſpecialium, ac perſonarum ſingularium derogare, niſi
expreſsè id cauerit, vt dicitur in cap. 1. de conſtit. lib. 6. Præterea, vbi plura impedimenta ſunt,
vno ſublato, alterum ſublatum eſſe non intelligitur arg. c. ex tuarum iunct. gloſſ. fin. de autor. &
vſ. pal. & l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrb. præd. ergo, etſi permiſſa facultas eſt abſoluendi à cenſuris, &
à caſibus reſeruatis Rom. Pont. in bulla cœnæ Domini, non intelligitur tamen permiſſa facultas
abſoluendi à cenſuris reſeruatis epiſcopis. Tertiò facit dictum Hoſt. & aliorum in c. quod olim
de iudæis, quod refert Nauar. in c. ita quorundam not. 11. num. 35. verſ. Decimò quinto, & in
Man. c. 27. nu. 261. verſ. Nonò dico; nam inquiunt ſacerdotem, qui poteſtatem habet abſoluen-
di ab omnibus excommunicationibus iuris, & bullæ cœnæ Domini, non poſſe abſoluere ab ex-

communicatione lata ab episcopis maritimarum ciuitatum in eos, qui saracenis operam ferunt contra cit.c.ita quorundam, & c.quod olim, modò episcopi excommunicationem illam suam esse voluerint, idem sentire videtur Iacob. de Graff. c.15.nu.14.lib.4. decis.cas.consc.qui contrariam opinionem iure niti non posse ait, cùm ob rationes proximè allatas, tum quòd in huiusmodi generali concesione non censetur Rom. Pont. præiudicium facere velle potestati episcoporum; nec etiam contradicere decretis Triden.Syn. c.18.sess.25.de reform.vbi habetur sacros canones obseruandos esse, inter quos & hic est, vt episcopus reseruandi sibi casus potestatem habeat. Contrariam tamen opinionem communis vsus secutus videtur, & interpretatione receptũ est, vt sublata reseruatione Romani Pontificis, & episcoporum reseruatio sublata sit, vt dixit Nauar.eod.nu.261.vers. Nonò dico, & sepius sic decisum testatur Ioan.Bapt.Antonucius in Catechesi c.19.lib.4.qui errorem fore dixit contrarium asserere. Probatur autẽ his rationibus, primò quia concesso, quod est plus, & id, quod minus est, concessum esse censetur arg.c.cui licet de reg.iur.lib.6.hæc tamen ratio mihi non satisfacit; nam ea locum habet, vbi illud minus sub maiore concesso continetur, vt probatur in Instit.de seruit.præd.in prin. vbi concessa seruitute actus, & itineris seruitus concessa esse dicitur; & hoc ob eam rationem, quoniam actus iter in se continet, vt ibi dicitur, quod hic non contingit; non enim casus Rom. Pont. sub se ratione hac casus episcopis reseruatos continent, vt id per se patet; in ijs ergo ea ratio locũ habet, quæ inter se sic se habent, vt alterum sub altero sit arg.l.qui indignus.ff.de senator. hoc igitur argumento tanquã à diuersis sumpto sententia proposita non probatur arg.l.Papinianus exuli. ff.de minor. & l.fin.cum ibi not.ff.de calumn. Vnde secundò sic argumentantur, Rom.Pont.omnibus superior est arg.c.cuncta per mundum 9.q.3. ergò hac quoque ratione & à reseruatis episcopo concessa facultas absoluendi intelligitur: hæc itidem ratio mihi non probatur; nam, etsi Romanus Pont.omnibus superior est arg.cit.c.cuncta per mundum, & extrauag.1.de maior. & obed.tamen Romanus Pont. non intelligitur ius suum alteri adimere, nisi expressè id dicat arg. eius, quod dixit gloss.communiter recepta in clem.2. in verb. Apostolicis de præb. etenim hoc esset vti plenitudine potestatis, qua in dubio vti non existimatur, vt dixit Inno.in c.innotuit de elect. & Viuius in Syl.commun.opin.opin.585.quòd hic contingeret: idque iure meritò; namq; , etsi legibus solutus est summus princeps, legibus tamen viuit, vt dicitur in l.digna vox C. de legib. & §.fi.in Instit.quib.mod. testam.infir. hinc, quamuis Rom.Pont.excommunicati communione vtendo suprema, qua fungitur, potestate, absoluere ea ratione ipsum posit; tamen, ne à regula iuris communis discedat, hac ratione absoluere non intelligitur, nisi id se velle significet, vt habetur in clem.fin.& ibi not.gloss.& communiter DD.de sent.excom. Quid igitur concludendum? Ego in hac quæstione sic concludendum censerem. Aut quærimus, an Pont.Max.facultatem absoluendi à casibus episcopo reseruatis concedere posit, & sine dubitatione id eum posse asserendum, & pro certo habendum est ob supremam, quam habet in ecclesia, potestatem, vt habetur in cit.c.cuncta per mundum, & in extrauag.1. de maior.& obed.& c.1. & c.fin.de constit. Aut quærimus, an in huiusmodi Iobelæis concedendo facultatem absoluendi à censuris, & casibus reseruatis sibi etiã in bulla cœnæ Domini intelligatur concesisse facultatem absoluendi à censuris, & à casibus episcopo reseruatis; & in hoc casu facultatem quoque concessam sentio absoluendi à casibus episcopo reseruatis. Primò, quia Romanus Pont.vult, & optat, vt omnes Christi fideles indulgentiam concessam consequantur; hoc negari non potest: at indulgentia illa haberi nequit, nisi & à censuris, & à casibus episcopo reseruatis quis priùs absoluatur, vt supra vidimus; ergò, ex quo concedit indulgentiam, quam omnes recipere vult, & ad hunc effectum consequendum à casibus sibi reseruatis etiam in bulla cœnę Domini absoluendi facultatem tribuit; etiã à casibus, & à censuris ẽpo reseruatis facultatem absoluendi concessisse dicendum est; nam, vbi quidpiam conceditur, & id omne intelligitur concedi, sine quo haberi concessum non potest arg.l.illud ff.de acquir.hęred.& §.1.vers.Idemq; iuris est in Instit.quibus ex caus.manumit.non licet, & de hæred.instit.in prin.& l.2.cum ibi not.ff.de iurisdict.omn.iud. Præterea facit.quoniam beneficium hoc summi principis beneficium est, & fauor animarum agitur; ergò quàm latisimè ipsum interpretari debemus, atque idcircò, vt & facultas absoluendi à casibus episcopo reseruatis concessa intelligatur arg. cap. dilecti de donat.& l.beneficium.ff.de constit. Accedit postremò consensus, quàuis non necessarius etiam episcoporum, qui hoc vident, & tacent; ergo hac quoq; ratione facultatem hanc absoluendi à casibus episcoporum concessam esse interpretabimur arg.l.sepe, & eorum, quæ ibi not.ff.de re iud. faciunt notata per Nauar.in cap. placuit. nu.33.de pœnit.dist.6. Non obstat modò c.1.de constit.lib.6.nec reliqua, quæ pro contraria

traria opinione allegabantur; nam ea locum habent, vbi de mente concedentis non constat; at
hic id constare, scilicet Romanum Pont. absoluendi à casibus episcopo reseruatis potestatem
concessisse iam probauimus: & quamuis id tacitò constet, nihil tamen interest; quoniam par vir
tus taciti, & expressi est arg. l. cùm quid. & ibi communiter not. ff. si cert. pet. in hac igitur quæ-
11 stione sic concludendum censerem. † Octaua quæstio est; an, concessa facultate absoluendi à cen-
suris omnibus, etiam in bulla cœnę Domini contentis (quod per bullas Iobelæi, & per priuile-
gium concedi solet) si absoluatur quis simpliciter, ac generaliter ab excommunicationibus, &
à censuris omnibus; à censuris illis et absolutus sit, quas pęnitens aut obliuione, aut inscitia, aut
incuria confessus non est: In qua quęstione breuiter concludimus, modò absoluens possit, ac
velit absoluere pœnitentem ab omnibus censuris, quibus constrictus tenetur, hunc & ab illis
absolutum esse; nam, quòd excommunicatio, ac quæuis alia censura pœna est; ob eam rem, si-
cut ignorans quis excõicari potest, vt dixit glo. cõiter recepta in c. Apostolicæ in verb. probabili
decler. excom. min. & probatur c. pastoralis §. fin. de app. & c. de manifesta. 2. q. 6. ita & ignorãs
absolui posse debet arg. c. verbum de pęnit. dist. 1. & c. omnis de verb. sign. & l. nihil tã naturale.
ff. eod. absolutus igitur hic erit & ab excõicationibus, & à censuris; quas tunc in memoria non
habet; ac deinceps, vbi in memoriã eædẽ venerint, absolutione alia non egebit, atq; sic inquiunt
Nauar. in Man. c. 26. nu. 12. cum seq. & in c. consideret §. cautus nu. 30. vers. illud vnum tantùm
de pœnit. dist. 5. & in c. ita quorundam in vltim. gloss. nu. 19. & seq. de iudæis, & Couar. in c. alma
pars 1. §. 11. num. 12. vbi & plures alios idem sentientes refert, de senten. excom. lib. 6. & Iacob.
de Graff. c. 15. num. 13. lib. 4. decis. cas. consc. & Io. Bapt. Antonucius in Catechesi Neapol. c. 3.
vers. Insuper, sed hoc incidenter lib. 5. vbi & opinionem hanc communiter receptam esse testa-
tur. Quare de eorundem sententia prudenter, ac scitè facit; qui Iobelæi tempore, quo facultas
hæc amplissima habetur, se hac ratione absoluendum curat, etiam si alicuius tantùm excom-
municationis, ac censuræ recordetur; immo & si nullius; nam sub conditione sibi absolutionem
tribuẽdam curabit, quo casu, si deinceps censurę cuiuspiã meminerit, absolutione alia non ege-
bit; alioquin absolutus non erit ab illis censuris, quas non expressit. Hoc igitur & pœnitentes, &
sacerdotes, quibus potestas hæc condonatur, memoriæ mandent; nam, & in irregularitate lo-
cum id etiam habet, vbi facultas hæc & cum irregulari dispensandi data est. Item & in casibus
reseruatis; nam deinceps reseruati non erunt; si ratione hac quis absolutus sit de eorundem
12 sententia. † Nona quæstio est; an, concessa ab episcopo facultate absoluendi ab omnibus
casibus sibi reseruatis, intelligatur concessa facultas absoluendi à censuris etiam ipsi reseruatis;
& breuiter concluditur facultatem hanc concessam non intelligi; nam aliud est casus, aliud cen-
sura, atque idcirco vno concesso, alterum concessum non existimatur arg. l. Papinianus exuli. ff.
de min. & l. fin. ff. de calumn. atque sic dixit Nauar. in Man. c. 27. num. 261. vers. Decimò dico, &
Io. Bapt. Antonucius in Catechesi Neapol. c. 2. nu. 2. lib. 6. & c. 9. nu. 6. secus autem, vbi à Rom.
Pont. facultas hæc condonata est, vt supra probauimus. Idem iuris erit, si episcopus alicui om-
nem suam facultatem ad audiendum confessionem, & ad absoluendum auditos dederit; vt sen-
tit idem Nauar. eod. c. ac num. vers. Vndecimò arg. c. fin. de vic. lib. 6. & c. in generali de reg. iur.
eod. lib. Contrarium tamen in hoc tenet Io. Bapt. eod. c. 9. nu. 6. quod & ratione non caret; alio-
13 quin non suam omnem facultatem concessisset. † Decima quæstio est, an concessa facultate ab-
soluendi à censuris, etiam contentis in bulla cœnæ Domini per bullã Iobelæi, per literasuè Apo
stolicas, intelligatur concessa potestas absoluendi ab excommunicatione, in quam quis ob hære-
sim incidit: Couar. in c. alma pars. 1. §. 11. n. 17. de sent. excom. lib. 6. confessarios electos virtute
bullæ Iobelæi, literarumq; Apostolicarum absoluere ab hac excommunicatione non posse cen-
suit; tum quòd generalis commissio absoluendi ab excommunicatione eam excommunicatio-
nem non comprehendit, cuius absolutionem delegans verisimiliter speciatim non concessisset,
vt dixit Archiepisc. Flor. in 3. par. tit. 24. c. 77. §. 1. & facit c. in generali de reg. iur. lib. 6. & c. fra-
ter noster 16. q. 1. tum quòd absolutio illa generalis, quæ fit à Rom. Pont. in beneficij collatione
non prodest excommunicato ob hæresim, vt dixit Felin. in c. Apostolicæ in col. 1. de except. &
refert, ac sequitur Couar. eod. hoc idem asseruit Nauar. in Man. c. 27. nu. 275. vers. Decimò quar-
tò, & Iacob. de Graff. c. 15. nu. 12. lib. 4. decis. cas. consc. hanc ego quoque sequor; nam, vbi hoc
Rom. Pont. vult, speciatim id concedit, vt Sistus V. Anno 1589. Non. Cal. Decembris, quo tem-
pore Iobelæum pro tranquilitate, & conseruatione Regni Galliæ concessit, qua ratione ductus
etiam Cosmus Philiarcus in lib. suo de off. sacerdotis in secundo tomo lib. 5. c. 15. in fine in ad-
ditione de absolutionibus vigore Iobelæi; vbi eam bullæ partem refert, in hac opinione, in qua

aliàs se fuisse inquit, magis, magisq; confirmatus est: sed de his quæstionibus, quæ frequentius accidunt, hactenus; ad alia veniamus.

S V M M A.

1 Absoluere ab excommunicatione iuris delegatus à lege potest.

2 Sacerdos excommunicatum in articulo mortis constitutum absoluere potest.

3 Sacerdos parochus an absoluere possit extra mortis articulum à iuris excommunicatione, quæ nemini reseruata est.

V.

1 §. † Delegatus à lege itidem à iuris excommunicatione absoluere potest; † quare fit, vt à
2 maiori excommunicatione in mortis articulo simplex sacerdos etiam absoluat: verùm,
quòd de delegato huiusmodi abundè supra egimus cap. 4. §. à lege delegatus; ideo, materia hac
3 omissa, quæ ibi habetur; † hic, an sacerdos parochus extra mortis articulum absoluat à maiori excommunicatione iuris, quæ nemini reseruata est, inuestigemus. In hac igitur quæstione variæ DD. sententiæ sunt. Quarum prima eorum est, qui à proprio sacerdote absolui quem posse à maiori excommunicatione iuris existimarunt, modò alteri absolutio reseruata non sit; hanc amplexati sunt S. Tho. dist. 18. art. 5. q. 1. lib. 4. & S. Bon. ead. dist. q. fin. vers. Ad illud, quod quæritur, à quo quis potest absolui. nu. 83. cum seq. & Sot. dist. 22. q. 3. art. 2. concl. 3. vers. De excommunicatione verò lata à iure, & Innoc. in c. nuper nu. 6. in vers. Specialiter, vbi à maiori excommunicatione absolui quem posse ab episcopo, sacerdoteuè proprio, exceptis quibusdam casibus, ait de sent. excom. idem Host. ibi, & Syl. in verb. Absolutio, 1. nu. 4. vers. & similiter, vbi quosdam alios idem sentientes refert, & in verb. casus. 1. nu. 3. vers. Quartus, & Angel. eod. 1. num. 2. vers. Verum proprius, & Armil. eod. num. 36. & in verb. Casus. nu. 5. quare factum est, vt Nauar. qui & ipse opinionem hanc sequitur in Man. c. 27. num. 39. opinionem hanc communem esse, & Theologorum, & Summistarũ dixerit, eandem com. dixit quoque Couar. in c. alma pars. 1. §. 12. num. 5. vers. Contrariam sententiam de sent. excom. lib. 6. Probatur autem horum sententia per cit. c. nuper, de quo iure quoniam infra pluribus agemus, ob eam rem hic de eo nihil dicimus. Secundò loco sic argumentatur Sot. eod. excommunicatio ob peccatum fertur; ergò, qui absoluere à peccato potest, hic & ab excommunicatione absoluere poterit; at sacerdos parochus suæ parochiæ homines à peccatis absoluit arg. c. omnis de pœnit. igitur & eosdem excommunicatos ab excommunicatione absoluet: hæc Sot. quæ ratio propositam sententiam probare mihi non videtur; tum quòd pro certo ponit id, de quo quæstio est; nos enim quærimus, an simplex parochus, qui à peccatis suos subiectos absoluit, & ab excommunicatione absoluere possit; ipse verò pro certo ponit, qui à peccato absoluit, & ab excommunicatione hunc absoluere posse, & hoc est, quod quærimus; tum quòd ex diuersis argumentum summit, non enim concludit argumentatio hæc, à peccatis, propter quæ excommunicatio fertur, parochus absoluit, ergò & ab excommunicatione; quandoquidem ad censuram tollendam contentiosi fori iurisdictio postulatur, vt probauimus suprà c. 2. §. fori contentiosi; ad peccata verò tollenda sacerdotij character requiritur, simulq; pœnitentiæ fori iurisdictio, vt asseruimus in comment. nostr. de pœnit. c. 2. num. 3. cum seq. cùm igitur diuersa hæc sint, ab vno ad alterum argumentum sumere non poterimus; arg. l. Papinianus exuli. ff. de min. non igitur ratio hæc facit. Secundò sic argumentatur Sot. si sacerdos parochus à iuris excommunicatione absoluere non posset, nõ oporteret iuris latorem absolutionem sibi reseruare, vbi ipse solus absoluere vult; sed sibi eam reseruat, ergo: ad hoc etiam respondetur rationem hanc in sacerdotibus parochis non valere; nã iurisdictionem contentiosi fori habere quẽ etiam oportet, quò absoluatur, vt vidimus; non autem hoc solum, vt absolutio reseruata non sit, quã iurisdictionem simplicem parochum non habere satis antea probauimus; in episcopis igitur ratio hęc locum haberet. Tertiò dicebat Syl. simplex parochus minorem autoritatem non habet religioso, qui ad sacramentum pœnitentiæ administrandum admissus est, vt habetur in clem. dudum de sepult. at religiosus in quibusdam casibus absoluere potest, vt habetur in clem. 1. de priuil. ergò & simplex parochus: hæc ratio non modo propositam sententiam non confirmat, sed contra potius ipsam oppugnat; nam, si in casibus quibusdam religiosus ab excommunicatione absoluit, ergo regula contraria est; quare & de parocho idem dicemus, vt pro regula sit ipsum absoluere non posse, nisi vbi speciatim id ei concessum est, cuiusmodi casus habetur in c. nuper in fin. sed hoc non negamus, neque id quærimus; nam & in articulo mortis absoluere ipsum posse scimus, sed quærimus, an generaliter à maiori excommu-

nicatione absoluere possit, vbi legislator eius absolutionem sibi non reseruauit. Postremò sic argumentabatur Syl. eod. sacerdos nullo iure prohibetur, quò minus ab excommunicatione absoluat, vbi absolutio alteri reseruata non est; ergò absoluere ab excommunicatione potest; quod enim non prohibetur, concessum esse existimatur arg. l. nec non. ff. quibus caus. maior. & l. ab ea parte. ff. de probat. ad hãc rationem facilè itidem respondetur scilicet, etsi speciatim prohibitum id ei non est, generatim tamen ipsi prohibitũ esse; nam, ex quo iurisdictionem fori contentiosi non habet, absoluere non potest, cùm ipsa ad absolutionem tribuendam requiratur, vti antea vidimus; nam nec laicis speciatim est hoc prohibitũ, & tamen non absoluunt. Vnde altera fuit quorundã sententia, vt sacerdos hic non absoluat, vt Abb. in c. conquerente nu. 4. de off. ord. & in c. porrò de sent. excõ. nu. 2. & in c. Deus nu. 5. de pœnit. & in eod. c. nuper nu. 6. & Feli. nu. 3. cum seq. & Gemin. in c. pen. nu. 7. vers. Nota bene istã gloss. & Philip. Franc. eod. vers. In ea gloss. ibi nuper, vbi cõi iure absoluendi potestatem ab excõicatione maiori non competere inferioribus epõ ait, de pœnit. lib. 6. & Fed. de Sen. cons. 14. nu. 4. & non nullorũ aliorũ, quos refert Couar. eod. §. 12. nu. 5. vers. Tertiò, & Caiet. in summ. in verb. Absolutio ab excommunicatione, & Tab. in verb. dispensatio. nu. 16. vers. Notandum, & in verb. Absolutio. 2. num. 4. vbi com. opinionem hanc esse ait, & Iacob. de Graff. c. 15. nu. 48. lib. 4. decis. cas. consc. Probatur autem horum sententia in primis in cit. c. nuper de sent. excom. nam, dum ibi dicitur, ex quo legislator absolutionem excommunicationis sibi non reseruauit, videri concessam facultatem alijs absoluendi, eo verbo Alijs episcopos significari quò ad maioris excommunicationis absolutionem, non autem inferiores, ac simplices parochos glossę communiter interpretantur: atqui ad hoc responderi potest contrarium probari in eo c. nuper; nam ibi de sacerdote, ac de episcopo Rom. Pont. consultus erat, an ab excommunicatione iuris absoluere possent, & in vers. In secũdo verò casu, respondens inquit, ex quo legislator absolutionem sibi non reseruauit, alijs absoluendi facultatem ipsum concessisse videri: si ergò alijs eam facultatem concessit, & proprio sacerdoti eam concessisse dicemus, vt habetur in eod. vers. In secundo; etenim responsionem ad interrogationem interpretamur, eiq; accommodata esse debet arg §. præterea in Instit. de inutil. stip. nec repugnat, si dicatur de absolutione minoris excommunicationis ibi agi; nã ratio, quæ ibi redditur, & in maioris excommunicationis absolutione locum sibi vindicat; si enim, vbi legislator in minori excommunicatione absolutionem sibi non reseruat, & proprio parocho eã concessisse videtur; ergo idem de maiori excommunicatione sentiemus, ex quo absolutionem sibi non reseruauit; nã vbi eadem iuris ratio est, ibi eadem iuris dispositio esse debet arg. l. illud. ff. ad l. Aquil, & c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. etenim, quæ iurisdictio ad maiorem excommunicationem tollendam requiritur, eadem ad minorem postulatur; non igitur ratio hæc propositam sententiam probat. Secundo loco pro hac opinione citatur gloss. in c. pen. in verb. Reseruantur de pœnit. lib. 6. ibi enim cùm dicatur, si episcopus suo subdito concesserit, vt sibi idoneum confessorem eligere possit, electum in casibus, qui eidem episcopo specialiter reseruantur, nullam habere potestatem; gloss. interpretans, quinam casus sint, qui episcopo specialiter reseruentur, hunc primum ponit absolutionem scilicet à maiori excommunicatione; nam excommunicatos absoluere simplici sacerdoti non competere, sed episcopo ait ob cit. c. nuper. Nauar. in Man. c. 27. nu. 39. vers. Quamuis oppositum teneat Panor. gloss. hoc non dicere ait; quod, qua ratione id asserat, non video; nã, si vult gloss. interpretari, vt loquatur de excommunicationibus, quarũ absolutio episcopo reseruatur, cuiusmodi habetur in c. mulieres, & in c. de cætero de sent. excõ. hoc mihi non probatur; nam gloss. simpliciter loquitur, & simpliciter inquit absoluere excommunicatos simplici sacerdoti non competere; ergò simpliciter intelligi debet arg. l. de pretio. ff. publ. præsertim, quòd aliàs dubium hoc non esset, vbi episcopo absolutio reseruata est, ob cit. c. nuper vers. in secundo. Si verò id inquit Nauar. quia de simplici sacerdote gloss. mentionem facit, hoc nihil etiam est; tum quòd dictum gloss. interpretamur secundum legem, quam allegat, vt inquit Bart. communiter receptus in l. non solum. §. si liberationis verba. ff. de lib. leg. at glos. citat idem c. nuper, vbi de proprio parocho agitur; ergò in hanc sententiam simplicem sacerdotem hîc accipiemus; tum quod simplicem sacerdotem dixit respectu habito ad episcopum, & huiusmodi, qui simplices parochi non sunt, sed episcopalem iurisdictionem habent; gloss. igitur hoc dicit, quod sensit Abb. ac citati DD. qui ea ducti opinionem hanc secuti sunt: quæ tamen gloss. mihi non satisfacit; & quòd suam sententiam non probat, & quòd pro certo habet id, de quo quæstio est; & quòd in cit c. nuper contrarium probari videtur. Quare tertiò Nauar. eod. has inter se opiniones sic conciliare nitebatur, vt scilicet prior in foro conscientiæ, posterior in

foro contentioso locum habeat: quæ opinio mihi sequenda non videtur; nam nullo iure, nullaq; alia ratione id probat, quo casu locum habet. §. consideremus auth. de triente, & semisse, & successionibus, & cit. c. nuper simpliciter loquitur hac de re agẽs; ergo simpliciter illud accipere debemus arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. quid igitur concludendum? Ego in hac re sic distinguendum, ac concludendum censeo. Aut quærimus, an simplex parochus ordinario, proprioq; iure ab excommunicatione iuris, cuius absolutio alteri reseruata non est, absolnere possit; & in hoc casu sine dubitatione asserendum est, nec parochum sacerdotem absolnere posse; nam, sicuti ad excommunicationem ferendam contentiosi fori iurisdictio postulatur, vt probauimus supra c. 2. §. fori contentiosi, ita & ad eam tollendam eadem iurisdictio requiritur arg. c. si is, cui de off. deleg. lib. 6. & c. vn. de maior. & ob. eod. lib. & vt dixit Couar. eod. §. 12. nu. 5. vers. Tertiò hæc regula, ibi huic opinioni; etenim par ius ligandi, atque soluendi est arg. c. verbum de pœnit. dist. 1. & vnumquodque tollitur eo modo, quo inductum est arg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & c. 1. eod. in antiq. at simplicem parochum iurisdictionem hãc non habere asseruimus eod. §. fori contentiosi; atq; ita in hoc sensit Nauar. eod. vers. Limitando item illam cum S. Thom. & Syl. in verb. Absolutio. 1. nu. 5. ibi, & secundò: quæ conclusio & communis est, & in minoris excommunicationis absolutione locum itidem habet; nam neque à minore iuris excommunicatione simplex parochus absoluit iure proprio, vt probatur in cit. c. nuper; ibi enim idcircò proprium parochum ab ea minore excommunicatione absoluere posse Rom. Pont. inquit; quoniã, ex quo eius absolutionem sibi legislator non retinuit, alijs concessisse videtur; secus ergo, vbi eam sibi reseruauit arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. non ne de præsumpt. & l. fin. §. fin. de leg. 3. Aut quærimus an iure delegato, id est si absoluendi facultas ei delegetur, an, inquam, id queat; & sine dubitatione asserimus id posse, siue ab homine, siue à lege facultatem hanc absoluendi delegatã habeat, vt probatur in eod. c. nuper tam de minoris, quàm de maioris excommunicationis absolutione in vers. Quia tamen, & in vers. Verùm si difficile, & vt nos abundè probauimus suprà c. 4. §. delegatus ab homine, & §. à lege delegatus, & suprà hoc cap. in §. delegatus; hinc hodie sæpius episcopi absolutionis huiusmodi potestatem parochis tribuũt, & Rom. Pont. vniuersis ad sacramentum pœnitentiæ administrandum probatis eãdem elargitur respectu habito ad eos, qui in aliquam societatem exempli gratia, aut sanctissimi Corporis Christi, aut beatissimæ Virginis Mariæ adscripti sunt, & conclusio hæc communis etiam est. Aut quærimus, an à iure communi permissum, ac delegatum parochis sit, vt absoluere à minori iuris excommunicatione possint, vbi absolutio reseruata non est; & hic etiam pro certo asserimus à iure parochis id permissum esse, vt apertè id habetur in eod. cap. nuper vers. In secundo; ibi enim, qui cum excommunicato in oratione, vel osculo versatus est (quo casu in minorem excommunicationem incidit, quæ excommunicatio à iure est) à proprio parocho absolui excommunicatum hunc posse dicitur, quoniam legislator alijs tunc facultatem concessisse videtur; communi iure igitur simplici parocho absoluendi facultas à minore excommunicatione permissa est, nisi reseruata sit. Aut quærimus quò ad maioris excommunicationis absolutionem, an scilicet, vbi legislator absolutionem sibi non reseruauit, absoluere ab ea sacerdos proprius possit; & hic etiã pro certo habendum est proprium parochum absoluere posse ob cit. c. nuper; nam ratio, quam ob rem à minori parochus tunc absoluit, ea est; quoniã legislator eam facultatem alijs concessisse videtur, vt ibi dicitur; at ratio hęc & in maiori excommunicatione locum habet; ergò, sicut parochus à minori iuris excommunicatione, ita & à maiori absoluit arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. cùm dilecta de confir. vtil. vel inutil. Nec repugnat, si dicatur, etsi à minori absoluit, non tamẽ à maiori absoluere ipsum posse; nam eadem potestas postulatur ad absolutionem excõicationis minoris, fori scilicet contentiosi iurisdictio, quæ ad absolutionem maioris; id quod hinc patet, quoniam neque à minori absolueret, nisi facultas sibi delegaretur, vt apparet in cit. c. nuper; & in hoc casu locum habebit prior opinio, quę communis videtur; nam vim rationis euadere non possumus eiùs cit. c. nuper, quin eo iure, vbi absolutio reseruata non est, parochus ab excommunicatione absoluat, ac propterea in rigore disputationis opinionẽ hanc defendi posse dixit etiã Couar. in c. alma pars. 1. §. 12. num. 5. vers. Ideo in rigore disputationis de sent. excommu. lib. 6. Aut demum quærimus, ex quo parochi ob cit. c. nuper absoluendi à maiori excommunicatione facultatem habent, an hodie iure alio adempta facultas hęc eis sit; & in hoc casu ademptam ipsis facultatem hanc esse concludo; nam iure alio, consuetudine scilicet receptum est, vt parochi ab huiusmodi excommunicatione non absoluant, quod vsus ipse declarat, atque experientia, quæ consuętudo legis vim habet, vt habetur in §. sine scripto in Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. & in l. de

in l.de quibus cum l.seq. & in l.cùm de consuetudine.ff.de leg. quæ itidem consuetudo probata est per extrauag.1.§.per hoc autem vers. Modò eodem de priuileg.vbi episcopo absolutionem excommunicationis seruatam esse traditur; hinc opinionem hanc à communi praxi receptam esse testatur Couar.eod.§.12.num.5.vers.contrariam ibi tametsi communis praxis. Dispositio igitur cit.c.nuper quò ad maiorem excommunicationem communi cõsuetudine, quæ comprobata est per cit.extrauag.abrogata esse dici potest;& in hoc casu posterior sententia gloss.in c.2. de pœnit.lib.6. locum habebit; & eo magis, quòd ab interpretatione legis, quam consuetudo recepit,discedi non debet arg. l.si de interpretatione cum l.seq.ff.de leg. ratione hac ergo propositæ opiniones commodè, ac verè conciliari posse mihi videntur; ac de quæstione hac satis,ad reliqua transeamus.

SVMMA.

1 *Abrogata lege, per quam excommunicatio, censuraq; alia fertur; qui in eius excommunicationem iam incidit, ipso iure absolutus est, vbi à Rom. Pont. sic est abrogata, vt pro infecta haberi eam velit: quæ regula etiam declaratur, quousque pateat.*

2 *Abrogata lege simpliciter tantùm, per quam excommunicatio fertur; qui in eius excommunicationem iam incidit, ipso iure absolutus non est.*

3 *Abrogata lege ab inferiore Rom. Pont. quacunq; ratione; qui in eam iam incidit, ipso iure absolutus non est.*

4 *Dispensare episcopus non potest, vt excommunicatus sine offensa actus ipsi prohibitos exerceat.*

VI.

1 § †Ipso iure demum,id est nulla hominis absolutione intercedente excommunicatio,censuraq; alia à lege lata tollitur; id quod fit, vbi lex, constitutioue, à qua excommunicatio, ac censura fertur,à Rom.Pont.hac ratione abrogatur,vt pro infecta haberi velit;nam tunc sine alia absolutione,qui in eius legis excõmunicationé, censuramnè iam incidit, statim absolutus est; vt asseruit gloss.in clem.1.in verb.Pro infectis de immun.eccl.quam ibi sequuntur Imol.num.6.& Zab.vers.Septimò not.& Anch.num.3.vers. Secundò noto, & ibi Add.ad eum, & Abb.in c.quæ ecclesiarum. num.3.de constit.& in c.per venerabilem. num.22.vers. Ego pro concord. qui filij sint legit.& in c.nulli in fin.& in c.si aliquando.num.4.de sent.excom.& Add.ad Abb.in c.quia in litera D.de elect.& Præpos.in c.non debet.num.20.de consang.& affin.& Felin.in c.1.nu.4.& Rip.num.24. & Dec.num.11.vbi opinionem hãc communiter receptam testatur de iud. & Syl. in verb.Absolutio.3.num.8.idque iure meritò; nam,si facta ea lex non esset,qui per eã excommunicatus est,excommunicatus non esset; ergò, ex quo pro infecta habetur, qui in excommunicationem incidit, perinde erit, atque si in eam non incidisset, & ita absolutus erit; potest etenim Pont. Max. qui positiuo iuri præest, vt habetur in c. proposuit de concess. præb. & vt citati autores eisdem in locis asserunt, à quo iure excommunicatio, ac censura quò ad hoc est; potest, inquam, quacunque ratione sibi libet excommunicationem, ac censuram tollere; hinc, si cum excommunicato huiusmodi affectus animo versetur, vt ipsum hac ratione absoluat, absolutus erit,vt dicitur in clem.fin.& ibi not.gloss.ac DD.de sent.excom. Contrarium tamen dicendum videbatur;nam,quod factum est,quin factum sit,effici nõ potest arg.l.in bello.§.factæ. ff.de cap. & postlim. reuers. atqui ad hoc respondetur fieri quidem non posse, vt reuera constitutio non fuerit,& quin operata etiam sit;at,vt effectus inde profecti non operentur,id planè potest,scilicet,vt absolutione ab excommunicatione opus non sit;item vt,qui irregularis factus est,pro irregulari non habeatur,atque ita inquiunt Zab.in cit.clem.vn.de immun.eccl.num.6.vers. Oppono in eo,quod dixi,& Imol.ibidem.num.6.vers.gloss.pro infectis;ipso iure igitur ab excommunicatione,ac censura quis sic absoluetur. Et hæc regula amplificabitur primò,vt locum habeat, non solùm quò ad absolutionem,sed etiam quò ad alios effectus; hinc, si per eã constitutionem excommunicatus interim ex officio diuina fecerit, quo casu irregularis factus est arg.c.1.de re iud.lib.6.& c.1.de sent.excom.eod.lib.hac ratione irregularitas quoq; sublata erit.Item,qui in minorem excõicationem incidit, propterea quòd cum eo excõicato versatus est, & ipse à minori excommunicatione absolutione non egebit; quare, si Rom.Pont.antequam eam dignitatẽ adeptus sit, in excommunicationem incidisset; hac ratione abrogata lege, in cuius excommunicationem inciderat, se ipsum absoluet, quod notandum est; quamuis dici possit eum ipso iure statim absolutum esse, ex quo legibus hisce subiectus deinceps non est arg. c.proposuit de concess.

conceſſ.præb. Amplificatur demum eadem regula, etiam in cenſura ab homine per ſententiam lata; nam, ſi pro non lata ipſam velit, qui per ipſam excommunicatus eſt, ſtatim abſolutus erit; eadem enim & hic ratio eſt, vt per ſe patet; ergo & eadem diſpoſitio eſſe debet arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. hæc regula ſic amplificata exceptiones quaſdam tamen patitur. Excipiuntur ergo primò effectus iure diuino conſecuti; nã hac ratione non tollentur, vt ſenſit Anchar. quem refert, ac ſequitur Felin. in c. fin. nu. 10. verſ. & licet iſta ſit communis de conſtit. & Abb. in c. per venerabilem. num. 21. qui fil. ſint legit. Quare, ſi excommunicatus per eam legem, quæ deinceps ſic abrogata eſt, antequã abrogaretur, diuina ex more, miſſæq; ſacrum fecerit, quo caſu mortiferè peccauit, peccatum illud non ea abrogatione, ſed pœnitentiæ ſacramento tolletur; diuino enim iure cautum eſt, vt pœnitentia peccata deleantur, cui iuri & Rom. Pont. ſubijcitur; hinc Rom. Pont. diſpenſare cum excommunicato poſſe, vt actus à iure prohibitos exerceat, dixit Marian. Socin. Sen. in c. officij nu. 171. de ſent. excom. modò prohibitio illius actus deſcendat à iure poſitiuo; ergo aliàs ſecus. † Item effectus ſecuti, etiam ſi à
2 poſitiuo iure ſint, ipſo iure non tollentur, ac propterea excommunicatus per eã conſtitutionem abſolutus non erit, neque ab irregularitate liber, ſi quam inde contraxit; vbi conſtitutionem, in cuius excommunicationem quis incidit, abrogauit, ac reuocauit tantùm Pont. Max. non autem pro infecta haberi voluit, vti aſſerunt Præpoſ. & Imol. & Anchar. & Felin. & Rip. & Syl. eiſdem in locis, & Abb. in c. non debet in fin. de conſang. & affin. & Felin. in c. fin. num. 10. de conſtit. & vt probatur in extrauag. quia in futurorum de torneam. ibi enim Rom. Pont. quòd ſimpliciter eam conſtitutionem reuocat; ob eam rem, qui in eius excommunicationem, pœnaſuè aliàs incidiſſet, deinceps abſoluit, & ab irregularitate liberauit, vt ibi habetur; ac meritò, actus enim agētis præter voluntatem non operatur arg. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. at, ex quo legem ſimpliciter reuocauit, effectus inde ſecuti reuocati non cenſentur; quò igitur excommunicatus, cenſuraue alia conſtrictus legis abrogatione abſolutus ipſo iure ab ea cenſura ſit, & vt pro infecta ipſam haberi Rom. Pont. velit, neceſſe eſt. † Poſtremò excipitur, vbi ab inferiore ſic abrogata eſt; nam, qui
3 in excommunicationem ipſius incidit, abſolutione nihilominus egebit; neque enim inferior, vt ſibi libet, abſoluere ab excommunicatione poteſt arg. c. cùm deſideres de ſent. excom. & clem. fin. iunct. glo. eod. quandoquidē poſitiuo iuri, ad cuius formam abſoluere debet, ſubiectus eſt, vt habetur in c. 1. & fin. & ibi DD. de conſtit. accedit, quoniam, ſi inferiores iudices id poſſent, & ab irregularitate contracta à ſuſpenſo, ptopterea quòd ex officio, vt prius diuina fecit, liberaret, quod ipſis prohibitum eſt, arg. c. 1. de re iud. lib. 6. & c. 1. de ſentent. excom. eod. lib. ab inferiore igitur abrogari ſic lex non poteſt, vt, qui per eam excommunicatus eſt, abſolutione non egeat, atque ita ſenſit gloſſ. in cit. clem. vn. in verb. Pro infectis de immun. eccl. & ibi DD. & ſuprà citati; nam ob ſupremam, quam Pont. Max. poteſtatem habet, id ab ipſo fieri aſſeruit, qua poteſtate inferiores ſine dubitatione carent; † quare epiſcopum diſpenſare non poſſe, vt excommuni-
4 catus actus ei prohibitos ſine abſolutione exerceat, aſſeruit Socin. eod. num. 171. ſed iam de abſolutione à cenſuris hactenus, ad effectus earundem generatim iam tranſeamus.

De effectu per ſe, ac principe, ſed remoto cenſuræ eccleſiaſticæ. Cap. XI.

SVMMA.

1 *Effectus per ſe, ac princeps, ſed remotus cenſuræ eccleſ. Dei honos eſt.*

2 *Cenſura eccl. fertur ab eccleſia, vt improbos, contumaceſq; bonos, atque obtemperantes reddat, atque vt Chriſto Domino eoſdem lucrifaciat.*



Abſoluta efficiente cauſa cenſuræ eccl. cùm ferendæ, tùm eiuſdem tollendæ; iam effectus ipſius contemplemur: ſed, quoniam eorum quidam per ſe, quidam per accidens ſunt; & ijdem partim in vita hac, partim in alia percipiuntur: & rurſus effectus per ſe partim remoti, partim proximi dicuntur; ideo primùm de ijs, qui per ſe ſunt, cùm remotis, tum proximis; quiq; & in hac, & in alia vita percipiun-
1 tur deinceps de reliquis agamus. † Effectus igitur per ſe, ac princeps, ſed remotus cenſuræ eccl.
2 Dei honos eſt; vt ſenſit D. Dionyſ. Carth. diſt. 18. q. 4. verſ. deinde oſtendit lib. 4. † vnum enim hoc in primis eccleſia, vnum hoc pontificium ius hac inferenda pœna ſtudent, hoc elaborant, vt Chriſti fideles compreſſa contumacia his in terris Deum Opt. Max. venerentur, ac deniq; poſt

huiusce vitæ cursum eodem in cœlis perfruantur arg.c.fin.de præscrip. & cap.cùm contingat de iureiur.in antiq. & c.licet eod.lib.6.innoc.c.1.de excep. eod.lib. & c.audi denique 11.q.3. & c. solitæ de maiori.& obed.& c.sicut olim de accusar.& toc.tit.de sent. excom. etenim, sicut ciuile ius pro subiecto hominem simpliciter iustum habet,vt dicebat olim Claudius Bettus præceptor meus,summusq; phylosophus, ita pontificium ius ab ecclesia constituta mea sententia christianum hominem iustum pro subiecto habet,qui scilicet Deum colat, neminemq; ledat arg.clem. 1.de magistr.& vt sensit optimè Abb.in proem.decret. num. 16. vbi rem hanc pluribus egit, ac Nauar.in c.nouit not.3.num.90.de iud.& Rebnff.in prax.crim.can.moral.par.1.nu.1 t.& Mar. Soc.Sen.in c.inquisitioni nu.4.vers.tertiò not.de sent.excom.hic igitur per se, ac princeps effectus censuræ eccl.est.

De effectu per se, ac remoto, sed minùs principe censuræ eccl. Cap. XII.

SVMMA.

1 *Contumaciæ compreßio, ac correctio effectus per se,ac remotus,sed minùs princeps censura eccl.est.*

2 *Contumacia nascitur occasione delicti, vel quasi,& contractus, vel quasi.*

3 *Censura ecclesiasticâ disciplinæ ecclesiasticæ neruus dicitur.*

4 *Censura eccl.dicitur pœna.*

5 *Absolutio à censura eccl. ob contumaciam lata semper peti potest.*

1 Effectus † itidem per se,ac remotus, sed minùs princeps censuræ ecclesf.qui in vita
2 hac percipitur,† contumaciæ delicti,vel quasi,nec non contractus,vel quasi occasione exortæ compresßio, atq; correctio est, vt sensit Mar.Soc.Sen.in c.nulli nu.5. vers.& dic iuncta n.7.vers.aut quæritur,quæ sit causa de sent.excom.nam ob hanc in primis causam censura fertur, vt probatur c.1. de excep. lib. 6. & ibi gloss. ac DD.& cap.1.de sent.excom.eod.lib.& c.fin.de for.compet. eod.lib. & c.licet de iureiur.eod.& clem.3.de pœni.& extrauag.dierum crescente malitia Io.22.eod. & c.cùm in cunctis. §.fin. de elect.in antiq.& c.docendus dist.61.& c.notandum in fin.24.q.3.& c.irrefragabili de off.ord.& c.ad reprimendam eod.& vt ibi gloss. not. atque vt inquiunt Abb. & Dec. in c.pastoralis.§.verùm.n.6.eod.& Mar.Soc.Sen.in eod.c.nulli nu.5.vbi causam immediatam excommunicationis contumaciam esse ait de sent.excom.& Bart.in l.publicorum. nu.7.ff.de publ.iud.& Syl.in ver. excommunicatio.3.nu.8.cum simil.& hoc locum habet etiam,vbi à iure fertur;nam,& qui contra canonem facit,hic non obtemperat canoni monenti;semper enim canon admonet, atque sic pluribus id asseruit Zab. in repet. c.perpendimus num. 21. vers. hoc præmisso de sent. excom.
3 † Item ob hanc causam censura hæc disciplinæ ecclesf. neruus dicitur, propterea quòd in officio
4 Christi fideles continet:† sicut etiam ob eam rem, & pœna nominatur; quandoquidem contumaciæ, quasi morbi cuiusdam medicina est; malorum enim pœnæ medicinæ à Phil. in lib. mor. dicuntur, atque ita in re nostra sensit S.Bonan. dist. 18. concl.96.lib.4.& Bero. in c.1.num.25. de constit.ac planè quis excommunicatus,cùm videt se à diuinis arceri; congressum suum Christi fideles fugere; digito ab omnibus ferè monstrari, non rubore summo perfundatur? graue enim est,vt mittam reliqua,inter homines esse,& ipsorum commertio priuari, vt dicitur in l.hi, qui sanctam. C.de apost. & vt gloss. not.in c.1.de except.lib.6.quis, vbi interdicto sibi in templû Dei aditus occlusus est,non toto aio contremiscat? cùm interdictio illa quasi è cœlesti regno exclusionis specimen quoddam præseferat? quis demum clericus suspensione impeditus, quò minùs sacra faciat, functionesq; alias de more obeat, non solicito animo sit? rubor igitur ille confusio quasi quædam, timor ille summus, animi grauis solicitudo illa efficiunt,(modò animæ salutem prorsus hic non aspernetur)vt à contumacia discedat, & posthàc ecclesiæ obtemperandum sibi statuat arg.eorum, quæ tradidit Grat. 23. q.6.contumaciæ igitur compresßio censuræ eccl.effectus itidem est;quare,etsi reliquæ sententiæ à decem diebus,postea quàm latæ sunt,non tolluntur (in rem iudicatam enim post decem hos dies transeunt, vt habetur in c. quod ad consultationê de re iud. & in §.1.in auth.de appell.) censuræ tamen sententia id non omnino pari-
5 tur; † nam, vel mille anni, vt ita dicam, post censuram latam abierint,quandocunq; tamen ea constrictum contumaciæ pœnitet,absolutionem consequitur arg.c.ex literis, & ibi not. DD. & Abb.num.10.& Felin,num.34.cum pluribus seq.de constit.& c.cùm contingat de off.deleg. & c.fin.

c.fin.de pœn.& vt tradidit glo.in c.ad reprimendam in verb. suspendatur de off.ord.& ibi Abb. num.6.& in c.consanguinei num.9.de re iud.idque meritò,censura enim sæpius fertur,quò quis à contumacia discedat;iure igitur,quandocunque hic ab ea discesserit,audiri debebit; nam cessante causa, & eius effectus cessare debet arg.c.cùm cessante de appell. & l.adigere. §.quamuis. ff.de iur.patron.& arg.cit.c.ex literis de constit. cum simil.

De effectu per se, ac proximo censuræ ecclesiasticæ. Cap. XIII.

SVMMA.

1 *Prohibitio vsus spiritualium ad tempus incertum est effectus per se,ac proximus censuræ eccl.*

2 *Censura eccl. vsum iuris prohibet, quod quis habet,non autem ipso iure nos priuat.*

3 *Censura eccl.ad tempus fertur, etiam si simpliciter feratur, & hoc pro regula habetur,& quamobrem.*

4 *Spiritualium nomine quæ comprehendantur, quatenus ad rem nostram pertinet.*

1 Ffectus † demum per se,sed proximus censuræ eccl.qui in vita hac percipitur, spiritualium vsus prohibitio,atque impeditio ad incertum tempus est; nullã enim censuram habemus, quæ hoc non efficiat; nam ecce primum, si excommunicati sumus,sacramentorũ,Christiq; fideliũm cõmunione caremus,vt habetur in c.fin. de cler. excom. min.& in c.pen. de sent. excom. & in c.Engeltrudam 3.q.4.si interdicto item subiecti tenemur, nec diuinis,dum ipsa fiunt, interesse,nec in locis interdictis eadem facere, vel non interdicti possumus, vt dicitur in cap.permittimus de senten. excomm. in antiq.& in c.si sententia cum duob.seq.& in c.is,cui,& in c.fin.eod.lib. 6.si suspensione demum clerici constringimur,ecclesiastica munera ex officio non administramus, ac beneficiorum fructibus, quæ possidemus, à beneficio suspensi caremus arg.rot.tit.de cler.excom.min. censuris
2 igitur vniuersis,vt ex dictis iam patet,spiritualium vsus prohibetur,atque impeditur. † Idcirco autem censuris spiritualium vsum impediri asseruimus, quoniam ius, quod habemus, & irretiti censura retinemus ; hinc à beneficio suspensus, non beneficio priuatus est, sed beneficij fructibus caret arg.c.cupientes.§.cæterum de elect.lib.6.cum simil.quæ suo loco citabimus:id quod meritò fit;censura enim per se medicinalis, & non mortalis(nisi per accidens, vt infra probabimus) disciplinans, nõ eradicans dicitur de excommunicatione in c.notandum 24.q.3.& in c.1. de sent.excom.lib.6.contingit igitur in hoc censura constricto,quod curatori dato furioso contingit,dum furiosus dilucida interualla habet;curator enim esse non desinit, sed curæ tamen in-
3 terim vsum non habet, vt dicitur in l.cùm alijs.C.de curat. fur. † Ad tempus itidem incertum adiectum est; nam, cùm ob contumaciam comprimendam sæpius feratur,vt proximè vidimus; statim atq; à contumacia quis discedit,absolutionem hic consequitur arg.c.ex literis, vbi Abb. Felin.ac DD.not. de constit. & c.norandum 24.q.3.& c.1.de sent. excom.lib.6.& c.qua fronte de appell.& c.cùm contingat.de off.deleg.& c.ex parte. 1.de verb.sign.atque ita sensit Imol. in c.ab excommunicato nu.26.de rescrip.accedit,quòd censuræ medicinæ quædam sunt,qua contumacia curatur arg. cit.c.1.de sent. excom. lib.6. & c.multi 2.q.1.iunct.c. 1.de excep.lib.6.at medicinis recuperata valetudine non indigemus: & quamuis contrarium in suspensione, atque in interdicto sit, vbi scilicet pro pœna in primis feruntur, & in excommunicatione quo ad eum, qui in contumacia perseuerans mortuus est,non repugnant tamen hæc iam dictis; nam hoc posterius sua culpa contingit; illud prius,quoniam censuræ illæ quandoque pro pœna feruntur, vt suo loco videbimus; ad tempus igitur incertum,quousq; scilicet à contumacia discedamus,cen-
4 sura irretiti vsu spiritualium caremus. † Spiritualium nomine autem præter sacramenta,ecclesiæq; suffragia, & res alias Deo dicatas,& homines,qui baptismi susceptione tẽplum Dei effecti sunt,accipimus; nam & Christianus res spiritualis dicitur,vt tradidit Nauar.de Iobelæo not.31. num.48.vers.an autem,ibi & quod in relectione; qua ratione cum Christianis excommunicatus versari non potest. Effectum denique hunc proximum dicimus;quoniam,statim atque quis censura constrictus est,effectus hic consequitur, vt habetur in c.pastoralis. §.verùm, & ibi Abb. ac DD. not. de appell. de qua re tamen iam agemus.

SVMMA.

1 *Effectus censuræ eccl.statim cum ipsa sententia enascitur.*

2 *Executionem secum trahit excommunicatio, & aliæ censuræ. quae regula declaratur.*

§.† Si-

I.

1 §. † Simul autem effectus proximè dictus censuræ eccl. cum sententia enascitur; id est statim, atque sententia censuræ lata est, in censuramuè quis incidit, effectus propositus nullo interuallo temporis interiecto consequitur, vt dixit Mar. Soc. Sen. in c. sacris. num. 494. de sent.
2 excom. idque iure optimo; † nam excommunicatio executionem secum trahit, vt inquit Rom. Pont. in c. pastoralis. §. verùm de appell. & ibi not. Præpos. num. 3. ac reliqui, & gloss. & Bart. in l. qui vltimò. num. 4. ff. de pœn. ac de suspensione, atque interdicto inquiunt Philip. Franc. in c. is, cui vers. Sanè de sent. excom. lib. 6. & Anchar. eod. num. 3. vers. Quartò not. in §. sanè, ibi quæritur in nouell. & Gemin. in eod. num. 3. vers. Quæro, & communiter DD. Excipitur, vbi censura vel sub conditione, vel ex die lata est; antequam enim conditio, diesuè aduenerit, nihil operatur, vt asseruit Mar. Soc. Sen. in c. sacris num. 495. cum seq. de sent. excom. etenim conditio nihil ponit inesse arg. l. si quis sub conditione ff. si quis omiss. causa testam. & facit quoq; l. in tempus ff. de hæred. instit.

SVMMA.

1 *Effectus censuræ est personalis, & personæ inhæret.*
2 *Excommunicatus in vno loco vbique locorum excommunicatus est, idem de interdicto, ac suspenso.*
3 *Excommunicatio sequitur excommunicatum, sicut lepra leprosum.*
4 *Excommunicatus in vno loco quamobrem & extra territorium excommunicantis pro excommunicato haberi debeat.*

II.

1 §. † Inhæret itidem effectus hic proximus censuræ eccl. ipsi, qui ea constrictus est, vt tradidit Abb. in c. ad reprimendam, num. 2. de off. ord. & in c. 1. num. 2. de treug. & in c. postulasti. num. 11. vbi multos idem sentire ait de for. compet. & Anchar. in c. fin. nu. 6. vers. Quartò oppo-
2 no de constit. lib. 6. † Quare excommunicatus exempli gratia ab episcopo Arimini, quocunq; proficiscatur, ante absolutionem semper excommunicatus erit arg. c. 3. §. 1. & ibi not. Abb. nn. 1. de priuil. & c. 1. vbi quoque Abb. nu. 4. de rapt. & c. 2. & c. curæ 11. q. 3. & vt tradidit idem Abb. in eod. c. postulasti nu. 11. & in c. ad reprimendam num. 2. de off. ord. & c. cùm dilectus. num. 40. de ord. cogn. & in c. pastoralis nu. 19. & ibi quoque gloss. & Dec. nu. 9. & Bald. num. 22. de appel. & Felin. in c. officij num. 2. de sent. excommu. viden. idem Abb. & Felin. in c. 1. de treug. & pac. &
3 Barbat. consf. 1. nu. 87. lib. 3. † sequitur etenim excommunicatio ipsum excommunicatum, sicuti lepra leprosum, vt citati autores eisdem in locis inquiunt, & Felin. in c. testimonium num. 33. de test. & Bart. in l. ex ea causa nu. 2. ff. de postul. & Anchar. in c. cùm secundum leges nu. 1. vers. idem de excõmunicatione de hæret. lib. 6. ac meritò; nam, cùm censura ei inhæreat, vt vidimus, meritò, quocunque proficiscitur, eum sequitur; accidens enim subiecto inhærens, quocunque subiectum mouetur, ipsum sequitur arg. l. 1. & 2. ff. de vsufruct. quæ conclusio locum & in alijs censuris habet ob easdem rationes, & à quocunque feratur; vt de suspensione dixit gloss. in c. 2. 11. q. 3. Contra sententiam hanc tamen stetit Scot. dist. 19. q. 1. art. 5. nam, vt excommunicatio vbique locorum operetur, id eam posse tantùm sensit, quæ à Rom. Pont. lata est, non autem, quæ ab inferiori; nam, dicebat ipse, per excommunicationem non solùm excommunicatus prohibetur, ne aliorum communione vtatur, sed & ne alij cum ipso excommunicato versentur; at inferior in alios, qui suæ iurisdictionis non sunt, iurisdictionem exercere non potest arg. c. à nobis 1. de sent. excom. & c. fin. de constit. lib. 6. ergò propria autoritate inferior id facere non potest: hanc opinionem improbauit optimè Sot. mea quidem sententia dist. 22. quæst. 2. art. 1. concl. 1.
4 † nam, vt inquit ipse, ne alij communione excommunicati vtantur, non excommunicantis iurisdictione, sed excommunicationis natura id efficitur; nempe quia scilicet ecclesia ex traditione Apostolorum sic instituit, vt excommunicatus in vno loco vbique excommunicatus esset, vt habetur in c. sicut cum duob. seq. 11. q. 3. vnde in Concilio Niceno c. 5. hæc habentur Seruetur ista sententia; vt ij, qui ab alijs excommunicantur, ab alijs ad communionem non recipiantur. Hæc Sot. à proposita igitur conclusione non discedemus; quæ & in suspensione, & in interdicto ob easdem rationes locum etiam habet, vt proximè diximus.

SVMMA.

1 *Iniusta censura etiam effectũ suum operatur.*
2 *Iniusta censura etiam est timenda.*
3 *Iniusta censura tribus modis dicitur.*
4 *Iniusta censura quare obliget.*

c.fin.de pœn. & vt tradidit glo.in c.ad reprimendam in verb. suspendatur de off.ord.& ibi Abb. num.6.& in c.consanguinei num.9.de re iud.idque meritò,censura enim sæpius fertur,quò quis à contumacia discedat;iure igitur,quandocunque hic ab ea discesserit,audiri debebit; nam cessante causa, & eius effectus cessare debet arg.c.cùm cessante de appell. & l.adigere. §.quamuis. ff.de iur.patron.& arg.cit.c.ex literis de cnnstit. cum simil.

De effectu per se, ac proximo censuræ ecclesiasticæ. Cap. XIII.

S V M M A.

1 *Prohibitio vsus spiritualium ad tempus incertum est effectus per se,ac proximus censuræ eccl.*

2 *Censura eccl. vsum iuris prohibet, quod quis habet,non autem ipso iure nos priuat.*

3 *Censura eccl.ad tempus fertur, etiam si simpliciter feratur, & hoc pro regula habetur,& quamobrem.*

4 *Spiritualium nominè quæ comprehendantur, quatenus ad rem nostram pertinet.*

1 Ffectus † demum per se,sed proximus censuræ eccl.qui in vita hac percipitur, spiritualium vsus prohibitio,atque impeditin ad incertum tempus est; nullā enim censuram habemus, quæ hoc non efficiat; nam ecce primum, si excnmmunicati sumus,sacramentorū,Christiq; fideliūm cōmunione caremus,vt habetur in c.fin. de cler. excom. min.& in c.pen. de sent. excom. & in c.Engeltrudam 3.q.4.si interdicto item subiecti tenemur, nec diuinis,dum ipsa fiunt, interesse,nec in locis interdictis eadem facere, vel non interdicti possumus, vt dicitur in cap.permittimus de senten. excomm. in antiq.& in c.si sententia cum duob.seq.& in c.is,cui,& in c.fin.eod.lib. 6.si suspensinne demum clerici constringimur,ecclesiastica munera ex officio non administramus, ac beneficiorum fructibus, quæ possidemus, à beneficio suspensi caremus arg.tot.tit.de cler.excom.min. censuris
2 igitur vniuersis,vt ex dictis iam patet,spiritualium vsus prohibetur,atque impeditur. † Idcirco autem censuris spiritualium vsum impediri asseruimus; quoniam ius, quod habemus, & irretiti censura retinemus; hinc à beneficio suspensus, non beneficio priuatus est, sed beneficij fructibus caret arg.c.cupientes.§.cæterum de elect.lib.6.cum simil.quæ suo loco citabimus:id quod meritò fit;censura enim per se medicinalis, & non mortalis(nisi per accidens, vt infra probabimus) disciplinans, nō eradicans dicitur de excommunicatione in c.notandum 24.q.3.& in c.1. de sent.exoom.lib.6.contingit igitur in hoc censura constricto,quod curatori dato furioso contingit,dum furiosus dilucida interualla habet;curator enim esse non desinit, sed curæ tamen in-
3 terim vsum non habet, vt dicitur in l.cùm alijs.C.de curat. fur. † Ad tempus itidem incertum adiectum est; nam, cùm ob contumaciam comprimendam sæpius feratur,vt proximè vidimus; statim atq; à contumacia quis discedit,absolutionem hic consequitur arg.c.ex literis, vbi Abb. Felin.ac DD.not. de constit. & c.notandum 24.q.3. & c.1.de sent. excom.lib.6.& c.qua fronte de appell.& c.cùm cnntingat.de nff.deleg.& c.ex parte. 1.de verb.sign.atque ita sensit Imol. in c.ab excnmmunicato nu.26.de rescrip.accedit,quòd censuræ medicinæ quædam sunt,qua contumacia curatur arg. cit.c.1.de sent. excom. lib.6. & c.multi 2.q.1.iunct.c. 1.de excep.lib.6.at medicinis recuperata valetudine non indigemus: & quamuis contrarium in suspensione, atque in interdicto sit, vbi scilicet pro pœna in primis feruntur, & in excommunicatione quo ad eum, qui in contumacia perseuerans mortuus est,non repugnant tamen hæc iam dictis; nam hoc posterius sua culpa contingit; illud prius,quoniam censuræ illæ quandoque pro pœna feruntur, vt suo loco videbimus; ad tempus igitur incertum,quousq; scilicet à contumacia discedamus,cen-
4 sura irretiti vsu spiritualium caremus. † Spiritualium nomine autem præter sacramentā,ecclesiæq; suffragia, & res alias Deo dicatas,& hnmines,qui baptismi susceptione tēplum Dei effecti sunt,accipimus; nam & Christianus res spiritualis dicitur,vt tradidit Nauar.de Iobelæo nnt.31. num.48.vers.an autem,ibi & qund in relectione; qua ratione cum Christianis excommunicatus versari non potest. Effectum denique hunc proximum dicimus;quoniam,statim atque quis censura constrictus est,effectus hic consequitur, vt habetur in c.pastoralis. §.verùm, & ibi Abb. ac DD. not. de appell.de qua re tamen iam agemus.

S V M M A.

1 *Effectus censuræ eccl.statim cum ipsa sententia enascitur.*

2 *Executionem secum trahit excommunicatio, & alia censura. quae regula declaratur.*

§. † Si-

I.

1 § † Simul autem effectus proximè dictus censuræ eccl. cum sententia enascitur; id est statim, atque sententia censuræ lata est, in censuramuè quis incidit, effectus propositus nullo interuallo temporis interiecto consequitur, vt dixit Mar. Soc. Sen. in c. sacris. num. 494. de sent.
2 excom. idque iure optimo; † nam excommunicatio executionem secum trahit, vt inquit Rom. Pont. in c. pastoralis. §. verùm de appell. & ibi not. Præpos. num. 3. ac reliqui, & gloss. & Bart. in l. qui vltimò. num. 4. ff. de pœn. ac de suspensione, atque interdicto inquiunt Philip. Franc. in c. is, cui vers. Sanè de sent. excom. lib. 6. & Anchar. eod. num. 3. vers. Quartò not. in §. sanè, ibi quæritur in nouell. & Gemin. in eod. num. 3. vers. Quæro, & communiter DD. Excipitur, vbi censura vel sub conditione, vel ex die lata est; antequam enim conditio, diesuè aduenerit, nihil operatur, vt asseruit Mar. Soc. Sen. in c. sacris num. 495. cum seq. de sent. excom. etenim conditio nihil ponit inesse arg. l. si quis sub conditione ff. si quis omiss. causa testam. & facit quoq; l. in tempus ff. de hæred. instit.

SVMMA.

1 *Effectus censuræ est personalis, & personæ inhæret.*

2 *Excommunicatus in vno loco vbique locorum excommunicatus est, idem de interdicto, ac suspenso.*

3 *Excommunicatio sequitur excõmunicatum, sicut lepra leprosum.*

4 *Excommunicatus in vno loco quamobrem & extra territorium excõmunicantis pro excommunicato haberi debeat.*

II.

1 § † Inhæret itidem effectus hic proximus censuræ eccl. ipsi, qui ea constrictus est, vt tradidit Abb. in c. ad reprimendam. num. 2. de off. ord. & in c. 1. num. 2. de treug. & in c. postulasti. num. 11. vbi multos idem sentire ait de for. compet. & Anchar. in c. fin. nu. 6. vers. Quartò oppo-
2 no de constit. lib. 6. † Quare excommunicatus exempli gratia ab episcopo Arimini, quocunq; proficiscatur, ante absolutionem semper excommunicatus erit arg. c. 3. §. 1. & ibi not. Abb. nu. 1. de priuil. & c. 1. vbi quoque Abb. nu. 4. de rapt. & c. 2. & c. curæ 11. q. 3. & vt tradidit idem Abb. in eod. c. postulasti nu. 11. & in c. ad reprimendam num. 2. de off. ord. & c. cùm dilectus. num. 40. de ord. cogn. & in c. pastoralis nu. 19. & ibi quoque gloss. & Dec. nu. 9. & Bald. num. 22. de appel. & Felin. in c. officij num. 2. de sent. excommu. viden. idem Abb. & Felin. in c. 1. de treug. & pac. &
3 Barbat. consf. 1. nu. 87. lib. 3. † sequitur etenim excommunicatio ipsum excommunicatum, sicuti lepra leprosum, vt citati autores eisdem in locis inquiunt, & Felin. in c. testimonium num. 33. de test. & Bart. in l. ex ea causa nu. 2. ff. de postul. & Anchar. in c. cùm secundum leges nu. 1. vers. idem de excõmunicatione de hæret. lib. 6. ac meritò; nam, cùm censura ei inhæreat, vt vidimus, meritò, quocunque proficiscitur, eum sequitur; accidens enim subiecto inherens, quocunque subiectum mouetur, ipsum sequitur arg. l. 1. & 2. ff. de vsufruct. quæ conclusio locum & in alijs censuris habet ob easdem rationes, & à quocunque feratur; vt de suspensione dixit gloss. in c. 2. 11. q. 3. Contra sententiam hanc tamen stetit Scot. dist. 19. q. 1. art. 5. nam, vt excommunicatio vbique locorum operetur, id eam posse tantùm sensit, quæ à Rom. Pont. lata est, non autem, quæ ab inferiori; nam, dicebat ipse, per excommunicationem non solùm excommunicatus prohibetur, ne aliorum communione vtatur, sed & ne alij cum ipso excommunicato versentur; at inferior in alios, qui suæ iurisdictionis non sunt, iurisdictionem exercere non potest arg. c. à nobis 2. de sent. excom. & c. fin. de constit. lib. 6. ergò propria autoritate inferior id facere non potest: hanc opinionem improbauit optimè Sot. mea quidem sententia dist. 22. quæst. 2. art. 1. concl. 1.
4 † nam, vt inquit ipse, ne alij communione excommunicati vtantur, non excommunicantis iurisdictione, sed excommunicationis natura id efficitur; nempe quia scilicet ecclesia ex traditione Apostolorum sic instituit, vt excommunicatus in vno loco vbique excommunicatus esset, vt habetur in c. sicut cum duob. seq. 11. q. 3. vnde in Concilio Nicæno c. 5. hæc habentur Seruetur ista sententia; vt ij, qui ab alijs excommunicantur, ab alijs ad communionem non recipiantur. Hæc Sot. à proposita igitur conclusione non discedemus; quæ & in suspensione, & in interdicto ob easdem rationes locum etiam habet, vt proximè diximus.

SVMMA.

1 *Iniusta censura etiam effectũ suum operatur.*

2 *Iniusta censura etiam est timenda.*

3 *Iniusta censura tribus modis dicitur.*

4 *Iniusta censura quare obliget.*

L 5 *Iniusta*

5 *Iniusta censura etiam in foro conscientiæ obligat.*

6 *Debitor non satisfaciens intra præscriptam diem an in excommunicationem latam incidat, si re vera satisfacere non potuit.*

7 *Nulla sententia censuræ quando sit.*

III.

1 §. † Consequitur etiam hic effectus censuræ eccles. quamuis iniquè lata sit; † nam sententia
2 censuræ & iniusta valet, & timenda est, vt probatur c.sacro, & ibi not.gloss.Abb. ac DD. de sent.excom.& c.1.eod.lib.6.& c.ab excommunicato, vbi quoq; Abb.nu.10.vers. Venio ad secundum,& Imol. num.2.de rescript.& c.i.& ibi not.gloss.& c.si episcopus 11.q.3.& vt tradidit gloss.sum.2.q.1.& 11.q.3.& Inn.in c.inquisitioni in verb. Mortale de sent.excom. & Couar. in c.alma pars 1.§.7.num.5.vers. Tertia conclusio de sent.excom.lib.6.& Host.in sum.num.11. vers.Hi sunt effectus,ibi quãtumcunq; de sent.excom.& Add.ad eum eod.n.11.vers.quis sit effe-
3 ctus eius. † Id quod locum habet, quacunque ratione iniusta sit; scilicet vel ex animo, vt pote quia infenso animo iudex ipsam tulit,quamuis alias iusta esset; vel ex causa, quoniam iusta causa non erat, quamobrem censuram tulit; vel ex ordine, quoniam legitimè ipsum, in quem sententiam tulit,non admonuit,ordinemuè alium non adhibuit traditum in cit.c.sacro,& in c.1.de sent.excom. lib.6. tot enim modis sententia excommunicationis, alteriusq; censuræ iniusta dicitur,vt tradidit Grat.in §.si ergò 11.q.3.& gloss. summ. eiusdem q.& gloss. & Abb. ac DD.in cit.c.sacro,& idem Abb.in eod.c.ab excommunicato.n.10.de rescrip.& Host.in summa.nu.11. vers.Hi sunt effectus de sent.excom.& S.Thom.quem refert, ac sequitur Sot.dist.22. art.3.q.1.
4 lib.4.& vt nos supra posuimus c.3.§. Iustam censuræ. † Ac planè, si ex animo sententia censuræ iniusta sit, quin obliget, ac valeat, dubitatio nulla est; quandoquidem sententia à iurisdictione, non à iudicis bonitate vim habet arg.c.ad probandum de re iud. & vt supra probauimus c.2.§. iurisdictionem iunct. c.3.§.iustã; modò iudicis iniquitas tanta non sit,vt iurisdictionis vsum non amiserit arg.c.fin.de excess.prælat.modò enim iustè iudicet, etiam si iustus ipse non sit, nihil interest.Si ordo itidem adhibitus non sit,tantundem dicimus ob cit.c.sacro,& c.1.de sent.excom. lib.6.& idem c.ab excommunicato;id quod propterea factum est,quò censura eccl.eiusdemque claues magis, magisq; pertimescantur; & vt censura constrictus æquo animo ipsam tolerando plus mereatur;& quòd potestas hæc à clauibus, non ab ordine iudiciario vim habet arg.c.nemo contemnat 11.q.3.& §.quid ergò ead.q.& vt tradidit Abb.in eod.c.ab excommunicato nu.10. & Couar.in c.alma pars 1.§.7.n.7.vers.Causa autem,quæ iustificat,& Host.eod.Contrarium tamen dicendum videbatur ob c.statuturum de sent. excom.lib.6.ibi enim, si censura, nõ præmissa monitione,feratur,ne valeat, decernitur; idem dicitur in c.constitutionem eod. verùm ad hæc respondetur speciatim ibi constitutum hoc esse, vbi censura afficiuntur, qui cum excommunicato versantur, vt ibi habetur; id quod propterea factum est, ne ob facilitatem versandi cum excommunicato nimis multi censura obligentur, vt respondit. gloss.2. in fin.in eod.c.sacro, & apertius Abb.nu.9.& Felin. nu.3.de sent.excom. ex quo patet censuræ sententiam aliarum naturam in hoc non sequi,vt sensit gloss.in c.1.de sent.excom.lib.6.& gloss. summ. 11.q.3. Si demum iniusta ex causa sit,idem ob citata iura sentimus.† Et hæc locum habent non solùm in foro
5 exteriori, sed etiam in foro conscientiæ;nam iniustè excõicatus etiam in foro conscientiæ debet se abstinere ab ijs,quæ per excõicationẽ sibi prohibita sunt, vt asseruit Couar.in c.alma pars 1. §.7.nu.7.vers. His equidem probatur de sent.excom.lib.6. vbi & cõiter receptũ hoc esse testatur in vers.Igitur excommunicatus iniustè de sent.excom.lib.6.† Verùm quid si iudex quempiã
6 excommunicauit, si intra præscriptam diem creditori suo non satisfecerit, vel ad dictam diem ad testimonium ferendum non venerit:an, si neque satisfecerit, neque venerit, propterea quòd re vera non potuit,elapso die data in excommunicationem hic incidet? in hac quæstione, quam mouit gloss. & ibi Abb. ac reliqui disputarunt in c. cùm super de test. cog. & in c.P. & G.de off. deleg.variæ DD. sententiæ extiterunt.Gloss.in eod. c.cùm super hunc in excommunicationem nihilominus incidere sensit,eandem secuti sunt Imol.ibi nu.7.& Felin. eod.n.vbi Ioan.& Card. & non nullos alios idem sentientes refert, & communem esse opinionem dixit, contraq; ipsam se non consulturum affirmauit;communem quoque dixit Ant.ibidem,amplexus denique ipsam est noui simè Mandos.in tract.de monitor q.37.num.8.cum seq.& Couar.qui & com.dixit in c. alma pars 1.§.11. nu. 11.vers. Illud verò non est omittendum de sent.excom.lib.6. Probatur autem sententia hæc primò hac ratione,quoniam sententia excommunicationis iniusta tenet,(vt supra vidimus;ergo & hæc: ad hanc rationem responderi posset curandam ipsam non esse;quoniam pro certo habet id,de quo disputamus. Vnde secundò sic argumentantur,sententia definitiua

tiua contra non comparentem ad dictam diem, quamuis impeditum, valet; si iudex ipsum impeditum fuisse non nouerit, vti gloss. ac DD. asserunt in l. quæsitum. ff. de re iud. ergò multo magis sententia excommunicationis valebit, quæ potentior est; nam excommunicatio admonitione omissa valet, vt supra vidimus, definitiua sententia verò citatione non facta nulla est atg. l. 1. §. item cum edicto. ff. quæ sent. sin. app. rescin. item excommunicatio aliàs iniusta tenet, etiam si appelletur arg. c. pastoralis de appell. secus autem in definitiua sententia: ad hoc respondebat. Felin. eod. c. cùm super idcirco definitiuam sententiam contra non comparentem latam valere; quoniam per restitutionem in integrum recuperat, si quid damni passus sit, quod non sit excommunicationis absolutione: quæ responsio mihi non probatur; nam &, si quid per excommunicationem iniustam amittat, post absolutionem illud recuperat, vt nos pluribus id probauimus infra. Tertiò sic inquiunt, iure cautum non reperitur excommunicationem sic latam nullam esse; ergò valet; nam excommunicatio nulla minimè dicitur, nisi iure reperiatur expressum, vt sensit gloss. in c. præsenti de sent. excom. lib. 6. & DD. in c. per tuas eod. in antiq. ad hanc rationem responderi etiam potest scilicet gloss. in cit. cap. præsenti exempla quædam posuisse, quò appareret, quando sententia nulla esset; probat hoc primum dictio illa Vt; at relata exempla non restringunt atg. l. damni infecti stipulatio pertinet. §. fin. ff. de damn. infec. & l. 1. §. quod Labeo. ff. de aq. quotid. & æstiu. præterea ibi duodecim casus refert, in quibus sententia nulla est; cùm tamen ex quatuor tantùm causis efficiente scilicet, fine, materia, ac forma nulla esse posit, vt infra videbimus; exempla igitur ibi gloss. posuit, ac rem explicauit, non doctrinam tradidit. Postremò citatur c. venerabilibus. §. porrò de sent. excom. lib. 6. de quo canone infrà pluribus agemus. Quare contrariam sententiam, vt scilicet excommunicatio hæc nulla sit, amplexati sunt nonnulli, quos refert, ac sequitur Specul. in tit. de cit. §. pen. & Host. & Bald. & Abb. in
7 eod. c. cùm super. † Probatur autem & hæc primò; quoniam, si iudex vellet hunc in excommunicationem incidere, sententia intolerabilem errorem contineret, vt quæ id, quod fieri non potest, præcipiat; at sententia talis nulla est, vt probatur c. per tuas de sent. excom. & c. venerabilibus. §. potest quoque eod. lib. 6. & c. cùm contingat de off. deleg. in antiq. ergo. Innoc. in cit. c. P. & G. de off. deleg. in fin. quem communiter DD. sequuntur, vt refert, ac sequitur Felin. eod. cap. cùm super. num. 8. argumentum illud locum habere asserebat, vbi ex verbis sententiæ error ille appareret, & ita vbi expressus in sententia error esset; at in casu nostro non apparet, neque in sententia continetur, quamuis deinceps detegi extrinsecus posit: sic respondet Innoc. quę responsio, pręterquam quòd communiter recipitur, verissima mihi esse videtur; nam probatur in cit. c. venerabilibus. §. potest quoq; vers. Vt potè; ibi enim dicitur excommunicationem nullam esse, si asseratur in excommunicationis sententia intollerabilem errorem fuisse patenter expressum; ergò secus, vbi non est expressum, vt in re nostra; idem habetur in cit. c. per tuas eod. in antiq. hinc, si iudex citatum arctare velit, etiam si impeditus sit, hancq; voluntatem animo inclusam habeat, sed verbis non exprimat, sententiam nō reddi nullam asseruit Felin. eod. c. cùm super. nu. 8. ratio igitur hęc nulla est. Secundò loco, qui hanc opinionem tuentur, inquiunt verisimile non videri iudicem voluisse eum ligare arg. cap. vt nostrum, vt eccl. benef. ad hoc etiam respondetur, immo verisimile videri ipsum voluisse excommunicare; nam, ex quo aut ad dictam diem non venit, aut non satisfecit, & impedimentum hoc iudici non significauit, quis iudicis pręceptum ab hoc contemptum esse non crederet? quis pro contumace ipsum non haberet? extrinseca enim intrinseca declarant arg. §. pauonum in instit. de ter. diu. verisimile igitur est iudicē voluisse hunc excommunicare, ex quo eius pręcepta non audit; pręterea, si hoc daremus, appellationis remedium, quod & ad maliciam iudicis corrigendam inuentum est, vt habetur in l. 1. ff. de appell. inutile redderetur; nam semper nulla esset sententia, ex quo nisi ęquas sententias ferre velle iudex existimatur, quo casu appellatio necessaria non est arg. tot. tit. quę sent. sine appell. rescind. cessat igitur ratio hęc. Tertiò confirmabant sententiam hanc huiusmodi ratione, si sententia hęc valeret, magnum præiudicium ipsi fieret; nam, etsi statim absolutionem consequi potest, tamen, si interim ad dignitatem aliquam ecclesiasticam eligatur, beneficiumuè ei conferatur, nec electio, nec beneficij collatio valebit arg. c. cùm dilectus de consuet. & c. illa de elect. & c. postulastis de cler. excom. min. hæc Felin. quæ propositam sententiam probare mihi non videntur; primò quoniam post absolutionem iterum eligi, & iterum beneficium ei conferri poterit; non enim, antequam excommunicatus declaretur, alter eligetur, alteriuè beneficium conferetur: deinde esto, id non posit, etsi sine culpa, non tamen sine causa damnum hoc sentiet. Citabatur denique c. Odoardus de solut. quod tamen non facere infra apparebit. Hinc tertia

distinguentium sententia orta est; nam Host. sic distinguebat, aut Rom. Pont. sententiam hanc tulit, & tunc ipsam obligare hunc existimauit; aut inferior, & tunc, si propterea non venit, quoniam incommodum hoc sibi erat, in excommunicationem eum incidere censuit, quiuis statim absolui debeat, nisi in citatione aliud expressum sit, quamobrem sua negocia omittere deberet; aut facto impeditus est, & tunc sententiam nullam esse existimauit: ad hoc postremum respondetur, etsi facto impeditus est, quia scilicet omnino non potuit, tamen, ex quo potuisse existimatur, ad ferendam excommunicationem id sat esse arg. cap. venerabilibus. §. porrò vers. Idem est de sent. excom. lib. 6. & vt posteriùs id probabimus; ad id autem quod primò posuit rectè Abb. respondit. Panor. verò in cit. c. cùm super aliter distinguebat, quamuis postremò secundam opinionem amplexatus sit, vt scilicet sententia hæc pro nulla habeatur; quid igitur concludendum? Ego, vt rem hanc totam absoluam, sic distinguendum censerem. Aut Titius hic facere potuit, quæ ipsi iussa sunt, sed noluit; & in hoc casu sine dubitatione excommunicatione obligabitur, quippe quia re vera contumax est, & huic sententiæ nemo repugnat. Aut omnino, quæ sibi præcepta sunt, efficere non potuit, & iudex, vt ex sententia constat, eum re vera contumacem tantùm excommunicare voluit, & in hoc casu excommunicationem euitabit, vt asserit Abb. in eod. c. cùm super. num. 6. vers. Et aut ex aliquibus verbis, & sequitur eum Felin. ibidem. nn. 7. etenim in iudice voluntas excommunicandi non adest, quam necessariò postulari probauimus antea c.
8 1. §. Velle itidem. † Aut voluntas hæc iudicis non apparet, sed notissimum tamen est iudicis præcepto obtemperare ipsum non potuisse; vt pote quia vel in furorem incidit, ad inopiam manifestam subito naufragio, incendioué redactus est; vel bonis rectè, ac ritè cessit; & in hoc casu excommunicationem etiam euadet; vt sensit Felin. in eod. c. cùm super. num. 10. vers. Secundò limita de test. cogen. & ibi quoque Abb. idem Felin. in c. ad aures. nu. 1. de simon. & Anchar. in c. Romana. nu. 10. in fin. & Gemin. eod. §. fin. nu. 4. de sent. excom. lib. 6. & Quint. Mandos. in tract. de monit. q. 37. etenim sententia notoriè iniusta, etiam si in ipsa iniustitiæ causa expressa nō sit, sed extrinsecus constet, nulla est, vt asserit Abb. in c. inter cæteras. nn. 10. vbi rem hanc pluribus egit de re ind. quippe quòd paria sunt aliquid iniustum exprimi, & notoriè constare illud iniustum esse, vt not. Innoc. in c. 2. de dilat. hinc, vbi manifestò constat iudicem, qui sententiam tulit, exempli gratia excommunicatum esse, sententia ab eo lata nulla est, quamuis aliter id non exprimatur in sententia, vt habetur in c. ad probandum de re iud. hinc etiam gloss. in l. quæsitum in verb. iudicata, quam DD. ibi sequuntur, & Felin. in eod. cit. c. cùm super. num. 10. sententiam nullam esse sensit contra impeditum latam, si appareat iudicem impedimentum illud sciuisse. Aut nec voluntas hæc iudicis apparet, nec impedimentum notissimum, seu notorium est; & in hoc casu in excommunicationem hunc incidere sentio, ac propterea à prima opinione, quæ communis est, discedendum non censeo. Probatur autem primò communi illa regula, quæ habetur in c. 1. 11. q. 3. scilicet pastoris sententiam, siue iusta, siue iniusta ea sit, timendam esse; nam falsa redderetur, si contrarium sentiremus. Secundo loco eam ego sic probo, contumacia hęc, in qua hic esse existimatur, præsumpta contumacia est (admonitus enim vel ad diem dictā non comparuit, vel non satisfecit) at hic præsumptus contumax dicitur, vt habetur in c. venerabilibus. §. porrò vers. Idem de sent. excom. vbi exemplo declarans summus Pontifex, quisnam pro pręsumpta contumacia excommunicatus dicatur, inquit, eum esse, qui citatus præfixo sibi termino nō comparuit; Idem est etiā, dicitur enim ibi, si quemquam pro præsumpta contumacia, videlicet, quia citatus præfixo sibi termino non comparuit, excommunicatione constringat: hæc ibi; ex quibus apertè ostenditur præsumptum contumacem eum esse, qui citatus ad diem non venit, & eūdem excommunicare posse, quod postremum etiam probatur in vers. Quia si sic ligatus, & in multis alijs locis ibidem; nec distinguitur ibi, an vera, falsaué contumacia sit; ergo in casu nostro, cùm præsumptus contumax sit, & contumax huiusmodi excommunicari possit, in excommunicationem hic incidet. Nec facit, quòd à non nullis dicebatur in cit. §. porrò eod. vers. agi de contumacia præterita, in casu autem nostro de futura; nam hoc primò falsum est, quandoquidem in vtroq; casu excommunicatur, quoniam ad dictam diem non comparuit, vt habetur in eod. vers. Et nos in facto nostro proponimus; præterea in vtroque casu eadem ratio est arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. Minùs obstat etiam, quod ait Abb. in eod. c. cùm super in eo. §. porrò, agi, vbi excommunicatus impedimentum allegabat, sed illud non probabat; nam non excommunicatus ibi loquitur, sed Pont. Max. doctrinam tradit, quando Archiepiscopus excommunicatum absoluat, vel ad petitionem partis, vel ex officio ante satisfactionem; & contumaciæ cùm præsumptæ, tum manifestæ exempla ponit; ex eo. §. porrò igitur, quod & Io. And. asseruit, dissolutio

dissolutio quæstionis nostræ habetur. Secundo loco confirmatur conclusio hæc, quoniam nulla ratione contrarium sentientes nituntur, nisi hac, quòd hic re vera impeditus fuit; at excommunicatio pro præsumpta etiam contumacia fertur, vt diximus, quæ & modò vera, & modò falsa esse potest; ergò & in casu nostro hunc in excommunicationem incidisse asseremus: ac planè, si præsumpta contumacia semper vera esset, opus non esset, vt excommunicatus iuxta formam ecclesiæ, cautione scilicet præstita de satisfaciendo, absolueretur, antequam probationes suas afferret, sed prius semper satisfacere, ac de stando iuri cauere deberet, quòd est contra cit. §. porrò; id quod non aliunde fit, quàm quòd præsumpta illa contumacia modò vera, modò falsa esse potest; & non verè igitur contumax, sed præsumptus, vt in casu nostro, excommunicari potest. Tertiò probatur eadem sententia; quoniam, si contrarium diceremus iudicium ecclesiæ in censura ferenda nunquam falleretur, sed esset, vt iudicium Dei, quod nunquam fallitur: item ferè nunquam quis apud ecclesiam ligatus esset, quin esset & apud Deum ligatus; ac propterea semper ob veram contumaciam quis solùm constringeretur; at hæc absurda sunt, & contra c. à nobis. 2. de sent. excom. Nos igitur consultationi tuæ breuiter respondemus, inquit enim Summus Pont. de excommunicato agens, quòd iudicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, semper innititur; iudicium autem ecclesiæ non nunquam opinionem sequitur, quam & fallere sepe contingit, & falli, propter quod contingit interdum, vt qui ligatus est apud Deum, apud ecclesiam sit solutus; & qui liber est apud Deum, ecclesiastica sit sententia innodatus. Hæc ibi, ex quibus patet ecclesiam opinione non nunquam duci; idem probatur in c. si quis non recto iudicio. 24. q. 3. ex his igitur apparet, etsi re vera contumax hic non fuit, quòd tamen pro contumace ab ecclesia habitus est, in excommunicationem ipsum incidisse; ac planè, vt rem paucis absoluam, si contrarium vellemus apud ecclesiam in contentioso foro præsumptiones locum non haberent. Quartò hæc opinio probatur per cit. c. Odoardus de solut. ibi enim Romanus Pont. iubet, vt excommunicatio relaxetur, quæ in eum lata erat, qui inopia detentus non satisfecit; ergò excommunicatio in eum lata, qui aliquid re vera facere non potuit, valet; relaxare enim dissoluere significat, quod ligatum est, vt probatur in c. à nobis. 2. vers. Illud autem, de sent. excom. solutione autem non eget, quod constrictum non est arg. l. decem, & ibi not. Ias. ac DD. ff. de verb. obli. Accedit denique excommunicationem sic latam contra ius partis esse; ergo valet, vt dicitur in L. 2. C. quando prouocare non est necesse, & c. cùm inter, & ibi not. Abb. de re iud. & §. si vero contra ius. 2. q. 6. ex his omnibus igitur apparet Titium hunc in excommunicationem incidisse. Quæ conclusio locum etiā habet, vbi à iudice delegato sententia hæc lata est, vt sensit Felin. contra quosdam in eod. c. cùm super nu. 9. de test. cog. ac meritò; nam nequaquā pro forma datum est, vt pro præsumpta contumacia non excommunicet. Item locum habet, etiam si inferior index sit, non autem Romanus Pont. qui eam sententiā tulit. Excipitur tamen primò, vbi pro vera tantùm contumacia excommunicare iudicem voluisse constat, vti antea vidimus. Deinde, vbi impedimentum, quamobrem parere iudicis præceptis non potuit, notissimum est; nam neque hic in excommunicationem incidet, vt supra probauimus. Tertiò, vbi index impedimentum nouit; nam, quamuis notorium non sit, neque in hoc casu excommunicatione hic obligabitur, vt asseruit Felin. in eod. c. cùm super. num. 10. vers. Secundò limita; quo in loco pro cautione dat, vt qui sic impeditus detinetur, de impedimento iudicem certiorem faciat. Quartò in proposito casu, vbi in excommunicationem quis incidit, sine difficultate, & nullis præstitis impensis absolui debet arg. c. sacro. §. caueat de sent. excom. & vt asseruit Quintil. Mandos. ead. q. 37. num. 9. id quod fiet probato impedimento. Postremò hic apud Deum non peccat, vt tradidit gloss. in eod. c. cùm super de test. cog. & ibi DD. neque enim benignus Deus, cuius iugum suaue, atque onus eiusdem leue est, ad id nos obligare vult, quod fieri nō potest; in hac igitur quæstione sic concludendum censerem.

SVMMA.

1 *Occultè censura irretitus spiritualium vsu caret.*

2 *Sacerdos parochus censura occultè irretitus sisit, & missæ sacrum facere habeat, an possit.*

3 *Monialis occultè excōmunicata, an cum alijs sororibus ante absolutionem eucharistiam recipere possit.*

4 *Sacerdos diuina celebrans, an ea perficere possit, si se excommunicatum, interdictum, suspensumuè esse recordatur.*

5 *Canone cæpto, an sacerdos, qui tunc se excommunicatum recordetur, missæ sacrū perficere possit.*

IIII.

1 §. † Si occulta itidem censura sit; idest si censura irretitus, nec notorius, nec denunciatus sit, spiritualium vsu tamen caret; idque merito tum quòd denunciatio illa non ob excommunicatum, censuraq; constrictum sit, sed ob alios in primis, quò eum in prohibitis per censuram vitent, vt probatur c.curæ sit omnibus. 11.q.3. & c.pastoralis. §.verùm de appell. & vt dixit Io. Bapt.Ferret.cons.334. & vt nos infra suo loco asseruimus; tum quòd, vbi de commodo excommunicati agitur, nihil interest quò ad ipsum, an occultus, publicusuè sit, vt tradidit Innoc.communiter receptus in cap. cùm dilectus de consuet. Contrarium tamen dicendum videbatur ob extrauag. ad euitanda; nam ab excõicato, censurauè alia irretito, & sacramenta suscipere possumus; si excommunicatus aut notorius, aut denunciatus non sit; ergò & ipsum administrare ea posse dicendum videtur; dispositum enim in vno ex correlatiuis, & in alio locum habet, vt probatur l.fin.& ibi Ias.ac DD. not.C.de indict. vid.toll. atqui nihil hoc repugnat; nam regula illa locum non habet, vbi vel diuersa ratio in altero est, vt tradidit Bart. in cit.l.fin.quem sequitur Ias.ibidem, nu.18. sicut in casu nostro; alij enim culpa carent, in qua est ipse censura constrictus; vel ubi contrarium in iure expressum habemus, quod contingit in hoc casu nostro; nam apertè dicitur in citata extrauaganti per ipsam constitutionem non intelligi subuentum ipsis censura constrictis; à proposita igitur cõclusione non discedemus. Quare, vbi quis censura irretitus nec notorius, nec denunciatus est, si excommunicatus sit, ecclesiæ communione non vtetur; si
2 interdictus, diuinis se non miscebit; si ab officio suspensus, ab eo se abstinebit. † Verùm quid si exempli gratia occultus excõmunicatus hic parochus sit, & dies festus adsit; quo tempore, sicut Christi fideles missæ sacro interesse debent, vt habetur in c.missas, & ibi Archid.de consecr. dist. 1.& vt not. Nauar.in Man.c.21.in prin. ita & parochi ad missæ sacrum faciendum obligati sunt, vt asseruit Sot.dist.13.q.2.art.2.vers.Dubium; quid, inquam, tunc fiet? Angel.in verb. Eucharistia.2.nu.6.vers. Idem dicerem etiam, vbi parochus sine scandalo vero munus hoc omittere nõ potest, obiri ab eo illud posse existimauit, secus autem si scandalum probabiliter non pertimescatur, sed simplex tantùm susurratio; eandem opinionem sequitur Syl.eod.2.nu.10.vers.Quantum verò, ibi hoc summ.Ang.& vers. Tertiò (quamuis contrarius sibi sit in verb.excom. 3.vers. quintò excluditur) & Nauar.in Man.c.27.nu.239. Ego autem, vt rem totam explicem, absolutamque doctrinam de hoc tradam, sic distinguendum censeo. Aut causa, quamobrem censura constrictus quis tenetur, ea est, qua explicata neque famæ, neque vitæ, neque rei familiaris periculum graue aditur; & in hoc casu, quoniam apertè impedimenti huius causam sine periculo referre potest, ob eam rem neque missæ sacrum, neque aliud huiusmodi agere debere sentio; nam nec ipse peccat, ex quo ab ecclesia id ipsi prohibetur arg.l.Gracchus.C.de adul.& c.qui peccat. 13.q.4. nec etiam sui homines, quoniam per ipsos non stat, quò minùs missę sacro intersint arg. c.imputari non debet de reg.iur.lib.6. explicata igitur causa, diuina non faciet: idem dicimus, vbi ratione alia scandalum, infamiamq; vitare potest. Aut causa excommunicationis ea est, qua patefacta periculum graue quodpiam eorum, quæ diximus, adiretur, & in hoc casu etiam cessabit, si per alium suum munus exequi possit arg. l.1.§.deiecisse. ff.de vi, & vi armata. Aut per alium id exequi non potest; & in hoc casu & missæ sacrum, & alia diuina officia obire sine peccati culpa, irregularitatisq; pęna poterit. Primò, quoniam, ne excommunicatus diuina faciat, positiuo iure prohibitum est arg.tot.tit.de cler.excom.min.& c.si quis. 11.q.3. ne verò quis se infamet, iure diuino, ac naturali est vetitum, vt tradidit Nauar.in Man.c.7.nu.1.& c.27.nu.239. at potentius est diuinum, ac naturale ius ipso iure positiuo arg.§.sed naturalia in Instit.de iur.nat. gent. & ciuil. & dist.9. ergo præceptum ne quis se infamet, tanquam maius positiuo præcepto, tanquam minori præferri debet arg.c.si dolus, & c.qui resistit. 11.q.3. & l.contra pupillum.§. is, qui ad maius.ff.de re iud. Præterea probatur sententia hæc, quoniam sacerdos, qui mortiferi peccati culpa pollutus est, & sacerdotis facultatem non habet, à quo absoluatur, si conteratur de peccato; missæ sacrum facere potest, ne se infamet, vbi necessitate hac pręmitur, vt habetur apud Trid.Synod.sess.13.c.7.de præparat.ad Eucharist. ergò idem & hic dicendum est; non enim minùs culpa peccati, quàm excommunicationis pęna impedit, quò minus Eucharistia suscipiatur. Tertiò facit, quoniam, si excommunicatus occultus publicè Eucharistiam petat, ne ipsum infamet, suus parochus eam illi tribuere debet arg.c.cùm non ab homine de sent.excom.iunct.c.2. de off.ord.& vt DD.communiter concludunt, & nouissimè Martinus Alphonsus de Viualdo in candelabro de excom.q.80. ergò & ne hic se infamet, diuina facere poterit, cùm non minùs nostram, quàm alienam famam tueri debeamus arg.l.præses.ff.de ser. & aq. Postremò facit, quoniam

niam DD.magna ex parte concludunt,vt panlò post videbimus,sacerdotem missæ sacrum per-
ficere posse etiam consecratione non cœpta, si recordetur se excommunicatum esse, ne se infa-
met; ergò idem & hìc concludemus ob eandem rationem arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil,
vel inutil.quicquid igitur dixerit Couar.in c.alma par.1.§.2.num.11.vers.Cuins opinio,ibi nec
ob scandalum de sent.excom.qnem sequitur Iacob.de Graff.c.12.nu.14.lib.1.decis.cas.consc.
à proposita sententia non discedemus ob rationes iá allatas,quibus tolluntur argumenta ipsius.
Firma ergo conclusio remanebit,quę locum habet non solùm in missę sacro, sed etiá in alijs di-
uinis officijs.Item & in profanis multò magis;in quo casu sententiam hanc locum habere sensit
etiam Couar.eod.Postremò,quę diximus de excommunicato, eadem & de interdicto,ac de su-
3 spenso dicta esse volumus ob easdem rationes.† Quare,si exempli gratia monialis in excommu
nicationem iuris incidat,& in huiusmodi periculo infamię sit;ne se infamet, Eucharistiam cum
alijs monialibns sumere,& choro interesse poterit,sicut & quiuis alius excommunicatus, vt re-
spondit Nauar. de hoc consnltus in Man. cap. 27. nnm. 239. vbi & de irregulari idem asseruit,
Sed de hoc,vbi quis se cēsura irretitū recordatur, anteq̄ functio aliqua,vt missę sacrū,muneraq;
4 alia incohentur,hactenus. † Iam, vbi quis missę sacrum incohauit, si excommunicatum se esse
recordetur, qnid faciendum sit, contemplemur. In qua re pro regula habebimus missę sacrum
omittendum esse, sicnt etiá quęcunque alia diuina officia; nam, si, vbi excommunicatus inter-
uenit, omittenda hęc sunt arg.clem.2.vers. Ex quo frequenter de sent.excom.& ibi not.gloss.
multò magis omitti debent,vbi quis munera illa exercens excōmunicatum se nouit; plus enim
est diuina facere,quàm eisdem interesse arg.c.fin.vers.Sic tamen de sent.excom.lib.6. atque sic
dixit D.Dionys.Carthus.dist.15.q.2.c.de defectibus vers. Secundò quæritur lib.4.& Iacob.de
Graff.c.12.num.9.lib.1.decis.cas.consc. Excipitur tamen primò,vbi scandalum graue daretur,
famęq; periculum adiretur ob rationes in superiori regula citatas; nam tunc, etiá si consecra-
tio cępta non sit,perfici missæ sacrum potest, vt dixit S.Thom. quem refert, ac sequitur Syl.in
verb.Encharistia.2.nnm.9.vers.Si verò clericus horum recordatur,ibi si verò hoc sit, & Nauar.
c.16.num.58.de oratione,& hor.canon.& D.Dionys.& Iacob.de Graff.eod. & Franc.à Vict.in
summ. sacr. q.101. & Martinus Alphonsus de Viualdo in candelabro de Encharist. q.65.quam
opinionem vti verissimam ego quoque amplector;nam,ne perficiat,prohibitio vna,eademq; à
iure positiuo est;vt verò illud perficiat, & ius positiuū est, quo cauetur,vt missæ sacrum incohatū
perficiatur arg.c.nihil in fin.7.q.1. & ius naturale,ac diuinum prohibens,ne se insamet,scanda-
lumnè det;ergò missę sacrum perficere hic debet,ac potest;tùm quod duo vincula magis, quàm
vnum, constringunt argu.c.1.de treug. & pac. tum quòd naturale,ac diuinum ius ipso positiuo
fortius est arg.§.sed naturalia in Instit.de iur.nat.gent.& ciu.& cit.dist.9.quę autem diximus de
missę sacro,eadem & de alijs diuinis officijs dicta esse volnmus; quamuis,si notorius,denuncia-
tusuè sit,omittere ea debeat;quādoquidē plns scādali daretur ea diuina perficiēdo,quá ea omit
tendo.Secundo loco excipitur,vbi nec scandalum,nec infamię timor impendet, sed post conse-
crationem cęptam sacerdos se excommunicatum meminit; nam tnnc omnino perficere missę
sacrum debet,vt tradidit Angel.in verb.Eucharist.2.nnm.6.vers.Et ideo si presbyter, & S.Tho.
3.q.83.art.5.& dist.13.in lit.lib.4.& Palud.quos refert,ac sequitur Syl.in verb. Encharistia.2.
num.9.vers.Septimò,& Nauar.in Man.c.25.num.25.nu.75.vers.Decimò tertio peccat,ibi dixi
aduertenter, & Iacobus de Graff. & D.Dionys. & Franciscus à Victor.eod. & opinionem hanc
communiter receptam esse testatur Angel.eod. Quorum sententia probari mihi videtur in cit.
c.nihil 7.q.1.vbi,si sacerdos missę sacrum faciens in morbum incidat, quamobrem cęptum ne-
queat explere consecrationis mysterium,alter cępti officij consecrationem exequi potest: sicut
igitnr consecratio perfici debet,vbi facti impedimentum est,vt ibi dicitur;ita, vbi impedimen-
tum iuris occurrit;neque enim alia & hìc ratio reddi potest: hęc tamen exceptio in alijs diuinis
officijs locum non habet; nam rationes proposirę in ipsis cessant; modò igitur scandalum non
5 detur,famæq; periculū nō adeatur,ea semper omittemus. † At quid,si ante consecrationem cæ-
ptam post canonem tamen incohatum,qui post voces illas Sanctus, Sanctus, &c. illinc initium,
snmit Te igitur clementissime Pater,vt dixit Felin.in c.à nobis.nu.6. de excep. & sequitur eum
Nauar.in c.16.num.60.de oratione,& hor.canon.quid, inquam, faciundum, si sacerdos tunc se
excommunicatum animaduertat? gloss.in clem.2.in verb. inexpleta de sent.excom. perfici ab
ipso tunc missæ sacrum posse sensit;nam,si excommunicatus in eo casu interueniat,omittere sa-
cerdotem officium non debere ait,quam gloss.sequitur ibi Anchar.num.6. & Felin.in c.à nobis

num.6.de excep.& eam communiter receptam esse testatur Nauar.in Man.c.27. num.33.& de oratione,& hoc.canon. c.16.num.59.sicut igitur sacerdos, vbi excommunicatus post canonem missæ cæptum interuenit,perficere ipsam debet, ita & perficiunda videtur, vbi sacerdos se excommunicatum eo tempore nouit. Verùm contrariam sententiã non nulli amplexati sunt; nam Innoc.ait in c.nuper.nu.3.vers.Orando de sent.excom.si excommunicatus, dum missæ sacrum fit,in ecclesiam ingrediatur,sacerdotem cessare non debere,vbi communionem missæ cæpisset; hæc inquit Innoc. at communio missæ nil aliud est, quàm Eucharistia, vt in comment. nostr.de sacr.probauimus Tab.de Eucharistia c.fin.n.fin. & communio hæc conficitur interiectis multis post cæptum canonem.Imol.itidem in cit.clem.2.num.10.de sent.excom.interueniente excom municato missæ sacrum omittendum non esse ait,si iam cæptum sit Qui pridie,quàm pateretur, quæ verba tunc proferuntur, cùm iam consecratio facienda est, & multis interiectis post illa Te igitur clementissime pater;eandem opinionem sequitur Nauar.eod.c.16.num.60. & probari videtur in cit.c.nihil.7.q.1.atq; ita in Missali Romano Pij V.iussu in lucem edito in initio notatur in tract. de defect. circa missam occur.c.de defect. dispos. animæ, quæ opinio & mihi placet ob cit.c.nihil.7.q.1.Gloss.igitur cit.clem.2.in hanc sententiam accipietur, vt scilicet post canonem cęptum perficiat, si & consecrationem communionis incohauerit, quò opiniones inter se huiusmodi conueniant arg.c.cùm expediat de elect. lib.6. & l.vn.C.de inoff.dot.etenim quò ad antecedentes missæ partes ratio nulla suadet, quamobrem magis ob hanc, quàm ob illam partem missæ sacrum intermittere debeamus. Ex his omnibus iam constat excommunicatum, nec non suspensum, atque interdictum, qui missæ sacrum iam incoharunt, ac se censura constrictos norunt, in duobus tantùm casibus perficere illud posse; primùm vbi consecratio iam cępta est; deinde & ante consecrationem, vbi aut scandalum, aut infamia probabiliter timetur: & in his duobus casibus de huiusmodi culpa sic constrictus dolebit, propositumq; absolutionis petendæ habebit,vt Angel.in cit.verb. Eucharistia.num.6.& Syl.eod. nu.9.inquiunt, & dicitur in Missali eod.c.de defect.dispos.animæ in fin.& facit c.si verè in fin.de sent.excom.

SVMMA.

1 *Appellatione effectus censuræ non suspenditur; quæ regula, quousque pateat, etiam declaratur.*

2 *Appellatione effectus censuræ quamobrem non suspendatur.*

3 *Executionem excommunicatio, aliaq; censura quamobrem secum ferant.*

4 *Sententia censuræ in rem iudicatam quò ad absolutionem nunquam transit; & quid in reliquis.*

V.

1 §. † Appellatione itidem effectus hic censuræ eccl.non suspenditur. Sanè,dicitur enim in c.is, cui.§.fin.de sent.excom.lib.6.sicut excommunicatio,sic ab officio,vel ab ingressu ecclesiæ lata suspensio, aut ipsius effectus per appellationem sequentem minimè suspenduntur: hæc ibi Romanus Pont.ex quibus patet neque excommunicationem, neq; aliam censuram per sequentem appellationem suspendi;atque ita not.gloss.ibi, & Philip.Franc.& Anch.& Gemin.& communiter DD.ad eam,& Add.ad Host.in summ.num.12.vers.Illud etiam nota de sent.excomm. & Marian.Socin.Sen.de omnibus censuris in rub.num.8.de sent.excom.& in c.facto.num.61.& num.67.eod.de interdicto itidem habetur in c.ad hæc, quoniam de appel.in antiq.vbi & id not. Inno.num.3.& Abb.num.1.& Præpos.nu.2. & de excommunicatione itidem probatur in c.pastoralis.§.fin.de appell.& in c.ad reprimendam,& ibi etiam Abb. nu.8.de off.ord. atque ita demum inquiunt Anchar.in c.1.nu.2.vers. Secundò de sent.excom.lib.6.& Gemin.eod.§.& hæc. num.3. vers.Secundò,& Beto.in c.1.num.79.de iud.& Capell.Tholos.decis.297.& Syl.in verb. Excommunicatio.10.nu.2.& in verb.Appellatio.nu.1.& nouissimè Nauar.in c.cùm contingat. 6.caus.nullit.num.14.& 15.caus.nullit.nu.1.de rescript. Non est igitur, quod hac de re dubitemus; † quamuis illud dubium sanè habeatur,quamobrem censuræ per appellationem sequentem non suspendantur;id quod rationes plures declarant, quæ in cit.c.pastoralis.§.fin.& à gloss. & à Panor.& à Præpos.& à Mar.Soc.Sen.recensentur, & ab eodem Præposito etiam reijciuntur. Ego igitur,ipsis omissis,vt quæ ibidem omnibus patent,& à Præpos.vt diximus, reiectæ sunt,ob eam rationem id factum censeo; quoniam excommunicatio,sicut etiam quæuis alia censura executionem secum trahit,vt habetur in eod. cap,pastoralis. §.fin.& vt nos supra comprobauimus, hoc capite.§.simul autem; nam & hanc rationem Rom.Pont.reddidit in cit.§.fin.& ibi Præpos.

eam sequitur, atque comprobat refutatis omnibus, quæ huic aduersari videbantur, sicut etiam Mar. Soc. in c. sacro. nu. 105. de sent. excom. vbi & alios quosdam eadem sentientes refert, quamuis

3 ipse cum hac adiungat alias; ab hac igitur ratione non discedemus. † Verùm cur censuræ secum executionem trahunt? Host. quem refert, declarat, ac sequitur Præpos. eod. c. pastoralis. nu. 12. inquit ob eam rem executionem secum trahere, quoniam animam afficit; nam Præpos. sic argumentari videtur, anima est inuisibilis; ergò inuisibili telo offendi tantùm potest; ergò excommunicatione offenditur; nam inuisibilis est; ergò eo, quod momento transit, inuisibilia enim momento transeunt; hæc Præpos. Ego autem ob eam rationem id fieri censeo, quoniam spiritualium ecclesiæ vsus, qui nobis censura adimitur, statim, seu in instanti, vt appellant, nobis tribuitur; nam statim, atque baptismum suscepimus, cum Christo capite, cum eiusq. membris coniungimur, & spiritualium ecclesiæ participes sumus, vt id perbellè declarauit Cat. in explicatione symboli in verb. Sanctorum communionem, & nos comprobauimus in comment. nost. de sacr. Tab. 2. c. 9. nu. 5. & nu. 7. item baptismi, sicuti etiam ordinis, & reliquorum sacramentorum effectus per se statim, & in instāti tribuuntur, vt de communi sententia testatur Franc. à Vict. in sum. sacr. nu. 63. & nos in eisdem comment. tradidimus c. 7. vers. præterea; ergò, sicut effectus huiusmodi cum sacramētorum susceptione statim nobis condonantur, ita eadem rōne, scilicet statim censuræ eccl. sententia eos impedire debet; tollitur. n, vnumquodq; eo modò, quo inductum est, vt habetur in c. omnis de reg. iur. in antiq. & l. nihil tam naturale. ff. eod. appellatione igitur sequente effectus censuræ eccl. non suspenditur. Quæ regula locum habet primò, vbi appellatum est post excommunicationem latam ante sententiā definitiuam, vt dixit Mar. Soc. Sen. in cit. c. sacro. nu. 68. de sent. excom. Item, vbi appellatum est post decem dies, qui ad appellandum dantur, vt dixit Socin. eod. Tertiò in omnibus censuris, sicut in initio asseruimus. Quartò, vbi sententia censuræ iniquè lata est; modò valeat ob ea, quę in superioribus. §. §. vidimus. Quintò, vbi quis non vt iudex, sed vt quiuis priuatus censuram tulit, cuiusmodi excommunicatio habetur in c. dilecto, & in c. venerabilibus. §. porrò vers. Similiter de sent. excom. lib. 6. nam neque hìc per appellationem sequentem effectus censuræ suspenditur; quādoquidem neque tunc quis probationes, appellationemq; recipere compellitur, vt Abb. not. in c. venerabilibus. num. 3. de cens. & ibi quoque Inno. Postremò effectus censuræ non suspenditur, etiam si sub conditione de præterito, de præsentiuè censura lata sit; nam, quòd conditio huiusmodi propriè conditio non est, vt habetur in l. cùm ad præsens. ff. si cert. pet. & facit l. conditio, & l. si stipulatus fuero. ff. de verb. oblig. ob eam rem effectum non moratur; atque sic in re nostra dixit Mar. Soc. Sen. in c. sacro. nu. 62. cum seq. de sent. excom. Addo etiam absolutionem censuræ nec appellatione suspendi, vt dixit Mar. Soc. eod. nu. 108. Hæc regula sic proposita exceptiones tamen has patitur; nam primò post censuram latam appellatio interposita causam ad superiorem transfert, vt probatur c. per tuas, & ibi not. Inno. in prin. & Abb. num. 2. & Felin. num. 1. vers. Nota, quòd licet de sent. excom. in antiq. & c. venerabilibus, & ibi not. Gemin. num. 3. & Philip. Franc. eod. num. vers. Secundò noto eod. lib. 6. & vt asserit Abb. in c. ad reprimendam. num. 8. & Imol. num. 10. de off. ord. & Add. ad Capell. Tholos. decis. 298. & Nauar. in c. cùm contingat. caus. null. 6. nu. 14. de rescript. & Mar. Soc. Sen. in c. sacro. nu. 68. de sent. excom. & nu. 109. etsi ergò censuram non suspendit, causam tamen ad superiorem transfert; etenim & hunc effectum operatur appellatio, vt probatur in c. non solùm, & in c. si à iudice de appell. lib. 6. & Abb. not. in c. ad reprimendam. nu. 9. de off. ord. Itē effectus omnes operatur, quos in alijs sententijs operari solet; audietur igitur excommunicatus, si se minùs contumacem probare velit, ac propterea ad impensas soluendas se non obligari asserat arg. c. venerabilibus. §. porrò vers. Idem de sent. excom. lib. 6. quæ tamen duæ exceptiones locum non habent, vbi sententia censuræ in rem iudicatam transiuit. i. post decem dies

4 ad appellandum datos, vt dixit Capel. Thol. ead. decis. † An igitur sententia censuræ in rem iudicatam transit? in hac re concludendum est, quò ad absolutionem petendam; & post decem dies in rem iudicatam nunquam transire arg. c. ex literis, & ibi Abb. nu. 10. & Felin. nu. 34. cum pluribus seq. & DD. not. de constit. & c. fin. de pœnit. & vt tradidit gloss. in c. ad reprimendā in verb. Suspendatur, quam & ibi sequitur Abb. num. 6. & idem Abb. in c. consanguinei. num. 9. & Felin. num. 2. ac reliqui de re iud. idem Abb. in c. sacro. in fin. de sent. excom. & Innoc. in c. venerabilibus eod. lib. 6. & ibi quoque Phil. Franc. in §. porrò vers. Quintò noto & Add. ad Capel. Tholos. decis. 298. quæ idem de interdicto, ac de suspensione concludit, & Mar. Soc. Sen. de omnibus censuris in c. quòd in dubijs. nu. 15. cum seq. de sent. excom. vbi rem hanc egit, & in c. sacro. n. 114. eod. & in cap. super eo eod. in fin. vbi ait petenti absolutionem exceptionem præscriptionis non

obstare; absolutionem igitur petere excommunicatus, censuraque alia irretitus semper poterit, id quod animarum gratia factum est, ne scilicet spiritualium vsu priuatæ periclitentur arg. c. qua fronte de appell. & vt sentiunt DD. & Abb. in eod. c. consanguinei. nu. 3. quamuis de interdicto, ac de suspenso ob pœnam secus sit, vt suo loco videbimus. At quò ad reliqua omnia in rem iudicatam sententia censuræ itidem transit. Nam ecce primùm post decem dies ad appellandum præscriptos in auth. de appel. excommunicatus, aliaue censura constrictus appellare non potest, vt gloss. sensit in cit. c. ad reprimendam in verb. Suspendatur de off. ord. quam sequitur Imol. ibi. num. 10. & Abb. nu. 6. & communiter receptam eam esse ibi testatur, & in memoria habendam esse ait, eandem gloss. sequitur idem Abb. in cit. c. consanguinei. nu. 9. & Felin. num. 3. vers. Fallit secundò de re iud. & Mar. Soc. Sen. in c. sacro. num. 110. de sent. excom. Quare subiectus episcopi, si ab ipso excommunicatus sit, neque intra decem dies appellauerit, vi appellationis ad Archiepiscopum deferre causam non valebit, quamuis aliàs Archiepiscopus suffraganeorum causas per appellationem ad ipsum delatas cognoscat arg. c. 1. de off. ord. lib. 6. & c. venerabilibus de sent. excom. eod. lib. atq; ita tradidit Abb. in eod. c. consanguinei. nu. 9. & Felin. nu. 3. & idem Abb. in c. sacro. in fin. de sent. excom. & Mar. Soc. Sen. in c. quod in dubijs. num. 15. vers. Ego in hoc articulo de sent. excom. & in c. sacro. nu. 109. eod. ex nouo onere igitur ab episcopo appellabit; etenim; si ab excommunicatore se absolui excommunicatus petat, & absoluere ipse nolit; quòd hic nouo onere afficitur, rursus intra decem dies appellare poterit, vt dixit idem Socin. in cit. c. quod in dubijs. nu. 15. vers. Et hoc casu subdistingue, & in cit. c. sacro. num. 111. vers. Sed si excommunicator: non tamen tunc ab excommunicatione appellabit (succumberet enim hac ratione appellans) sed à denegatione absolutionis, vt asseruit idem Socin. & non nulli alij ab eo citati in eod. c. sacro. nu. 119. cum seq. vers. Aduerte tamen. Item super eo, quamobrem fuit censura irretitus, non audietur; transiuit enim & hoc in rem iudicatam elapsis diebus decem ad appellandum datis; si ob contumaciam igitur excommunicatus velit se non contumacem probare; atque ob eam rem impensas factas non soluere, non audietur; sed ipsas priùs ante absolutionem præstabit, vt asseruit Io. And. quem refert, ac sequitur Abb. in cit. c. ad reprimendam. nu. 7. & in eod. c. consanguinei. nu. 9. vers. Item vide, & Felin. nu. 2. vbi opinionem hanc communem sensit, idem quoque dixit Abb. in c. sacro. nu. 18. de sent. excom. & Inno. in c. venerabilibus eod. lib. 6. & Mar. Soc. Sen. in c. quod in dubijs. nu. 21. cum seq. de sent. excom. & in eod. c. sacro. num. 111. cum seq. etenim non appellãdo sententiam comprobasse videtur, ac propterea, & iusta esse existimatur, vt dixit Inno. in c. bonæ 1. num. 8. de elect. & in c. quoniam contra in fin. vbi quoq; Abb. num. 25. de probat. & idem Abb. in c. testimonium. nu. 10. de test. & in cit. c. ad reprimendam. nu. 13. de off. ord. & in cit. c. consanguinei. nu. 10. & Felin. nu. 3. vers. Fallit tertiò, & Socin. eod. c. quòd in dubijs. num. 22. Et hoc locum habet etiam in querela; nam, nec eam proponere quò ad hoc excommunicatus poterit, vt dixit idem Socin. ibidem num. 15. versic. Aut quæritur vtrum possit; excepta igitur absolutionis petitione, quò ad reliqua censuræ sententia in rem iudicatam transibit: id quod summa ratione factum est; nam, vt à censuris semper quis absoluatur, ac præsertim ab excommunicatione, animarum gratia permissum est, atque ob id commodum hoc remittere quis non potest; at in reliquis, cuiusmodi proximè dicta sunt, rei familiaris commodum agitur, quod respui sepius potest, vt sensit Host. quem refert, ac sequitur Abb. in eod. c. consanguinei. nu. 9. & Mar. Soc. Sen. in c. quòd in dubijs. nu. 16. cum multis seq. de sent. excom, ac planè, cùm solùm habeamus quò ad absolutionis petitionem sententiam censuræ in rem iudicatam non transire, in reliquis à communi iure non discedemus, neque à natura aliarum sententiarum arg. l. præcipimus in fin. C. de appell. & l. iubemus. C. de testam. cessat enim in reliquis animarum fauor; quare, sicut ab alijs sententijs tertiò appellari non licet, vt habetur in l. vn. C. ne liceat in vna, eademq; causa tert. pronoc. ita nec à sententia censuræ, vt dixit Abb. in eod. c. ad reprimendam. nu. 7. & Imol. nu. 10. de off. ord. & Add. ad Capel. Tholos. decis. 298. & Mar. Soc. Sen. in c. sacro. num. 163. cum seq. de sent. excom. absolutione igitur excepta, ex quo in reliquis aliarum sententiarum naturam sequitur, in rem iudicatam sententia censuræ transit. Postremò excipitur, vt vnde digressi sumus, eò reuertamur, vbi sententia censuræ sub propria conditione de futuro, ex dieuè lata est; nam, si, antequàm conditio, diesuè aduenerit, appelletur, appellatione sententia censuræ nulla redditur, vt asseruimus infra hoc cap. §. nulla.

S V M M A.

1 *Morte effectus censuræ non tollitur.*

2 *Morte excommunicatoris effectus excommunica-*

municationis non tollitur.
3 *Morte excommunicati effectus excommuni-*
cationis non tollitur.

VI.

1 §. † Morte itidem effectus hic censuræ non tollitur; siue moriatur, qui censuram tulit; siue, qui
2 censura constrictus est: † nam primum hinc patet; quoniam excommunicatus & post ex-
communicatoris mortem constrictus excommunicatione remanet, & absolutione eget, vt pro-
batur c.pastoralis.§.1.de off.ord.in antiq.& c.vn.iunct.glo.in verb.Hominis de maior.& obed.
lib 6.& c.si episcopus. 11.q.3.& vt dixit Abb. in c.à nobis.1.nu.12.de sent. excom. & commu-
niter DD.id sentiunt; quamuis in suspensione, atq; in interdicto contrarium aliquando accidat,
3 vt suo loco tradidimus. † Alterum itidem, vt scilicet morte illius, qui censura constrictus tene-
tur, censura non tollatur, hinc manifestò constat; quoniam excommunicatus etiã post mortem
ante absolutionem ecclesiæ suffragijs, ecclesiasticaq; sepultura caret, vt habetur in c.à nobis.2.
& in c.sacris de sent.excom sicut etiam interdictus arg.c.is, cui eod.lib. 6.quæ suo loco pluri-
bus agentur; morte igitur effectus hic non tollitur.

SVMMA.

1 *Extrauagans ad euitandum refertur.*
2 *Denunciatus, notoriusuè vbi non est, qui in excõmunicationem, censuramuè aliam iuris incidit, vitare eum non tenemur; quæ regula etiam declaratur.*
3 *Denunciatus vbi excommunicatus, censuraq; alia irretitus est, in omnibus eum vitare debemus, quæ per censuram ei prohibita sunt; quæ regula etiam declaratur.*
4 *Notorium vbi est quem ob clerici percussionem excommunicatum esse, hic vitari in omnibus debet.*
5 *Denunciatus, notoriusuè vbi quis non est, quò ad censuram, qua constrictus tenetur, an administrare sacramenta ei debeamus.*
6 *Denunciatus, notoriusuè vbi quis non est, quò ad censuram, an licitè sacramenta ab eo petamus, si parochus noster non sit.*
7 *Notorius excõmunicatus ob aliam causam, quàm ob clerici percussionem vbi quis est, an ipsum vitare debeamus.*
8 *Nominatim à iudice per sententiam excommunicatus an ante denunciationem vitari debeat.*
9 *Notorius censura alia irretitus ab excommunicatione an vitari à nobis debeat.*

VII.

§. Respectu habito ad alios etiam spiritualium vsu cẽsura constrictus caret, vbi aut notorius,
aut denunciatus est; nam tunc nec alij ab hoc spiritualia recipere, nec ipsi eadem præstare
ei debent ob extrauag.ad euitanda: quæ constitutio, quoniã materiam hanc censuræ plurimùm
explicat, & ius vetus corrigit, in oreq; omnium versatur; ideo hic eius exemplum describẽdum,
illud idemq; declarandum censui secutus formam eius constitutionis, quæ habetur apud Basi-
liense Concilium sess. 20.tit.De excommunicatis non vitandis, & probata est à Nicolao Papa V.
per bullam super approbatione actorum in Concilio Basiliensi, & recepta à Concilio Lateranẽsi
sub Leone X.sess.11.quam & sequitur doctissimus Couar.in c.alma pars. 1.§.2.num.7.de sent.
1 excom.lib.6.exemplum autem huiusmodi est. † Ad vitandum scandala, & multa pericula, sub-
ueniendumq; conscientijs timoratis statuit etiam, quòd nemo deinceps à communione alicuius
in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscunque diuinis, vel extra,
prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis, ab
homine, vel à iure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdi-
ctum ecclesiasticum obseruare. Nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fue-
rit in, vel contra personam collegium, vniuersitatem, ecclesiam, aut locum certum, aut certam
à iudice publicata, vel denunciata specialiter, & expressè. Aut, si aliquem ita notoriè excommu-
nicationis sententiam constiterit incidisse, quòd nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo
modo iuris suffragio excusari; nam à communione illius abstineri vult iuxta canonicas sanctio-
nes. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, interdictos, suspensos, seu prohibitos non in-
tendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari. Hoc igitur propositæ extraua-
gantis exemplum est, iam ipsam explicemus; in qua re ordinem hunc adhibebimus; primùm
conclusiones communiter receptas proponemus; postremò quæstiones non nullas dubias di-
2 sputabimus, ac dissoluemus. † Primùm igitur pro certo habetur, & omnes communiter conclu-
dunt, & pro regula habendum est nos non teneri ad vitandum eum, qui in censuram iuris inci-
dit, vbi

dit, vbi aut notorius, aut denunciatus non est, & hoc ob cit. extrauag. ad vitandum; nam in initio dicitur neminem teneri abstinere, vel vitare aliquem prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ eccl. &c. nisi aut denunciata non sit, aut notoria &c. si in duobus igitur his casibus vitari tantùm debet, ergò argumento sumpto à contrario sensu aliàs eum non vitabimus arg. l. 1. & ibi not. ff. de off. eius, & l. cùm prætor. ff. de iud. & c. non ne de præsumpt. Hæc autem communis conclusio, ac regula locum habet primò in sacramentis; nam ab hoc sacramenta omnia suscipere possumus ob illa verba In sacramentorum administratione, vel receptione, quę verba habentur in cit. extrauag. Quare à nostro parocho, licet excõmunicatus, censuraue alia irretitus sit, legitimè tamen sacramenta nos postulabimus. vbi denunciatus, notoriusuè non est ob hanc constitutionem. Item locum habet ea regula & in alijs diuinis ob verba illa Aut alijs quibuscunque diuinis; nã nec in illis abstinere nos à censura irretitis tenemur. Si ergò, dũ alijs sacramẽta administramus; si dum missæ sacrum facimus; si dum alia diuina officia celebramus, excommunicatus, interdictusuè interuenerit, ea non intermittemus; imò, si inchoata non sint, inchoare ipsa possumus; &, si eadem censura irretiti agãt, interesse ipsis non prohibemur, ex quo ob cit. extrauag. in diuinis eos vitare non tenemur. Tertiò regula hæc locum habet in alijs præter diuina ob vers. Vel extra; cum excommunicato igitur & in profanis versari poterimus, de interdicto autem, & de suspensione non est, quod dubitemus; quandoquidem per eas censuras profana non prohibentur. Quartò locum habet in omnibus censuris cùm ob vers. Prætextu cuiuscunque sententiæ; illa enim dictio Cuiuscunque omnes comprehendit arg. c. si Romanorum dist. 19. & l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. tum ob verbum illud Cẽsuræ, cuius nomine excõmunicatio, interdictum, ac suspensio significantur, vt habetur in c. quærenti de verb. sign. non modò igitur sic excommunicatos vitare non tenemur, sed nec etiam interdictos, ac suspensos, vbi nec notorij, nec denunciati sunt. Quintò locum habet, vbi à iure censura lata est; item vbi ab homine, modo tamen generaliter lata sit ob vers. Ab homine, vel à iure. Sextò locum habet in quemcunque censura lata sit ob vers. In, Vel contra certã aliquam personam: quæ verba variè accipienda sunt; nam, si in hominem referantur, in quauis censura locum habẽt; homo enim & excõmunicari, & suspendi, & interdicto subijci potest arg. c. 1. de sent. excom. lib. 6. & c. is, cui eod. & c. venerabili eod. in antiq. quatenùs autem ad vniuersitatem pertinet, de interdicto, suspensioneq; accipiemus; nõ enim vniuersitas excommunicari potest, vt dicitur in c. Romana. §. in vniuersitatem de sent. excomm. lib. 6. quatenus denique ad locum pertinet, de interdicto tantùm accipiemus; nam locus interdicto subijci tantùm potest arg. c. si ciuitas de sent. excom. lib. 6. etsi ergò generaliter constitutio loquitur, habilibus tamen terminis coarctatur arg. l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. ex his ergo patet in loco interdicto diuina fieri posse, modò denũciatus, notoriumuè non sit ipsum

3 interdicto subiectum esse; his igitur rationibus communis hæc opinio declaratur. † Secundò loco pro certo itidem habetur, & omnes fatentur nos teneri ad vitandum censura irretitum in ipsis, quæ censura ei prohibita sunt, vbi à iudice pro tali denunciatus est, vt probatur in cit. extrauag. in vers. Nisi sententia: quæ regula eisdem modis declaratur, etsi contrarijs, quibus superior declarata est, nam in ijs omnibus eum vitabimus, in quibus priori casu vitare ipsum non tenebamur. Quare huic nec sacramenta administrabimus, nec eadem ab eo accipiemus; &, si excommunicatus sit, eius communionem vitabimus. Excipitur tamen, vbi denunciationem factam esse probabiliter ignoratur; tunc enim licitè sacramẽta ab hoc suscipiemus; tũ quòd, si excommunicatus notorius, ac denunciatus in loco proprio aliò se transferat, vbi pro tali non habetur, quicquid agit ratione publici officij, quod ei sic affecto collarum est, id valet, vt asserit Io. And. in c. ad probandum de re iud. quem refert, ac sequitur Anchar. in c. decernimus. nu. 8. vers. Sed posito communis, ibi & quid plus de sent. excom. lib. 6. & hoc ob l. Barbarius. ff. de off. præt. tum quòd, etsi acta à iudice notoriè excommunicato non valent arg. cit. c. ad probandum, & ibi communiter not. locum tamen id non habet, vbi id ignoratur; namq; & instam ignorantiam hãc eius esse ait Nauar. in Man. c. 27. nu. 27. vers. Nunc autem, qui excommunicatum denunciatum esse ignorat; idque meritò, eteñim ignorantia hæc facti esse videtur, quæ excusat arg. l. regula. ff. de iur. & fac. ignor. vt dixit Nauar. eod. c. nu. 27. vers. Per verbum res ignorata; & facit c. fin. qui matr. accus. poss. Accedit postremò quod nec ipse censura irretitus peccat, irregularisuè fit, vbi censuræ inscius contra ipsam facit, vt habetur in c. Apostolicæ, & ibi communiter not. ff. de cler. excom. min. excipitur tamen, vbi à viris fide dignis illum denunciatum esse deinceps audit; ipsum enim vitare debebit arg. c. illud de cler. excom. min. & vt dixit Nauar. eod. num. 27. in cit.

4 vers. Nunc autem, alioquin ad eum euitandum nõ obligaretur, vt dixit Nauar. eod. † Tertiò pro

certo

certo itidem habetur, & vniuersi fatentur excommunicatum ob clerici percussionem vitari à nobis debere, vbi adeò manifestò constat in eam excommunicationem incidisse, vt nullo modo occultari possit, aut per aliquod remedium iuris excusari; esto enim denunciatus non sit, eum tamen vitabimus ob cit. extrauag. in vers. Aut si aliquem ita notoriè. Duo igitur simul requiruntur, quò conclusio hæc locum habeat. Primùm, vt notorium sit hunc id fecisse, quamobrem excommunicatio fertur, adeò vt illud celari nequear. Alterum, vt notorium etiam sit nulla ratione se ipsum excusare posse, quò minùs in excommunicationem inciderit: etenim, etsi in ferendis alijs sententijs citatio in notorijs non requiritur, postulatur tamen, vbi notoriũ non est eum, qui deliquit, excusationem nullam habere, vt tradidit Abb. in cap. cùm sit Romana. num. 32. & Præpos. num. 29. & Bero. num. 38. de appell. & idem Præpos. in c. peruenit. num. 11. Quare, etsi notorium est à Titio clericum verberatum esse, si tamen notorium etiam non sit Titium nullam causam excusationis habere arg. c. ex tenore, & c. cum voluntate de sent. excom. denunciari excommunicatus hic non debet, antequam citetur, & declaretur, vt asseruit idem Præpos. in c. peruenit. nu. 10. hinc Nauar. in man. c. 27. nu. 255. vers. Duodecimo, vt delictum publicum dicatur nõ sufficere dixit, vt actus, qui delictum est, publicè fiat, nisi etiam publicè sciatur esse delictum; prædicta duo igitur requiruntur, quò notorius quis dicatur. Quare, quòd rarò duo hæc concurrunt, rarò etiam excommunicatum hac ratione vitabimus, etenim vix in aliquo casu tantam facti euidentiam esse posse dixit Gabriel. Biel. dist. 18. q. 3. art. 1. notab. 3. vers. Quid sit lib. 4. quæ sufficiat ad vitandum non denunciatum; vbi ergò notorium est ob clerici percussionem quem excommunicatum esse, sine dubitatione hunc vitabimus. Et hæc sunt, de quibus nemo dubitat.

5 Iam casus, de quibus dubitari contingit, explicemus, quorum primus est. † An excommunicato nec denunciato, nec notorio administranda sacramenta sint. † Alter, an ab excommunicato

6 huiusmodi sacramenta petenda sint, si parochus noster ille non sit, quos casus hic omittimus,

7 quoniam in tab. 2. oportuniori loco ipsos explicabimus. † Tertius casus est, an excommunicatus notorius ob aliam causam, quàm ob clerici percussionem vitandus sit. Pro cuius dubitationis solutione præmittendum est scilicet extrauagan. ad euitanda variè legi quò ad notorium excommunicatum; nam constitutio quædam excommunicatum notorium ob clerici percussionem vitandum esse ait, & hæc constitutio Constantiensi Concilio tribuitur; & eam sequuntur communiter ferè Sumistæ, vt inquit Nauar. in c. 1. §. laboret. num. 11. de pœnit. dist. 6. & Couar. in c. alma p. 1. §. 2. n. 7. vers. Quidam verò de sent. excom. lib. 6. & Io. Bapt. Antonucius in catechesi Neapolitana c. 14. vers. Tertiò lib. 5. & Martinus Alphonsus de Viualdo in Candelabro de excommunicatione. q. 74. constitutio autem quædam simpliciter habet notorium excommunicatum vitandum esse, & hæc constitutio habetur apud Concilium Basiliense, & ea est, quam supra retulimus. Item præmittendum est dubitari, quodnam Concilium sequendum sit, an Constantiense, an Basiliense. Nauar. Basiliense Concilium sequitur in cit. c. 1. §. laboret. num. 10. de pœnit. & Couar. in eod. §. 2. num. 7. & id pluribus Ioan. Bapt. Antonucius in cit. c. 14. & Abb. in clem. 2. de sent. excom. & supplem. in verb. Clericus. f. in fine, ibi vtrum à fornicario liceat accipere sacramenta, & Syl. in verb. Excommunicatio. 5. nu. 9. quamuis alibi contrarium sentiat, vt refert Viuald. q. 74. Constantiense autem Concilium sequitur Franc. à Vict. in sum. de excommunicatione. num. 17. & primò D. Anton. & plures alij, quos refert Couar. eod. §. 2. num. 17. & Martinus Alphonsus de Viualdo in suo Candelabro de excom. q. 74. his sic præmissis. Quò ad quæstionem propositam videbatur dicendum excommunicatum notorium ob clerici percussionem tantùm vitandum esse. Et hoc ob eam rationem, quòd Concilium Constantiense solùm vitandum excommunicatum notorium ob clerici percussionem ait. Postremò, quòd vsu receptum hoc esse testatur idem Viuald. ead. q. 74. Atqui contrariam opinionem amplexari debemus, vt scilicet quicunque notorius excommunicatus vitandus sit. Primùm, quia hoc Concilium Basiliense statuit. Nec repugnat, quod ait Tur. Crem. in sum. de ecclesia, vbi ait constitutionem Concilij Basiliensis editam fuisse post Concilij reuocationem; & sequitur eum Viuald. ead. qst. 74. nam esto, hoc esset, probata deinceps tamen fuit & per Nicolaum V. & per Concilium Lateranense, vt supra vidimus. Secũdo loco, quoniam nulla ratio suadet, quamobrem magis excommunicatum notorium ob clerici percussionem vitemus, quàm ob aliam causam excommunicatum; ergò, ex quo eadem ratio in vtroque casu est, & eadem dispositio de vtroque esse debet arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. Non obstat modò Cõcilium Constantiense; primùm, quia in eo Concilio ea constitutio non habetur, quod & Couar. in cit. loco animaduertit, & Antonucius in eod. c. 14. & sanè mirandum est, quamobrem tot doctissimi

M viri eam

viri eam constitutionem secuti sint, quæ non habetur; omisetint autem eam, quæ ob oculos est. Non obstat etiam, quòd dicebatur contrariam opinionem vsu receptam esse; tum quòd quæstio nostra disputatur de iure, non autem de facto; tum quòd hic vsus non probatur, quod fieri debet arg. cap. 1. de constit. lib. 6. ab hac igitur sententia discedendum non censerem. Saluo &c.

8 † Quartus casus est, an excommunicatum nominatim vitari debeamus, antequam denuncietur. Nauar. in c. 1. §. laboret. nu. 12. dubiam quæstionem hanc esse existimauit; in eaq; duæ sententiæ exortæ sunt, quarum prima fuit cuiusdam Cosmæ, quem refert, ac sequitur Nauar. eod. §. laboret. nu. 23. de pœnit. dist. 6. & in Man. c. 27. num. 35. nota primò, & Couar. in c. alma pars. 1. §. 2. nu. 9. vers. Superest igitur prop. fin. & Io. Bapt. Antonucius in Catechef. Neapol. c. 14. vers. Sextò scias lib. 5. & Martinus Alphonsus de Viualdo de excom. cap. 75. qui, antequam hic denuncietur, vitandum hûc non esse existimarunt. Probatur autē horum sententia primò hac ratione; nam, ne vitetur speciatim excommunicatus, antequam denunciatus sit, vsu ferè omnium, imo & vrbis, & orbis receptum id esse Nauar. eisdem in locis testatur, & Io. Med. de pœnit. tract. 2. c. 22. in corrolario vers. Dixi notanter; ergo ab hac vsus interpretatione, atque consuetudinis non discedemus arg. l. minimè. ff. de leg. ipsa enim cōsuetudo optima legum interpres est arg. c. cùm dilectus de consuet. & l. si de interpretatione. ff. de leg. hæc prior ratio, quam reddit Nauar. nulla ratione alia nititur, nisi ipsius auctoritate, nihil enim allegat; vnde, etsi tacitò prætereunda erat, tamen dicimus quæstionem hanc de iure disputari, an scilicet huius constitutionis vi speciatim excommunicatum vitare debeamus, nec ne; non autem quid consuetudine seruetur; nam, cùm consuetudo facti sit, & in facto consistat, vt dixit Romanus Pont. in c. 1. de constit. lib. 6. factum autem quid esse non existimetur, nisi probetur arg. l. in bello. §. infectæ. ff. de capt. ob eam rem id probare saltem debebat. Hinc secundo loco sic argumentabatur, si vitare debemus, qui speciatim excommunicatus est, propterea quòd ego certo scio eum esse excommunicatum, multo magis generatim excommunicatum vitabimus, quem certiores sumus in excommunicationem incidisse; at contingit me certiorem esse de excommunicatione generatim, quàm speciatim lata, vt pote, quia speciatim excommunicatus eam causam mihi reddit, quamobrem apud Deum sal tem excommunicatus non est, qui verò generatim, nullam; ergo hunc magis, quàm illum vitare deberem: ad quod tamen ob hanc constitutionem non cogor, antequam denuntietur; ergo idem de excommunicato speciatim dicemus: ad hoc argumentum responderi potest legem ad id, quod sępius fit, non autem ad id, quod rarò contingit, accōmodari, vt dicitur in l. iura cum tribus seq. ff. de leg. at frequentiùs accidit, vt ignoretur, an quis excommunicatus sit, vbi generalis excommunicatio lata est, quàm, vbi speciatim; quandoquidem excommunicatio generatim lata sine causæ cognitione fertur, speciatim verò adhibita cognitione causæ arg. c. nemo episcoporum. 11. q. 3. & c. sacro de sent. excom. & c. 1. eod. lib. 6. iure, vbi periculum maius erat, constitutio hæc prospexit arg. c. vbi periculum de elect. lib. 6. Item si, propterea quod speciatim excommunicatus rationem quampiam reddidit, generatim verò excommunicatus nullam, hûc magis quàm illum vitare deberem, absurda multa consequerentur, primum, vt confitenti pro se fides adhibenda esset contra l. de ætate. §. 1. ff. de interrogat. act. & contra ea, quæ tradidit gloss. & ibi DD. C. de confess. item confessio extra iudicium facta prodesset contra cit. gloss. in ead. l. vn. postremò an excōmunicatus vitaretur nec ne, si ipsi fides adhiberetur, in excōicati manu esset; quæ omnia absurda sunt, atque idcirco vitanda arg. l. nam absurdum. ff. de bon. libert. Tertiò sic dicebat Nauar. constitutio hæc ad subueniendum conscientijs timoratis lata est, vt in ea dicitur; ergò est gratiosa, atque ob eam rem amplificanda, vt sicut de generatim excommunicato loquitur, ita & de speciatim excommunicato eam loqui accipiamus arg. c. odia de reg. iur. lib. 6. cum simil. hæc ratio etiam mihi non quadrat; nam non eadem ratio in vtroque casu est; dubitari enim sępius potest, an quis in excommunicationem generatim latam inciderit: quod in excommunicatione speciatim lata non contingit; quandoquidem & causa cognita fertur, vt diximus, & iniusta etiam valet arg. cap. 1. 11. q. 3. ac planè quis enim excommunicatum vitandum dubitet, quem pro certo scit à iudice excommunicatum esse? non igitur ratione hac eorum opinio nititur. Addebat itidem Nauar. homines verecundia non minùs deterreri à vitando excommunicatum speciatim, quàm generatim: hæc ratio quanti facienda sit, nemo non videt. Postremò hanc eandem sententiam confirmabat idem Nauar. ob verbum Specialiter in secūda parte positum; ad quod infra respondebimus. Quare, cùm nulla ratione opinio hæc probetur, contrariam amplexati sunt Adrian. quem refert Nauar. in eod. §. laboret. nu. 23. in fin. & Felin. in c. Rodulphus. nu. 73. vers. Primùm colligo ex illo verbo Generaliter, & Io. Med. de confessione tract. 2. q. 22. concl.

concl. 2. & in corollario in princ. vt ſcilicet ſpeciatim excommunicatus vitandus ſit, etiam ante denuntiationem factam. Probatur autem primò, quoniam, ſi diceremus, quò ſpeciatim, ac nominatim excommunicatus euitetur, expectandum eſſe, vt denuntietur, à lege antiqua diſcederemus etiam, vbi à recenti lege id non eſt dictum; nam ſolùm generaliter excommunicatum ab homine vitandum non eſſe dicitur in cit. extrauag. verſ. Prætextu cuiuſcunque ſententiæ, aut cenſuræ eccleſiaſticæ, ab homine vel à iure generaliter promulgatæ, non autem ſpeciatim excommunicatum; at hoc fieri non debet arg. l. præcipimus. C. de app. & l. iubemus. C. de teſtam. ergò nominatim excommunicatum ab homine vitabimus, etiam ſi denuntiatus non ſit. Poſtremò facit, quòd, ſi contrarium velimus, per ſubauditos intellectus veterem legem corrigemus; nam vetus lex volebat excommunicatum ſemper vitari publicum publicè, & non publicum priuatim, ac ſecretò, vt habetur in c. cùm non ab homine de ſent. excom. id quod per hanc conſtitutionem correctum eſt ſolùm, vbi ab homine, à iureq; generaliter excommunicatio lata eſt; declarat cit. verſ. Prætextu, ibi generaliter promulgatæ; & ſic de nominatim, ac ſpeciatim excommunicato nihil eſt dictum; ac propterea, ſi id velimus, ſubaudire hoc debemus; at per ſubauditos intellectus corrigi lex non debet, vt tradidit gloſſ. communiter recepta in cap. cupientes. §. quòd, ſi per viginti, in verb. Negligenter de elect. lib. 6. ergò; &c. & hæ ſunt rationes, quas reddidit Nauar. eod. Quid igitur concludendum? ego poſteriorem hanc ſententiam veriorem eſſe cenſeo cùm ob rationes proximè allatas, tum ob has. Primùm, quoniam hìc ceſſat ſcandalum, & timor, quamobrem permittitur cum generali excommunicato communicari; nam, ex quo ego ſcio quem nominatim à iudice excommunicatum eſſe, cuius ſententia & iniqua valet arg. cap. à nobis. 2. de ſent. excom. & c. 1. 11. q. 3. quid eſt cauſæ, quamobrem dubitem, an vitandus hic ſit? &, ſi eum vitem, cui ſcandalum dabo? Poſtremò exceptio debet eſſe de regula; at, ſi velimus per cit. extrauag. permitti, vt excommunicato nominatim communicemus, antequam denuncietur exceptio non eſſet de regula; nam cit. extrauag. permittit, & ſtatuit, ne quis deinceps vitet aliquem prætextu cenſuræ eccleſiaſticæ ab homine, uel à iure generaliter promulgatæ; hoc ibi in uerbis habetur; deinde ſubiungit, niſi cenſura huiuſmodi fuerit in, vel contra certam perſonam &c. à iudice publicata, vel denunciata ſpecialiter, & expreſsè: ex quo igitur in eo verſ. Niſi, ponitur exceptio antecedentis dicti, & antecedens dictum de cenſura generaliter eſt, ergo & exceptio illa de eadem cenſura eſſe debet, quò exceptio de regula ſit, vt dicebamus, & vt eſſe debet. His igitur rationibus de iure ſcripto ſententiam hanc veriorem cenſeo, quamuis poſterior de iure non ſcripto verior ſit, vt citati autores teſtantur; id quod & animarum ſalutis gratia etiam
9 opto; in hac igitur quæſtione ſic concludendum ſentio. † Verùm, quòd conſtitutio hæc excommunicatum notorium, etiam non denunciatum vitandum eſſe tantùm dicit, an in interdicto, ſuſpenſoq; adeò notorijs, vt nulla ratione celari poſsint, idem, quod de notorio excommunicato
1 diximus, locum habebit? conſtitutioq; hæc trahetur? hæc quæſtio dubitationem maximam habere videtur; tum quòd quamcunque conſtitutionis huius formã ſequamur, vel quæ tribuitur Concilio Conſtantienſi, vel quæ Baſilienſi, ac Lateranenſi, quam ſequimur, vtraque de excommunicato loquitur, imò de excommunicato notorio ob clerici percuſsionem forma eius, quæ tribuitur Conſtantienſi; tum ob dubitationes DD. quas refert Nauar. in c. 1. §. laboret. num. 12. de pœnit. diſt. 6. Vt igitur in interdicto, atque in ſuſpenſo notorijs conſtitutio hæc locum non habeat, ſic probari poſſe videtur. Primùm, quoniam conſtitutio hæc ſolùm notorium excommunicatum excipit, quem & non denuntiatum vitemus, non autem notoriè ſuſpenſum, notorieuè interdictum; ergo à verbis recedendum non eſt arg. l. non aliter. ff. de leg. 3. & c. ex literis. 1. de ſponſ. atque idcircò in his conſtitutio locum non habebit; etenim cui verba legis non conueniunt, nec legis diſpoſitio conuenit arg. l. 4. §. toties, & ibi not. ff. de damn. infect. Secundò exceptio confirmat regulam in caſibus non exceptis arg. cap. dominus. 32. q. 7. & cap. 2. de coniug. lepro ſ. at pro regula in cit. extrauag. habemus nos ad vitandum cenſura conſtrictum non denuntiatum non teneri, & ab hac regula notorium tantùm excommunicatum excipi; ergo in interdi
2 cto, ſuſpenſoq; notorijs ea regula firma erit; etenim excluſio vnius alterius incluſio eſt arg. cap. non ne de præſumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. Poſtremò facit, quoniam extrauagans, quæ tribuitur Conſtantienſi Concilio de notorio excõmunicato ob clerici percuſsionem tantùm agit, propoſita verò à nobis de quocunque excommunicato; cùm igitur & in hoc dubitetur, in interdicto, ac ſuſpenſo notorijs exceptionem hanc locum non habere concludendum videtur. Hæc ſunt, quę pro hac ſententia potiſsimum referuntur. Atqui cõtrariam ſententiam amplexatus eſt Nauar. eod. c. 1. §. laboret. num. 12. cum alijs ſeq. de pœnit. diſt. 6. vt ſcilicet & in ſuſpenſo, & in

interdicto notorijs constitutio hæc locum habeat, ac propterea, & non denuntiati vitandi sint in ijs, quæ ipsis prohibita, sunt, modò notorij sint. Primò, quoniam in interdicto, atque in suspenso itidem notorijs eadem ratio est, quæ in notorio excommunicato; nam inter se omnes conueniunt; quandoquidem antiquo iure omnes etiam non denuntiati vitandi erant, iure nouo omnes vitandi sunt denuntiati; nulli deniq; vitandi, vbi generaliter sunt ligati; ergo & in ipsis proposita exceptio locum habebit; nam casus exceptus à regula ob eandem rationem ad similem trahitur arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. cum simil. imò, etiam si casus ille cum dictione taxatiua tantùm excipiatur, idem est, vt dixit Abb. in eod. c. cùm dilecta, & Bart. in l. seruit. ff. de vsucap. Secundò loco sic argumentatur Nauar. exceptione hac ad ius antiquum redimus; antiquitus enim pro regula habebatur, omnem excommunicatum, & interdictum, ac suspensum, in quibus interdictus, ac suspensus erat, vitandũ esse; modò extrauagãs hæc ius recens excipit supradictos, vt scilicet non vitentur, vbi generaliter censura constricti sunt; rursusq; ab hac exceptione casum excipit, vbi quis notoriè excommunicatus est, & ita exceptione hac ad iuris antiqui regulam reuertimur; ergo & ad suspensum, & ad interdictum notorium trahi debet; nam, vbi ad ius antiquum reuertimur, latior interpretatio fit arg. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & c. ab exordio. dist. 35. Tertiò addebat Nauar. si prohibetur per cit. extrauag. vt quis excommunicatum notorium vitet, multò magis prohibitum esse debet, vt suspensum, atque interdictum notorium caueat; grauius enim videtur non vitare suspensum, atque interdictum notorium, in quibus interdicti, ac suspensi sunt, quàm excommunicatum; nam non vitare ipsum excommunicatum leue peccatum est, vt hoc pro regula traditur à doctor. in c. sacris de his, quæ vi, metusuè causa fiunt; non vitare autem suspensum, atque interdictum, in quibus prohibiti sunt, mortiferè peccari nemo inficiatur; ergo & in his exceptio, quæ de excommunicato facta est, locum habebit: hæc ratio mihi esse vera non videtur; nam in quibus casibus mortiferè peccatur non vitando suspensum, atque interdictum; in eisdem eadem culpa quis obligatur versando cum excõmunicato; ac plane qui fatetur ab eo peccari, qui à suspenso, interdictoue notorio sacramenta suscipit, auditq; diuina, qua ratione hic asseret eum culpæ pœnam effugere, qui ab excommunicato notorio, aut sacramenta suscipit, aut audit diuina? Ratio igitur hæc mihi non probatur. Postremò facit, quoniam si velimus suspensum, atque interdictum notorios vitandos non esse, denuntiandi erunt; at notorij denuntiatione non egent arg. cap. quoniam & ibi not. Abb. de fil. presbyt. & hæ sunt rationes, quæ pro hac sententia afferuntur à Nauar. in eod. §. laboret. Quid igitur concludendum? ego ab hac posteriori sententia discedendum non censeo, cùm ob rationes allatas, quæ solidissimæ mihi videntur, tùm ob hanc, quæ aspernanda non est, per quam & contraria tolluntur, scilicet quòd excõicatio est censura, quæ frequentior alijs est: declarant hoc primùm canones, qui frequentiùs de ipsa, quàm de alijs censuris promulgati sunt, vt habetur in tot. tit. de sent. excom. in antiq. & eodem lib. 6. vbi ferè semper de excommunicatione agitur; quamuis adsint multa, quæ ipsi excommunicationi cum alijs censuris communia sunt, vt ea, quæ habentur in c. nuper & in c. sacro, & in c. per tuas, & in c. cùm pro causa, & in c. à nobis. 1. & in c. cùm non ab homine cum simil. declarat hoc etiam inscriptio, ac titulus eod. in antiq. qui simpliciter est De sententia excommunicationis; & tamen speciatim de alijs censuris non nulla dicuntur, vt in c. venerabili, & in c. permittimus: declarant hoc demum quæstiones quamplures de excommunicato à DD. disputatæ, partim iam à nobis relatæ, partim referendæ, quæ tamen non minùs ad suspensionem, atque interdictum pertinent, quàm ad excommunicationem; at, vbi lex de aliquo casu tanquam frequentiori disponit, idem & de casu simili minùs frequenti disposuisse censetur arg. l. 1. iunct. gloss. in verb. Sponsam, & ibi communiter not. C. de rapt. virg. ergò etsi in casu nostro excommunicatus notorius exceptus tantùm est, non idcircò tamen exclusus censebitur interdictus, atq; suspensus, itidem notorius; præsertim quòd eadem ratio in quacunque censura viget; ratione frequentioris vsus igitur factum est, vt excommunicatus exceptus tantùm sit; & ob eandem rationem factum etiam censeo, vt in extrauag. quæ tribuitur Concilio Constantiensi, exceptus sit excommunicatus publicus ob clerici percussionem, quoniam excommunicatio illa omnibus alijs frequentior erat; id quod, etiam probant canones in tit. de sent. excom. in antiq. qui ferè omnes de hac excommunicatione loquuntur; in hac igitur quæstione sic concludendum censerem; ac de quæstionibus, quæ dubitationem habebant, iam hactenus. Ex his, quæ de hac extrauag. diximus, manifestò iam apparet, per ipsam ius vetus in non nullis correctum esse. Nam ecce primùm veteri iure excommunicatum occultum occultè ipsum vitare debebam, vt habetur in c. cùm non ab homine de sent. excomm. ibi enim

Rom.

Rom. Pont. ait, eum excommunicatum priuatim vitari debere, quem quis ſolus nouit excommunicatum eſſe; & ſic vbi occultus excommunicatus eſt; at hodie ob cit. extrauag. vitare hunc non teneor, niſi aut notorius, aut denuntiatus excommunicatus ſit; in hoc igitur ius vetus correctum eſt, atque ſic dixit Couar. in c. alma pars. 1. §. 2, nu. 7. verſ. Ex omnibus his deducitur de ſent. excom. lib. 6. & Nauar. in c. 1. §. laboret. nu. 23. verſ. Ex quibus, ibi ſed antiqua iura de pœnit. diſt. 6. & Io. Bapt. Antonucius in Catecheſi Neapolit. c. 14. verſ. Quintò not. lib. 5. Item iure veteri excommunicatum publicum publicè vitare debebam, vt dicitur in cit. c. cùm non ab homine; at hodie, niſi notorius ſit, vt diximus, per operis euidentiam, hunc vitare non cogor. Tertiò ius vetus in hoc correctum eſt; quoniam, etſi olim quem per famam publicum excommunicatum noueram, hunc vitare tenebar, quouſque ad arbitrium ep̄i ille ſe purgaret, ad cautelamq; abſolueretur, vt dicitur in c. cùm deſideres. §. ſecundæ quæſtioni de ſent. excomm. hodie tamen niſi, vt diximus, aut hic notorius, aut denuntiatus ſit, vitare ipſum non cogor, atque ſic dixit Couar. eod. verſ. Tertiò hinc conſtat. Quartò ius vetus in hoc etiam correctum eſt; quoniam, etſi olim, vbi per duos teſtes quem excommunicatum eſſe probabatur, hunc vitare quis debebat, per hanc tamen conſtitutionem modò non tenetur; quoniam hac ratione hic nec denuntiatus eſt, atque ſic dixit Couar. eod. verſ. Secundò deducitur. Quintò ius vetus etiam correctum in hoc eſt; quoniam, etſi, qui notorius erat, notorio iuris olim vitari debebat arg. c. veſtra, & c. fin. de cohab. cler. & mul. & vt dixit Couar. in cit. §. 2. nu. 9. prop. fin. ibi. Illud verò eſt adnotandum, hodie tamen, niſi notorius per operis euidentiam ſit, ita vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, uitandus non eſt, vt dixit Couar. eod. num. 9. in fin. quod tamen eſt uerum ſtante illa opinione, quam ſupra oppugnauimus, excommunicatum nominatim per ſententiam uitandum non eſſe, niſi aut notorius, aut denuntiatus ſit; quam opinionem, ut uidimus, ſequitur Nauar. c. 27. num. 35. uerſ. Nota primò, & in c. 1. §. laboret. nu. 24. uerſ. Contrariam uerò partem de pœnit. diſt. 6. & Couar. eod. §. 2. num. 7. verſ. Quartò, & Io. Bapt. Antonucius in cit. c. 14. verſ. Sextò ſcias; ex quo patet, vbi dicitur excommunicatum notorium vitandum eſſe, accipi debere de notorio facti, non autem de notorio iuris; ac propterea quò ad hoc notorium non dici, qui aut nominatim excommunicatus eſt, aut ſe excommunicatum eſſe fuit confeſſus; quibus caſibus notorium iuris eſſe dicitur; vt aſſerit in re noſtra Couar. eod. num. 9. prop. fin. hinc patet demùm cit. c. veſtra, & c. fin. de cohab. cler. & mul. ex parte correcta eſſe, quatenus ibi dicitur criminoſum notorium per ſententiam, aut eius confeſſionem vitandum eſſe; nam per hanc extrauag. verum illud non eſt, niſi notorium facti ſit, vt concluſit. Couar. eod. Et hæc, quæ diximus, locum habent non ſolùm in excommunicatione, verùm etiam in alijs cenſuris, vt probauimus antea, & vt dixit Nauar. in cit. c. 1. §. laboret. nu. 24. uerſ. Ex his. Poſtremò locum habet in alijs etiam criminoſis; quare, etſi clericus fornicator notorius tantùm aut per ſententiam, aut per propriā confeſſionem eſt, tamen in diuinis eum non vitabimus, niſi aut per euidentiam facti notorius etiam ſit, uel denuntiatus, quamuis olim ſecus eſſet ob cit. c. ueſtra, & c. fi. de cohab. cler. & mul. quæ in hoc per hanc extrauag. correcta eſſe diximus; atq; ſic in caſu propoſito de clerico. dixit Couar. in eod. §. 2. num. 10. uerſ. Sextò, & Nauar. idem ſenſit in cit. §. laboret. num. 24. uerſ. Ex his multa colligi, & num. 23. uerſ. Ex quibus uidetur dicendum; in his igitur caſibus ius uetus per hanc extrauag. correctum eſt. Excipitur tamen, ubi cenſura irretitus denuntiatus eſt; nam, ſi ego per famam quem denuntiatum pro tali ſcio, aut à uiris fide dignis id notum habeo, in his caſibus, hunc uitabo, ut ſenſit Nauar. in Man. c. 27. num. 27. uerſ. Verum eſt tamen; & in hoc caſu locum habebit cit. c. cùm deſideres. §. ſecundæ; ſed de hac extrauag. iam hactenus. Potuiſſet hic quoque agi, quoniam per cit. extrauag. excommunicatis non ſubuenitur, quomodo, & in quam ſententiam ea uerba accipienda ſint; ſed quoniam commodiùs hac de re tractabitur in Tab. 2. ob eam rem, materiam hanc ei loco reſeruamus.

SVMMA.

1 *Subditus qui non eſt eius, qui cenſuram tulit in aliquem, vitare eum debet in ijs, quæ per cenſuram prohibita ſunt, vbi cenſura irretitus aut notorius, aut denuntiatus eſt.*

2 *Exempti interdictum ab epiſcopo ſuæ diœceſis latum ſeruare debent.*

3 *Subditus qui non eſt, quamobrem vitare debet cenſura irretitum ab alio, qui ſuus iudex non eſt.*

VIII.

1 §. † Censura irretitus ergo notorius,denuntiatusuè in ijs,quę per censuram ei prohibita sunt,
vitari ab omnibus debet,ac propterea, & ab ijs,qui subditi eius non sunt, qui censuram tu-
lit; nam excommunicatus ab vno episcopo vitari ab alterius episcopi subditis debet, vt habe-
2 tur in c.nuper de sent. excom.& arg.c.curæ.11.q.3.& c.1.de rapt. † Item interdictum ab epis-
copo latum & ab exemptis suæ diœcesis seruãdum est, vt legitur in c.cùm inter, & ibi not.Abb.
de consuet.in antiq.& in c.episcoporum de priuil.lib.6. & in clem.1. de sent. excom. & in c.1.in
prin.de temp.ord.lib.6.alioquin grauiter puniuntur: id quod propterea factum est, ne scanda-
lum oriatur, simulq; ne ecclesiasticæ disciplinæ neruus contemnatur, vt dicitur in cit.cap.cùm
inter, & in clem.1. ergò idem & de suspẽsione ob eandem rationem asserendum est. Contra-
rium tamen dicendum videbatur,scilicet non subditos ad vitandos eos,qui ab alio censura con-
stricti sunt, non obligari; & hoc ea ratione, quoniam episcopus diœcesis vnius alterius homi-
nes(modò in sua delictum non committant) censura irretire, rationeuè alia coercere non potest
arg.c.à nobis.1.de sent.excom.in antiq.& c.fin.de constit.lib.6. & l.fin.ff.de iurisdic. omn. iud.
& vt de exemptis habetur in c.1.de priuil.lib.6.cum simil.ergò neque ijdem ad vitandos censu-
ra constrictos à non suo iudice cogi posse videntur, cùm tam ad censuram ferendam, quàm ad
iubendum, vt ipsa seruetur, iurisdictio postuletur arg. l.legis virtus.ff.de leg.iunct.l.imperium.
ff.de iurisd.omn.iud. & arg. c.vbi periculum.§.præterea.de elect.lib.6. verùm à proposita sen-
3 tentia discedendum non est; † nam, vt censuræ ab vno iudice latæ ab alterius iudicis subdito
seruentur,id est,vt censura constricti ab vno iudice ab alterius iudicis subdito in ijs vitentur,quę
per censuram ipsis prohibita sunt, non à iudice id efficitur, qui censuram tulit, sub cuius pote-
state alterius diœcesis homines non sunt, sed à iure communi,cui omnes subijciuntur, vt habe-
tur in c.1.& in c.fin. de constit. & ibi communiter DD. not. atque ita respondit Io.And. quem
refert,ac sequitur Abb.in cit.c.cùm inter. nu.3.de consuet.ac rectè; hinc excommunicationem
eam, in quam quis cum excommunicato versando incidit, non à iudice, sed à iure ferri dixit
Rom.Pont.in cit.c.nuper de sent.excõm.& probatur etiam in cit.c.episcoporum, & c.cùm in-
ter,& ead.clem.1.& huc pertinent,quæ diximus hoc cap.§.2.prope finem.non subditi ergo ex-
communicatum, & interdictum, & suspensum à non suo iudice vbiq; locorum vitabunt.

S V M M A.

1 Iudex vitare in ijs, quæ per censuram prohibentur, eum debet, quem censura ipse obligauit, vbi notorius, denuntiatusuè est.

2 Iudex in excommunicationem incidit, si eius vtatur communione, quem ipse excommunicauit.

IX.

1 §. † Vitari quoque censura irretitus,notorius,denuntiatusuè in prohibitis ipsi per censuram
à iudice debet,qui censuram tulit; nam & communi iure simpliciter vetatur,ac pro regu-
la traditur,vt censura constrictos in prohibitis vitemus, vt de excommunicato probatur in c.si-
cut Apostoli cum tribus seq.11.q.3. & de interdicto in c.si sententia cum seq.& in cap.is, cui de
sent.excom.lib.6.& quidam tantùm excipiuntur,vt habetur in c.quoniam ead. q.3.& in extra-
uag.ad euitanda,quam supra explicauimus hoc cap.in quibus,qui censuram tulit, non numera-
tur; ergò à regula non discedemus, cùm contrariũ non habeamus arg. l.ab ea parte.ff.de prob.
& eorum,quę tradit.Ias.in l.ex quacunque nu.33.ff.si quis in ius voc.& vt asserunt.DD.in l.1.ff.
de reg.iur. etenim pontificio iuri subiecti omnes sunt,vt habetur in c.1.de constit. vbi DD.not.
& c.fin.eod.Contrarium tamen dicendum videbatur; nam hac ratione sua sententia se obligare
quem posse videtur cõtra l.pen.ff.de arb.& contra id,quod supra pluribus probauimus c.2.§.8.
atqui à proposita sententia discedendum non est;nam non sua sententia,qua censuram tulit,im-
peditur,quò minùs cum cẽsura irretito à se versetur,sed iure communi, quod iubet, vt eos vite-
mus,qui censura irretiti tenentur in ijs,quæ ipsis per censuram prohibita sunt, vt probatur iuri-
bus supra citatis,& cap.nuper de sent.excom.cui iuri omnes subiecti sunt, vt diximus, & not.in
hac re Abb.in c.cùm desideres not.1.de sent.excõ.& Couar.in c.alma pars.1.§.2.nu.2.de sent.
excom. lib.6. vbi ait episcopum non licitè communicare cum excommunicato à se; & à nobis
2 ergo censura irretitum vitabimus. † Quare, qui cum excommunicato à se versatur, in excom-
municationem minorem incidet, vt asseruit Innoc.in c.quod in dubijs de sent.excom. & sequi-
tur eum gloss.in c.statuimus in verb.Constitutionibus eodem,& ibi quoque Anchar. nu.4.vers.

Quærit

Quærit glossa,& Philip.Franc.vers. In ea glossa in fine,& Gemin.num. 10.vers. In ea glossa ibi, & communiter DD. sicut etiam Io.And. in c.cui licet.q.4. nu. 15. vbi & Rayn.idem asserere ait de reg.iur.lib.6.in Mercur.imò & in maiorem excommunicationem eundem excommunicatorem incidere, si in crimine damnato cum excommunicato à se versetur, communiter concluditur in cit.cap.statuimus contra gloss. sicuti nos disputauimus in Tab.2.id quod non aliunde fit, quàm quòd pœna illa non ab excommunicatore per suam sententiam, sed à iure profertur, vt habetur in cit.c.nuper de sent.excom. & facit, quod dixit gloss.in c.facto in verb. Iusta de sent. excom. Vitare igitur,& qui censuram tulit, à se censura constrictum debet, in ijs, quæ per censuram prohibita sunt, vbi denuntiatus, notoriusuè est.

SVMMA.

1 *Loco in quocunque censura irretitus denuntiatus, notoriusuè vitari in ijs debet, quæ per censuram ipsi prohibita sunt.*

2 *Loco in vno excommunicatus denuntiatus, notoriusuè alibi, vbi id ignoratur, vitari à me debet; etiam si solus id sciam.*

3 *Ecclesia interdicta, inibi diuina fieri nequeunt, etiam si omnes eius loci mortui sint, ab alijs, qui illuc commigrarunt.*

X.

1 § † Vbique locorum itidem censura constrictus in ijs vitari debet, quæ ipsi per censuram
2 prohibita sunt, vbi denuntiatus, notoriusq; est. † Nam excommunicatus in vno loco, vbiq; excommunicatus est, vt dixit gloss. in c.pastoralis.§.verùm de appell.in verb. Subtrahuntur, & in c.vn.in verb.Communicet.4.q.5.& vt id asseruit pluribus Couar.in c.alma pars.1.§.3. nu.2. de sent.excom.lib.6.& Marian.Socin.Senior in c.sacris.num.489.de sent.excom. qui ambo de communi sententia testantur,& facit c.1.& ibi not.idem Socin.nu.7.de rapt.& vt nos id egimus abundè in tab.4.de suspens.etenim excõicatio non circunscribitur loco, sed excõicatum sequitur,sicut lepra leprosum. † Verùm quid,si ego,qui excommunicatũ quempiam,& denuntiatum in sua patria scio, alibi, vbi id ignoratur, eum inueniam; an ipsum vitare nihilominus debeo? Videbatur dicendum ipsum à me vitari non debere;tum ꝙ nec eum prodere debeo,cuius sceleris conscius ipse tantùm sum,vt probatur c.2.cum seq.6.q.2.& c.2.de off.ord.tum ꝙ nec excommunicatum vitare cogor, quem excõmunicatum esse ipse solus nosco, vt habetur in c.cùm non ab homine de sent.excom.atq; sic sensit Syl.in verb.excõmunicatio 5.dub.17.& nonnulli alij, quos refert Couar.in c.alma pars eod.§.3.num.2.vers.Hinc verò.Atqui contrariam sententiam amplexari debemus hunc à me vitari debere,etiam si hoc ibi ignoretur;sic enim asseruit Innoc. in c.inquisitioni.nu.2.vers.Si autem aliquis fuit publicè,& Io.And.de sent.excom.& sequuntur eum Abb. & Felin. in cit.c.cùm non ab homine eod. & idem Abb.in c.ad nostram 3.num.6. de iureiur.& Mar.Soc.Sen.in c.inter alia num.117.de sent.excom.& Couar.eod. num.2. sic ratione hoc itidem probatur; nam regulam iuris antiqui habemus excommunicatum vitandum esse in c. sicut Apostoli cum multis seq. 11.q.3. & exceptiones quasdam habemus eodem iure in c. quoniam in cit. q. 3. in quibus hæc non reperitur, & non nullas alias in extrauag. ad euitanda, quã supra retulimus;& neq; ibi exceptus casus hic habetur; ergò,cùm neq; veteri,neque recenti iure contrarium habeamus, à regula non discedemus arg.l.ab ea parte.ff.de probat. & eorum, quæ dixit Ias.in l.ex quacunque nu.33. ff.siquis caut. Non obstant modò contraria, quæ supra citauimus;nam cap.2. cum seq.6.q.2.& c.2.de off.ord.loquuntur de eo, qui non modò denuntiatus non est,sed nec probari quidem pro tali potest ab eo,qui ipsum accusat, vt ibi apertè conspicitur;at quæstio nostra de eo est proposita,qui alibi denuntiatus est. Non obstat etiam c.cùm non ab homine; nam ipsum correctum esse antea probauimus: à proposita igitur conclusione non discedemus; etenim ridiculum esset, vt inquit Inno.in eod. cap. inquisitioni excommunicatum denuntiatum vitari à nobis non debere, nisi vbi paratas probationes habemus, quibus eum sic affectum conuincamus;imò, etiam si mortui omnes sint,quibus præsentibus excommu-
3 nicatus denuntiatus est,vitari tamen hunc debere Inn.ibidem sensit;† quare ob eandem rationẽ & in ecclesia interdicta, ac denuntiata, diuina fieri nec ab ijs possunt, qui aliunde illuc commigrarunt,mortuis omnibus,qui ibi primo domicilium interdicti lati tempore habebant arg.cap. licet vers.Ad ea tamen de priuil. Excipitur tamen,vbi probari non potest hunc denuntiatũ esse; nam in hoc casu quis eum priuatim,& non publicè vitabit arg.cap.cùm non ab homine de sent. excom.atque sic sensit Couar.& Soc.eodem.

SVMMA.

1 *Consuetudine induci non potest, vt censura constrictus notorius, denuntiatusuè in ijs non vitetur, quæ per censuram ipsi prohibita sunt.*
2 *Consuetudine induci nō potest, vt interdictum denuntiatum non seruetur, à quocumque latum sit.*
3 *Consuetudine induci non potest, vt censura constrictus legitimè agat, quæ ipsi per censuram prohibita sunt.*

XI.

1 § † Consuetudo itidem si sit, vt censura irretitus denunciatus, notoriusuè non vitetur in ijs, quæ per censuram prohibita sunt, vitari tamen ipse debet; quandoquidem consuetudine induci non potest, vt ab alijs censura constrictus, denuntiatus, notoriusuè in ijs non vitetur, quæ
2 prohibita ipsi per censuram sunt, † vt probatur in c. cùm inter vos, & ibi gloss. ac DD. not. de consuetud. ibi enim Rom. Pont. clericorum cuiusdam ecclesiæ consuetudinem improbat, qua ipsi freti generali interdicto proposito, pulsatis campanis, & alta voce diuina faciebant; quæ consuetudo aduersatur c. fin. de sent. excō. lib. 6. & c. permittimus eod. in antiq. id quod ob eam rationem à Romano Pontifice fit; vt ibi habetur, quòd disciplinæ ecclesiasticæ neruus rumpitur, si non seruetur; atque ita dixit Syl. in verb. præscriptio, 2. num. 2. vers. Tertiò, & optim. gloss. in c. cùm non liceat ibi. Item nec cōtra neruum de præscrip. ergo idem & in alijs censuris asserendum est, cùm quòd eadem ratio & in ipsis est, ac propterea eadem dispositio esse debet arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. tum quòd ratio hæc generalis est, quo casu, etiam si lex specialis sit, generaliter tamen accipi debet arg. l. regula §. pen. & ibi not. Bart. ac Bald. ff. de iur. & fac. ignor. quamuis igitur de interdicto tantùm agatur in eod. c. cùm inter, in suspensione tamen, atque in excommunicatione locum habebit. † Quæ autem diximus de cen-
3 sura respectu habito ad alios, multò magis eadem de ipsis censura irretitis concludimus; nam, quantocunque tempore censuram non seruent, non idcirco facient quò minus peccet; quandoquidem diuturnitas peccandi non modò peccatum, eiusuè pœnam non minuit, sed contra potius auget arg. c. cùm tanto de consuet. & c. cùm haberet de eo, qui duxit in matr. quam polluit per adulterium; hinc semel excommunicatus semper existimatur esse excommunicatus arg. c. sicut nobis de sent. excom.

SVMMA.

1 *Absolutus quousque sit, excommunicatus, censuraue alia irretitus vitari debet.*
2 *Semel excommunicatus semper excommunicatus esse censetur, ac præsumitur, quousque absolutus probetur, quæ regula etiā declaratur.*

XII.

1 § † Quousque absoluatur demùm censura irretitus, in ijs vitari ipse debet, quæ per censu-
2 ram ei prohibita sunt; † nam semel excommunicatus semper excommunicatus esse censetur, quousque absolutus probetur arg. c. semel malus de reg. iur. lib. 6. & vt not. gloss. per illum canonem in c. proposuit in verb. De absolutione, & ibi eam sequitur Abb. & Mar. Socin. Sen. & communiter DD. de cler. excom. min. & idem Soc. in c. de monialibus nu. 4. de sent. excom. & in c. sacro nu. 490. & Couar. optimè in c. alma pars. 1. §. 2. num. 6. vbi rem hanc pluribus egit de sent. excom. lib. 6. etenim excommunicatio tempore non tollitur, vt eitati autores eisdem in locis concludunt; idque meritò, nam nec tempore infertur arg. l. obligationum ferè. §. placet, & ibi not. ff. de act. & oblig. Excipitur tamen, vbi sub conditione lata excommunicatio est, vel exempli gratia, nisi intra mensem soluat; nam, quòd fieri potest, vt intra præscriptam diem soluerit; ac propterea in excommunicationem non inciderit, ob eam rem pro excommunicato hic non habebitur, vt dixit Innocen. in cap. superhis de accus. & sequitur eum ibi Socin. num. 74. vers. Idem etiam dicit, & in c. proposuit num. 14. vers. Adnerte: hoc tamen locum habet, & verum est respectu habito ad alium, non autem ad eum, quo instante preceptum illud factum fuit; nam, si satisfactum ipse neget; ac propterea ipsum excommunicatum asserat, nisi se satisfecisse ille probet, pro excommunicato habebitur. Item, vbi purè, ac simpliciter excommunicatio lata est, excommunicati communione licitè vtimur, si communi opinione absolutus existimetur. Postremò, vbi tantum temporis elapsum est, & excommunicatus ijs moribus christianis est praeditus, vt absolutus existimatus sit; nam in hoc casu, nisi aliud appareat, licitè huius communione

vtemur

vtemur, vt dixit Abb. ac DD. in cit. c. proposuit, & Couar. in cit. §. 2. num. 6. Sed de his iam satis; ad reliqua transeamus; nam de suspenso, atque interdicto alibi agetur.

SVMMA.

1 *Oneris rationem quæ habent, excommunicatus, suspensus, interdictusuè facere potest; imò & aliquando debet.*
2 *Horarum canonicarum preces recitare excommunicatus, suspensus, interdictusque debet, si ad eas recitandas prius obligatus erat.*
3 *Dominus vobiscum clericus excommunicatus, suspensus, interdictusq; horis canonicis recitandis dicere non potest.*
4 *Horarum canonicarum preces an cum aliis clericus excommunicatus recitare possit.*
6 *Prouideri ecclesiis clericorum, qui censura irretiti sunt, qua ratione interim debeat.*
7 *Ieiunia, ac reliqua ab ecclesia præcepta seruare censura irretitus debet.*
8 *Præceptis ecclesiæ non seruandis censura irretitus quando peccet.*

XIII.

§ Vsu spiritualium censura irretitum carere vidimus, hancq; regulam rationibus non nullis amplificauimus; iam eiusdem exceptiones quasdam omnibus censuris itidem communes contemplemur. † Primùm igitur ea omnia diuina munera, quæ oneris rationem in primis habent, excommunicatus, suspensus, interdictusnè non modò agere poterit, sed, si ad ea obeunda obligatus erat, obire ipsa debebit; tum quòd censura eccl. pœna est, vt infrà probabimus, pœna verò immunitatem non tribuit, vt tradidit iureconsultus in l. relegatorum. §. fin. cum l. seq. & ibi not. gloss. ff. de interdictis, & relegatis; tum quòd ex sua improbitate cõmodum reportare quis non debet arg. l. itaque fullo. ff. de furt. & l. Papinianus. ff. de min. & l. euidenter. ff. de te iud. & c. etsi necesse de don. inter vir. & vxor. Hinc generalia verba dispositionis in odium cuiuspiam inducta nunquam in eius fauorem interpretari nos debere DD. communiter not. in c. intelleximus ob illud c. de iud. vti refert, sequitur, ac pluribus comprobat Felin. eod. c. intelleximus. num. 2. cum duobus seq. † Quare ob eas rationes & excommunicatus, & suspensus, nec non interdictus ad diuinas canonicarum horarum preces recitandas obligati ob censuram, qua constricti sunt, nõ intermittere, sed recitare ipsas debebunt; sic etenim de excommunicato, atq; de suspenso asseruit gloss. in c. pen. in fin. & Archid. nu. 4. cum seq. dist. 28. & Felin. in c. Apostolicæ. nn. 15. de excep. & Abb. de excommunicato in c. 2. num. 8. de cler. excom. min. & Goff. eod. in summ. nu. 1. in fin. & in seq. & Host. in sum. num. 18. in fin. vers. Consueuit & illud quæri de sent. excom. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. num. 134. cum seq. de sent. excom. & in c. 2. num. 18. de cler. excom. min. & in c. illud. nu. 16. cum seq. eod. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 3. num. 8. vers. Sic & excommunicatus de sent. excom. lib. 6. & lib. 3. variar. resolut. c. 13. num. 8. vers. Duodecimò, & Martinus Alphonsus de Viualdo in candelabro de excom. num. 93. & Anchar. in clem. 1. de regul. & transf. ad relig. num. 5. vers. Hinc est, & Zab. eod. nu. 7. opp. 7. & Felin. in cit. c. intelleximus. nu. 4. ac de suspenso Gemin. in c. 1. §. sciturus. nu. 5. de re iud. lib. 6. & Io. Mon. in c. 1. num. 16. de sent. excom. eod. lib. & Dec. in cit. cap. Apostolicæ in fin. de excep. ac nouissimè de excommunicato communiter opinionem hanc receptam esse testatur Nauar. c. 7. nu. 16. de orat. & horis canon. & in c. 21. num. 17. eod. & de omnibus, de excommunicato scilicet, suspenso, atque interdicto testatur. Paul. Fusc. c. 20. nu. 18. lib. 1. de visit. & reg. eccl. id quod fit cùm ob rõnes supra propositas; tum quòd ad diuinas horarum preces recitandas obligatur quis aut ob beneficium eccl. aut ob ordinem sacrum, aut ob religionem, vt communiter receptum id esse asserit Nauar. c. 7. nu. 1. cum multis seq. de orat. & horis canon. at per excõmunicationem, suspensionem, interdictumuè quis neque beneficio, neque ordine sacro, neque professione priuatur arg. c. pastoralis. §. fin. de appell. & c. cùm illorum de sent. excomm. in antiq. & c. cupientes. §. cæterum de elect. lib. 6. ergo ad preces huiusmodi recitandas censura constrictus obligatus remanet, atque ideirco eas recitare debet. Contra quã tã cõem sententiam facere non nulla videntur. Primò, quia censura cõstrictus ordinis honore, ac beneficii commodo caret arg. cit. c. pastoralis. §. fin. de appell. & cit. c. cupientes. §. cæterum; ergò & onere leuari debet; qui enim cõmodum nõ sentit, nec incõmodum sentire debet arg. l. secundũ naturã. ff. de reg. iur. & c. qui sentit eod. lib. 6. Præterea qua ratione censura constrictus ad diuinas preces recitandas tenetur, eadem & ad sacramenta administranda, si parochus sit; & si non parochus, ad ea suscipienda; nam ad ea obligatus est arg. c. omnis de pœnit. Tertiò si obligatus est censura constrictus ad diuinas preces recitandas; ergò & dicere poterit Dominus vobiscum; frequentiùs enim hoc dici canonicis precibus reci-

tandis

tandis,nemo ignorat;at hoc ad honorem ordinis pertinet, vt dixit Archid.in cit.c.pen.dist.28.
& Gemin.in c.1.§.sciturus.num.5.de re iud.lib.6.ergò, si commodo ordinis caret,& onere hoc
carere debet, ac propterea neque diuinas preces recitare. Atqui à communi opinione ob ra-
tiones supra redditas discedendum non est. Nec proposita proximè repugnant. Non primum;
nam, etsi,qui commodum non sentit,nec incommodum sentire debet, ex causa tamen secus fit,
vt not.gloss.in cit.c.qui sentit in fin.causam verò hic esse nemo dubitat, contumaciam scilicet,&
delictum,atque idcirco sua culpa;alioquin censura pœnæ rationem non haberet,& facit c.dam-
num de reg. iur. lib.6.. Non alterum; nam sacramentorum administratio ad honorem ordinis
pertinet, eorundem susceptio ad ipsius suscipientis commodum potissimum spectat,quo hono-
re,atque commodo censura constrictus caret,vt probatur c.pen.de sent.excom. in antiq. & cit.
c.1.§.sciturus de re iud.lib.6.& c.1.§.fin.de sent.excom.lib.6. & tot.tit.de cler. excomm. min.
3 † Non postremum etiam obstat; nam diuinas preces recitabit,vt laici beatissimæ Virginis Ma-
riæ officium tacitò Dominus vobiscum; quandoquidem re vera illud dicere non debet, vt in-
quiunt communiter DD.& Archid.eod.c.pen.dist.28.& Abb.in c.2.nu.8. de cler. excom.min.
& Armil. in verb. Horæ canonicæ.num.12. & Martinus Alphonsus de Viualdo in candelabro
num.93. Pro regula igitur habebimus & excommunicatum, & suspensum, & interdictum
ad horarum canonicarum preces recitandas obligatos esse, si aliàs obligati sint. Quæ regula
locum non habet primò quò ad illud Dominus vobiscum ob ea, quæ diximus, & vt dixit Mar.
Soc.in c.2.nu.18.cum seq.de cler.excom.nam non priuatæ personæ versiculus ille est, vt ait ibi.
4 † Secundò,si excommunicatus est,solus eas recitabit,non autem cùm alijs; nam hominū com-
munione hic priuatus est arg.c.sicut Apostoli, & c.seq.11.q.3. qua cummunione vti necesse ha-
bet,si cum alijs eas preces recitet;solus igitur ipsas recitabit, atque ita tradidit Gemin.in cit.c.
5 1.§.sciturus.nu.5. † Suspensus autem,quoniam hominum communione non caret,& cum alijs
eas recitare poterit,vt idem Gemin.ibidem inquit, si ad id tenebatur; quod ego verum simpli-
citer non existimo; nam,si exempli gratia canonicus sit,cum alijs in choro, vt canonicus, & ex
officio superpeliceo de more indutus recitare mea sententia non poterit; nam sic ex officio eas
recitaret,quod illi prohibitum est arg.cit.c.1.§.sciturus, & c.1.de sent.excom. lib.6.& vt sensit
gloss.in c.illud in verb. Officia de cler.excom. min.priuatim igitur cùm alijs, non ex officio ip-
sas recitabit.Ex his omnibus patet,quando censura constrictus peccet, vbi omisit ea, quæ illum
facere oportet; nam non peccabit, vbi sine censuræ offensa obire illa poterit, aliàs secus; nisi
6 contrarium iure cautum sit arg. c.intelleximus de iud. † Verùm quis interim excommunica-
ti,suspensi, interdictiuè munera obibit, si ad ipsos aut ius dicere, aut animarum curam habere
pertineat? planè, vt rem breuiter perstringamus, superiorem adibimus. Quare, si episcopus
exempli gratia excommunicatus sit;quoniam iurisdictionis vsum non habet, Romanum Pont,
eiusuè Legatum,si in prouincia sit,qui ius sibi dicere vult,adibit,vt asseruit Host,quem refert,ac
sequitur Philip.Franc.in c.1.vers.In eadem gloss.ibi quamquam,& Io.Mon.eod.in fin.& Anch.
num.2.& Gemin.num.5.vers. Sed quid fiet tunc, & gloss.in verb. Ipsius in fin.de off.vic.lib.6.
nam tunc ipse tam quò ad ea, quæ iurisdictionis sunt, quàm quò ad ea, quę ordinis,prospiciet
arg.c.is,cui de elect.lib.6.& c.3.cum seq.de suppl.negl.prælat. eod.lib. licet Io.Mon.eodem, si
episcopus in mora petendæ absolutionis non sit, nec res grandem dilationem habeat, melius
esse expectare,vt absoluatur,dicat.Excipitur tamen casus, qui habetur in c.vn.ne sed.vac. & ibi
DD.lib.6.& in c.graue nimis de præb.in antiq.Item is,qui habetur in c.eos de temp. ord.lib.6.
Si verò inferiores clerici sint,sed non exempti;episcopus,in cuius diœcesi sunt, ecclesijs eorum
de vicario prospiciet arg.cit.c.graue nimis,& c.cùm ex eo.§.porrò,& ibi not.Franc.vers.Quar-
tò not.& Anchar.num.3.vers. Sextò noto, & Gemin.de elect.lib.6.& c.peruenit.2.de appell.in
antiq.atque his ex fructibus beneficiorum, atque ecclesiarum prospicietur, quibus inseruiunt,
vt in citatis proximè iuribus probatur.Hæc autem,quæ de canonicis his precibus diximus, & in
7 alijs,quæ oneris rationem in primis habent,locum sibi vindicant. † Quare & ad ieiunia aliàs
8 debita,sicut ad reliqua ecclesiæ præcepta obseruanda obligatus remanet; † modò id,quod prę-
cipitur, per censuram non prohibeatur; non enim excommunicatus, quod aliàs debet, festis
diebus missæ sacro interesse poterit, ac propterea (modò per ipsum non stet, quò minùs absol-
uatur) præcepta huiusmodi non seruando interim non peccabit.

SVMMA.

1 *Preces diuinæ ab excommunicato, suspen-so, interdictoue recitari laicorum more pos-sunt,*

sunt, vt Officium Christi domini.
Officium Beatissimæ Virginis.
Coronæ eorundem; ac propterea Pater noster, & Aue Maria.
Septem Psalmi.
Graduales.
2 *Ecclesia in ipsa recitare diuinæ preces ab excommunicato, censuraué alia irretito possunt; quæ regula etiam declaratur.*
3 *Benedicere mensam excommunicatus, censuraq; alia irretitus potest.*
4 *Crucis signo se signare, sanctamq; crucem venerari excommunicatus, censuraq; irretitus potest.*
5 *Christi Domini sanctissimum Corpus adorare excommunicatus, censuraq; alia irretitus potest, ac debet.*
6 *Aqua benedicta an excommunicatus, interdictusué simpliciter se aspergere possit.*

XIIII.

1 §. † Diuinæ preces, vt Christi Domini, Beatæq; Mariæ Virginis officium, necnon eorundem
Corona, Septem Psalmi, Graduales, Mortuorũ officium, Oratio dominica, & Angelica salu
tatio, & id generis sine offensa recitari à censura constrictis laicorum more possunt; nam diuinæ
preces, sicut etiam eleemosina, ac ieiunium sunt opera, quæ pœnæ rationem habent, & pœnalia
à diuinorum scriptoribus dicuntur, vt inquiunt Scot. dist. 15. q. 1. artic. 3, lib. 4. & S. Thom. dist.
ead. q. 4. art. 3. & Thom. ab Arg. dist. ead. q. 1. c. 3. & Sot. dist. 19. q. 2. art. 3. & S. Bonauen. dist.
ead. art. 1. q. 4. & communiter DD. eod. lib. asserunt, & nos pluribus id egimus in comment. de
sacr. in Tab. de pœnit. c. 5. num. 1. vers. 3. at opera huiusmodi obire censura constricti non modò
possunt, sed, si aliàs ad ea obligati erant, debent, vt suprà proximè probauimus; iure igitur pre-
missa munera obire valebunt. Secundo loco ecclesia per censuras hoc studet, vt à contumacia,
atque à peccato quis discedat, vt id etiam probauimus supra capite 12. id autem faciliùs ipsa
consequetur, si in huiusmodi operibus censura constrictus se exercebit; nam & ob hanc rationẽ,
vt concionibus intersit, vt excõmunicatum quis alloquatur, & vt interdictus festis quibusdam
diebus missæ sacro, alijsq; diuinis officijs præsens adsit, ab ecclesia permissum est, vt habetur in
c. responsó, & in c. cùm volũtate de sent. excom. in antiq. & in c. fin. eod. lib. 6. Accedit denique;
quoniam per excommunicationem hominum, ac sacramentorum communione quis priuatur,
vt habetur in c. pen. de sent. excom. per interdictum autem diuinis ecclesiæ caret (vnde nec sa-
cramenta suscipere, nec diuinis, dum à ministris ecclesiæ fiunt, interesse potest arg. c. si sententia
de sent. excom. lib. 6.) suspensione demum impeditur, quò minùs ecclesiæ functiones, vt mini-
ster obeat arg. c. 1. de re iud. lib. 6. & c. 1. de sent. excom. eod. lib. hæc verò, quæ supra retulimus,
partim huius generis non sunt; partim & à non ministris ecclesiæ fieri possunt; iure igitur censu-
ra constrictus eorum functione non priuabitur. Excipitur tamen primò, vbi clericus est; nam
preces propositas, vt ecclesiæ minister obire non poterit, sed vt declarauimus supra hoc cap. §.
vsu spiritualium. Secundò, vbi excommunicatus est; nam cum alijs eas non recitabit, cùm alio-
rum communione careat: quod tamen locum fortasse non habet, vbi excommunicatus cum suo
domestico, quem domi ob eam rem habet, diuinas preces, vt laicus recitat; nam tunc cum eo
poterit, quandoquidem famuli cum eo esse queunt, vt habetur in c. quoniam multi. 11. q. 3. & in
c. inter alias de sent. excom. & episcopus igitur cum suo capellano preces recitabit, quod est no-
tandum. His autem exceptis casibus prædicta omnia censura constrictus legitimè obibit.
2 † Atqui an & in ecclesia censura constricti fundere preces possunt? planè de suspenso non est,
quòd dubitemus; nam & sacramenta suscipere potest, vt suo loco videbimus; ergò multo magis
& preces priuatim recitare; de excommunicato itidem vt posit, id dixit gloss. in cap. qui stu-
det. 1. q. 2. quam in seq. tab. secuti sumus; vbi, an excommunicatus in ecclesia esse posit, dispu-
tauimus; idem cõmuniter receptum esse testatur Nauar. in Man. cap. 27. num. 19. de interdicto
idem sensit Syl. in verb. interdictum. 5. num. 7. vers. Quartum, & num. 8. vers. Sextò, ibi possunt
autem laici, & Nauar. eod. cap. num. 176. ibi neque oratio priuata. Excipio tamen eum, cui in
ecclesiam aditus interdicto occlusus est; nam, quòd in ecclesiam ingredi non potest, vt probaui-
3 mus in tab. 5. ob eam rem nec in ea preces fundere valebit. † Postremò ob rationes allatas men
sam censura constricti benedicere laicorum more poterunt, vti sensit Palud. dist. 18. q. 8. art. 4.
4 incip. Circa quartum vers. Quantum ad decimum, ibi benedicendo mensam. † Signo se Crucis
5 etiam munire, sanctisimam Crucem venerari, † multoq; magis Christi corpus, si ei obuium
fieri contingat, excommunicatus, atque interdictus valebunt, imò debebunt arg. cap. intellexi-
6 mus de iud. † Atqui an ijdem, excommunicatus scilicet, atque interdictus aqua benedicta se
aspergent? planè id ab ipsis non posse sentio; nam sacramentale quoddam aqua benedicta est,
ab ec-

ab ecclesia ordinatum, cùm ad disponendum ad gratiam, tum ad id, quod feruorem gratiæ impedit, tollendum, vti tradidit Syl. in verb. Aqua. nu. 8. vers. Quintò; at spiritualium ecclesiæ vsum censura constrictos non habere supra probauimus. Accedit, quòd nec loci interdicti homines aqua benedicta à sacerdote aspergi posse dixit idem Syl. in verb. Interdictũ. 5. nu. 6. vers. Quintum. His igitur de causis in hac re sic concludendum censerem; quamuis de suspenso contrarium sentiendum sit.

SVMMA.

1 *Potestatē, ac ius spiritualia accipiendi, administrandíque excommunicatus, censuraue alia irretitus retinet; quamuis eius vsum non habeat.*
2 *Ordinem suscipit excommunicatus, si ei conferatur.*
3 *Beneficium ecclesiasticum excommunicatus retinet, si quod habet.*
4 *Patrimonium suum excommunicatus retinet, & rerum suarum Dominium. Possessionem.*
5 *Vsucapionem cœptam perficit excommunicatus.*
6 *Ciuitatem retinet excommunicatus, & Libertatem. Vsumfructum.*
7 *Priuilegia omnia retinet excommunicatus, censuraq; alia irretitus.*
8 *Percutiens clericum excōmunicatum in excommunicationem incidit; quæ regula diputatur, & declaratur.*
9 *Priuilegium habens quis, ne in plus, quàm potest, conueniatur, illud retinet etiam excommunicatus; vt conuentus Pater, Dominusuè de peculio. Maritus de dote. Pater à filio. Patronus à liberto. Socius à socio. Donator à donatario.*
10 *Priuilegij vsum non retinet excommunicatus, quod habet in alios agendo in iudicijs.*
11 *Clericus fori priuilegium retinet, vt scilicet coram iudice ecclesiastico conueniatur, etiam si excommunicatus sit.*
12 *Fugiens ad ecclesiam excommunicatus extrahi inde non debet.*
13 *Fugiens ad ecclesiam is, cui in ecclesiam aditus interdictus est, inde extrahi non debet.*
14 *Ecclesia interdicta priuilegium hoc retinet, vt, qui ad eam confugit, saluus sit.*
15 *Ciuitas interdicta priuilegia studij retinet.*

XV.

1 § † Tertiò excommunicatus, censuraq; alia irretitus ea quoque iura spiritualium retinet, quorum vsum non habet; sicut etiam non spiritualium, & quò ad vsum. Quare, etsi excommunicatus, censuraue alia constrictus spiritualium vsu caret; potestatem tamen, ac ius ea recipiendi absolutus non amittit; nam, cùm eorum vsu tantùm priuetur, meritò reliqua ipsi remanere debent; limitata enim causa limitatum producit effectũ arg. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. & quò causa non peruenit, eò nec ipsius effectus pertinere potest arg. c. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. & arg. l. fin. §. pen. ff. de iur. & fact. ignor. & exceptio vnius alterius exclusio est arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. non ne de præsumpt. Præterea ab ecclesia spiritualia recipiendi, eademq; pertractandi baptismi, atque ordinis susceptione potestatem, ac potentiam accipimus, vt nos id probauimus in comment. nostr. de sacr. in Tab. de Bapt. c. 9. num. 5. & cap. 12. & de ordine cap. 9. at absoluti à censuris ea sacramenta iterũ non recipimus; non enim iterantur, sicut tradidimus eod. de sacr. in Tab. 1. cap. 17. nu. 2. & tamen spiritualium ecclesiæ participes efficimur, vt asseruimus infra hoc cap. in §. Postremò; ergo censuris etsi
2 ea potestas impeditur, non tamē ea tollitur; † hinc excommunicatus ordinem ipsi collatum suscipit arg. cap. cùm illorum de sent. excom. id quòd non fieret, si potestas spiritualia suscipiendi
3 censura tolleretur arg. tot. tit. de presbyt. non bapt. min. † hinc clerici excommunicati, à beneficioq; suspensi, etsi fructibus suorum beneficiorum carent, vt infra videbimus, beneficia ecclesiastica nihilominus retinent arg. c. cupientes. §. cæterum vers. Ad quæ, si intra illud tempus de elect. lib. 6. & c. fraternitati de cler. excom. min. & cap. postulastis. §. fin. eod. & cap. pastoralis. §. fin. de appell. facit quoque cap. 1. de homicid. lib. 6. & clem. 2. de pœn. vbi ob grauia quædam delicta speciatim excommunicati beneficijs ecclesiasticis priuantur; ergò exceptis illis casibus contrarium pro regula habebimus arg. l. nam, quod liquidè. ff. de pœn. leg. ac planè, cùm vsus spiritualium ecclesiæ per censuram adimatur, iure possessio, dominiumq; eorundem apud excommu-

communicatos, censuraq; constrictos remanebit arg. tot. tit. in instit. de vs. & habit. Excipitur tamen primò casus, qui habetur in cit. c. 1. de homicid. Item in ead. clem. 1. de pœn. Tertiò, vbi ob hæresim excommunicatus quis esset; nam tunc non modò beneficijs ecclesiasticis, sed rerum suarum dominio sic affectus ipso iure priuatur, atque vsufructu, vt inquit Borgnin. in tract. de vsufruct. relict. mulier. nu. 129. & vt habetur in c. cùm secundum leges de hæret. lib. 6. nisi ergo speciatim id cautum sit, ecclesiasticis beneficijs ob censuram ecclesiasticam quis non priuatur,
4 † Postremò, & multò minùs patrimonij sui rebus carebit; nam dominium, possessionemque eo-
5 rundem retinet; † vsucapionem cœptam perficit; † libertatem, ciuitatem, vsumfructumque, si
6 quem habet, non amittit, vt de dominio inquit Anchar. in cap. decernimus nu. 6. de sent. excom. lib. 6. & de omnibus Borgnin Caual. in eod. tract. nu. 129. & eorum vsum liberum, habet, quippe quòd res ecclesiæ non sunt, censuræ verò spiritualium vsum adimunt; ad arbitrium suum igitur de ipsis censura constrictus disponet arg. l. in re mandata. C. mandati, & §. disponat in auth. de nupt. & §. 1. in auth. de hæred. & Falcid. cum simil. idq; legitimè, quamuis excommunicatus,
7 vbi hominum communione vti debet, offendat, etsi dispositio tenet. † Atqui an & priuilegia, si quæ censura constricti habent, ab ipsis etiam quò ad vsum retinentur? exempli gratia clerici priuilegia hæc habent, vt si quis eos percutiat, in excommunicationem incidat, vt dicitur in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. item vt solùm coram ecclesiastico iudice conueniantur, vt habetur in c. si diligenti de for. compet. & in cap. vn. de cler. coniung. lib. 6. Item ne pro rebus suis portoria, vectigaliaq; præstent, vt habetur in cap. 1. & in c. clericis de immunit. eccl. lib. 6. laici quoque priuilegia non nulla, vt quidam ne vltra id, quod soluere possunt, conueniantur, quos recensuit Imperator in §. sunt præterea, cum seq. in instit. de act. An igitur censuris constricti horum priuilegiorum vsum habebunt? quò res dilucidior sit, primùm de clerico excommunicato, deinceps de reliquis agamus. † An ergò, qui excommunicatum clericum percutit, in excommunicationem hic incidet? Videbatur dicendum in excommunicationem ipsum non incidere. Primò ob c. excommunicatorum. 23. q. 5. vbi homicidæ non censentur, qui zelo catholicæ ecclesiæ excommunicatos interficiunt; ergo neque in excommunicationem incidunt: ad hoc argumentum respondet Io. And. ob eam rem in excommunicationem ibi quem non incidere; quoniam de clericis incorrigibilibus ibi agitur, in quos ecclesia arma mouerat. Ego autem ob eam rationem id factum censeo; quòd ibi de clericis non agitur; nulla enim ipsorum mentio fit: præterea responderi etiam potest, in eo casu quem in excommunicationem non incidere, quoniam non dolo malo, atque idcirco suadente diabolo, sed catholicæ ecclesiæ zelo id fecerat; qua ratione sicut ab homicidio excusatur, ita etiam & ab excommunicatione, cùm ob clerici percussionem excommunicatione percutiens obuoluatur, vbi dolo malo percussio fit, vt dicitur in cit. c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. Vnde secundò pro hac sententia citatur c. si quis deinceps. 17. q. 4. vbi si quis clericum iudicatum offendit, ne excommunicetur offendens, prohiberi videtur; ergo nec in excommunicationem incidit offendens, si clericus ille excõmunicatus sit Gloss. ibi ad hoc respondebat illud cap. locum habere, vbi clericus, qui corrigi non potest, offenditur arg. c. cùm non ab homine, & ibi Abb. de iud. quę responsio mihi vera videtur; nã ob multas causas quis clericum offendens in excommunicationem non incidit, vt habetur in c. si verò, & in c. ex tenore, & in c. cùm voluntate, & in c. in audientia, & in c. veniens de sent. excom. ergò aliquã ex ipsis causis inibi fuisse interpretari debemus, ne correctio iuris fiat ipsius cap. si quis suadente diabolo arg. c. cùm expediat de elect. lib. 6. & l. vn. C. de inoff. dot. Tertiò hac ratione sententia hæc probatur, clericus hæreticus priuilegium eius c. si quis suadente diabolo amittit, vt tradidit Inno. in c. si verè de sent. excom. & sequitur eum ibi Abb. & Felin. qui & Ant. idem tenere ait, & Zab. in clem. 2. §. cæterum de elect. ergò & clericus excommunicatus priuilegiũ hoc amittere debet; nam excommunicatus hæreticus dicitur, vt habetur in c. fin. §. hæreticos. 4. q. 1. ad hoc respondet Io. And. hæreticum propriè priuilegium hoc amittere, non autem hæreticum impropriè, cuiusmodi simpliciter excommunicatus est, vt tradidit Card. in cit. clem. 2. §. cæterũ de elect. & Gundisl. de Vill. dieg. in tract. de hæret. q. 1. nu. 3. & Syl. in verb. hæresis. num. 1. & vt nos disputauimus in Tab. seq. non igitur ratione hac proposita sententia nititur. Quartò sic dicebatur, excommunicatus excommunicare non potest arg. cap. 1. & c. audiuimus. 24. q. 1. ergo nec, qui eum offendit, in excommunicationem incidet: hæc etiam ratio eandem sententiam non tuetur; nam primò, vt inquit Io. And. non excommunicatus ipse in hoc casu excommunicat, sed canon ille cap. si quis suadente diabolo, qui sine dubitatione excommunicare potest; præterea non simpliciter verum est excommunicatum excommunicare non posse, vt disputauimus supra

N cap. 3.

cap.3. Postremò ratio hæc redditur, si clericus ter admonitus vestitum clericalem, ac tonsuram non defert, priuilegio eo priuatur, vt habetur in cap. in audientia, & in cap. contingit. 2. de sent. excom. sicut etiam si ioculatoris officium non dimittat, vt dicitur in c. vn. de vit. & honest. cler. lib. 6. ergò multo magis excommunicatus eo priuilegio carere debet, cùm excommunicatio omnibus pœnis ecclesiæ grauior sit arg. cap. corripiantur. 24. q. 3. ad hoc respondet Ioan. And. excommunicationem propterea maximam pœnam esse; quoniam & hominum, & sacramentorum communione priuat ob c. penult. de sent. excom. atque idcirco respectiuè, vt ipse ait, maiorem esse: hæc responsio mihi non satisfacit; nam respectiuè si maior est, eadem ratione erit maior: Ego igitur dico rationem hanc nihil facere; nam in eo, qui ter admonitus non paruit, delictum est, in excommunicato autem est pœna; at delictum puniri debet arg. c. 2. de his, quæ fiunt à maior. part. cap. & l. sancimus. C. de pœn. non autem excommunicatio, quæ pœna est, cum quoduis leue delictum quauis pœna, atque excommunicatione grauius sit, ac propterea pœnam non mereatur arg. l. diuus. ff. de off. præsid. Quare, cùm nullis rationibus sententia hæc nitatur, contrariam, vt scilicet in excommunicationem incidat, qui clericum excommunicatum percusserit, amplexatus est Inn. in c. si verè nu. 3. de sent. excom. & Felin. ibidem nu. 2. & gloss. in c. contingit, & ibi quoque Abb. nu. 12. eod. & gloss. in cap. 2. in verb. Retinere ne cler. vel mon. lib. 6. & in c. si quis deinceps. 17. q. 4. & in c. quis enim vestrum. 23. q. 5. & Card. in clem. 2. §. cæterum de elect. & Specul. in tit. de sent. excom. vers. Sed quæritur vtrum verberans, & Io. And. in c. delictum de reg. iur. lib. 6. in mercur. vbi hanc quæstionem disputauit, & quam plures alij, quos refert Marian. Soc. Sen. in c. peruenit. num. 144. cum seq. vers. Vndecimò fallit de sent. excom. eandem opinionem cõmuniter receptam esse testatur Abb. in eod. c. si verè in fin. & Syl. in verb. Excommunicatio. 6. nu. 4. & Ang. eod. 5. nu. 24. & Tab. eod. 5. nu. 30. & Archiep. Flor. in tract. de censur. c. 1. vers. Percutiens clericum. Probatur autem sententia hæc primò hac ratione, clericus excõicatus ordinem retinet, cuius ordinis gratia priuilegium hoc habet; ergo & priuilegiũ retinere debet; nam, sicuti cessante causa priuilegij, priuilegium cessat arg. c. Abbas in fin. de verb. sign. & c. suggestum de dec. & vt not. gloss. fin. in cap. magnæ de vot. ita è contrario eadem causa permanente & priuilegium permanere debet, vt quod operatur propositum in proposito, operetur oppositum in opposito arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. hac ratione meo quidem iudicio horum sententia non nititur; nam, si vera esset, & clerici, qui de gradu suo re ipsa deiecti sunt, ac degradati vulgò dicuntur, priuilegium hoc retinerent, cùm ordo ipsis non adimatur, vt doctores communiter concludunt, & tamen priuilegium hoc perdunt, vt habetur in cap. degradatio in fin. de pœn. lib. 6. & vt not. ibi gloss. fin. & Abb. in c. ad abolendam. num. 10. de hæret. in antiq. & Syl. in verb. Degradatio. nu. 8. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 79. vers. Nisi sit degradatus realiter; non igitur ratio hæc illorum sententiam probat: ac planè, si vbi causa alicuius iuris in excommunicato remanet, & eius executionem haberet, contra debitores ageret, cùm obligatio per excommunicationem non tollatur, vt supra sensimus; quod tamen ipsi excõmunicato prohibetur arg. c. decernimus de sent. excom. lib. 6. item & ecclesiastici beneficij fructus perciperet, quod etiam est contra c. pastoralis. §. fin. de appell. Vnde secundò pro hac sententia iura hæc citantur cap. 1. & cap. 2. & cap. de monialibus de sent. excom. vbi, si duo clerici mutuò se percusserint, vterque in excommunicationẽ incidit, vt probatur in citatis iuribus; nã ibi, vterque vt absoluatur, mandatur; ergo & percutiens excommunicatum in excommunicationem incidit; nam in eo casu, qui secundò clericum percussit, pro certo excommunicatum clericum percussit, vt hoc per se patet: ad hæc iura responderi fortasse posset ibi propterea vtrunq; absolui; quoniam, quisnam prior percussisset, ignorabatur, quo casu, vt tutiorem viam sequamur, absolutio vtrique condonatur, quod fieri, dum dubij sumus, debet arg. c. iuuenis de spons. Postremò dicebat Io. And. si excommunicatio ordine clericali exueret, non medicinalis, ac disciplinans, sed eradicans esset contra c. 1. de sent. excom. lib. 6. item, quoniam vel iniqua obligat arg. c. 1. 11. q. 3. iniuria hoc priuilegio priuaret, quod absurdum est: hæ rationes quoque minùs mihi satisfaciunt; nam non idcircò ordo tollitur, ac priuilegium, sed ipsorum executio impeditur, quousque excommunicatio adest arg. tot. tit. de cler. excom. min. non etiam illud absurdum sequitur, quod dicit; nam & hominũ, & sacramentorũ cõmunione ob iniquam excõicationem quis caret, vt probauimus supra, & tñ nullum absurdũ sequitur; ex quo, qñ vult, absoluitur: hæ sunt rationes, quæ pro hac sententia potissimum afferuntur. Quid igitur in hac re concludendum? Ego à communi opinione discedendum non censeo, vt scilicet in excommunicationem incidat, qui clericum excommunicatum percutit; quam his rationibus probo. Primò, quia priuilegium hoc, sicut illud aliud fori clericis condona-

condonatum est, quò ipsos tueatur, præsidioq; eisdem sit, atque idcirco eo perterriti homines clericos minùs offendant arg.c.contingit.2. in fin. de sent.excomm.& ibi not.Marian.Soc.Sen. num.7. vbi ait propter duo priuilegium illud condonatum esse & ad coercendam violentiam laicorum, & pro clericorum tutela (neq; enim ratio alia accomodatior hac reddi potest) ergo clericus excommunicatus illud non amittit;nam excommunicatus se tueri potest,vt habetur in c.intelleximus de iud.& in cap.cùm inter, & in c.fin.de excep.& vt nos infra Tab.2.pluribus id probauimus;ac propterea quibuscunque legitimis rationibus,atque idcirco etiam hac vti posse debet arg.c.dilecto de sent.excom.lib.6. cui enim quidpiam conceditur, & id, sine quo concessum haberi non potest, concessum esse existimatur arg. l.2.& ibi DD. ff. de iurisdict. omn. iud. cùm igitur priuilegium hoc, quasi præsidium quoddam, ac propugnaculum clericorum sit, excommunicatiq; se tueri legitimis armis queant;ergo & eo priuilegio fruentur; & hæc ratio solidissima esse mihi videtur,ac germana, nec à quoquam,quem legerim,considerata. Confirmatur sententia hæc,quoniam priuilegium propter culpam amittitur arg.cap.in audientia de sent. excom.at excommunicatio non culpa,delictumuè,sed pœna est arg.c.sacro eod.de sent.excom. ergo hac quoque ratione clericus excommunicatus eo priuilegio non caret; alioquin hoc esset afflictionem afflicto addere contra l.diuus. ff.de off.præsid. Tertiò facit, quoniam, si ecclesia excommunicatum clericum ob excommunicationem hoc priuilegio priuasset; id expressisset, sicut casus alios expressit,vbi id voluit,vt in c.si verò,& e.ex tenore, & c.veniens,& c.in audientia,& c.cùm voluntate.§.fin.de sent.excom.& c.2.de pœn.lib.6. cum simil.quibus iuribus à regula casus plures excepit, quibus clericum percutiens in excõicationem non incidit, & tamen casum hunc non expressit,neque excepit; ergo neque nos excipere debemus, sed regulæ inhærere cit.c.si quis suadente diabolo.17.q.4.arg.l.de pretio.ff.de publ.& l.nam,quod liquidè.ff.de pœn.leg.& eorum, quæ tradunt DD.in rub.ff.de reg.iur. cùm igitur casum hunc lex non excepit,ipsiq; clerici priuilegiũ hoc remittere nequeant,vt probatur in c.contingit de sent.excom. iure priuilegium hoc excommunicatus clericus habebit. Quartò priuilegij huius vsu neque sacramentorum, neq; hominum communione quis vtitur, qua ratione excommunicatio violatur arg.c.pen.de sent.excom.non diuinorum ẽt particeps est,non officiũ aliquod eccl.obit;quorum primum interdicto,postremum suspensione prohibetur arg.c.si sententia de sent.excom. lib.6. & tot.tit.de cler.excom.min.ergo priuilegium hoc retinet.Accedunt deniq; cit. c.1.& 2.& c.de monialibus,quæ hanc opinionem tuentur,quicquid ad ea supra responsum sit.Firma igitur com munis opinio hæc erit; pro regulaq; ipsam habebimus eum, qui clericum excommunicatum percutit,in excommunicationem incidere: quæ regula his rationibus amplificatur, ac declaratur. Primò,vt locum habeat non solùm, vbi clericus excommunicatus est;verum etiam vbi suspensus,interdictouè est subiectus,vt tradidit Abb.in c.pen.num.1.de immun.eccl. vbi de quacunque censura constrictio idem ait; idque multo magis, cùm longè grauior excommunicatio alijs censuris sit:qui ergo clericum suspensum,interdictumuè percutiet,hic etiam in excommunicationem incidet.Secundò declaratur regulam hanc locum habere in clerico excommunicato,etiam verbis deposito:nam,qui eum percutit, in excommunicationem incidit; quandoquidem huiusmodi clericus tam fori priuilegium retinet, quàm canonis ipsius cap.si quis suadente diabolo,vt sensit gloss.in c.ad abolendam in verb. Prærogatiua,& ibi tradidit Abb.nu.10.vers. In gloss.de hæret.& idem Abb.in c.ex parte de cler.coniug.num.3.& Marian.Socin.Sen.in cap. peruenit nu.138.de sent.excom.& Syl.in verb. Degradatio.7.vers. Sextò quæritur,& Tab.eod. num.2.& Anchar.in cap.degradatio.num.5.& Philip.Franc.prop.fin.de pœn.lib.6.& Nauar.in Man.cap.27.num.79.vbi communem opinionem hanc esse significat; etenim depositio huiusmodi priuatio officiorum,& beneficiorum ecclesiasticorũ est retento priuilegio tam fori,quàm cit.c.si quis suadente,vt dixit Syl.eod.in prin.& sensit Nauar.in Man.cap.27.num.151.vers.Dixi vel perpetuum, & arg.cap.1.& 3.cum sequen.de cler.excom. min. cùm igitur priuilegia hæc depositione huiusmodi clericus non amittat, & excommunicatione, censuraue alia ecclesiastica eisdem non priuetur,vt vidimus,iure ipsum percutiens in excommunicationem incidit. Tertiò declaratur eadem regula,vt locum sibi vindicet in clericis etiam coniugatis, excommunicatione itidem constrictis:nam eos percutiens in excommunicationem incidet; quandoquidem huiusmodi clerici cùm hoc,tum fori priuilegium habent, vt habetur in c.vn.de cler.coniug.lib.6. modò ijs affecti qualitatibus sint, eaq; obseruent,quæ traduntur tam in cit.cap.vn. quàm apud Trid.Synod.c.6.sess.23.de refor. Quartò declaratur regula hæc, vt locum habeat in eo etiam, qui,etsi clericus non est, priuilegium hoc nihilominus habet, vt, qui religiosam vitam aliquam

N 2 ab

ab ecclesia approbatam vel professus, vel nouitius in ea est; nam & hi priuilegio hoc fruuntur, vt habetur in c.monaci, & in cap.de monialibus de sent.excom. in antiq.& in c.religioso.§.fin. eod.lib.6.nam & in his rationes propositæ locum habent. Hæc regula sic amplificata exceptiones non nullas patitur; nam primò in excommunicationem non incidit clericum percutiens, vbi clericus ille de gradu suo deiectus, vel, vt aiunt, degradatus re ipsa est; quandoquidem degradatione huiusmodi cùm hoc, tum quoduis aliud clericorum priuilegium clericus amittit, vt probatur in c.degradatio in fin.de pęn.lib.6.& vt Asserunt DD.gloss.ibi in verb.Priuilegio,& Phil. Fran.& Gemin.prop.fin.& Abb.in c.ex parte.num.3.de cler. coniug.& in c.ad abolendam. nu. 10.de hæret.& in c.contingit.1.num.12.de sent.excom.& in c.nouimus.num.2.de verb.sign.& Marian.Socin.Sen.in cit.c.peruenit, vbi de communi sententia testatur.nu.138. & Tab.in verb. Degradatio.num.2.& Syl.eod.num.7.vers. Sextò, ac nouissimè Nauar. qui etiam communem opiniónem hanc sentit in Man.cap.27.num.29. etenim priuilegium huiusmodi, sicuti positiuo iure tributum est, ita eodem tolli potest arg.c.oîs de reg.iur.in antiq.& l.nihil tam naturale.ff. eodem,& l.qui condemnare.ff.de re iud.cum simil.atque ita Philip.Fran.tradidit in cit.c.degradatio in fin. qui ergo clericum degradatum excommunicatum, imò & non excommunicatum percutit, excommunicationem euitabit; modò enim ratione hac degradatus sit, sat est, vt clericorum priuilegijs careat ob cit.c.degradatio de pœn.lib.6.Item clericum percutiens in excommunicationē quis non incidit, vbi depositus est verbis tantùm, sed incorrigibilis est arg.c.cùm non ab homine iunctis ijs, quæ DD.atq; Abb.ibi tradunt de iqd. & vt dixit idem Abb.in eodem c.ex parte in fin.de cler.coniug.& in c.ad abolendam.num.10.de hæret. & in cit.c.contingit.1. num.12. & Nauar. eodem cap. 27. num. 70. Tertiò clericum excommunicatum percutiens in excommunicationem non incidit, vbi ob eas causas percutit, ob quas in excommunicationem non incideret, etiam si clericus ille excommunicatus non esset: huiusmodi autem causæ recensentur in c.si verò aliquis,& in c.ex tenore,& in c.in audientia, & in c.cùm voluntate.§.fin.de sent. excom.quare, sicut magister discipulum suum clericum corrigendi eius causa percutiens in excommunicationem non incidit, vt dicitur in cit.c.cùm voluntate.§.fin.ita nec eundem si verberet, vbi excommunicatus est, excommunicatione obuoluetur; non enim pœna immunitatem tribuit arg.l.relegatorum.§.fin.ff.de interdict.& relegat. Quartò, qui clericum hæreticum percutit, vt dixit Inno.in cap.si verè de sent.excom.cum ijs, quos supra citauimus,& quamplures alij, quos refert, ac sequitur Marian.Soc.Sen.in eod.c.peruenit num.148. vers. Duodecimò fallit,& hoc ob auth.de priuil dot.hæret.mul.non præstan. vbi mulieres hæresis labe pollutæ dotiū priuilegio priuatæ sunt; ergo & clericus hæreticus priuilegio huiusmodi priuatus esse quoque debet. Quorum sententia, ipsorum pace dixerim, mihi non probatur; nam clericus hæreticus, antequam degradatus sit, clericorum priuilegia retinet, Præsenti nihilominus ordinatione sancimus, dicitur enim in cit.cap.ad abolendam, vt quicunq; manifestò fuerit in hæresi deprehensus, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis pręrogatina nudetur. Hæc ibi; si ergo sancit ibi Summus Pont. vt clericus & manifestò in hæresi deprehensus pręrogatiua ordinis nudetur; ergo non ipso iure nudatur, sed iudicis opera necessaria est, atque idcirco degradatione; verba enim in huiusmodi tempore posita priuationē ipso iure non inducunt, vt sensit gloss.in c.præterea in verb. Priuetur de iur.patron. & in c.quicunque.§. 1. in verb.Innodetur de hære.lib.6.& vt nos tradidimus supra cap.9. §. 6.in prima regula; ergo per hæresim clericus suis priuilegijs non caret. Confirmatur hoc in c.1. de hæret.lib.6. & c. excommunicamus.1.§.damnati, & in cap. excommunicamus.2.eod. in antiq. vbi conceditur episcopo; vt solus clericum degradet, cùm pro hæresi seculari curiæ fuerit relinquendus; ergo ante degradationem secularis iudex manus in huiusmodi clericum mittere non potest; atque ideo fori priuilegium retinet, & ob eandem rationem canonis.cit.cap.si quis suadente diabolo; nec repugnat cit.auth.de priuileg.dot.nam per ciuilem legem pontificio iuri derogari, multo q̃ minùs idem corrigi potest arg.c.1.& c.fin.de constit.& c.fin.de secund.nupt.ac planè, si ecclesia id voluisset, sine dubitatione id expressisset; nam sic de dote vxoris,& de alijs bonis, quibus priuari hæreticum voluit, apertè ab ecclesia id cautum est in c.decreuit,& in c.cùm secundum leges de hæret.lib.6.ex quo ergò de priuilegijs clerici nihil dixit, neque nos dicere debemus arg. l.de pretio.ff.de publ.in rem act.contrarium tamen, vt vidimus, Inno.sensit.& Felin.in c.fin.de hære.His ergo exceptis casibus,& non nullis a'ijs, quos refert, atq; explicat Marian.Socin.in eod. c.peruenit n.97.cum multis seq.vers. Hæc tamen regula fallit de sent. excom. constat aliàs percutientem clericum excommunicatum in excommunicationem incidere; constat etiam ex eis-

dem

9 dem excommunicatum priuilegijs, quibus se tuetur, non priuari. † Quare pater, & dominus de
peculio conuenti, maritus de dote, parens, patronus à filio, libertoq;, socius à socio, qui donauit
à donatario, & in summam vniuersi, qui in iudicium conuenti in id, quod facere possunt, con-
demnantur, qui recensentur in §. sunt prætereà cum seq. in Instit. de act. ob excõmunicationem,
qua constricti tenentur, eo priuilegio non carebunt, vt in plus condemnentur, quàm facere pos-
10 sint; † secùs autem de priuilegijs sentimus, quibus alios agendo oppugnarent; nam, sicut agere
nequeunt arg. c. decernimus de sent. excom. lib. 6. & c. intelleximus de iud. in antiq. ita neque pri
uilegijs vtentur, quibus aliàs agendo vterentur; etenim sublato principali & accessorium subla-
11 tum intelligitur arg. c. accessorium de reg. iur. lib. 6. † Priuilegium quoque fori excommunica-
ti, censuraq; alia constricti retinent, ac propterea clericus excommunicatus coram iudice eccle-
siastico conueniri tantùm poterit, vt habetur in c. 1. & c. si diligenti de for. compet. in antiq. & in
c. vn. de cler. coniug. lib. 6. etiam si excõicatus notorius sit; nam excommunicatione priuilegium
hoc non amittitur, vt asseruit Specul. in tit. de sent. excom. nu. 10. vers. Sed quæritur, vtrum ver-
berans clericum, & Abb. in c. penult. num. 8. de immun. eccl. idq; meritò; tum quòd priuilegium
hoc clericis pro tutela contra laicos condonatum est, vt dicitur in c. contingit iterum. 2. de sent.
excomm. & quæ pro tutela conceduntur, ijs nec excommunicatos priuari antea vidimus; tum
quòd alterius culpa præiudicium suo iudici fieret contra c. non debet de reg. iur. lib. 6. & l. non
debet. ff. eod. non est igitur, quod hac de re dubitemus, quæ conclusio eisdem rationibus & am-
plificatur, atque coarctatur, quibus antecedentem regulam amplificari, coarctariq; asseruimus.
Nec exempti ergo exemptionis priuilegio excommunicati carebunt; nam nec ob delictum,
12 quibusdam exceptis casibus, caret; vt habetur in c. 1. de priuil. lib. 6. † Atqui an excõmunica-
tus ad ecclesiam ob delictum confugiens immunitatem habebit, quam alij ad ipsam confu-
gientes habent, vt inde non extrahantur? vt habetur in c. definiuit cum seq. & in c. metuentes.
17. q. 4. & in c. inter alia de immunit. eccl. in antiq. & ibi Abb. ac DD. & C. de his, qui ad ecclesiã
confugiunt, & vt tradidit Nauar. in Man. cap. 25. nu. 17. Anchar. in clem. 1. num. 5. vers. Secundò
quærit de pœnit. excommunicatum priuilegium hoc habere inquit, idem Imol. asseruit ibi nu.
11. & Host. in summ. §. à quibus vers. Quid ergo de immun. eccl. & Syl. in verb. Immunitas. 3. nu.
2. vers. Secundum, ibi de excommunicato, & Tab eod. num. 7 vers. Sextò, ibi vtrùm excommu-
nicatus; hanc sententiam communiter receptam esse testatur Boer. decis. 110. num. 7. vers. Sed
in excommunicato, & Nauar. in Man. c. 25. num. 19. vers. Tertium. Probatur autem hac ratione;
quoniam priuilegium hoc in primis propter honorem Dei ecclesiæ concessum est, vt DD. in-
quiunt, & Boer. decis. ead. num. 3. vers. Vnde cùm immunitas, & eadem. num. 7. ergo delictum
alterius inspici non debet. Accedit, quòd immunitate hac & iudæi, nec non alij, qui Christianam
fidem professi non sunt, immunitate hac inquam non carent, vbi, vt Christiani fiant, eò confu-
giunt, vt tradidit Felin. in c. iudæi. 2. de iud. & Nauar. in Man. eod. c. 25. nu. 20. & Boer. ead. decis.
num. 4. & communiter DD. vt sensit Abb. in cit. cap. inter alia. num. 6. quamuis ipse contrarium
sentiat; ergo multò magis censura constricti, qui iam in ecclesiam recepti sunt, immunitatem
hanc habere debent arg. c. quemadmodum de iureiur. Postremò in cit. c. inter alia excipiuntur
non nulli, qui ea immunitate carent, in quorũ numero nec excõmunicatus, nec censura alia con
strictus est; ergo neque ipsos ponere nos debemus; exceptio enim vnius est exclusio alterius arg.
c. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. Confirmatur ratio hæc, quoniam ob delicta
quædam ea immunitate quis priuatur, vt dicitur in eod. c. inter alia; at excommunicatio, censu-
raue alia non delicta, sed pœnæ sunt; ergo ipsis censuris constricti ea immunitate priuari non de-
bent arg. l. diuus. ff. de off. præsid. Contra sententiam hanc tamen primò facit, quoniam excom-
municatus extra ecclesiam eiectus est, vt dicitur in c. qui meritò. 11. q. 3. ergo ad ecclesiam con-
fugiens eius immunitate frui non debet. Prætereà is, cui in ecclesiam aditus interdicto occlusus
est, in ecclesiam ingredi non potest arg. c. is, cui de sent. excom. lib. 6. & vt probauimus in Tab. de
interdict. ergo nec eius immunitate gaudebit, atque ita Felin. sensit in c. à nobis. nu. 6. de excep.
Atqui à communi opinione discedendum non est. Nec obstat, quod primò dicebatur excommu
nicatum extra ecclesiam eiectum esse; nam non extra ecclesiam esse hic dicitur, quasi in ecclesia
esse nunquam possit (contrariũ enim probauimus in Tab. seq.) sed quatenus priuatur sacramen-
torum, Christiq; fidelium communione, vt habetur in c. pen. de sent. excom. & in cap. Engeltru-
dam. 3 q. 4. & vt nos declarauimus in Tab. seq. atqui frui hac immunitate non est vti huiusmodi
13 communione, sicuti id per se patet. † Non etiam alterum de interdicto repugnat; nam, etsi in
ecclesiam ingredi non debet, ex quo tamen ingressus est, ob Dei honorem, cuius gratia priuile-

viri eam constitutionem secuti sint, quæ non habetur; omiserint autem eam, quæ ob oculos est. Non obstat etiam, quòd dicebatur contrariam opinionem vsu receptam esse; tum quòd quęstio nostra disputatur de iure, non autem de facto; tum quòd hic vsus non probatur, quod fieri debet arg. cap. 1. de constit. lib. 6. ab hac igitur sententia discedendum non censerem. Saluo &c.

8 † Quartus casus est, an excommunicatum nominatim vitari debeamus, antequam denuncietur. Nauar. in c. 1. §. laboret. nu. 12. dubiam quæstionem hanc esse existimauit; in eaq; duæ sententiæ exortæ sunt, quarum prima fuit cuiusdam Cosmæ, quem refert, ac sequitur Nauar. eod. §. laboret. nu. 23. de pœnit. dist. 6. & in Man. c. 27. num. 35. nota primò, & Couar. in c. alma pars. 1. §. 2. nu. 9. vers. Superest igitur prop. fin. & Io. Bapt. Antonucius in Catechef. Neapol. c. 14. vers. Sextò scias lib. 5. & Martinus Alphonsus de Viualdo de excom. cap. 75. qui, antequam hic denuncietur, vitandum hũc non esse existimarunt. Probatur autẽ horum sententia primò hac ratione; nam, ne euitetur speciatim excommunicatus, antequam denunciatus sit, vsu ferè omnium, imo & vrbis, & orbis receptum id esse Nauar. eisdem in locis testatur, & Io. Med. de pœnit. tract. 2. c. 22. in corrolario vers. Dixi notanter; ergo ab hac vsus interpretatione, atque consuetudinis non discedemus arg. l. minimè. ff. de leg. ipsa enim cõsuetudo optima legum interpres est arg. c. cùm dilectus de consuet. & l. si de interpretatione. ff. de leg. hæc prior ratio, quam reddit Nauar. nulla ratione alia nititur, nisi ipsius auctoritate, nihil enim allegat; vnde, etsi tacitò prætereunda erat, tamen dicimus quæstionem hanc de iure disputari, an scilicet huius constitutionis vi speciatim excommunicatum vitare debeamus, nec ne; non autem quid consuetudine seruetur; nam, cùm consuetudo facti sit, & in facto consistat, vt dixit Romanus Pont. in c. 1. de constit. lib. 6. factum autem quid esse non existimetur, nisi probetur arg. l. in bello. §. insectæ. ff. de capt. ob eam rem id probare saltem debebat. Hinc secundo loco sic argumentabatur, si vitare debemus, qui speciatim excommunicatus est, propterea quòd ego certo scio eum esse excommunicatum, multo magis generatim excommunicatum vitabimus, quem certiores sumus in excommunicationem incidisse; at contingit me certiorem esse de excommunicatione generatim, quàm speciatim lata, vt pote, quia speciatim excommunicatus eam causam mihi reddit, quamobrem apud Deum saltem excommunicatus non est, qui verò generatim, nullam; ergo hunc magis, quàm illum vitare deberem: ad quod tamen ob hanc constitutionem non cogor, antequam denuntietur; ergo idem de excommunicato speciatim dicemus: ad hoc argumentum responderi potest legem ad id, quod sepius fit, non autem ad id, quod rarò contingit, accõmodari, vt dicitur in l. iura cum tribus seq. ff. de leg. at frequentiùs accidit, vt ignoretur, an quis excommunicatus sit, vbi generalis excommunicatio lata est, quàm, vbi speciatim; quandoquidem excommunicatio generatim lata sine causæ cognitione fertur, speciatim verò adhibita cognitione causæ arg. c. nemo episcoporum. 11. q. 3. & c. sacro de sent. excom. & c. 1. eod. lib. 6. iure, vbi periculum maius erat, constitutio hæc prospexit arg. c. vbi periculum de elect. lib. 6. Item si, proptere quod speciatim excommunicatus rationem quampiam reddidit, generatim verò excommunicatus nullam, hũc magis quàm illum vitare deberem, absurda multa consequerentur, primum, vt confitenti pro se fides adhibenda esset contra l. de ætate. §. 1. ff. de interrogat. act. & contra ea, quæ tradidit gloss. & ibi DD. C. de confess. item confessio extra iudicium facta prodesset contra cit. gloss. in ead. l. vn. postremò an excõmunicatus vitaretur nec ne, si ipsi fides adhiberetur, in excõicati manu esset; quæ omnia absurda sunt, atque idcirco vitanda arg. l. nam absurdum. ff. de bon. libert. Tertiò sic dicebat Nauar. constitutio hæc ad subueniendum conscientijs timoratis lata est, vt in ea dicitur; ergò est gratiosa, atque ob eam rem amplificanda, vt sicut de generatim excommunicato loquitur, ita & de speciatim excommunicato eam loqui accipiamus arg. c. odia de reg. iur. lib. 6. cum simil. hæc ratio etiam mihi non quadrat; nam non eadem ratio in vtroque casu est; dubitari enim sepius potest, an quis in excommunicationem generatim latam inciderit: quod in excommunicatione speciatim lata non contingit; quandoquidem & causa cognita fertur, vt diximus, & iniusta etiam valet arg. cap. 1. 11. q. 3. ac planè quis eum excommunicatum vitandum dubitet, quem pro certo scit à iudice excommunicatum esse? non igitur ratione hac eorum opinio nititur. Addebat itidem Nauar. homines verecundia non minùs deterreri à vitando excommunicatum speciatim, quàm generatim: hæc ratio quanti facienda sit, nemo non videt. Postremò hanc eandem sententiam confirmabat idem Nauar. ob verbum Specialiter in secũda parte positum; ad quod infra respondebimus. Quare, cùm nulla ratione opinio hæc probetur, contrariam amplexati sunt Adrian. quem refert Nauar. in eod. §. laboret. nu. 23. in fin. & Felin. in c. Rodulphus. nu. 73. vers. Primùm colligo ex illo verbo Generaliter, & Io. Med. de confessione tract. 2. q. 22.

concl.

concl. 2.& in corollario in princ. vt scilicet speciatim excommunicatus vitandus sit, etiam ante denuntiationem factam. Probatur autem primò, quoniam, si diceremus, quò speciatim, ac nominatim excommunicatus euitetur, expectandum esse, vt denuntietur, à lege antiqua discederemus etiam, vbi à recenti lege id non est dictum; nam solùm generaliter excommunicatum ab homine vitandum non esse dicitur in cit. extrauag. vers. Prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, ab homine vel à iure generaliter promulgatæ, non autem speciatim excommunicatum; at hoc fieri non debet arg. l. præcipimus. C. de app. & l. iubemus. C. de testam. ergò nominatim excommunicatum ab homine vitabimus, etiam si denuntiatus non sit. Postremò facit, quòd, si contrarium velimus, per subauditos intellectus veterem legem corrigemus; nam vetus lex volebat excommunicatum semper vitari publicum publicè, & non publicum priuatim, ac secretò, vt habetur in c. cùm non ab homine de sent. excom. id quod per hanc constitutionem correctum est solùm, vbi ab homine, à iureq; generaliter excommunicatio lata est; declarat cit. vers. Prætextu, ibi generaliter promulgatæ; & sic de nominatim, ac speciatim excommunicato nihil est dictum; ac propterea, si id velimus, subaudire hoc debemus; at per subauditos intellectus corrigi lex non debet, vt tradidit gloss. communiter recepta in cap. cupientes. §. quòd, si per viginti, in verb. Negligenter de elect. lib. 6. ergò; &c. & hæ sunt rationes, quas reddidit Nauar. eod. Quid igitur concludendum? ego posteriorem hanc sententiam veriorem esse censeo cùm ob rationes proximè allatas, tum ob has. Primùm, quoniam hic cessat scandalum, & timor, quamobrem permittitur cum generali excommunicato communicari; nam, ex quo ego scio quem nominatim à iudice excommunicatum esse, cuius sententia & iniqua valet arg. cap. à nobis. 2. de sent. excom. & c. 1. 11. q. 3. quid est causæ, quamobrem dubitem, an vitandus hic sit? &, si eum vitem, cui scandalum dabo? Postremò exceptio debet esse de regula; at, si velimus per cit. extrauag. permitti, vt excommunicato nominatim communicemus, antequam denuncietur exceptio non esset de regula; nam cit. extrauag. permittit, & statuit, ne quis deinceps vitet aliquem prætextu censuræ ecclesiasticæ ab homine, uel à iure generaliter promulgatæ; hoc ibi in uerbis habetur; deinde subiungit nisi censura huiusmodi fuerit in, vel contra certam personam &c. à iudice publicata, vel denunciata specialiter, & expressè: ex quo igitur in eo vers. Nisi, ponitur exceptio antecedentis dicti, & antecedens dictum de censura generaliter est, ergo & excepto illa de eadem censura esse debet, quò exceptio de regula sit, vt dicebamus, & vt esse debet. His igitur rationibus de iure scripto sententiam hanc veriorem censeo, quamuis posterior de iure non scripto verior sit, vt citati autores testantur; id quod & animarum salutis gratia etiam
9 opto; in hac igitur quæstione sic concludendum sentio. † Verùm, quòd constitutio hæc excommunicatum notorium, etiam non denunciatum vitandum esse tantùm dicit, an in interdicto, suspensoq; adeò notorijs, vt nulla ratione celari possint, idem, quod de notorio excommunicato
1 diximus, locum habebit? constitutioq; hæc trahetur? hæc quæstio dubitationem maximam habere videtur; tum quòd quamcunque constitutionis huius formã sequamur, vel quæ tribuitur Concilio Constantiensi, vel quæ Basiliensi, ac Lateranensi, quam sequimur, vtraque de excommunicato loquitur, imò de excommunicato notorio ob clerici percussionem forma eius, quæ tribuitur Constantiensi; tum ob dubitationes DD. quas refert Nauar. in c. 1. §. laboret. num. 12. de pœnit. dist. 6. Vt igitur in interdicto, atque in suspenso notorijs constitutio hæc locum non habeat, sic probari posse videtur. Primùm, quoniam constitutio hæc solùm notorium excommunicatum excipit, quem & non denuntiatum vitemus, non autem notoriè suspensum, notoriéue interdictum; ergo à verbis recedendum non est arg. l. non aliter. ff. de leg. 3. & c. ex literis. 1. de spons. atque idcircò in his constitutio locum non habebit; etenim cui verba legis non conueniunt, nec legis dispositio conuenit arg. l. 4. §. toties, & ibi not. ff. de damn. infect. Secundò exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis arg. cap. dominus. 32. q. 7. & cap. 2. de coniug. lepros. at pro regula in cit. extrauag. habemus nos ad vitandum censura constrictum non denuntiatum non teneri, & ab hac regula notorium tantùm excommunicatum excipi; ergo in interdi
2 cto, suspensoq; notorijs ea regula firma erit; etenim exclusio vnius alterius inclusio est arg cap. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. Postremò facit, quoniam extrauagans, quæ tribuitur Constantiensi Concilio de notorio excõmunicato ob clerici percussionem tantùm agit, proposita verò à nobis de quocunque excommunicato; cùm igitur & in hoc dubitetur, in interdicto, ac suspenso notorijs exceptionem hanc locum non habere concludendum videtur. Hæc sunt, quę pro hac sententia potissimum referuntur. Atqui cõtrariam sententiam amplexatus est Nauar. eod. c. 1. §. laboret. num. 12. cum alijs seq. de pœnit. dist. 6. vt scilicet & in suspenso, & in

interdicto notorijs constitutio hæc locum habeat, ac propterea, & non denuntiati vitandi sint in ijs, quæ ipsis prohibita, sunt, modò notorij sint. Primò, quoniam in interdicto, atque in suspenso eidem notorijs eadem ratio est, quæ in notorio excommunicato; nam inter se omnes conueniunt; quandoquidem antiquo iure omnes etiam non denuntiati vitandi erant, iure nouo omnes vitandi sunt denuntiati; nulli deniq; vitandi, vbi generaliter sunt ligati; ergo & in ipsis proposita exceptio locum habebit; nam casus exceptus à regula ob eandem rationem ad similem trahitur arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. cum simil. imò, etiam si casus ille cum dictione taxatiua tantùm excipiatur, idem est, vt dixit Abb. in eod. c. cùm dilecta, & Bart. in l. seruit. ff. de vsucap. Secundo loco sic argumentatur Nauar. exceptione hac ad ius antiquum redimus; antiquitus enim pro regula habebatur, omnem excommunicatum, & interdictum, ac suspensum, in quibus interdictus, ac suspensus erat, vitandũ esse; modò extrauagãs hæc ius recens excipit supradictos, vt scilicet non vitentur, vbi generaliter censura constricti sunt; rursusq; ab hac exceptione casum excipit, vbi quis notoriè excommunicatus est, & ita exceptione hac ad iuris antiqui regulam reuertimur; ergo & ad suspensum, & ad interdictum notorium trahi debet; nam, vbi ad ius antiquum reuertimur, latior interpretatio fit arg. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & c. ab exordio. dist. 35. Tertiò addebat Nauar. si prohibetur per eit. extrauag. vt quis excommunicatum notorium vitet, multò magis prohibitum esse debet, vt suspensum, atque interdictum notorium caueat; grauius enim videtur non vitare suspensum, atque interdictum notorium, in quibus interdicti, ac suspensi sunt, quàm excommunicatum; nam non vitare ipsum excommunicatum leue peccatum est, vt hoc pro regula traditur à doctor. in c. sacris de his, quæ vi, metusuè causa fiunt; non vitare autem suspensum, atque interdictum, in quibus prohibiti sunt, mortiferè peccari nemo inficiatur; ergo & in his exceptio, quæ de excommunicato facta est, locum habebit: hæc ratio mihi esse vera non videtur; nam in quibus casibus mortiferè peccatur non vitando suspensum, atque interdictum; in eisdem eadem culpa quis obligatur versando cum excõmunicato; ac plane qui fatetur ab eo peccari, qui à suspenso, interdictouè notorio sacramenta suscipit, auditq; diuina, qua ratione hic afferet eum culpæ pœnam effugere, qui ab excommunicato notorio, aut sacramenta suscipit, aut audit diuina? Ratio igitur hæc mihi non probatur. Postremò facit, quoniam si velimus suspensum, atque interdictum notorios vitandos nõn esse, denuntiandi erunt; at notorij denuntiatione non egent arg. cap. quoniam & ibi not. Abb. de fil. presbyt. & hæ sunt rationes, quæ pro hac sententia afferuntur à Nauar. in eod. §. laboret. Quid igitur concludendum? ego ab hac posteriori sententia discedendum non censeo, cùm ob rationes allatas, quæ solidissimæ mihi videntur, tùm ob hanc, quæ aspernanda non est, per quam & contraria tolluntur, scilicet quòd excõicatio est censura, quæ frequentior alijs est: declarant hoc primùm canones, qui frequentiùs de ipsa, quàm de alijs censuris promulgati sunt, vt habetur in tot. tit. de sent. excom. in antiq. & eodem lib. 6. vbi ferè semper de excommunicatione agitur; quamuis adsint multa, quæ ipsi excommunicationi cum alijs censuris communia sunt, vt ea, quæ habentur in c. nuper & in c. sacro, & in c. per tuas, & in c. cùm pro causa, & in c. à nobis. 1. & in c. cùm non ab homine cum simil. declarat hoc etiam inscriptio, ac titulus eod. in antiq. qui simpliciter est De sententia excommunicationis; & tamen speciatim de alijs censuris non nulla dicuntur, vt in c. venerabili, & in c. permittimus: declarant hoc demum quæstiones quamplures de excommunicato à DD. disputatæ, partim iam à nobis relatæ, partim referendæ, quæ tamen non minùs ad suspensionem, atque interdictum pertinent, quàm ad excommunicationem; at, vbi lex de aliquo casu tanquam frequentiori disponit, idem & de casu simili minùs frequenti disposuisse censetur arg. l. 1. iunct. gloss. in verb. Sponsam, & ibi communiter not. C. de rapt. virg. ergò etsi in casu nostro excommunicatus notorius exceptus tantùm est, non idcircò tamen exclusus censebitur interdictus, atq; suspensus, eidem notorius; præsertim quòd eadem ratio in quacunque censura viget; ratione frequentioris vsus igitur factum est, vt excommunicatus exceptus tantùm sit; & ob eandem rationem factum etiam censeo, vt in extrauag. quæ tribuitur Concilio Constantiensi, exceptus sit excommunicatus publicus ob clerici percussionem, quoniam excommunicatio illa omnibus alijs frequentior erat; id quod, etiam probant canones in tit. de sent. excom. in antiq. qui ferè omnes de hac excommunicatione loquuntur; in hac igitur quæstione sic concludendum censerem; ac de quæstionibus, quæ dubitationem habebant, iam hactenus. Ex his, quæ de hac extrauag. diximus, manifestò iam apparet, per ipsam ius vetus in non nullis correctum esse. Nam ecce primùm veteri iure excommunicatum occultum occultè ipsum vitare debebam, vt habetur in c. cùm non ab homine de sent. excomm. ibi enim

Rom.

Rom. Pont. ait, eum excommunicatum priuatim vitari debere, quem quis solus nouit excommunicatum esse; & sic vbi occultus excommunicatus est; at hodie ob cit. extrauag. vitare hunc non teneor, nisi aut notorius, aut denuntiatus excommunicatus sit; in hoc igitur ius vetus correctum est, atque sic dixit Couar. in c. alma pars. 1. §. 2. nu. 7. vers. Ex omnibus his deducitur de sent. excom. lib. 6. & Nauar. in c. 1. §. laboret. nu. 23. vers. Ex quibus, ibi sed antiqua iura de pœnit. dist. 6. & Io. Bapt. Antonucius in Catechesi Neapolit. c. 14. vers. Quintò not. lib. 5. Item iure veteri excommunicatum publicum publicè vitare debebam, vt dicitur in cit. c. cùm non ab homine; at hodie, nisi notorius sit, vt diximus, per operis euidentiam, hunc vitare non cogor. Tertiò ius vetus in hoc correctum est; quoniam, etsi olim quem per famam publicum excommunicatum noueram, hunc vitare tenebar, quousque ad arbitrium epi ille se purgaret, ad cautelamq; absolueretur, vt dicitur in c. cùm desideres. §. secundæ quæstioni de sent. excomm. hodie tamen nisi, vt diximus, aut hic notorius, aut denuntiatus sit, vitare ipsum non cogor, atque sic dixit Couar. eod. vers. Tertiò hinc constat. Quartò ius vetus in hoc etiam correctum est; quoniam, etsi olim, vbi per duos testes quem excommunicatum esse probabatur, hunc vitare quis debebat, per hanc tamen constitutionem modò non tenetur; quoniam hac ratione hic nec denuntiatus est, atque sic dixit Couar. eod. vers. Secundò deducitur. Quintò ius vetus etiam correctum in hoc est; quoniam, etsi, qui notorius erat, notorio iuris olim vitari debebat arg. c. vestra, & c. fin. de cohab. cler. & mul. & vt dixit Couar. in cit. §. 2. nu. 9. prop. fin. ibi. Illud verò est adnotandum, hodie tamen, nisi notorius per operis euidentiam sit, ita vt nulla possit tergiuersatione celari, uitandus non est, vt dixit Couar. eod. num. 9. in fin. quod tamen est uerum stante illa opinione, quam supra oppugnauimus, excommunicatum nominatim per sententiam uitandum non esse, nisi aut notorius, aut denuntiatus sit; quam opinionem, ut uidimus, sequitur Nauar. c. 27. num. 35. uers. Nota primò, & in c. 1. §. laboret. nu. 24. uers. Contrariam uerò partem de pœnit. dist. 6. & Couar. eod. §. 2. num. 7. vers. Quartò, & Io. Bapt. Antonucius in cit. c. 14. vers. Sextò scias; ex quo patet, vbi dicitur excommunicatum notorium vitandum esse, accipi debere de notorio facti, non autem de notorio iuris; ac propterea quò ad hoc notorium non dici, qui aut nominatim excommunicatus est, aut se excommunicatum esse fuit confessus; quibus casibus notorium iuris esse dicitur, vt asseruit in re nostra Couar. eod. num. 9. prop. fin. hinc patet demùm cit. c. vestra, & c. fin. de cohab. cler. & mul. ex parte correcta esse, quatenus ibi dicitur criminosum notorium per sententiam, aut eius confessionem vitandum esse; nam per hanc extrauag. verum illud non est, nisi notorium facti sit, vt conclusit. Couar. eod. Et hæc, quæ diximus, locum habent non solùm in excommunicatione, verùm etiam in alijs censuris, vt probauimus antea, & vt dixit Nauar. in cit. c. 1. §. laboret. nu. 24. uers. Ex his. Postremò locum habet in alijs etiam criminosis; quare, etsi clericus fornicator notorius tantùm aut per sententiam, aut per propriã confessionem est, tamen in diuinis eum non vitabimus, nisi aut per euidentiam facti notorius etiam sit, uel denuntiatus, quamuis olim secus esset ob cit. c. uestra, & c. fi. de cohab. cler. & mul. quæ in hoc per hanc extrauag. correcta esse diximus; atq; sic in casu proposito de clerico dixit Couar. in eod. §. 2. num. 10. uers. Sextò; & Nauar. idem sensit in cit. §. laboret. num. 24. uers. Ex his multa colligi, & num. 23. uers. Ex quibus uidetur dicendum; in his igitur casibus ius uetus per hanc extrauag. correctum est. Excipitur tamen, ubi censura irretitus denunciatus est; nam, si ego per famam quem denuntiatum pro tali scio, aut à uiris fide dignis id notum habeo, in his casibus, hunc uitabo, ut sensit Nauar. in Man. c. 27. num. 27. uers. Verum est tamen; & in hoc casu locum habebit cit. c. cùm desideres. §. secundæ; sed de hac extrauag. iam hactenus. Potuisset hìc quoque agi, quoniam per cit. extrauag. excommunicatis non subuenitur, quomodo; & inquam sententiam ea uerba accipienda sint; sed quoniam commodiùs hac de re tractabitur in Tab. 2. ob eam rem, materiam hanc ei loco reseruamus.

SUMMA.

1 *Subditus qui non est eius, qui censuram tulit in aliquem, vitare eum debet in ijs, quæ per censuram prohibita sunt, vbi censura irretitus aut notorius, aut denuntiatus est.*

2 *Exempti interdictum ab episcopo suæ diœcesis latum seruare debent.*

3 *Subditus qui non est, quamobrem vitare debet censura irretitum ab alio, qui suus iudex non est.*

VIII.

1 §. † Censura irretitus ergo notorius,denuntiatusuè in ijs,quę per censuram ei prohibita sunt, vitari ab omnibus debet,ac propterea, & ab ijs,qui subditi eius non sunt, qui censuram tulit; nam excommunicatus ab vno episcopo vitari ab alterius episcopi subditis debet, vt habe-
2 tur in c.nuper de sent. excom.& arg.c.curæ.11.q.3.& c.1.de rapt. † Item interdictum ab episcopo latum & ab exemptis suæ diœcesis seruãdum est, vt legitur in c.cùm inter, & ibi not.Abb. de consuet.in antiq.& in c.episcoporum de priuil.lib.6. & in clem.1. de sent. excom. & in c.1.in prin.de temp.ord.lib.6.alioquin grauiter puniuntur: id quod propterea factum est, ne scandalum oriatur, simulq; ne ecclesiasticæ disciplinæ neruus contemnatur, vt dicitur in cit.cap.cùm inter, & in clem. c. ergò idem & de suspensione ob eandem rationem asserendum est. Contrarium tamen dicendum videbatur,scilicet non subditos ad vitandos eos,qui ab alio censura constricti sunt, non obligari; & hoc ea ratione, quoniam episcopus diœcesis vnius alterius homines(modò in sua delictum non committant) censura irretire, rationeuè alia coercere non potest arg.c.à nobis.1.de sent.excom.in antiq.& c.fin.de constit.lib.6. & l.fin.ff.de iurisdic. omn. iud. & vt de exemptis habetur in c.1.de priuil.lib.6.cum simil.ergò neque ijdem ad vitandos censura constrictos à non suo indice cogi posse videntur, cùm tam ad censuram ferendam, quàm ad iubendum, vt ipsa seruetur, iurisdictio postuletur arg. l.legis virtus.ff.de leg.iunct.l.imperium. ff.de iurisd.omn.iud. & arg. c.vbi periculum.§.præterea.de elect.lib.6. verùm à proposita sen-
3 tentia discedendum non est; † nam, vt censuræ ab vno iudice latæ ab alterius iudicis subdito seruentur,id est,vt censura constricti ab vno iudice ab alterius iudicis subdito in ijs vitentur,quę per censuram ipsis prohibita sunt, non à iudice id efficitur, qui censuram tulit, sub cuius potestate alterius diœcesis homines non sunt, sed à iure communi,cui omnes subijciuntur, vt habetur in c.1.& in c.fin. de constit. & ibi communiter DD. not. atque ita respondit Io.And. quem refert,ac sequitur Abb.in cit.c.cùm inter. nu.3.de consuet.ac rectè; hinc excommunicationem eam, in quam quis cum excommunicato versando incidit, non à iudice, sed à iure ferri dixit Rom.Pont.in cit.c.nuper de sent.excõm.& probatur etiam in cit.c.episcoporum, & c. cùm inter,& ead.clem.1.& huc pertinent,quæ diximus hoc cap.§.2.prope finem.non subditi ergo excommunicatum, & interdictum, & suspensum à non suo indice vbiq; locorum vitabunt.

SVMMA.

1 *Index vitare in ijs, quæ per censuram prohibentur, eum debet, quem censura ipse obligauit, vbi notorius, denuntiatusuè est.*

2 *Iudex in excommunicationem incidit, si eius vtatur communione, quem ipse excommunicauit.*

IX.

1 §. † Vitari quoque censura irretitus,notorius,denuntiatusuè in prohibitis ipsi per censuram à iudice debet,qui censuram tulit; nam & communi iure simpliciter vetatur,ac pro regula traditur,vt censura constrictos in prohibitis vitemus, vt de excommunicato probatur in c.sicut Apostoli cùm tribus seq.11.q.3. & de interdicto in c.si sententia cum seq.& in cap.is, cui de sent.excom.lib.6.& quidam tantùm excipiuntur,vt habetur in c.quoniam ead. q.3.& in extrauag.ad euitanda,quam supra explicauimus hoc cap.in quibus,qui censuram tulit, non numeratur; ergò à regula non discedemus, cùm contrariũ non habeamus arg. l.ab ea parte.ff.de prob. & eorum,quę tradit.Ias.in l.ex quacunque nu.33.ff.si quis in ius voc.& vt asserunt DD.in l.1.ff. de reg.iur. etenim pontificio iuri subiecti omnes sunt,vt habetur in c.1.de constit. vbi DD.not. & c.fin.eod. Contrarium tamen dicendum videbatur; nam hac ratione sua sententia se obligare quem posse videtur cõtra l.pen.ff.de arb.& contra id,quod supra pluribus probauimus c.2.§.8, atqui à proposita sententia discedendum non est;nam non sua sententia,qua censuram tulit,impeditur,quò minùs cum cẽsura irretito à se versetur,sed iure communi, quod iubet, vt eos vitemus,qui censura irretiti tenentur in ijs,quæ ipsis per censuram prohibita sunt, vt probatur iuribus supra citatis,& cap.nuper de sent.excom.cui iuri omnes subiecti sunt, vt diximus, & not.in hac re Abb.in c.cùm desideres not.1.de sent.excõ.& Couar.in c.alma pars.1.§.2.nu.2.de sent. excom. lib.6. vbi ait episcopum non licitè communicare cum excommunicato à se; & à nobis
2 ergo censura irretitum vitabimus. † Quare, qui cum excommunicato à se versatur, in excommunicationem minorem incidet, vt asseruit Innoc.in c.quod in dubijs de sent.excom. & sequitur eum gloss.in c.statuimus in verb.Constitutionibus eodem,& ibi quoque Anchar. nu.4.vers.

Quæris

Quærit glossa,& Philip.Franc.vers. In ea glossa in fine,& Gemin.num.10.vers. In ea glossa ibi, & communiter DD. sicut etiam Io.And.in c.cui licet.q.4. nu.15. vbi & Rayn.idem asserere ait de reg.iur.lib.6.in Mercur.imò & in maiorem excommunicationem eundem excommunicatorem incidere, si in crimine damnato cum excommunicato à se versetur, communiter concluditur in cit.cap.statuimus contra gloss. sicuti nos disputauimus in Tab.2.id quod non aliunde fit, quàm quòd pœna illa non ab excommunicatore per suam sententiam, sed à iure profertur, vt habetur in cit.c.nuper de sent.excom. & facit, quod dixit gloss.in c.sacro in verb. Iusta de sent. excom. Vitare igitur,& qui censuram tulit, à se censura constrictum debet, in ijs, quæ per censuram prohibita sunt, vbi denuntiatus, notoriusuè est.

SVMMA.

1 *Loco in quocunque censura irretitus denuntiatus, notoriusuè vitari in ijs debet, quæ per censuram ipsi prohibita sunt.*
2 *Loco in vno excommunicatus denuntiatus, notoriusuè alibi, vbi id ignoratur, vitari à me debet; etiam si solus id sciam.*
3 *Ecclesia interdicta, inibi diuina fieri nequeûnt, etiam si omnes eius loci mortui sint, ab alijs, qui illuc commigrarunt.*

X.

1 §. † Vbique locorum itidem censura constrictus in ijs vitari debet, quæ ipsi per censuram
2 prohibita sunt, vbi denuntiatus, notoriusq; est.† Nam excommunicatus in vno loco, vbiq; excommunicatus est, vt dixit gloss.in c.pastoralis.§.verùm de appell.in verb. Subtrahuntur, & in c.vn.in verb. Communicet.4.q.5.& vt id asseruit pluribus Couar.in c.alma pars.1.§.3. nu.2. de sent.excom.lib.6.& Marian.Socin.Senior in c.sacris.num.489.de sent.excom. qui ambo de communi sententia testantur,& facit c.1.& ibi not.idem Socin.nu.7.de rapt.& vt nos id egimus abundè in tab.4.de suspens.etenim excõicatio non circunscribitur loco, sed excõicatum sequitur, sicut lepra leprosum. † Verùm quid, si ego, qui excommunicatũ quempiam,& denuntiatum in sua patria scio, alibi, vbi id ignoratur, eum inueniam;-an ipsum vitare nihilominus debeo? Videbatur dicendum ipsum à me vitari non debere; tum q; nec eum prodere debeo, cuius sceleris conscius ipse tantùm sum, vt probatur c.2.cum seq.6.q.2.& c.2.de off.ord.tum q; nec excommunicatum vitare cogor, quem excõmunicatum esse ipse solus nosco, vt habetur in c.cùm non ab homine de sent.excom.atq; sic sensit Syl.in verb.excõmunicatio 5.dub.17. & non nulli alij, quos refert Couar.in c.alma pars eod.§.3.num.2.vers.Hinc verò.Atqui contrariam sententiam amplexari debemus hunc à me vitari debere, etiam si hoc ibi ignoretur; sic enim asseruit Innoc. in c.inquisitioni.nu.2.vers.Si autem aliquis fuit publicè,& Io.And.de sent.excom.& sequuntur eum Abb. & Felin. in cit.c.cùm non ab homine eod. & idem Abb.in c.ad nostram 3.num.6. de iureiur.& Mar.Soc.Sen.in c.inter alia num.117.de sent.excom.& Couar.eod. num.2. sic ratione hoc itidem probatur; nam regulam iuris antiqui habemus excommunicatum vitandum esse in c. sicut Apostoli cum multis seq. 11.q.3. & exceptiones quasdam habemus eodem iure in c. quoniam in cit. q. 3. in quibus hæc non reperitur, & non nullas alias in extrauag. ad euitanda, quã supra retulimus;& neq; ibi exceptus casus hic habetur; ergò, cùm neq; veteri, neque recenti iure contrarium habeamus, à regula non discedemus arg.l.ab ea parte.ff.de probat. & eorum, quæ dixit Ias.in l.ex quacunque nu.33. ff.si quis caut. Non obstant modò contraria, quæ supra citauimus;nam cap.2. cum seq.6.q.2.& c.2.de off.ord.loquuntur de eo, qui non modò denuntiatus non est, sed nec probari quidem pro tali potest ab eo, qui ipsum accusat, vt ibi apertè conspicitur;at quæstio nostra de eo est proposita, qui alibi denuntiatus est. Non obstat etiam c.cùm non ab homine; nam ipsum correctum esse antea probauimus; à proposita igitur conclusione non discedemus; etenim ridiculum esset, vt inquit Inno.in eod. cap. inquisitioni excommunicatum denuntiatum vitari à nobis non debere, nisi vbi paratas probationes habemus, quibus eum sic affectum conuincamus;imò, etiam si mortui omnes sint, quibus præsentibus excommu-
3 nicatus denuntiatus est, vitari tamen hunc debere Inn.ibidem sensit;† quare ob eandem rationẽ & in ecclesia interdicta, ac denuntiata, diuina fieri nec ab ajs possunt, qui aliunde illuc commigrarunt, mortuis omnibus, qui ibi primo domicilium interdicti lati tempore habebant arg.cap. licet vers.Ad ea tamen de priuil. Excipitur tamen, vbi probari non potest hunc denuntiatũ esse; nam in hoc casu quis eum priuatim,& non publicè vitabit arg.cap.cùm non ab homine de sent. excom.atque sic sensit Couar.& Soc.eodem.

S V M M A.

1 *Consuetudine induci non potest, vt censura constrictus notorius, denuntiatusuè in ijs non vitetur, quæ per censuram ipsi prohibita sunt.*

2 *Consuetudine induci nō potest, vt interdictum denuntiatum non seruetur, à quocunque latum sit.*

3 *Consuetudine induci non potest, vt censura constrictus legitimè agat, quæ ipsi per censuram prohibita sunt.*

XI.

1 §. † Consuetudo itidem si sit, vt censura irretitus denunciatus, notoriusuè non vitetur in ijs, quæ per censuram prohibita sunt, vitari tamen ipse debet; quandoquidem consuetudine induci non potest, vt ab alijs censura constrictus, denunciatus, notoriusuè in ijs non vitetur, quæ
2 prohibita ipsi per censuram sunt, † vt probatur in c.cum inter vos, & ibi gloss. ac DD. not.de consuetud. ibi enim Rom. Pont. clericorum cuiusdam ecclesiæ consuetudinem improbat, qua ipsi freti generali interdicto proposito, pulsatis campanis, & alta voce diuina faciebant; quæ consuetudo aduersatur c.fin.de sent.excō.lib.6.& c.permittimus eod.in antiq. id quod ob eam rationem à Romano Pontifice fit; vt ibi habetur, quòd disciplinæ ecclesiasticæ neruus rumpitur, si non seruetur; atque ita dixit Syl.in verb.præscriptio.2.num.2.vers. Tertiò, & optim.gloss.in c.cùm non liceat ibi. Item nec cōtra neruum de præscrip. ergo idem & in alijs censuris asserēdum est: tùm quòd eadem ratio & in ipsis est; ac proterea eadem dispositio esse debet arg. l.illud. ff. ad l.Aquil.& c.cùm dilecta de confirm. vtil.vel inutil.tum quòd ratio hæc generalis est, quo casu, etiam si lex specialis sit, generaliter tamen accipi debet arg.l.regula §.pen.& ibi not.Bart. ac Bald.ff.de iur. & fac. ignor. quamuis igitur de interdicto tantùm agatur in eod. c.cùm inter, in suspensione tamen, atque in excommunicatione locum habebit. † Quæ autem diximus de cen-
3 sura respectu habito ad alios, multò magis eadem de ipsis censura irretitis concludimus; nam, quantocunque tempore censuram non seruent, non idcirco facient quò minùs peccēt; quandoquidem diuturnitas peccandi non modò peccatum, eiusuè pœnam non minuit, sed contra potius auget arg. c.cùm tanto de consuet. & c.cùm haberet de eo, qui duxit in matr. quam polluit per adulterium; hinc semel excommunicatus semper existimatur esse excommunicatus arg. c. sicut nobis de sent.excom.

S V M M A.

1 *Absolutus quousque sit, excommunicatus, censuraue alia irretitus vitari debet.*

2 *Semel excommunicatus semper excommunicatus esse censetur, ac præsumitur, quousque absolutus probetur; quæ regula etiā declaratur.*

XII.

1 §. † Quousque absoluatur demùm censura irretitus, in ijs vitari ipse debet, quæ per censu-
2 ram ei prohibita sunt; † nam semel excommunicatus semper excommunicatus esse censetur, quousque absolutus probetur arg.c.semel malus de reg.iur.lib.6.& vt not.gloss.per illum canonem in c.proposuit in verb. De absolutione, & ibi eam sequitur Abb. & Mar. Socin. Sen.& communiter DD.de cler.excom.min.& idem Soc.in c.de monialibus nu.4.de sent.excom..& in c.sacro nu. 490. & Couar. optimè in c.alma pars.1. §.2.num.6. vbi rem hanc pluribus egit de sent.excom.lib.6. etenim excommunicatio tempore non tollitur, vt citati autores eisdem in locis concludunt; idque meritò; nam nec tempore infertur arg. l.obligationum ferè. §.placet, & ibi not. ff. de act. & oblig. Excipitur tamen, vbi sub conditione lata excommunicatio est, vt exempli gratia, nisi intra mensem soluat; nam, quòd fieri potest, vt intra præscriptam diem soluerit; ac propterea in excommunicationem non inciderit, ob eam rem pro excommunicato hic non habebitur, vt dixit Innocen. in cap.super his de accus. & sequitur eum ibi Socin.num.74. vers. Idem etiam dicit; & in c.proposuit.num.14.vers. Aduerte. hoc tamen locum habet, & verum est respectu habito ad alium, non autem ad eum, quo instante præceptum illud factum fuit; nam, si satisfactum ipse neget, ac propterea ipsum excommunicatum asserat, nisi se satisfecisse ille probet, pro excommunicato habebitur. Item, vbi purè, ac simpliciter excommunicatio lata est, excommunicati communione licitè vtimur, si communi opinione absolutus existimetur. Postremò, vbi tantum temporis elapsum est, & excommunicatus ijs moribus christianis est præditus, vt absolutus existimatus sit; nam in hoc casu, nisi aliud appareat, licitè huius communione

vtemur

vtemur, vt dixit Abb. ac DD. in cit. c. proposuit, & Couar. in cit. §. 2. num. 6. Sed de his iam satis, ad reliqua transeamus; nam de suspenso, atque interdicto alibi agetur.

SVMMA.

1 *Oneris rationem qua habent, excommunicatus, suspensus, interdictusuè facere potest; imò & aliquando debet.*

2 *Horarum canonicarum preces recitare excommunicatus, suspensus, interdictusque debet, si ad eas recitandas priùs obligatus erat.*

3 *Dominus vobiscum clericus excommunicatus, suspensus, interdictusq; horis canonicis recitandis dicere non potest.*

4 *Horarum canonicarum preces an cum alijs clericus excommunicatus recitare possit.*

6 *Prouideri ecclesijs clericorum, qui censura irretiti sunt, qua ratione interim debeat.*

7 *Ieiunia, ac reliqua ab ecclesia præcepta seruare censura irretitus debet.*

8 *Præceptis ecclesiæ non seruandis censura irretitus quando peccet.*

XIII.

§. Vsu spiritualium censura irretitum carere vidimus, hancq; regulam rationibus non nullis amplificauimus; iam eiusdem exceptiones quasdam omnibus censuris itidem communes
1 contemplemur. † Primùm igitur ea omnia diuina munera, quæ oneris rationem in primis habent, excommunicatus, suspensus, interdictusuè non modò agere poterit, sed, si ad ea obeunda obligatus erat, obire ipsa debebit; tum quòd censura eccl. pœna est, vt infrà probabimus, pœna verò immunitatem non tribuit, vt tradidit iureconsultus in l. relegatorum. §. fin. cum l. seq. & ibi not. gloss. ff. de interdictis, & relegatis; tum quòd ex sua improbitate cõmodum reportare quis non debet arg. l. itaque fullo. ff. de furt. & l. Papinianus. ff. de min. & l. euidenter. ff. de re iud. & c. etsi necesse de don. inter vir. & vxor. Hinc generalia verba dispositionis in odium cuiuspiam inducta nunquam in eius fauorem interpretari nos debere DD. communiter not. in c. intelleximus ob illud c. de ind. vti refert, sequitur, ac pluribus cõprobat Felin. eod. c. intelleximus. num. 2.
2 cum duobus seq. † Quare ob eas rationes & excommunicatus, & suspensus, nec non interdictus ad diuinas canonicarum horarum preces recitandas obligati ob censuram, qua constricti sunt, nõ intermittere, sed recitare ipsas debebunt; sic etenim de excommunicato, atq; de suspenso asseruit gloss. in c. pen. in fin. & Archid. nu. 4. cum seq. dist. 28. & Felin. in c. Apostolicæ. nu. 15. de excep. & Abb. de excommunicato in c. 2. num. 8. de cler. excom. min. & Goff. eod. in summ. nu. 1. in fin. & in seq. & Host. in sum. num. 18. in fin. vers. Consueuit & illud quæri de sent. excom. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. num. 134. cum seq. de sent. excom. & in c. 2. num. 18. de cler. excom. min. & in c. illud. nu. 16. cum seq. eod. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 3. num. 8. vers. Sic & excommunicatus de sent. excom. lib. 6. & lib. 3. variar. resolut. c. 13. num. 8. vers. Duodecimò, & Martinus Alphonsus de Viualdo in candelabro de excom. num. 93. & Anchar. in clem. 1. de regul. & trans. ad relig. num. 5. vers. Hinc est, & Zab. eod. nu. 7. opp. 7. & Felin. in cit. c. intelleximus. nu. 4. ac de suspenso Gemin. in c. 1. §. sciturus. nu. 5. de re iud. lib. 6. & Io. Mon. in c. 1. num. 16. de sent. excom. eod. lib. & Dec. in cit. cap. Apostolicæ in fin. de excep. ac nouissimè de excommunicato communiter opinionem hanc receptam esse testatur Nauar. c. 7. nu. 16. de orat. & horis canon. & in c. 21. num. 17. eod. & de omnibus, de excommunicato scilicet, suspenso, atque interdicto testatur. Paul. Fusc. c. 20. nu. 18. lib. 1. de visit. & reg. eccl. id quod fit cùm ob rõnes supra propositas; tum quòd ad diuinas horarum preces recitandas obligatur quis aut ob beneficium eccl. aut ob ordinem sacrum, aut ob religionem, vt communiter receptum id esse asserit Nauar. c. 7. nu. 1. cum multis seq. de orat. & horis canon. at per excõmunicationem, suspensionem, interdictumuè quis neque beneficio, neque ordine sacro, neque professione priuatur arg. c. pastoralis. §. fin. de appell. & c. cùm illorum de sent. excomm. in antiq. & c. cupientes. §. cæterum de elect. lib. 6. ergo ad preces huiusmodi recitandas censura constrictus obligatus remanet, atque idcirco eas recitare debet. Contra quã tñ cõem sententiam facere non nulla videntur. Primò, quia censura cõstrictus ordinis honore, ac beneficij commodo caret arg. cit. c. pastoralis. §. fin. de appell. & cit. c. cupientes. §. cæterum; ergò & onere leuari debet; qui enim cõmodum nõ sentit, nec incõmodum sentire debet arg. l. secundũ naturã. ff. de reg. iur. & c. qui sentit eod. lib. 6. Præterea qua ratione censura constrictus ad diuinas preces recitandas tenetur, eadem & ad sacramenta administranda, si parochus sit; & si non parochus, ad ea suscipienda; nam ad ea obligatus est arg. c. omnis de pœnit. Tertiò si obligatus est censura constrictus ad diuinas preces recitandas; ergò & dicere poterit Dominus vobiscum; frequentiùs enim hoc dici canonicis precibus recitandis

sunt, vt Officium Christi domini.
Officium Beatissimæ Virginis.
Coronæ eorundem; ac propterea Pater noster, & Aue Maria.
Septem Psalmi.
Graduales.

2 *Ecclesia in ipsa recitare diuinæ preces ab excommunicato, censuraue alia irretito possunt; quæ regula etiam declaratur.*

3 *Benedicere mensam excommunicatus, censuraq; alia irretitus potest.*

4 *Crucis signo se signare, sanctamq; crucem venerari excommunicatus, censuraq; irretitus potest.*

5 *Christi Domini sanctissimum Corpus adorare excommunicatus, censuraq; alia irretitus potest, ac debet.*

6 *Aqua benedicta an excommunicatus, interdictusue simpliciter se aspergere possit.*

XIIII.

1 §. † Diuinæ preces, vt Christi Domini, Beatæq; Mariæ Virginis officium, necnon eorundem
Corona, Septem Psalmi, Graduales, Mortuorũ officium, Oratio dominica, & Angelica salu
tatio, & id generis sine offensa recitari à censura constrictis laicorum more possunt; nam diuinæ
preces, sicut etiam eleemosina, ac ieiunium sunt opera, quæ pœnæ rationem habent, & pœnalia
à diuinorum scriptoribus dicuntur, vt inquiunt Scot. dist. 15. q. 1. artic. 3. lib. 4. & S. Thom. dist.
ead. q. 4. art. 3. & Thom. ab Arg. dist. ead. q. 1. c. 3. & Sot. dist. 19. q. 2. art. 3. & S. Bonauen. dist.
ead. art. 1. q. 4. & communiter DD. eod. lib. asserunt, & nos pluribus id egimus in comment. de
sacr. in Tab. de pœnit. c. 5. num. 1. vers. 3. at opera huiusmodi obire censura constricti non modò
possunt, sed, si aliàs ad ea obligati erant, debent, vt suprà proximè probauimus; iure igitur pre-
missa munera obire valebunt. Secundo loco ecclesia per censuras hoc studet, vt à contumacia,
atque à peccato quis discedat, vt id etiam probauimus supra capite 12. id autem faciliùs ipsa
consequetur, si in huiusmodi operibus censura constrictus se exercebit; nam & ob hanc ratioñe,
vt concionibus intersit, vt excõmunicatum quis alloquatur, & vt interdictus festis quibusdam
diebus missæ sacro, alijsq; diuinis officijs præsens adsit, ab ecclesia permissum est, vt habetur in
c. responsò, & in c. cùm volũtate de sent. excom. in antiq. & in c. fin. eod. lib. 6. Accedit denique;
quoniam per excommunicationem hominum, ac sacramentorum communione quis priuatur,
vt habetur in c. pen. de sent. excom. per interdictum autem diuinis ecclesiæ caret (vnde nec sa-
cramenta suscipere, nec diuinis, dum à ministris ecclesiæ fiunt, interesse potest arg. c. si sententia
de sent. excom. lib. 6.) suspensione demum impeditur, quò minùs ecclesiæ functiones, vt mini-
ster obeat arg. c. 1. de re iud. lib. 6. & c. 1. de sent. excom. eod. lib. hæc verò, quæ supra retulimus,
partim huius generis non sunt; partim & à non ministris ecclesiæ fieri possunt; iure igitur censu-
ra constrictus eorum functione non priuabitur. Excipitur tamen primò, vbi clericus est; nam
preces propositas, vt ecclesiæ minister obire non poterit, sed vt declarauimus supra hoc cap. §.
vsu spiritualium. Secundò, vbi excommunicatus est; nam cum alijs eas non recitabit, cùm alio-
rum communione careat: quod tamen locum fortasse non habet, vbi excommunicatus cum suo
domestico, quem domi ob eam rem habet, diuinas preces, vt laicus recitat; nam tunc cum eo
poterit, quandoqnidem famuli cum eo esse queunt, vt habetur in c. quoniam multi. 11. q. 3. & in
c. inter alias de sent. excom. & episcopus igitur cum suo capellano preces recitabit, quod est no-
tandum. His autem exceptis casibus prædicta omnia censura constrictus legitimè obibit.
2 † Atqui an & in ecclesia censura constricti fundere preces possunt? planè de suspenso non est,
quòd dubitemus; nam & sacramenta suscipere potest, vt suo loco videbimus; ergò multo magis
& preces priuatim recitare; de excommunicato itidem vt possit, id dixit gloss. in cap. qui stu-
det. 1. q. 2. quam in seq. tab. secuti sumus; vbi, an excommunicatus in ecclesia esse possit, dispu-
tauimus; idem cõmuniter receptum esse testatur Nauar. in Man. cap. 27. num. 19. de interdicto
idem sensit Syl. in verb. interdictum. 5. num. 7. vers. Quartum, & num. 8. vers. Sextò, ibi possunt
autem laici, & Nauar. eod. cap. num. 176. ibi neque oratio priuata. Excipio tamen eum, cui in
ecclesiam aditus interdicto occlusus est; nam, quòd in ecclesiam ingredi non potest, vt probaui-
3 mus in tab. 5. ob eam rem nec in ea preces fundere valebit. † Postremò ob rationes allatas men
sam censura constricti benedicere laicorum more poterunt, vti sensit Palud. dist. 18. q. 8. art. 4.
4 incip. Circa quartum vers. Quantum ad decimum, ibi benedicendò mensam. † Signo se Crucis
5 etiam munire, sanctissimam Crucem venerari, † multoq; magis Christi corpus, si ei obuium
fieri contingat, excommunicatus, atque interdictus valebunt, imò debebunt arg. cap. intellexi-
6 mus de iud. † Atqui an ijdem, excommunicatus scilicet, atque interdictus aqua benedicta se
aspergent? planè id ab ipsis non posse sentio; nam sacramentale quoddam aqua benedicta est,
ab ec-

ab ecclesia ordinatum, cùm ad disponendum ad gratiam, tum ad id, quod feruorem gratiæ imdit, tollendum, vti tradidit Syl. in verb. Aqua. nu. 8. vers. Quintò; at spiritualium ecclesiæ vsum censura constrictos non habere supra probauimus. Accedit, quòd nec loci interdicti homines aqua benedicta à sacerdote aspergi posse dixit idem Syl. in verb. Interdictũ. 5. nu. 6. vers. Quintum. His igitur de causis in hac re sic concludendum censerem; quamuis de suspenso contrarium sentiendum sit.

SVMMA.

1 *Potestatẽ, ac ius spiritualia accipiendi, administrandique excommunicatus, censuraue alia irretitus retinet; quamuis eius vsum non habeat.*

2 *Ordinem suscipit excommunicatus, si ei conferatur.*

3 *Beneficium ecclesiasticum excommunicatus retinet, si quod habet.*

4 *Patrimonium suum excommunicatus retinet, & rerum suarum*
Dominium.
Possessionem.

5 *Vsucapionem cœptam perficit excommunicatus.*

6 *Ciuitatem retinet excommunicatus, &*
Libertatem.
Vsumfructum.

7 *Priuilegia omnia retinet excommunicatus, censuraq; alia irretitus.*

8 *Percutiens clericum excõmunicatum in excommunicationem incidit; quæ regula disputatur, & declaratur.*

9 *Priuilegium habens quis, ne in plus, quàm potest, conueniatur, illud retinet etiam excommunicatus; vt conuentus.*
Pater, Dominusuè de peculio.
Maritus de dote.
Pater à filio.
Patronus à liberto.
Socius à socio.
Donator à donatario.

10 *Priuilegiũ vsum non retinet excommunicatus, quod habet in alios agendo in iudicijs.*

11 *Clericus fori priuilegium retinet, vt scilicet coram iudice ecclesiastico conueniatur, etiam si excommunicatus sit.*

12 *Fugiens ad ecclesiam excommunicatus extrahi inde non debet.*

13 *Fugiens ad ecclesiam is, cui in ecclesiam aditus interdictus est, inde extrahi non debet.*

14 *Ecclesia interdicta priuilegium hoc retinet, vt, qui ad eam confugit, saluus sit.*

15 *Ciuitas interdicta priuilegia studij retinet.*

XV.

1 § † Tertiò excommunicatus, censuraq; alia irretitus ea quoque iura spiritualium retinet, quorum vsum non habet; sicut etiam non spiritualium, & quò ad vsum. Quare, etsi excommunicatus, censuraue alia constrictus spiritualium vsu caret; potestatem tamen, ac ius ea recipiendi absolutus non amittit; nam, cùm eorum vsu tantùm priuetur, meritò reliqua ipsi remanere debent; limitata enim causa limitatum producit effectũ arg. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. & quò causa non peruenit, eò nec ipsius effectus pertinere potest arg. c. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. & arg. l. fin. §. pen. ff. de iur. & fact. ignor. & exceptio vnius alterius exclusio est arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. non ne de præsumpt. Præterea ab ecclesia spiritualia recipiendi, eademq; pertractandi baptismi, atque ordinis susceptione potestatem, ac potentiam accipimus, vt nos id probauimus in comment. nostr. de sacr. in Tab. de Bapt. c. 9. num. 5. & cap. 12. & de ordine cap. 9. at absoluti à censuris ea sacramenta iterũ non recipimus; non enim iterantur, sicut tradidimus eod. de sacr. in Tab. 1. cap. 17. nu. 2. & tamen spiritualium ecclesiæ participes efficimur, vt asseruimus infra hoc cap. in §. Postremò; ergo censuris etsi
2 ea potestas impeditur, non tamẽ ea tollitur; † hinc excommunicatus ordinem ipsi collatum suscipit arg. cap. cùm illorum de sent. excom. id quòd non fieret, si potestas spiritualia suscipiendi
3 censura tolleretur arg. tot. tit. de presbyt. non bapt. min. † hinc clerici excommunicati, à beneficioq; suspensi, etsi fructibus suorum beneficiorum carent, vt infra videbimus, beneficia ecclesiastica nihilominus retinent arg. c. cupientes. §. cæterum vers. Ad quæ, si intra illud tempus de elect. lib. 6. & c. fraternitati de cler. excom. min. & cap. postulastis. §. fin. eod. & cap. pastoralis. §. fin. de appell. facit quoque cap. 1. de homicid. lib. 6. & clem. 1. de pœn. vbi ob grauia quædam delicta speciatim excommunicati beneficijs ecclesiasticis priuantur; ergò exceptis illis casibus contrarium pro regula habebimus arg. l. nam, quod liquidè. ff. de pœn. leg. ac planè, cùm vsus spiritualium ecclesiæ per censuram adimatur, iure possessio, dominiumq; eorundem apud excommu-

communicatos, censuraq; constrictos remanebit arg. tot. tit. in instit. de vs. & habit. Excipitur tamen primò casus, qui habetur in cit. c. 1. de homicid. Item in ead. clem. 1. de poen. Tertiò, vbi ob hæresim excommunicatus quis esset; nam tunc non modò beneficijs ecclesiasticis, sed rerum suarum dominio sic affectus ipso iure priuatur, atque vsufructu, vt inquit Borgnin. in tract. de vsufruct. relict. mulier. nu. 229. & vt habetur in c. cùm secundum leges de hæret. lib. 6. nisi ergo speciatim id cautum sit, ecclesiasticis beneficijs ob censuram ecclesiasticam quis non priuatur.
4 † Postremò, & multò minùs patrimonij sui rebus carebit; nam dominium, possessionemque eorundem retinet; † vsucapionem cęptam perficit; † libertatem, ciuitatem, vsumfructumque, si
5
6 quem habet, non amittit, vt de dominio inquit Anchar. in cap. decernimus nu. 6. de sent. excom. lib. 6. & de omnibus Borgnin Caual. in eod. tract. nu. 229. & eorum vsum liberum, habet, quippe quòd res ecclesiæ non sunt, censuræ verò spiritualium vsum adimunt; ad arbitrium suum igitur de ipsis censura constrictus disponet arg. l. in re mandata. C. mandati, & §. disponat in auth. de nupt. & §. 1. in auth. de hæred. & Falcid. cum simil. idq; legitimè, quamuis excommunicatus, vbi hominum communione vti debet, offendat, etsi dispositio tenet. † Atqui an & priuilegia, si quæ censura constricti habent, ab ipsis etiam quò ad vsum retinentur? exempli gratia clerici priuilegia hæc habent, vt si quis eos percutiat, in excommunicationem incidat, vt dicitur in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. item vt solùm coram ecclesiastico iudice conueniantur, vt habetur in c. si diligenti de for. compet. & in cap. vn. de cler. coniug. lib. 6. Item ne pro rebus suis portoria, vectigaliaq; præstent, vt habetur in cap. 1. & in c. clericis de immunit. eccl. lib. 6. laici quoque priuilegia non nulla, vt quidam ne vltra id, quod soluere possunt, conueniantur; quos recensuit Imperator in §. sunt præterea, cum seq. in instit. de act. An igitur censuris constricti horum priuilegiorum vsum habebunt? quò res dilucidior sit, primùm de clerico excommunicato, deinceps de reliquis agamus. † An ergò, qui excommunicatum clericum percutit, in excommunicationem hic incidet? Videbatur dicendum in excommunicationem ipsum non incidere. Primò ob c. excommunicatorum, 23. q. 5. vbi homicidæ non censentur, qui zelo catholicæ ecclesiæ excommunicatos interficiunt; ergo neque in excommunicationem incidunt: ad hoc argumentum respondet Io. And. ob eam rem in excommunicationem ibi quem non incidere; quoniam de clericis incorrigibilibus ibi agitur, in quos ecclesia arma mouerat. Ego autem ob eam rationem id factum censeo; quòd ibi de clericis non agitur; nulla enim ipsorum mentio fit: præterea responderi etiam potest, in eo casu quem in excommunicationem non incidere; quoniam non dolo malo, atque idcirco suadente diabolo, sed catholicæ ecclesiæ zelo id fecerat; qua ratione sicut ab homicidio excusatur, ita etiam & ab excommunicatione, cùm ob clerici percussionem excommunicatione percutiens obuoluatur, vbi dolo malo percussio fit, vt dicitur in cit. c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. Vnde secundò pro hac sententia citatur c. si quis deinceps. 17. q. 4. vbi si quis clericum iudicatum offendit, ne excommunicetur offendens, prohiberi videtur; ergo nec in excommunicationem incidit offendens, si clericus ille excõmunicatus fit Gloss. ibi ad hoc respondebat illud cap locum habere, vbi clericus, qui corrigi non potest, offenditur arg. c. cùm non ab homine, & ibi Abb. de iud. quę responsio mihi vera videtur; nã ob multas causas quis clericum offendens in excommunicationem non incidit, vt habetur in c. si verò, & in c. ex tenore, & in c. cùm voluntate, & in c. in audientia, & in c. veniens de sent. excom. ergò aliquã ex ipsis causis inibi fuisse interpretari debemus, ne correctio iuris fiat ipsius cap. si quis suadente diabolo arg. c. cùm expediat de elect. lib. 6. & l. vn. C. de inoff. dot. Tertiò hac ratione sententia hæc probatur, clericus hæreticus priuilegium eius c. si quis suadente diabolo amittit, vt tradidit Inno. in c. si verè de sent. excom. & sequitur eum ibi Abb. & Felin. qui & Ant. idem tenere ait, & Zab. in clem. 2. §. cæterum de elect. ergò & clericus excommunicatus priuilegiũ hoc amittere debet; nam excommunicatus hæreticus dicitur, vt habetur in c. fin. §. hæreticos. 4. q. 1. ad hoc respondet Io. And. hæreticum propriè priuilegium hoc amittere, non autem hæreticum impropriè, cuiusmodi simpliciter excommunicatus est, vt tradidit Card. in cit. clem. 2. §. cæterũ de elect. & Gundisl. de Vill. dieg. in tract. de hæret. q. 1. nu. 3. & Syl. in verb. hæresis. num. 1. & vt nos disputauimus in Tab. seq. non igitur ratione hac proposita sententia nititur. Quartò sic dicebatur, excommunicatus excommunicare non potest arg. cap. 1. & c. audiuimus. 24. q. 1. ergo nec, qui eum offendit, in excommunicationem incidet: hæc etiam ratio eandem sententiam non tuetur; nam primò, vt inquit Io. And. non excommunicatus ipse in hoc casu excommunicat, sed canon ille cap. si quis suadente diabolo, qui sine dubitatione excommunicare potest; præterea non simpliciter verum est excommunicatum excommunicare non posse, vt disputauimus supra

N cap. 3.

cap.3. Postremò ratio hæc redditur, si clericus ter admonitus vestitum clericalem, ac tonsuram non defert, priuilegio eo priuatur, vt habetur in cap. in audientia, & in cap. contingit. 2. de sent. excom. sicut etiam si ioculatoris officium non dimittat, vt dicitur in c. vn. de vit. & honest. cler. lib. 6. ergò multo magis excommunicatus eo priuilegio carere debet, cùm excommunicatio omnibus pœnis ecclesiæ grauior sit arg. cap. corripiantur. 24. q. 3. ad hoc respondet Ioan. And. excommunicationem propterea maximam pœnam esse; quoniam & hominum, & sacramentorum communione priuat ob c. penult. de sent. excom. atque idcirco respectiuè, vt ipse ait, maiorem esse: hæc responsio mihi non satisfacit; nam respectiuè si maior est, eadem ratione erit maior. Ego igitur dico rationem hanc nihil facere; nam in eo, qui ter admonitus non paruit, delictum est, in excommunicato autem est pœna; at delictum puniri debet arg. c. 2. de his, quæ fiunt à maior. part. cap. & l. sancimus. C. de pœn. non autem excommunicatio, quæ pœna est, cùm quoduis leue delictum quauis pœna, atque excommunicatione grauius sit, ac propterea pœnam non mereatur arg. l. diuus. ff. de off. præsid. Quare, cum nullis rationibus sententia hæc nitatur, contrariam, vt scilicet in excommunicationem incidat, qui clericum excommunicatum percusserit, amplexatus est Inn. in c. si verè nu. 3. de sent. excom. & Felin. ibidem nu. 2. & gloss. in c. contingit, & ibi quoque Abb. nu. 12. eod. & gloss. in cap. 2. in verb. Retinere ne cler. vel mon. lib. 6. & in c. si quis deinceps. 17. q. 4. & in c. quis enim vestrum. 23. q. 5. & Card. in clem. 2. §. cæterum de elect. & Specul. in tit. de sent. excom. vers. Sed quæritur vtrum verberans, & Io. And. in c. delictum de reg. iur. lib. 6. in mercur. vbi hanc quæstionem disputauit, & quam plures alij, quos refert Marian. Soc. Sen. in c. peruenit. num. 144. cum seq. vers. Vndecimò fallit de sent. excom. eandem opinionem cõmuniter receptam esse testatur Abb. in eod. c. si verè in fin. & Syl. in verb. Excommunicatio. 6. nu. 4. & Ang. eod. 5. nu. 24. & Tab. eod. 5. nu. 30. & Archiep. Flor. in tract. de censur. c. 1. vers. Percutiens clericum. Probatur autem sententia hæc primò hac ratione, clericus excõicatus ordinem retinet, cuius ordinis gratia priuilegium hoc habet; ergo & priuilegiũ retinere debet; nam, sicuti cessante causa priuilegij, priuilegium cessat arg. c. Abbas in fin. de verb. sign. & c. suggestum de dec. & vt not. gloss. fin. in cap. magnæ de vot. ita è contrario eadem causa permanente & priuilegium permanere debet, vt quod operatur propositum in proposito, operetur oppositum in opposito arg l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. hac ratione meo quidem iudicio horum sententia non nititur; nam, si vera esset, & clerici, qui de gradu suo re ipsa deiecti sunt, ac degradati vulgò dicuntur, priuilegium hoc retinerent, cùm ordo ipsis non adimatur, vt doctores communiter concludunt, & tamen priuilegium hoc perdunt, vt habetur in cap. degradatio in fin. de pœn. lib. 6. & vt not. ibi gloss. fin. & Abb. in c. ad abolendam. num. 10. de hæret. in antiq. & Syl. in verb. Degradatio. nu. 8. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 79. vers. Nisi sit degradatus realiter; non igitur ratio hæc illorum sententiam probat: ac planè, si vbi causa alicuius iuris in excommunicato remanet, & eius executionem haberet, contra debitores ageret, cùm obligatio per excommunicationem non tollatur, vt supra sensimus; quod tamen ipsi excõmunicato prohibetur arg. c. decernimus de sent. excom. lib. 6. item & ecclesiastici beneficij fructus perciperet, quod etiam est contra c. pastoralis. §. fin. de appell. Vnde secundò pro hac sententia iura hæc citantur cap. 1. & cap. 2. & cap. de monialibus de sent. excom. vbi, si duo clerici mutuò se percusserint, vterque in excommunicationẽ incidit, vt probatur in citatis iuribus; nã ibi, vterque vt absoluatur, mandatur; ergo & percutiens excommunicatum in excommunicationem incidit; nam in eo casu, qui secundò clericum percussit, pro certo excommunicatum clericum percussit, vt hoc per se patet: ad hæc iura responderi fortasse posset ibi propterea vtrunq; absolui; quoniam, quisnam prior percussisset, ignorabatur, quo casu, vt tutiorem viam sequamur, absolutio vtrique condonatur, quod fieri, dum dubij sumus, debet arg. c. iuuenis de spons. Postremò dicebat Io. And. si excommunicatio ordine clericali exueret, non medicinalis, ac disciplinans, sed eradicans esset contra c. 1. de sent. excom. lib. 6. item, quoniam vel iniqua obligat arg. c. 1. 11. q. 3. iniuria hoc priuilegio priuaret, quod absurdum est: hæ rationes quoque minùs mihi satisfaciunt; nam non idcircò ordo tollitur, ac priuilegium, sed ipsorum executio impeditur, quousque excommunicatio adest arg. tot. tit. de cler. excom. min. non etiam illud absurdum sequitur, quod dicit; nam & hominũ, & sacramentorũ cõmunione ob iniquam excõicationem quis caret, vt probauimus supra, & tñ nullum absurdũ sequitur; ex quo, qñ vult, absoluitur: hæ sunt rationes, quæ pro hac sententia potissimum afferuntur. Quid igitur in hac re concludendum? Ego à communi opinione discedendum non censeo, vt scilicet in excommunicationem incidat, qui clericum excommunicatum percutit; quam his rationibus probo. Primò, quia priuilegium hoc, sicut illud aliud fori clericis

condona-

condonatum est, quò ipsos tueatur, præsidioq; eisdem sit, atque idcirco eo perterriti homines clericos minùs offendant arg.c.contingit. 2. in fin. de sent.excomm.& ibi not. Marian.Soc.Sen. num.7. vbi ait propter duo priuilegium illud condonatum esse & ad coercendam violentiam laicorum, & pro clericorum tutela (neq; enim ratio alia accomodatior hac reddi potest) ergo clericus excommunicatus illud non amittit;nam excommunicatus se tueri potest,vt habetur in c.intelleximus de iud.& in cap.cùm inter, & in c.fin.de excep.& vt nos infrà Tab.2.pluribus id probauimus;ac propterea quibuscunque legitimis rationibus,atque idcirco etiam hac vti posse debet arg.c.dilecto de sent.excom.lib.6. cui enim quidpiam conceditur, & id, sine quo concessum haberi non potest, concessum esse existimatur arg. l.2.& ibi DD. ff. de iurisdict. omn. iud. cùm igitur priuilegium hoc, quasi præsidium quoddam, ac propugnaculum clericorum sit, excommunicatiq; se tueri legitimis armis queant;ergo & eo priuilegio fruentur; & hæc ratio solidissima esse mihi videtur,ac germana, nec à quoquam,quem legerim,considerata. Confirmatur sententia hæc,quoniam priuilegium propter culpam amittitur arg.cap.in audientia de sent. excom.at excommunicatio non culpa,delictumuè,sed pœna est arg.c.sacro eod.de sent.excom. ergo hac quoque ratione clericus excommunicatus eo priuilegio non caret; alioqnin hoc esset afflictionem afflicto addere contra l.diuus. ff.de off.præsid. Tertiò facit, quoniam, si ecclesia excommunicatum clericum ob excommunicationem hoc priuilegio priuasset; id expressisset, sicut casus alios expressit, vbi id voluit,vt in c.si verò,& c.ex tenore, & c.veniens,& c.in audientia,& c.cùm voluntate.§.fin.de sept.excom.& c.2.de pœn.lib.6. cum simil.quibus iuribus à regula casus plures excepit, quibus clericum percutiens in excõicationem non incidit, & tamen casum hunc non expressit,neque excepit; ergo neque nos excipere debemus, sed regulæ inhęrere cit.c.si quis suadente diabolo.17.q.4.arg.l.de pretio.ff.de publ.& l.nam,quod liquide.ff.de pœn.leg.& eorum, quæ tradunt DD.in rub.ff.de reg.iur. cùm igitur casum hunc lex non excęperit,ipsiq; clerici priuilegiũ hoc remittere nequeant,vt probatur in c.contingit de sent.excom. iure priuilegium hoc excommunicatus clericus habebit. Quartò priuilegij huius vsu neque sacramentorum, neq; hominum communione quis vtitur, quà ratione excommunicatio violatur arg.c.pen.de sent.excom.non diuinorum et particeps est,non officiũ aliquod eccl.obit;quorum primum interdicto,postremum suspensione prohibetur arg.c.si sententia de sent.excom. lib.6. & tot.tit.de cler.excom.min.ergo priuilegium hoc retinet.Accedunt deniq; cit. c.1.& 2.& c.de monialibus,quæ hanc opinionem tuentur,quicquid ad ea supra responsum sit.Firma igitur communis opinio hæc erit; pro regulaq; ipsam habebimus eum, qui clericum excommunicatum percutit,in excommunicationem incidere: quæ regula his rationibus amplificatur, ac declaratur. Primò,vt locum habeat non solùm, vbi clericus excommunicatus est;verum etiam vbi suspensus,interdictusuè est subiectus,vt tradidit Abb.in c.pen.num.1.de immun.eccl. vbi de quacunque censura constricto idem ait; idque multo magis, cùm longè grauior excommunicatio alijs censuris sit:qui ergo clericum suspensum,interdictumuè percutiet,hic etiam in excommunicationem incidet.Secundò declaratur regulam hanc locum habere in clerico excommunicato,etiam verbis deposito:nam,qui eum percutit, in excommunicationem incidit; quandoquidem huiusmodi clericus tam fori priuilegium retinet, quàm canonis ipsius cap.si quis suadente diabolo,vt sensit gloss.in c.ad abolendam in verb. Prærogatiua,& ibi tradidit Abb.nu.10.vers. In gloss.de hæret.& idem Abb.in c.ex parte de cler.coniug.num.3.& Marian.Socin.Sen.in cap. peruenit nu.138.de sent.excom.& Syl.in verb. Degradatio.7.vers. Sextò quæritur,& Tab.eod. num.2.& Anchar.in cap.degradatio.num.5.& Philip.Franc.prop.fin.de pœn.lib.6.& Nauar.in Man.cap.27.num.79.vbi communem opinionem hanc esse significat; etenim depositio huiusmodi priuatio officiorum,& beneficiorum ecclesiasticorũ est retento priuilegio tam fori,quàm cit.c.si quis suadente,vt dixit Syl.eod.in prin.& sensit Nauar.in Man.cap.27.num.151.vers.Dixi vel perpetuum, & arg.cap.1.& 3.cum sequen.de cler.excom. min. cùm igitur priuilegia hæc depositione huiusmodi clericus nõn amittat, & excommunicatione,censuraue alia ecclesiastica eisdem non priuetur,vt vidimus,iure ipsum percutiens in excommunicationem incidit. Tertiò declaratur eadem regula.vt locum sibi vindicet in clericis etiam coniugatis, excommunicatione itidem constrictis:nam eos percutiens in excommunicationem incidet; quandoquidem huiusmodi clerici cùm hoc,tum fori priuilegium habent, vt habetur in c.vn.de cler.coniug.lib.6. modò ijs affecti qualitatibus sint, eaq; obseruent,quæ traduntur tam in cit.cap.vn. quàm apud Trid.Synod.c.6.sess.23.de refor. Quartò declaratur regula hæc, vt locum habeat in eo etiam, qui, etsi clericus non est, priuilegium hoc nihilominus habet, vt, qui religiosam vitam aliquam

ab ecclesia approbatam vel professus, vel nouitius in ea est; nam & hi priuilegio hoc fruuntur, vt habetur in c.monaci, & in cap.de monialibus de sent.excom. in antiq.& in c.religioso.§.fin. eod.lib.6.nam & in his rationes propositæ locum habent. Hæc regula sic amplificata exceptiones non nullas patitur;nam primò in excommunicationem non incidit clericum percutiens,vbi clericus ille de gradu suo deiectus,vel,vt aiunt,degradatus re ipsa est;quandoquidem degradatione huiusmodi cùm hoc, tum quoduis aliud clericorum priuilegium clericus amittit, vt probatur in c.degradatio in fin.de pœn.lib.6.& vt Asserunt DD.gloss.ibi in verb.Priuilegio,& Phil. Fran.& Gemin.prop.fin.& Abb.in c.ex parte.num.3.de cler. coniug.& in c.ad abolendam. nu. 10.de hæret.& in c.contingit.1.num.12.de sent.excom.& in c.nonimus.num.2.de verb.figu.& Marian.Socin.Sen.in cit.c.peruenit,vbi de communi sententia testatur.nu.138. & Tab.in verb. Degradatio.num.2.& Syl.eod.num.7.vers. Sextò, ac nouissimè Nauar. qui etiam communem opinionem hanc sentit in Man.cap.27. num.29. etenim priuilegium huiusmodi, sicuti positiuo iure tributum est, ita eodem tolli potest arg.c.oïs de reg.iur.in antiq.& l.nihil tam naturale.ff. eodem,& l.qui condemnare.ff.de re ind.cum simil.atque ita Philip.Fran.tradidit in cit.c.degradatio in fin. qui ergo clericum degradatum excommunicatum, imò & non excommunicatum percutit,excommunicationem euitabit; modò enim ratione hac degradatus sit, sat est, vt clericorum priuilegijs careat ob cit.c.degradatio de pœn.lib.6.Item clericum percutiens in excommunicationē quis non incidit, vbi depositus est verbis tantùm, sed incorrigibilis est arg.c.cùm non ab homine iunctis ijs,quæ DD.atq; Abb.ibi tradunt de iud. & vt dixit idem Abb.in eodem c.ex parte in fin.de cler.coniug.& in c.ad abolendam.num.10.de hæret. & in cit.c.contingit. 1. num.12. & Nauar. eodem cap. 27. num. 70. Tertiò clericum excommunicatum percutiens in excommunicationem non incidit, vbi ob eas causas percutit, ob quas in excommunicationem non incideret,etiam si clericus ille excommunicatus non esset:huiusmodi autem causæ recensentur in c.si verò aliquis,& in c.ex tenore,& in c.in audientia, & in c.cùm voluntate.§.fin.de sent. excom.quare,sicut magister discipulum suum clericum corrigendi eius causa percutiens in excommunicationem non incidit,vt dicitur in cit.c.cùm voluntate.§.fin.ita nec eundem si verberet,vbi excommunicatus est,excommunicatione obuoluetur;non enim pœna immunitatem tribuit arg.l.relegatorum.§.fin.ff.de interdict.& relegat. Quartò,qui clericum hæreticum percutit,vt dixit Inno.in cap.si verè de sent.excom.cum ijs,quos supra citauimus,& quamplures alij, quos refert,ac sequitur Marian.Soc.Sen.in eod.c.peruenit num.148. vers. Duodecimò fallit,& hoc ob auth.de priuil dot.hæret.mul.non præstan. vbi mulieres hæresis labe pollutæ dotiū priuilegio priuatæ sunt; ergo & clericus hæreticus priuilegio huiusmodi priuatus esse quoque debet.Quorum sententia,ipsorum pace dixerim;mihi non probatur; nam clericus hæreticus, antequam degradatus sit, clericorum priuilegia retinet, Præsenti nihilominus ordinatione sancimus,dicitur enim in cit.cap.ad abolendam, vt quicunq; manifestò fuerit in hæresi deprehensus, si clericus est,vel cuiuslibet religionis obumbratione fuscatus,totius ecclesiastici ordinis prerogatiua nudetur. Hæc ibi; si ergo sancit ibi Summus Pont. vt clericus & manifestò in hæresi deprehensus prerogatiua ordinis nudetur;ergo non ipso iure nudatur,sed iudicis opera necessaria est, atque idcirco degradatione; verba enim in huiusmodi tempore posita priuationē ipso iure non inducunt,vt sensit gloss.in c.præterea in verb. Priuetur de iur.patron. & in c.quicunque.§. 1. in verb.Innodetur de hære.lib.6.& vt nos tradidimus supra cap.9. §. 6.in prima regula; ergo per hæresim clericus suis priuilegijs non caret. Confirmatur hoc in c.1. de hæret.lib.6. & c. excommunicamus.1.§.damnati, & in cap. excommunicamus.2.eod. in antiq. vbi conceditur episcopo; vt solus clericum degradet, cùm pro hæresi seculari curiæ fuerit relinquendus; ergo ante degradationem secularis iudex manus in huiusmodi clericum mittere non potest; atque ideo fori priuilegium retinet, & ob eandem rationem canonis.cit.cap.si quis suadente diabolo: nec repugnat cit.auth.de priuileg.dot.nam per ciuilem legem pontificio iuri derogari,multo q; minùs idem corrigi potest arg.c.1.& c.fin.de constit.& c.fin.de secund.nupt.ac planè,si ecclesia id voluisset,sine dubitatione id expressisset;nam sic de dote vxoris,& de alijs bonis,quibus priuati hæreticum voluit, apertè ab ecclesia id cautum est in c.decreuit,& in c.cùm secundum leges de hæret.lib.6.ex quo ergò de priuilegijs clerici nihil dixit, neque nos dicere debemus arg. l.de pretio.ff.de publ.in rem act.contrarium tamen, vt vidimus, Inno.sensit. & Felin.in c.fin.de hære.His ergo exceptis casibus,& non nullis a'ijs,quos refert,atq; explicat Marian.Socin.in eod. c.peruenit n.97.cum multis seq.vers. Hæc tamen regula fallit de sent. excom. constat aliàs percutientem clericum excommunicatum in excommunicationem incidere; constat etiam ex eisdem

9 dem excommunicatum priuilegijs,quibus se tuetur,non priuari. † Quare pater, & dominus de
peculio conuenti,maritus de dote,parens,patronus à filio, libertoq;, socius à socio,qui donauit
à donatario, & in summam vniuersi, qui in iudicium conuenti in id, quod facere possunt, con-
demnantur,qui recensentur in §.sunt præterea cum seq. in Instit.de act.ob excõmunicationem,
qua constricti tenentur,eo priuilegio non carebunt, vt in plus condemnentur,quàm facere pos-
10 sint; † secus autem de priuilegijs sentimus,quibus alios agendo oppugnarent; nam,sicut agere
nequeunt arg.c.decernimus de sent.excom.lib.6.& c.intelleximus de iud.in antiq ita neque pri
uilegijs vtentur,quibus aliàs agendo vterentur; etenim sublato principali & accessorium subla-
11 tum intelligitur arg.c.accessorium de reg.iur.lib.6. †. Priuilegium quoque fori excommunica-
ti,censuraq; alia constricti retinent,ac propterea clericus excommunicatus coram iudice eccle-
siastico conueniri tantùm poterit,vt habetur in c.1.& c.si diligenti de for.compet.in antiq. & in
c.vn.de cler.coniug.lib.6.etiam si excõicatus notorius sit;nam excommunicatione priuilegium
hoc non amittitur;vt asseruit Specul.in tit.de sent.excom.nu.10.vers. Sed quæritur,vtrum ver-
berans clericum,& Abb.in c.penult.num.8.de immun.eccl.idq; meritò;tum quòd priuilegium
hoc clericis pro tutela contra laicos condonatum est, vt dicitur in c.contingit iterum.2.de sent.
excomm. & quæ pro tutela conceduntur, ijs nec excommunicatos priuari antea vidimus; tum
quòd alterius culpa præiudicium suo iudici fieret contra c.non debet de reg. iur. lib.6. & l.non
debet.ff.eod.non est igitur,quod hac de re dubitemus, quæ conclusio eisdem rationibus & am-
plificatur,atque coarctatur,quibus antecedentem regulam amplificari,coarctariq; asseruimus.
Nec exempti ergo exemptionis priuilegio excommunicati carebunt; nam nec ob delictum,
12 quibusdam exceptis casibus,caret,vt habetur in c.1.de priuil.lib.6. † Atqui an excõmmunica-
tus ad ecclesiam ob delictum confugiens immunitatem habebit, quam alij ad ipsam confu-
gientes habent, vt inde non extrahantur? vt habetur in c.definiuit cum seq. & in c.metuentes.
17.q.4.& in c.inter alia de immunit.eccl.in antiq. & ibi Abb,ac DD. & C.de his, qui ad ecclesiã
confugiunt,& vt tradidit Nauar.in Man.cap.25.nu.17.Anchar.in clem.1.num.5.vers. Secundò
quærit de pœnit.excommunicatum priuilegium hoc habere inquit, idem Imol. asseruit ibi.nu.
11.& Host.in summ.§.à quibus vers.Quid ergo de immun.eccl.& Syl.in verb.Immunitas.3.nu.
2.vers.Secundum, ibi de excommunicato,& Tab eod.num.7.vers. Sextò, ibi vtrùm excommu-
nicatus;hanc sententiam communiter receptam esse testatur Boer. decis. 110. num.7 vers. Sed
in excommunicato,& Nauar.in Man.c.25.num.19.vers.Tertium. Probatur autem hac ratione;
quoniam priuilegium hoc in primis propter honorem Dei ecclesiæ concessum est, vt DD. in-
quiunt,& Boer.decis.ead.num.3.vers. Vnde cùm immunitas, & eadem.num.7. ergo delictum
alterius inspici non debet. Accedit,quòd immunitate hac & iudæi,nec non alij,qui Christianam
fidem professi non sunt, immunitate hac inquam non carent,vbi, vt Christiani fiant, eò confu-
giunt, vt tradidit Felin.in c.iudæi.1.de iud.& Nauar.in Man. eod.c.25.nu.20.& Boer.ead.decis.
num.4.& communiter DD.vt sensit Abb.in cit.cap.inter alia. num.6.quamuis ipse contrarium
sentiat; ergo multò magis censura constricti, qui iam in ecclesiam recepti sunt, immunitatem
hanc habere debent arg.c.quemadmodum de iureiur. Postremò in cit. c.inter alia excipiuntur
non nulli,qui ea immunitate carent, in quorũ numero nec excõmunicatus, nec censura alia con
strictus est;ergo neque ipsos ponere nos debemus;exceptio enim vnius est exclusio alterius arg.
c.non ne de præsumpt. & l.cùm prætor. ff. de iud. Confirmatur ratio hæc, quoniam ob delicta
quædam ea immunitate quis priuatur, vt dicitur in eod.c.inter alia; at excommunicatio,censu-
raue alia non delicta,sed pœnæ sunt; ergo ipsis censuris constricti ea immunitate priuari non de-
bent arg.l.diuus.ff.de off.præsid. Contra sententiam hanc tamen primò facit,quoniam excom-
municatus extra ecclesiam eiectus est,vt dicitur in c.qui meritò.11.q.3. ergo ad ecclesiam con-
fugiens eius immunitate frui non debet. Præterea is, cui in ecclesiam aditus interdicto occlusus
est,in ecclesiam ingredi non potest arg.c.is,cui de sent.excom.lib.6.& vt probauimus in Tab.de
interdict.ergo nec eius immunitate gaudebit,atque ita Felin.sensit in c.à nobis.nu.6.de excep.
Atqui à communi opinione discedendum non est. Nec obstat,quod primò dicebatur excommu
nicatum extra ecclesiam eiectum esse;nam non extra ecclesiam esse hic dicitur, quasi in ecclesia
esse nunquam possit(contrariũ enim probauimus in Tab.seq.)sed quatenus priuatur sacramen-
torum,Christiq; fidelium communione,vt habetur in c.pen.de sent.excom. & in cap. Engeltru-
dam.3q.4. & vt nos declarauimus in Tab. seq. atqui frui hac immunitate non est vti huiusmodi
13 communione,sicuti id per se patet. † Non etiam alterum de interdicto repugnat; nam, etsi in
ecclesiam ingredi non debet,ex quo tamen ingressus est, ob Dei honorem, cuius gratia priuile-

gium illud condonatum est, inde non extrahetur; ac planè si interdictum huiusmodi excipere ecclesia voluisset, sicuti quosdam alios, ita & hunc excepisset; at ipsum non excepit, nec in cap. inter alia nec in c. fin. de immun. eccl. ergo neque nos excipere debemus, atque ita tenuit Imol. in clem. 1. de immun. eccl. Nec repugnat, quod dixit Felin. in eod. c. à nobis. num. 6. hunc in ecclesia sepeliri non posse; nam id speciatim cautum est in eod. c. is, cui. §. talis, quod de immunitate cautum non habemus. Non illud etiam c. quia frustra de vsur. vbi dicitur frustra legis auxilium eum inuocare, qui in legem cōmittit; nam hac ratione nemo delictum committens immunitate illa vteretur, cùm semper delinquens in ecclesiam committat; in hac re igitur sic concludendum censerem. Excipio tamen eos, qui propterea excommunicati, censuranè alia irretiti sunt, quoniam ea delicta commiserunt, quæ recensentur in cit. c. inter alia, & in c. fin. eod. de immun. eccl. nam tunc & censura constricti non censuræ tamen, sed delicti vitio ea immunitate carebunt, vt in cit. iur. habetur. Excommunicati ergo, suspensi, interdictiq́; , vt summam eorum
14 faciamus, quæ diximus, priuilegijs huiusmodi non carent. † Quare & ecclesia interdicto subiecta priuilegium hoc immunitatis retinebit, vt, qui ad eam confugiunt, salui sint; tum ob rationes supradictas; tum quòd locus interdicto subiectus hoc tantùm priuatur, ne diuina officia ibi fiant, ac celebrentur, vel ne de more, vt habetur in c. permittimus de sent. excom. in antiq. & in c. si sententia cum duobus seq. & in c. fin. eod. lib. 6. immunitatem autem hanc huius generis non esse satis per se patet; ergo ea non priuabitur, inclusio enim vnius, alterius exclusio est arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. non ne de præsumpt. ac planè, si ob suam culpam excommunicati, interdicti, suspensiq́; hac immunitate non carent, vt vidimus; minùs ecclesia, quæ culpa omni vacat, ea carebit; atque ita asseruit Laur. quem refert Zab. in clem. 1. nu. 4. q. 1. de immun. eccles. & Goff. in summ. de immun. eccl. nu. 14. cum duobus seq. & Host. eod. in summ. vers. Sed nunquid hoc priuilegium retinet ecclesia interdicta; & Abb. in c. penult. num. 8. vbi quosdam alios idem sentire ait, & Add. ibi ad eum de immun. eccl. & communem hanc opinionem esse idem Abb. ibi
15 testatur; non est igitur, quod hac de re dubitemus. † Hinc non rectè Bald. sensisse conuincitur, qui ciuitatem interdictam priuilegia studij amittere dixit in auth. habita nu. 7. C. ne fil. pro pat. nam diuina hęc non sunt, quæ solùm interdicto prohibentur, vt probauimus Tab. 5. sed de his hactenus; ad alia veniamus.

S V M M A.

1 *Sacramenta spiritualiaq́; ab excommunicato, censuraq́; alia irretito administrata valent, vbi neque notorius, neque denuntiatus est.*

2 *Pœnitentiæ sacramentum à parocho excommunicato administratum valet; modò notorius, denuntiatusuè non sit; quæ regula etiam declaratur.*

3 *Sacramenta, quæ characterem imprimunt, ab excommunicato, censurauè alia irretito administrata valent; quamuis notorius, denuntiatusuè sit.*

4 *Baptismus & ab hæretico administratus valet.*

5 *Ordo ab excommunicato administratus valet; vel ab excommunicato ob hæresim administretur.*

6 *Eucharistia ab excommunicato, censurauè alia irretito conficitur.*

7 *Eucharistia ab excommunicato confici non debet.*

8 *Eucharistia recipi ab excommunicato non debet, vbi denuntiatus, notoriusuè est.*

9 *Eucharistia ab excommunicato denuntiato, notoriouè nec in articulo mortis recipi à nobis debet.*

10 *Eucharistiam cur recipere quis non potest ab excommunicato notorio, denuntiatouè, sicut baptismum, & pœnitentiam.*

11 *Pœnitentia, baptismusq́; cur legitimè recipiuntur ab excommunicato notorio, denuntiatouè, non autem Eucharistia.*

12 *Pœnitentiæ sacramentum ab excōmunicato denuntiato, notoriouè administratum non valet; & quamobrem.*

13 *Extrema vnctio administrata ab excommunicato notorio, denuntiatouè non valet.*

14 *Consecrationes rerum ab excommunicato factæ valent.*

15 *Consecrata ab excommunicato an egeant reconciliatione.*

16 *Ecclesia poluta si sit, propterea quòd excommunicatus eam consecrauit, an irregularis fiat, qui in ea diuina facit.*

Quartò,

XVI.

§. Quartò, etsi excommunicatus, interdictus, suspensusuè spiritualium vsu caret; atque idcir-
1 co administrando illa peccet, tamen ab ipsis administrata aliquando valent. † Nam pri-
mò, vbi hic neque notorius, neque denuntiatus est, quæcunque sacramenta, spiritualiaq; ipse ad-
2 ministrat, ea valent ob extrauag. ad euitanda, quam declarauimus hoc cap. §. 7. † Quare in hoc
casu à meo parocho excommunicato in pœnitentiæ foro absolui à peccatis possum, & absolutus
confessionem iterare non cogor; nam huic peccata confitendo non pecco, ex quo mihi permit-
titur in hoc casu ab excommunicato, censuraue alia irretito sacramenta suscipere: sacerdos iti-
dem, quamuis peccet, ordinis tamen, iurisdictionisq; vsum respectu habito ad alios retinet, ex
quo notorius, denuntiatusq; non est ob cit. extrauag. iure igitur pœnitentiæ sacramentum ab
hoc administratum valet, atque sic asseruit Couar. in c. alma pars. 1. §. 6. nu. 7. vers. Quinta con-
clusio, vbi Hadr. Caiet. Med. & Nauar. idem sentientes refert. Hæc autem locum habent in om-
nibus etiam alijs sacramentis, ac diuinis. Item vel nominatim parochus excommunicatus sit, vt
DD. magna ex parte concludunt, quamuis contrarium ipse disputauerim in cit §. 7. Tertiò, etiã
si eum excommunicatum nouissem. Postremò vel interdictus, vel suspensus sit; eadem enim ra-
tio & in his casibus est; ergò & eadem dispositio esse debet arg c. cùm dilecta de confirm. vtil.
3 vel inutil. † Secundo loco, vbi etiam denontiatus, notoriusuè est, tamen sacramenta ab hoc ad-
ministrata conferuntur, quæ characterem imprimunt, Baptismus scilicet, Confirmatio, atque
Ordo (hæc enim characterem imprimunt, vt habetur apud Trid. Syn. sess. 7. de sacr. can. 9. & nos
4 in commentarijs nostris de sacr. probauimus in Tab. 1. cap. 17. num. 2. cum seq.) † Baptismus
igitur & ab hæretico confertur, vt habetur in c. siue hæreticus, & in c. si qui apud hæreticos cum
seq. & in c. ostenditur de consecr. dist. 4. & vt in eisdem commentarijs tradidimus in Tab. 2. c. 3.
5 num. 2. & infra hoc cap. §. seq. ergo idem & de confirmatione? † Ordinis itidem character im-
primitur, si ab excommunicato conferatur, nam sic asseruit Gloss. summ. 9. q. 1. & in cap. conue-
nientibus in verb. Ordinatio. 1. q. 7. & in c. Daibertum ead. q. & in c. fin. vbi quoque not. Abb.
de ordinat. ab epis. qui episcopat. renunt. & in c. cùm illorum in verb. Ordinibus de sent. excom.
& idem Abb. in c. veritatis num. 46. de dol. & contum. & Ioan. de Lign. in tract. de censur. eccl. §.
Vigesimus septimus vers. In fine, & Inno. in c. 1. num. 3. de schismat. & Felin. in c. si verè. num. 7.
de sent. excom. & Nauar. in Man. c. 25. num. 69. vers. Tertiò peccat, & Syl. in verb. Excommuni-
catio. 3. nu. 3. & Tab. eod. 1. nu. 13. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 6. n. 6. vers. de ordinis sacramen-
to de sent. excom. lib. 6. quare opinio hæc communiter recepta est. Probatur autem primò in
cit. c. fin. de ord. ab epis. qui renunt. epis. vbi, cùm clericis, qui ab excommunicato episcopo igno-
ranter ordines receperunt, per suos episcopos dispensari posse dicitur, vt in susceptis ordinibus
administrent; si cum ipsis ergo dispensatur, vt suscepti ordinis munus obeant, sine dubitatione
ordines susceperunt: non enim ordinis, quem quis non habet, munus obire potest. Secundo lo-
co confirmatur sententia hæc per c. ab excommunicatis. 9. q. 1. vbi ordinatis ab excommunica-
tis episcopis quibusdam adimpletis conditionibus permittitur, vt in ordinibus permaneant,
quos acceperunt; ergo ordinati ab excommunicatis ordinem suscipiunt, idem habetur in c. seq.
ead. q. Tertiò confirmatur id ratione; nam ad ordinem conferendum in ministro necessariò re-
quiritur, vt ordinis potestatem habeat, vt sensit gloss. communiter recepta in c. transmissam de
elect. & nos tradidimus in commentarijs nostris de sacr. in Tab. de ord. cap. 2. num. 4. quæ pote-
stas per consecrationem tributa nulla ratione deinceps amittitur, vt probatur in c. 1. de ordin.
ab epis. qui renunt. epis. & in c. quod quidam. 1. q. 1. si ergo per excommunicationem, ac censu-
ram potestas hæc non tollitur, meritò, quamuis offendat, ordinem, id est ordinis charactera con
feret. Contra sententiam hanc tamen non nulla facere videntur, & primò cap. 1. 9. q. 1. Nos
consecrationem dicere nullo modo possumus, inquit enim ibi Rom. Pont. hac de re agens, quæ
ab excommunicatis hominibus est illicitè celebrata. Hæc ibi; si ergo consecrationem ab excom-
municato factam consecrationem dicere nullo modo possumus, pro certo habendum est excom
municatum ordinem non conferre; dictio enim Nullo modo præposita verbo Potest omnem po
tentiam tollit arg. eius, quod tradidit gloss. communiter recepta in c. 1. in verb. Non potest de
reg. iur. lib. 6. & Bart. ac Ias. in l. Gallus in prin. ff. de liber. & posth. Ad hoc argumentum duobus
modis Gloss. respondet primò illud locum habere, vbi forma ecclesiæ non adhibita ordo colla-
tus est; nam tunc ordinem ab excommunicato non conferri sensit; secus autem vbi forma eccle-
siæ fuit adhibita: hæc responsio gloss. etsi vera est, vt videbimus, qua tamen ratione id inibi pro-
betur, non declarauit. Vnde secundo modo respondebat, scilicet consecrationem ab excommu-

nicato quidem factam valere, sed odio ipsius excommunicati consecrationem nullam dici; nam & ecclesia per pactionem consecrata exęcrata potius dicitur in c. ecclesia 1. q. 4. cùm re vera tamen consecrata sit: quæ responsio ob verba illa Nullo modo recipienda mihi non videtur. Ego igitur à priori responsione discedendum non censeo, vt scilicet ob formæ vitium ibi ordo collatus non sit: id quod hac ratione probo; nam si, vt ibi dicitur, nos consecrationem dicere nullo modo possumus, quæ ab excommunicato est illicitè celebrata; ergo, quæ ab excommunicato licitè celebrata est, dicere consecrationem aliquo modo possumus; valet enim argumentum à contrario sensu, vt habetur in l. 1. & ibi DD. ff. de off. eius; at licitè consecratio celebratur tribus modis, aut quò ad se, aut quò ad formam, aut quò ad eum, qui cōsecratur: & quò ad excommunicatum dici non potest; nunquam enim hoc ei licet arg. c. pen. de sent. excomm. ergo licitè celebrata esse consecratio dicetur ab excommunicato, vbi & ecclesiæ formam adhibuit, & quod consecrari poterat, consecrauit: hoc igitur sic posito, sicut verbum Licitè non ad ipsum excommunicatum, sed ad formam, ad aliaq; refertur, ita in casu nostro huic contrario illud verbum Illicitè ad formam non rectè adhibitam, non autem ad ipsum excommunicatum referetur, vt scilicet consecratio nullo modo dici posit; quia illicitè, idest forma necessaria non seruata facta est: quod cùm ita sit, mirandum non est, si Romanus Pont. nullo modo consecrationem eam non dici posse ibi asserat; nam forma dat esse rei arg. l. Iulianus. §. sed si quis. ff. ad exhiben. & vt dixit Rot. decis. 11. num. 5. in antiq. de iur. patron. quæ adhibita eò non fuit, vt probauimus: non igitur constitutio illa communem sententiam tollit, sed eam potius probat, scilicet consecrationem ab excommunicato factam valere, vbi licitè facta est; quoniam illicitè facta non valet, quemadmodū probauimus; vt, quod operatur propositum in proposito, operetur oppositum in opposito arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. Secūdò contra propositā conclusionem ratio hæc facit; nam sacerdos excommunicatus notorius, denuntiatusuè sacramentum pœnitentiæ administrans nihil facit, vt communiter receptum id esse significauit Nauar. in Man. cap. 26. nu. 26. vers. Dixi Catholicus, & non præcisus, & c. 27. nu. 272. & nos in comment. nostr. de sacr. in Tab. de pœnit. c. 2. num. 4. & vt iusta in hoc §. asseruimus, & tamen sacerdotij character censura non tollitur, vnde absoluendi à peccatis potestas emanat, vt diximus in eisdem comment. in Tab. sacerdotij ordinis in effectibus proprijs per se, ac proximis; ergò idem hic dicendum videtur: ad hanc rationem etiam respondetur, etsi sacerdotij character non adimitur, adimi tamen per censuram iurisdictionis vsum arg. c. ad probandum, & ibi DD. de re iud. quæ iurisdictio, eiusq; vsus præter sacerdotij ordinem ad pœnitentiæ sacramentum administrandum necessariò requiruntur, vt probatur in cap. omnis, & ibi Abb. ac DD. communiter not. de pœnit. & nos tradidimus in Tab. de pœnit. c. 2. num. 4. at ad ordinem conferendum iurisdictio nequaquam necessariò postulatur arg. c. 1. de ord. ab epis. qui renunt. epis. cum simil. iure igitur ordinis character imprimitur, pœnitentiæ verò sacramentum non datur, vbi vtrunque ab excommunicato denuntiato, notoriouè tribuitur: accedit denique, quòd sacramentum ordinis ab eo suscipitur, qui mortiferi peccati culpa pollutus detinetur, vt probatur 9. q. 1. per totam. & in c. cùm illorum de sent. excom. character enim & sine gratia esse potest; at pœnitentiæ sacramentum ab eo non suscipitur, qui in peccato sciens perseuerat, quod in casu hoc contingeret, vt qui ab huiusmodi censura constricto pœnitentiæ sacramentum suscipiat, quod ipsi vetitum est arg. cap. excommunicatos 11. q. 3. iunct. extrauag. ad euitanda, & c. sacris, & ibi Abb. de ijs, quæ vi, metusuè causa fiunt; non enim gratia sacramenti pœnitentiæ, vnde sacramenti eius effectus omnes emanant, cum mortifero peccato esse potest. Postremò contra sententiam hanc facere id videtur, quoniam, si hic, cui excommunicatus ordinem contulit, ipsum suscepisset, ipsius ordinis munera obire posset; at id non posse probatur in c. fin. de ord. ab epis. qui renunt. epis. & in c. ab excommunicatis, cum seq. 9. q. 1. hæc ratio nihil obstat; nam non id efficitur, propterea quod ordinis character impressus non sit (ecclesia enim impedire hoc minùs potest, vt probauimus) sed quoniam executionem ordinis ecclesia impedit, quod potest arg. cit. cap. fin. & c. ab excommunicatis; sic enim & clericus excommunicatus, censurauè alia constrictus; quamuis ipsi ordo non adimatur, ne eius tamen munera obeat, censura impeditur arg. tot. tit. de cler. excom. min. & c. 1. de re iud. lib. 6. & c. 1. de sent. excom. eod. lib. etsi ergo executionem ab excommunicato, censurauè alia constricto, qui ordinem suscipit, non habet, ordinis tamen characterа recipit; à proposita igitur communi sententia non discedemus. Quæ amplificatur primò, vt locum habeat, etiam vbi ab excommunicato propter hæresim ordo tributus est; nam & ab hoc collatus valebit cùm ob rationes supradictas, tum ob c. conuenientibus, 1. q. 7. Quid igitur? dicitur enim ibi, oportet recipere ab

hæreticis ordinatos? Sancta Syn. dixit Audiuimus domini, & oportet nos recipere: ecce hinc satis apparet ordines ab hæreticis conferri, atque ita gloss. ibi not. in verb. Ordinatos, & in sum. 9.q.1.& in c. qui perfectionem 1.q.1. idem probatur in c. quod quidā dicunt §. de ijs, qui 1.q.1. Contra quam tamen amplificationem facere videtur primò cap. Daibertum 1. q.7. vbi Rom. Pont. diaconum constituit, qui ab hæreticis ordinatus erat; ergo ab hæreticis ordo non confertur; nam ipsum iterari non potuisset. Gloss. propterea id factum asserebat, quoniam forma ecclesiæ adhibita non esset. Ego autem collatum ibi ordinem fuisse, sed non executionem traditam dico; primò quoniam Romanus Pont. absens, qui ab hæretico diaconatus ordinem susceperat, diaconum constituit, vt ibi dicitur; at absenti ordines tribui non possunt, vt diximus in commentarijs nostris de ord. cap. 14. num. 2. & cap. 18. num. 2. eod. ergo quò ad executionem diaconum à Rom. Pont. constitutum ibi dicendum est. Confirmatur interpretatio hæc, quoniam non iterationem existimari eam ait, sed tantùm integram diaconij dationem, quasi dicat ordo quidem diaconatus datus est, sed non integer; quia scilicet executio non est data, ac propterea constitutionem illam, quam facit, non iterationem, sed integram diaconij dationem existimari voluit: quibus verbis apparet per eam diaconij dationem suppleuisse id, quod deerat. s. executionē; non igitur quicquam constitutio hæc obest, sed contra potius eam tuetur, atque ita sensit, interpretatusq; eā esse videtur Inn. in c. 1. num. 1. vers. Ordinatis de schismat. Secundò propositæ conclusioni repugnare videtur cap. 3. 9. q. 1. Ordinationes, quæ ab hæresiarchis nominatim excommunicatis factæ sunt, irritas esse indicamus: hæc ibi, ergo, si irritæ iudicantur, non valent: ad hanc rationem itidē respondetur contrarium ibi probari; nam verbum Irritum significat id, quod ab initio valuit, sed deinceps vitiatū est, vt habetur in §. alio quoque modo in Instit. quib. mod. testamenta infirmentur; si ab initio igitur ordinatio valuit, esto deinceps eam irritam Summus Pont. iudicet, non tamen quò ad ordinis characterem, sed quò ad ordinis executionem id accipi debet; non enim ordinis character semel impressus tolli deinceps potest: confirmatur sententia hæc, nā additur deinceps ordinationes eas irritas iudicari hac adiecta conditione Nisi probare voluerint se, cùm ordinarentur, eos nesciisse denuntiatos: si ergo, vbi ordinati id probant, scilicet se nesciisse ordinantes sic affectos esse, ordinationes irritæ non sunt; ergo necessariò fatendum est de executione agi; nam, si hæretici ordinem conferre non possent, potestas ab ijs tribui non posset, qui eos hæreticos ignorant arg. l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iud. atque ita dixit gloss. in c. 1. in verb. Irritas de schismat. & Inno. num. 1. in verb. Ordinatis, & num. 2. in verb. Item irritas; ab excommunicatis igitur & propter hæresim collatus ordo valet, quamuis executionem ordinatus non habeat, vt in cit. iur. probatur, quæ repugnare videbantur. Secundò amplificatur, vt ordo ab excommunicato tributus conferatur, vbi ob schisma in excommunicationem incidisset; sic enim gloss. in cit. c. 1. in verb. Irritas de schismat. vbi quoque not. Abb. num. 4. vers. Si verò fuit seruata forma ecclesiæ. Tertiò, etiam si is, qui ordinem contulit, antequam episcopus consecraretur, hæreticus esset arg. cit. c. ordinationes. 9. q. 1. & vt asseruit gloss. summ. eadem quæstione reiectis quorundam sententijs, qui contrarium sentiebant. Quartò confertur ab excommunicatis ordo, etiam si notorij, denuntiatiuè sint, vt in initio tradidimus ob easdem rationes, quas antea tradidimus. Quintò amplificatur proposita regula, vt etiam quò ad executionem ordo conferatur, vbi neque denuntiatus, neque notorius excommunicatus est, qui ordinem confert, ob extrauag. ad euitanda, quam exposuimus supra hoc cap. §. 7. Quare, etsi olim, vbi quis huius rei etiam inscius ordinem ab excommunicato suscipiebat, egebat dispensatione, vt habetur in c. fin. de ordin. ab epis. qui renunt. epis. & vt ibi Abb. not. hodie tamen dispensatio ei necessaria non est, vbi ab excommunicato non denuntiato, notoriouè ea pœna non constricto ordinem suscipit ob cit. extrauag. ad euitanda; quamuis cit. cap. fin. locum sibi vindicare possit, vbi probabiliter, qui ordinem suscepit, eum, qui ipsi ordinem contulit, excommunicatum denuntiatum ignorauit arg. c. fin. qui matr. accus. poss. Postremò, quæ diximus de excommunicato, eadem & de suspenso, atque de interdicto dicta esse ob easdem rationes sentimus, atque ita sensit Nauar. in Man. cap. 27. num. 241. vers. quartò. Hæc regula sic amplificata exceptiones has patitur; nam primò, etsi ordo à quocunque censura constricto administratus valet; tamen, vel occultè pœna huiusmodi constrictus quis teneatur, eum administrare non debet; non enim ipsi subuenitur per extrauag. ad euitanda, vt in ea dicitur. Item, vbi denuntiatus, notorieuè quis censura constrictus tenetur, neque alij ab ipso recipere ordinem debent; susceptio enim sacramentorum in hoc casu prohibetur per cit. extrauag. ad euitanda. Postremò vbi à denuntiato, notorioq; excommunicato quis ordinem suscepit, executionem eius non habet, nisi

nisi cum ipso dispensetur, vt probatur in cit.c.fin.de ordin. ab epis.qui renunt.epis. Dispensabit
autem cum hoc Rom.Pont.vt in eod.c.fin.probatur, & Abb.ibi not.& Syl. in verb, Irregulari-
tas num.9.vers.7.& Nauar.in Man.cap.25.num.69.& Couar.in c.alma pars.1.§.6.num.6.vers.
De dispensatione autem de sent.excom.lib.6.quamuis, si ordinatus id probabiliter ignorasset,
cum eo episcopus dispensaret,in casu scilicet supra à nobis proposito, vt eodem in loco asseruit
Couar,& de communi sententia testatur; sicut cum religiosis suus prælatus,vel ante,vel post re-
ligionis ingressum ordinem etiam scientes ab hoc susceperint ob c.cùm illorum de sent.excom,
& vt Couar.eodem asseruit. Sacramenta igitur omnia,quæ charactera imprimunt,& ab excom-
municato conferuntur,vt asseruit Abb.in c,veritatis.num.46.de dol.& contum.& Imol.nu.13.
in fin,quamquam,sicut executionem ordinum non habent, qui ab excommunicatis, multoque
minus,qui ab hæreticis ordines suscipiunt;ita nec gratiã,qui ab eisdem aut cõfirmantur,aut ba-
ptismo initiantur,vt habetur in c.etiam corde cum trib.seq.& in §.alij formam ecclesiæ, & in c.
hanc regulam.1.q.1.& in c.in ecclesia Dei iunct. gloss. eadem q.& in §.ad hoc vers. hæc de ma-
lis catholicis dist.32.etenim, qui ab huiusmodi pœna irretitis sacramenta suscipiunt, quòd ec-
clesiæ,quæ id ipsis vetat,non parent,mortiferè peccant arg.c.2.de maior. & obed.& vt tradidit
Abb.in c.sacris.nu.8.vers. Tertius per c.significauit de sent.excom.cum mortifero autem pec-
cato gratia esse nullo modo potest, Excipitur tamen vbi,qui confirmatur, baptismumuè ab his
suscipit, ipsos ea pœna constrictos esse ignorat; nam, quòd tunc non peccat,vt sensit gloss.in c,
hanc regulam,§.nemo in verb.Forma.1.q.1.& arg.c.cum desideres in verb.Scienter,& ibi not,
gloss.de sent.excom.& c.quoniam multos vers.Et eos,qui ignoranter. 11.q.3.ob eam rem gra-
tia etiam tunc suscipitur. Secundò,vbi necessitate cogente ab eisdem baptismum quis suscipit;
nam, quòd tunc non peccatur, sed licitè, vel ab hæreticis in huiusmodi casu baptismus suscipi-
tur,vt asseruimus hoc cap.§.seq.ob eam rem & gratia recipitur,vt dixit gloss.in c.hi, qui baptis-
mũ in verb.Vt quod 1.q.1,& in cit.§.nemo in verb.Forma ead.quæst.1. Postremò excipiuntur
infantes, qui aut baptismum recipiunt, aut confirmantur; nam, quòd per ætatem non peccant,
6 ob eam rem & gratiam recipiunt; sed de sacramentis, quę characterem imprimunt, hactenus.
† Tertiò ex sacramentis alijs sacramentũ Eucharistiæ itidem ab excommunicato, suspenso, in-
terdicto, hæreticouè conficitur, vt asseruit Palud.dist.13.q.1.art.2.vers. Tertia conclusio cum
seq.lib,4.& S.Thom.eadem dist,q.1.vers.Ad tertiam quæstionem eod. lib.& quæst.82.art.7.in
3.part.& Syl.in verb.Degradatio.num.9,vbi & Ricat.idem sentire ait,& in verb.Eucharistia.2,
num.3.vers.Secundò quæritur,& Tab,eod,2.nu.5.vers.Quartò,& gloss.1.in c.2.de cler.excom,
min.& in cap.qui perfectionem 1.q.1.& in c.dominus declarauit in verb. Sacrificio ead.q.1.&
in cap.non in vobis de consecr.distinct.4. & communiter à diuinarum rerum scriptoribus sen-
tentiam hanc receptam esse testatur Franc.à Vict.in summ.sacr.concl.92.idque meritò;nam,vt
citati autores inquiunt,& nos tradidimus in comment.nostr.de sacr.in Tab.de Eucharistia.c,2.
num.3.conficiendi huius sacramenti potestas à sacerdotij charactere proficiscitur, qui humana
ratione,vbi inustus est,deleri non potest,vt asseruit Trid.Syn.sess.7.can.9.de sacr. cùm igitur po
testas hæc semper adsit,ac suspensione, interdicto, excommunicationeq; non tollatur; meritò,
quacunque censura constrictus quis teneatur,vel denuntiatus sit(modò reliqua ad id necessaria
7 adhibeat)ipsum conficiet. † Non debet tamen sacramentum hoc conficere censura ecclesiasti-
ca irretitus,vel denuntiatus non siet arg.tot.tit.de cler.excom.min.& eorum, quæ diximus hoc
8 cap.§.4. † Non itidem ab eodem, si notoriè ea pœna constrictus, denuntiatusuè sit, quis
sacramentum hoc suscipiet; ex quo enim prohibitum huic est, ne Eucharistiam administret; &
alijs,ne ab eodem eam recipiant,prohibitum esse censeri debet; dispositum enim in vno ex cor-
relatiuis,& in alio locum habet arg.l.fin.& ibi DD.C.de indict.vid.toll.& vt not, Bart.in l,1.C.
de cupress.lib.10.atque ita sensit Petr. de Palud.dist.13.q.1.art.4.vers. Quinta conclusio lib.4.
& S.Thom.dist.82.art.9.in 3.part.& Syl.in verb.Eucharistia.3.num.5.vers. Quartò, & Franc.à
Vict.in summ.n.93.quod tamen locum non habet,vbi neque notoriè huiusmodi censura constri
ctus tenetur,neque pro tali denuntiatus est;ab hoc enim suscipi iure potest ob extrauag. ad eui-
9 tanda, quam supra hoc cap.declarauimus eod.§.7. † At quid, si in mortis articulo constitutus
quis sit,qui verò sacramentum hoc administret, eius solùm facultas detur, qui vel notoriè hu-
iusmodi pœna constrictus, vel pro tali denuntiatus est,an legitimè ab huiusmodi sacerdote Eu-
charistiam sumnemus? Videbatur dicendum legitimè id posse; nam & sacramentum pœniten-
tiæ, & baptismi huiusmodi angustijs detentus à quibuscunque censura constrictis sine offensa
suscipit,vt probauimus hoc cap.in §.seq.ergo & Eucharistia summi posse videri debet; nõ enim

Eucha-

Eucharistia sacramentum minùs necessarium, quàm baptismus, ac pœnitentia, videtur; nam
sicut de baptismo dictum est Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest in-
troire in regnum Dei; & de pœnitentia Nisi pœnitentiam egeritis, omnes, simul peribitis; ita
de Eucharistia pronuntiatum est Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius san
guinem, non habebitis vitam in vobis. Hinc tria hæc sacramenta, vbi re suscipi non possunt, sat
est, vt animo suscipiantur, vt habetur in c. baptismi vicem de consecr. dist 4. & in c. 1. de pœnit.
dist. 6. & in c. vt quid paras de consecr. dist. 2. Verùm contrariam sententiam amplexari debe-
mus, vt scilicet neque ab excommunicato, neque à suspenso, neque ab interdicto notorio. de-
nuntiatoue Eucharistiam summamus. Primò ob c. fin. 24. q. 1. vbi potius mortem subeundam,
quàm ab hæretico Eucharistiam suscipiendam esse probatur; ergo ab excommunicatis suscipi
non debet; nam hæretici excommunicati sunt, vt habetur in cap. excommunicamus. 1. & 2. de
hæret. idem probatur in c. subdiaconus. §. sed illud Augustini, atque ita gloss. ibi sensit. Probatur
etiam ratione; nam, si ecclesia id voluisset, sine dubitatione, sicut de baptismo, ac de pœnitentia
id expressit, vt videbimus in seq. ita de hoc sacramẽto idẽ expressisset; at de Eucharistia nihil in
hoc casu dixit, sed contrarium potiùs sensit, vt in cit cap. fin. probatur; ergo & idem nos sentire
10 debemus. † Verùm inquiet quispiam, quamobrem non idem de Eucharistia constitutum est,
vt scilicet ab huiusmodi excommunicato legitimè in hoc casu suscipiatur, sicuti de baptismo, ac
de pœnitentia constitutum habemus. Gloss in eod. §. sed illud, varias de re hàc rationes reddit;
nam primò id propterea factum esse dixit; quoniam plenior peccatorũ remissio baptismi susce-
ptione tribuitur, quàm pœnitentiæ, atque Eucharistiæ susceptione; hinc qui in extremo vitæ spi-
ritu baptizantur, nec purgatorium sentiunt, vt habetur in c. nullus expectet de pœnit. distin. 7.
quam rationem reddidit etiam in c. ad hoc in verb. Baptismo, dist. 32. hæc ratio mihi non satis-
facit; nam, etsi plenior peccatorum remissio baptismi sacramento tribuitur; vberior tamen gra
tia per Eucharistiam condonatur; quandoquidem in ea fons gratiæ Christus dominus contine-
tur, vt asseruit Trid. Syn. de hoc sacramento cap. 1. sess. 13. quod alijs sacramentis non contingit.
Vnde secundò dicebat gloss. baptismum idcirco & ab hæreticis in huiusmodi casu suscipi posse,
quoniam magis necessarius est: hæc ratio itidem mihi non quadrat; nam, sicut de baptismo di-
ctum est Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei;
ita de Eucharistia est pronuntiatum Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius
sanguinem, non habebitis vitam in vobis; addo rationem hanc in pœnitentia locum non habe-
re, quæ in huiusmodi casu & ab excommunicato legitimè suscipitur, vt probauimus hoc cap. §.
sequen. Tertiò addit gloss. sufficere sic scriptum esse, vt ab hæretico Eucharistia non summatur:
hæc responsio etiam mihi non probatur; absurdum enim est asserere quidpiam iure cautũ esse,
& id nulla ratione niti; cùm ius nisi summo adhibito studio, summaq; ratione constituatur arg.
§. præterea, & cap. erit autem lex dist. 4. Quartam rationem reddebat gloss. ideo scilicet id fieri,
quoniam hæretici in Eucharistiæ sacramento formam ecclesiæ peruertere solent, non autem ba
ptismi: hæc ratio neque mihi arridet; nam & baptismi formam peruertere hæretici solent, vt ha-
betur in §. sed notandum est, quòd hæretici, & in cap. siquis confugerit cum seq. 1. q. 1. præterea
tollitur ratio hęc per cit. c. fin. 24. q. 1. vbi laudatur, qui ab hæretico Eucharistiam non sumpsit,
non, quia Eucharistia non esset, sed quia ab hæretico porrigebatur. Quare adiecit postremo id
fieri, quoniam baptismi susceptione & Christi Corpus suscipitur, non ècontrario arg. c. nulli est
aliquatenus de consecr. dist. 4. ad hanc rationem respondetur per baptismum Christum suscipi,
quatenus Christi membrum efficimur, nòn autem re sacramentum Eucharistiæ. de quo agimus;
præterea, si per baptismum Eucharistiam sumeremus, & baptismus ab hæretico, atque excom-
municato suscipitur, ab hęretico Eucharistia sumi posset; quo modo ratio hæc totum contrarium
probat. Ego igitur, ne ab excommunicato, minùsq; ab hæretico Eucharistia summatur, prohi-
bitum esse ob eam rem censeo; contra verò, vt baptismus, ac pœnitentia recipiatur, permissum;
quoniam per baptismum gratia prima datur, vt sensit Trid. Syn. sess. 5. de peccat. origin. vers. Si
quis per Iesu Christi domini nostri gratiam, & sess. 6. c. 4. de iustific. & c. 7. vers. Instrumentalis, &
Cat. de bapt. cap. de eximijs baptismi fructibus; & per pœnitentiam gratia eadem amissa resti-
tuitur, vt ead. Syn. tradidit cap. 14. sess. 6. de laps. & Cat. de pœnit. cap. de fruct. pœnit. vers. Sed
nihil profectò iam proderit fidelibus; per Eucharistiam verò gratia augetur, vt sensit Cat. de
Eucharist. cap. de fruct. vers. Verum, quòd dicitur Eucharistia gratiam tribuere; at sine prima
gratia æternam vitam consequi non possumus (gratia enim Dei vita æterna est) sine gratiæ verò
auctione salui esse possumus, vt per se patet, meritò igitur, quo quisq; saluus sit, vt à quocunq;
bapti-

11 baptiſmus, ac pœnitentia ſuſciperentur, non autem Euchariſtia, permiſſum eſt. † At inquiet quiſpiam, ſicut in huiuſmodi caſu conſtituto ſat eſt, vt Euchariſtiam animo hic ſuſcipiat, ita ſat eſſe videtur de baptiſmo, ac pœnitentia arg. cap. baptiſmi vicem de conſecr. diſtin. 4. & eorum, quæ dixit Trident. Syn. ſeſſ. 6. c. 14. de lapſ. ad hoc reſpondetur, primum quò ad infantes hanc baptiſmi ſuſcipiendi rationem accommodatam non eſſe; nam, quòd eo affecti animo infantes eſſe nequeunt, quo oportet, ob eam rem, niſi re ipſa baptiſmum ſuſcipiant, ſalui eſſe nõ poſſunt, vt de baptiſmo tradidit Cat. de neceſsit. bapt. quo ad natu maiores itidem tutior minùs via hæc eſt; nam, quò hac ratione, vt baptiſmo ſcilicet flaminis quis ſaluus ſit, anteactam vitam hunc deteſtari, nec non peccatorum, quæ commiſit. pœnitere ipſum oportet, vt tradidit Trid. Syn. cap. 6. de mod. præparat. ad iuſtific. ſeſſ. 6. & cap. 1. de neceſſ. pœnit. ſeſſ. 14. hæcq; multò magis ab eo poſtulantur, qui baptiſmum iam ſuſcepit, quò ſine pœnitentiæ ſacramento peccatorum veniam conſequatur, vt ead. Syn. tradidit ſeſſ. 6. cap. 14. de lapſ. at, an hoc animo, & vt oportet, peccata deteſtetur, dubitari facilè poteſt, cùm de ſuo facto quis dubius ſemper eſſe poſsit, vt perbellè declarauit Cat. de pœnit. cap. quibus vijs ad virtutem pœnitentiæ peruenitur verſ. In primis autem explanandum, & cap. de confeſſ. & illius neceſſ. verſ. Primùm itaque docendum eſt; qua dubitatione, ac ſolicitudine leuamur, vbi re ipſa ſacramenta hæc ſuſcipimus, vt Cat. eiſdem in locis dixit; etenim & clauium virtute, qui contritus non eſt, contritum fieri vulgo à diuinarum rerum ſcriptoribus dicitur; iure igitur, vt tutiorem viam ſequamur, quod faciendum eſt, vbi de ſalute animæ agitur arg. c. iuuenis de ſponſ. vt ab excommunicato huiuſmodi neceſsitate oppreſſus baptiſmum, ac pœnitentiam, non autem Euchariſtiam, ſuſcipiat, permiſſum eſt; non enim in diſcrimine hoc verſamur, ſi erga Euchariſtiam eo ardenti animo, quo debet, non feramur; nam, quòd nihilominus in gratia ſumus, ob eam rem ſalui eſſe poſſumus, etiam ſi eo animo Euchariſtiam non ſuſcipiamus: Euchariſtiam igitur ab excommunicatis, cenſuraue alia conſtrictis denuntiatis, notorijſue nec, neceſsitate cogente, multo minùs ab hæretico, ſi diuinam offenſam effugere velimus, ſuſcipiemus; quamuis nihilominus Euchariſtiam, vt vidimus, ijdem con-

12 ficiant. † Pœnitentia verò ab ipſis non conficitur. Primò, quoniam ad ſacramentum hoc administrandum præter ſacerdotij charactere iuriſdictio aut ordinaria, aut delegata; earundemq; vſus neceſſariò requiruntur, vt probatur in c. omnis, & ibi not. DD. de pœnit. & vt nouiſsimè tradidit Trid. Syn. ſeſſ. 14. cap. 7. de caſ. reſeruat. in prin. & S. Thom. diſt. 17. quæſt. 3. art. 2. verſ. Reſpondeo ad effectum lib. 4. & Nauar. in Man. c. 4. num. 5. cum ſeq. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 6. num. 7. verſ. Sexta, & ſeptima concluſio de ſent. excom. lib. 6. & lib. 1. cap. 10. num. 11. variar. reſolut. vbi rem hanc pluribus comprobauit, & nos in comment. noſtr. Tab. de pœnit. cap. 2. nu. 4. quo iuriſdictionis vſu hac ratione cenſura conſtricti carent arg. c. ad probandum de re ind. in antiq. & cap. 1. de off. vic. lib. 6. & c. 1. de ſuppl. negl. prælat. eod. lib. & c. ſi is, cui de off. deleg. eod. lib. & cap. vn. ne ſed. vac. eodem lib. cum ſimil. & vt aſſeruit id pluribus Couar. eod. §. 6. num. 7. verſ. ſeptima concluſio; ex quo igitur iuriſdictionis vſum non habent, ſi id conentur, nihil agent. Secundò, quoniam, vt baptiſmus, pœnitentiaq; à cenſura conſtrictis ſuſcipiantur, atque idcirco vt ſuſcepta valeant, permiſſum eſt, vbi in mortis articulo quis conſtitutus tenetur, vt probauimus infra hoc cap. §. ſeq. ergo aliàs ſecus arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. non ne de præſumpt. Tertiò, quoniam, qui cenſura irretitis, quò ab ipſis abſoluatur, peccata confitetur, mortiferè peccat, vt qui ab ijs ſacramentum recipere conetur, à quibus ne recipiatur, eccleſia vetuit; quo caſu mortiferè peccatur arg. c. 2. de maior. & obed. & c. ſacris de ijs, quæ vi, metuſuè cauſa fiunt, & vt dixit Couar. eod. §. 6. nu. 7. verſ. ſexta cõcluſio; ergo ſacramentũ non ſuſcipit, nec collatum valet; nam hic in mortifero peccato eſt, ac propterea contritionẽ non habet, quæ neceſſaria pœnitentiæ ſacramenti pars eſt, vt aſſeruit Trid. Syn. ſeſſ. 14. cap. 3. & can. 4. & Cat. eod. cap. de part. integr. pœnit. Accedit ad hæc, quòd effectus ſacramenti pœnitentiæ vniuerſi à gratia ſacramenti emanant, quam gratiam non recipit huiuſmodi pœnitens, qui ab his ſacramentum hoc recipere conatur; iure optimo igitur pœnitentiæ ſacramentum ab huiuſmodi cenſura irretitis adminiſtratum non valet, atque ſic dixit Couar. ead. concluſ. ſexta, & Nauar. in Man. cap. 9. num. 8. & Io. Med. de confeſſione tract. 2. q. 22. concl. 6. de abſolutione tributa à Curato excommunicato denuntiato, & de abſolutione tributa ab excõmunicato manifeſto ob violentam clerici percuſſionem eod. concl. 5. Contra quam ſententiam tamen non nulla facere videntur. Primò extrauag. ad euitanda, quæ permittit, vt ab excommunicatis, cenſuraq; alia conſtrictis ſacramenta ſuſcipiantur: verùm ad hoc facilè reſpondetur per eam conſtitutionem id permitti, vbi nec denuntiati, nec notorij ſunt; at nos de notorijs, ac de denuntiatis agimus. Secundò id repugnare

videtur

videtur,quoniam contingere potest, vt pœnitens id nesciat; ergò in casu hoc sacramentum administratum saltem valere debet arg.c. Apostolicæ de cler.excom.min.ad hoc etiam respondetur rationem hanc nihil facere;ex quo enim huiusmodi censura constricti iurisdictionis vsum nō habent,pœnitentis inscitia ipsis eam tribuere non potest arg.l.priuatorum. C.de iurisdict.omn. iud.atque sic asseruit Io.Med.de confitente peccata ei, qui nominatim excommunicatus denuntiatus est,sed id confitens ignarus fecit in tract.2.de confessione q.23.& Couar. eod.nn.7. vers. septima conclusio: nec obstat cit.c. Apostolicæ;nam quis ibi ob inscitiam excusatur,quò minùs in pœnam incidat,non autem, vt quidpiam consequatur, vt DD.ibidem not. Postremò contra facere hoc videtur,quia,si censura constrictus etiam denūtiatus alicubi sit,& alibi id ignoretur, vniuersa, quę ex publico officio agit, valent arg.l.Barbarius,& ibi not.DD.ff.de off.prat.& c. nihil,& ibi Abb.ac reliqui de elect.& vt nos supra tradidimus cap.2.§.21.ad hoc etiam respondetur illud cōtingere,vbi communiter hoc ignoratur;at nos agimus,vbi communiter id scitur: pœnitentiæ sacramentum igitur ab excommunicato, censuraue alia constricto denuntiato, notoriouè nec administrari potest, nec administratum valet; ac propterea nec ab ipso suscipi debet: id quod locum habet, vel pœnitens id ignoret, vt diximus, & vt asseruit Couar. eod.vers. septima conclusio; quare pœnitens confessionem iterabit, vbi illud nouerit, sicut dixit Couar. eod. Excipitur autem, vbi censura hic irretitus nec notorius, nec denuntiatus est,sed solùm est excommunicatus,suspensus,interdictusuè per sententiam à iure,vel ab homine,vel à statuto latam;nam in hoc casu sacramentum pœnitentiæ ab hoc suscipi potest, & absolutio tributa valet, nec confessionem iterari necesse est,vt asseruit Io. Med. cod. concl.4. & Nauar. in Man. cap.9. num.9.& Couar.eod.num.7.vers.quinta conclusio,& vers.Primùm posse,& hoc ob extrauag.ad euitanda, quæ constitutio & in diuinis cum his excommunicatis communionem nobis permittit,ab his ergò legitimè sacramentum pœnitentiæ recipientes;tum quòd ob eam permissionem non peccamus; tum quòd, quicquid agit excommunicatus ratione publici officij valet, modò nec notorius,nec denuntiatus sit arg.c.ad probandum de re iud. Hæc autem exceptio locum habet,etiā si quis sciens ab excommunicato sacramentum pœnitentiæ suscipiat, vt concludit Nauar.eod.cap.9.num.10.vers.est tamen dubium,& Couar.eod.vers. Primùm; etenim per cit.extrauag.permittitur nobis excommunicati communio in diuinis, etiam si eum excōmunicatum nouerimus. Nec obstat dictum Cald.communiter receptum in cit.cap.ad probandum, scilicet actus omnes ab excommunicato etiam occulto ratione publici officij factos in eius fauorem non valere,qui sciens excommunicati opera vtitur,nam ante cit.extrauag.locum illud habebat non autem post,vt asseruit Nauar.eod.& vt nos alibi diximus.Postremò excipitur,vbi communiter in loco pro tali non habetur ob cit.l.Barbarius,quod locum habet in omnibus sacramentis,atque alijs,quæ ratione publici officij geruntur. Pœnitentia igitur ab huiusmodi censura constrictis administrata in casibus his exceptis valebit. † Non demum extrema vnctio conficitur;

23 nam,quò & sacramentum hoc valeat,qui illud suscipit,contritum esse opertet,atque gratia non carere,vt tradidit Scot.dist.23.concl.2.lib.4.& S.Thom.dist.ead.quæst.2.art.1.& Sot.dist.ead. quæst.p.art.2.concl.3.& Bacch.dist.24.quæst.1.art.5.in fin.non enim sacramentum hoc ad gratiam recuperandam,sed ad eam, quæ adest, nouo genere augendam,de eorundem autorum sententia confertur, vt sensit Cat. de extrem.vnct.cap. de præparat. vers. Neque enim hoc sacramentum,& nos tradidimus in tab.ead.cap.14.nu.3.at,qui sciens ab hoc extremam vnctionem recipit, mortiferè peccat arg.cap.2.de maior.& obed.& c.sacris de ijs, quæ vi, metusuè in fine, sicut etiam supra conclusimus de suscipiente sacramentum pœnitentiæ;ergo sacramentum hoc non recipit;nam,ex quo sic peccat, Dei gratia priuatur, vt per se patet,ac propterea ob ea, quæ diximus,sacramenti huius particeps esse non potest. Nec obstat, si dicatur, ex quo ægrotis tribuitur,qui probabiliter morituri existimantur,ac propterea ijs,qui in articulo mortis constituti sunt,tribui posse debet,ac suscipi, sicut baptismus, ac pœnitentia, vbi præsertim alterius, qui eam administret,facultas non datur;nam sacramentum hoc necessarium non est,cuiusmodi duo proximè dicta sunt,vt sensit Cat.de sacr.cap.de præstantia,& differentia sacramenti; cùm igitur non eadem ratio insit, meritò nec idem statui de ipso debet arg.l.Papinianus exuli. ff. de min. Non itidem repugnat, si dicatur saltem, ex quo, qui sacramentum hoc susceperit, peccati eum pœnituerit,sacramenti effectum ipsum recuperaturum,sicut in baptismo, in cōfirmatione, atq; in ordine contingit, vt habetur in c.ostenditur de consecr. dist.4.& in c.tunc valere ead. dist. & vt nos comprobauimus in comment. nostr. de baptis. cap. 18. num. 6. nam idcirco illud ibi fit; quoniam ob characterem, qui cum peccato esse potest; & ei, qui mortiferi peccati culpa pollu-

tus est, ea sacramenta valent; ac propterea mirandum non est, si peccati culpa, quasi impedimento quodam, iublata, deinceps gratia adueniat (adest enim ob characterem iam sacramentum, vt diximus) at hic sacramentum non adest (nô enim per extremam vnctionem character imprimitur, vt hoc notum, non aliud etiam remanet) iure igitur, cùm nihil insit, nihil etiam sublata culpa vi administrati sacramenti, quod nullum fuit, accedere potest; nam, quod nullum est, nihil operari potest; vt igitur iteretur, quò ipsius effectus suscipiat, sine dubitatione oportet: nec extrema vnctio, igitur ab excommunicato notorio, denuntiatouè, sicut nec ab interdicto, ac suspenso administrata valebit. Excipio tamen casus omnes, quos supra in pœnitentia excepi. Secundò, vbi sacramentum hoc suscepturus ministrum sic affectum esse probabiliter ignorat; id enim contingere potest arg. c. fin. qui matrim. accus. poss. & c. Apostolicæ de cler. excom. min. Nec repugnat, quòd in pœnitentia contrarium in hoc casu asseruimus; nam ad pœnitentiam administrandam iurisdictio necessariò postulatur, vt vidimus, quę cùm censura impediatur, restitui ob inscitiam alicuius non potest, nisi communis error sit; at ad extremam vnctionem tribuendam non omnino necessaria in ministro iurisdictio requiritur, sed, vt sacerdos sit, vt probauimus in tab. de extrem. vnct. cap. 2. num. 3. cum seq. in suscipiente verò, ne mortiferi peccati sibi conscius sit, vt supra diximus, & probauimus in ead. tab. cap. 14. num. 3. cuiusmodi hunc esse facimus: cùm igitur & minister potestatem habeat, suscipiens veró habilis, fiet, planè, si reliqua ad id necessaria adhibeantur, quin sacramentum conferatur, fieri non potest; sic enim & sacerdos excommunicatus consecrat, vbi materiam ad id aptam habet, vt antea vidimus: sed de sacramentis hactenus; de matrimonio autem alibi agemus cap. 7. §. 2. tab. 2. † Quartò valent quoque consecrationes à censura irretitis aut denuntiatis, aut notorijs celebratæ, vt consecratio ecclesiæ, cœmiterij, aræ, calicis, patenæ, vestimentorumq; omnium, quæ ad diuina peragenda pertinent; aquæ, qua de more asperguntur, qui in ecclesiam ingrediuntur; consecratio itidem Abbatum, nec non virginum, sicuti etiam sponsi, ac sponsæ benedictio, & huiusmodi generis; nam omnia, quæ in exterioribus benedictionibus, consecrationibusq; consistunt, si per notorium excommunicatum gesta sint, non ante ipsis Christi fideles vti debent, quàm reconcilientur, vt dixit, ac pro regula posuit Abb. in c. consuluisti de consecr. eccl. vel altar. num. 5. & sequitur Syl. in verb. Consecratio. 2. num. 6. vers. Sextò, & Tab. eod. num. 8. vers. Septimò in fin. & Angel. eod. 2. num. 6. & Marian. Socin. Sen. in cap. sacris. num. 47. vers. sed circa prædicta de sent. excom. ergò ipsorum consecratio valet, reconciliatio enim eius fit præsertim, quod consecratum ratione quapiam pollutum est arg cap. consuluisti, & cap. fin. de consecr. eccl. vel altar. in antiq. & cap. vn. eod. lib. 6. idem quoq; sensit Host. quem refert Abb. in cap. 2. de sacr. non iter; nam altare, Chrisma, indumentum, aliaue inanimata à schismatico consecrata suo effectu non carere asseruit; imò nec reconciliatione ipsa egere existimauit: eandem sententiam ego quoq; sequor, & ratione hac probo. Quoniam per excommunicationem, censuramuè aliam nec ministris ordinum potestas omnino adimitur, vt vidimus supra de consecr. Eucharist. nec virtute forma priuatur, quò minùs suos effectus operetur; nec res alias ad consecrandum habilis minùs habilis redditur, vt de excommunicato, qui ordinem suscipit, probatur in c. cùm illorum de sent. excom. si ergo per censuram ecclesiasticam nec efficientis causæ virtus, nec formæ vis tollitur, nec materiæ natura immutatur, iure consecratio ab excommunicato, censurauè alia constricto ritè, vt oportetq;, celebrata valebit; etenim, sicut sublata causa, effectus esse desinit arg. cap. cùm cessante de appell. & l. 1. cum seq. ff. de vsufruct. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. ita è contrario causa posita, effectus quoque poni debet, vt, quod operatur propositum in proposito, operetur oppositum in opposito arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. sine dubitatione igitur cõsecrationes huiusmodi ab hisce celebratas valere concludimus, atque sic dixit Durand. in rationali diuinorum officiorum de eccl. dedicat. cap. 6. num. 46. vers. Deniq; si eccl. lib. 1. & de communi testatur Abb. in c. veritatis num. 42. de dol. & contum. † Atqui an reconciliatione eadem egebunt? Io. And. reconcilianda hæc esse asseruit in c. consuluisti, vbi eum refert, ac sequitur Abb. de consecr. eccl. vel altar. & c. 2. in fin. de sacr. non iter, & Durand. eod. & Marian. Socin. Sen. in cap. sacris nu. 47. vers. sed circa prędicta de sent. excom. Pro qua sententia facit primò regula supra posita, reconcilianda scilicet omnia priùs esse, quàm Christi fideles ipsis vtantur, quæ in exterioribus benedictionibus, consecrationibusq; cõsistunt; si à notorio excõmunicato hæc gesta sint. Præterea, quoniã & ecclesia ab excommunicato huiusmodi consecrata reconciliatur (polluitur enim & ipsa, vt dixit idem Io. And. in eod. c. consuluisti, vbi quoque Abb. & Syl. eod. & supra citati autores, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 258.) reconciliatur quoque altare ab eodem consecratum, vt inquiunt

14 (margin, at "ctenus; de matrimonio")

15 (margin, at "tis num. 42.")

Syl. in

Syl.in verb.Altare.num.7.vers. Vndecimò in fin.& tab.eod.num.9.vers. Sextò; ergò & reliqua reconciliatione egere videntur. Contrariam tamen sententiam amplexatus est Host.vt scilicet hæc reconciliatione non egeant, sic enim refert Abb.in c.2.de sacr.non iter. Quam sententiam ratione hac probat; nam,si consecrata à censura irretitis reconcilianda essent, & Eucharistia ab eisdem confecta, nec non baptismus, & confirmatio administrata reconcilianda essent; at illa non reconciliantur;ergò neque hæc recociliabuntur: hæc ratio mihi non satisfacit; Non,quod de sacrosancta Eucharistia inquit;nam,quòd reconciliatio huiusmodi aqua vino admixta, cinereq; adhibito cōficitur, vt tradidit Abb.in c.proposuisti.nu.4.de consecr.eccl. vel alt. & hæc reconciliatio ad Eucharistiam accommodata non est, vt per se patet,ob eam rem ecclesia non cauit,vt reconciliatio hæc fieret:addo etiam ob sacramenti dignitatem id factum esse;quandoquidem tantum sacramentum apud homines nec opinione illud pollutum concipi voluit: Non illud etiam de baptismo, atque de confirmatione mihi satisfacit; nam imò baptizati ab his per manus impositionem reconciliantur, vt de baptizato ab hæretico habetur in c.hi, qui baptisma 1.q.1.& c.hanc regulam, & c. Arrianos, & §.ex eo, & c.manus ead.q.1.etsi ergo non eadem ratione, qua ecclesia, atque altare, tamen alia reconciliantur, sicut etiam de ordinato ab excommunicatis,qui tunc reconciliatur,vbi cum ipso dispensatur,vt supra diximus, & vt habetur in c. cùm illorum de sent.excom.proposita igitur ratio nihil facit. Vnde secundò sic tacitò argumentatur Host.ad hæc reconcilianda nec preces, nec forma ab ecclesia præscripta sunt, imò nec iure cautum est, vt reconcilientur; ergo neque nos id asserere debemus: ad hanc rationem etiam respondetur id propterea factum, quoniam hæc non sic frequenter polluuntur, vt ecclesia, ac cœmiterium; at, quando lex alicuius mentionem facit ob frequentiorem eius vsum, non propterea casus alios minùs frequentes excludere intelligitur, vt dixit gloss. communiter recepta in clem.1.in verb. Præsidentes de rescript.& in l.vn.in verb. sponsam.C.de rapt. virg. etsi ergo à lege omissa hæc sunt, pro non omissis tamen ob hanc rationem haberi debent: ac planè quæ ratio suadet,vt ecclesia ab excommunicato consecrata polluta magis sit,quàm reliqua supradicta? meritò igitur & hæc reconciliari debent,quamuis non eadem ratione; nam ordinati per dispensationem, vt diximus, quod & de abbate benedicto existimamus; baptizati, atque confirmati, sicut sponsus, ac sponsa, & virgo Deo dicata, & benedicta per manus impositionem; res verò non animatæ,vt ecclesia,cœmiterium,atque altare per reconciliationem: neq; iniuria;nam reconciliatio hæc fit, quò ad sacramenta,& benedictionem sponsi, ac sponsæ, vt gratiam sacramentorum consequantur,& vt ecclesiæ obtemperantes ipsi reconcilientur, à qua ab excommunicato spiritualibus recipiendis quodammodo defecerant: quò igitur reconciliati ecclesiæ videantur,ob eam rem impositio fit arg.26.q.6.quò ad ordinatum autem ab excommunicato, vt ordinis munera legitimè obeat, id quod fit dispensatione; ecclesiæ demùm, vestes,atque altaria reconciliantur, quo ipsis vestibus licitè vtamur; reliqua verò, vt in ipsis diuina faciamus;

16 à priori sententia igitur non discedemus. † Non idcircò tamen, qui in ecclesia sic polluta,antequam reconcilietur,diuina facit,irregularis efficitur; nam iure id cautum non est,atque idcirco irregularitatem hic effugit arg.c.is,qui de sent.excom.lib.6.atq; ita inquit Gemin.& Io.And. ab eodem relatus in c.vn.nu.4.vers. Quærò, an celebrans de consecr.eccl.vel altar.lib.6.& Syl. in verb.Consecratio.2.in fin.vbi communem opinionem hanc sentit, & Tab.eod.2.nu.10.vers. Nonò; grauiter tamen hic offendit,ac propterea punietur: reconciliatio denique à quibus fiat, dixit Abb.in c. aqua.num.2.de consecr.eccl.vel altar.& Syl.in verb. Consecratio.2.num.8.

SVMMA.

1 *Necessitate vrgente baptismus administrari ab excommunicato, interdicto, suspensoq; potest.*

2 *Necessitate vrgente baptismus administrari ab excommunicato, censuraue alia irretito debet.*

3 *Necessitate vrgente excommunicatus baptismum legitimè administrat.*

4 *Necessitate vrgente si baptismus ab excommunicato, censuraq; alia irretito conferatur, valet; & omnes suos effectus operatur.*

5 *Necessitate vrgente non peccat excommunicatus, si baptismum administret.*

6 *Necessitate vrgente baptismus, cærimonijs nō adhibitis, ab excōmunicato conferri debet.*

7 *Necessitate vrgente ab excommunicato baptismus peti potest.*

8 *Necessitate vrgente baptismus ab excommunicato peti debet.*

9 *Necessitate vrgente, infantem baptizandum excommunicato offerre possumus, ac debemus.*

10 *Necessitate vrgente, si plures præsentes adsint, qui excommunicati non sunt, an ab excommunicato baptismus legitimè petatur.*

11 *Necessitate vrgente, an pænitentiæ sacramentum ab excommunicato suscipi possit, & susceptum an valeat.*

12 *Necessitate vrgente, esto excommunicatus, pænitentiæ sacramentum administret, an cærimonias de more adhibere possit.*

13 *Necessitate vrgente, an pænitentiæ sacramentum ab hæretico quis suscipere possit.*

14 *Necessitate vrgente, Eucharistia ab excommunicato, censuraué alia irretito recipi non debet.*

XVII.

1 §. † Quintò excommunicatus, censuraué alia irretitus spiritualia administrando aliquando etiam non peccat, vbi scilicet necessitate vrgente baptismum administrat; nam, si mortis periculum cuipiā impendeat, & baprizari ille velit; eius verò, qui legitimè baptizet, potestas non detur, excommunicatus baptizare eñ poterit, vt tradidit Cat. De bapt. vbi de ministris agit vers. Iam vero, à quibus, ibi Extremus ordo, & Marian. Socin. Senior in c. sacris. num. 42. vers. Circa secnndum, ibi & prædicta intelligo de sent. excom. & Conar. in cap. alma pars. 1. §. 6. nn. 8. vers. Octana conclusio eod. lib. 6. Sed, quoniam materia hæc dubitationes non nullas habet; ideo, quò ipsius absolutam cognitionem habeamus, hæc contemplabimur, primùm an excommunicatus, suspensus, interdictusuè baptizare debeat; deinde an legitimè id possit; tertiò an cærimonias baptismi adhibere queat; quartò an peccet; quintò an baptismus valeat, si ab ipso administretur; sextò an tunc à censura constricto legitimè petatur; septimò quid iuris, si alius non ex-
2 communicatus præsens adsit. † Quò ad primum igitur asserendum est excommunicatum, interdictum, suspensumuè in huiusmodi casu baptismum administrare debere. Primò, quoniam, vt in necessitate hac constitutum quisq; baptizet, diuino præcepto cautum est, vt tradidit. Scot. dist. 5. quæst. 2. vers. & per hoc apparet lib. 4. & sequitur eum Franc. à Vict. in summ. sacramen. cas. 30. vers. Tempore verò necessitatis; ergo ei parendum est arg. c. 2. de maior. & obed. & c. 1. & c. fin. de constit. atque idcirco baptismum sic affectus administrare debebit, cùm eo iure nemo exceptus sit. Secundò, quoniam, qui in hoc casu constitutum non baptizat, punitur, si ille non baptizatus moriatur; Quicunque presbyter in prouincia propria, vel in alia, vel vbicunque inuentus fuerit, dicitur enim in c. quicunque de consecr. dist. 4. vbi commendatum sibi infirmum baptizate noluerit, vel pro intentione itineris, vel de aliqua excusatione; & sic sine baptismo moritur, deponatur. Ecce hic punitur, qui in huiusmodi articulo constitutum non baptizat, si moriatur; ergò & excommunicatus, interdictus, suspensusuè punietur; tum quòd constitutio illa generaliter loquitur ob dictionem illam, Quicunque, quæ generalis est, ac propterea generaliter est accipienda arg. l. Iulianus. ff. de leg. 3. tum quòd nulla excusatio admittitur, ac recipitur ob verba illa Vel pro intentione itineris, vel de aliqua excusatione; dictio enim illa Aliqua quamcunque significat, vt sensit gloss. communiter recepra in clem. vn. in verb. Aut earum parte de for. compet. si ergò excusatio nulla accipitur; neque illa, quòd quis interdictus, excommunicatus, suspensusuè sit, accipietur. Confirmatur sententia hæc; quoniā excõmunicatus, multoq; magis interdictus, ac suspensus, fame pereuntem si quem videat, ei opem ferre debet, ne corpus intereat arg. c. pasce. distin. 89. ergo mulrò magis, vbi quem in articulo mortis constitutum videt, baptizare ipsum debet, ne ipsius anima in æternum pereat; cum ipsa longè pretiosior corpore sit. Non repugnat modò, si dicatur censura constrictum sacramenta administrare non posse arg. c. pen. de sent. excom. in antiq. & cap. 1. eod. lib. 6. & cap. 1. de re iud. eod. lib. nam in baptismo huiusmodi necessario tempore locum non habet, vt ipsa ecclesia declarasse videtur in cit. c. quicunque de consecr. dist. 4. præterea, esto ecclesia id nollet, quod ne existimandum quidem est (quæ enim ipsius pietas est, vt pia mater saluos omnes esse vellet arg. c. super eo de hæret. lib. 6. & ibi not. gloss.) tamen diuino præcepto, quo quis, vt baptismum suscipiat, præcipitur; magis, vt superiori, ac maiori parendum esset, vt dixit Scot. ead. dist. 5. q. 5. vers. Et per hoc apparet; à proposita igitur senrentia non discedemus, quam speciatim secutus est Scot. ead. quæst. 2. vers. Præterea plus tenetur excommunicatus, & Franc. à Vict. eod. cas. 30. & eandem amplexus videtur etiam Nauar. in Man. cap. 22. num. 6. vers. Tertiò; nam mortiferè eum peccare asseruit, qui est in causa, aut in notabili culpa, vt aliquis sine baptismo moriatur, aut renuit dare baptismum
3 petenti in articulo mortis, cùm nullus eo aptior ipsum baptizare velit. † Quò ad alterum autem, an scilicet censura constrictus necessitate vrgente baptismum legitimè conferat: vt rem

hanc

hanc paucis expediam, legitimè id posse concludendum est, vt asseruit Marian. Socin. Senior in c. si quis propter. num. 10. in vers. Quintò sequitur de furtiuam, vt baptismum in huiusmodi necessario tempore sic affectus administret, & ius diuinum, & ecclesia id ei præcipit, vt supra vidimus; ergo legitimè functionem hanc obit; non enim ius præsertim diuinum quicquam fieri præcipit, quod minùs legitimum sit arg. c. ius generale dist. 1. & c. erit autem lex dist. 4. & l. meminerim. C. vnde vi; non solùm igitur excommunicatus, interdictus, suspensusuè administrare baptismum necessitate vrgente debet, verùm etiam legitimè id potest: ex his duabus propositis conclusionibus iam duas alias, quas inquirendas nobis proposuimus, dissolutas habemus.

4 Primâ, si baptismus à censura irretito administretur, ipsum valere; ex quo enim baptismum hic conferre potest, ac debet, vt vidimus, si ipsum conferat, planè eum valere concludendum est; nam, & extra necessitatem si ab eodem administretur, valet arg. c. si qui apud illos eum seq. & c. ostenditur, & c. nullus ead. dist. & c. ad hoc verò. §. hæc de malis dist. 32. & vt asseruit S. Thom. dist. 5. art. 4. lib. 4. & Scot. ead. dist. q. 1. & nos in comment. nostr. de sacram. in Tab. de baptis. c. 3. nu. 2. multò magis igitur necessitate vrgente.

5 Alteram conclusionem quoque absolutam illinc habemus scilicet censura constrictum in hoc casu baptismum conferendo non peccare; tum quòd, ex quo diuino, & ecclesiæ iure id præcipitur qui permittere te lege huiusmodi, & multò magis iubente quidpiam facit, non peccat arg. c. qui peccat 24. q. 3. & l. Graechus. C. de adult. tum quòd censura constrictus aliàs baptismum administrando ob eam rem offendit, quoniam contra ius diuinum, ecclesiæq; voluntatem facit; quod in hoc casu non fit, vt ex dictis patet; ergo id ei pro peccato tribui non debet arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. & cap. cùm constante de appel. censuræ igitur vinculo constrictus in hoc casu baptismum administrando censuræ vitio non peccabit; nõ enim culpa, sed pœna censura est, cuius effectus in hoc casu suspenditur, sicut aliàs suspendi solet, vt habetur in c. fin. de sent. excom. lib. 6. & in c. responso eod. in antiq. Verùm quid si censura obligatus mortifero peccato etiam detineatur, an cõferendo baptismum peccet? hanc quæstionem, quam tetigit S. Thom. dist. 5. q. 4. lib. 4. & Syl. in verb. Baptismus 3. num. 5. vers. Quartò, quòd ad rem nostram ipsa non pertinet, ob eam rem prætermittimus, atque ad reliquas quæstiones transibimus; satis enim habemus necessitate vrgente nec excommunicatum, nec suspensum, nec interdictum baptismum administrando censuræ vitio peccare.

6 Quoniam igitur à censura constrictis necessitate vrgente baptismum administrari posse vidimus, an tunc cærimonias, quæ ad baptismum administrandum adhiberi debent, adhiberi ab his poterunt? vt exorcismi, & catechismus, de quibus in ead. Tab. de baptis. nos egimus cap. 4. num. 6. & cap. 28. planè dicendum videbatur eas ab hisce adhiberi posse; nam, vbi quidpiam alicui conceditur, cum omnibus suis qualitatibus concessum illud esse existimatur arg. l. si quando. C. de inoff. test. ergò, ex quo censura constrictis præcipitur, vt in huiusmodi necessitate baptismum administrent, &, vt cærimonijs, quæ de more adhibentur, adhibitis id queant, permissum ipsis esse videri debet. Atqui contrariam sententiam amplexari nihilominus debemus, vt scilicet huiusmodi cærimonias adhibere censura constricti non possint. Sic enim sensit Cat. de bapt. c. de min. & Syl. in ver. excõicatio 3. vers. Vigesimosecũdò, & Tab. eod. 1. n. 7. Et probatur id ratione, nam excõicatus, suspensione, interdictoue impeditus, quò minùs sacramenta administret, cõ iure baptismũ administrare nequit, excipiturq; solùm, vbi necessitas cogit; tunc enim, ne quis sine baptismo è vita discedat, & ipsis, vt baptismum administrent, permittitur, vt vidimus; at huic necessitati per simplicem baptismi administrationẽ, cærimonijs scilicet non adhibitis subuenitur; non enim ad baptismi susceptionem necessariò ipsæ postulantur arg. c. nec quenquam vers. Quod si aliquis de consecr. d. 4. & vt sensit Cat. de baptismo cap. de rit. & cærim. incip. Restat nunc, & cap. de ministro incip. Iam verò, & Vig. cap. 16. §. 1. vers. 6. & communiter diuinarum rerum scriptores; ergò cærimonijs nõ adhibitis administrare baptismum debẽt, quò limitata causa limitatum producat effectum arg. l. in agris. ff. de acquiren. rer. domin. etenim, ex quò eis baptismi administratio permittitur, vt ei necessitati subueniant, idq; simplici administratione baptismi fit, non autem cærimoniarum adhibitione, vt probatur in cit. c. nec quenquam vers. Quod si aliquis, iure id solùm, quo necessitati ei consulitur, non aliud facere debent; alioquin extra cancellos sibi præscriptos egrederentur; quippe qui aliud facerent, quod ei necessitati non subueniret. Accedit, quòd hac ratione commune ius minùs corrigitur, quod fieri debet arg. c. cùm expediat de elect. lib. 6. & l. 1. C. de dot. promiss. nam communi iuri, quo cautum est, ne censura baptismũ administrẽt, derogabitur solùm in necessarijs; in alijs verò ab ipso iure non discedemus. Non obstat modo cit. l. si quando. C. de inoff. testam. nam ibi de necessarijs ad testamentum faciendum agitur, ad quorum normam

 testa-

testamenti faciendi facultas cui concessa est, is facere illud debet; at nos de cærimonijs agimus,
quæ necessariò non adhibentur; quatenus enim pertinet ad ea, quæ ad baptismum conferendum
necessariò postulantur, sine dubitatione concessa illi esse concedimus; ab ea igitur sententia non
7 discedemus, & de quæstione hac satis. † Quò ad sextam itidem quæstionem propositam, an le-
gitimè ab excommunicato, suspenso, interdictoue quis in articulo huiusmodi constitutus baptis
mum petat, ac proptcrea non peccet; legitimè baptismum peti sine dubitatione asserendum est.
Sic enim probatur in c. ad hoc vers. Stephanus verò dist. 32. Et dum fortè catholicus nõ inueni-
tur, dicitur enim ibi, sanctius est ab hæretico baptismi sacramentum sumere, quàm in æternum
perire: hæc ibi; si ergò baptismum ab hæretico sumere sanctius est, qui & ipse cõstrictus excom-
municatione tenetur, vt habetur in c. excommunicamus. 1. & 2. de hæret. imò simplici excom-
municato peior est; iure ab excommunicato, suspenso, interdictoue suscipere baptismum lice-
bit. Idem probatur in c. si quem forte 24. q. 1. Sic quoque asserit Gloss. in c. 1. de cler. non ord.
min. & Scot. dist. 5. q. 2. vers. Potest etiam forte non recipere lib. 4. & S. Thom. ead. dist. q. 4. vers.
vel si fit in articulo necessitatis, & Ricard. de Med. Villa. ead. dist. 5. art. 3. q. 4. vers. Respondeo,
& D. Dionys. Carth. ead. dist. q. 1. in fin. & Tab. in verb. Baptismus. 6. num. 3. vers. nec aliquis de-
bet accipere, & Franc. à Vict. in summ. sacr. cas. 30. vers. Tempore verò necessitatis. Ac planè, si
in eo casu ipse excommunicatus (cui magis prohibitum est, ne aliorum communione vtatur,
quàm, ne alij sua arg. c. 1. de excep. lib. 6. iunct. c. intelleximus de iud. in antiq. & c. illud de cler.
excom. min. & arg. cit. extrauag. ad euitanda) baptismum conferre potest, idque, ne in eo articu-
lo constitutus sine baptismo è vita discedat, & ita ob eius commodum excommunicato facultas
hæc tribuitur; multò magis ipsemet, qui huiusmodi angustijs detinetur, baptismum ab excom-
municato, censuraue alia constricto petere poterit; nam propter quod vnum quodque est tale,
& illud magis tale. Præterea præceptum de baptismo suscipiendo maius est præcepto ecclesiæ
de præciso uitando, vt dixit D. Dionys. Carth. eod. Accedit etiam, quod in huiusmodi casu ipsi cen-
sura constricto permittitur, vt legitimè baptismum administret; ergo & ei, qui in eo articulo
constitutus est, concessum esse videtur, vt petat, atque accipiat; dispositum enim in vno ex cor-
relatiuis & in altero locum habet, vt tradit Ias. ac DD. in l. fin. C. de indict. vid. toll. & not. Bart.
in l. ?. C. de cupress. lib. 11. Postremò si, ne quis fame pereat, ei permittitur, vt ab excõmunicato,
quę ad victum necessaria sunt, sibi paret, vt habetur in c. inter alia. §. illud autem de sent. excom.
& in c. quoniam multi. 11. q. 3. multò magis, ne anima in æternum pereat, ab eodem baptismum
suscipere licebit; in articulo mortis constitutus igitur baptismum suscipere ab excommunica-
tò, suspenso, interdictoue poterit. Quæ regula in hanc sententiam accipitur, vbi denuntiatus, no-
torieuè censura constrictus is est, à quo baptismum suscipitur; nam alias, vbi neq; denuntiatus,
neque notoriè sic censura constrictus tenetur, necessitate itidem non cogente baptismum, sa-
cramentaq; alia suscipere ab his possumus ob extrauag. ad euitanda, quam hoc cap. posuimus,
atque explanauimus. Declaratur etiam hæc regula, vt locum habeat, quicunq; hic censura con-
strictus sit, scilicet vel parochus, vel non parochus sit; quandoquidem à quocunque sine offensa
baptismus suscipietur. Excipitur autem, vbi quis huiusmodi angustijs non detinetur; nam tunc
ab eo, qui denuntiatus, notorieuè censura constrictus est, baptismus suscipi non debet; alioquin,
etsi character imprimitur, ob culpam tamen commissam baptismi gratia ab adulto non reci-
pitur, vt citati autores proximè asseuerarũt; necessitate cogente igitur ab hoc legitimè petetur.
8 † Atqui an ab huiusmodi censura constricto, sicuti baptimum petere quis potest, ita & debet;
vnde, si baptismum non petat, ac deinceps moriatur, saluus non fiat? non enim quæstio hæc du-
bitatione prorsus caret. Videbatur igitur dicendum ad baptismum ab hoc suscipiendum quem
non cogi arg. cit. c. ad hoc vers. Subitò enim morituro, vbi dicitur sanctius esse ab hæretico in
huiusmodi necessitate constituto baptismi sacramentum sumere, vbi catholicus non inuenitur,
quàm in æternum perire; ergo, si sanctius est, non est malum non accipere: atque ita sensit Scot.
dist. 5. q. 2. vers. Hic distinguitur, ibi potest etiam fortè non recipere; nam huic baptismus flami-
nis sufficiet, vt habetur in c. baptismi vicem de cõsecr. dist. 4. Verùm contrariam sententiam vti
tutiorem, venioremq; amplector, vt scilicet ab huiusmodi excommunicato mortis angustijs de-
tentus baptismum accipere debeat. Primò, quoniam, vt probauimus. excommunicatus, inter-
dictus, suspensusuè huic baptismum conferre & debet, & potest; ergo & ab ipso eum recipere
his angustijs detentus debet, vt dispositum in vno ex correlatiuis, & in alio locum habeat arg.
l. fin. & ibi DD. not. C. de indict. vid. toll. Secundò, quoniam hic aquæ baptismum suscipere po-
test (habet enim, à quo legitimè ipsum recipiat, vt vidimus) ergo, si saluus esse velit, suscipere
baptis-

baptismum ab huiusmodi censura constricto debet; nam, vbi baptismus aquæ suscipi potest,
flaminis baptismus non sat est arg.cit.c.baptismi vicem; ibi enim, si forte ad celebrandum my-
sterium baptismi in angustijs temporum alicui succurri non potest, fidem, confessionemq; cor-
dis baptismum supplere dicitur; ergo, vbi succurri per baptismum aquæ potest vt hìc; fides,
confessioq; cordis, non sat erit, atque ita quoque sensisse videtur S.Thom. dist.4. quæst.4.vers.
Sic ergo dicendum lib.4.Confirmatur denique per cit.c.ad hoc dist.32. quod pro contraria sen
tentia citabatur, Dum fortè catholicus non inuenitur, inquit enim ibi Rom. Pont. agens de
iam morituro, qui baptizatus non erat, sanctius est ab hæretico baptismi sacramentum sumere,
quàm in æternum perire: hæc ibi, si ergò in huiusmodi articulo constitutus baptismum ab hæ-
retico sumere debet, vbi catholicus non adest, ne in æternum pereat; ergo multo magis à sim-
plici excommunicato, censuraq; alia constricto baptismum suscipere debet, ne in æternum dam
netur; alioquin in æternum non periret, sed saluus esset, si in hoc casu constitutus baptismum
aquæ ab hæretico, atque ob eam rem ab excommunicato suscipere non deberet: baptismus fla-
minis igitur nō sat est, vbi aquæ baptismus haberi potest; sicut etiam in comment.nostr.de sacr.
in Tab.de baptismo cap.29. comprobauimus; quare Scot.eod.pensatis tamen omnibus melius,
inquit, videtur, quod à tali recipiat, quàm quòd de vita hac sine baptismo decedat; ex quibus
9 apparet contraria proposita non obstare. † Multò magis autem huic offerre paruulum debe-
mus, ne sine baptismo è vita discedat, vbi alterius potestas nō datur, vt idem Scot.eod.asseruit;
quandoquidem infans non aliunde saluus esse potest, quàm aquæ baptismi susceptione, sed de
10 quæstione hac satis, ad postremam transeamus. † An igitur in hoc casu, si alius præsens adsit,
qui neque excommunicatus, neque suspensus, neque interdictus est, is, qui censuris huiusmodi
constrictus tenetur, baptismū administrare, ab eodemq; ipsum suscipere quis legitimè poterit?
planè videbatur dicendum id non posse. Primò, ob c.ad hoc vers.Subitò enim morituro.d.32.
vbi Rom.Pont.inquit, si moriturus iam quis est, & catholicus non inuenitur, sanctius esse ab hæ-
retico baptismi sacramentum suscipere, quàm in æternum perire: si ergo, vbi catholicus non
adest, ab hæretico, atque idcircò ab excommunicato sanctius est baptismum accipere; vbi ca-
tholicus adest, ab hæretico, atque ob eam rem ab excommunicato baptismus recipi non debet;
valet enim argumentum à contrario sensu, vt habetur in l.1.& ibi DD.omnes.ff.de off.eius. Se-
cundò idem habetur in c.si quem fortè.24.q.1.Accedit, quòd hanc sententiam amplexatus est
etiam Syl.in verb.Baptismus.3.nu.1.nam præsente sacerdote excommunicato, vel hæretico, vel
suspenso, ait ibi, melius esse baptizari à laico, idem quoque sensisse videtur Nauar.in Man.cap.
22.nu.7.vbi laicum peccare inquit, si in necessitate baptismum administret, præsente clerico, &
clericum minorem præsente presbytero, & mulierem præsente viro, & infidelem præsente fide-
li, nisi aptior sit excommunicatus, alioue modo alter impeditus: hæc Nauar. ergo neque in ne-
cessitate ab excommunicato baptismus recipi, ab eodemuè administrari debet, vbi alius non
excommunicatus adest. Scot.dist.5.quæst.2.vers. Quantum autem ad secundum membrum in
fin.lib.4.quem sequitur Fran.à Vict.in summ.cas.30.vers.Qui addit, dicebat, vbi adest sacerdos
malus, & laicus bonus, eligendum esse potius sacerdotem malum, quàm laicum bonum, qui ba-
ptismum administret; nam sacramentum conferre in ecclesia sacerdotis, & non laici munus est:
hæc Scot.ex quibus significari videtur ipsum voluisse baptismum ab excommunicato sacerdo-
te potius, quàm à laico suscipi. Ego autem sic distinguendum censerem. Aut vbi necessitas ba-
ptismi administrandi adest, plures præsentes adsunt, ijdemq; potestate pares, vt pote aut plures
eius, qui baptismum suscepturus est, parochi, aut plures sacerdotes non parochi, aut plures dia-
cones, eiusdemuè ordinis clerici plures, aut plures viri, aut plures mulieres, sed ipsorum tamen
aliqui excommunicati, suspensi, interdictiuè sunt; & in hoc casu sine dubitatione asserendum est
ab excommunicato, censuranè alia constricto baptismum suscipiendum non esse, sed ab alio hu
iusmodi pœna non constricto, modò id possit, ac velit. Nam primò communi iure censura con-
strictus administrare baptismum non debet arg.c.pen.de sent. excom. & c.fin.de cler.excom.
min.& si velimus in huiusmodi casu ab hoc baptismum administrari, ius illud sine causa corrigi-
tur, cùm alij adsint, qui baptismum administrent; at iuris correctio vitanda est arg. c.cùm expe-
diat de elect.lib.6.& l.vn.C.de inoff.dot.ergo, ne ius corrigatur, in hoc casu à censura constricto
baptismus neque administrabitur, neque suscipietur. Præterea in pari causa habilior præferen-
dus est arg.l.1.& 2.ff.de alb.scriben.& l.vt gradatim.§.& si lege.ff.de mun.& c solitæ de maior.
& obed.ergò à non excommunicato, vt qui habilior sit, baptismus suscipietur; non enim iure
impeditur, sicut excommunicatus, quò minùs baptismum administret. Idem sentimus, vbi plu-

res conditione non pares adsunt. sed nemo parochus, nemoq; sacerdos est; nam ab eo, qui censura constrictus tenetur, baptismus suscipi, administrariq; non debet; cum ob rationes in superiori conclusione citatas; tum quòd in necessitate vniuersis permittitur, quasi ex priuilegio, vt baptismum administrent; ergo ab ijs, qui censura constricti non sunt, baptismus suscipietur; vbi enim pluribus priuilegium conceditur, inter ipsos ius commune seruatur, vt probatur in l. assiduis, & ibi not. DD. C. qui potiores in pignore habeantur, & facit pro hac sententia cap. non dubito de consecr. dist. 4. & in his duobus casibus sententia Syl. & Nauar. locum habebit. Aut plures præsentes sunt, quorum, qui excommunicatione constrictus tenetur, sacerdos est; alij verò non sacerdotes, & in hoc casu opinionem sequor ipsius Scot. ob c. constat. de consecr. dist. 4. nam communi iure ad sacerdotes baptizandi munus pertinet ob cit. c. constat; at in necessitate huiusmodi, ex quo vniuersis baptizandi facultas conceditur, ad ius commune reuertimur ob cit. l. assiduis cum ibi notatis; iure verò communi sacerdos alijs præferri debet, vt habetur in cit. c. constat; ergo sacerdos ipse baptismum administrabit. Aut plures sunt, quorum excommunicatus & sacerdos, & parochus est; alij verò, etsi sacerdotes, eius tamen parochi non sunt, qui baptismum suscepturus est; & in hoc casu à parocho baptismum administrandum esse censeo; nam necessitate (quæ legi non subijcitur arg. c. quanto de consuet. & c. quod non est de reg. iur. in antiq.) habiles vniuersi facti sunt, & quò ad hoc excommunicatus habetur, perinde atque si non esset excommunicatus; at parochus non excommunicatus alijs in sacramentorum administratione præfertur arg. clem. 1. de priuil. & vt not. Syl. in verb. Baptismus. 3. nu. 1. ibi imò nec sacerdos; ergò & hic parochus excommunicatus præferetur. Excipio autem in omnibus propositis casibus, vbi is, quem baptismum administrare posse diximus, administrare ipsum aut nollet, aut aliàs non posset; nam tunc alij baptismum legitimè administrabunt. Secundò excipitur, vbi censura constrictus hæreticus etiam esset; nam ab eo, quem alijs præferendum esse diximus, baptismum non suscipiemus, modò alij administrare ipsum velint, ac possint, & in huiusmodi casu locum habet cit. c. ad hoc dist. 32. & c. si quem forte vers. Si quis autem 24. q. 1. & c. nullus vers. Si dicis, & c. non in vobis de consecr. distinct. 4. hac igitur ratione propositas quæstiones de
11 baptismo dissoluendas censerem. † Sed quid de pœnitentiæ sacramento? hoc enim contemplandum etiam nobis est; videbatur planè dicendum nôtorium, denuntiatumuè excommunicatum, interdictum, suspensumuè pœnitentiæ sacramentum nec in huiusmodi casu administrare, nec suscipi ab eis posse. Primò ob c. 1. §. laboret. de pœnit. dist. 6. Ideoq;, inquit enim ibi August. nemo dignè pœnitere potest, quem non sustineat vnitas ecclesiæ; ideoq; non petat sacerdotes per aliquam culpam ab vnitate ecclesiæ diuisos: hæc ibi; si pœnitens igitur sacerdotes ab vnitate ecclesiæ diuisos petere non debet, quò eum dignè pœniteat; ergo nec excommunicatos, qui ab ecclesia diuisi, ac præcisi sunt, quò ipsi sacramentum tunc administrent, petere debebit: hoc dicto proposita conclusio probari mihi non videtur; nos enim quærimus, an necessitate cogente ab excommunicato, censuraue alia constricto pœnitentiæ sacramentum administretur, legitimeq; suscipiatur, in citato autem §. laboret, simpliciter dicitur sacerdotes ab vnitate ecclesiæ diuisos petendos non esse, & necessitatis huius nulla mentio fit; ergo ad rem nostram nihil facit; nam & nos extra necessitatis casum concedimus à denuntiatis, notorieuè præcisis pœnitentiæ sacramentum suscipi non posse: accedit exemplum de Iuda ibi propositum, quod de eo, qui in necessitate constitutus non est, ibi agi declarat; nam Iudã Apostolos adire potuisse, & ita ad eos, qui præcisi non erant, ibi legitur, ergo in huiusmodi necessitate, qua de agimus, constitutus non erat, facimus enim hunc pœnitentem his angustijs detineri, vt sacerdotem non excommunicatum adiri non possit, qui ipsum absoluat; mea igitur sententia capitulum hoc propositam sententiam non probat. Vnde secundo loco ratio hæc redditur; denuntiatus, notorieuè censura constrictus neque ordinis, neque iurisdictionis fori pęnitentiæ vsum habet arg. c. penult. de sent. excom. iunct. c. fin. de cler. excom. min. & c. ad probandum de re iud. quæ duo ad sacramentum hoc administrandum necessariò requiruntur, vt probatur in cap. omnis de pœnit. & vt nos pluribus id egimus in commentr. nostr. de sacr. in Tab. de pœnit. num. 2. cum seq. cap. 2. Confirmatur ratio hæc; quoniam, si mater ecclesia hoc voluisset, id expressisset, sicut de baptismo, quẽ & ab hæretico in huiusmodi casu constitutũ suscipere posse permisit, vt supra probauimus; at in huiusmodi casu pœnitentiæ sacramentum non excepit; ergo neque nos excipere debemus, arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. hinc Palud. melius esse dixit non confiteri, quàm excommunicato, vel suspenso sua peccata confiteri distin. 17. q. 3. vers. Septimus ratione necessitatis lib. 4. hanc eandem opinionem secutus est Nauar. olim in Man. c. 26. nu. 26. vers. Dixi catholicus, vbi

opinionem

opinionem hanc communem olim fuisse testatur, & in cap. 1. in prin. num. 87. de pœnit. dist. 6. eandem com. dixit quoque Couar. in c. alma pars 1. §. 6. nu. 8. vers. octaua conclusio de sentent. excom. lib. 6. Quibus tamen rationibus non obstantibus contrariam sententiam, vt scilicet in hoc casu denuntiatus, notorieuè excommunicatus, aut censura alia constrictus pœnitentiæ sacramentum administrare, ab eoq; illud peti possit, vti verissimam amplector, quam amplexata est gloss. in c. non est vobis in verb. Baptismum de spons. & Melchior can. in relect. de pœnit. 5. par. fol. 85. & de hoc ambigendum non esse ait, & non nulli alij, quos refert Couar. eod. vers. vbi & ipse eam defendi posse ait, & Soc. Sen. in c. sacris num. 42. de sent. excom. id quod probatur apud Trid. Syn. sess. 14. de cas. reseruat. cap. 7. ibi enim Sancta Synodus de absolutione casuum agens, quos ecclesiæ antistites sibi reseruant, sic inquit, Veruntamen piè admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem ecclesiâ Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis; atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt: hæc ibi Trid. Syn. Ego igitur sic argumentor, Constitutus in articulo mortis ab omnibus sacerdotibus absolui potest, vt inquit Sancta Synodus; ergo & ab excommunicato, censura aliauè aut notoriè cõstricto, aut denuntiato absolui poterit; ex quo enim omnes sacerdotes absoluere posse Synodus inquit, & excommunicatum, & censura constrictum idem posse significat; nam, qui omne dicit, nihil excludit arg. l. Iulianus. ff de leg. 3. & lex generaliter loquens generaliter intelligi debet arg. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. alioquin, si aliter sentiremus, quamuis de contrario non constet, à verbi tamen proprietate discederemus contra l. non aliter. ff. de leg. 3. Præterea in huiusmodi articulo constitutus à quibusuis peccatis, ac censuris absolui potest, vt dicitur in cit. c. 7. ergo, cùm vna pars legis alteram declaret, & ab antecedentibus consequentia declarentur arg. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. & §. illud expeditum est in Instit. de soc. & à quocunque censura constricto absolui posse debet. Confirmatur ratio, quoniam causa, quamobrem in eo articulo permissum fuit, vt ab omnibus sacerdotibus absolui à quocunque peccato, ac censura quis possit, ea est, vt ibi dicitur; ne hac occasione quis pereat, scilicet si absolui non possit; at huic causæ satisfactum non est, si ab excommunicato absolui non possit; ergo, vt & rationi, quæ anima legis est, satisfiat; & eatenus lex pateat, ac pertineat, quatenus ipsius ratio patitur arg. l. fin. §. pen. ff. de iur. & fact. ignor. & ab excommunicato, censuraq; alia constricto absolutionem tribui posse concludemus. Accedit, quòd beneficium hoc ob animarum salutem pia mater ecclesia condonauit; ergò, vt quàm latissimè pateat, ipsum interpretari debemus arg. l. beneficium. ff. de const. prin. & l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fun. etenim ipsa hoc vnum studet, vt omnes salui fiant arg. cap. super eo de hæret. lib. 6. & cap. ex literis de constit. in antiq. atque ita nouissimè asseruit Nauar. ob cit. cap. 7. in Man. c. 27. num. 271. vers. Septimò, quamuis contrarium senserit eod. c. 26. nu. 26. vers. Dixi catholicus immemor cit. c. 7. vt ipse inquit, & Marian. Soc. Sen. in c. sacris num. 42. vers. Et prædicta intelligo de sent. excom. & ex his satis iam apparet ad contrarias rationes responsum; quoniam ecclesia & in hoc casu sacramentum pœnitentiæ administrari posse satis expressit, ex quo generaliter id permisit arg. eorũ, quæ dixit Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pup. satisq; etiam constat vsum, & ordinis, & iurisdictionis quò ad hoc ipsi restitutum arg. l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. & arg. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procur. administrare igitur sacramentum hoc pœnitentiæ notoriè censura cõstrictus, denuntiatusuè in mortis articulo cõstituto, ab eodemq; illud suscipi, poterit, imò debebit; & censura constrictus sacramentũ hoc administrando, ipsumq; ab eo suscipiens, non peccabit, & sacramentum valebit ob rationes, quas supra reddidimus; quæ & hic locum sibi
12 vindicãt, quamuis, necessitate non cogente, secus sit. † Atqui an cęrimoniæ adhiberi ad hoc poterunt? planè ipsas adhiberi non posse dicendum videbatur; nam nec, dum baptismum confertur, adhibentur, vti antea probauimus. Contrarium nihilominus sentiendum est; nam. sacramentum pœnitentiæ administrari à sacerdote non potest, nisi vt à sacerdote, ac propterea nisi ex officio; quo casu & cærimonias adhibere potest, vt per se patet, vbi ea facultas ipsi datur. Nec obstat illud de baptismo; quandoquidem sacramentum hoc & à sacerdote, & à laico administrari potest, & in eo casu tanquam laico permittitur, vt ab excõmunicato administretur ob rationes, quas ibi reddidimus; at pœnitentia à sacerdote tantùm arg. c. oĩs de pœnit. à censura constricto
13 igitur pœnitentiæ sacramentum, necessitate cogente, administrari potest. † Verùm, quid si ob hæresim excommunicatus est, an tunc sacramentum huiusmodi administrare poterit? respectu habito ad excommunicationem potest, vt vidimus; respectu autem habito ad delictum communiter concluditur sacramentum pœnitentiæ ab excommunicato ob hæresim neque administrari,

strari,

ſtrari,neque ſuſcipi poſſe; ſic enim concluſit gloſſ.in c.ad hoc in verb. Per manus diſt.32.quam ſequitur Abb.in c.non eſt.num.9.de ſponſ. quamq; communiter receptam eſſe teſtatur Nauar. in Man.cap.26.num.26.verſ. Dixi catholicus,& eam ſequitur etiam S.Thom.ibi ab eo relatus, quamuis contrarium ſenſerit gloſſ.in c.non eſt vobis in verb.Baptiſmum de ſponſ.quam tamen communiter improbatam inquit idem Nauar.in c.1.in prin.num.87.de pœnit.diſtin.16. variæ
14 quoque hac de re ſententiæ referuntur à Syl.in verb. Confeſſor.1.† Pro communi ſententia citatur c.fin.24.q.1. vbi ab hæretico Euchariſtiam in articulo mortis ſuſcipiendam non eſſe probatur; ergò neq; etiam pœnitentiæ ſacramentum ſuſcipi poſſe debet:ad hanc rationem reſpondetur, ideo id prohiberi, quoniam per ipſam gratia augetur, quam quis habet, vt nos in comment.noſtr.de ſacrament.in Tab.de Euchariſtia cap.8.comprobauimus,& ſine gratiæ auctione (modò gratiam habeat) è vita diſcedere ſaluus poteſt; at per pœnitentiæ ſacramentum amiſſa gratia recuperatur,vt in eiſdem comment.in Tab.de pœnit.cap.7.num.1.iunct.cap.10.num.1. tradidimus,ſine qua gratia ſaluus hinc diſcedere non poteſt; gratia enim Dei vita æterna eſt; ex quo apparet pœnitentiæ ſacramentum magis neceſſarium eſſe ipſa Euchariſtia: nec facit, ſi dicatur contritionem tunc ſat eſſe; nam & ad baptiſmum ſufficeret in hoc caſu arg. cap. baptiſmi vicem de conſecr.diſt.4. & tamen ab hæretico in huiuſmodi caſu ſuſcipi poſſe ab adultis antea vidimus:accedit,quòd pendere animo ſemper poſſumus, an verè contriti ſimus, atque an peccatorum abſolutionem habeamus, vt declarauit optimè Cat.de pœnit. cap.quibus vijs ad pœnitentiæ ſacramentum peruenitur,& nos in ead. Tab.tradidimus cap.24.num.2.Vnde ſecundò pro hac ſententia ratio hæc redditur,ſi ab hæretico ſacramentum pœnitentiæ quis ſuſciperet, in errorem,deſperationemq; induci poſſet: hæc etiam ratio mihi non probatur; nam & in baptiſmo id contingere poſſet, & tamen ab ipſo baptiſmum ſuſcipitur; ergo ratio hæc non concludit arg.§.pauonum in Inſtit. de rer.diuiſ.præterea volo,vt pœnitens ſua peccata ei confiteatur, & abſolutionem ab eo petat, qua ratione periculum ceſſabit. Poſtremò pro hac ſententia argumentum hoc facere videtur,hęreticus eſt excommunicatus,vt habetur in c.excommunicamus. 1.& 2.de hęret.ergo iuriſdictionis vſum non habet,nec ordinis executionem,quæ ad ſacramentum hoc præſtandum requirũtur:ad hanc rationem ſatis ſupra reſponſum eſt,vbi reſpectu habito ad excommunicationem tunc ipſum non impediri probauimus. Quare contrariam ſententiam, vt ab hęretico adminiſtrari in hoc caſu pœnitentia poſsit, amplexandam cenſerem ob cit.c.7.apud Trid.Syn.ſeſſ.14.nam neminem excludit,ac propterea neque hęreticos. Excipio tamen primùm,vbi extra neceſsitatis caſum quis eſt, ceſſat enim tunc cit. cap. 7.Secundò,vbi alius ſacerdos haberi poteſt arg.c.ſi quem forte.§.ſi quis autem.24.q.1. Tertiò,vbi probabile periculum eſſet,ne in errorem pœnitentem induceret,& præſertim vbi malè de pœnitentię ſacramento ſentit.& in hoc hæreticus eſt; nam,his exceptis caſibus,pœnitentiæ ſacramentum ſuſcipi ab ipſo poſſe exiſtimo, & in his caſibus communis opinio locum habebit. Ac planè, ſi ſacramenta ab occulto hæretico ſuſcipi poſſunt,ac valent(tolleratur enim tunc ab eccleſia arg.c. veſtra,& c.fin.de cohab.cler.& mul.) & à notorio hæretico neceſsitate cogente pœnitentiæ ſacramentum ſuſcipi poſſe debet,cùm in huiuſmodi caſu pia mater eccleſia permittat, vt omnes ſacerdotes ab omnibus peccatis,ac cenſuris pœnitentem abſoluant,vt habetur in cit.c.7.apud Trid.Syn.id, quod & olim fuiſſe opinor. Quamuis ènim Nauar.ante Trid.Synod.communem opinionem fuiſſe teſtetur ab excommunicato denunciato pœnitentiæ ſacramentum ſuſcipi non potuiſſe; eamq; opinionem ſe antea ſecutum; poſt vero Trid.Syn.ſe ſententiam mutaſſe, quaſi nouum ius hoc ſit,tamen aliter in hoc ſentio; nam ipſa Synod. declarat potius antiquum ius in hoc,quàm recens conſtituat, Veruntamen piè admodum,inquit enim ibi ſancta Synod.ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis: hoc antecedente poſito ab ipſo concluſionem deinceps hanc infert, Atque ideo omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris, abſoluere poſſunt.Hæc ibi;ſi ergo ab illo antecedente concluſionem hanc colligit,& in eo antecedente dicitur in eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuiſſe,vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis; ergo ſancta Syn.nouum ius non fert,ſed,quid vetus ius ſentiret,declarat, exprimit, atq; promulgat; ex quo apparet idem ſentiundum olim fuiſſe,quod poſt Trid.Syn.ſe tantùm ſenſiſſe Nauar. inquit; in hac igitur materia ſic pertranſeundum cenſerem, ſaluo tamen ſemper ſanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio,cui cùm hæc,tum mea omnia ipſam veneratus libentiſsimè ſubijcio: ſed iam ad alia veniamus.

SVM-

SVMMA.

1 Nulla censuræ sententia vbi est, spiritualium vsum ea non adimit.
2 Nulla censuræ sententia vbi est, nec in foro conscientiæ obligat, atque operatur.
3 Nulla censuræ sententia vbi est, à diuinis cessare quis non tenetur.
4 Nulla sententia excommunicationis vbi est, ob eam is, in quem est lata, affici molestia non debet.
5 Nulla sententia excommunicationis, alteriusuè censuræ, vbi est, is, in quem est lata, contrafaciēs in nullam iuris pœnā incidit.
6 Nulla sententia excōmunicationis, alteriusuè censuræ vbi est; is, in quem est lata, contrafaciens non peccat, quæ regula etiam declaratur.
7 Nulla censuræ sententia ex quatuor causis redditur.
8 Appellatione sententia excommunicationis, alteriusq; censuræ nulla redditur, vbi appellatio ante excommunicationem, censuramuè aliam interposita est.
9 Timens, ne iniuria excommunicetur, extra iudicium appellare potest.
10 Retrò non trahitur sententia censuræ, & quamobrem.
11 Appellatione interposita, antequā index inchoatam censuræ formam totam protulerit, an sententia nulla reddatur.
12 Appellatione non absoluta, si iudex prius excommunicet, excommunicatio valet.
13 Probare ad quem pertineat appellationem priùs interpositam fuisse, quàm sententia censuræ lata sit.
14 Nulla sententia excommunicationis, censuræq; alterius est, vbi à suspenso, excommunicatouè lata est.
15 Recusato iudice, sententia censuræ ab eo lata non valet.
16 Nulla sententia censuræ est, vbi à non iudice est lata.
17 Nulla sententia est censuræ à delegato lata, quem in casu non permisso excommunicatus impetrauit.
18 Nulla sententia censuræ est in exemptū lata.
19 Nulla sententia censuræ est lata contra formam cap. quia plerique de off. ord.
20 Nulla sententia censuræ est lata contra formam cap. cùm ad quorundam de excess. prælat.
21 Nulla sententia censuræ est, quæ intolerabilem errorem continet.
22 Infante, furiosouè excommunicato; item & eunucho ob hanc causam, quòd prægnantem mulierem reddiderit, excommunicatio nulla est.
23 Baptizatus qui non est, is si excommunicetur, sententia est nulla.
24 Forma censuræ incerta nullam reddit censuram.
25 Forma censuræ non exprimens eum, in quem fertur, nulla est.

XVIII.

§ † Sextò is, in quem excommunicatio, censurauè lata est, spiritualium vsum habet, & licitè
1 spiritualia recipit, atque administrat, vbi censura nulla est; † nam sententia hæc nec in fo-
2 ro conscientiæ, nec in foro exteriori vllum effectum operatur, vt ait, & de communi sententia testatur Couar. in c. alma pars. 1. §. 7. num. 5. vers. Decimotertiò, ibi & hæc quidem excommunicatio de sent. excom. lib. 6. idem sensit quoque Gabriel Biel dist. 18. q. 2 art. 2. concl. 8. lib. 4. vers. Si verò sententia excommunicationis fuerit nulla lib. 4. nam ibi ait timendam non esse, nec pro excommunicato se gerere debere vitando communionem sacramentorum, & hominum; etenim nō præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, vt dicitur in c. non præstat de regul. iur. lib. 6. & excommunicationis nullius nullus est effectus, vt asseruit Marian. Socin. Senior in c. sacris. n. 11. de sent. excom. & quod nullum est, nihil operari potest arg. l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. & sententiæ nomen non meretur arg. l. 4. §. condemnatus. ff. de re iud. & per sententiam nullam litem suam facere non dicitur iudex, vt ait gloss. 1. in l. 1. ff. de var. & extraord. cogn. & Felin. viden. in cap. ex tenore in verb. Rescripto. num. 5. cum multis seq. de rescript. Quare hac ratione censura irretitus, si excommunicatus sit, nec sacramentorum, nec Christi fidelium communione carebit; non diuinis, si interdictus; nō functionibus ecclesiasticis,
3 si suspensus: † etenim, vbi excommunicationis sententia nulla est, excommunicatus à diuinis cessare non debet, vt dixit gloss. communiter recepta in c. ad præsentiam de appell. &, qui appellationi suæ confidit, pro excommunicato se gerere non debet, vt Inn. ibidem tradidit, sed
4 securè celebrare potest, vt sensit gloss. in c. solet in verb. In officijs de sent. excom. lib. 6. † Nulla demum affici molestia potest, si diuina facit, vt Rom. Pont. ait in cit. c. ad præsentiam; perinde igitur est, atque si excommunicatio lata non sit. Quæ regula locum habet etiam, in suspensione, & in interdicto. Item non solùm, vbi sententia censuræ nulla est appellatione, verum etiam vbi

5 vbi alia ratione, vt asseruit Dec.in eod. c.ad præsentiam. num.1. † Tertiò hic diuina faciens in nullam pœnam incidit, atque idcircò nec irregularis fit,vt infrà suo loco probabimus, & vt inquit Couar.in cit.§.7.num.7.vers.Cæterum,vbi sententia excommunicationis est nulla: imò, qui ante censuram appellauit,si bona fide diuina celebret, existimans appellationem suam validam esse,quæ tamen nulla probatur, irregularis non efficitur, vt dixit gloss.in c.solet de sent. excom.quam sequuntur ibi Fran.& Philip.prob.& Couar. qui eos refert.in cit.§.7.num.7.vers.
6 Cæterùm. † Postremò nec ob easdem rationes hic peccat,quippe qui legem non offendat arg. c.qui peccat.23.q.4.& l.Gracchus.C.de adulter. Excipitur tamen, vbi coram ijs hic diuina facit,qui,an excommunicatio nulla sit, prorsus ignorant; nam ob scandalum, quod dat, grauiter peccat, vt inquiunt Palud.& Gabriel. quos refert.Couar.eod. quamuis igitur pœnas iuris euadat,culpã tamen nõ effugit;nulla igitur censuræ sententia aut nihil,aut parum operatur. Atqui quòd ob multas causas sententiam censuræ nullam esse contingit, ideo quæ nam hæ sint, videamus. In c.præsenti in verb.Ad cautelam de sent.excom.lib.6.gloss.communiter recepta casus huiusmodi plnres recenset, quos tamen Nauar. casibus quinq; vniuersos conclnsit in Man.cap. 27.num.4. Ego autem,quòd ipsi rem hanc apertè nec declarasse, nec perfectam doctrinam de ipsa tradidisse mihi videntur,ob eam rem,vt absolutam magis,dilucidamq; materiam hanc ha-
7 beamus, † ob quatuor causarum vitia sententiam censuræ nullam esse concludo, scilicet aut ob vitium causæ efficientis,aut finis, aut materiæ, aut formæ, de quibus singulis breuiter agamns. Ob vitium igitur efficientis causæ,idest eius,qui censuram tulit, nulla sententia est, si in ipso ea non insint,quæ inesse debere antea probauimus cap.2.& cap.6. cum tribus seq. nam & ob eam rem neceffariò ea inesse ipsi debere tradidimus: quoniam, si illa non adsint, censura ab eo lata nulla est;quam rem vt apertiùs etiam explicemus; regulas quasdam,& primò de appellatione
8 ponamus. † Appellatione igitur primùm,quæ censuram antecedit,idest quæ proponitur, antequam censura lata sit, censura ipsa nulla redditur,vt traditur in c.cùm cõtingat de off.deleg. & in c.per tuas de sent.excom.in antiq. & in c.solet eod. lib.6. & vt nos probauimus supra c.2. §.23.ac nouissimè sensit Nauar.in c.cùm contingat in 6.caus.nullit.num.1.de rescript. & Mar. Socin. Senior in c.sacro num.51. de sent. excom. etenim appellatione iurisdictionis vsus impeditur,atque suspenditur,vt dixit Rom.Pont.in c.si à iudice,& ibi not.Gemin.num.3.vers. Not. quod appell.& Philip.Fran.& communiter DD.de appell.lib.6.hinc &, qui appellat, à iudice à quo se exemptum facere comprobauit Gemin.eod. vers. ergo censura post appellationem latã nulla est;quandoquidem ad ipsam ferendam iurisdictionem,eiusdemq; vsum in iudice,qui censuram fert,necessariò requiri antea probauimus cap.2.§.11.innct.§.23. Hæc regula sic constituta declaratur,vt locum habeat,primò vbi appellatum in iudicio est ob cit. c.per tuas, & cap. venerabilibus.§.fin.eod.lib.6. & vt tradidit Abb.in c.dilecti filij.2.num.2. & Imol.eod. nu.de appell.& Imol.in c.bonæ memoriæ.num.18.eod.Secundò declaratur,vt locum habeat, etiam si à sententia definitiua,interlocutoriauè de alia re lata appellatum sit; nam,si tunc iudex eum excommunicet,qui appellauit à sententia contra se lata, propterea qnòd non exequitur, quod ei præcepit,excommunicatio nulla est,vt quæ ab eo iudice lata sit,qui ob appellationem suspensam iurisdictionem habet,vt probatur in c.licet iuuctis ijs, quæ tradit Anchar.ibi num.2. vers. Tertiò nota de sent.excom.lib.6. Tertiò declaratnr, vt nulla etiam censura sit, vbi ante appellatum est,etiam si extra iudicium appellatio sit interposita,vt probatur in cap. penul.& ibi not. Abb.num.1.& in c.dilecti filij.2, vbi quoque Abb. nu.2.nec non Præpos. de appell. idem not. Abb.in c.considerauimus. nu.1.de elect.& Præpos.in c.cùm parati. num.46.de appell.etenim acta post appellationem extra iudicium nulla esse probauit idem Abb.in cap.consuluit.2.in fin.
9 de appell. † Quare, vbi quis pertimescit, ne suus episcopus iniuria eum excommunicet, extra iudicium vt appellet,admonuit Abb.in cit.c.dilecti filij.num.2.& in cit.cap.pen. de relig.dom. Quartò declaratur, vt sententia censuræ post huiusmodi appellationem nulla etiam sit, vbi appellatio valeat nec ne,dubitatur, modò ex legitima causa interposita sit; sic enim asseruit Dec. in c.pastoralis.§.iterum.num.6.de appell.ac meritò valet enim appellatio, iurisdictionemque suspendit, modò ex ea causa proposita sit, quæ, si esset vera,pro legitima haberetur, quamuis deinceps non probetur arg.cap.vt debitus de appell. & opinionem hanc Dec.in eod. §.verùm vers.Secundò considerari potest,sequor. Quintò declaratur,vt nulla sit, etiam si deinceps,qui appellauit,appellationem non sit prosecutus;eamuè repudiauerit,sic enim habetur in cap.licet de sent excom.lib.6.& Gloss.ibi,ac DD.not.& Couar.in c.alma pars, 1.§.10.nu.6.vers. In hac autem sententia de sent.excom.lib.6.etenim,quòd per appellationem iurisdictio eius suspensa est,&

est,& à iurisdictione iudicis, à quo appellans liberatus, atque exemptus arg.cap.non solùm de appell.lib.6.& vt not. Anchar.in cit.c.licet, ob eam rem sententia censuræ lata statim nulla fit, vt à non competente iudice lata arg.C.si à non compet. iud. quamuis igitur deinceps appellationem appellans non prosequatur,non ideirco tamen valida efficitur;nam,quod ab initio non valet,temporis tractu non conualescit,vt habetur in l.quod ab initio.ff.de reg. iur. & c.non firmatur eod.lib.6.atq; ita sensit gloss.in cit.c.licet in verb. Legitimam in fin. & in c.sepe in verb. Sententia de appell.vbi quæstionem hanc mouit., & Abb.ibi. num.14. & nos supra tradidimus cap.2.§.23. Sextò declaratur, vt sententia nulla sit, etiam vbi post ipsam censuram latam appellatum est,sed sententia sub conditione lata fuit; nam, si tunc,antequam conditio aduenerit, appelletur,quamuis deinceps conditio aduениat, tamen sententia censuræ non valet; sic enim habetur in c.præterea.2.& ibi Abb.Præpos.ac DD.not.de appell.& Nauar.in c.cùm contingat 14.caus.nullit.num.7.vbi & opinionem hanc communem sentit de rescript.sicut etiam Couar. eod.num.vers Vnde excommunicatio lata sub conditione; idem etiam dixit Marian. Soc.Sen. in c.sacro num.62.de sent.excom.Contrarium tamen dicendum videtur;nam effectus dispositionis sub conditione conceptæ, si deinceps conditio adueniat, ad tempus trahitur, quo facta est arg.l.potior.ff.qui pot.in pign.habean.eo verò tempore sententia valuisset; quandoquidem
10 appellatum non erat: atqui à proposita sententia discedendum non est; † nam sententia censuræ retro non trahitur,vt tradidit gloss.in c.cùm quis in verb.Incurris de sent.excom.lib.6.& Præpos.in eod.c.præterea.num.8.& Couar.eod.num.6.vers.In hac autem sententia & Marian. Soc.Sen.in c.sacris.num.497.vbi,qui ratam percussionem habet,non à die percussionis,sed ratihabitionis in excommunicationem incidere dixit secutus gloss.in cit.c.cùm quis, & communiter DD. At inquiet quispiam,quamobrem sententia censuræ,vt alia,non retrotrahitur? Præpos.in eod.cap.præterea id fieri ob eam rem dicit, quoniam, vt retrotrahatur, fictione id efficitur arg. cit.l.potior; vt verò fictio locum habeat, duo habilia extrema scilicet & à quo, & ad quod requiri: quamuis igitur extremum à quo, tempus scilicet conditionis adimpletæ habile sit,tamen tempus ad quod scilicet latæ sententiæ habile non est; nam per appellationem sententia suspensa,vel extincta est arg.l.1.in fin.ff. ad Turp.ad id igitur, quod nullum est, retrotrahi non potest: hæc dicebat Præpos.cuius ratio mihi non satisfacit;nam idem erit & in alijs sententijs,cùm appellatio & in ipsis pronuntiatum suspendat. Vnde secundo loco dicebat Dec. idcirco id fieri; quoniam, si ad tempus promulgatæ sententiæ censura traheretur; is, qui contumax non est,& qui non deliquit, censura obligaretur; eo enim tempore, quo censura fertur, contumax non est;non contumax verò excommunicari non debet arg. cap.nemo.11.q.3. hæc ratio etiam mihi non satisfacit,quamuis eam Couar.eodem vers.In hac autem sententia,sequatur,& etiam in simili Mar.Soc.Sen.in cap.sacris.num.497.vers.de quarto membro principali de sent. excom.quandoquidem & in alijs sententijs vigere etiam apparet, si quis paulò diligentiùs ipsam consideret. Ego igitur aliam rationem reddo,atque id propterea factum censeo,quoniam effectus per se,ac proximus cēsuræ spiritualium vsus priuatio est, vt supra hoc cap.asseruimus; at,si vellemus,adueniente conditione, hunc, qui excommunicatus est,retro excommunicatum fuisse,absurda multa,& impossibilia multa consequerentur. Nam ecce primò si,conditione pendente hic,in quem excommunicatio,censuraué alia sub conditione lata est, sacramenta vel administrauit, vel suscepit, vel aliud quidpiam censura prohibitum gessit, ob censuram non peccauit(omnia enim,quæ priùs,& conditione pendente potest;quandoquidem conditio pendens nihil inesse ponit arg.l.si quis sub cōditione.ff.si quis omiss.caus.test.) at, si censura retrotrahatur, posteaquam conditio aduenit, atque ob eam rem velimus retro ipsum excommunicatum fuisse, necessariò & hoc dare debemus, sacramenta administrando, eademué suscipiendo peccasse;non enim excommunicatus,cuiusmodi hunc esse facimus,sacramenta suscipere,eademué administrare potest arg.c.penult.de sent.excom.& c.Engeltrudam.3.q.4. quod absurdum est; tum quòd peccatum non committitur, vbi,voluntas non adest, vt communiter diuinarum rerum scriptores asserunt;tum quòd in manu alterius esset actum iure permissum peccatum reddere,& nos inferorum ignibus adijcere contra Christi domini doctrinam,quam apud Sanctum Matthæum tradidit,vbi,quos pertimescere debemus,docuit. Secundo loco hic idem,si eadem conditione pendente ipsi aut sacramentum pœnitentiæ administratum, aut per indulgentias peccatorum pœnæ remissæ sint, planè absolutionem,remissionemq; recepit; at, si velimus censuram retrotrahi,& ita ipsum excommunicatum facere, iterum peccata redijsse,nec non pœnas, asserendum est; quæ itidem absurda sunt; neque enim peccata semel dimissa redeunt quò ad

absolutionem,confessionemq́; ita, vt ea iterum confiteri, ab eisq́; absolui quis necesse habeat, vt disputauit Grat. de pœnit. dist.4.& communiter DD.sentiunt, & vt nos asseruimus in comment.nostr.de sacr.in Tab.de pœnit.cap.15.num.10.vers.Aliàs nec confessione explicata, nec dimissa. Nec facit, si dicatur retrotrahi solùm quò ad hoc,quoniam,si beneficium ei cōferatur, collatio non valet; nam ad hoc respondeo id fieri non debere; tum ne eadem res diuerso iure censeatur contra l.iam hoc iure.ff.de vulg & pupill. & l.eum, qui ædes.ff.de vsucap.tum quòd accessorium sui principalis naturam non sequeretur, contra c.accessorium de reg. iur.lib.6.sicut igitur munera omnia tunc gesta valent; nec reuocantur conditione adueniente, & ita prinpale,ita & beneficij collatio,quod est accessorium; propter officium enim datur beneficium, vt dicitur in c.fin. de rescript. lib.6. ob hanc rationem igitur sententiam censuræ sub conditione latam retro non trahi conditione adueniente censeo,quam rationem & innuisse Inn. videtur in cit.c.præterea.2.nu.5.vers.Quia, si sententia teneret,esset excommunicatus de appell.& apertiùs Couar.eod.vers. In hac autem sententia; nam ob eam rem excommunicationem non retrotrahi ait;quoniam,qui ante conditionis aduentum admissus est ad catholicam fidelium communionem,& eorum colloquia,ac familiaritatem, non potest,adueniente conditione,his habitis suffragijs,& communione priuari. Hæc Couar.appellatione igitur proposita etiam post sententiam sub conditione tamen latam,antequam conditio aduenerit, censura nulla redditur; id quod locum habet, etiam si post decem dies appelletur; quamdiu enim conditio pendet, appellari semper potest,vt communiter id receptum esse testatur Dec.in cit.c.præterea.num.5.& Præpos.num.4.& Nauar.in c.cùm contingat.14.caus.nullit.nu.7.de rescript. & Couar.in eod. c.alma pars.1.§.10.nu.4.vers.sed & ab eodem.§.caueant,imò licet de sent. excom.lib.6. & sequitur id pluribus Marian.Socin.Senior in cap.sacro.num.124.cum multis seq.de sent. excom. quamuis contrarium aliàs legendo senserit, vt ipse ait: & probari videtur in eodem cap. præterea,ibi medio tempore,quicquid nonnulli contrarium senserint; etenim sententia sub conditione lata conditione adueniente onus, idest excommunicationem exempli gratia minatur, & comminatio hæc tractum successiuum habet; per singulos dies enim conditio expectatur; at à comminatione, quæ onus successiuum infert, semper appellari potest, vt probauit Præpos.eod. appellatione igitur & hìc censura nulla redditur; quamuis infrà disputando contrarium senserim. Septimò, vbi sententia censuræ lata est ex die, & ante diem appellatum est; nam & hic nulla redditur, vt dixit Mar. Soc. Sen.in c.sacro.num.62.de sent.excom. Postremò eadem regula locum habet non solùm,vbi verbis appellauit; verùm etiam, vbi facto,vtpote si ante sententiam censuræ supposuit se protectioni superioris;tunc enim perinde habetur, atque si appellasset, modò id constet arg.c.ad audientiam de appell. atque sic asseruit Mar.Soc.Sen.
11 in eod.c.sacro.num.51.cum seq. † Verùm quid si, dum iudex sententiam excommunicationis ferre incipit,antequam formam totam protulerit,appelletur, an sententia cēsuræ nulla tunc erit? hanc quæstionem disputauit Io.And.in c.cùm sunt partium de reg.iur.lib,6. in Mercur.& Præpos. Bald.ac DD.in cit.cap.præterea.2.de appel.& Dec.in c.super eo.2.viden.eod. Vt nulla igitur sententia censuræ sit,tradidit Præpos.ibidem,& de rigore ligatum hunc non esse,qui post huiusmodi appellationem excommunicatus est, asseruit Io.And.in cit.cap.cùm sunt partium. Probatur autem primò sententia hæc, quoniam pronuntiatio hæc iudicis imperfecta est; ergò impedimentum non præstat,quò minùs appellatio valeat, & ita excommunicatio nulla reddatur; non enim præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, vt dicitur in c.non præstat de reg.iur.lib.6.nec repugnat, si dicatur sequentibus verbis antecedentia confirmari; nam,ex quo ab initio non valet,nec deinceps confirmari potest arg.c.non firmatur de reg. iur. lib.6.ad hanc rationem responderi facilè potest nullam videri; nam pro certo id habet, de quo quæstio est; quæritur enim,an censura valeat,si appelletur, antequam forma perfecta sit; hæc ratio verò hoc pro firmo habet. Vnde secundò sic probatur,si excōicatio hæc valeret, sententia cœpta pro completa haberetur,at cœptum pro completo non habetur,vt multis iuribus probatur in l.5.§.opere,& l.ædificia.§.perfecisse.ff.de aur.& arg.leg.ad hoc etiam dicimus & iuribus probari sat esse,vt res inchoata sit arg.c.ex tenore de temp.ord.& c.fin.de furt.cum simil.quæ citat idem Ioan.And.eod. Tertiò facit, quoniam, si episcopus,qui excommunicare quempiam incohauit, post appellationem excommunicationis formam non perfecerit, excommunicatio nulla est;nam appellatio statim tenuit;ergò idem,si postea eam perfecerit, quandoquidem appellatio statim operata est. Quartò demum citatur c.nouit in vers. Nec sic de iud.vbi,qui petit se remitti ad ecclesiasticum iudicem, pronuntiationem sententiæ iam inchoatæ impedit; ergo

idem

idem hic: hæ sunt potissimum rationes, quæ pro hac sententia redduntur. Contrarium nihilominus dicendum videtur scilicet sententiam hanc valere. Primò, quoniam principium habet (cœptam enim esse ipsam facimus, antequã appellatum sit) at quod principium habet, id, quod potissimum est, habet; cuiusque rei enim principium potissima pars est, vt habetur in l. 1. ff. de orig. iur. etenim & ad principium finis trahitur arg. c. ab exordio dist. 35. & quæ fiunt incontinenti, videntur inesse, vt in l. lecta. ff. si cert. pet. hæc ratio sententiam hanc probare mihi non videtur; nam, etsi, qui principium habet, id, quod potissimum est, habet, non tamen consequitur, vt totum habeat, quod ad censuram ferendam requiritur; absoluta enim forma esse debet, alioquin nihil fit arg. c. 1. de bapt. non obstat finem ad principium trahi; & quæ in continenti fiunt, inesse videri; nam illa locum habent, vbi non impediuntur, quod hic fit appellatione. Vnde secundò sic argumentantur, incohare sententiam ferre se habet, sicut iter arripere ad Romanũ Pont. cùm appellatur; at arrepto itinere, si deinceps à iudice à quo excommunicetur, excommunicatio non valet arg c. dilecti. 2. de appell. ergò & incohata sententia, si deinceps appelletur, appellatio non valebit: atqui neque hac ratione proposita sententia nititur; nam arreptio itineris pro perfecta appellatione habetur, vt probatur in cit. c. dilecti, & in c. vn. de cler. peregrin. & vt respondit Io. And. eod. num. 12. ac rectè; at hic sententia perfecta non est, à perfecto igitur ad imperfectum argumentum summi non potest; hæ sunt præcipuæ rationes huius sententiæ. Quid igitur in hoc concludendum? Bald. non apertè expressit, quid hac de re sentiret in eod. c. præterea. Ego autem à priori sententia discedendum non censeo, vt scilicet sententia censuræ nulla sit, vbi appellatum est, antequam iudex censuræ formam incohatam absoluat, quod vt magis pateat. Præmitto primùm, etsi excommunicatio, censuræq; aliæ certam præscriptam formam non habent, ijs tamen verbis proferendam esse, quibus censura, quæ fertur, tunc ferri significetur. Item formam hanc necessariam esse; reliqua verò omnia sólemnia necessaria non esse, vt probauimus infrà cap. de forma necessaria. Præmitto etiam, quotiescunque huius formæ verba expressa non sunt, censuram nullam ferri; quippe quæ non exprimunt censuræ prolationem, sicuti nec sententia alia valet, quæ condemnationem, absolutionemuè, aut æquipollens non continet, vt habetur in l. 1. & ibi not. Bart. Alex. Ias. ac DD. ff. de re iud. & arg. cap. 1. de bapt. Præmitto quoque formam eam censuræ orationem quandam esse, ac propterea eius partes per se separatas hoc esse, vel non esse minimè significare, vt tradidit Philos. in libell. dè interpret. c. de oratione. Postremò, vbi ante censuram latam appellatur, appellatione censuram impediri, ne sequatur, vt probatur in c. per tuas, & ibi not. Abb. ac DD. de sent. excom. & in cap. solet eodem lib. 6. His ita præmissis, hac ratione propositam primo loco conclusionem probo. Appellatio hæc interposita est, antequam forma excommunicationis necessaria absoluta sit, vt in facto proponimus; ergo interposita est, antequam quicquam operata sit, & ante censuram inustam (tum quòd forma necessaria, vbi imperfecta est, nihil operatur; tum quòd forma hæc oratio est, cuius separatę partes per se neque ponunt, neq; negant, vt proposuimus) atque ob eam rem ante censuam latam interposita est; at appellatio interposita, antequam excommunicatio lata sit, efficit, vt, si deinceps sequatur excommunicatio, ipsa non valeat, vt habetur in cit. cap. per tuas cum simil. ergo neque hic valebit. Confirmatur deinceps, quoniam in cit. c. per tuas, ne excommunicatio valeat, requiritur solùm, vt appellatio excõmunicationem antecesserit; non autem distinguitur, quo tẽpore interponatur; ergò neque nos distinguere debemus arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. ita igitur concludendum in hac re censerem. Ex qua re declaratur septimò regula in initio proposita, vt scilicet nulla sententia censuræ sit, quæ post appellationem sequitur, etiam si eam ferre iudex incohasset, sed appellatum esset, antequã
12 eam perfecisset; † ergò & è contrario, si quis, dum appellare incipit, iudex ante appellationem perfectam appellantem excommunicet, excõmunicatio valebit, appellatio verò nulla hic erit; quod enim operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. atque ita asseruit idem Io. And. qui hanc quæstionem simul cum superiori disputa-
13 uit in cit. c cùm sunt partium de reg. iur. lib. 6. † Verùm quid si dubitetur, an sententia excommunicationis ante, postuè appellationem lata sit, ad quem probatio pertinebit? Io. And. ad appellantem huius probationem pertinere scilicet ante excommunicationem se appellasse existimauit in eod. c. cùm sunt num. 13. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. idem asseruit gloss. in c. venerabilibus. §. fin. vers. Postquam de sent. excom. eod. lib. & sequuntur eam ibi Gemin. in fin. vers. Nota ex illa gloss. primò. & Philip. Fran & Anch. num. 3. vers. Nota post gloss. eod. & Felin. in c. cùm tu nu. 21. vers. In glossa prima, ibi sed illud est verisimilius de test. & Lambert. lib. 2. par. 2.

 quæst. 1.

quæst.1.artic.25.num.5.in tract.de iur.patron. & Quintil. Mandos.in Add.ad Lap.alleg.47.in vers.Cur non ab homine,vbi alios idem dicere ait,& Rot.decis.29. de appell.in antiq. & Dec. in c.super eo.2.de appell.vbi de communi sententia testatur,& Couar.in cap.alma pars.1.§.2. num.5.vers. Hinc sanè de sent.excom.lib.6.viden. idq; iure optimo, nam iurisdictionem iudicem habere,& excommunicationem latam esse constat;ergo ad appellantem probare pertinebit se primò appellasse,ac sententiam excommunicationis post appellationem latam esse; etenim tempus hoc scilicet ante sententiam latam appellatum esse est fundamentum, quo suam causam tueri vult; at temporis qualitas, qua quis se tuetur, ab ipso probari debet, cui qualitas ea prodest, vt docuit Bart.in l.non solùm.§.sed vt probari.ff. de oper.nou.nunt. & Felin. in c.in præsentia.num.15.de prob.& Anch.in clem.literas.nu.5.vers. Secundò quæro de rescr. huius igitur probatio ad appellantem pertinebit.Accedit quoq; c.venerabilibus.§.fin.de sent. excom.lib.6. vbi hoc probari videtur; ab hac ergo sententia non discedemus. Hac regula sic explicata,exceptiones eius,quas patitur,demum explicemus.Primùm igitur appellatione sententia censuræ non impeditur,vbi quis appellat à censura à lege lata;nam ab ipsa non appellatur,vt dixit Anch.in c.quicunque num.3.vers.Secundò quærit Io.Mon. de sent.excom.lib.6.& vt probatur in l.si qua pœna.ff.de verb.sign.etenim iuris sententia semper iusta est arg.cap.erit autem lex distin.4.ac propterea effectus eius non suspenditur appellatione, cùm appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis,sed ad præsidium innocentiæ institutum, vt dixit Rom.Pont.in c.cùm speciali.§.portò de appell. Secundo loco per appellationem censura non impeditur, quæ ab homine fertur, quamuis sententia antecedat, vbi appellationem manifestò constat futilem, ac non legitimam esse arg. c.cùm appellationibus de appell.lib.6. etenim futilis appellatio iudicis iurisdictionem non suspendit,vt probatur in cit.c.cùm appellationibus, & vt tradidit Abb.in re nostra in cap.pastoralis.§.præterea.num.14.vers. Quò ad primum de appell.& Mar.Socin.Sen.in c.nulli num.40.vers.Decimò quæro de sent.excom.atque ita sensit Anch.in c.solet.num.3.vers. Sextò not.quòd excommunicationis sententia est nulla, vel quòd lata post appellationem legitimam; hæc Anch.ergo secus,si non legitima. Tertiò excommunicatio,atque censura,appellatione non suspenditur, etiam si censura lata sit ante quidem appellationem,sed intra decem dies,qui ad appellandum dantur,vt exempli gratia sententia definitiua in Titium lata est; &, quia Titius non exequitur, quod ipsi est præceptum,excommunicauit eum iudex,cùm adhuc tempus appellandi elapsum non esset; non igitur hac ratione censura impeditur,quò minùs valeat,suosq; effectus operetur,sic enim asseruit gloss.in cit.c.venerabilibus.§ porrò in verb.Appellatum de sent.excom.lib.6. eandem opinionem sequitur Inn. & Specul.quem refert, ac sequitur Phil.Fran.eod.§.porrò vers.In glossa in verb.Appellatum,vbi & communem opinionem hanc appellauit eod.vers.Sed communis est opinio, sicut & Gemin. eod.nu.6.vers.Sed communis opinio est,secuta itidem hanc sententiam est Rot.decis.51.alias 579.incip.si committatur causa vers. Sed pone de appell. in nou. Probatur autem primò per vulgarem illam regulam opinio hæc, quoniam excommunicatio, sicut etiam alia censura,per appellationem sequentem non suspenditur,vt habetur in c.per tuas de sent.excom.& in cap ad reprimendam de off.ord.nec distinguitur,an intra decem dies ad appellandum constitutos lata sit necne; ergo neq; nos distinguere debemus arg.l.de pretio.ff.de publ.Secundò facit,quoniam,si post excommunicationem latam intra huiusmodi tempus non appelletur, sine dubitatione excommunicatio valet; ergo, si appelletur, nihilominus valebit; nam sententia excommunicationis aut statim valet, aut nõ valet,vt dixit Gloss.in eod.verb.Appellatum,& Couar.in c.alma pars.1.§.2.num.4.vers. Tertia species de sent.excomm.lib.6. Accedit postremò cit.§. porrò; ibi enim, si post definitiuam sententiam quis excommunicatus deinceps appellet,iuxta ecclesiæ formam absolui debere dicitur,ergo valet;non enim absolutio postularetur,si non valeret arg.l.decem,& ibi DD.not.ff.de verb.oblig.& l.nemo potest videri.ff.de reg. iur.cũ simil. Videbatur tamen contrarium dicendum scilicet sententiam censuræ non valere; nam innouata omnia medio tempore intra sententiam, & appellationem, quæ postmodum intra decem dies interponitur, penitus per iudicem appellationis reuocantur, ac si post appellationem innouata essent, vt dicitur in c.non solùm,& ibi not.DD. de appell.lib.6. ergo excommunicatio intra tempus appellationis lata non valebit, si perinde est, atque si post appellationem lata esset; & hac ratione opinionem hanc amplexati sunt non nulli scilicet Io. Mon. & Archid. sibi repugnans. Atqui à priori sententia communi discedendum non est ob ea, quæ supra pro ea tradidimus.Nec repugnat cit.c.non solùm; nam in alijs innouatis post sententiam intra appel

lationis

lationis tempus,non in excommunicatione locum ius illud habet. Id,quod hinc probatur,quo-
niam, si aliter vellemus,dicendum esset correctum esse cit.cap.venerabilibus. §.porrò, vbi hoc
habetur,quod fieri non debet; nam si.§.ille correctus esset, detractus inde fuisset, sicuti factum
est in c.quia periculosum de sent.excom.lib.6. Præterea ambæ constitutiones eodem tempore
probatæ sunt,neque altera prior altera est;ergo nec altera alteram corrigere potest. Addo ego,
si hoc velimus, genus speciei derogare; nam in cit.cap.non solùm regula,quasi genus ponitur
innouata scilicet post sententiã intrà tempus appellandi reuocanda esse,in §.porrò contrarium
habetur de excommunicatione,vti de specie; at hoc est contra regulam l.in toto.ff.de reg.iur.
& c.generi eod.lib.6.ergò,ne correctum dicamus,regulasq; iuris offendamus, regulam habe-
bimus in cit.c.non solùm,exceptionem verè in cit.§.porrò;atq;sic iura huiusmodi inter se con-
ciliabuntur, & non corrigentur, quod fieri debet arg. c.cùm expediat de elect.lib.6. & l.vn.C.
de dot.promiss.etenim, quacunq; ratione censura lata sit, valet arg.c.sacro de sent.excõ.in an-
tiq.& c.1.eod.lib.6.non igitur per viam attentati, atq; idcircò per viã extraordinariã reuoca-
bitur, sed absolutione opus erit, atque idcircò via ordinaria, vt asseruit gloss.in cit.§.porrò in
verb. Appellatum, quam sequuntur DD.supra citati & Rot.& Couar.in c.alma pars.1.§.2.nu.
4.vers.Tertia species de sent.excom.lib.6. vbi opin.gloss.com.ait; quamuis quò ad reliqua, vt
pote admonitionem, atque denuntiationem contrarium sentiat: quod tamen non placet ibi
Collectori viden. & sequitur eum Phil.Franc.eod.§.porrò vers. Sed collector ibi; à priori igi-
tur opinione non discedemus; quamuis Mar.Soc.Sen.conciliari has opiniones inter se conetur
in c.sacro.nu.69.cum seq.de sent.excom. Patet ergo iam ex his, vt, vnde digressi sumus,eò re-
deamus,quoniam appellatione iurisdictionis vsus impeditur, ob eam rem censuram tũc latam
14 non valere. † Quod idem erit,si ratione alia iurisdictionis vsum iudex amiserit, vt pote quia
vel ab officio suspensus est, vel excommunicatione tenetur irretitus; quandoquidem tunc sen-
tentia censuræ ab hoc iudice lata nulla est, vt de suspenso probatur in c. fin. & ibi not. DD. de
excess.prælat.& de excommunicato in c.audiuimus.24.q.1.& in c.ad probandum de re iud.&
15 vt Gloss.eadem in cit.c.præsenti vers. Octauò, in vers. Quintò. † Idem si recusatus sit,vt sensit
Mar.Soc.Sen.in c.sacro.num 188.cum seq. vers. decimo quarto de sent. excom. quamuis non
simpliciter verum illud sit. Multò minùs autem sententia censuræ valebit,vbi iudex non modò
16 iurisdictionis vsum non habet,sed iurisdictione caret; † quare primò,si iudex omnino non sit,
sententia ab ipso lata nulla erit arg.c.3.de consuet.in antiq. & c.fin.de constit. lib.6. & l. fin.ff.
17 de iurisdict.omn.iud.idem si intrusus argum. cap.alienationes.12.q.2. † Tertiò non valebit
censura lata à delegato, quem in casu non permisso excommunicatus impetrauit; nam impe-
tratio non valet,atque idcircò iudex ille iurisdictionem non habet,vt probatur in c.1.de rescr.
18 lib.6. † Quartò sententia nulla erit,vbi in exemptum censura lata est,in casu non permisso,vt
probatur in c.cùm olim.2.de priuil.& c.cùm capella,& c.quanto eod.in antiq.& c.1.& c.auto
ritate eod.lib.6.sicuti etiam, vbi delegatus terminos sibi præscriptos egreditur; nam censura
tunc ab ipso lata non valet, vt habetur in c.fin.de præben.in antiq.etenim extra fines mandati
egredi delegatus non debet: patet igitur ex omnibus his casibus propterea sententiam censu-
ræ non valere;quoniam iudex aut iurisdictionem non habet, aut eam habẽs eius vsu caret; hinc
gloss.in cit.c.præsenti multos casus ex his,quos narrauit,sub quarto comprehendi tradidit,qui
erat sententiam nullam esse, vbi iudex non est, qui sententiam tulit; respectu habito igitur ad
iudicem hos casus gloss.ibi recensuit; quam plures autem eiusmodi sunt, qui haberi possunt ex
c.2.& cap.6.cum duob.seq.neq; enim glo.vniuersos enumerauit, sicuti neque etiam enarratos
explicauit,non enim simpliciter existimandum est censuram ab excommunicato,à suspensoué
latam non valere; quid enim si non denuntiatus hic esset? quid si neque notoriè hunc sic affe-
ctum constaret? planè tunc censura lata valebit ob extrauag. ad euitanda, quam supra inter-
pretati sumus hoc c.§.7. quid itidem si iudex non erat, sed superioris autoritate in possessione
iurisdictionis erat,& pro iudice communiter habebatur? planè & ab hoc lata censura valebit,
quamuis iudex non sit arg.l.Barbarius.ff.de off.præt.& vt tradidimus supra c.2.§.31.quamuis
& alibi speciatim de his agemus. Sed de sententia nulla respectu habito ad eum, qui illam tulit,
19 hactenus;iam,vbi nulla est respectu habito ad finem,contemplemur. † Primùm igitur senten-
tia censuræ nulla erit,quæ à prælatis in suos subditos lata est, propterea quòd statum persona-
rum,atque ecclesiarum superioribus inquirentibus exposuerunt; nam, si ob hanc causam cen-
suras antistites ferant,nullas esse Rom.Pont.voluit, vt habetur in cap. quia plerique,& ibi not.
gloss.in verb. Sententijs de off.ord. & hunc casum ponit etiam gloss. in cit. c.præsenti in verb.

20 Ad cautelam verſ. Et addo nouum caſum. † Secundò nulla erit cenſura, quæ fertur à viſitato-
re, propterea quòd ipſi non præſtatur pro viſitatione niſi id, quod ex Lateranenſi Concilio de-
betur, vt ſtatuit Rom. Pont. in c. cùm ad quorundam de exceſſ. prælat. quem caſum poſuit ea-
21 dem gloſſ. ibi decimò. † Tertiò reſpectu huius cauſæ itidem cenſura nulla erit, vbi in ſententia
cauſa exprimitur, quamobrem cenſura fertur, quæ ſua natura iniuſta eſt; nam hoc caſu intolle-
rabilem errorem continere dicitur, vt ſi exempli gratia iudex Titium excommunicet; quoniam
eleemoſinam pauperi tribuit, facitue aliquid aliud, quod in ſe bonum eſt; vel quia non opera-
tur, quod ſuo actu illicitum eſt, & prauum; nam ſententia tunc nulla erit, vt probatur in c. vene-
rabilibus. §. poteſt quoque de ſent. excom. lib. 6. & ibi not. Anchar. num. 3. & Gemin. nu. 6. verſ.
Quæro, an talis ſententia, & Phil. Franc. verſ. Vlt. not. & in c. per tuas iunct. gloſſ. in verb. Intol-
lerabilem, & ibi Felin. num. 5. eod. in antiq. ſicut etiam Abb. ibi. num. 11. & in c. ab excommu-
nicatò. nu. 9. de reſcript. & Mar. Soc. Sen. in c. perpendimus num. 189. verſ. Item, quòd ſupra
dixi de ſent. excom. Nec repugnat, ſi dicatur fieri poſſe, vt malum ſit eleemoſinam facere; nam
exprimi cauſa ea debet in ſententia, quamobrem id non liceat, vt pluribus hanc rem probauit
Felin. in c. 1. nu. 8. verſ. Amplia quintò cum multis ſeq. de re iud. idem ſi ex cauſa impertinente,
vt excommunico Titium, quia eſt fortis, ita dixit Soc. eod. num. 196. nulla igitur ſententia erit
cenſuræ, vbi in ipſa intollerabilis error expreſſus eſt ob iura proximè citata, & vt tradunt DD.
communiter, & Abb. num. 4. & Felin. num. 14. verſ. Limita primò in cit. c. 1. de re iud. quando
autem intollerabilem errorem contineat declarauit Zab. in c. per tuas. num. 11. de ſent. excom.
Hic agendum eſſet, quando ſententia cenſuræ contra ius fertur, an valeat, item quando eſt con-
tra factum notorium; ſed quoniam de priori pertractarunt. DD. & Abb. ac Felin. in eodem cap.
1. de re iud. & de poſteriori idem Abb. in c. ab excommunicato de reſcript. & in cit. c. per tuas,
vbi quoque Felin. de ſent. excom. ob eam rem hic ea prætermittamus, ac de cauſis, quamobrem
ſententia cenſuræ reſpectu habito ad materiam nulla ſit, agamus. Tertio loco igitur ſententia
cenſuræ nulla eſt reſpectu habito ad materiam, vbi is, in quem cenſura fertur, ijs qualitatibus
affectus non eſt, quibus neceſſariò ipſum affectũ eſſe debere infra generatim cap. de materia cir
22 ca quam, & ſpeciatim ſuis locis probabimus; † ſi igitur exẽpli gratia Iudex infantẽ, furioſumuè
excommunicet, quòd hi delictum committere non poſſunt, ſententia nulla erit, vt tradidit Abb.
in cit. c. ab excommunicato. num. 9. & in cit. c. per tuas. num. 11. & Anch. in c. ſolet. num. 3. verſ.
Sextò not. de ſent. excom. lib. 6. ſi itidem Eunuchus excommunicetur, quem prægnantem mu-
lierem reddidiſſe dicitur, neque tunc excommunicatio valebit; quandoquidem Eunuchus effi-
cere hoc non poteſt; atque ita aſſeruit Felin. in eod. c. per tuas. nu. 5. & Phil. Franc. in c. Romana.
§. in vniuerſitatem verſ. in gloſſ. in verb. Irretiri, & Gemin. nu. 4. verſ. Sed pone de ſent. excom.
lib. 6. & Anch. in eod. c. ſolet. num. 3. verſ. Sextò not. & Zab. in c. per tuas. nu. 11. de ſent. excom.
& Mar. Soc. Sen. in c. perpendimus. num. 194. de ſent. excom. quamuis exemplum hoc rectiùs
23 poſitum fuiſſet in ſuperiori proximo caſu: † nulla denique ſententia cenſuræ eſt, ſi in eum fe-
ratur, qui baptizatus non eſt, neque enim Iudæus, neque Turca, & huiuſmodi homines cenſuræ
capaces ſunt, vt tradidit Abb. in eod. c. ab excommunicato. num. 9. & vt nos infra probabimus
cap. de materia circa quam; ſed de ſententia hac ratione nulla ſatis, quam gloſſ. omnino præ-
termiſit in eod. c. præſenti in verb. Ad cautelam. Poſtremò nulla cenſuræ ſententia erit reſpectu
habito ad formam, vbi aut forma non adeſt, aut ijs qualitatibus non prædita, quibus præditam
24 eſſe ipſam oportere infrà generatim comprobauimus in c. de forma neceſſaria, & ſpeciatim ſuis
locis eod. † Quare, ſi exempli gratia forma ſic concipiatur Suſpendo te ab officio, aut à bene-
ficio, nulla ſententia hæc erit, vt aſſeruit Abb. contra gloſſ. in c. latores de cler. excom. min. quẽ
communiter receptum eſſe teſtatur Nauar. in Man. cap. 27. num. 161. etenim certa non eſt, ac
25 propterea non valet arg. C. de ſent. quæ ſin. cert. quant. † ob hanc quoque rationem nulla erit
ſententia, vbi ſic forma conciperetur Ego excommunico, eius, qui excommunicatur, mentione
non facta; nam neque hæc, vt incerta valebit arg. c. 1. de baptiſmo; item vbi alia forma neceſſa-
ria adhibita non eſt, vt exempli gratia excommunicauit communicantes cum excommunica-
to, cùm priùs eos non admonuiſſet, quo caſu excõicatio non valet, vt habetur in cap. ſtatuimus
de ſent. excom. lib. 6. quem caſum poſuit etiam eadem gloſſ. in cit. c. præſenti in verb. Ad caute-
lam verſ. Tertiò; ad ſummam, vbi aut forma neceſſaria, aut materia, aut efficiens cauſa, nec non
finis huiuſmodi non erunt, cuiuſmodi eſſe ipſa debere ſuis locis probabimus, & de cã efficiente
iam probauimus, ſententia cenſuræ nulla erit; ac propterea is, in quem lata eſt, ſpiritualium vſu
26 non carebit, vt in initio huius partis propoſuimus. † Petet igitur ſententiam nullam decla-

rari nul-

fari nullitatis ratione, vel speciatim expressa causa nullitatis, vt potè appellationis: quamuis fatius fit, vt generatim causam nullitatis proponat, quandoquidem, quamcunq; causam probet, audietur, quod aliàs non fieret de rigore iuris, vt dixit Io. And. in c. cùm contingat de off. deleg. quem refert Mar. Soc. Sen. in c. sacro. nu. 180. de sent. excom. si appellationis ratione nullam sententiam diceret, ob aliam autem causam nullam esse constaret, atq; sic Soc. eod. cum duob. seq.

S V M M A.

1 *Absolutione tributa à censura, vniuersa, quæ per censuram prohibentur, licitè deinceps is agit, qui ea censura constrictus erat.*
2 *Absolutione tributa à censura spiritualium vsus restituitur.*
3 *Testimonium ferre excommunicatus potest, post absolutionem ab excommunicatione; quæ regula declaratur.*
4 *Testimonium vt excommunicatus ferat, absoluitur aliquando ab excommunicatione.*
5 *Probata excommunicatione, an delictum probatum intelligatur, quamobrem excommunicatio est lata.*
6 *Testimonium ne ferat, post absolutionem, an ob crimen quis expelli possit, quamobrem excommunicatus est.*
7 *Testimonium vt ferat, excommunicatus absolui nō debet, vbi absolutus testimonium ferre non potest.*
8 *Amissa spiritualia ob excommunicationem non recuperantur, sublata excommunicatione.*
9 *Amissa ob excommunicationem non recuperantur, etiam si spiritualia non sint.*
10 *Appellationis tempore elapso ipsi excommunicato, an absoluto subueniatur.*
11 *Præscriptione completa ipsi excommunicato, an deinceps absoluto subueniatur.*
12 *Iniustè excommunicatus an amissa recuperet ab illo, qui cum excommunicauit.*
13 *Absolutus ad aliquem actum quò ad alia pro non absoluto habetur.*

XIX.

1 §. † Postremò vniuersa, quæ per censuram vetantur, excommunicatus, suspensus, interdi-
2 ctusq; licitè agunt, vbi absoluti à censura sunt. † Nam absolutione tributa pristinus spiritualium vsus in futurum recuperatur arg. c. 3. de cler. excom. min. & c. postulastis iunct. c. seq. eod. & c. beatus. 3. q. 4. & c. 1. 4. q. 1. & ibi not. gloss. & c. illi, qui 6. q. 1. & c. præceptum. 32. q. 1. & & c. à nobis 2. de sent. excom. & c. sacris, & c. sicut nobis eod. & c. quia diligentia de elect. idque meritò, tùm quòd censuræ ecclesiasticæ vinculo iniecto spiritualium vsus adimitur, vt probauimus; ergò contra eo dissoluto par est, vt restituatur arg. c. omnis res de reg. iur. in antiq. & l. nihil tam naturale. ff. eod. tum quòd non minùs absolutio tollere potest, quàm excommunicatio inducere potuit, vt tradidit pluribus id Anch. in c. 2. nu. 3. vers. Est enim regulare ne cler. vel mon. secul. lib. 6. & Host. in sum. num. 1 r. vers. quis sit eius effectus, ibi Hic etiam notabis de sent. excom. & facit c. ea noscitur, & quod ibi not. Mar. Soc. Sen. nu. 2. vers. Secundò not. de sent. excom. vbi ait per absolutionem ab excommunicatione restitui communionem fidelium, sicut etiam in c. quod in dubijs. num. 2. vers. Tertiò not. eod. Præterea causa, quamobrem vsu spiritualium censura constrictus caret, ipsa censura est; ergo censura sublata eum vsum recuperare debet; nam cessante causa & ipsius effectus cessat, vt habetur in c. cùm cessante, & ibi not. Abb. Dec. ac DD. de appell. & in l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. & l. 1. & 2. ff. de vsufruct. cum simil. Accedit postremò, quòd, si aliter sentiremus, alterum ex duobus absurdis consequeretur, aut absolutione censuram sublatam non esse, quod falsum est (sublatam enim ipsam ponimus) aut sublata cùm sit, suos tamen effectus, perinde atque si adesset, eam operari, quod absurdum est; quod enim non est, operari non potest arg. l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. Excommunicatus igitur excommunicatione sublata communionem recuperabit; suspensus suspensione remota eiusdem ecclesiæ munera ex officio, vt priùs obibit; interdictus interdicto liberatus ecclesiæ diuinorum particeps erit; nam absolutione, vt diximus, pristinus status, idest omnia recuperantur; atque ita speciatim de excommunicato, atque suspenso asseruit gloss. in verb. Reuerentiæ in cit. c. quia diligentia, & sequitur eam ibi Abb. nu. 8. ac DD. de elect. & Add. ad Abb. in c. cùm bonæ. num. 5. in litera B. vers. Circa hoc an excommunicatus, ibi & adde quod excommunicatus de ætat. & qualit. & Tiraq. in tract. de cessante causa in 1. par. in verb. Excommunicatione. nu. 97. & in verb. Suspensionis. num. 237. & gloss. summæ. 4. q. 1. & idem Abb. in cit. c. propofuit. num. 3. de cler. excom. min. vbi excommunicatum absolutum omnium bonorum capacem esse dixit, & Mar. Socin. Sen. num. 6. vers. not. Sextò, & Anch. in cit. c. 2. nu. 3. vers. In con-

trarium arguit, & verſ. Eſt enim regulare. Hinc, etſi dominum feudi excommunicatum vaſallus nec adiuuare, nec fidem ei ſeruare debet; ſecus tamen, poſtea quam abſolutus eſt, vt probatur in c. penult. cum ſeq. 15. q. 6. & in c. domino guerram in tit. hic finitur lex de feud. & vt not. gloſſ. in tit. per quos fiat inueſtitura in fin. & ſequitur eam Tiraquell. eod. tract. ceſſante cauſa part. 1. num. 98. in verb. excommunicatione. Contrarium tamen dicendum videbatur per abſolutionem priſtinum ſtatum non recuperari; nam excommunicatus, propterea quòd obiecta in quoſdam non probauit, abſolutus prohibetur, ne in clerum recipiatur, vt habetur in c. accuſatores diſt. 46. ergò priſtinum ſtatum non recuperat abſolutus: hæc ratio propoſitam concluſionem non tollit; nam ibi non excommunicationis, ſed criminis vitio in clerum recipi ille prohibetur; id quod hinc apparet, quoniam ſancta Syn. non ad excommunicationem, ſed ad crimen illud reſpectum habuit; Etſi emendauerint vitium, dicitur enim ibi, recipiat eos ad communionem, non ad clerum: hæc ibi, ex quibus patet non ob excommunicationem, ſed ob crimen ipſum clero priuari, atque ita not. Archid. Secundò ſic non nulli argumentantur; excommunicatus criminoſus eſt, cùm ob contumaciam excommunicatio feratur arg. c. nemo, & c. certum. 11. q. 3. & contumacia grauiſsimum crimen ſit arg. c. ſciendum. 8. q. 1. at criminoſus ſemper repellitur; ergo & excommunicatus abſolutus: hæc ratio etiam propoſitam ſententiam non tollit; primò quoniam non omne crimen inhabilem ad legitimos actus reddit, vt habetur in c. teſtimonium eius, & ibi not. Abb. ac DD. de teſt. præterea, & ſi contumaciȩ crimen graue eſt, non tamen in quacunque cauſa inhabilem ipſum contumacem reddit: ac planè non ne abſurdum eſſet eum, qui ad diem dictam ſuo creditori non ſatisfecit, ac propterea excommunicatus eſt, abſolutum ad legitimos actus non recipi? horum igitur exploſa ſententia, quos retulit Gloſſ. ſumm. ac reiecit. 4. quæſt. prima: à propoſita in initio concluſione non diſcedemus. Verùm, an excommunicatus poſt abſolutionem teſtimonium ferre poteſt? quamdiu enim ea pœna conſtrictus tenetur, id nō poſſe dicitur in c. decernimus de ſent. excō. lib. 6. hanc quæſtionem Abb. Felin. ac DD. diſputarunt in c. teſtimonium eius de teſt. ſed, quoniā tres caſus, quos ſeparatim agi oportebat, ſimul copularunt, atq; idcircò quæſtionem hanc confusè admodum pertractarunt; ideò, vt confuſio tollatur, dilucidiorq; res fiet, ſingulos caſus ſeparatim agemus. Quorum primus eſt, an excommunicatus poſt abſolutionem teſtis eſſe poſsit; alter, an ſententia excommunicationis probata, idipſum, vt pote crimen, quamobrem excommunicatio lata eſt, probatum intelligatur; tertius, an ob illud crimen, quamobrem quis excommunicatus eſt, poſt abſolutionem excommunicationis expelli poſsit, quò minùs teſtimonium ferat: hi tres caſus ſunt, quos
3 à DD. copulatos, vt diximus, ſeparatim agemus. † Quò ad primum igitur, qui ad rem noſtram potiſsimum pertinet, excommunicatum poſt abſolutionem à teſtimonio ferendò repelli ob excommunicationem iam ſublatam non debere concludo. Probatur autem ſententia hæc primò per generalem rationem ſupra redditam; nam, ex quo excommunicatio ſublata eſt, quamobrem excommunicatus à teſtimonio ferendo prohibebatur; & prohibitio ſublata eſſe debet iuribus ſupra citatis. Secundo loco pro hac ſententia facit cap. decernimus de ſent. excomm. lib. 6. nam ibi, ne excommunicati teſtimonium ferant, prohibetur, vt expreſsè hoc eo in loco habetur; ergo, qui teſtimonij ferendi tempore excommunicatus non eſt, quamuis antea excommunicatus fuerit, à teſtimonio ferendo repelli non debet; nam excommunicatus hic non eſt, atque idcircò eius canonis verba ipſi non conueniunt, vt per ſe patet, ergo neque eiuſdem canonis diſpoſitio arg. l. 4. §. toties. ff. de dam. inf. Ac planè, ſi vellemus excommunicatum abſolutum à teſtimonio ferendo repelli, à verborum proprietate diſcederemus; nam in eod. c. decernimus excommunicatus tantùm prohibetur; qui verò excommunicatus fuit, & abſolutionem eſt adeptus, propriè excommunicatus dici non poteſt; at à verborum proprietate, niſi contrarium conſtet, diſcedere non debemus, vt dicitur in l. non aliter. ff. de leg. 3. Accedit, quòd qualitas adiuncta verbo non intelligeretur ſecundum tempus verbi, quod etiam eſt contra l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de nox. act. Deniq; argumentum à contrario ſenſu ſine ratione ceſſaret in eod. c. decernimus contra l. 1. ff. de off. eius, vbi communiter DD. not. excommunicatus igitur poſt abſolutionem teſtimonium ferre poterit. Facit poſtremò pro hac ſententia c. veniens de teſt. vbi Rom. Pont. mandat, vt canonici quidam excommunicati abſoluantur, quò teſtimonium ferant; ergo abſolutus ab excōmunicatione teſtis eſſe non vetatur. Ac planè, ſi abſolutus teſtimonium ferre non poſſet, quamobrem ibi canonici abſoluerentur? ſi ergo ibi teſtimonium ferunt, qui ad tempus ob id abſoluuntur, multò magis teſtimonium ferent, qui perpetuò abſoluuntur; à propoſita igitur ſententia non diſcedemus, quam ſecuti ſunt DD. & Inn. in c. teſtimonium

4 monium eius de test. & Abb. num. 10. & Felin. num. 25. eod. † Hinc in Romanam Curiam consuetudine irrepsisse testatur Host. quem refert Abb. in c. veniens. nu. 18. de testib. vt excommunicati ad tempus absoluantur, quousque scilicet testimonium ferant; de hoc igitur priori casu non est, quòd dubitemus. † Quò ad alterum autem, an sententia excommunicationis pro-
5 bata, id ipsum crimen, quamobrem excommunicatio lata est, probatum intelligatur, concludo breuiter probatum intelligi; nam, ex quo excommunicatus non appellauit, appellandiq; tempus abijt; vel, si appellauit, appellationem prosecutus non est, hic excommunicatum se iure, ac propterea delictum commisisse fateri videtur arg. c. licet de sent. excom. lib. 6. & l. sepe. ff. de re iud. atque ita asseruit Abb. in eod. c. testimonium vers. Aut non appellauit, & Mar. Socin. Sen. in c. sacris. num. 403. vers. Aut non appellatur de sent. excom. Excipitur tamen primò, vbi in sententia excommunicationis expressa causa non est; nam, quòd iniqua sententia esse censetur ob c. 1. de sent. excom. lib. 6. & c. sacro eod. in antiq. ob eam rem neque id probatum esse censetur, quamobrem excommunicatio lata esse dicitur, vt tradidit Abb. in cit. c. testimonium. num. 10. vers. Vnde hæc ego distinguo, & sequitur Felin. ibidem. num. 25. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 403. vers. Aut causa, pp quam de sent. excom. Secundò excipitur, vbi causa expressa in sententia est, sed tamen intra tempus ad appellandum præscriptum absolutionem est consecutus: nam neque tunc probatum delictum censebitur; quandoquidem ante illud tempus sententia iusta non censetur, nisi aliter de ipsa constet, seu probetur, vt dixit Inn. in c. quoniam contra in fine de probat. & in c. bonæ de electione, & eum sequitur Abb. in eod. c. testimonium. num. 10. vers. Aut causa fuit assignata in sententia, & Felin. nu. 25. & Mar. Socin. eod. vers. Aut causa fuit expressa, quod ego intelligo, vbi crimen aliunde manifestum non esset arg. c. manifesta. 2. q. 2. & c. venerabilibus. §. porrò vers. Secus autem si se contumacè de sent. excom. lib. 6. & Soc. eod. Postremò excipitur, vbi absens, & ignorans quis excommunicatus est; nam & tempore appellationis lapso crimen nihilo magis probatum intelligitur arg. c. Apostolicæ de cler. excom. min. atque sic
6 dixit Soc. eod. ac de secundo casu hactenus. † Quò ad tertium denique, an scilicet ob crimen, quamobrem quis excommunicatus est, post absolutionem expelli possit, quò minùs testimonium ferat, concludendum censeo expelli non posse arg. cit. c. testimonium de test. Excipitur autem primò crimen, quod vi sua infamiam inurit etiam post absolutionem; nam tunc ad testimonium ferendum hic absolutus non admittetur arg. cit. c. testimonium vers. Si verò sit de crimine à contrario sensu, quæ autem crimina huiusmodi sint, quæ infament, habentur in l. 1. ff. de ijs, qui not. infam. & in §. porrò, & ibi gloss. viden. 3. q. 7. & tradidit Abb. in eod. c. testimonium num. 6. vers. Ego in hac materia. Secundò excipitur, vbi ob periurium excommunicatus quis esset, & ad summam vbi crimen huiusmodi est, cuius etsi quem pœniteat, non tamen pro habili habetur, vt dicitur in eod. c. testimoniũ; in his igitur casibus excõicatus absolutus à testimonio ferendo excludetur: id quod ob ipsum crimen fit, non autem ob excõicationem; nam, etiam si quis ob huiusmodi crimina excommunicatus non esset, nihilò magis ab ipsis absolutus testimonium ferret, sicut habetur in cit. c. testimonium: hæcq; locum habebunt, vbi crimen huius-
7 modi probatum intelligitur, sicut in secundo casu vidimus, atque sic conclusit Soc. eod. † Ex his demùm apparet, vbi pro huiusmodi crimine excommunicatus quis est, quod inhabilem ad testimonium ferendum reddit etiam post absolutionem, ad tempus absoluendum non esse, quò testimonium ferat; cùm nec simpliciter absolutus id posit, sicut Abb. not. in eod. c. testimoniũ. num. 10. in fin. quare, quòd perseuerans in peccato, quamobrem excommunicatus est, idoneus non est; ideo excommunicatus absolui non debet, si ob contumaciam excommunicatus à contumacia non discedat; secus autem, si aut sententia dicatur nulla, & aduersarius contrarium nõ probet, aut si quæratur se iniustè excommunicatum; in his enim duobus casibus absolui poterit ad testimonium ferendum, atque sic conclusit Mar. Soc. Sen. in c. sacris. num. 404. vers. Dubitatur tertiò de sent. excom. Spiritualium vsum igitur à censura absolutus in posterum recuperat. Verùm quid de damnis, quæ passus est, dum censura constrictus tenetur, exempli gratia, quòd excommunicatus erat, bonorum communione, quæ ab ecclesia fiunt, caruit; item, quòd beneficium habet, fructus eius interim amisit argum. cap. pastoralis. §. fin. de appell. An igitur iura, quæ amisit, damnaue, quæ passus est, recuperabit? in hac re duas regulas constituimus.
8 † Quarum prior hæc est, Spiritualia omnino iam amissa non recuperantur; non enim excommunicatus, qui ecclesiæ suffragijs caruit, absolutus eadem recuperabit; nam, vbi offerebantur, ecclesia pro excommunicato ea non offerebat arg. c. à nobis, 2. & c. sacris de sent. excom. ergo præter eius animum operari non debent arg. l. non omnis, & ibi DD. ff. si cert. pet. non etiam

modò

modò,quoniam oblata iam sunt, ac propterea sicut, vbi offerebantur, particeps esse non pote-
rat excommunicatione impeditus, ita nec modò, ex quo iam distributa sunt, & facit ad hoc l.
quod ab initio.ff.de reg.iur.& c.non firmatur eod.lib.6.hæc igitur, quæ spiritualia sunt,recupe-
9 rari omnino nequeunt. † Altera verò regula hæc est, Quæ spiritualia omnino non sunt, neque
etiam hæc recuperantur; huic excommunicatus, qui beneficium eccl. habet, absolutus fru-
ctus inde perceptos non recuperat, alioquin excommunicatio hæc pœna non esset, & fieret con
tra c.pastoralis.§.fin.de appell.quãuis ex causa secus non nunquam fit, vt tradidimus in Tab. a.
vbi materiam hanc egimus. At, quid, si excommunicatus intra tempus appellandi non appel-
lauit? quid itidem si, propterea quòd ob excommunicationem agere non potuit, præscriptio
10 completa est; an deinceps ei subuehietur? † In priori casu, vbi scilicet appellandi tempus pre-
terijt, duas sententias Inn. recensuit. Quarum prior est hunc in integrum restituendum esse; ex
quo enim nec per se, nec per procuratorem ius suum prosequi potuit, iure in integrum restitui
debet arg.l.sed & si.ff.ex quib.caus.maior.& l.Papinianus exuli.ff.de min.hanc opinionem im-
probat Host.nam, ex quo ob delictum suum id patitur, subueniendum ei non est arg.c. damnum
de reg.iur. lib.6. Posterior sententia verò est huic excommunicato appellationis tempus non
currere nisi post absolutionem: hanc etiam refellit Host. dicebat enim ipse, si causa huiusmodi
est, in qua appelletur, sibi culpam tribuat, qui non appellauit; id enim potest ob cit.c.cùm inter,
& c.fin.de excep.si verò causa est, in qua non appelletur, non habet, quod queratur: hæc Host.
contra Inn. Ego Abbatem secutus in eod.c.cùm inter In hac re regulam hanc constituo, excõ-
municatum, qui non appellauit, post appellationis tempus audiendum non esse; nam appellare
potuit, vt habetur in cit.c.cùm inter,& in c.fin.eod.de excep.sibi ergo tribuat, qui remedio or-
dinario vsus non est arg.c.damnum de reg.iur. lib.6. Ac planè si is, qui excommunicatus non
est, non auditur deinceps tempore appellationis elapso arg c.cùm ad cõsultationem de re iud.
neque excommunicatus audiri debet; non enim pœna immunitatem tribuit, vt dixit iurecon-
sultus in l.relegatorum.§.fin.ff.de interdict. & releg. excommunicato igitur appellãdi tempus
curret, & non restituetur. Quæ regula locum etiam habet, vbi iniuria excommunicatus est.
Item etiam, vbi in petenda absolutione moratus non est; quippe, quia excommunicatio ipsum
non impedit, quò minùs appellet iuribus supra citatis. Tertiò locum habet etiam in extraiudi-
cialibus causis, vbi excommunicatus appellare itidem potest, vt tradidit Abb. in eod. c.cùm
inter.num.19.vers. Ego latiùs, ibi si verò de appellatione extra iudicium; etenim & hic eadem
ratio est, quæ in superiori casu, ergo eadem iuris dispositio esse debet arg.l.illud.ff.ad l.Aquil.&
c.cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. Hæc regula sic amplificata exceptiones has patitur.
Nam primò excommunicatus vel per viam querelæ audietur arg.c.concertationi de appellat.
lib.6. vel, si præscriptione agendi tempus sublatum sit, in integrum restituetur, vbi extra iudi-
cium ad appellandum excommunicatus non admittitur, modò in mora absolutionis petendæ
non fuerit, vt asseruit Abb. ibidem. Postremò succurretur ei quoq; , vbi alia ratione, quàm ex-
communicatione impeditus fuit, quò minùs appellaret, etiam si in appellatione iudiciali esset,
sic enim sensit Host.in c.significauerunt de except. & sequitur Abb. eodem vbi supra; æquitas
enim in huiusmodi casibus id suadet, vt huic subueniatur arg.l.1.ff.ex quibus caus.maior.ac de
11 priori casu hactenus. † Quò ad alterum autem casum, vbi scilicet præscriptio contra excom-
municatum completa est, dicendum videtur subueniendum ei non esse; nam, ex quo sua culpa
in excommunicationem incidit; sibi tribuat, si damnum patiatur arg.cit.c.damnum de reg.iur.
lib.6.etenim ob casum, qui culpam consequitur, quis obligatur arg.c.sæpe,& c.studia dist.50.&
metus eum non excusat, qui sua culpa in metũ incidit arg.l.si mulier.ff.de eo, quod met. Verùm
in hoc casu regulam hanc itidem constituimus scilicet huic subueniendum non esse, vbi excom-
municatus iure fuit ob rationes supra citatas. Excipitur autem primò vbi, etsi iure hac pœna
constrictus fuit, elaborauit tamen, quantum potuit, vt absolueretur; nam tunc, vel tempus non
curret, vel (quod verius existimo) in integrum restituetur: nec repugnant rationes supra citatæ;
nam, etsi sua culpa in excõmunicationem incidit, per excommunicationem tamen satis vindi-
cata est; ergo alia pœna vindicari non debet arg.c.at si clerici in fin. de iud.& vt not.gloss.in c.
imputari de reg.iur.lib.6.Secundò excipitur, vbi iniuria excommunicatus est; nam tunc ei sub-
uenietur, vt asseruit Ant.quem refert, ac sequitur Abb.in cit.c.cùm inter.nu.19.vers. Dominus
Ant.& in vers. Quò ad secundum membrum: hæc exceptio simpliciter mihi vera non videtur,
sed solùm, vbi excommunicatus, quod sua interest, ab eo, qui iniuria eum excommunicauit, re-
cipere non potest; nam, vbi ab ipso recuperare suum valet, contra ipsum eundum ei censeo arg.

c.facro

c.sacro iunct.gloss.in ver. Ad interesse, quæ communiter recepta est de sent.excom.aliàs verò
12 ex æquitate subueniendum superiori modò ei est. † An igitur id omne, quod sua interest, iniuria excommunicatus recuperabit? planè non solùm litis sumptus, verum etiam damnum, interesseq́; omne, quod ob pœnam eam passus est, recuperabit; sic enim probatur in cit.c.sacro.§. caueat, vers.Cùmq́; aduersus de sent.excom.sic tradidit gloss.ibi in verb. Interesse, quam Abb. ibi Felin.ac DD.sequuntur, & Thom.Fastol.in decis.rot.dub.14. Quare, si iniuria excommunicatus interim electus sit, beneficiumuè ei conferatur; quoniam electio, collatioq́; nulla est arg. c.postulastis de cler.excom.min.iunct.c.si celebrat eod.excommunicator beneficium huiusmodi ei conferre debet, cuiusmodi illud erat, quod collatum ob iniustam excõmunicationem obtinere non potuit arg.c.pastoralis de iur.patron.si verò id non potest, ad arbitrium iudicis punietur, vt communiter DD.sentire innuit Abb.ac eosdem sequitur in eod.c.sacro.nu.17.& Fel. eod.num.11.vers. Et quantum ad intellectum. Excipitur autem primò, vbi excommunicatio nulla est; nam tunc, si superior electum huiusmodi confirmari noluit, ipse ad hoc tenebitur; non enim ob excommunicationem nullam electionem improbare debuit, quamuis, si confirmator ipse id minùs posit, qui excõicauit, obligatus remaneat arg.l.3.ff.de eo, per quem factum erit, atque sic Abb.ac Felin.eod.concludunt. Secundo loco excipitur, vbi probabili ex causa errans ipsum iudex excommunicauit, vt dicitur in cit.c.sacro, ibi Nisi forsitan errauerit; nam tunc ad interesse non obligabitur, sicut neque iniuriarum actione, vt conclusit Capel. Tholos.decis.397. & Add.ad eum; solum enim tenetur ea, vbi dolo, sicut ibidem Add.plures idem sentire commemorat, & de communi testatur. Tertiò, vbi, statim atque requisitus est, sine vllo onere sententiam huiusmodi reuocauit ob cit.c.sacro.§.caueant. Quartò, vbi aliàs præter excommunicationem electio, beneficijuè collatio nulla est arg.eius, quod dixit gloss. in l.fin.in gloss. 1.ff. de var.& extraord. cogn. idq́; meritò; nam tunc ob excommunicationem damnum non sentit, & faciunt, quæ tradidit Abb.in cit.c.pastoralis de iur.patron. Postremò excipitur, vbi excommunicatus interesse suum non petijt; nam, nisi petatur, non tribuitur, vt sensit Inn.in eod. c.sacro nu.7.& communiter receptum id esse testatur Ias.in l.properandum.§.siue autem alterutra.nu.31.C.de iud. Addo itidem, vbi excommunicatus iniquam sententiam esse non probauit; nam & in hoc casu excommunicator pœnam hanc euitabit ob cit.c.sacro vers. Cumq́; aduersus; vbi ergo iniuria quis excommunicatus est, his proximè propositis casibus exceptis, excommunicatus id omne, quod sua interfuit excommunicatum non esse, recuperabit. Secundo loco ab excommunicatore suum interesse idem consequetur, vbi excommunicationem descripto non protulit, aut causam excommunicationis expressè non conscripsit, aut sententiæ ipsius exemplum excommunicato rogatus ab eo intra mensem non præbuit, vt habetur in c.1.& ibi not.DD.de sent.excom.lib.6.Declaratur autem regula hæc his rationibus, primò vt locum habeat, à quocunque iudice per sententiam excommunicatio lata sit; sic enim sensit. Gloss.ibi in verb.Iudicum, & Gemin.nu.11.vers. Quarto, qui sint, & non nulli alij, quos idem Gemin.refert in eod.c.1.§.si quis autem.num.9.sic quoque probatur ibi per dictionem illam Quisquis, & dictionem illam Si quis autem iudicum; quæ generales dictiones sunt arg.l.1.ff.de verb.sig. Item idem erit, si inscitia, temeritate, incuriauè hæc iudex prætermisit ob verba illa Si quis autem iudicũ huiusmodi constitutionis temerarius extiterit violator iunct.gloss.in verb. Temerarius, quam sequitur Add.ad eam, & Io.Mon. & Host. quos refert, ac sequitur Mar.Soc.in c.sacro.nu. 220.vers.Octauò de sent.excom.& notandam inquit Gemin.eod.§.si quis autem.nu.10.vers. In fin.gloss.not.ben. Tertiò declaratur, vt locum habeat, vel æqua sententia excommunicationis sit; nam canon simpliciter loquitur, nec distinguit; ergo nec nos distinguere debemus arg.l. de pretio.ff.de publ. Accedit, quòd, vbi aliàs iniqua sententia est, punitur huiusmodi pœna in c. sacro de sent.excom.ergo, ne superuacanea dispositio sit ipsius c.1.(vel aliàs sententia excommunicationis iusta sit) non seruata forma ibi præscripta interesse omne iudex excommunicato præstabit arg.l.quoties.ff.de reb.dub.& l.quoties.ff.de verb.oblig. Quartò locum sibi hoc dictum vindicat, vel in personam incertam excommunicatio feratur, cuiusmodi habetur in c.si sacerdos de off.ord.sic enim asseruit gloss.in cit.c.1.in verb.Causam, & sequi videtur Inn.eod. in prin.& Host.nec non Gemin.num.16.vers.In ea gloss.sed tutius, & Mar.Soc. Sen.in c.sacro num.217. vers. Quartò de sent.excom.quamuis contrarium non nulli, & malè senserint. Declaratur quintò, vt locum habeat, etiam vbi vnum ex dictis iudex omisit; vt puta quia vel excommunicationem descripto non protulit; vel causam excommunicationis expressè non conscripsit; vel exemplum sententiæ excommunicato, vt debebat, non tribuit; nam quodcunque

horum

horum excommunicatõr omiserit, violare constitutionem eam dicetur, vti not. Host. quem refert, ac sequitur ibi Gemin. §. si quis autem. num. 3. vers. Quis dicatur violator, & Mar. Socin. in eod. c. sacro num. 234. vers. Decimò dub. & ratione id probatur, quandoquidem tria illa simul Rom. Pont. copulat, vt ibi conspicitur; at vbi plura copulantur, simul omnia adesse debent, quò ad eam dispositionem arg. l. si hæredi plures. ff. de cond. instit. & l. si quis ita stipulatus, vbi not. gloss. atque Ias. ff. de verb. oblig. vel igitur vnum ex tribus prætermittatur, violasse constitutionem dicitur, quippe, qui illam non seruauit, ac propterea propositam pœnam patietur. Declaratur sextò, vt locum habeat regula hæc in alijs censuris; nam, si iudex formam non seruauerit traditam in eod. c. 1. vbi suspensionem, interdictumuè itidem fert, eandem pœnam subibit; sic enim dicitur in cit. c. 1. in vers. Et hæc eadem, sic quoque gloss. ibidem not. in verb. Excommunicat; his rationibus igitur regula hæc amplificatur. Excipitur autem primò, vbi sententia nulla est; Quisquis excommunicat, dicitur enim in cit. c. 1. ergo, vbi validè excommunicat, accipiendum est. Tum quòd verba in potiorem sententiam interpretanda sunt arg. l. cùm quæritur. ff. de stat. hom. tum quòd cum effectu sunt intelligenda arg. l. 1. §. hæc verba, & ibi Ias. ac DD. not. ff. quod quisque iuris, & per sententiam nullam condemnatus esse condemnatus non dicitur arg. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Item in eod. cit. cap. 1. superiori præcipitur, vt sententiam sine difficultate relaxet, & ad omne interesse excommunicatorem condemnet, vbi eius constitutionis formam violauit; ergo, vbi sententia non valet, pœna hæc locum oõ habebit: non enim relaxari potest, quod obligatum non est; quandoquidem, vbi habitus non est, ibi priuatio esse non potest arg. l. decem, & ibi not. DD. ff. de verb. oblig. Præterea dicitur ibi, vt relaxet, & ad interesse condemnet; ergò si non est, quod relaxet, quod contingit, vbi sententia nulla est, non habebit etiam, quod condemnet; quod enim operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. Confirmatur sententia hæc, quoniam is, qui sic excommunicatus est, nullum, vel modicum damnum sentit; ergo ad id, quod sua interest, agere non potest, cùm interesse non adsit. Accedit, quòd, vbi lex quem punit, qui quidpiam agit; si id, quod ille egit, non valet, pœnam non infert arg. l. 1. §. hæc verba, & ibi Ias. ac DD. ff. quod quisq; iuris, iudex ergo hic pœnam euitabit, uam neque litem suam hic facere dicitur, vt asseruit gloss. in l. fin. ff. de var. & extraord. cogn. quam communiter receptam esse testatur Ias. pluribusq; confirmat in cit. §. hæc verba. Facit postremò, quoniam in pœnis versamur, ac propterea interpretatione rem coarctare debemus arg. c. odia de reg. iur. lib. 6. & l. interpretatione. ff. de pœn. iudex ergo, qui nullam censuræ sententiam tulit, pœnam euitabit, quæ habetur in cit. cap. 1. de sent. excom. lib. 6. facit quoque Lap. alleg. 73. nu. 3. quem sequitur ibi Quintil. Mandos. in Add. atque ita inquiunt Io. And. & Phil. quos Add. ad gloss. in verb. Temerarius, refert. Non nulli tamen contrarium in hac quæstione sentiunt, quos retulit Mar. Socin. Sen. in c. sacro. num. 232. de sent. excom. quorum sententia mihi ob dicta non placet. Secundo loco pœnam hanc censuram ferens euadit, vbi ob temporis angustiam, moræq; periculum ea forma adhiberi non potest; sic enim tradidit gloss. in eod. c. 1. in verb. Temerarius, quacum sentit additio ad eã, & Gemin. eod. §. si quis autem. num. 9. vers. Gloss. in verb. Temerarius, & Marian. Socin. Sen. eod. nu. 237. etenim in periculis huiusmodi à iuris regulis discedimus, vt not. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 17. ff. de acquir. poss. & in l. de pupillo. §. si quis riuos, vbi vberiùs rem hanc egit. ff. de oper. nou. nunt. Tertiò pœnam hanc effugit, vbi non vt iudex, sed vt priuatus censuram tulit; nam in cit. c. 1. iubetur eam formam adhiberi, vbi quis, vt iudex censuram fert; Cautè prouideat iudex eccl. dicitur enim ibi, & paulò post additur Si quis autem iudicum, ergo secus, si non vt iudex censuram tulit; cui enim verba legis non conueniunt, nec legis dispositio conuenire debet arg. l. 4. §. toties, & ibi not. ff. de dam. infect. Quartò pœnam hanc quoque iudex euitat, vbi exemplum sententiæ excommunicationis non tribuit; quoniam aut excommunicatus illud non petijt, aut non petijt, vt debet; aut petijt post mensem, vt asseruit gloss. in cit. c. 1. in verb. Requisitus, & ibi quoque Gemin. de sent. excom. lib. 6. iudex enim impartire suum officium non petenti minimè cogitur, vt tradidit Ias. in l. properandum. §. si autem alterutra nu. 31. C. de iud. & in l. vniuersa. C. de prec. imper. off. vbi rem hanc exemplis pluribus comprobauit, atq; illustrauit; item petens congruo loco, & tempore ipsum petere debet; atq; idcirco non petet, vbi iudex equitat, non, vbi dormitũ ire vult, vt sensit gloss. in eod. c. 1. in verb. Requisitus, & inquiunt Inn. & Io. And. quos refert, ac sequitur Mar. Socin. Sen. in c. perpendimus. num. 200. de sent. excom. Postremò ante mensem à die latæ sententiæ petere illud excommunicatus debet, vt dixit gloss. eadem & sequitur eam Io. And. & Soc. eod. c. perpendimus. num. 199. Petet

igitur

igitur exemplum sententiæ,& instrumentum publicum de ipsa petitione, vel literæ testimoniales sigillo authentico consignatæ vt conficiantur, excommunicatus curabit, vt dicitur in eod. c. 1. de sent. excom. & ibidè not. ac propterea testes non sat erunt, sicut conclusit gloss. eadem in verb. Authentico, & sequitur eam Mar. Soc. in c. sacro. nu. 228. de sent. excom. Postremò hanc pęnam effugit iudex, ctsi, denegasset excõicato exemplum, modò infra mensem deinceps illud offerat; nam vltima mora nocet arg. l. illud ff. de pericul. & com. rei ven. atque sic dixit Host. & Io. And. quos refert, ac sequitur Soc. in eod. c. sacro. nu. 226. quare, si excommunicatus absens sit, eum requiret; &, si non inuenitur, hostio suarum ædium exemplum affiget, & de hoc instrumentum publicum conficiet, vt conclusit Soc. in eod. c. sacro, nu. 227. quamuis Host. dicat in ecclesia publicandum per ipsum non stare; quò minùs exemplum tradat, & consulat, vt super altare exemplũ vnum ponatur, & aliud domũ illius feratur, tradendo illud familię. Hęc Host. & sequitur Archid. quò igitur pœnã hanc effugiat, exemplum sententiæ totum tribuet, vt ait gloss. in cit. c. 1. in verb. Exemplum, idest continens excommunicationem de verbo ad verbum, & annum, & diem, vt tradunt Host. & Io. And. quos refert, ac sequitur Soc. in eod. c. perpendimus. num. 198. Absolutus igitur, vt eò reuertamur, vnde digressi sumus, récuperat ea, quæ diximus.

13 Excipitur † tamen, vbi quis non simpliciter, sed ad tempus absolutus est, vt pote aut quò testimoniũ ferat, aut beneficij collatio valeat (hac enim ratione absolutionem à censuris tribui tradidit Quintil. Mandos in signat. grat. in absolutione ab excommunicatione, & Felin. in c. Apostolicæ de excep. & nos in hac Tab. c. 4. §. 5.) nã, eo excepto, quamobrem absolutus est, quò ad alia pro excommunicato habetur, ac propterea irregularis fit, si diuina officia clericus excommunicatus, vt priùs facit, vt docuit Rebuff. in prax. benef. in declarat. 9. prouis. in verb. Teq; absoluentes. Sed iam de effectibus censuræ per se hactenus; ad effectus eiusdem per accidens, & ad pœnas eorum, qui censuram violant, transeamus.

De effectibus censuræ ecclesiasticæ per accidens, qui in hac vita percipiuntur. Cap. XIIII.

SVMMA.

1 *Peccat excommunicatus, censuraue alia irretitus, qui contra censuram agit.*

2 *Peccat mortiferè clericus excommunicatus, censuraue alia irretitus; si ea, quæ ordinis sunt, ex officio exercet.*

3 *Peccat mortiferè clericus excommunicatus, censuraue alia irretitus; qui censura conscius beneficium ecclesiasticum recipit.*

4 *Peccat mortiferè clericus excommunicatus, à beneficioue suspensus, qui fructibus beneficij eccl. vtitur.*

5 *Peccat mortiferè, qui non vitat excommunicatum, censuraue irretitum in diuinis officijs; quæ per censuram prohibita sunt.*

6 *Peccat mortiferè, qui vi, metuue iudicem eccl. compellit, vt à censura quem absoluat, censuramue reuocet.*

7 *Peccat mortiferè non obediens legi, quæ non obedienti aut excommunicationem minatur, aut in eum excommunicationem fert.*

8 *Peccat mortiferè, qui potestatem tribuit vexandi eos, qui excommunicationem tulerunt.*

9 *Peccato non obligatur, qui censura insciens contra ipsam facit.*

10 *Dubitatione existente, an quis excommunicatus sit; in quam partem declinandum sit.*

11 *Dubitatione exorta, an quis excommunicatus sit, pro certo eum excommunicatum asserere non possumus, nec debemus.*

12 *Dubitans, an aliquis excommunicatus sit, an prohiberi possit, ne interim ecclesiæ communione vtatur.*

13 *Dubitans, an ipse excommunicatus sit, an interim se abstinere debeat ab ijs, quæ per censuram ei prohibita sunt.*

14 *Dubius vbi est percussor clerici, an defensionis terminos egressus sit, pœnam habere debet in foro pœnitentiæ.*

15 *Peccato non obligatur, qui pro certo habet se censura irretitum non esse; si contra ipsam facit; quamuis scrupulus aliquis occurrat.*

16 *Peccato non obligatur censura irretitus, si contra censuram facit, ne se infamet.*

17 *Peccato non obligatur, qui non facit id, quod sub excommunicationis pœna ipsi iubetur, si iussum faciens peccaret.*

18 *Peccato non obligatur, qui non vitat censura irretitum in prohibitis; vbi nec notorius, nec denuntiatus ille est.*


E effectibus per se ex censura eccl. satis egimus; de effectibus per accidens eiusdem,
qui in hac vita percipiuntur, quiq; pœnæ sunt in eos, qui ratione quapiam censu-
1 ram contemnunt, iam agamus. † Primùm igitur censura irretitus peccat, si
quid, quod ea censura ipsi prohibitum est, agit; nam, quòd ecclesiæ non obtem-
perat, ex quò agit ea, quæ ab ipsa per censuram vetita sunt, iure hic offendit arg.
cap. 2. de maioritate & obedien. Si quis venerit contra decretum episcopi, dicitur enim ibi, ab
ecclesia abijciatur; & in lib. Reg. legitur Qui non obedierit principi, morte moriatur; & in
Concilio Agathensi, quòd anathematizetur. Hæc ibi; ex quibus patet ab eo grauiter offen-
di, qui superiori non obtemperat, iudicisq; dicto audiens non est; quo in numero habetur,
2 qui censura irretitus agere, quæ ipsi per eam prohibita sunt, non veretur. † Clericus igitur ex-
communicatus, suspensus, atque interdictus, qui actum, seu munus quodpiam propriè ad suum
ordinem spectans exercet, mortiferè peccat, vt asseruit Nauar. cap. 25. num. 93. in Man. & de
suspenso Gemin. in cap. 1. §. fin. num. 4. vers. Quarto de sent. excom. lib. 6. ob cit. §. & Couar. de
3 excommunicato in c. alma pars. 1. §. 7. num. 5. vers. Tertia conclusio eod. tit. & lib. † Item ea-
dem culpa afficitur de eiusdē Nauar. sententia eod. c. n. 133. vers. Vigesimo secundo, qui beneficium ecclesiasticum accipit, vbi se excommunicatum, suspensum, interdictumuè scit, scireuè
debuit; non enim ecclesiastici beneficij capax est argum. c. postulastis, & c. si celebrat de cler.
4 excom. min. & c. pastoralis in fin. de appell. † Ab eadem etiam culpa non abest, qui à benefi-
cio suspensus, excommunicatusuè fructus percipit, eosdemq; vt suos impendit, ipsisq; vtitur;
nam illis priuatus est, vt habetur in c. pastoralis. §. fin. de appell. in antiq. & c. cupientes §. cæte-
5 rum de elect. lib. 6. atque ita quoque sensit Nauar. eod. c. 25. num. 124. † Peccat quoq; eadem
ratione, qui excommunicatum, & suspensum, & interdictum non vitat in diuinis officijs, & acti-
bus suorum ordinum, vt de excommunicato tradidit Abb. qui & Io. And. idem asserere inquit
in c. factis. num. 8. vers. Tertius de his, quæ vi, metusuè causa fiunt, & Nauar. in c. 1. §. laboret
num. 18. ibi non euitare autem interdictum de pœnit. distin. 6. & in Man. cap. 27. num. 16. vers.
6 Nonò infertur, & communis hæc DD. sententia est, vt videbimus in Tab. 2. vbi de his effecti-
bus agimus; idq; meritò, vt qui in re graui offendit. † Huiusmodi culpam demum non effu-
giunt, qui vi, metuuè aut absolutionem censuræ extorquent, aut, quò iudex interdictum, excom
municationemq; reuocet, operantur, sic enim idem Nauar. eod. c. 27. num. 16. inquit, sic ratio-
ne idem probatur; nam, qui hæc faciunt, in excommunicationem incidunt, vt habetur in c. 1. de
his, quę vi, metusuè causa fiunt lib. 6. ergo mortiferè peccant; nam pro huiusmodi culpa excom
municatio fertur, vt probatur in c. nemo episcopus cum duobus seq. 11. q. 3. & vt tradidit Syl. in
verb. Præceptum. nu. 3. vers. Si verò nec de materia, nec de mente sic constet, & Nauar. in Man.
c. 23. nu. 53. ibi atque ideo ad mortalem obligat, & Mar. Soc. Sen. in c. inter alia. num. 44. prope
7 finem de sent. excom. † hinc per eam legem non obtemperantes obligari mortifero peccato
8 ijdem ibidem tradiderunt, quæ lex aut excommunicationem infert, aut eam minatur. † Qua
ratione peccant etiam, qui capiendi, vexandiuè iudices ecclesiasticos in personis, aut in bonis
facultatem tribuunt, propterea quòd in quosdam censuram tulerunt; nam & hi in excommunica-
tionem incidunt, vt habetur in c. quicunque de sent. excom. lib. 6. atque ita Nauar. eod. nu. 16.
censura ecclesiastica igitur irretitus mortiferè peccat, vbi censura, vt diximus, ab eo violatur.
Quæ regula locum habet, simul atque ea pœna constrictus est, quousque absoluatur, vbicunque
sit, vel iniquè ea constrictus teneatur, vt asseruit id pluribus Couar. in c. alma pars. 1. §. 7. nu. 7.
vers. Quarta conclusio, & vers. His equidem probatur de sent. excom. lib. 6. & Mar. Soc. Sen. in
c. per tuas. nu. 20. ibi sed si ex contēptu eod. in antiq. Ipsè vel appellauerit, vel occultissimus sit;
nam in omnibus his casibus spiritualium vsu priuatus est, vt in superiori cap. vidimus. Excipiun
tur autem primò tres casus, qui habentur supra eod. cap. vbi scilicet vel sententia censuræ nulla
est; nam, qui eam contemnit, nullam pœnam hic patitur, vt dixit Mar. Soc. Sen. in eod. cap. per
tuas, nu. 18. vel absolutione fuit sublata, vel vbi necessitate cogente censura constrictus baptis-
mum, pœnitentiamuè administrat; nam, quòd in posteriori casu permittente lege ea sacramen
ta administrat; in prioribus casibus, quòd censuram, quæ non adest, minimè offendit, non pec-
9 cat, vt id per se patet. † Secundo loco non peccat etiam, vbi quis se aut suspensum, aut excom
municatum, aut interdictum probabiliter ignorat; vt de suspensione probatur in c. Apostolicæ
de cler. excom. min. & gloss. ibi not. in verb. Ignorantia, dum inquit Sed hic non est aliqua di-
spensatio necessaria, quia nesciebant se suspensos, vnde non peccauerunt: idem eadem gloss. de
excommunicato sensit ibi Et quàmdiu ignorat se esse excommunicatum, non peccat celebran-
do, sic Abb. quoque sensit num. 6. & communiter DD. ob cit. c. Apostolicæ, & gloss. in c. quæro

in verb.

in verb. Publica de elect.& Syl.in verb. Excommunicatio. 1.nn.20.verſ. Septimò; etenim, quò
quis peccet, vt voluntas adſit, neceſſariò requiritur (peccatum enim eſt adeò volunrarium,vt
inquit S.Aug.vt peccatum non ſit,ſi voluntarium non fuerit)at,qui quidpiam ignorat,id ipſum
velle dici non poteſt arg.§.fin.in fin.in Inſtit.de ter.diuiſ. & l.cùm teſtamẽto cum ſeq.C.de iur.
& fact.ignor.non enim appetimus, volumusuè, quod priùs non cognouimus ; cùm igitur hic ſe
cenſura irretitum ignoret,iure meriro non peccat,ſi contra ipſam aliquid operetur; in hoc ergo
caſu culpa vacabit,modò tamen probabilis inſcitia ſit,vt dicitur in eod.c.Apoſtolicæ,& in cap.
fin.de conſtit.lib.6.Contrarium tamen dicendum videbatur; nam & inſcius quis excommuni-
catur,& ſuſpenditur, & excommunicatio, ac ſuſpenſio valet,vt probatur in cit.cap.Apoſtolicæ:
atqui tatio hæc non obeſt; nam,vt quis excommunicetur,ſat eſt,vt habilis ſit,etiam ſi nihil ope
retur, ac propterea cenſuta iniqua valet , vt vidimus ; vt verò peccet, neceſſariò poſtulatur, vt
ſciens operetur,atque idcircò factum noſtrum requiritur; alioquin animæ noſtræ ſalus ab alte-
rius voluntate penderet,quòd iniquum, & impium eſt : etſi ergò quis inuitus, & inſcius cenſura
irretiri poteſt, non tamen eadem tatione peccati culpa obligari ; vbi ergo probabiliter quis ſe
cenſura irretitum ignorat,ſi quid contra cenſuram operetut , non peccabit: id quod & in inſci-
10 tia iuris ptobabili locum habet arg.c.à nobis 2.de ſent.excom. † At quid ſi dubitetur, an quis
ſit excommunicatus ? inquam partem dubitationem hanc interpretabimur ? Videbatur planè
dicendum pro excommunicato habendum hunc eſſe. Primò ob cap.cùm deſideres.§.ſecundæ
de ſent.excom. vbi Romanus Pont.conſultus , an cum eo verſari quis poſſet , quem verberaſſe
clericum publica fama ferebat; reſpondit cum eo verſandum non eſſe, niſi ille aut ſe priùs pur-
get,aut ad cautelam abſoluatur : ecce ibi dubitabatur , excommunicatus eſſet ille nec ne , ac
propterea an cum ipſo verſandum eſſet ; & eccleſia, ne quis cum ipſo verſaretur, cauit ; ergo re
dubia excommunicatum quem eſſe interpretari debemus. Idem probari videtur in c.illud de
cler.excom.min.atqui reſponderi poteſt in cit.§.ſecundæ à Rom.Pont. non aſſeri eum excom-
municatum eſſe; ſed, quòd fama publica erat clericum ab eo vulneratum,non autem pro certo
id habebatur,ob eam rem,ne quis cum eo verſetur,reſpondiſſe: idq́; meritò,tum ne quis pec-
caret,contra conſcientiam faciendo,ſi cum ipſo verſaretur,vbi excommunicatus non erat;tum
ne,ſi excommunicatus eſſet, in minorem excommunicationem etiam incideret : hinc eò addi-
tur , vt aut ille ſe purget , aut ad cautelam abſoluatur ; quarum neutra ratione ipſum pro certo
excommunicatum eſſe concluditur:eadem ratione reſpondetur ad cit.cap.illud de cler.excom.
min. Secundo loco probari ſententia hæc videtur, quia interpretatio hæc,vt ſcilicet excommu-
nicatum hunc dicamus, tutior eſt ; nam hac ratione nec in minorem excommunicationem quis
incidet, ſi ab huius communione ſe abſtineat , quod contingeret cum eo verſando , ſi forte ex-
communicatus eſſet;nec etiam peccabit,vt qui contra conſcientiam non faciat ; at , dum dubij
ſumus,tutiorem ſententiam amplexari debemus arg.c.iuuenis de ſponſ.& cap.ſignificaſti.2.de
homicid.& c.pen.& c.ad audientiam eod.& c.fin.de ijs,qui filios occid.nam in eo.c.ſignificaſti,
clericum , qui quendam percuſſerat, & ab alijs deinceps fuerat interfectus , quaſi homicidam
habendum, ĕt ſi fortaſſe homicida non ſit, Romanus Pont. decernit, ſi dignoſci nequeat , cuius
vulnere percuſſus interierit : & ſic dubitabatur , cuius vulnere homo ille interijſſet , & tamen
clericus pro homicida habetur; ergo idem in caſu noſtro concludemus. Atqui neque hac ratio-
ne propoſita ſententia nititur. Non eo cit.cap.ſignificaſti; nam clericum eum non homicidam
eſſe,ſed tanquam homicidam habendum ibi dicitur; dictio,autem illa Tanquam, & verbum il-
lud Habere minùs propriè ſignificant,vti de dictione Tanquam dixit Gloſſ.in c.ſolitæ in verb.
Tanquam de maior.& obed.& Iaſ.in l.pecuniam.nu.3.ff.ſi cert. pet.,& in l.1.nu.2.C.de hæred.
Inſtit.& de verbo Habere probatur in l.mercis appellatione,& ibi not.gloſſ.ff.de verb. ſign. &
Bart.in l.legis Iuliæ.ff.de adult.& Iaſ.in l.pro hærede.ff.de acquir.hæred.aliud enim eſt eſſe ta
le,aliud haberi pro tali; non igitur homicidam eſſe eum clericum Summus Pont. dixit ; ſed, ne
aut contra conſcientiam diuinis faciendis,ille peccaret,aut,ſi ſuo vulnere interijſſet,irregularis
fieret celebrando,pro homicida haberi eum voluit. Non denique eadem ſententia nititur ra-
tione,quatenus dicebatur in dubio,quod tutius eſt,amplexandum eſſe,ac propterea,vt excom
municatum hunc exiſtimandum; nam,qui ab ea ſe abſtinet, tutior erit, quamuis ille nihiloma-
gis excommunicatus futurus ſit;ac planè,cùm id ignoretur,qua ratione,id quod incertum eſt ;
pro certo affirmabimus? Quare contraria ſententia,vt in dubio excommunicatum quem non
eſſe affirmemus,verior videtur. Et hoc ob eam rationem, quòd in pœnis benignior interpreta-
tio facienda eſt arg.c.in pœnis, & cap.odia de reg.iur.lib.6.& l.interpretatione.ff.de pœn.cùm

igitur excommunicatio pœna sit arg.cap.sacro,& ibi gloss.de sent.excom.iure excommunicatum hunc non esse interpretandum videtur,quandoquidem ea interpretatio benignior est,qua pœna tollitur,vt dixit Abb.in c.eum tu.num.2.de test. hæc ratio mihi non probatur; nam,etsi benignior interpretatio in pœnis facienda est,non tamen benignior dicitur, vbi animæ periculum aditur,vt sensit Abb.in c.ad audientiam.num.2.de homi.quod hic contingeret; nam cum hoc,tanquam cū non excōmunicato quis versaretur,vnde contingeret ab hoc peccari,quia contra conscientiam facit cum eo versando, quem excommunicatum dubitat, item in minorem excommunicationem non nunquam incidere, vbi re vera excommunicatus erat. Vnde tertio Inn.in c.cùm tu de test.& in c.ad audientiam de homicid. in iudicijs pro excommunicato hunc non habendum sensit, secus autem in foro animæ, id quod sensisse gloss.etiam videtur in c.vn. de seruit.cuius sententia non satis probabilis esse apparet;nam ratio,quamobrem in iudicio hic excommunicatus esse pro certo dici non potest,& in foro animæ locum habet, tam enim dubij in iudicio,quàm extra iudicium sumus. Hinc postremò Abb. in eod.c.ad audientiam. nu.2.& in cit.cap.cùm tu , vbi Felin. eum sequitur, plurimumq; commendat,num.17. cōcmq; inquit Nauar.in c.si quis autem. n.35.de pœn.d.7.quā tamen non omnino probat videtur.vbi materiā hanc generatim tractauit,sic distinguebat.Aut agitur in iudicio, quo is, qui excommunicatus dicitur,puniatur,vt pote vt beneficio priuetur,quasi excommunicato collatum sit,& in hoc casu pro non excommunicato habendum esse censuit; nam in pœnis benignior interpretatio faciēda est arg.c.in pœnis,& c.odia de reg.iur.lib.6. Aut agitur in foro pœnitentiæ,vt scilicet pœna imponatur,& in hoc casu, quoniam nullum periculum est,& in foro pœnitentiæ tutior pars, licet grauior est amplexanda, ob eam rem pro excommunicato habendum hunc esse existimauit, quod & locum habere sensit, vbi in foro quasi pœnitentiæ ageretur, vel vt sic affectus ab altari se abstineat, vel ab alio actu; ex quibus patet Abb. non dissentire ab Inn. sed potius ipsum interpretatum esse: & hæc sunt, quæ præcipuè à doctoribus in hac quæstione afferuntur. Quid igitur concludendum? Ego,vt ipsam pleniùs absoluam,contemplanda hæc mihi propono.Primùm an hunc,de quo,excommunicatus sit,nec ne,dubitatur, excommunicatum esse affirmare pro certo possimus. Deinde (esto,id non possit) an vitare ipsum tanquam excommunicatum debeamus.Tertiò,an prohiberi interim possit,ne ecclesiæ communione vtatur. Quartò,an ipse pro excommunicato se gerere debeat. Postremò,si quid contra facit,an peccet,anq;
11 puniatur. † Quò ad primū igitur breuiter concludendū censeo neque in iudicijs, neque extra iudicium pro certo ipsum excommunicatum esse nos asserere posse, vel ad pœnā, vel non ad pœnam agatur. Primò, quia incerta pro certis haberemus, quod fieri non debet. Deinde; quia, si excommunicatio huic obijciatur, quò ab agendo excludatur, excommunicationis species, excommunicationisq; nomen exprimi debent,eademq; apertissimis documentis probari, vt habetur in c.1.in vers. Si quis igitur de except.lib.6. at, cum hic dubitetur, sicuti proponimus; iure aduersarius non audietur. Minùs autem,vbi agitur,quò hic puniatur,quasi eam non seruauerit:quandoquidem actore non probante,præsertim in delictis,vbi probationes luce meridiana clariores postulantur arg.l.fin. C. de probat. reus absoluitur arg. l.qui accusare. C.de edend. in iudicijs igitur pro certo hic excōmunicatus haberi non debet.Non etiam extra iudicium, cùm ob easdem rationes, tum quòd excommunicatus esset,nec ne,frustra dubitaretur;neque in iudicijs ergo,neque extra iudicium pro certo affirmare, negareuè ipsum excom-
12 municatum esse possumus,& in hoc casu secunda sententia locum habebit. † Quò ad alterum autem an vitare ipsum quasi excommunicatum debeamus,ipsum non vitabimus ob extrauag. ad euitanda, quam in superiori cap.posuimus, ac declarauimus §.7.nam hodie ob eam constitutionem vitare excommunicatum non cogimur,nisi notoriè excommunicatus,denuntiatusuè sit;hunc verò huius generis nō esse satis per se constat:quamuis igitur publica fama sit aliquem verberasse clericum,antequam tamen denuntietur,ipsum vitare non cogimur; ex quo apparet quò ad hoc abrogatum c.cùm desideres §.secundæ quæstioni de sent. excom. sicut & diximus in superiori cap.§.7.in fine: quamuis, vbi dubitaremus, an denuntiatus esset, vitare saltem se-
13 cretò eum deberemus, vt ibi dixi. † Quò ad tertium autē an prohiberi interim possit,quò minùs ecclesiæ communione vtatur, concludo etiam, vbi scandalum, offensaq; Christi fidelibus fieret,impediri hunc posse arg.cit.c.cùm desideres.§.secundæ de sent. excom. & eod.c.significasti.2.de domicid.& cit.c.ad audientiam eod. & in hoc casu locum habebit, quod dixit Abb. in eod.c.ad audientiam,impediri scilicet hunc posse in foro quasi pœnitentiæ, vt hic ab altaris ministerio se abstineat,non enim ei subuenitur per extrauag.ad euitanda: prætetea scandalum adest;

14 adest; quare aut se purgabit, aut ad cautelam absoluetur iuxta cit. §. secundæ. † Quò ad quar-
tum verò an hic, qui dubitat, excommunicatus sit nec ne, se abstinere debeat ab ecclesiæ
communione: sine dubitatione abstinendum ei esse censeo. Primò, quoniam hic, ex quo ponit
se periculo peccandi, peccat, vt asseruit pluribus id Nauar. in cap. si quis autem num. 56. vers. Et
ratio illa naturalis, & num. 58. vers. Probatur primò de pœnit. dist. 7. & eod. nu. 56. id communi-
ter receptum testatur, inde illud Eccl. 3. Qui amat periculum, peribit in illo. Præterea contra
conscientiam quodammodo facit, quo casu etiam grauiter offendit, vt tradidit Syluester in
verb. Conscientia. Addo, si excommunicatus sit, irregularem ipsum fieri; iure igitur se abstinere
debet, quò minùs Deum offendat: nàm & hæ sunt rationes; quamobrem Romanus Pont. tu-
tiorem semitam in dubijs nos eligere debere dixit in cit. c. ad audientiam: eædem etiam, quam-
obrem in cit. c. significasti, in dubio eum clericum tanquam homicidam habẽdum censuit, quis
fortè homicida non esset, & à sacerdotij officio ipsi abstinendum; quandoquidem in hoc casu,
vt inquit ibi, cessare tutius est, quàm temere celebrare pro eo, quòd in altero nullum, in reliquo
verò magnũ periculum timeatur: eædem quoque, quamobrem in c. petitio tua eod. de homic.
clerico, qui, ne à se quispiam interfectus esset, dubitabat, respondit, si conscientia eum mordeat,
vt à ministerio altaris se abstineat; cùm sit consultius, vt inquit ibi, in huiusmodi dubio abstine-
re, quàm temerè celebrare: eædem, quamobrem excommunicatum quendam reprehendit, qui
dubitans, an esset excommunicatus, diuina nihilominus administrauit, vt habetur in c. illud de
cler. excom. min. Quia tamen, dicitur enim ibi, in dubijs via est tutior eligenda: &, si de lata in
eum sententia dubitaret, debuerat tamen potiùs se abstinere, quàm sacramenta ecclesiastica
pertractare. Ex his igitur iam constat hunc se abstinere ab ijs debere, quæ per eam censurã pro-
hibentur, qui se irretitum esse probabiliter dubitat, atque sic sensit etiam Mar. Soc. Sen. in c. per
tuas. num. 18. vbi in dubio quem potiùs se excommunicatum, quàm non excommunicatum exi
stimare debere ait de sent. excomm. Constat etiam alterum, quod & inuestigandum nobis pro-
posuimus, eundem, si contra faciat, peccare; atque idcirco in pœnitentiæ foro pœnam de more
inurendam ei esse: &, quoniam rationes propositæ & in foro exteriori locum habent, & iura ci-
tata, ob eam rem & dispositio locum habet; quod & Nauar. viden. comprubauit in c. si quis au-
15 tem. num. 36. de pœnit. dist. 7. † At quid si exempli gratia quis clericum percusßit, quò se tue-
retur, quo casu in excommunicationem non incidit, vt habetur in c. ex tenore de sent. excom.
sed dubitat tamen an defensionis terminos egressus sit, an in pœnitentiæ foro, vel quasi pœna
hanc inuri debet? sine dubitatione inurendã eã esse, ac posse censeo, vt probatur in c. fin. de his,
qui fil. occid. & cit. c. significasti, ibi post pœnitentiam de homicid. etenim bonarum mentium
est culpam ibi agnoscere, vbi culpa nulla est, vt habetur in cap. fin. dist. 5. & in c. 2. de obseruat.
ieiun. atque ita in hoc casu sententia Abb. nec non Inn. quatenus de foro pœnitentiæ agunt, lo-
cum sibi vindicabit; interim igitur, vt diximus, se abstinebit, & absolutionem, quò tutior sit, im-
petrabit arg. cit. c. cùm desideres. §. secundæ de sent. excom. & quæ diximus de excommunica-
tione, eadem de suspensione, ac de interdicto dicta esse volumus, atque in proposita quæstione
sic concludendum censeo. Sicut ergo peccat, vbi probabiliter excommunicatus sit nec ne, dubi-
tat, si hominum communionẽ non vitet, ita è contrario non peccabit (vt, vnde digreßi sumus,
16 eò reuertamur) vbi probabiliter se censura irretitum ignorat. † Tertiò non peccat etiam, vbi
quis bona fide, probabiliq; ratione se censura irretitum nõ esse credit, quamuis scrupulus quis-
piam aliquando ei occurrens repugnet, vt sensit, pluribusq; huiusmodi rem egit Nauar. in c. si
quis autem. num. 64. de pœnit. dist. 7. idq; meritò, tum quòd hic non dubitat, quandoquidem
firmiter se excommunicatum non esse credit, dubitans verò est is, cuius animus ad diuersa fer-
tur, & neutrum eligit, vt asseruit gloss. in l. de statu. ff. de test. quam communiter receptam esse
testatur Nauar. eod. c. si quis autem. num. 48. tum quòd nec hæreticus dicitur, qui omnia fidei
catholicæ vera esse credit, quamuis scrupuli non nunquam aliqui occurrant, quibus tamen resi-
stit, confirmando se fidei ecclesiæ, vt dixit Io. And. quem sequitur Abb. in c. 1. de hæret. & com-
17 muniter receptum esse testatur Nauar. in eod. c. si quis autem. num. 49. † Quartò non peccat
excommunicatus, si hominum, sacramentorumq; communione vtitur, vbi id ignoratur; si id
propterea faciat, aut ne se infamet, scandalumuè det, aut ne missæ sacrificium incohatum relin-
18 quat, vt in proximo cap. declarauimus. † Quintò non peccat, vbi excommunicatio, censuraq;
ad peccandum induceret, si id ageretur, quod per censuram præceptum est, cuiusmodi excom-
municationis species habetur in c. inquisitioni de sent. excom. atque sic not. Marian. Socin. Sen.
19 in c. per tuas. num. 19. vers. Quæritur sextò eod. † Postremò non peccat alius, qui excommu-

 nicatum,

nicatum, censurauè alia irretitum in ijs non vitat, quæ per censuram ei prohibita sunt, vbi neq; notorius, neq; denunciatus est, qui censura constrictus tenetur ob extrauag. ad euitanda, quam posuimus cap. 13. §. 7. in hac Tab. sed de prima pœna, quam is subit, qui contra censuram facit hactenus; ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Irregularis fit clericus excommunicatus, interdictus, suspensusuè, qui diuina, vt prius facit, & munus aliquod ordinis, vt clericus, exercet: quæ regula, quousque pateat, etiam declaratur.*

2 *Episcopus à pontificalibus suspensus an ea exercendo irregularis fiat.*

3 *Episcopus excommunicatus, censurauè alia irretitus irregularis fit, si aut*
   Chrisma conficit.
   Baptizatos confirmat.
   Ordines confert.
   Degradat.
   Abbates, virginesq; consecrat.
   Ecclesias, arasq; consecrat, easuè pollutas reconciliet.
   Episcopos consecrat, vbi archiepiscopus est.
   Benedictionem solennem tribuit.
   Absoluit ab excommunicatione precibus adiectis.

4 *Episcopus excommunicatus an irregularis fiat, si iter faciens benedictionem tribuit.*

5 *Sacerdos excommunicatus, censurauè alia irretitus, irregularis fit, si aut,*
   Missæ sacrum facit.
   Sacramenta administrat.
   Horarum canonicarum preces, vt clericus recitat.
   Benedicit aquam, sponsos, oliuas, & candelas.
   Mulierem in ecclesiam introducit.

6 *Diaconus excommunicatus, censurauè alia irretitus irregularis fit, si solemniter euangelium recitet.*

7 *Subdiaconus excõmunicatus, censurauè alia irretitus irregularis fit, si epistolam solemniter recitet.*

8 *Accolythus excommunicatus, censurauè alia irretitus irregularis fit, si vt talis suum munus exercet.*

9 *Exorcista excommunicatus irregularis fit, si suum munus, vt talis exercet.*

10 *Lector excommunicatus irregularis fit, qui suum munus, vt talis exercet.*

11 *Irregularis fit clericus excommunicatus, censurauè alia irretitus, qui autor est, & facit, vt diuina coram se celebrentur.*

12 *Irregularis non fit clericus excommunicatus, censurauè alia irretitus, qui censuræ inscius diuina facit.*

13 *Laicus excõicatus irregularis non fit censuræ vitio, si clerici munus aliquod exercet.*

14 *Irregularis non fit clericus excommunicatus, si mensam benedicit.*

15 *Irregularis non fit excõicatus, cẽsurauè alia irretitus, si ea, quæ iurisdictionis sũt, exercet.*

16 *Irregularis clericus excommunicatus, censurauè alia irretitus fit, qui iurisdictionem exercet, quæ ordinis ministerium coniunctum habet.*

17 *Irregularis clericus à beneficio suspensus non fit, si quid contra eam censuram facit.*

18 *Irregularis non fit suspensus à temporalibus, si ea exerceat.*

19 *Irregularis non fit clericus excommunicatus censuræ vitio, vbi ea ordinis munera exercet; quæ non habet.*

20 *Irregularis non fit clericus excommunicatus, censurauè alia constrictus, vbi ea, quæ ordinis sunt, vt laicus exercet, vt pote si*
   Sacerdoti sacra missæ facienti inseruiat, vt laicus.
   Epistolã recitet sine subdiaconi vestibus.
   Euangelium sine vestitu diaconi legat.
   Baptismum carimonijs non adhibitis administret.
   Recitet horarum canonicarum preces omisso Dominus vobiscum.

21 *Irregularis clericus excommunicatus, censurauè alia irretitus non fit, qui diuinis interest, dum ab alijs fiunt.*

22 *Irregularis clericus non fit excommunicatus, censuraq; alia irretitus, sacramenta suscipiendo, ordine excepto; & quamobrẽ.*

23 *Irregularis clericus, suspensus, interdictusuè non fit, vbi ea exercet, quæ per censuram ipsi prohibita non sunt.*

24 *Irregularis non fit clericus qui censura irretitus non est, quamuis contrarium ipse opinetur; si diuina facit.*

25 *Irregularis clericus non fit, qui præsente excommunicato, interdictouè diuina facit, & quid de clerico regulari.*

26 *Irregularitas quid operetur.*

27 *Dispensare cum irregulari quis possit.*

§. 1 Irre-

I.

1 §. † Irregularis quoque redditur ipso iure clericus excommunicatus, interdictus, suspensusué, qui diuina, vt priùs, celebrat, & munus aliquod ordinis ex officio, ac solenniter obit; Caueant autem, dicitur enim de suspenso in cap. 1. de sent. excom. lib. 6. ecclesiarum prælati, & iudices vniuersi, ne prædictam pœnam suspensionis incurrant; quoniam, si contingeret eos sic suspensos diuina officia exequi, sicut prius, irregularitatem non effugient: idem habetur in c. 1. de re iud. eod. lib. De interdicto autem sic habetur in c. is, cui de sent. excom. eod. lib. Is, cui est interdictus ecclesiæ ingressus, cùm sibi per consequēs censeatur in ipsa diuinorum celebratio interdicta, irregularis efficitur, si contra interdictum huiusmodi diuinis in ea se ingerat in suo agens officio, sicut priùs; De excommunicato deniq; sic habetur in c. 7. 11. q. 3. Si episcopus in Concilio excommunicatus fuerit, siue presbyter, aut diaconus à suo episcopo, & post excommunicationem præsumpserit, siue episcopus ille, aut presbyter, aut diaconus facere oblationem, vel matutinum, vel vespertinum sacrificium quasi in officio suo agere, sicut priùs, non liceat ei nec in alio Concilio spem reconciliationis habere; idem in c. fin. de cler. excom. min. à contrario sensu probatur; Irregularis igitur clericus efficitur, vbi excommunicatus, interdictus, suspensusué, vt priùs diuina facit, idest vbi munus aliquod ordinis ex officio exercet, atque sic asseruit Inn. in cap. 1. nu. 4. in verb. Irregularitatem de sent, excom. lib. 6. & Gemin. ibidem in §. si quis autem. num. 4. vers. Quæro, an suspensus, & Philip. Frau. eod. §. fin. & Anchar. num. 2. vers. Conueniunt etiam in irregularitate, idem Inno. in c. nisi, num. 9. vers. Item nota, quòd suspensi de renunt. & Abb. in c. 2. num. 7. vbi & Mar. Soc. Sen. num. 6. de cler. excom. min. & in c. clerici. num. 1. & ibi etiam Soc. num. 2. & in c. illud. nu. 8. eod. & in c. licet de cohab. cler. & mul. & in c. fin. num. 4. cum seq. & ibi quoque Zab. de interdicto. num. 1. de excess. prælat. & Felin. in c. Apostolicæ. nu. 17. vers. Et scias, quòd suspensus ab officio de except. & Nauar. in Man. c. 27. num. 244. vbi de communi sententia testatur, & Couar. in cap. alma pars 1. §. 8. num. 1. de sent. excom. lib. 6. nam, quò irregularis quis efficiatur, necessariò requiri ait, vt suspensus sit ab actu aliquo ordinis, & Maiol. cap. 21. nu. 1. lib. 3. de irregul. & Henric. Boh. c. in c. fin. num. 9. de cler. excom. min. non est igitur, quod hac de re dubitemus, Hæc autem regula sic constitura declaratur primò, vt locum habeat, cuicunq; ordini clericus initiatus sit; irregularis igitur efficietur, si munera ordini suo addicta, vt prius obierit, etiā in minoribus ordinibus constitutus; Si quis presbyter, aut alius clericus, &c. inquit enim Romanus Pont. hac de re agens in cap. 2. de cler. excom. min. ergo & in minoribus ordinibus constitutus comprehenditur, cùm ob dictionem illam Si quis, quæ generalis est arg. l. 1. ff. de verb. sign. tum ob verbum Clericus, quod ad inferiores etiam clericos pertinet arg. c. de persona in fin. 11. quæst. 1. & c. cùm contingat de ætat. & qualit. vbi per primam tonsuram quem in clericorum numerum adscribi probatur, atque sic tradidit Inno. in c. fin. num. 1. vers. In officio autem, & Abb. num. 5. de excess. prælat. & Anchar. in c. 1. num. 2. vers. Contrahitur ergo, ibi & habet locum, & Philip. Franc. eod. §. caueant vers. Si verò talis est, vbi communem sententiam hanc esse sentit, eandem communiter receptam itidem testatur Abb. in cit. c. 2. num. 10. de cler. excom. min. & Syl. in verb. Irregularitas. nu. 15. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 163. vers. Dixi etiam minores, & Maiol. cap. 21. num. 5. de irreg. lib. 3. & summ. Coron. in 3. part. de suspens. cap. 9. nu. 4. modò tamen solemniter minores exerceat, vt ibidem dixit; Siue igitur Hostiarius, siue Lector, siue Exorcista, siue Accolythus fiet, qui minores ordines habere dicuntur, vt probauimus in Tab. de ord. cap. 24. irregularis efficietur, si munus quodpiam sui ordinis ex officio obeat; & multò magis subdiaconus, Diaconus, Sacerdosué, qui maiores ordines habere dicuntur, censura constricti sua munera, vt priùs, obeundo in irregularitatem incident.

2 † At quid, si episcopus à pontificalibus suspendatur, an si ea vt priùs exerceat, irregularis fiet? hanc quæstionem disputarunt DD. Inn. Philip. Fran. Gemin. & Anchar. in c. 1. de sent. excom. lib. 6. Non nulli, si cum pontificalibus sic suspensus celebraret, irregularem ipsum non fieri existimarunt; quam sententiam secutus videtur Inn. in eod. cap. 1. num. 2. in verb. A diuinis, hanc eandem sequuntur, Io. Mon. & Specul. in tit. de irregul. cap. quid sit irregularitas col. 12. vers. Quid si episcopus. Probatur autem primò hac ratione, quoniam iure cautum id non reperitur, vt suspensus à pontificalibus celebrando irregularis fiat; ergo irregularis non efficitur; nam in irregularitatem quis non incidit, nisi vbi iure id cautum habetur, vt dicitur in cap. is, qui de sent. excom. cùm igitur iure irregularis non fiat, neque nos nostra interpretatione irregularem ipsum facere possumus, aut debemus arg. l. de pretio. ff de publ. in rem act. etenim de pœna agitur, ac propterea coarctanda est arg. c. odia de regul. iur. lib. 6. & l.

 inter-

interpretatione.ff.de pœn. Confirmatur sententia hæc, quoniam pontificalia non sunt de substantia ordinis, nec officij; nam & sine eis quodlibet officium fieri potest; at irregularis quis efficitur, vbi ordinem habens, sed eius executione carens diuinis se miscet; ergo in irregularitatem hic non incidet, ex quo Pontificalia non sunt de substantia officij. Atqui contrariam nihilominus sententiam, vt scilicet irregularis hic fiat, amplexati sunt Io.Cald.in tract.de eccle. siast.interdict.in secundo membro tertiæ quæstionis, quæ incipit Sed, si cui, & Gemin. in c.1.§. si quis autem.num.5.de sent.excom.lib.6.& Nauar.in Man.c.27.num.163.vers. Ex quo infertur primò. Probatur autem hac ratione; quoniam, qui functionem aliquam ordinis cuiuspiam exercet, vbi ab eodem suspensus est, irregularis efficitur, vt supra probauimus, & communiter DD.concludunt; ergò & episcopus à pontificalibus suspensus, si quid eorum exerceat, irregularis efficietur; nam episcopatus ordo est, vt canonum interpretes communiter concludunt, & gloss.in proœm.decret.lib.6.in verb.Episcopus, vbi etiam DD.eam sequuntur; & facit c.cleros. dist.21.& c.perlectis.dist.25.& apud Trid.Syn.de ord.cap.4.& can.6.cum seq.sess.23. ex quo patet secundum ipsos ad rationes contrariæ sententiæ responsum esse. Ego autem sic distinguendum censerem. Aut nomine pontificalium ornamenta pontificum accipimus, scilicet baculum, mitram, & id generis, quibus, dum sacra fiunt, ipsi vtuntur; & in hoc casu suspensum irregularem non fieri censeo, qui ab his suspensus diuina facit, ipsis vtendo. Nam ornamenta huiusmodi diuina officia non sunt, vt per se patet; at, vt suspensus irregularis fiat, diuina officia ipsum exequi, sicut priùs oportet arg.c.1.§.caueant de sent.excom.lib.6.& c.1.§.sciturus de re iud.eod. lib. & tot.tit.de cler.excom.min. & in huiusmodi casu sententia Inno. locum habebit; nam & sic ipse intellexisse videtur per ea verba Item pontificalia non sunt de substantia ordinis, nec officij; quia & sine eis quodlibet officium fieri potest; quibus verbis manifestò apparet pontificalium nomine ornamenta, quibus Pontifices vtuntur, ab Inno.accipi. Aut nomine pontificalium munera, quæ pontificum sunt, accipimus, vt ordines conferre, baptizatos confirmare, virgines, ecclesiasq; consecrare: & in hoc casu, qui à Pontificali suspensus est, vel ornamentis illis non adhibitis ea munera obeat, irregularem fieri sentio; nam sine dubitatione hic diuina facit, & vt ex officio (non enim ratione alia fieri hæc possunt) qui verò suspensus à diuinis officijs ea, vt priùs exercet, irregularis efficitur, vt habetur in cit.c.1.§.sciturus de re iud. & c.1. §.caueant de sent.excom.eod.lib.6. Nec repugnat, quatenus à Theologis episcopatum ordinem non esse concluditur, ac propterea irregularitatem inde non proficisci; nam primùm respondeo apud iuris pontificij interpretes communiter contrarium teneri, vt vidimus, quos in hoc nos sequi debere dicendum videtur, ex quo irregularitas non diuino iure, sed Pontificio positiuo inuenta est arg.cit.c.is, qui de sent.excom.lib.6. præterea ius pontificium non dicit irregularem eum tantùm fieri, qui diuina quæpiam alicuius ex septem ordinibus facit, sed generaliter, qui diuina facit; Caueant autem ecclesiarum prælati, dicitur enim in eod.c.1.de sent.excomm.iudices vniuersi, ne prædictam pœnam suspensionis incurrant; quoniam, si contingeret eos sic suspensos diuina officia exequi, sicut priùs, irregularitatem non effugient: ecce hic generaliter diuinorum officiorum mentio fit, non huius, illiusuè ordinis; ergo & episcopatus officia, quæ diuina sunt, comprehendentur; & in hoc casu posterior sententia locum habebit; sic igitur has inter se opiniones conciliandas censere. Secundo loco declaratur regula hæc, vt locum habeat, cuiuscunque ordinis functiones clericus excommunicatus, suspensus, interdictusuè exerceat arg.cit.c.1.§.caueant de sent.excom.lib.6.& c.1.de re iud.eod.lib. Caueant autem, dicitur enim ibi, ecclesiarum prælati, ne prædictam pœnam suspensionis incurrant; quoniam, si contingeret eos sic suspensos diuina officia exequi, sicut priùs, irregularitatem non effugient. Ecce hic Rom.Pont.simpliciter diuina officia nominat; eaq; ne suspensus obeat, prohibet, idè habetur in cit.c.1.de re iud. Sciturus, dicitur enim ibi, quòd, si suspensione durante damnabiliter ingesserit se diuinis, irregularitatis laqueo se inuoluet. Ecce hic quoque simpliciter diuina prohibentur, nec hórum magis, quàm illorum diuinorum mentio fit; ergò generatim de diuinis omnibus id cautum esse accipiemus; nam, vbi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus arg.l.de pretio.ff.de publ.in rem act.& vbi indefinitè loquitur, indefinitè, ac generaliter intelligi debet arg.l.si pluribus, & ibi not.ff.de leg.2.cù simil. etenim nec ratio vlla suadet, cur magis diuina hæc, quàm illa exercendo clericus sic affectus irregularis efficiatur; ac propterea idem de omnibus statutum esse concludendum est arg.l.illud.ff. ad l.Aquil. & c.cùm dilecta de confirm.vtil.vel inutil.idem probatur c.si quis episcopus damnatur, & in c.seq. 11.q.3. & not.id Abb.in c.2.num.4.& num.7.& nu.10.& Mar.Soc.Sen. nu.6.vers. Not. quartò de cler. excommin,

min.& in c.3.num.1.eod.& in c.fin.num.5.de excessʃ.prælat.& Syl.in verb. Irregularitas.num.
3 15.communisq; Doctorum sententia hæc est. † Episcopus igitur excommunicatus,suspensus, interdictusuè irregularis efficitur,qui aut Chrisma conficit,aut baptizatos confirmat,aut ordines confert,aut ordinibus initiatos,de gradu suo re ipsa deicit,aut Abbates,virginesq; Deo dicatas benedictione afficit,aut ecclesias, arasq; consecrat, easdemuè pollutas reconciliat, aut,si archiepiscopus est,episcopos consecrat,aut solemnem benedictionem tribuit,aut precibus adhibitis ab excommunicatione absoluit; hæc enim ad episcopatus ordinem pertinent,vt probatur in c.quòd sicut. §. præterea de elect. & in c.quanto de consuet. & in cap.1.§.ad episcopum. dist. 25. & in c. quamuis corepiscopi. dist. 68. iunct. gloss. in c. transmissam de elect. & gloss. extrauag.suscepti in verb. Pontificalibus eod.de elect.& Trid.Syn.cap.4.de doctrina ord. & c. Abbates de priuil.lib.6.& Clem.2.eod.& Nauar.in Man.cap.27.num.163.vers. Ex quo infertur primò: irregularis igitur hæc obeundo episcopus efficietur; nam sic,si absoluat excommunicatum solemni ritu adhibito,qui habetur in c.cùm aliquis. 11.quæst.3.asseruit Inno.in c.fin. num.3.vers. Absoluere de excessʃ.prælat.& Zab. in c.fin.num.12.de excessʃ.prælat.& Phil.Fran. in cit.c.1.§.caueant vers.Et idem si prębeatur excommunicato absolutio,& Anchar.eod.nu.2. prope fin. sic etiam conclusit idem Phil.Fran. eod.§.caueant,vers. Et idem, si benedicatur solemniter populus,& Anchar.eod.num.3.prope fin.si solemnem benedictionem tribuat,quę ab episcopis tribui tantùm potest,ea scilicet adhibita forma Sit nomen Domini benedictum, de
4 qua agitur in eodem c.Abbates,& in cit.Clem.2.de priuil. † Quamuis contrarium de ea benedictione Anchar.sentiat, quæ ab episcopis tribuitur, dum iter faciunt; nam eam tribuendo irregulares episcopos non fieri sensit,quod fortasse verum non est,si vt episcopi eam tribuant.
5 † Sacerdos etiam irregularis efficitur,qui excommunicatus,suspensus,interdictusuè aut missę sacrum facit.Christiq; domini corpus,sanguinemq; conficit,vt inquit Gemin.in eod.c.fin.§.caueant.num.2.& Phil.Fran.eod.in prin.& in vers.Si verò talis est in dicto ordine de sent.excom. lib.6.Aut sacramenta administrat,vt idem Gemin.eod.c.1.§.si quis autem.num.7.vers. Quid de suspenso à collatione sacramentorum, baptismo excepto,vbi cærimonijs non adhibitis administratur,atque sic dixit de Extrema vnctione Ricard.dist.18.art.7.q.5.in fin.lib.4.quamuis de pœnitentiæ sacramento contrarium sentiat ob eam rem, quòd non solemniter exercetur: quæ opinio mihi non placet; nam ordinis adeò sacramentum hoc est, vt nisi sacerdos quis sit, administrare illud nequeat. Aut matutinas, vespertinasq; preces vt clericus, atque ex officio fundit,sicut Inno.tradidit in cap.fin.in prin.de excessʃ.prælat.& Specul.in tit.de irregul.col.10. vers.Hoc etiam nota,quòd excommunicatus,vel interdictus,& facit c.si quis episcopus in Concilio excommunicatus fuerit.11.quæst.3.iunct.Inn.in eod.cap.fin.num.5. vers. Vel si vis,aliter respondeas de excessʃ. prælat. Aut benedictiones quasdam facit, vt pote si aquam ad Christi fideles de more aspergendos consecret; sic enim sensit idem Gemin.eod.num.4.vers. Quæro an iste,& Philip.Fran.in cit.§.caueant vers. Si verò talis est in dicto ordine,ibi vnde si benedicatur aqua,& Specul.eod.col.11.vers. Quid de benedicente mensem, & Maiol.cap.21.nu.5.de irreg. lib.3.& Zab.in c.fi.nu.11.de excessʃ.prælat.idem si sponsos benedicat, vt habetur in c.1.& 3.de secund.nupt.vbi ad sacerdotes munus hoc spectare dicitur, atque ita Phil.Fran.dixit eod.§.caueant vers. Si verò talis est in dicto ordine, ibi & idem si benedicentur nuptiæ, & Maiol.eod.& Zab.eod.qua ratione, & si mulier post partum in ecclesiam à clerico huiusmodi de more introducatur,ob preces,quę tunc funduntur,idem censeo,atque sic dixit Maiol.eod.num.5.quamuis mulier ijs non adhibitis in ecclesiam ingredi per se queat, vt habetur in c.1.de purg. post part. idem de benedictione oliuarum, atque candelarum, quæ Christi fidelibus in ecclesia festis quibusdam diebus distribuuntur, atque sic dixit Maiol. eod. nam functiones huiusmodi vniuersæ ad sacerdotes pertinent,vt de sacramentis probauimus in comment.nostr.de Eucharist.Tab.4. cap.2.num.3.de bapt. Tab.2.cap.4.nu.3,de pœnit.Tab.5.cap.2.nu.3.de extrem.vnct.Tab.6. cap.2.nu.3.de diuinis precibus,ac benedictionibus probatur in c.1.§.ad presbyterum.dist.25.
6 & cap.quia sacerdotes,& cap.hanc consuetudinem. 10.quæst.1. † Diaconus iridem irregularis efficitur,si ipse quoque censura irretitus euangelium solemniter recitet; hoc enim eius munus est,hæc ei facultas tribuitur in ordinis huius collatione; Accipe potestatem,tunc enim dicitur,legendi euangelium in ecclesia Dei tam pro viuis, quàm pro defunctis in nomine domini,vt refert Cat.de ordine,vbi de diaconatu agit;quod igitur & euangelium hac ratione recitare in diuinorum officiorum numero habetur (pars enim missæ est) ob eam rem illud exercens censura constrictus irregularis fiet,atque ita sensit Abb.in c.fin.nu.5.de excessʃ.prælat.& in c.2 num.4.

num.4. de cler.excom. min. & Phil.Fran. in eod.cap.1.§.caueant verſ. Si verò talis eſt in dicto ordine,& Gabriel.Biel.diſt.18.quæſt.2.art.3.verſ. Item non poteſt ordinare lib.4.& Nauar.in Man.cap.27.num.163.iunct.verſ. In diaconatu, & Ricard.de Med.Vill.diſt.18.art.7.q.5.verſ.
7 Illi etiam irregulares lib.4. † Subdiaconus quoque in irregularitatem incidet,vbi cenſura obligatus epiſtolam, vt ſubdiaconus recitabit,ideſt ſolemniter cum veſtimentis ſubdiaconi, vt dixit Ricard.eod.hoc enim quoque tradidit Abb.eod.cap.fin.num.5. de exceſſ.prælat. & Philip. Fran.in cit.cap.1.§.caueant eod.verſ.& Syl.in verb. Irregularitas.num.15.ibi Quod intellige, ſi exerceat illud ſine ſolemnitate,à contrario ſenſu; hoc enim munus clericorum eſt,& diuinum; quare,dum ſubdiaconus conſecratur,epiſcopus epiſtolarum librum ei tradens ſic inquit Accipe librum epiſtolarum, & habe poteſtatem legendi eas in eccleſia ſancta Dei, tam pro viuis, quàm pro defunctis, vt refert Cat.eod.at quid, ſi Calicem, Patenamq; ad altare deferat (hoc enim & ſubdiaconi munus eſt; nam harum rerum traditione ordinis huius character imprimitur,vt probauimus, in Tab.de ord.c.18.) planè & hic irregularem fieri cenſeo,modò id ſolemniter,& ex officio faciat;violatur enim & hac ratione cenſura, atque ita ſenſiſſe videtur Inno.in eod.cap.fin.de exceſſ.prælat.in prin.ibi Offerendo in miſſa Calicem, vel vrceolos, hoc etenim
8 & diuinum officium eſt. † Accolythus itidem irregularitatem non effugit, ſi ſolemniter, & ex officio cereos accenſos deferat, vt ſenſit Inno.in cit.cap. fin.num.3. & Specul.in tit.de irregul. colum.11.verſ.Quid ſi diaconus; namq; hoc ipſius munus eſt, ac propterea in eius ordinis collatione dicitur Accipe ceroferarium cum cereo, & ſcias te ad accendenda eccleſiæ luminaria mancipari; idem ſi vrceolos,dum miſſæ ſacrum fit,offert; nam & hoc eius munus eſt,& habetur in cap.Accolythus.diſt.23. & horum traditione character imprimitur, vt probauimus in Tab. de ord.cap.18.atque ita ſenſit Inno. in cit.cap. fin. in prin. ibi In ſuo officio offerendo in miſſa
9 ſcilicet Calicem,vel vrceolos. † Exorciſta itidem,ſi exorcizet,irregularis reddetur; nam,dum ordo hic tribuitur, facultas hæc ei datur; ſic enim inquit epiſcopus in eius ordinis collatione Accipe, & comenda memoriæ, & habe poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos,ſiue baptizatos, ſiue Cathecumenos, vt inquit Cat.eod. atque ita ſenſit Syl.in verb. Irregularitas.
10 num.15. † Lector etiam,ſicuti quoque Hoſtiarius,ſi ex officio.ſ.cum ſuis veſtibus veſtitu.ſ.quæ ad huiuſmodi ordines pertinet,vt ſenſit Nauar.c.7.n.16.verſ. Vndecimò deferat, de or.& hor. canon.& ſumma Coron.in 3.part. de ſuſpen. cap.9. num. 4. ſua munera exercent; huiuſmodi pena afficiuntur,ex quibus patet,vt irregularis quis fiat,diuina ea exercere debere,quæ ordinis alicuius ſunt.Tertiò declaratur hæc regula,vt locum habeat,vbi clericus cenſura irretitus diuina ordinum,quos habet,vt priùs,atque vt ex officio exercet. Si contingerit, inquit enim ſummus Pont. in cit.cap.1. de ſent.excom. lib.6. eos ſic ſuſpenſos diuina officia exequi ſicut prius, irregularitatem non effugient. Hæc ibi; ſi ergò, vt irregulares fiant, ſicut priùs diuina officia exequantur, oportet, manifeſtò conſtat diuina ordinum, quos habent, vt priùs ipſos exercuiſſe oportere;atque ita gloſſ.ibi not.in verb. Sicut priùs,& Philip.Fran.eod.verſ. In gloſſa in verb.Sicut,& Gemin.eod.§.caueant.num.2.& Anchar.eod.num.2.verſ. Contrahitur ergo, & communiter DD.Si contra interdictum huiuſmodi,dicitur quoque in c.is,cui eod.diuinis in ea ſe ingerat in ſuo agens officio,ſicut priùs. Si quis epiſcopus in Concilio excommunicatus fuerit,ſiue presbyter,aut diaconus à ſuo epiſcopo,habetur denique in cap.ſi quis epiſcopus. 11.q. 3 & poſt excommunicationem præſumpſerit,ſiue epiſcopus ille,aut presbyter,aut diaconus facere oblationem, vel matutinum, vel veſpertinum ſacrificium, quaſi in officio ſuo agere, &c. ecce,hic quoque probatur clericum cenſura irretitum,quò irregularis fiat,diuina vt priùs,& vt in ſuo officio celebraſſe debere. Hoc autem ſcilicet, vt ex officio diuina geſſiſſe quis dicatur, tribus rationibus id cognoſcitur. Primùm vbi diuina huiuſmodi agit, quæ clericorum tantùm ſunt,& à clericis tantùm adminiſtrari queunt,adminiſtrataq; valent;nam hæc,quacunq;ratione à clericis agantur, ex officio acta ſemper intelligentur, cùm alia ratione geri nequeant: huiuſmodi autem generis ea diuina ſunt,quæ epiſcopatus ordinis eſſe ſupra probauimus;item ſacerdotij,vt miſſæ ſacri factio,ſacramentorum adminiſtratio, baptiſmo excepto; item benedictiones omnes; hæc enim, præterquam ab ijs, qui ordinibus illis initiati ſunt,ſi agantur,quòd non valent,ob eam rem ex officio tantùm acta intelligentur; ſic etenim ea,quæ extra ius, nomenq; hæredis geri non poſſunt,ſi à quopiam gerantur, vt ab hærede geſta eſſe cenſentur, vt concluſit Bart.in l.pro hærede,& in §.Papinianus.num.2.ead.l.ff.de acquir.hæred. Quare ſacerdos, qui extremam vnctionem adminiſtrat,etiam ſi ſolemnes preces non adhibeat;& ſuperpeliceo, ſtola;q; exornatus de more non ſit, tamen irregularis efficietur; nam à laico,ab eoq;,qui ſacerdos

non

non est, nulla ratione sacramentum hoc administrari potest, administratumue valet, vt probauimus in Tab. de extrem. vnct. cap. 2. num. 3. idem & de alijs huiusmodi diuinis. Secundò cognoscitur etiam ex officio diuina celebrata esse, vbi prior ratio cessat, quia scilicet & à laicis ea diuina fieri quoque possunt, quamuis ordinis clericorum sint, si ea clericus solemniter administrat; nam, quòd solemnis hæc celebratio ab ijs tantùm fieri potest, qui ei ordini initiatus est, ad quem munus illud spectat; ob eam rem, qui cærimonijs ijs adhibitis, vestibusq; ad id consuetis exornatus diuina hæc facit, ex officio facere dicitur; nam & talis quis esse existimatur, qualis vestitu indutus proficiscitur arg. c. in audiẽtia nostra de sent. excom. & ex factorum conditione voluntas cuiusq; declaratur, vt sensit gloss. in cap. 1. dist. 74. & Bart. in cit. l. pro hærede. num. 3. & arg. §. pauonum in Instit. de rer. diuis. Quare clericus subdiaconus excommunicatus, censuraue alia irretitus, si epistolam manipulo, & dalmatica exornatus recitet, quòd ex officio celebrare ille dicitur, ob ornatum eum, qui subdiacono propriè conuenit, vt sensit Syl. in verb. Irregularitas. num. 15. vers. Quod intellige, si exerceat illud sine solemnitate, irregularis efficitur. Eadem pœna afficietur diaconus huiusmodi vinculo constrictus, qui euangelium diaconatus vestitu indutus, stola scilicet adhibita recitat, vt sensit Syl. in verb. Irregularitas num. 14. vers. Conclude ergo, & Nauar. cap. 7. num. 40. in fin. de orat. & hor. canon. & de diacono, ac de subdiacono Ricard. dist. 18. art. 7. q. 5. lib. 4. vers. Ille etiã: idem de sacerdote sentimus, qui stola exornatus preces quascunque facit. Tertiò ex officio agere diuina clericus censetur, etiam si solemniter, & his vestibus de more non indutus illa faciat, vbi ea, vt priùs exercet, atque obit, vt probatur in cit. cap. 1. de sent. excomm. lib. 6. & c. si is, cui eod. & c. si quis episcopus in Concilio. 11. quæst. 3. Si clericus igitur matutinas, vespertinasq; canonicarum horarum preces campana signo dato, præsenteuè populo recitet, vel canonicus cùm alijs canonicis, vt priùs in Chorum vadat, easdemq; preces cum ipsis obeat, præsertimq; si hebdomadarij munus exerceat, inuitatusuè de more antiphonas proferat, quòd hac ratione, vt priùs facit, irregularis efficietur, vt tradidit Anchar. in cit. cap. 1. de sent. excom. num. 5. vers. Ad vnum tamen circa interdictos: nec repugnat, quod dixit Inno. in cap. fin. in prin. de excess. prælat. s. irregularem non fieri suspensum, qui officio interest, & cantat, quem sequitur ibi Abb. & communiter DD. nam verum illud est, vbi non vt priùs illud facit; quod & ipse id significat, dum addit, Non tamen celebrat, cùm hec aliquid fecit tanquam in suo officio agens; à proposita igitur sententia non discedemus. Eandem pœnam etiam subit, vbi solus easdem preces recitat, modò cum vers. Dominus vobiscum id faciat; nam hoc nisi ex officio recitari potest, atque ex officio hac ratione id fieri, vt dixit Archid. in cap. presbyterum. dist. 28. quem communiter receptum esse testatur Nauar. cap. 7. num. 16. vers. Vndecimò de orat. & hor. canon. nam censura irretitus diuinas preces, vt priuata persona recitare tantùm potest; versiculus autem ille Dominus vobiscum ad priuatam personam non pertinet, vt dixit Abb. in cap. 2. num. 8. de cler. excomm. min. & Syl. in verb. Irregularitas. num. 15. vers. Quartum prope finem. Ex his iam patet diuina partim ex officio tantùm fieri posse, & hæc aut solemniter, aut non solemniter; partim & ex officio, & non ex officio, & ex officio. s. vbi solemniter fiunt.
11 † Quartò declaratur regula hæc, vt locum habeat non solùm, vbi censura irretitus diuina ipse facit, verùm etiam, vbi autor est, vt alius se præsente diuina faciat; nam & tunc, siue excommunicatus, siue suspensus, siue interdictus sit, irregularis hic efficitur, vt tradidit gloss. in Clem. fin. in verb. Celebrari, & sequitur eam ibi Anchar. num. 4. vers. Tertiò nota de priuil. & Abb. in cap. illud. num. 8. vbi quoque Marian. Socin. Sen. num. 15. vers. Vltimò not. de cler. excom. min. & in cap. fin. in fin. de excess. prælat. & Couar. in cap. alma pars. 1. §. 6. in fin. de sent. excomm. lib. 6. cum citatis ibi ab eo, & Henric. Bohic. in c. fin. num. 9. vers. Si de excommunicato de cler. excom. min. & Gemin. vbi & quosdam alios idem sentire ait in cap. 1. §. caueant. num. 5. vers. Nisi autoritatem, & Philip. Franc. eod. vers. Nec etiam incurrit, si ex deuotione diuinis intersit de sent. excom. lib. 6. & Syl. in verb. Irregularitas. nu. 15. & Nauar. in Man. c. 27. n. 244. vers. Aut audit autorando. Et probatur in cit. c. illud in vers. Illud autẽ, quod sub spe veniæ; nam pro eodẽ habere ibi videtur Rom. Pont. & in vers. Vnde cum nec ante, celebrare, & facere sibi celebrari; at, vbi celebrat censura irretitus, irregularis fit, ergò &, vbi autor est, & facit, vt coram se celebretur, irregularis fiet. Quare Abb. in eod. cap. fin. in fin. de excess. prælat. ne Prælati ecclesiæ excommunicationis, interdicti, suspensionisuè tempore coram se diuina celebranda curent, neque ipsis, dum fiunt, intersint, quòd tunc ipsis autoribus ea fieri existimantur, ipsos admonuit. Quintò declaratur, vt locum habeat, etiam si sententia censuræ iniusta sit, vt de excommunicato iniustè asseruit Couar. in cap. alma pars. 1. §. 7. num. 7

vers.

verf. Quarta conclusio, & verf. His equidem probatur de fent. excomm. lib. 6. Sextò locũ etiam
habet in foro animæ, vt id pluribus egit Couar. eod. verf. His equidẽ, ibi ex quibus ipse opinor.
Septimò locum habet, etiam si nec notorius, nec denunciatus sit; nam extrauag. ad euitanda
nihil ei prodest, vt suo loco vidimus, atque sic dixit Couar. in eod. cap. alma pars. 1. §. 6. num. 9.
Postremò eadem regula locum sibi vindicat, vel ab homine, vel à iure quis excõmunicatus sit,
vt dixit Henric. Bohic. in cit. c. fin. num. 9. vbi & alios idem sentientes refert: hac regula sic de-
clarata, iam eiusdem exceptiones, quas patitur, explicemus. Primùm igitur, vbi non peccat
censura irretitus diuina faciendo (quod, quandò id esset, superiori cap. posuimus) ibi nec irre-
gularis efficitur, vt pote quia aut sententia censuræ nulla est, aut absolutione fuit sublata, aut
necessitate cogente cærimonijs non adhibitis baptismum contulit, pœnitentiamuè admini-
strauit, vt de baptismo sensit Anchar. in cit. c. 1. num. 2. in fin. de sent. excom. lib. 6. & Specul. in
tit. de irregul. colum. 12. verf. Quid si excommunicatus, vel suspensus baptizet; etenim & in
12 irregularitate eadem ratio est, ac propterea idem statui debet arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. † Aut
vbi se suspensum, interdictum, excõmunicatumuè probabiliter ignorat; nam neque hic, si diui-
uina, vt prius facit, irregularis efficietur, vt probatur in c. Apostolicæ de cler. excõ. min. Verùm,
quia tẽpore suspensionis ignari celebrastis diuina, dicitur enim ibi, vos reddit ignorantia pro-
babilis excusatos. Hæc ibi; ergo in irregularitatem non incidit, qui se censura irretitum igno-
rat, alioquin non excusaretur, atque ita notat ibi Abb. in sum. & Henric. Bohic. de omnibus cen-
suris in c. fin. num. 1. de cler. excom. min. & Marian. Socin. Sen. de excommunicato in c. per tuas
num. 15. de sent. excom. & in c. cùm illorum. num. 9. verf. Et ideo, & in c. sacro. num. 107. eod. &
Inno. in cap. 1. num. 4. in verb. Irregularitatem de sent. excom. lib. 6. & Gemin. eod. §. caueant.
nu. 5. verf. In fin. gloss. & Phil. Fran. verf. Super quo tamen generaliter sic conclude, & Anchar.
num. 2. verf. Et sicut in excommunicato requiritur contemptus, & Syl. in verb. Irregularitas.
num. 15. verf. Quintò, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 244. verf. Dixi sciens; etenim, vt excom-
municatus, censurauè alia obstrictus diuina faciendo irregularis fiat, contemptus in ipso requi-
ritur, & sic vt peccet, vt probatur in cap. si quis damnatur, & in cap. si quis episcopus in Conci-
lio. 11. quæst. 3. & in c. latores de cler. excom. min. nam in primo dicitur ausus fuerit aliquid de
ministerio sacro contingere, & in alijs Præsumpserit; ergo contemptus, & sic peccatum necessa-
riò requiritur, quod in eo desideratur, qui se censura irretitum ignorat, atq; ita Inn. ac DD. not.
facit quoque mea sententia cap. 1. §. sciturus, ibi Ingesserit de re iud. lib. 6. & cap. is, cui de sent.
excom. eod. lib. Idem est, vt irregularis quis non fiat; vbi, etsi se excommunicatum nouit, ratio-
ne tamen quapiam id non animaduertens contra censuram facit, vt pote perturbatione aliqua
animi, vt dixit Hadr. de clauibus art. 3. verf. Septima exceptio lib. 4. Idem, si non recordatur;
nam ignorantia facti etiam excusat; vbi ergò se censura irretitum quis ignorat, diuina, vt priùs
faciens irregularis non redditur: quod tamen locum non habet, vbi inscitia hæc, seu ignorantia
probabilis non est ob cit. c. Apostolicæ, & ibi Bohic. nam, etsi curiosus valde in hoc inuestigan-
do esse quis nõ debet, ne nimis tamen negligẽs sit, prohibetur arg. l. nec supina. ff. de iur. & fact.
ignor. & vt DD. inquiunt, sicut tradidit Abb. in eod. cap. Apostolicæ; quare, qui per famam se
excommunicatum nouit, probabilem ignorantiam non habet, vt probatur in c. illud de cler.
excom. min. & not. ibi Abb. num. 4. & gloss. in eod. cap. Apostolicæ in verb. Ignorantia in fin. &
sequitur ibi Abb. quamuis, vbi probabilis sit nec ne, ex facto iudex arbitrabitur, & in dubio iu-
rejurando ipsius stabitur arg. c. si verò. 2. & ibi gloss. & Abb. ac Felin. de sent. excom. & hoc de
facti ignorantia; quò ad iuris verò inscitiam idem sentimus, quod in superiori c. tradidimus, vbi
ob inscitiam iuris non peccari conclusimus. Irregularis etiam non fiet, vbi probabiliter se cen-
sura irretitum non esse credit, quamuis scrupulus aliquis non nunquam occurrat; secus autem
si dubitet; nam, si diuina vt priùs faciat, ac deinceps censura irretitus fuisse appareat, irregu-
laris erit, atque ita dixit Specul. in tit. de irregul. in verf. Si autem dubitaret colum. 7. & Syl.
13 in verb. Irregularitas. verb. Quintum, ibi itẽ secus. † Secundò in primis irregularis non efficitur,
vbi clericus non est excommunicatus, censurauè alia constrictus, qui diuina facit. Nam, quò ir-
regularis censura irretitus efficiatur, necessariò requiritur, vt ea, quæ ordinis sunt, ac propterea
diuina officia, vt priùs, & vt ex officio obeat; sic enim probatur in c. si quis episcopus in Conci-
lio, ibi quasi in officio suo agere, sicut priùs. 11. q. 3. & in cap. 1. ibi diuina officia exequi, sicut
priùs de sent. excom. lib. 6. & in c. is, cui, ibi in suo agens officio sicut priùs eod. at laicus neque
ex officio, neque vt priùs huiusmodi functiones obire potest; quippe qui neque antea, vt ex of-
ficio obire eas poterat, vt qui ordini, cuius functiones huiusmodi sunt, initiatus non sit. Accedit,
quòd

quòd excommunicatione, censurisq; alijs quisquis diuinorum exetutione, atq; administratione
priuatur, vt vidimus; ergo laici per cēsuras huiusmodi administratione, cùm ordinibus careant,
priuari nequeunt; nam, quod quis non habet, priuari eo non potest arg. l. decem, & ibi not. DD.
ff. de verb. oblig. atque ita sensit Inn. in cap. fin. nu. 2. ibi sed quid dices de excess. prælat. Hinc,
si Accolythus, qui subdiaconatus ordinem non habet, vestibus subdiaconi indutus epistolam
recitet; vel Subdiaconus, qui diaconatus ordine caret, diaconi vestitu exornatus euangelium
cantet, irregulares hac ratione non efficientur; nam in suo officio non agunt, nec vt priùs; quip-
pe qui nec id possint, ex quo ijs ordinibus carent, quorum functiones obeunt, vt tradidit Phil.
Fran. in cap. 1. §. caueant vers. Aliquando immiscet se in diuinis exercendo ea, & sequitur Anch.
eod. num. 2. vers. Item per hoc dixi, quòd agens in suo officio sicut priùs: quamuis alia pœna
puniantur, vt citati autores ibidem inquiunt, & inhabiles reddantur ad ordines argu. tot. tit. de
cler. non ordin. min. at propterea irregulares efficiantur, non censuræ vi, sed quòd munus ad se
non pertinens exercent, atq; vsurpant: id, quod hinc patet, quoniam, & si censura irretiti non
essent, nihilominus in eam pœnam inciderent ob cit. tit. de cler. non ordin. min. atque ita dixit
14 Nauar. in Man. cap. 17. num. 242. vers. Septimò dico. † Tertiò irregularis non efficitur excom-
municatus, censuraue alia irretitus, etiam vbi clericus est; sed diuina, quæ ordinis cuiuspiam
non sunt, facit, vt pote si vel mensam benedicat, vel in mensa legat, vel responsorium cantet, sic
enim inquit Inno. in c. tanta. num. 2. vers. Sed quid dices de officijs & num. 3. vers. Sed si faciet
ea, quæ non sunt alicui ordini de excess. prælat. & Abb. ibidem. num. 5. vers. Quò ad tertium, &
in c. 2. num. 3. de cler. excom. min. & Phil. Fran. in c. 1. §. caueant, ibi Aliquando suspensus exe-
quitur diuina non deputata certo ordini, & Anchar. eod. num. 3. vers. Conclude ergò de sent.
excomm. lib. 6. & Henric. Bohic. in c. fin. nu. 4. vers. Aut immiscet se de cler. excom. min. etenim
vt ex officio clericorum hæc non fiunt; quare, quicquid diuinorum faciet censura sic affectus
ex ijs, quæ recensuimus supra c. 13. §. 14. irregularis non efficietur. † Quartò hanc pœnam ef-
15 fugiet, etiam quacunque censura constrictus, si ea, quæ iurisdictionis sunt, exerceat; nam diuina
vt obeat, quò incommodum hoc patiatur, necesse est, vt probatur in cap. 1. de re iudic. lib. 6,
suspensos. n. ab executione officij, si suspensione durante diuinis se ingesserint, irregulares fore
interminatur Romanus Pont. ibidem; nō autem, si ea, quę iurisdictionis sunt, exerceant, quam-
uis iudices ibi alloquatur: idem probatur in cit. c. 1. §. caueant, ibi diuina officia exequi, & in c.
is, cui, ibi diuinis in ea se ingerat eod. idq; meritò; nam irregularitate ad ordines cum suscipien
dos, tum ad susceptos exercendos inhabilis quis redditur, vt communiter id receptum esse te-
statur Nauar. in Man. cap. 27. num. 191. ergo, vt pœna peccato respondeat, in ordine peccasse
quis sic debet; quò irregularis efficiatur, cuiusmodi iurisdictio non est. Non igitur censura irre-
titus, si interdicat, excommunicet, suspendatuè, aut censura constricto absolutionem præstet,
iurisdictionisq; alia munera obeat, irregularis efficietur; sic enim asseruit Abb. de interdicto,
atq; de excōmunicato in cap. fin. num. 5. vers. Idem si exerceret ea, quæ sunt iurisdictionis de
excess. prælat. & Anchar. in c. 1. num. 2. vers. Sed si interdictum, vel suspensio indefinitè profer-
16 tur, & Philip. Fran. eod. in §. caueant prope fin. de sent. excom. lib. 6. †. Quod tamen locum non
habet, vbi iurisdictio ordinis ministerium adiunctum habet, vt pote si exempli gratia aut
episcopus excommunicatum absoluat adhibita forma, a precibus c. cùm aliquis, 11. q. 3. aut
sacerdos adhibita forma, quæ habetur in c. à nobis, 2. de sent. excom. nam tunc, quòd ea ordinis
sunt, irregularis sic absoluens efficietur, vt dixit idem Anchar. eod. & Inno. in cit. c. fin. num. 3.
vers. Absoluere autem, & Abb. num. 5. prope fin. de excess. prælat. & Phil. Fran. eod. cap. 1. §. ca-
17 ueant in fin. de sent. excomm. lib. 6. † Quintò ob eam rē à beneficio suspensus irregularis nun-
18 quam fiet. † Sextò minùs irregularis fiet, qui à temporalibus suspensus est, si ea exerceat, vt
id Franc. inquit in cit. §. caueant, & Ancharan. eod. num. 2. vers. Si ergo suspenderetur ab ali-
quo actu; si magister igitur à magisterio, vt ita dicam; doctor à doctoratu; is, cui competit col-
latio doctoratus, ab eius collatione, aduocatus, procurator, publicus scriba, huiusmodiq; per-
sonæ ab actu suspenderentur; qui sine diuinorum celebratione, sacramentorumuè collatione
fit, si contra suspensionem eorum munera exerceant, irregulares non efficientur, vt Anch. eod.
vers. dixit, & Henric. Bohic. in c. fin. num. 3. vers. Et tunc aut quæris de illo de cler. excom. min.
& communiter DD. sequuntur; etenim, dum diuina tantùm exercet censura irretitus, irregula-
ris vt fiat, iure cautum est arg. cit. cap. 1. §. scituros de re iud. lib. 6. & cap. 1. §. caueant, & cap. is,
cui de sent. excom. lib. 6. & cap. si quis episcopus in Concilio. 11. q. 3. ergo secus de alijs sentie-
mus, cùm irregularis quis non fiat, nisi vbi iure id cautum habemus, vt traditur in c. is, qui, &

19 ibi not.DD.de sent.excom. lib.6. † Septimò irregularis clericus non est, vbi ea, quæ ordinis
sunt, exercet, sed tamen eum ordinem non habet, cuius munera exercet; nam, quò irregularis
censura irretitus fiat, necessariò requiritur, vt diuina munera ex officio, & vt priùs faciat, vt vi-
dimus; at ex officio eius ordinis munera obire non possumus, quem nos non habemus arg. tot.
tit. de cler. non ord. min. in hoc igitur casu censuram violando irregularis quis non fiet, quam-
uis alia ratione, quod. s. munus non suum obit, irregularis reddatur, quod ei contingeret etiam
20 si censura irretitus non esset, vt in tertia exceptione conclusimus. † Octauò irregularis censura
constrictus non efficitur, vbi clericus est; & ea, quæ ordinis sunt, & ordinis, quem habet, exercet,
sed neq; solemniter, neque ex officio: sed vt laicus. Si contingerit, ait enim Rom. Pont. de suspen
sis agens in cit. c. 1. de sent. excom lib. 6. eos sic suspensos diuina officia exequi, sicut priùs, irre-
gularitatem non effugient; Si contra interdictum huiusmodi, inquit etiam in c. is, cui eod. diui-
nis in ea se ingerat, in suo agens officio, sicut priùs, irregularis efficitur. Si quis episcopus in
Concilio excommunicatus fuerit, siue presbyter, aut diaconus à suo episcopo, dicitur deniq;
de excommunicato in c. si quis episcopus. 11. q. 3. & post excommunicationem præsumpserit
siue episcopus ille, aut presbyter, aut diaconus facere oblationem, vel matutinum, vel vesper-
tinum sacrificium, quasi in officio suo agere &c. ecce in omnibus his iuribus censura irretitos
irregulares fore Rom. Pont. interminatur, si diuina officia, vt priùs, atque vt ex officio obierint.
At vt priùs, & ex officio tanquam clerici, & solemniter ea obibant; ergo secus, si non vt clerici,
nec solemniter; verùm, vt laici simpliciter huiusmodi munera obierint; conclusio enim vnius
alterius exclusio est arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & cap. non ne de præsumpt. atque sic dixit Ri-
card. de Med. Vill. dist 18. art. 7. quæst. 5. lib. 4. vers. Ille etiam irregularis, vbi hoc ait de dicente
epistolā, euangeliumq; non solemniter. i. sine vestimentis diaconi. & subdiaconi. Non igitur cen
sura ecclesiastica irretitus, si sacerdoti sacra facienti inseruiat, irregularis efficitur, si vel epi-
stolam sine solemni vestitu subdiaconi, vel euangelium sine vestitu diaconi recitet, vt asseruit
Inn. in c. fin. num. 3. vers. Vnde videtur, & Abb. num. 5. de excess. prælat. & Henric. Bohic. in cap.
fin. num. 6. vers. Et tunc aut hoc facit de cler. excom. min. & Syl. in verb. Irregularitas. nu. 15.
vers. Dato etiam, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 244. in verb. Solemniter; nam & consuetudine
receptum videtur, vt laici epistolam sine solemnibus vestibus subdiaconi recitent: id quod &
de officijs minorum ordinum intelligimus. Item irregularis non redditur sacerdos excommu
nicatus, si baptismum, cærimonijs, solemnibusq; precibus omissis, administret, sed vt laicus; sic
enim tradidit Specul. de irregul. col. 12. vers. Quid si excommunicatus, vel suspensus baptizet,
& Anchar. in c. 1. num. 2. in fin. de sent. excom. lib. 6. & Syl. in verb. Irregularitas. num. 15. vers.
Dato etiam, & in verb. Excommunicatio. 3. vers. Vigesimo secundo, & Ricard. de Med. Vill.
dist. 18. art. 7. q. 5. lib. 4. vers. Ille etiam irregularis. Tertiò censura constrictus irregularitatem
vitabit, si precibus omissis, ac cærimonijs, quæ habentur in c. cùm aliquis. 11. q. 3. & in cap. à
nobis. 2. de sent. excomm. excommunicatum absoluat; nam sine illis, ac propterea simpliciter
absoluere iurisdictionis est: quæ si exerceatur, irregularem quem non effici supra probauimus;
atque ita de absolutione ab excommunicatione dixit Inn. in cit. cap. fin. num. 3. vers. Absoluere
de excess. prælat. & Anchar. eod. c. 1. num. 2. prope fin. ibi quando tamen illud, quod est iurisdi-
ctionis de sent. excom. lib. 6. & Specul. de irregul. colum. 15. vers. Quid de absolutione ab ex-
communicatione. Postremò irregularis non efficietur clericus sic affectus, qui omisso vers. Do-
minus vobiscum matutinas, vespertinasq; preces recitat, & non vt priùs, quia. s. neque populo,
neque ecclesiæ officiū facit, atqi ita sensit Anchar. eod. c. 1. nu. 8. vers. Dicere autem secretò of-
ficium, non vt officiantes, & Phil. Fran. eod. §. caueant vers. In ea gloss. in fin. id autem hinc co-
gnoscetur, si neque stola, neque superpeliceo indutus hæc facit, neque de more sedet, sed vt lai-
21 cus. † Nonò irregularis non efficitur excommunicatus, censuranè alia constrictus, qui diuinis,
dum fiunt, interest, eademq; audit; tum quòd in citatis iuribus. s. in c. 1. & in cap. is, cui de sent.
excom. lib. 6. & in c. si quis episcopus in Concilio. 11. q. 3. non dicitur censura irretitum irregu-
larem fieri, si diuina audiat; sed, si diuina officia exequatur, sicut priùs; vel si diuinis se ingerat
in suo agens officio sicut priùs, vel si matutinum, vespertinumuè sacrificium facit, quasi in suo
officio agens, sicut priùs; atque idcirco, si vt clericus diuina munera obierit, atque ex officio;
non igitur si ea audiat (non enim diuinis interesse, eademq; , dum ab alijs fiunt, audire, ordinis
clericorum munus hoc est) tum quòd, vt irregularis quis efficiatur, ordinum munera clericos
obijsse necesse est, vt probauimus; at audire diuina, dumq; ab alijs fiūt, eisdem interesse, nullius
ordinis est; nam quiuis Christianus (vt cuiq; id patet) etiam si ordinem non habeat, interesse
ipsis

ipsis potest: ac planè, si irregularis nòn efficitur, vt proximè probauimus, vbi munus quodpiam
ordinis exercet, vt exempli gratia si epistolam, euangeliumq; recitet (modò solemniter id non
agat) multò minùs, si, dum ab alijs ea fiunt, intersit, eademq; audiat; faciliùs enim, vt ab hoc
audiantur diuina, quàm vt administrentur, conceditur arg. c. fin. §. in festiuitatibus, ibi sed inter-
dictis admissis de sent. excom. lib. 6. & c. responso eod. in antiq. non est igitur, quòd hac de re du
bitemus; atque ita not. Gemin. in c. is, cui. num. 2. vers. Nota, quæ requirantur de sent. excomm.
lib. 6. & in c. 1. §. fin. num. 5. vbi & alios quosdam idem sentire ait; id quod etiam facit Anchar.
num. 2. vers. Idem intellige, quod immisceant, & Phil. Fran. eod. §. fin. vers. Nec etiam incurrit, si
ex deuotione diuinis intersit de sent. excom lib. 6. idem quoque sensit Abb. in c. illud. num. 8.
de cler. excom. min. & Inno. in c. fin. de excess. prælat. vbi quoque Abb. qui de communi testa-
tur in fin. quamuis igitur excommunicatus, interdictusuè, si diuinis intersit, peccet, irregula-
ris tamen non efficitur: id quod locum habet ob rationes supra citatas, vel speciatim à diuinis
audiendis suspensus, interdictusuè sit. Excipitur tamen de eorundem Doctorum sententia, vbi
autor esset censura irretitus, vt diuina fierent; nam tunc irregularis fiet, vt supra notauimus.
22 † Decimò irregularis non efficitur censura constrictus ob easdem rationes, quas proximè red-
didimus, etiam si speciatim à sacramentorum participatione suspendatur; sic enim asseruit Inn.
in cap. 1. num. 3. vers. Item dicunt, etsi suspenditur, & sequitur eum ibi Gemin. in §. si quis au-
tem. num. 6. vers. Quid si suspenditur à sacramentorum participatione, & Phil. Fran. eod. §. fin.
vers. Secundò de suspensis ibi Et quod dicit Inn. hic de sent excom. lib. 6. sic quoq; iure id pro-
batur in cap. fin. de cler. excom. min. vbi minori excommunicatione constrictus, qua excommu
nicatione sacramentorum communione quis priuatur, si celebret, irregularis non efficitur, vt
ibi dicitur: idq; meritò; nam sacramenta recipere non ordinis cuiuspiam est, sed quiuis laicus
id potest; postremò excommunicatus in vno casu ordinem. s. suscipiendo irregularis fit, sicut ha
betur in c. cùm illorum de sent. excom. ergò secus in alijs sacramentis arg. l. cùm prætor. ff. de
iud. & c. non ne de præsumpt. At inquiet quispiam, cur potius ordinis, quàm alterius sacramen-
ti susceptione irregularis quis efficitur? ea planè ratione, quoniam, ex quo prohibetur excom-
municatus, ne munera ordinum exerceat, iure & ne ordines suscipiat, quarum functiones obire
non potest, vetatur; sic enim & prohibito matrimonio, & sponsalia prohibita esse censentur, vt
habetur in l. oratio. ff. de spons. & prohibita cuipiam sacramentorum administratione, eidem ne
dignitas tribuatur, prohibitum est, qua qui præditi sunt, sacramenta administrare debent, vt
habetur in c. fin. vers. Si tamè sciente de cler. excom. min. vnde consequente prohibito, & ante-
cedens prohibitum esse existimatur, vt ibi not. Abb. & probatur in cit. l. oratio. ff. de spõs. quod
23 non contingit in alijs sacramentis. † Item irregularis non efficitur suspensus, interdictusuè,
vbi à diuinis quibusdam tantùm prohibitus est, si ea diuina etiam ex officio obeat, quæ ipsi per
censuram vetita non sunt; nam limitata causa limitatum producit effectum arg. l. in agris. ff. de
acquiren. rer. dom. & actus agentis præter voluntatem non operatur arg. l. non omnis. ff. si cert.
24 pet. & c. cùm voluntate de sent. excom. † Vndecimò irregularis non efficitur. qui re uera cen-
sura irretitus nõ est, ea tamen se irretitum existimat, si ex officio, & vt priùs diuina facit; nam id
iure cautum non est, ergo neque nos id dicere debemus arg. cap is, qui de sent. excom. lib. 6. sic
enim & in excommunicationem non incidit, qui laicum, quem clericum esse opinatur, offendit,
vt dixit Abb. in c. si verò. 2. & ibi quoque Felin. de sent. excom. vel laicus ille percussus commu-
niter pro clerico habeatur; nam ipsum offendens nec in excommunicationem incidit eius c. si
quis suadente. 17. q. 4. nec irregularis efficitur, si interim diuina faciat, atque ita consuluit Fed.
de Sen. cons. 13. vbi quæstionem hanc disputauit, & sequitur Abb. in eod. c. si verò. nu. 7. & facit
25 docta additio ad eum in litera B. & quæ eò quoque addidit Felin. † Duodecimò irregularis
etiam non efficitur; qui, cùm ipse censura irretitus non sit, excommunicato, interdictouè præ-
sente missæ sacrum, aliaq; diuina officia facit. Qui præsentibus maiori excommunicatione no-
datis scienter celebrare præsumit, dicitur enim in c. is, qui de sent. excom. lib. 6. licet in hoc te-
merariè agat, irregularitatis tamen (cùm id non sit expressum in iure) laqueum non incurrit.
Hæc ibi, atque sic per hunc canonem asseruit Couar. in c. alma pars. 1. §. 6. num. 9. vers. Qui ve-
rò nulla de sent. excom. lib. 6. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 128. de sent. excom. non est igitur,
quòd de celebrante coram excommunicato dubitemus; ergo multò minùs, si coram interdicto
celebretur arg. c. fin. §. in festiuitatibus vers. Excommunicatis prorsus exclusis; atque ita not.
gloss. in c. episcoporum in verb. Officia de priuil. lib. 6. & id quoque sensit Nauar. in Man. c. 25.
nu. 93. vers. Et qui missam: alia tamen afficitur pœna, quoniam interdicto in ecclesiam occlu-

sum iter habet, vt habetur in cit. c. episcoporum, quamobrem irregularis fiet, si inea vt priùs celebret ob cit. c. is, cui de sent. excom. lib. 6. ac propterea gloss. in eod. c. is, qui in verb. Nodatis, & in eod. c. episcoporum in verb. Ingressum hunc sic affectum irregularitati esse proximum dixit. Hanc tamen pœnam ad exemptos tantùm pertinere DD. plures asseruerunt, ac nouissimè Couar. in c. alma pars. 1. §. 6. nu. 9. vers. Qui verò nulla de sent. excom. lib. 6. nam in ipsos ea constitutio lata est. Decimo tertiò irregularis non efficitur, qui censura irretito inseruit, dum sacra facit, etiam si solemniter, & ex officio cùm minorum, tùm maiorum ordinum munera, functionesq; exerceat, vt pote si vel euangelium, vel epistolam recitet, modò ipse interdictus, suspensus, excommunicatusuè non sit; vt sensit Inn. in cap. fin. num. 5. vers. Sed contra, si communicans de excess. prælat. nam. ex quo id iure cautum non habemus, vt, qui censura irretito sic inseruit, irregularis efficiatur, irregularem hunc fieri dicere non possumus ob cit. c. is, qui de cler. excom. min. quamuis grauiter offendat; vt communiter tradunt DD. in c. sacris de ijs, quæ vi, metusuè causa fiunt, & vt not. Nauar. in c. 1. §. laboret nu. 18. de pœnit. dist. 6. ex quo patet neque alios, qui diuinis intersunt, dum à censura irretito illa peraguntur, ob eandem rationem, & multo minùs irregulares fieri. Excipio tamen, vbi ob eam rem excommunicatus est, quòd diuina faceret; nam, qui ei inseruit, in excommunicationem incidit ob c. concubinæ cum ibi not. ac propterea post primam vicem irregularis efficitur adiuuans excommunicatum. His igitur ex-
26 ceptis casibus, aliàs irregularitas contrahitur. † Qua qui affectus est, antequam cum ipso dispensetur, neque ordines suscipere, neque susceptorum functiones obire poterit; hoc enim operatur irregularitas, vt tradidit Inn. in c. nisi in verb. irregularitati de renunt. & pluribus Nauar. in Man. cap. 27. nu. 191. Id quod locum habet, vel censuræ absolutionem obtinuerit; non enim irregularitas censura est arg. c. quærenti de verb. sign. ac propterea, vbi per bullas à Rom. Pont. permittitur, vt quis à censuris absoluat, cum irregulari non dispensabit; quod & asseruit Na-
27 uar. in Man. cap. 27. num. 254. † At quis cum huiusmodi irregulari dispensabit? planè Rom. Pont. vt habetur in cit. c. 1. §. fiturus, & ibi not. Inno. & Phil. Fran. vers. Tertiò not. ac DD. de re iud. lib. 6. & in c. 1. in fin. vbi quoq; id not. Fran. in §. caueant in prin. & Gemin. de sent. excom. eod. lib. & Abb. in c. clerici. num. 2. ibi & potest dici saluando, & ibi quoque Marian. Socin. Sen. num. 8. vers. Tu verò distingue de cler. excom. min. idem Socin. in cap. officij. num. 172. de sent. excom. & in c. per tuas. num. 15. ibi & ideo fit irregularis, & num. 22. eod. & Quintill. Mandos. in tract. de signatura gratiæ in tit. de absolutione ab excommunicatione vers. Excommunicatus manifesta excommunicatione, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 244. in fin. Episcopus quoque in vno casu dispensabit, vbi. s. ex occulto delicto contracta irregularitas est, & hoc ob c. 6. Trid. Syn. de reform. sess. 24. atque ita sensit Paul. Fus. de visit. & regim. eccl. cap. 29. num. 5. vers. Nisi accedamus lib. 1. & Nauar. eod. cap. nu. 194. in fin. quod autem occultum delictum sit, docuit Nauar. eod. cap. num. 255. sed de irregularitate iam satis; ad alias pœnas, in quas ipso iure censura irretitus itidem incidit, censuram offendens, transeamus.

SVMMA.

1 *Nulla sunt ipso iure quandoque acta contra censuram.*

2 *Acta contra censuram aliquando valent, etiá si aliquorum vsus aliquando impediatur.*

II.

1 §. † Tertiò nulla etiam ipso iure acta quædam contra censuram sunt, vt sententia ab excommunicato notorio lata, beneficij ecclesiastici eidem facta collatio, in casibus non permissis rescriptum ab ipso impetratum, eiusdem procuratoris constitutio, vt habetur in cap. ad probandum de re iud. & in cap. postulastis de cler. excom. min. & in cap. 1. de rescript. lib. 6. & in c. fin. de probat. cum simil. & vt dixit Marian. Socin. Senior in cap. per tuas. num. 22. vers. Octauò quæritur de sent. excom. hanc quoque pœnam igitur censura constrictus aliquando patietur; nam & annullatio actus pœna est, vt DD. communiter inquiunt Fulgos. Paul. de Castr. & Ias. in l. non dubium. num. 6. cum seq. vers. Secundò pondero C. de legib. & Canon. & Abb. in primis
2 in c. 3. de constit. & in re nostra id sensit Socin. eod. num. 22. † Quartò acta contra censuram aliquando etiam valent, sed eorum tamen vsus impeditur, vt ordinis suscepti ab excommunicato, sententiæ pro excommunicato latæ, contractus ab eodem initi; nam in ordine suscepto, nisi cum eo dispensetur, nec absolutus administrare potest; executio sententiæ illi non datur, sicut nec actio pro contractu; vt habetur in cap. cùm illorum de sent. excom. & in c. 1. de excep. lib. 6.

lib.6.& in cap.decernimus de sent.excom.eodem lib. sed quoniam hæc partim generatim iam egimus, partim suis locis commodiùs speciatim agemus; ob eam rem, ipsis omissis, ad alias pœnas, quæ ipso iure in censura irretitos inferuntur, transeamus.

SVMMA.

1 *Anno, seu, qui per annum in excommunicatione contumax perseuerat, huic deinceps absolutio non prodest; quæ à Romano Pont. in impetrationibus gratiarum, & in collationibus beneficiorum tribuitur.*

2 *Anno, seu, qui per annum in excommunicatione contumax perseuerat; vbi hac pœna affectus est, propterea quòd contumax fuit in respondendo de hæresi, cuius nomine suspectus erat, in eo vt hæreticus pro condemnato habetur.*

3 *Anno, seu, qui per annum in excommunicatione contumax perseuerat, post annum hæresis nomine suspectus est, vbi ob aliam causam ab hæresi excommunicatus est.*

4 *Anno, seu, qui per annum in excommunicatione contumax perseuerat; vbi excommunicatus est, propterea quòd contumax in respōdendo fuit super crimen, de quo criminaliter, ciuiliterue conuentus erat, pro conuito in eo crimine hic habetur.*

5 *Anno; seu, qui per annum in excommunicatione contumax fuit; an post annum beneficijs eccl. quæ habet, ipso iure priuatus sit, priuariue possit.*

6 *Mense, seu per mensem contumax in censura perseuerans, in quam incidit, propterea quod exteris ædes ad fœnus exercendum locat, locatasue habere permittit, ipsius terræ ex tunc ecclesiastico interdicto subiectæ sunt.*

7 *Episcopo à beneficiorum collatione suspenso, Capitulum præbendas vacantes conferre potest; vbi totum collatio ad vtrunque pertinet.*

8 *Actio iniuriarum non tollitur anno, vbi contra excommunicatum habetur, qui ob eam rem excommunicatus est.*

9 *Censura vt seruentur, ad quem curare hoc pertineat.*

III.

1 § † Anno itidem, seu per annum excommunicato, interdicto, suspensoue, qui contumax in censura permansit, absolutio generalis non prodest, quæ de more à Rom. Pont. in impetrationibus quarumcunque gratiarum, beneficiorumq; collationibus tribuitur; nam, quòd beneficij collatio ei facta non valet, qui censura vel occultè irretitus sit, vt habetur in c. postulastis de cler. excō. min. & nos probauimus in Tab. de excom. & de suspenso hr in c. cùm dilectus de consuet. & vt gloss. not. in cap. cùm bonæ de ætat. & qualit. & de omnibus tradidit Rebuff. in sua praxi beneficiorum in forma, & declaratione nouæ prouisionis in vers. Teq; absoluentes. nu. 5. cum seq. ob eam rem stylus hic habetur in Romana Curia, vt Rom. Pont. quò beneficij collatio à se facta valeat, priùs enm, cui beneficium collaturus est, à censuris absoluat, vt tradidit Felin. in c. Apostolicæ in prin. de excep. & Mandos. in tract. signat. grat. cap. Absolutio ab excommunicatione, & Rebuff. eod. vers. Hæc igitur absolutio, quæ generaliter, simpliciterq; etiam non petenti condonatur, excommunicatis, interdictis, suspensisq; non prodest, qui per annum continuum contumaces in censura perseuerarunt, vt citati autores eisdem in locis asserunt, scilicet Rebuff. eod. nu. 10. eum duobus seq. & Felin. eod. & Boer. decis. 290. nu. 3. & Putens decis. 128. lib. 6. & Roland. à Val. consil. 45. incip. De duob. num. 37. lib. 1. & Mandos. in tract. de ingrat. cap. 5. imò in quibusdam casibus, qui in excommunicatione per quatuor menses permanserit, eius absolutionis beneficio caret, vt tradidit idem Rebuff. eod. vers. Vnde Iulius Papa III. neq; igitur beneficij collatio ei facta, absolutione illa præmissa, valebit. Quæ regula locum non habet, primò vbi non sua culpa in censura permansit; vt pote vel quia, quantum potuit, vt absolueretur, elaborauit, sed iudicis facultatem exempli gratia non habuit; vel quia satisfacere creditori non potuit, cuius gratia excommunicatus erat; nam, quòd ad id, quis nō obligatur, quod non potest arg. l. impossibilium. ff. de reg. iur. ac propterea culpa vacat, ob eam rem pœna plecti non debet arg. c. 2. de constit. & c. 2. de his, quæ fiunt à maior. part. cap. & c. Romana in fin. de sent. excom. lib 6. vel quia peccaret, si id faceret, quod per excommunicationem ei præceptum est, vt in c. inquisitioni de sent. excom. tunc enim excommunicatio potiùs toleranda est. Item locum non habet, vbi per annum continuum in censura non permansit; non enim lex hoc dicit; ergo neque nos id dicere debemus arg. l. de pretio. ff. de publ. & cui verba legis non conueniunt, nec dispositio eidem conuenire debet argum. l. 4. §. toties. ff. de dam. insect. atque ita

Rebuff.eod.nu.12.ibi In illis per annum continuum insorduerint. Postremò, vbi speciatim ei derogatum est, vt potè quia Romanus Pont.& huic Absolutionem tribuere voluit; in his enim
2 omnibus casibus absolutio & huic proderit. † Item excommunicatus,propterea quòd contumax fuit in respondendo de hæresi,cuius nomine suspectus est, pro hæretico condemnatus habetur in auth.Gazaros.C.de hæret.& vt tradidit Abb.in c.excommunicamus.1.num.11.vers. Item quęrit de hæret. & Host.& Io.And.quos refert, ac sequitur Phil.Fran.in c.cùm contumacia vers.Secundò not.ibi Host.tamen de hæret.lib.6.vbi & DD.opinionem hanc sequi testatur, & Couar.in c.alma pars.1.§.7.nu.11.vers. Quintò de sent.excom.lib.6.& Marian. Soc.Sen.in c.per tuas.n.30.vers.Fatetur tamen.D.meus.Contra quam tamen facere videtur. Primò,quòd ciuiles leges de hæresi condemnare nequeunt; crimen hoc enim ad ecclesiam omnino pertinet ob c.vt inquisitionis.§.prohibemus de hæret.lib.6.atqui respondetur hoc non obstare;nam leges ciuiles contra hæreticos latæ Christianæ fidei gratia ab ecclesia probatæ sunt arg. cit. cap. vt inquisitionis in prin.atque ita respondit Abb.ibidem,& Host.ab eo relatus. Secundò repugnare videtur cit.c.cùm contumacia,& cit.c.excommunicamus.§.qui autem, vbi post annum, vt huiusmodi contumax, velut hæreticus condemnetur, Rom. Pont. mandauit; ergò pro condemnato hæretico non habetur,non enim dixisset Condemnetur,sed condemnatus sit,vt sensit Gloss.in cap.quicunque.§.1.in verb.Innodetur de hæret.lib.6.& nos antea pluribus id egimus cap.9.§.ipso iure:atqui neque hoc repugnat;nam ob cit.auth.Gazaros correctum habetur cit. c.cùm contumacia,vel potiùs adiutum;quare à communi sententia non discedemus. Excipitur tamen primò,antequam annus totus elapsus sit, vt not.Phil.Fran.eod. vers. Debet tamen elapsus totus annus,& Gemin.eod.num.12.vers.Quæro,an ante annum,& Couar.in c.alma pars. 1.§.7.num.11.vers.Sed & in causa hæresis de sent.excom.lib.6.qui & de communi testatur. Et probatur per illud Ex tunc, & ex verbo Per annum, quorum primum terminum à quo significat,id temporis,à quo inchoatur,excludentem,vt sensit gloss.in cap.1.in vers. Ex tunc de vsur. lib.6. alterum verò ob dictionem Per rem perfectam significat arg.l.vrbana. §. pernoctare.ff. de verb.sign.Nec obstat c.ad abolendam.§.qui verò inuenti de hæret.in antiq.vbi,statim atq; de hæresi suspectus se non purgauit,vt hæreticus damnari potest;nam ibi de eo agitur,qui,cùm se purgandum suscepisset,se purgare non potuit;at hic agitur de eo,qui in purgatione suscipienda contumax fuit; propositæ igitur exceptioni hoc non repugnat, atque ita respondit Abb.in eod.c.excommunicamus.num.10.vers.Oppono contra.§.qui autem.Item excipitur,vbi verus contumax non est: nam, si absens ex iusta causa venire non potuit, non est, vt hæreticus condemnandus,vt asserit Couar.in c.alma pars.1.§.7. num.11.vers. Deinde apparet de sent.excom.lib.6.quare & anno elapso audiri in hoc casu debebit, vt id pluribus asseruit Couar. eod. vers.Quod si esset.Tertiò excipitur, vbi non speciatim ad id citatus esset, vt veniret ad respondendum super crimen hæresis,de quo accusatur,suspectusuè est: nam ad id speciatim citari debet, vt dixit Couar.eod. Postremò excipitur, vbi per totum annum continuum hic in contumacia non fuit,vt potè si,vt absolueretur,se ad satisfaciendum paratum esse dixit; atque ita tradidit Phil.Fran.in cit.cap.cùm contumacia vers.Item annus debet esse continuatus. † Tertiò
3 ex quacunque alia causa excommunicatus, si per annum in ea contumaciter perseuerauerit, post annum hæresis nomine suspectus habetur arg.c.fin.de pœn. & vt asseruit R.p.in cap.1.nu. 77.vers. Nota tamen de iud. & Abb.in c.postulasti de homicid.& Gundissal.in tract. de hæret. q.9.num.2.& Mandos.inter casus annales.num.90.ac de communi testatur Abb.in cit.cap.fin. num.3.de pœn.& Couar.eod.num.10.vers. Quartò est considerandum, & Marian.Soc.Senior in c.per tuas. num.30.vers. Fatetur tamen Dominus meus de sent.excom. idq;meritò; nam, cùm tantum temporis in excommunicatione perseueret,hic claues ecclesiæ quodammodo nec esse, nec sacramenta quicquam facere opinari,ac sentire videtur, cùm, vt ea sacramenta suscipiat,se absoluendum non curet,vt tradidit Abb.in eod.c.postulasti.num.4.de homi.& in c.fin. nu.3.de pœn.& Ioan.de Lign.de censur. eccl.§.decimus quartus. num.1.& 2.& Nicol.Arelat. in tract. de hæret.notab.41.& Mandos. eodem; at sic affectus hæresis suspicione non caret arg. cap.ad abolendam de hæret. & can.15.de pœnit. apud Trid.Synod. sess.14. Accedit denique, quòd eadem Syn.de reformat. cap.3. in fin. sess.25. contra hunc tanquam de hæresi suspectum procedi posse voluit;non est igitur,quod hac de re dubitemus:quæ conclusio locum habet, vel iniqua sententia sit,ut dixit Mar.Soc.Sen.in c.sacris.num.24.uers. Prima conclusio,ibi Et adeò ligat de sent.excom. Hæc autem suspicio id operatur; ut ei purgatio indicatur; &, si in se purgando defecerit,pro conuicto habeatur arg. c.inter in fin. de purgat.canon. & c.excommunicamus.

camus.1.§.qui autem de hæret.& vt dixit Inn.quem refert,ac sequitur Abb. in eod.c.fin.nn.7. de pœnit.& Nicol.Arelat.de hæret.notab.41.& Rip.in cit.c.1.nu.77. in vers. Secundò restringe, ibi nota tamen de iud. & Couar. in cit. §.7. num.10. † Quartò conuentus de crimine

4 ciuiliter, criminaliterué, ob contumaciamq; in ea causa excommunicatus, si per annum in excommunicatione perseueret,post annum pro conuicto in eo crimine habetur. Si verò, dicitur enim de excommunicatis huiusmodi in eap.rursus.11.q.3. intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox penitus audiatur. Hæc ibi; si ergò andiri nullo modo debent, sanè pro conuictis habentur.Idem traditur in c.qnicunque ead.q.3. Quicunque, dicitur namq; ibi, intra anni spatinm ciuiliter, siue publicè causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint,ipsi sibi aditum audientiæ clausisse videantur; non igitur est,quòd hac de re du bitemus.Confirmatur hoc itidem ratione;nam hæresis nomine ex præsumptionibus quis facilè non condemnatur,& tamen excommunicatus, propterea quòd in respondendo de hæresi, cuius nomine suspensus erat,cōtumax fuit,post annum pro condemnato habetur, vt supra proximè probanimus;ergo & in alijs criminibus hoc asseuerabimus.Prçterea hanc sententiam amplexata est gloss. in c.contingit in verb. non potest de dol.& contum. in antiq. & in c.cùm contumacia in fin.& ibi qnoque Phil. Fran.de hæret.lib.6.eandem secuti sunt Abb.in c.1.num.24. vbi quæstionem hanc disputauit,& Dec.ac DD.de iud.& Paul.Gril.de hæret. q.8.num.4.lib.1. eandem communiter receptam testantur Rip. in cit.c.1. num.77. de iud. & Menoch.consi. 94. num.44.lib.1.& Quintil. Mandos.inter casus annales.num.90. vers.Ducentesimns trigesimus, & Couar.in cit.§.7.nu.10.vers.Conuentus de sent.excom.& Soc.in eod.c.per tuas.nu.30.vers. Et ad prædicta: idq; meritò;nam,ex quo iudicium subterfugit,præsumitur nocens, & confiteri; &,quoniam tantum temporis in excommunicatione perseuerat,augetur illa præsumptio,& vehemens efficitur arg.c.cùm contumacia de hæret.lib.6. adeò, vt ad condemnationem sufficiat arg.c.afferte de præsumpt.atque sic dixit Soc.in cit.cap.per tuas.num.30.vers. Et si tu quæras. Contrarium tamen dicendum videtur; nam ob contumaciam simpliciter, lite præsertim non contestata, sententia,qua quis beneficio priuatus erat, reuocatur, vt habetur in c.pen.de purg. canon.ergo ob contumaciam excommunicatum, ne iure suo priuetur, post annum pro conuicto non habebimus. Atqui à communi opiniòne discedendum non est: nec proposita ratio repugnat,tum quòd ibi excommunicatio non intercesserat, tum quòd delegationis forma seruata non fuit, ac propterea sententia reuocata est, vt ibi dicitur; firma ergo communis sententia remanebit. Quæ tamen in ciuilibus causis locum non habebit, vt probatur in c.quoniàm frequenter.§.in alijs,vt lit.non contest.nam & post annum auditur, vt ibi dicitur in vers. Veniens intra annum,& vt tradidit Gloss.in cit.c.contingit in verb.Non potest de dol.& cōtum.& Abb. in c.1.num.27.& Rip.nu.77.vers. Declara modò, & restringe de iud.& Phil.Fran.in cit.c.cùm

5 contumacia de hæret.lib.6.† Atqui an excommunicatus,qui per annum contumax in excommunicatione pefeuerauit, post annum beneficijs ecclesiasticis, quæ habet, priuatus inre ipso est? in hac quæstione, quam DD. disputarunt in c.1.de iud.& in c.rursus.11.q.3.variæ doctorum sententiæ exortæ sunt. Nam Specul.in tit. de accusation.§.sequitur, vers. Et post annum ipso iure hunc beneficijs priuatum non esse sensit; hunc enim excommunicatum post annum perpetuò priuari officio,ac beneficio posse dixit, ex quibns verbis apparet iure ipso priuatum eum non esse Speculatorem sensisse. Gloss.verò contrariam sententiam amplexata est in cit.c. rursus; qnandoquidem post annnm audiendum hnnc non esse super beneficio dixit, eandem opinionem sequitur Inno.in c.cùm bonæ.num.2.in verb.Habuerat, ibi & posset etiam dici,& Archid.& Rom.& Aleiat. relati à Quintil. Mandos. inter suos casus annales. num.92. eandem communem esse inquiunt Felin.in cit.c.1.nu.17.in verb.Episcopatum de iud. & Iul.Clar.sent. lib.5.q.77.ibi item clericus,qui sustinuit excommunicationem per annum, & Mar.Soc.Sen.in c.per tuas.num.38.vers. Secundo verò casu de sent.excom. Probatur autem horum sententia potissimum in eod.cap.rursus: qnod tamen non probat; nam ibi nulla beneficij mentio fit,sed hoc dicitur,si excommunicatus intra annum suam causam purgare contempserit, vt deinceps nulla eius vox audiatur,idem in cap.quicunque ead.q.3.solùm igitur,vt in causa non audiatur pro qua conuentus erat,ibi dicitur,non autem beneficijs priuatum eum esse. Inde tertiò Abb. in cit.c.1.de iud.sic distinguebat; vt, si causa, quamobrem excommunicatus est, huiusmodi sit, vt in ea conuictus ipso iure beneficio priuetur,beneficio priuatus intelligatur; si autem sententia requiratur, vt beneficio priuetur, tunc sententiam requiri; at, si ob causam excommunicatus quis est,quæ neq; ipso iure,neque per sententiam beneficij priuationem meretur,hunc neq;

beneficio iure ipso priuatum esse, nec priuari posse asseruit; nam, si, vt dicebat Abb. vbi verè id delicti confessus esset, beneficio non priuaretur, multò minus, vbi fictè illud confitetur, quod hic contingit, beneficio priuabitur arg. c. nullus de præsumpt. Nec facit, si dicatur, ex quo tam diu in excommunicatione perseuerauit, beneficio priuari hunc posse; nam ad hoc respondet itidem Abb. satis hunc puniri, quòd pro conuicto habetur in eo, de quo conuentus erat; non enim duplici pœna quis affici, nec pœna ex pœna proficisci debet arg. cap. at si clerici in fin. de iud. & c. quia diuersitatem de conceß. preb. Dec. qui aliàs Abbatem secutus erat, vt ipsemet refert, primam diuisionis partē ipsius Abb. improbat in cit. c. 1. n. 19. in 2. lect. de iud. tum quòd, vt ait, licet delictum sua natura beneficij priuationem mereatur, eo tamen priuari non debet, cùm aliter, atque per contumaciam, de delicto constet arg. c. pen. de purg. canon. tum quòd alia pœna hic puniri non debet, cùm satis puniatur, quòd pro conuicto habetur: vtræque responsiones mihi non probantur; non prior, quoniam in cit. cap. pen. de purg. excommunicatio non intercesserat, in quæstione verò nostra intercessit; præterea forma ibi delegatis data seruata nō fuit, meritò igitur sententia ibi reuocata est: non etiam posterior responsio facit; nam secunda pœna hæc, priuatio scilicet beneficij non pro contumacia infertur, quamobrem pro conuicto habetur, sed pro delicto per eam contumaciam probato; pro diuersis delictis igitur plures pœnæ inferuntur, quod absurdum non est; quid igitur in hac re concludendum? Ego in hac Doctorum varietate duabus regulis quæstionem hanc explicandam, censeo, quarum prior hæc est. Excommunicatus in excommunicatione per annum contumaciter perseuerans ipso iure beneficijs post annum priuatus non est. Primò, quia per excommunicationem beneficij fructibus tantùm ipso iure quis priuatus legitur in c. pastoralis. §. fin. & ibi DD. de appell. & arg. cap. fraternitati de cler. excom. min. & cap. cupientes. §. cæterum de elect. lib. 6. ergo, ex quo beneficij fructibus excommunicatum priuatum esse tantùm habemus, contrarium, vt. s. iure ipso beneficijs priuatus non sit, affirmabimus; exceptio enim vnius alterius exclusio est arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. non ne de præsumpt. Præterea iure nullo id cautum est, neque per cit. c. rursus, neque per cit. c. quicunque, vt vidimus; ergo, cùm ius id non dicat, neq; nos dicere debemus arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Ac planè, si id ecclesia voluisset, sine dubitatione illud expressisset arg. c. excommunicamus. 1. §. credentes de hęret. in antiq. & c. felicis vers. Si qua verò feuda de pœn. lib. 6. Postremò facit c. cùm bonæ, vbi, qui per triennium in suspensione perseuerauit, ipso iure beneficio priuatus non est, sed, vt priuetur, mandatur; ergo & de excommunicato idem sentiemus; non enim minùs ecclesiæ claues suspensus aspernatur, quàm excommunicatus. Pro regula igitur habebimus excommunicatum in excommunicatione per annum contumaciter perseuerantem post annum beneficio priuatum iure ipso non esse. Excipitur tamen, vbi de crimine huiusmodi in iudicio conuentus est, de quo si fuisset conuictus, ipso iure beneficio spoliaretur; nam, si ob contumaciam in hoc casu excommunicatus est, & per annum in contumacia perseuerauit, quòd tunc pro conuicto habetur, statim beneficio carebit, aliàs secus; & in hac exceptione cōmunis opinio locum habebit, quam sequitur etiam Couar. in c. alma pars. 1. §. 7. nu. 10. vers. Primum hinc apparet de sent. excom. lib. 6. & Mar. Soc. Sen. in cap. per tuas. num. 30. de sent. excom. & in c. postulastis. nu. 12. de cler. excom. min. nec non diuisionis prima pars ipsius Abb. ac denique dispositio eius cap. rursus, & seq. 11. q. 3. ac de priori regula satis. Altera verò hæc est. Excommunicatus, qui per annum in excommunicatione permansit, post annum etiā contumax beneficio priuari poterit, vt dixit Specul. & Couar. eod. nu. vers. Tertiò, qui & cōiter receptū hoc esse sentit, & Soc. eod. n. 30. vers. Fatetur tamen D. meus, & multò magis, si ob delictum sit excōmunicatus, quod priuationem beneficij inducat, sed per sententiā, vt dixit Soc. eod. num. 30. Et probatur in cit. c. cùm bonæ de ætat. & qualit. Nec repugnat, quod ait Abb. ob veram confessionem hunc non priuari; ergo neque minùs per fictam; nam non ob delictum illud priuatur, quamobrem excommunicatus est, sed propterea quod tantum temporis in excommunicatione contumax perseuerauit; nam, vbi sententia censuræ contemnitur, augeri pœna potest, vt probabimus: priuari ergo in hoc casu & beneficio poterit, & ex his apparet non rectè sensisse Bonacoss. & Soarez. in lib. 1. Syntag. com. opin. tit. 12. de sent. excom. nu. 74. qui, etsi mille annos in excom. perseuerat, beneficio hunc priuari nō posse inquiunt. Excipitur tamen, vbi, quantum potuit, vt absolueretur, elaborauit; nam tunc pœnam huiusmodi euitabit arg. eius, quod dixit gloss. in c. vn. §. 1. in verf. In mora ne sed. vac. lib. 6. in fine: hæc, quæ de excōmunicatione diximus, eadē & de interdicto, ac de suspenso dicta esse intelligimus, vt probatur in cit. c. cùm bonæ de ætat. & qualit. & ut sensit Inno. eod. Quamuis, si ad tempus ob pœ-

nam

nam quis interdictus, suspensusuè esset, quòd in manu sua non est, vt absoluatur, hanc pœnam tunc euitabit arg. c. 2. de constit. cum simil. in hac igitur quæstione sic concludendum censerem.
6 † Item excommunicati, suspensi, interdictiuè, quòd alienigenis ædes ad fœnus exercendum locarunt, locatasuè habere permiserunt, si per mensem in ea censura pertinaciter permanserint, ipsorum terræ eo tunc ecclesiastico interdicto subiacent, quàm diu in eisdem domibus vsurarij commorantur, vt habetur in c. 1. de vsur. lib. 6. Excommunicati etiam, propterea quod aut licentiam offendendi eos dederunt, qui censuram in quempiam tulerunt, aut qui ea licentia data vsi sunt, aut suo impulsu id egerunt, si per duos menses in eadem pertinaciter permanserint; à
7 Rom. Pont. absolui tantùm queunt, vt habetur in c. quicunque de sent. excom. lib. 6. † Episcopo à beneficiorum collatione suspenso, vbi præbendarum collatio & ad episcopum, & ad Capitulum communiter pertinet, Capitulum vacantes præbendas conferre potest, sicut etiam Capitulo à collatione suspenso, episcopus ipsas conferre è contrario solus potest, vt habetur in c. vn. ne sed. vac. lib. 6. Item, si episcopus suspensus in absolutione petenda moratur, Capitulum præbendas itidem, quas episcopus de consilio, consensuuè Capituli conferre debet, conferet; sic
8 enim dicitur in cit. c. vn. ne sed. vac. † Postremò, & si actio iniuriarum anno tollitur, vt habetur in l. si non conuicij. C. de iniur. tamen excommunicatus, propterea quod iniuriam intulit, non ante absoluitur, quàm satisfecerit arg. c. ex noscitur de sent. excom. ac propterea neque etiam post annum audietur, nisi priùs satisfecerit; sic enim dixit. Host. quem refert, ac sequitur Abb. in cit. c. ex noscitur. num. 4. quod & notandum esse inquit, & Mar. Soc. Sen. in c. si culpa in fin. de iniurijs. quamuis igitur directò agi post annum ad æstimationem iniuriæ consequendam non possit, per exceptionem tamen eam petere de eorundem sententia non prohibetur; & pro hac sententia facit ea vulgaris regula, quæ annua sunt ad agendum, perpetua esse ad excipiendum.
9 † Atqui, quòd vidimus eos puniri, qui censuras contemnunt; ad quem operam dare pertinebit, ne contemnantur? Mar. Soc. Sen. in c. per tuas in fin. de sent. excom. ad iudicem ordinarium hoc pertinere dixit, qui aut ex officio, aut alio requirente excommunicauit. Item & ad delegatum, quàm diu delegatus est: hæc dicta vera esse censeo, sed quid de excõmunicatis à iure? ad epũm loci hoc pertinere concludo arg. c. curæ. 11. q. 3. & c. sicut nobis, & ibi not. de sent. excom.

S V M M A.

1 *Punitur vt hæreticus, qui asserit censuram ab ecclesia latam non obligare, & eius ferendæ potestatem ipsam non habere.*

2 *Punitur ad arbitrium iudicis, qui actus prohibitos per censuram exercet.*

3 *Pœna triplici genere affici potest censuram contemnens.*

4 *Agrauatio, & regrauatio dicitur pœna, qua censura irretitus afficitur censuram contemnens.*

5 *Punitur censura non irretitus, si tamen contra censuram facit.*

6 *Contemni censura quot modis dicatur.*

IIII.

§ Vidimus pœnas, quæ à iure in censura irretitos inferuntur, vbi aut contra censuram agunt exercendo actus eis per ipsam prohibitos; aut contumaces in ea perseuerant, non curando absolutionem; iam pœnas, quas iudices in eosdem inferunt, contemplemur. Sed, quoniam hæ partim inferuntur, quòd is, in quem est lata, nec ipsam ligare, nec ecclesiam potestatem hanc habere asserit; partim quoniam actus per censuram prohibitos exercet; partim, quoniam eam contemnit; partim, quod in ea contumax perseuerat, & se absoluendum non curat; ideo singula hæc sigillatim agamus. † Primùm igitur, qui asserit excommunicationem, censuramq́; non
1 obligare, & ecclesiam potestatem hanc nõ habere, siue is sit, qui censuris irretitus est, siue alius, vt hæreticus punitur, vt dixit Mar. Soc. Sen. in c. per tuas. num. 13. vers. Circa primum, & nu. 16. in fin. & num. 17. de sent. excom. & facit, quod dixit gloss. in c. generali in verb. Inhibemus de elect. lib. 6. & in c. nulli fas est dist. 19. Non tñ peccat, nec puniri debet, qui iniustè excõmunicatus iniustam excommunicationem apud Deum non obligare ait; nam hoc verum est, vt habetur in c. à nobis. 2. de sent. excom. modò tamen illam seruet, quousque absoluatur; nam pastoris sententia, siue iusta siue, iniusta, timenda est, vt dicitur in cap. 1. 11. q. 3. atque sic dixit Socin.
2 in eod. c. per tuas. num. 3. vers. Septimò quæritur, ibi & ideo si iniustè excommunicatus. † Item excommunicatus, censuraue alia irretitus puniri ab homine potest, vbi actus per censuram prohibitos exercet, quemcunque actum sciens exerceat; plures enim prohibentur, vt generatim vidimus

3 vidimus, & speciatim suis locis videbimus: quæ pœna vulgò aggrauatio dicitur; † & tribus modis grauior pœna reddi potest. Primùm alterius pœnæ additione; nam, si quis minori excommunicatione, suspensioneuè obligatus est, maiori excommunicatione affici potest, vt habetur in c.cùm non ab homine de iud.& in c.veritatis de dol.& contum.& hæc aggrauatio dicitur; si ratione hac non flectitur, alia pœna eidem inuri, vt pote si clericus fit, deponi arg.cit.c. veritatis, vbi episcopus post suspensionem, atque excommunicationem depositus fuit; idem habetur in c.quoniam in fin.dist.51.vbi clericus excommunicatus, vt deponatur, Synodus iubet, si in contumacia perseueret: si neque hac resipiscit, alia quoque pœna plecti, ac demum si corrigi nequeat, seculari iudici tradi potest, vt dicitur in cit.c.cùm non ab homine, & ibi not.& in c.2.Abb.atque alij de cler.excom.min.& Specul.in tit.de accus.§.sequitur vers. Porrò, ibi & post annum, & hæc regrauatio dicitur, vt sensit Marian.Socin.Sen.in c.perpendimus.nu.248.& num.252.de sent.excom.si verò laicus fit, & pecuniaria pœna affici potest; nam & Fridericum post excommunicationem regno spoliatum à Romano Pont. legimus in c.2.de re iud. lib.6. & facit c.postulasti de homicid pecuniaria pœna igitur censura irretitus puniri potest, siue clericus, siue laicus sit, atque sic sensit Socin in eod.c.per tuas.num.25.alterius pœnę additione igitur censuram violans puniri potest. Secundo loco grauior censura redditur eiusdem generis pœnæ auctione, vt exempli gratia, si à celebratione missæ suspensus à contumacia non discedit, eum simpliciter ab officio suspendendo, & sic non ab vno officio, sed ab omni; si minori excommunicatione irretitus contumax permanserit, eum maiori excommunicatione obligando, vt habetur in eod.c.cùm non ab homine de iud.idem de interdicto, vt tradidit Quintil.Mandos. in prax.commiss. de interdicti ampliatione commiss.33.nam, si ob delictum alicuius parochia ipsius interdicto subiecta sit, & à contumacia non discedat, aliæ ecclesiæ eiusdem parochiæ interdicto subijcientur; &, si neque ratione hac mouetur, tota ciuitas paulatim igitur interdictum amplificabitur, vt dixit Quintil.eod.Tertiò censura grauior redditur eiusdem iteratione; qua te excommunicatus, suspensus, interdictusuè, si contra censuram facit, iterum excommunicari, suspendi, interdiciuè poterit, vt asseruit Marian. Socin. Senior in c.perpendimus.num.252.de sent.excom.& in c.per tuas eod.nam excommunicatus iterum excommunicari potest, vt probauimus in hac Tab.cap. de materia: † his igitur modis censura lata grauior reddi potest. &

4 aggrauatio nominatur à Specul.eod.& ab Anchar.in cap.statuimus.num.2.de sent.excom.& à Quintil.Mandos.eod.commiss.num.33.& à Soc. qui ergo actus per censuram prohibitos exercet, hùc index quibus mauult pœnis, magisq; expedire videt, afficiet; nam in iudicis arbitrio res hæc collocata est, vt sensit Marian.Socin. Senior in eod.c.per tuas. num.23.vers. Decimò quæritur, ibi posset etiam iudex, & num.25.vers.Primo casu de sent.excom.& in cap.perpendimus. num.252.vers.Sed quicquid feruet curia eod. & facit cap. quoniam frequenter in fin.vt lit.non contest. Quæ regula locum habet, vel à iure, vel ab homine quis censura irretitus sit; nam in vtroque casu censuram cõtemnens puniri potest, vt dixi; eadem enim in vtroque casu ratio est, vt per se patet, ergo & dispositio eadem esse debet arg.c.cùm dilecta de confirm.vtil.vel inutil. Item locum habet, non solùm vbi hoc animo censura irretitus contra censuram facit, vt eam contemnat, quo casu propriè quis contemnere dicitur, vt in simili de contemnente legem asserit Couar.in c.alma pars.1.§.7.nu.6.vers. Obiter de sent.excom. lib.6. verum etiam vbi alia ratione ductus contra censuram facit, vt pote vel ira, vel voluptatis illecebris; nam & hic communiter contemnere censuram dicitur. Postremò locum habet, vel iniuria quis excommunicatus sit; nam, modò sententia excommunicationis valeat, semper timenda est, vt dicitur in cit. c.1.11.q.3.ac propterea, antequam absoluatur, nihil cõtra ipsam conandũ est. Tertiò in primis eisdem pęnis ad iudicis arbitrium censura irretitus puniri potest, vbi diutiùs in excommunicatione, censuraue perseuerat, nec operam dat, cùm potest, vt absoluatur; sic enim dixit Marian. Socin.Senior in eod.c.perpendimus.num.249.vers.Quæro trigesimò, & in cit. c.per tuas.num. 25.vers. Primò casu, quod & verum est de eiusdem Socini sententia eod.num.27.vers. Vnde arbitror, vel ab homine, vel à iure pro contumacia excommunicatus quis sit. At quid si ob delictum excommunicetur? Socin.eod.num.25.quamuis in excommunicatione quis perseueret, puniri ratione hac hunc non debere sensit, quamuis dubius, & hoc ob eam rationem, vt ipse ait, quoniam à iure punitur; nam post annum pro conuicto habetur in eo delicto: hæc tamen ratio mihi non probatur; nam & ob contumaciam excommunicatus, si per annum in excommunicatione perseuerat, contra ipsum tanquam suspectum de hæresi procedi potest, vt supra diximus, & tamen arbitraria pœna puniri potest, vt vidimus. Quare contrariam sententiam veriorem censeo;

censeo; nam & statutum valet, vt excommunicatus in singulos menses aliquid soluat, quousque absoluatur, vt inquiunt Abb. Marian. Socin. ac DD. in c. ad aures de simon. & nos disputauimus
5 cap. 5. num. 5. in hac Tab. † Postremò qui contra censuram facit, eadem pœna arbitraria puniri potest, etiam si censura irretitus ipse non sit; & hoc, vbi communicat in casibus non permissis cum censura irretito; nam præter pœnas à iure illatas ab homine puniri etiam poterit, atq; sic asserit Socin. eod. cap. per tuas. num. 17. vers. Quartò quæritur. Quare, etsi, qui cum excommunicato communicat in casibus non permissis, in minorem excommunicationem incidit, vt habetur in c. nuper de sent. excom. tamen, si nihilominus excommunicato communicat, nominatim priùs admonitus, maiori excommunicatione irretiri poterit; & præsertim vbi excommunicatus ob hanc communionem magis, magisq; in contumacia perseueraret, vt habetur in c. statuimus iunct. cap. constitutionem, & cap. contra statutum de sent. excomm. lib. 6. & vt dixit Socin. in eod. c. per tuas. num. 17. vers. Quartò quæritur, & num. 23. vers. Decimò quæritur, grauatio igitur, & regrauatio fiet, vt censuram contemnentis contumacia postulabit; nam contumacia crescente, & pœna crescere debet, vt probatur in l. relegati. ff. de pœn. & vt dixit gloss. in c. fin. §. fin. in verb. Ad alteram, vt lit. non contest. & in c. veritatis in verb. Excommunicationis de dol. & contum. & Marian. Socin. Senior in cit. c. perpendimus. num. 248. vers. Quæro trigesimo cum duob. seq. vbi & formam sententiæ aggrauationis ponit, quam tradidit Specul. in tit.
6 de sent. excom. vers. Verùm quia. † Atqui quòd aggrauatio hæc fit, vbi censura contemnitur, quot modis quis censuram contemnere dicitur? Ioan. And. in cap. dilecto de sent. excom. lib. 6. quem sequuntur Gemin. nu. 8. vers. Quæro, & Phil. Fran. vers. Quintò not. & Anchar. nu. 2. vers. Sextò not. quinq; modis censuram contemni conclusit. Primò, vbi excommunicatus accumulat culpam culpæ. Secundò, vbi intrat ecclesiam, quando dicitur officium. Tertiò, vbi ad valuas ecclesiæ officium audit. Quartò, vbi communioni fidelium se ingerit. Quintò, vbi nimis dormit in excommunicatione: quæ ratio non probatur ipsi Socino, nec mihi placet; nam hac ratione quot sunt ea, contra quę venit excõicatus, tot essent censuræ contemnendæ modi; quare Socin. in cit. c. per tuas. n. 16. vers. Tertiò quęritur, vniuersos modos tribus conclusit. Primo, vbi quis authoritatem ecclesiæ contemnit, quia. s. asserit authoritatẽ hanc ecclesiam non habere. Secundo, vbi exercet actus prohibitos. Tertio, vbi in ea perseuerat, huius rationem ego etiam sequor, si sumamus Contemnere impropriè, & communiter; nam propriæ is contemnit, qui contemptus gratia in primis censuram non seruat; sed iam ad alia veniamus.

SVMMA.

1 *Absolutus à censura in mortis articulo, ac periculo, ob aliudué impedimentum ab eo, à quo ordinario iure absolui non poterat, in eandem censuram ipso iure incidit; si, vbi periculum euasit, impedimentumué cessauit, quàm primùm commodè potest, iudicem non adit.*

2 *Absolutus à censura à Rom. Pont. ab eiusué legato in eandem censuram incidit; si man datum ab ipsis habet, vt alicui se offerat, nisi obtemperet.*

3 *Posse absolutum à censura in mortis periculo adire iudicem, à quo iure ordinario absolui debebat, quando dicatur.*

4 *Absolutus in mortis articulo an ipsemet superiorem adire debeat, ubi periculum euasit.*

5 *Absolutus à censura, si mandatis ecclesiæ non paret, in eandem censuram an ipso iure incidat.*

V.

1 § † Absolutus etiam ob mortis periculum, aliudué impedimentum à censura ab eo, à quo alias absolui non poterat, in eandem specie censuram statim incidit; si. vbi periculum euasit, impedimentumué cessauit, iudicem enim non adierit, à quo ordinario iure absolui debebat, vt habetur in c. eos de sent. excom. lib. 6. atque sic not. Marian. Soc. Sen. in cap. officij. num. 104. de sent. excom. Quæ regula locũ habet, à cẽsura, vel ab homine, vel à iure lata absolutus quis sit, ob vers. Qui à sententia canonis, vel hominis eius c. eos. Absolutus igitur à proprio parocho, ab alioné sacerdote in mortis articulo in excommunicationem statim incidit, si, cùm primum potest, iudicem, à quo iure ordinario absoluendus erat, non adierit, siue Rom. Pont. siue episcopus adeundus sit; nam is semper adiri debet, ad quem ordinario iure absoluere pertinebat, vt sensit etiam Marian. Socin. Sen. in c. officij, num 99. de sent. excom. & probatur in cit. cap. eos.
2 † Item in eandem specie pœnam, ac censuram incidit, à qua absolutus erat, à Romano Pont. ab ipsiusué

ipſiusuè legato,ſi mandatum ab ipſis habet,vt vel ordinario ſuo,vel cuilibet alteri ſe offerat,pœ
nitentiam ab eis ſuſcepturus , vel vt paſsis iniuriam, ſeu ijs, quibus propter hoc obligatus exi-
ſtit,ſatisfaciat ; & hæc,ſi cùm primùm commodè poterit,non curauerit adimplere, vt dicitur in
cit c.eos verſ.Idem ſtatuimus;quare fit,vt in hoc poſteriori caſu;ſi ab alio, vt ab epiſcopo quis
abſoluatur,præterquam à Romano Pont.ab eiusuè legato, pœna hæc locum non habeat,vt tra
3 didit Caiet. in ſumm.in verb. Excommunicatio cap.69. † Atqui quando id commodè poſſe
dicetur ? tunc planè, vbi primò mortis illud periculum , impedimentumuè illud ceſſauit ob
verſ.Si ceſſante,quod habetur in eod.c.eos.Deinde, vbi nulla re alia legitimè impeditur ; nam,
etſi mortis periculum euaſit,impedimentumq; ceſſauit, tamen, ſi aliud impedimentum acceſ-
ſerit, excuſabitur ; quid enim ſi itinera à latronibus obſeſſa detinerentur , quod fit his miſeris
temporibus in his regionibus,vbi exules captiuos faciunt,ab ipſisq; pecuniarias pœnas graues
exigunt?Sanè hic non poſſe dicetur; namq; in ius vocatus,& ob huiuſmodi rationes impeditus,
ſi non veniat,excuſatur,vt habetur in l.2.§.in iudicio.ff.ſi quis caut. Poſtremò,vt id commodè
poſsit;ſic enim dicitur in cit.c.eos,ibi Quàm cito commodè,& in verſ.Cùm primùm commodè
in fin.& in Clem.1.§.fin.de pœn.quare Hoſt.quem refert , ac ſequitur gloſſ.in cit.§.fin.in verb.
Quàm cito;verba illa Commodè poſſe interpretatus eſt.ſ.ceſſante impedimento,& aliquo mo-
dico tempore indulto,quò ſibi de neceſſarijs valeat prouidere arg.l.ab hoſtibus.§.fin.ff.quibus
cauſis maiores.Tria igitur ſimul concurrere debent,quò hic poſſe commodè dicatur; & facit l.
Nepos Proculo.ff.de verb.ſign. & quod dixit gloſ. in c.faciat.22.q.2.quo caſu, ſi prædicta non
fecerit,abſolutus in eandem ſpecie cenſuram incidet . Verùm, quid, ſi abſolutus ſe commodè
id non poſſe aſſerat ? Sanè, ſi re vera potuit, quamuis id ignoretur , tamen in cenſuram incidit ;
nam , quæ per rerum naturam certa ſunt , obligationem non morantur , licet apud nos incerta
ſint, vt dixit Imper.in §.conditiones in fin.in Inſtit.de verbor.oblig.& l.ſed & ſi.§.fin.ff.de iud.
cum ſimil.etenim lex ſemper certa eſt. Quò ad eccleſiam verò in foro contentioſo iudex id ar-
bitrabitur;nam ſic aſſeruit gloſſ.in cit.Clem.1.in §.fin.in verb.Quàm cito de pœn.quam ſequi-
tur ibi Anchar.num.22.verſ. Decimo octauo,& alij, vt ipſe teſtatur, & Marian.Socin.Senior in
c.officij.num.106.verſ. Decimo octauo,& facit quoque gloſſ.in c.quàm ſit in verb. Quàm ci-
tius de elect.lib.6.etenim, cùm iure cautum quidpiam non eſt, iudex hoc arbitratur arg.l.1.de
iur.delib.& c.de cauſis de off.deleg.Accedit,quoniam,ſi in manu abſoluti,in eiusq; arbitrio id
collocatum eſſet, cõſtitutio eius c.eos facilè eluderetur,vt dixit glo.in eod.verb.Quàm cito,&
facit arg.l.in vendẽtis.C.de contrahẽ.empt.vocato igitur abſoluto,& coniecturis factis, ſuma-
riaq; cognitione præmiſſa hoc iudex arbitrabitur; &, ſi in mora ipſum fuiſſe inueniet, in cenſu-
ram iterum ipſum incidiſſe publicum faciet,vt aſſeruit Anchar. in cit.Clem.prim.in fi.ſi id non
reperiet,ſecus. Quò ad forum autem pœnitentiæ,ac cõſcientiæ ſtabitur eius abſoluti dicto arg.
cap.ſignificaſti.2.de homicid.& vt ſenſit.gloſſ.in eod.verſ. Quàm citò , & ſequitur ibi Anchar.
eod.num.22.& Marian.Socin.eod.& Caiet.in ſumm.in verb.Excommunicatio in cit.cap.69.&
Nauar.in Man.cap.27.num.46.etenim in huiuſmodi foro nemo ſalutis ſuæ immemor eſſe exi-
4 ſtimatur . † Atqui abſolutus hic an ipſemet iudicem , à quo iure ordinario abſoluendus erat ,
adire cogetur, an procuratorem mittere poterit ? Caiet.in verb.Excommunicatio.c.69.propè
fin.verſ. Et quia lex iſta , exiſtimauit per procuratorem ad hoc inſtitutum cum veritate ſatisfa-
ctionis comparere illum poſſe;tum ꝙ per cit.cap.eos.vt ipſemet cõpareat,non coarctatur;tum
quòd,quæ gerenda ſunt,per procuratorem geri queunt.Gemin.autem in eod.c.eos. nu.6.verſ.
Quæro an iſte,contrariam ſententiam amplexus eſt. Probatur autem in c.quod de his in fin.de
ſent.excom. Cæterum, dicitur enim ibi, ab his in forma ſacramenti exigi conſueuit,vt reſum-
ptis viribus,& opportunitate conceſſa Romanam Eccleſiam in propria perſona debeant viſita-
re.Ecce hic apertè dicitur ipſum abſolutum adire eum debere,à quo fuerat abſoluendus: quã-
uis igitur id minùs dicatur in eod.c.eos;ex quo tamen id habemus expreſſum in cit. c.quod de
his,ab eo non diſcedemus ; non enim abſurdum eſt, vt vna lex aliam declaret , & vt poſteriores
leges à prioribus interpretationem accipiant; & è contrario arg.l.non eſt nouum cum duabus
ſeq.ff.de leg.ex qua ratione primum argumentum Caiet.ceſſat . Hanc ſententiam Gemin.ego
itidem ſequor,& duabus rationibus ipſam confirmo . Primùm, quoniam, ſi per procuratorem
id agi poſſet,quid expectare oporteret,vt hic abſolutus ſanitatem recuperaret? vires acciperet?
oportunitas ei daretur? vt dicitur in c.de cætero, & in c.ea noſcitur, & in cit.c. quod de his, et
c.quamuis de ſent.excom.& cit.c.eos,planè ſuperuacanea expectatio huiuſmodi eſſet . Secun-
do loco pro hac ſententia facit , quoniam , vt humiles homines reddantur, & in poſterum

minùs

minùs contra ecclesiam contumaces sint, id propterea cautum est; non enim mediocriter superioris vultum rei verentur, quamobrem etiam fit, vt posthac, ne peccent, cautiores sint; at hic effectus non consequitur, si per procuratorem iudex adeatur: qua ratione cessat secundum argumentum ipsius Caiet. quare ab hac posteriori sententia discedendum non censeo; ipso iure igitur in censuram absolutus ab ea iterum incidit in propositis casibus, qui habentur in cit. c.
5 eos. † In alijs autem, quamuis mandato iudicis absolutus non obtemperet, non idcirco tamen ipso iure censura iterum obligatur, sed iudicis opera, qui. s. iterum censuram in eum ferat, necessariò requiritur, vt probatur in c. ad nostram, & ibi not. Abb. ac Felin. de iureiur. & in cap. sacro vers. Verùm, si contra, ibi vel in pristinam, vbi & id not. Marian. Soc. Sen. num. 17. vers. Decimo quintò de sent. excom. idem quoque sensit Rot. decis. 65. de appell. in antiq.

SVMMA.

1 *Iudex, qui admonitione legitima non adhibita quem excommunicat, per mensem interdictum habet aditum ecclesiæ.*

2 *Iudex, qui sententiam censuræ aut descripto non profert, aut causam expressè non conscribit, aut ea irretito exemplum non tradit, suspensus est & ab ingressu ecclesiæ, & à diuinis.*

3 *Interesse præstare debet iudex ei, quem iniustè excommunicauit.*

4 *Iniuriarum actione tenetur iudex, qui iniustè quem excommunicauit.*

5 *Sacrilegij pœna affici potest iudex, qui iniustè excommunicauit.*

6 *Simoniæ pœna iudex affici potest, qui pecunia ductus excommunicauit, ab excommunicatione absoluit.*

7 *Pœna arbitraria puniri potest iudex, qui iniustè excommunicauit.*

8 *Punire iniustè excommunicantem quis possit; idest coram quo iudice peti possit, vt iudex, qui iniustè excommunicauit, puniatur.*

9 *Tempus intra quod, idest intra quod tempus ciuiliter, criminaliterué agi possit, vt iudex puniatur, qui iniustè excommunicauit.*

10 *Religiosus in excommunicationem incidit, vbi ab excommunicatione absoluit in casibus iure non permissis.*

VI.

1 §. Iudex quoque, qui censuram tulit, quandoq; à iure, quandoq; ab homine punitur. † A iure primùm, vbi excõmicationem tulit legitima admonitione non adhibita, & non præsentibus personis idoneis, per quas monitio probari possit; nam per mensem interdictum in ecclesiam ingressum iure ipso habet. Prohibemus, dicitur enim in c. sacro de sent. excom. ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione præmissa, & personis præsentibus idoneis; per quas, si necesse fuerit, possit probari monitio, promulgare præsumat: quòd, si contra præsumpserit, etiam si iusta fuerit excommunicationis sententia, ingressum ecclesiæ per mensem vnum sibi nouerit interdictum, &c. ecce hic apertè habetur formam iuris non seruantem pœnam hanc iudicem subire, & ipso iure, vt inquit gloss. 4. ibi, & sequitur etiã Marian. Socin. Sen. ibidem. num. 252. vers. Secundò dubitatur, vbi & alios idem sentientes refert. Et locum habet pœna huiusmodi primùm, à quocunque iudice ordinario, delegatoué censura feratur; tum ob relatiuum illud Nequis, quod omnem excludit arg. l. 1. ff. de verb. sign. tum quod ita sensit Inno. in c. illud de elect. excom. min. accedit, quòd eadem ratio in quocunq; iudice est, quippe quia diuersa reddi non potest; ergo idem ius esse quoque debet arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. cum simil. Secundo locum etiam sibi vindicat, quamuis iusta excommunicationis sententia sit ob vers. Etiam si iusta fuerit, & ibi not. & Mar. Soc. num. 199. & num. 239. Tertiò, vbi legitimam admonitionem adhibuit, sed tamen non præsentibus idoneis personis; simul enim & hoc ibi iubetur; ergo altero prætermisso nihil facit: etenim nihil factum esse dicitur de aliquo, vbi adhuc aliquid agendum superest arg. l. cùm Sylanianum in fin. C. de his, quibus, vt indignis, & qui partẽ indiuidui fecit, nihil fecisse existimatur, vt sensit Gloss. Bart. Ias. ac DD. in l. furiosum. C. qui testamenta facere possunt. Postremò idẽ de suspensione, atque de interdicto sentimus arg. cit. c. sacro iunct. c. quęrenti de verb. sig. Excipiuntur tamen casus omnes, in quibus admonitio necessaria non est, quos infra posuimus. Item excipiuntur episcopi, & alij superiores ob c. quia periculosum de sent. excom. lib. 6. & vt inquiunt Io. And. & Henric. & Archid.
2 quos refert Socin. eod. num. 206. † Per mensem itidem ab ingressu in ecclesiam, diuinisq; officijs iudex suspensus est, vbi sententiam hanc censuræ aut in scriptis non protulit, aut causam, quamobrem eã profert, nominatim, expressèq; non conscripsit, aut eius sententiæ exem-

plum censura constricto rogatus intra mensem non tradidit. Quisquis igitur excommunicat,
dicitur enim in cap.1.de sent.excom.lib.6. excommunicationem inscriptis proferat,& causam
excommunicationis expressè conscribat, propter quam excommunicatio proferatur; exem-
plum verò huiusmodi scripturæ teneatur excommunicato tradere intra mensem, si fuerit re-
quisitus, &c. Si quis autem iudicum huiusmodi constitutionis temerarius extiterit violator,
per mensem vnum ab ingressu ecclesiæ,& diuinis officijs nouerit se suspensum: hæc ibi;ex qui-
bus proposita conclusio probatur; & eisdē rationibus amplificatur,atq; coarctatur, quibus re-
gula de interesse amplificari, coarctarique vidimus in superiori cap.§.19. Atqui an & religiosi
antistites pœnas huiusmodi subibunt? Lap.alleg.73.& ibi Add. ad eum, vbi quæstionem hanc
disputauit, in pœnam hanc religiosos non incidere asseruit, quāuis contrarium sentiant Host.&
Gemin.in cit.cap.1.§.si quis autem.num.9.vers.In ea gloss.tum quòd generaliter loquitur cit.
cap.1. ac propterea à generalibus verbis discedendum non est arg. l.non aliter.ff.de leg.3.& l.
1.§.& generalirer.ff.de leg. præst. tum quòd constitutio hæc veritati nititur, quam decet maxi-
mè religiosos seruare;& præsertim quia in dubio,quod certius, tenendum est arg. cap.iuuenis
de spons. Addo, vbi lex præcipuum quidpiam de religiosis statuere voluit, id ipsam expressisse,
vt habetur in Clem.1.de priuileg.hanc igitur opinionem, vt veriorem sequor, quam & secutus
videtur Nauar.in Man.cap.27.num.7.prope fin.Sed de pœnis,quæ ipso iure inferuntur, hacte-
3 nus;iam ad pœnas;quæ ab homine inuri possunt,veniamus. † Primùm igitur ad interesse tene-
4 tur ipsi excommunicato, vt probauimus in superiori cap. §.19.nu.12. † Secundo loco actio-
ne iniuriarum conueniri potest,vt dixit gloss.in eod.cap.sacro in verb. Per mensem,& ibi eam
sequuntur DD.& Mar.Socin.Sen.num.236.vers. Quinta pœna,& Capell.Tholos.decis.397.&
Add.ad eam viden.quæ tamen locum habet, vbi dolo malo iudex censuram tulit; nam iniuria
non fit,nisi hoc animo fiat,vt iniuria inferatur, vt in re nostra dixit Host.quem refert, ac sequi-
tur Socin.eod.num.264.& in cap.1.num.66.de iniur. dolus igitur requiritur in iudice,quò hac
5 pœna obligetur. † Tertiò sacrilegij pœna iudex etiam affici potest, vt dixit gloss.in cit.c.sa-
cro in verb.Per mensem,& sequitur eam ibi Inno.num.6.& Abb.eod. & Socin.num.267.vers.
Sexta pœna; idq; meritò,quippe qui ecclesiæ clauibus abutitur,& qui violat sacrum, idest cor-
pus ecclesiæ,à qua iniustè membrum euellit,vt inquiunt non nulli, quos refert Socin.eod. Re-
quiritur tamen & hìc dolus, quò pœna hæc inuratur, vt inquiunt Henric. & Host. & Socin.qui
6 ipsos refert in eod.c.sacro.num.269. † Quartò simoniaci pœna etiam affici potest, vbi pecu-
nia ductus quem excommunicauit, sicut etiam,qui eadem ratione ab excommunicatione ab-
7 soluit,vt probauimus antea cap.5. † Quintò arbitraria pœna etiam puniri potest, vt habetur
in cit.c.sacro vers. Cumq; aduersus,ibi aliàs nihilominus, & in cap.1.vers. Superior verò vers.
Et aliàs puniat de sent.excom.lib.6. quare & pecuniaria pœna affici poterit, vt ait Host. & se-
quitur Socin.in cit. c.sacro. num.259. quamuis dici possit iudicem puniendum esse pro crimi-
nis qualitate,vt pote simoniæ pœna,vbi simoniam committit,& iniuriarum etiam,vbi iniuriam
intulit; modò tamen id excommunicatus petat, sicut antea diximus de interesse; & sic de reli-
8 quis;& hoc sensit etiam Socin.eod.num.288. † Agetur autem coram superiore ipsius excom-
municati immediato; nam hoc dixit Io.And. & sequitur eum Socin.eod.nu.344.cum seq.vers.
Quintò principaliter, & expressum hoc habetur in c.venerabilibus. §. sed si excommunicatus
9 de sent.excom.lib.6.† Tempus verò,intra quod ciuiliter,criminaliterue contra ipsum agi po-
test,erit totum illud,quod antecedit præscriptionem; nam ad accusandum intra viginti annos
quis admittitur, non autem post, vt habetur in l.querela, & ibi not.C.ad l.Corneliam de fals.
actiones verò reliquę suum tempus habent. Excipitur tamen,vbi iudex ante litem contestatam
mortuus est; nam tunc omnis actio pœnalis extinguitur, vt habetur in l.1.C.si reus,vel accus.
mort. fuer. ad summam & criminaliter,& ciuiliter agi potest, quàm diu actioni, accusationiuè
præscriptum non sit, atque sic dixit Socin.in eod.c.sacro. num.348. cum multis seq. Alia pœna
10 etiam afficitur iniustè excommunicans,quæ habetur in c.de illicita.24.q.3.† Postremò religio-
sus,qui ab excommunicatione eum absoluit,quem non potest,in excommunicationem incidit,
vt habetur in Clem.3.de priuil. Religiosi &c.dicitur enim ibi, qui excommunicatos à canone,
præterquam in casibus à iure expressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicæ concessis eisdem,
vel à sententijs per statuta prouincialia,aut synodalia promulgatis, seu,vt verbis eorum vtar,à
pœna, & culpa absoluere quemquam præsumpserint, excommunicationis incurrāt sententiam
ipso facto per Sedem Apostolicam dumtaxat absoluendi: hæc ibi; ne igitur in excommunica-
tionem incidant,nullus religiosus(modò eius regula probata sit) absoluere ab excommunica-

tione quempiam conabitur,neq; ab alia censura;nam,quilibet religiosus per cit. Clem. 1. prohibetur,quippe quæ simpliciter loquitur, atque ita tradidit ibi Zab.vers. Tertiò quæro, vbi & quosdam alios idem sentire ait, ac propterea,vel nouitius sit,in eandem pœnam incidet; nam, sicut religiosi priuilegio fruitur arg. e. religiosò de sent.excom. lib.6. ita & oneribus subiectus esse debet,atque ita dixit Zab.eod.vers. Quartò quæro. Incidit etiam in eandem pœnam,quicunque sit,quem absoluit, ob eandem rationem, quoniam constitutio indefinitè loquitur, inquit enim Excommunicatos absoluere, & indefinita vniuersalis vim habet iuribus vulg. id, quod & Zab.eod.dixit vers. Vigesimo quarto,& vers. Trigesimo octauo. Eandem pœnā etiam subit, quæcunque excommunicatio fiet, etiam si absolutio ipsi episcopo, sacerdotiuè permissa sit; sic enim tradidit Zab.eod.vers. Vigesimo quinto. Imò eandem pœnam patietur, si ab alia censura etiam absoluat ob verbum illud A sententijs iunct.gloss.in verb. Sententijs: quæ opinio mihi etiam placet,quamuis contrarium Zab.ibi senserit vers. Vigesimo nono; nam excommunicationis mentio facta tantùm est, quoniam frequentiùs excommunicatio, quàm reliquæ censuræ, fertur; quo casu lex de frequentiori agens minùs frequens non excludit, vt tradunt DD.in l.vn.& ibi quoque gloss.in verb. Sponsam. C. de rapt. virg. Pœnam tamen huiusmodi non nunquam religiosus effugiet. Primò, si absoluat, vbi à iure communi, priuilegioue id ipsi permissum est,ob vers. Præterquam in casibus,& ibi gloss.not.& Zab.eod.vers.28. Item, vbi ab homine, qui absoluendi facultatem habet ob officium, dignitatemuè, potestas tributa esset; tutò igitur absoluet, si exempli gratia ab episcopo id ipsi permittatur arg.cap. fin. de off. ord. Tertiò, vbi à minori excommunicatione absoluit; nam, cùm simpliciter excommunicationis mentio fiat in cit.Clem.1.de maiori accipiemus arg.c.pen.de sent.excom.& vt sensit Zab.eod. & Anch.nu.6.vers. Tertiò not.& facit c.nuper de sent.excom.in antiq.vbi,qui à peccato absoluit,hunc & à minori excommunicatione absoluere posse dicitur. Quartò, vbi probabiliter ius id ignorat, ob verbum illud Præsumpserint,quod dolum postulat arg. cir.c.sacro in verb. Nisi forsitan de sent.excom. Postremò, vbi à sententia hominis absolueret;de censura enim tantùm à canone,statutouè lata cit. Clem.loquitur, neque de censura ab homine lata quicquam dicit; ergo neque nos id dicere debemus arg.l.de pretio.ff.de publ.in rem act.atque sic asseruit gloss. ibi in verb. A canone,& Zab eod.vers. Vigesimo septimo,& Anchar.num.6.vers.Tertiò not.in hoc igitur casu in excommunicationem itidem non incidet, sicuti neque etiam vbi à peccato tantùm absolueret,vt tradidit Zab.eod.vers. Trigesimo septimo; at his exceptis casibus,præterquam quod peccabit religiosus, si absolutionem hanc tribuat,in excommunicationem quoque incidet: alij clerici seculares verò hac pœna non afficientur, quandoquidem ipsis verba legis non conueniunt, ergò nec legis dispositio arg.l.4.§.toties. ff.de damn. infect. peccabunt tamen,& arbitrio iudicis punientur,ex quo iure præscripta ipsis pœna non est arg.l.1.ff.de iur. delib.& c.de causis de off.deleg.

SVMMA.

1 *Pœna censuræ in vnum lata alios à contumacia deterret.*
2 *Licentiam tribuens offendendi eum,qui censuras in quempiam tulit,in excommunicationem incidit, sicut etiam, qui ea licentia vtitur, suouè impulsu id facit.*

VII.

1 § † Ne alij denique contra ecclesiam cõtumaces sint,per censuram ecclesiasticam in vnum latam efficitur,vt de excommunicatione sensit Ricard. de Med.Vill. dist.18. art.3.q.1.in resol.lib.4.& Alex.de Ales.q.22.art.7.§.1.vers.Ad illud quod obijcitur, quod excommunicatio infertur ad emendationem in 4.part.sum.in 1.membr.nam,cùm videant, qui ecclesiæ non obtemperat, si censura huiusmodi constringatur, tot, tantaq; damna eum pati, ob eam rem, ne ipsi eadem patiantur, ecclesiæ salutis suæ studiosi obtemperandum sibi proponunt; quamobrem etiam fit, vt censura in vnum lata alijs prosit, & pœna vnius metus multorum fiat, quod dici solet,vt probatur in l.capitalium.§.famosos, & in l.aut facta.§.fin.ff.de pœn.& in l.1. ff.ad leg.iul.repet.& c.sicut iunct.gloss.in verb. Pertimescat de iureiur.& c.quapropter.2.q.7. & c.1.vers.Vt pœna docente de sent.excom.lib.6.idq; scitè,ac prudenter; scitum enim est periculum ex alijs facere, tibi quod ex vsu fiet, &, vt Poeta ille alius inquit, Felix, quem faciunt aliena pericula cautum;contingit ergo non nunquam,vt censura in vnum lata alteri prosit: id quod multo magis ei contingere debet, qui constrictus ipsa tenetur, vt.s.in futurum ecclesiæ

parendum sibi statuat; tribulatio enim, quod vulgo dicitur, intellectum tribuit, & quicunque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna, vt inquit Sanctus Gregorius relatus in c. qui ea. dist. 38.
2 † Postremò, quicunque licentiam offendendi eum quacunque ratione dederit, qui censuram in quempiam tulit, in excommunicationem statim incidit; sicut etiam is, qui ea licentia vtitur, quiuè suo impulsu id facit, vt habetur in c. quicunq; de sent. excom. lib. 6.

De effectibus per se, ac per accidens censuræ ecclesiasticæ, qui post huius vitæ cursum percipiuntur. Cap. XV.

1 *Vita æterna per censuram ecclesiasticam præstatur, & qua ratione.*
2 *Censura ecclesiastica fertur, vt à peccatis homines auocentur.*
3 *Excommunicatio lata fuit à Diuo Paulo in quosdam, vt auocaret eos à luxuria, & à blasphemia.*
4 *Censuræ vitiorum medicinæ sunt.*
5 *Censuræ ab ecclesia feruntur, vt quis saluus fiat.*



Gimus de effectibus censuræ ecclesiasticæ, qui in hac vita percipiuntur; iam de effectibus eiusdem, qui in alia vita, ac primò de effectu per se, deinceps de effectu per accidens agamus. † Effectus igitur per se censuræ ecclesiasticæ, qui post huiusce
1 vitæ cursum percipitur, æternæ vitæ præstatio est. Tradidi, inquit enim Apostolus de excō nu icato agens, relatus in c. andi. 11. quæst. 3. huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt saluus fiat spiritus eius in die domini. Ecce hìc apertè ostenditur excommunicationem, ac propterea etiam censuram aliam salutem, atque idcircò æternam vitam post huiusce cursum parare; idem refertur in cap. sed illud. dist. 45. & in cap. audiuimus. §. sin autem vers. Vnde Apostolus. 24. q. 1. & in cap. qui peccat vers. Item Petilianus. 23. q. 4. & in c. quid crudele ead. q. 4. & in c. notandum in fin. viden. 24. q. 3. & arg. cap. corripiantur ead. q. 3. atque ita sensit Sot. dist. 22. q. 1. art. 1. dub. 1. & Gabriel Biel. dist. 18. q. 2. art. 1. vers. Tertiò not. lib. 4. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris num. 29. vers. Quarta conclusio de sent. excom. Idq; meritò, tum quòd censuris efficitur, vt, qui ecclesiæ præcepta aspernabatur, post hac ad parendum ipsis se promptum fore promittat arg. c. cùm desideres, & cap. ex tenore cum seq. de sent. excom. quo casu, qui ecclesiam audit, Deum audit, & Deum audiens, cùm propterea ex Deo sit, saluus
2 fit; † tum quòd à peccatis per censuras quis auocatur: † sic enim & Diuus Paulus in Co-
3 rinthium quendam excommunicationem tulit, quò eum à luxuriæ sordibus auocaret, vt in cit. iur. habetur, & in alios, quò à blasphemia ipsos deterreret, vt legitur in cit. c. qui peccat. §. item Petilianus vers. Item alios. 23. q. 4. & in c. quid crudele ead. q. 4. At qui à peccatis resipiscit, sine dubitatione saluus fiet; Cor contritum, & humiliatum enim, vt inquit Dauid ille sanctissimus,
4 Deus non despicies. † Præterea excommunicatio, ac reliquæ censuræ pœnæ quædam sunt, vt paulò post videbimus, ac per se patet (priuatur enim quis per eas spiritualium vsu) pœnæ verò vitiorum medicinæ sunt, vt docuit Philosoph. lib. 3. moral. si vitijs ergo censuræ medentur, planè vitijs sublatis æternam vitam consequemur; hinc excommunicationem medicinam ecclesia
5 appellauit in cap. 1. de sent. excom. lib. 6. & in c. multi corriguntur. 2. q. 1. † Postremò ecclesia vnum hoc studet, vt omnis saluus fiat; atque ob eam rem censuras fert, vt probatur in cap. 1. de sent. excom. lib. 6. & inquit Io. And. quem refert, ac sequitur Anchar. ibi in prin. & in c. 1. de except. eod. lib. & in cit. c. qui peccat. & in c. sed illud dist. 4. & in cap. quid crudele. 23. q. 4. meritò igitur censuræ ecclesiasticæ effectus & hic est; modò tamen salutari hac medicina quis non abutatur, ad contumaciamq; non redeat; ac demum ad Christianæ religionis normam in reliquis vitam moderetur, moresq; componat.

SVMMA.

1 *Æternæ mortis damnatio censura ijs est, qui eam aspernantur.*
2 *Vitio eius, qui censura irretitus tenetur, & non censuræ quis ad æternam mortem damnatur.*
3 *Excommunicatio medicina in primis est.*

I.

1 § † Effectus demum, qui post huius vitæ cursum censuram consequitur, sed per accidens, æternæ mortis damnatio est. Anathema est æternæ mortis damnatio, dicitur enim in cap.

nemo episcoporum. 11.q.3. Anathema verò maior excommunicatio est, vt habetur in c.Engeltrudam.3.q.4.& vt nos probauimus in Tab.2. in fine. Quibus ecclesiam interdixeritis, dicitur etiam in c.nihil sic debet ead. q.vbi & de excommunicatione agitur, nisi reconciliati per satisfactionem fuerint, ipsis ianua regni cœlestis clausa erit. Hæc ibi Sanctus Hieronymus; censuram igitur æternæ vitæ priuatio consequitur. Atqui contrarium in initio huius capitis asseruimus;
2 ergo hæc repugnare interse videntur: † verùm hoc nihil est; nam excommunicatio, ac reliquæ censuræ feruntur, vt vidimus, quò à contumacia, & à peccatis quis discedat, atque vt ecclesiam audiat, eiusq; præceptis obtemperet: quæ vbi à censura irretito fiunt, æternam vitam consequitur, quod in initio huius capitis diximus; at si neque à contumacia, peccatisuè resipiscit, neq; ecclesiam audit; tunc æternæ mortis damnatio censura est, vt habetur in cit.cap.nemo episcoporum, & in c.nihil sic debet ead.q.non censuræ vitio igitur, sed eius vinculo irretiti contumacia id contingit; Disciplina est excommunicatio, & non eradicatio, dicitur enim in c.notandum in fin. 24.q.3.nisi forte ex contemptu, & superbia excommunicatio proueniat; Cùm medicinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans, non eradicans, dum tamen Is, in quem lata fuerit, non cõtemnat, &c. habetur etiã in c.1.de sent.excõ.lib.6.ecce hinc quoq; manifestò apparet non censuræ vitio, sed ipsam contemnentis culpa id contingere; idem probatur in c.non solùm. §.cùm ergo vers.Is autem, qui sub manu. 11.q.3.atque ita DD.communiter asserunt in cit.c.1. de sent.excom.lib.6.Io.Mon.& Anchar.num.1.& Gemin.in prin.& Phil.Fran.vers.Tertiò not. à contrario sensu, & Gloss in cit.c.nemo episcoporum in verb.Mortis, & Nicol.Plou.de excommunicatione in suo tract.de effectibus excommunicationis in fin.& Host.in summ.nu.11. vers. Quis sit eius effectùs, ibi nam omnis excommunicatio de sent.excom. & Gabriel.Biel. dist.18. q.2.art.1.Corol.3.vers.Vel dicitur lib.4.& Marian.Socin.Senior in c.sacris.nu.29.vers. Quinta conclusio de sent.excom. † Quare Bero.in c.1.num.25.de constit. præcipuum excommu-
3 nicationis effectum esse dixit, vt sit medicinalis, ex contemptu autem, atque inobedientia fieri mortalem, idem tradidit in rub.num.28.de off.deleg. & in c.1.num.8.eod. Ne igitur hoc contingat, vbi sententia censuræ æqua est, à contumacia discedere; vbi iniqua, eam non violare, debemus arg.c.1.de except.lib.6.& cap.1.11.quæst.3.

De materia censuræ ecclesiasticæ, quæ ad genus spectat. Cap. XVI.

SVMMA.

1 *Censura ecclesiastica pœna est.*
2 *Censura ecclesiastica quauis culpa leuior est.*
3 *Censuram ecclesiasticam potius subire quis debet, quàm id, quod peccatum est, facere.*
4 *Præscriptione, consuetudineuè an censura impediatur, quò minùs aut feratur, aut lata obseruetur.*



EXplicatis generatim effectibus censuræ ecclesiasticæ, de materia eiusdem, ac primò de ea, quæ ad genus spectat, iam agamus. † Materia igitur hæc censuræ ec-
1 clesiasticæ Pœna est, vt probatur in c.sacro vers. Cùm non sit leuis culpa de sent. excom.& in Clem.3. & in tot.tit. de pœn. & in extranag. 2. de simon. & in extranag. viam ambitiosæ, ibi sub dictis pœnis iunct. anteced. & in extrauag. dierum crescente malitia de pœn. & in c.corripiantur.24.q.3.& vt DD. communiter sentiunt Gloss. in c.ad reprimendam de off.ord.& Inn.in c.qualiter, & quando. 2.de accus.& Bero.in c.item cùm quis.num.41.de restit.spol.& Goff.in summ.de sent.excom.& Quintil.Mandos.in tract.cõmiss. 2.in verb. Ecclesiasticis, ibi censuram, & Syl.in verb. Pœna vers. Secundò quæritur, & Tab.eod. vers. Sextò, ibi tripliciter, ac demum reliqui omnes: idq; meritò, tum quòd pœna boni cuiuspiam priuatio est, censuris verò plurimis, maximisq; bonis priuamur, vt ex dictis effectibus iam constat, & infra deinceps illustriùs constabit; tum quòd censura ecclesiastica contumaciæ, ac propterea delicti medicina est arg.c.1.& ibi not.de sent.excom.lib.6. & c.notandum in fin. iunct.gloss.in verb. Disciplina, & c.multi vers. Quamuis.2.q.1. at medicinæ delictorum pœnæ
2 sunt, vt docuit Phi.lib.3.mor.iure igitur censura ecclesiastica pœna est. Quare, † quòd quæuis
3 leuissima culpa quauis pœna, atque censura grauior est; † ob eam rem, si quid à iudice sub excommunicationis pœna præcipiatur, quod peccatum sit, excommunicationem potius subire quàm id, quod præceptum est, facere debemus arg.cap.inquisitioni de sent.excom.& ibi Abb.

ac DD.not. Imò si quid ab episcopo eiusdem pœnæ adiectione præcipiatur, quod, etsi peccatum non est, illud tamen facere non debeo, vt pote si præcipiat, vt meum equum ei donem, iure quò excommunicationem vitem, illum ei tradere non cogor, vt asserunt Innoc. Abb. Felin. ac
4 DD. in eod. c. inquisitioni. † Postremò, quòd censura medicina est, ob eam rem præscriptione, consuetudineuè fieri non potest, & quò minùs lata obseruetur, vt probauimus supra c. 13. §. 11. & quò minùs pro contumacia feratur; esset enim contra obedientiam præscribere, quod non licet, vt habetur in cap. cùm non liceat, & ibi communiter not. de præscript. atque ita sensit Felin. in c. cùm nobis. num. 12. vers. Sed si inquireretur de præscript. & facit cap. fin. 24. q. 2. vbi qui contumax in hæresi mortuus est, post mortem etiam excommunicatur. Excipitur tamen mea sententia quò ad excommunicationem contumacia præterita; nam quis ob eam excommunicari non poterit, ex quo ab ea discessit, vt probauimus alibi. Postremò, quò ad interdictum ac suspensionem, vbi pro pœna feruntur; nam, si tantum temporis abierit, vt delicti accusatio præscripta sit, tunc sicut propria delicti pœna inuri non potest, ita nec suspensio, nec interdictũ; sed iam, quæ pœna sit, contemplemur.

S V M M A.

1 *Censura ecclesiastica pœna spiritualis est.*
2 *Censura eccl. cur spiritualis pœna dicatur.*

I.

1 § Vidimus censuram ecclesiasticam pœnam esse; iam, quæ pœna sit, contemplemur. † Censura ecclesiastica igitur spiritualis pœna est, vt probatur in c. auaritia iunct. gloss in spiritualibus de elect. lib. 6. & in cap. is, cui in verb. In spiritualibus iunct. vers. Omnia eod. & innct. gloss. in c. transmissam eod. in antiq. & in c. si episcopus, ibi in spiritualibus, & in c. seq. de suppl. negl. prælat. lib. 6. & vt sensit gloss. summ. ibi spiritualis. 1. q. 4. & Zab. in Clem. 1. vers. Octauò not. de testib. & Quintil. Mandos. in prax. commiss. 2. in verb. Ecclesiasticis, & Bart. in l. placet. lect. 2. num. 6. C. de sacrosanct. eccl. & Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. num. 6. ff. de ijs, qui not. infam. & Syl. in verb. pœna. num. 2. vers. Primum enim genus, ibi secunda est censura eccle-
2 siastica, & in verb. Præceptum. num. 3. non est igitur, quòd hac de te dubitemus: † idq; iure meritò; tum quòd hac pœna anima, quæ spiritus est, in primis punitur; tum quòd eadem spiritualium vsus potissimum prohibetur, vt diximus supra cap. 13. quare à pœnis corporis separatur, vt ieiunij, verberum, seruitutis, exilij, atque carceris, quæ pœnæ ab ecclesia itidem inferuntur, vt de ieiunio habetur in c. si quis contristatus. dist. 90. & de verberibus in c. 1. 23. q. 5. & de seruitute in c. ita quorundam de iudæ. & de exilio in c. in Synodo in fin. & ibi not. gloss. dist. 63. & de carcere in c. 3. de pœnis lib. 6. multo magis ergò à pœnis corporis, quæ iure ciuili inferuntur, separatur; & à pœna etiam pecuniaria, quæ ab ecclesia itidem inuritur arg. cit. c. ita quorundam, & c. cùm secundum leges de hæret. lib. 6. & cap. Adrianus in fin. dist. 63. Nec obstat, si dicatur corpus etiam per censuram quandoq; puniri; quippe quòd ecclesiastica sepultura caret, si quis excommunicatus, interdictoue subiectus moriatur, vt habetur in c. is, cui. §. talis quoque de sent. excom. lib. 6. & Clem. 1. de sepult. item beneficij fructibus excommunicatum priuari, vt dicitur in c. pastoralis. §. fin. de appell. nam non idcirco pœna hæc minùs spiritualis est; tum quòd in quauis dispositione id, quod primum sit, & non id, quod consequitur, considerari debet arg. §. 1. in Instit. de tutel. & §. certæ autem rei, qui testamento tutores dari possunt, & l. sed an vltro. §. 1. ff. de negot. gest. quamuis igitur per censuram corpus non nunquam puniatur, beneficij quoq; fructibus quis priuetur, quòd tamen anima in primis punitur, ob eam rem spiritualis pœna dicitur; tum quòd & spiritualis pœna censura nominatur, quia per eam re spirituali quis priuatur; ecclesiasticam sepulturam verò spiritualem rem esse nemo inficiatur; nam & cœmiterium consecratum est, sicut beneficij fructus ad diuinum cultum peragendum sunt destinati arg. cap. fin. de rescript. lib. 6. quare, cùm & hæc communiter spiritualia sint, à proposita sententia non discedemus.

S V M M A.

1 *Censura ecclesiastica fori exterioris ecclesiæ pœna est.*
2 *Suspensio ab officio lata à sacerdote in foro pœnitentiæ censura ecclesiastica non est, ac propterea sic suspensus diuina faciens irregularis non fit.*
3 *Censura ecclesiastica vbi ferri potest, ea causa ad forum ecclesiæ pertinet.*
4 *Interdictum latum à iudice laico censura ecclesiastica non est.*
5 *Iudex laicus an de censuris cognoscere possit.*

§. † Fori

II.

1 §. † Fori exterioris ecclesiæ pœna etiam hæc est, vt probauimus supra cap. 2. §. 18. cum seq. quare ob hanc rationem separatur primò à pœnis, quæ in pœnitentiæ foro inferuntur.
2 † non enim, si exempli gratia sacerdos ab officio pœnitentem suspendat, contra faciens irregularis fiet, vt dixit gloss. in c. is, qui in verb. In iure de sent. excom. lib. 6. & Nauar. in Man. c. 27. n. 151. vers. Dixi ob culpã, & Maiol. de irreg. lib. 3. c. 19. n. 23. & Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris c. 9. vers. Nonò de suspensione; etenim censura ecclesiastica hæc non est. Separatur quoque hac ratione à pœna damni, quæ nil aliud est, quàm Dei conspectus priuatio, & in eam quis ob gratiæ priuationem incidit, quod mortiferi peccati culpa solùm efficitur, non autem censuræ ecclesiasticæ pœna, vt probatur in c. quomodo cum multis seq. 11. q. 3. & in c. resuscitatus cum seq. de pœnit. dist. 1. & in c. à nobis. 2. de sentent. excom. paulò post principiũ. Neutra igitur harum pœnarũ ad ecclesiasticam censuram pertinet, vt, quæ exterioris fori non sunt. Separatur denique, quatenus diximus ecclesiæ pœnam esse, à pœnis, quæ à laicis
3 inferuntur; non enim hæc ab ipsis ferri potest, vt probauimus supra cap. 2. §. clericus; † hinc eam causam ad iudicem ecclesiasticum pertinere dixit Abb. in c. cùm sit generale. num. 8. cum seq. vers. Et ex hoc infertur de for. compet. in qua iudex ecclesiasticus excommunicationem ferre potest: quod accipiendum est, vbi ex suo officio causam cognoscere valet; secus autem, vbi
4 sponte aditur; dubitationem enim hoc nullam habet: † quamuis igitur laicus iudex prohibeat, quò minùs quis exulum commercio vtatur, prohibitio tamen hæc excommunicatio non erit, sicuti nec interdictum illud, vbi locus aliquis cuipiam interdicitur, vt habetur in tot. tit. ff.
5 de interdict. atq; ita sensit gloss. in c. 1. in verb. Obseruari de sent. excom. lib. 6. † Verùm, quòd diximus censuram ecclesiasticam à laico iudice feri non posse; quid, si coram ipso actori excommunicatio obijciatur (exceptionem enim hanc admittere & ipse debet arg. cap. decernimus de sent. excom. lib. 6.) actor verò id neget, ad quem cognitio hæc pertinebit? videbatur dicendum ob ea, quæ diximus, ad iudicem ecclesiasticum spectare. Atqui sic concludere debemus, si sententia excommunicationis vel nulla, vel iniqua esse ab actore dicatur, ad ecclesiasticum iudicem cognitionem in hoc casu pertinere, vt tradidit Gemin. in cit. c. decernimus. num. 4. vers. Sed an iudex, & Anchar. nu. 1. vers. Secundò not. de sent. excom. & idem Gemin. in c. fin. nu. 13. vers. Per hoc deciditur de for. compet. lib. 6. etenim cognitio hæc, vbi, an vinculum sententiæ teneat nec ne, quæritur, ad ecclesiæ forum pertinet, ac merè ecclesiasticũ est, vt tradidit Gemin. eod. cap. fin. num. 13. iure igitur in hoc casu cognitio hæc ad iudicem laicum non spectabit arg. c. 2. de iud. & cap. 2. de for. compet. sic etiam, si dubitetur, an quis clericus sit, ad iudicem eccl. cognitio pertinet, vt dixit Mar. Socin. Sen. in c. peruenit. num. 303. de sent. excom. ibi, sed si dubium. Si verò, an excommunicatio lata sit, quæratur, vt pote quoniam actor, cui obiecta excommunicatio est, excommunicationem minimè latam asserit, tunc secularis iudex id cognoscere poterit: ac meritò; nam non de censuræ ecclesiasticæ viribus, quæ cognitio ecclesiastici iudicis est, sed de facto, quod & ad laicum iudicem pertinere potest, cognoscit, an. s. intercesserit, vt citati autores eisdem in locis asserunt; etenim sic in iureiurando distinguunt, vt inquit idem Gemin. in eod. cap. fin. num. 12. cum seq. de for. compet. & Ias. in l. quoties. num. 6. & ibi Bart. qui de communi sententia testatur. C. de iud. & facit c. si iudex laicus, & quod ibi not. Gemin. nu. 4. de sent. excom. lib. 6. vt ergo, vnde digressi sumus, eò reuertamur, ex quo censura ecclesiastica pœna spiritualis fori exterioris ecclesiæ est, & à pœnis omnibus, quæ à secularibus iudicibus feruntur, separatur.

SVMMA.

1 *Censura iterari potest.*
2 *Excommunicatus iterum excommunicari potest; quæ regula etiam declaratur.*
3 *Denuntiatio excommunicati aliquando fit ob maiorem eius confusionem, ac pœnam.*
4 *Faciens aliquid, vnde plures delicti species nascuntur, pro quibus singulis excommunicatio irrogatur, an in plures excommunicationes incidat.*
5 *Percutiens sæpius clericum an in plures excommunicationes incidat.*
6 *Plures frumenti corbes extra ecclesiæ territorium exportans an in plures excommunicationes incidat, vbi pro extractione excommunicatio fertur.*
7 *Communicans sæpius excommunicato an, & quoties in excommunicationem incidat.*
8 *Percutiens vna percussione plures clericos an in plures*

in plures excommunicationes incidat.

9 *Faciens aliquid, pro quo plures excommunicationes latæ sunt, an in plures excommunicationes incidat.*

10 *Percutiens clericum, qui habet primam tonsuram, quatuorque minores ordines, an in plures excommunicationes incidat.*

III.

1 § † Iterabilis quoque pœna hæc est; quamobrem fit, vt à pœnis, quæ non iterantur, cuiusmodi mortis pœna est, separetur. An igitur censura iterari potest? & in quam sentenriam hoc accipitur? Vt rem ipsam dilucidiùs explicemus, præponendum est duobus modis censuram iterabilem dici posse; primò, vt, qui exempli gratia excommunicatus est, post absolutionem, si iterum contumax sit, excommunicari hunc iterum posse dicatur, quod & dubitationem non habet; nam ad contumaciam tollendam fertur, quæ contumacia iterari potest; ergo & censura ipsius medicina iterari posse debet, & facit c. quæstioni de appell. in antiq. & c. eos de sent.
2 excom. lib. 6. cum simil. † Secundo loco censuram iterabilem dici posse, vt qui excommunicatus est, antequam ab excommunicatione absoluatur, an iterum excōmunicetur: & hæc quæstio magna est inter DD. an scilicet excommunicatus iterum excommunicari possit; in eaq; duæ DD. sententiæ exortæ sunt. Quarum prima est excommunicatum excommunicari iterum posse; hanc sententiam amplexata est Gloss. in c. Engeltrudam. 3. q. 4. & in c. ita quorundam de iudæ. (in quibus iuribus quæstio hæc disputatur) & in c. 2. §. quod ergo in verb. Non iteratur, & in c. officij de sent. excom. in antiq. & in cap. quicunque in verb. Incurrant eod. lib. 6. & Abb. in cit. c. ita quorundam, & Bart. in l. de pupillo. §. si in pluribus. num. 3. & Add. ad eum in litera F. & Castr. eod. num. & Ias. num. 5. ff. de oper. nou. nunt. & Alexand. in l. qui bis idem. num. 2. ff. de verb. oblig. & Nell. in tract. de bannit. num. 1. in 1. part. prim. temp. eandem secuta est quoque Rot. decis. 32. num. 6. de præb. in antiq. & Anchar. in Clem. grauis. num. 8. & ibi quoque gloss. de sent. excom. eandem communem, & vsu ecclesiæ vniuersali receptā testantur S. Bon. dist. 18. q. 4. in prin. lib. 4. & Alex. in cit. l. qui bis idem, & Nauar. in eod. c. ita quorundam in gloss. vltim. num. 1. not. 11. & Marian. Socin. Senior in c. cùm pro causa. num. 18. cum seq. vbi quæstionem disputat, & opinionem hanc communiter receptam testatur. num. 24. de sent. excom. eandem sequitur Alex. de Ales. q. 22. in primo membro art. 5. in 4. part. summ. & Ricard. de Med. Vill. dist. 18. q. 2. in prin. lib. 4. & Gabriel Biel. ead. dist. q. 2. art. 2. concl. 5. Corol. 3. Probatur autem primò in cit. c. ita quorundam de iudæ. nam, qui Saracenis opem ferunt contra illud c. ita quorundam, ipso iure excommunicati sunt, vt ibi habetur, & gloss. not. in verb. Subiectos; & tamen Lateranense Concilium, vt ab episcopis erebra, ac solemnis in eosdem excommunicatio proferatur, iubet, vt ibi dicitur, ergo excōmunicatus iterum excommunicari potest; ex quo ibi præcipitur, vt crebra excommunicatio in eosdem feratur; non enim, si id minùs fieri posset, vt fieret, lege cautum esset arg. c. erit autem lex dist. 4. Nauar. in cit. c. ita quorundam non ibi de noua excommunicatione per ea verba Crebra, & solemnis in eos excommunicatio proferatur, agi asserit, sed de excommunicatione iuris denuntianda tractari comprobat; tum quòd, si de noua excommunicatione ibi agi vellemus, tacitò inueretur magis episcoporum, quàm generalis Concilij excommunicationem pertimesci, quod planè absurdum est; nam qui non deterentur, quò minùs Saracenis opem ferant, generalis Concilij excommunicatione, multò minùs deterebuntur episcoporum excommunicatione; tum quòd Concilium generale sub Innocentio III. congregatum, vbi, qui Saracenis opem ferunt, excommunicanrur, & ita eadem res agitur, quæ in hoc c. ita quorundam, non dicit, nec iubet, vt ab episcopis excommunicatio in hos per ecclesias maritimarum vrbiū proferatur, sed vt publicè innouetur, vt habetur in cap. ad liberandam eod. de iudæ. ergo ex his significatur Concilij mentem non esse, vt nouas excommunicationes episcopi ferant, sed vt à Concilio sic delinquentes excommunicatos publicent, ac denuntient: id ꝙ eo magis asserendum inquit Nauar. quoniam denuntiatio hæc plus operabitur, si sciatur à Concilio pro excommunicatis hos haberi, quàm si ab episcopis sepius excommunicentur: hæc Nauar. cuius sententia, vt consuetudini ecclesiæ consentanea, mihi
3 probatur; † nam & aliàs ob grauiora delicta excommunicati, vt sepius denuntientur, ad maiorem eorum confusionem, & pœnam ecclesia mandauit, vt habetur in Clem. 1. §. & quia eo maior de pœn. vbi percutiens episcopum, vt quibuslibet diebus dominicis, & festiuis pulsatis campanis, & candelis accensis excommunicatus publicè denuntietur, Concilium imperat, & in extrauag. infidelis. §. mandantes de furt. idem habetur de excommunicatis, propterea quod ecclesiæ thesaurū subripuerunt. Quàuis igitur in cit. c. ita quorundam, imperetur, vt crebra, & solemnis

solemnis excõmunicatio proferatur, tamen pro denuntiatione, atq; innouatione illud accipiemus, ne ab ecclesiæ consuetudine discedamus arg. l. minimè, & l. si de interpretatione. ff. de leg. atq; vt iura inter se conciliemus, quod fieri debet arg. c. cùm expediat de elect. lib. 6. & l. vn. C. de inoff. dot. qua interpretatione stante, manifestò apparet communem sententiam non probari per cit. c. ita quorundam. Vnde secundo loco pro eadem citatur c. Engeltrudam. 3. q. 4. & c. excellentissimus. 11. q. 3. in quibus iuribus Engeltrudam mulierem anathemate crebrò percussam esse, sepiusq; damnatã dicitur; ergò excommunicatus iterum excommunicari potest (anathema enim excommunicatio est) alioquin crebro anathemate percuti non posset: ad hæc iura, quæ à gloss. potissimùm citantur, responderi potest, crebrò eam mulierem anathemate percussam esse hac ratione, vt. s. post absolutionem prioris excommunicationis, iterum excommunicata sit; quoniam iterum ad contumaciam redijt; non autem priori excommunicatione durante iterum excommunicatam esse (hæc enim verba id etiam sonant, vt id per se patet) qua interpretatione apparet, neque his iuribus propositam sententiam confirmari. Tertiò pro hac sententia citatur c. officij de sent. excom. vbi quidam propter plures excessus à pluribus prælatis excommunicatus proponitur; &, si vni prælatorum de vno tantum excessu satisfacere velit absoluendum non esse; &, si absoluatur, absolutionem ei non prodesse ibi dicitur; ergo pluribus excommunicationibus irretitus erat, vt, qui à diuersis excommunicatus fuerat. Nec facit, si dicatur, qui excommunicationem tulerunt, coniudices fuisse; nam hoc esse non potest. Primò, quia hoc ibi non dicitur, quod fieri solet arg. c. si duo, & c. si contra vnum, & cap. cùm plures de off. deleg. cũ simul. Deinde, quòd ob plures excessus, & à pluribus prælatis, qui ius in ipsum habebant, excommunicatus esse dicitur, ac propterea de ijs agitur, qui proprio, non delegationis iure ius in ipsum habebant; hi enim prælati dicuntur, vt sensit Abb. in c. cùm ab ecclesiarum de off. ord. Præterea absolutionem huic ab vno prælatorũ eorum tributam ei non prodesse Rom. Pont. inquit; ergo absolutio valuit, etsi non prodest; quoniam adhuc alia excommunicatione constrictus tenetur; at, si coniudices fuissent, absolutio ab altero lata sine alterius consensu non valeret arg. c. prudentiam de off. deleg. in antiq. Addo, si coniudices fuissent, qui absoluit, veritatem ignoraturum non fuisse, quam tamen ignorasse ibi proponitur ob illa verba Supprimenti veritatem. Ac planè, si coniudices essent, simulq; excommunicationem tulissent, quisque eorum factum sciuisset. Accedit, quòd cuiq; prelato de excessibus satisfaciendum esse ab ipso dicitur; ex quibus omnibus patet eos prælatos coniudices non fuisse, sed singulos separatim eundem excommunicasse. Postremò citatur etiam pro hac sententia c. ex parte iunct. gloss. de off. ord. & c. cùm pro causa innct. etiam gloss. de sent. excom. quæ iura in quam sententiam accipienda sint, infra explicabimus. Quare contrariam sententiam, vt excõmunicatus iterum excõmunicari non possit, secuti sunt non nulli, quos retulit Gloss. in eod. c. Engeltrudã. 3. q. 4. quę & his potissimum rationibus probatur. Primò, quia excommunicatus per excommunicationem extra ecclesiam eijcitur, vt habetur in c. omnis. 11. q. 3. ergo, qui hac pœna constrictus est, constringi eadem non potest, vt qui ab ecclesia iterum eijci nequeat arg. l. decem. ff. de verb. oblig. & l. nemo potest videri. ff. de reg. iur. hoc argumentum propositam sententiam non tuetur; nam, vt Glo. inquit in cit. cap. ita quorundam, excommunicatio duos effectus operatur, primum, quia extra ecclesiam deijcit, alterum, quia extra eam detinet: quamuis igitur primum effectum non operetur, alterum tamen, vt extra ecclesiam detineat, operatur, ita glo. ibi, quæ ad hoc quotidie citatur, communiterq; DD. ibi eam sequuntur, sicuti etiam Nauar. in gloss. vlt. nu. 3. uotab. 11. & num. 7. eadem ratione respondit etiam gloss. in c. officij de sent. excom. & in eod. cap. Engeltrudam; quare prioris excommunicationis vinculo dissoluto, nisi & posterioris excommunicationis vinculum dissoluatur, in ecclesiam nihilomagis recipietur: quæ responsio verissima esse mihi videtur; etenim sic vnius mortiferi peccati culpa Dei gratiam amittimus, & huiusmodi generis criminibus alijs commissis eandem gratiam amittere non possumus, & tamen ipsam gratiam non ante recuperamus, quàm vniuersa peccata fuerimus detestati, vt diuinarũ rerum scriptores concludunt: perinde igitur habetur, atque si extra domum quis eijciatur ostio duplici clauso; nam, nisi vtroque reserato, domum ingredi exclusus non potest; non igitur ratio hæc quicquam facit. Secundo loco sic argumentantur, qui extra ecclesiam, ac propterea foris sunt, ad ecclesiam non pertinent; qui enim foris sunt, nihil ad nos, vt inquit Apostolus relatus in c. gaudemus de diuorc. & in c. multi. §. & ideo consequitur. 2. q. 1. ergo excommunicati iterum ab ecclesia excommunicari non possunt, quoniam foris, ac propterea extra ecclesiam sunt arg. cit. c. omnis. 11. quest. 3. hac ratione horum opinio neq; firmatur; nam Apostoli dictum ad eos refertur,

refertur, qui in ecclesiam baptismo recepti non sunt, vt probatur in cit.c.gaudemus, & eod.c. multi(in hos enim directò excommunicatio non infertur arg.c.iudæi.2.de iudę.& , vt infra suo loco id probabimus) & vt DD.cõmuniter interpretantur Alex.de Ales.q.22. membr.1.art.5. in resol.vers. Ad illud,quòd obijcitur,quòd extra eccl.in 4.par.sum.& S.Bonauent.dist.18.q.4. nu.72.vbi quæstionem hanc disputauit lib.4.& Sot.dist.22.q.2.art.2.concl.3.vers. Sed arguitur secundò eod.& Nauar.in eod.cap.ita quorundam notab.11.in gloss.vlt. num.2. Probatur etiam id ratione; uam excommunicatus extra ecclesiam solùm est quò ad suum commodum arg.c.penult.de sent.excom.& c.à nobis.2.eod.cum simil.at quò ad reliqua secus: hinc, si excommunicatus per annum pertinaci animo in excommunicatione perseueret, ecclesia contra ipsum,vt hæresis nomine suspectum inuehitur,vt supra probauimus;ergo ad ecclesiam excommunicatus pertinet. Postremò in ecclesiam baptismi charactere quis recipitur; character verò hic æternus est,vt probauimus in Tab.de bapt.cap.12.sicut igitur character ille deleri non potest,ita nec,qui in ecclesiam semel receptus est,eius omnino esse desinere potest;hinc baptizati ad fidem Christianam colendam inuiti compelluntur, vt dicitur in c.maiores. §. item quęritur de baptis.quin igitur in potestate ecclesiæ excommunicatus non sit, effici non potest; atque ita sensit S.Bonauent.& Nauar.& Alex.eod. Tertiò hæc sententia sic probatur, excommunicatio se habet, sicut stipulatio; at per stipulationem sępius eadem res promissa semel tantùm ipsa præstatur per l.qui bis idem.ff.de verb. oblig. nam & semel obligatur; ergo & sępius excommunicatus semel tantùm excommunicatus erit: huic rationi etiam respondetur duo hæc paria inter se omnino non esse; nam idcirco secũda stipulatio ibi non valet, quoniam eadem res præstari sępius non potest; non enim indiuiduum,vt ita dicam, multiplicatur: nec facit, si dicatur, æstimationem eius præstari posse;nam,ex quo id stipulator non dixit,pro omisso habetur; stricti iuris enim contractus hic est arg.§.actionum in instit. de act. & ex quo id exprimere potuit, sibi tribuat,qui id non expressit arg.l.veteribus.ff.de pact.& l.quicquid adstringẽdę.ff.de verb. oblig.at excommunicatio secunda operatur,vt vidimus, & medicina est, vt probatur in c.1.de sent.excom.lib.6.& in cap.multi.2.q.1.iure igitur ad stipulationis formam accommodari non debet,atque ita sensit Alex.in cit.l.qui bis idem. Postremò sic argumentantur,excommunicatus ad æternam mortem damnatus est arg.c.nemo episcoporum. 11.q.3. ergo excommunicatus quasi mortuus iterum excommunicari quasi iterum mori non potest: hoc argumentũ quam ti valeat,nemo non videt;nam primò non consequitur ad æternam mortem quis damnatus est: ergo est mortuus, vt id per se patet; etenim neque ad mortem damnatus intelligitur, nisi vbi non resipiscit arg.cap.1.de sent.excom.lib.6.& vt not.gloss.in cap.clericos. de cohab.cler.& mul.& sequitur ibi Abb.& Inn.& in c.si quis ex episcopis.dist.79. Postremò,etsi vna sententia ad mortem dãnatus quis est,pluribus damnari tamen hunc posse nemo dubitat arg.extrauag.. 3.de schismat.& damnatio hæc multiplex inutilis non erit; quandoquidem, nisi vniuersis sententijs deletis pro absoluto non habebitur:hæ sunt igitur rationes,quæ pro hac sententia ferun tur,quibus eam non probari iam vidimus?quid igitur in hac quæstione concludendum? Ego à communi opinione discedendum non censeo, vt scilicet excommunicatus iterum excommunicari possit. Quam sententiam primùm probo per Clem.2.in fin.de sent.excom. nam ibi exmunicati publicè, si nominatim à celebrantibus moniti,vt ab ecclesia exeant, remanserint, in excommunicationem statim incidunt. Necnon excommunicatos publicè, & interdictos, dicitur enim ibi,qui in ipsis ecclesijs nominatim à celebrantibus,vt exeant, moniti remanere præsumpserint,excommunicationis sententia, à qua per sedem duntaxat Apostolicam possunt absolui, sacro approbante Concilio innodamus: hæc ibi; si ergo excommunicati huiusmodi, qui ab ecclesia exire nolunt, excommunicatione innodantur, ex hoc manifestò constat excommunicatos iterum excommunicari posse;tum quòd,si aliter diceremus,superuacanea excommunicati mentio facta esset,quod absurdum est arg.cap.si Papa de priuileg.lib.6.& l.quoties.ff.de reb.dub.tum quòd verba illa Excõmunicationis sententia innodamus dicitur tam de excommunicatis, quàm de interdictis, & tam ad interdictos, quàm ad excommunicatos respectum habent; sicut igitur interdicti excommunicati sunt, ita & excommunicati iterum in excommunicationem incidunt;nam,vbi vna determinatio plura determinabilia respicit,æquè ipsa determinare debet arg.l.iam,hoc iure.ff.de vulgar.& pupill.& l.eum,qui ædes.ff.de vsucap.per hanc Clem.igitur dissoluta esse proposita quęstio mihi videtur:nulla enim constitutio dilucidiùs hac communem opinionem probat, vt ex dictis patet. Facit quoque pro ead. sententia extrauag. vn.de schismat.vbi Rom.Pont.in vers. Plurium,quosdam plurium excommunicationum innodatos

datos refert; item c.Capitulum Sanctæ Crucis de rescript. vbi excommunicati, ac suspensi iterum eisdem pœnis afficiuntur; item & cit.c.officij. Tertiò probatur etiam ratione; nam excommunicatus se habet, sicut is, qui mortiferè peccauit (hic enim mortiferi peccati culpa Dei gratia priuatur, ille verò per excommunicationem ecclesiæ communione) at, qui sic peccauit, etsi gratia priuari non potest, quam non habet, iterum tamen, ac sepius eadem ratione peccare potest, vt diximus antea; ergo & excommunicatus iterum excommunicari poterit. Postremò facit, quoniam excõmunicatus non solùm extra ecclesiam eijcitur, sed vinculo quodam constringitur, quò minùs in ecclesiam recipiatur, antequam relaxetur arg.c.à nobis.2.de sent.excom. & c.sacro eod. at vinculis pluribus constringi quis potest, vt per se patet; ergo & excommunicari: firma igitur regula hæc remanebit excommunicatum iterum excommunicari posse. Quæ regula amplificatur, vt locum habeat, vel ab homine, vel à iure quis excommunicetur, vt probatur in cit.Clem.2. & in c.Capitulum Sanctæ Crucis, & vt sensit Abb. in c.grauem.num.5.de sent.excom. vbi excommunicatum à iure ab homine iterum excommunicari posse dixit. Secundò amplificatur, vt locum etiam sibi in suspensione vindicet; nam suspensus iterum suspendi poterit, vt probatur in eod.c.Capitulum Sanctæ Crucis, & vt gloss.ibi not.in verb. Suspensionis, & Abb.ibidem nu.1.vers. Item nota.quòd suspensus; ergo & de interdicto ob eandem rationem idem asseuerabimus arg.l.illud.ff.ad l.Aquil.& cap.cùm dilecta de confirm.vtil.vel inutil, quare, nisi ab omnibus excommunicationibus, suspensionibus, interdictisuè sic affectus liberetur, nihil eorum, quæ ipsi per eas censuras vetita sunt, legitimè contrectabit, censura igitur quęuis iterari potest.

4 † Verùm, quid si iure in eum excommunicatio feratur, qui aut hoc, aut illud, aliudue fecerit; & quispiã aliquid faciat, in quo simul qualitates vniuersæ illę prohibitæ insunt, pro quarum singulis excommunicatio à lege fertur, an hic in vnam, in pluresuè excommunicationes incidet? exempli gratia iure cautum habetur in Clem.1. de sepult. vt excommunicatus ipso facto sit, qui aut tempore interdicti in casibus à iure non concessis quem in ecclesia sepelit, aut qui publicè excommunicatum, aut qui nominatim interdictum, aut qui publicum vsurarium sepultura itidem ecclesiastica donat; an igitur, si quis tempore interdicti manifestum vsurarium sepeliuit, qui & publicè excommunicatus, & nominatim interdictus est, hic in vnam, quatuoruè excommunicationes incidet? hanc quæstionem mouit gloss. in cit.Clem.1, in verb. Subijcere; sed eam non absoluit. Ioan. de Sancto Georgio vna excommunicatione hunc irretiri asseruit; nam, dicebat ipse, & vna excommunicatione irretitur, qui pluribus percussionibus eodem temporis interuallo clericum percutit: hæc ratio mihi non probatur; nam idcirco percussionibus illis pluribus percutiens in excommunicationem vnam incidit, quoniam eam legem offendit, quæ vnum caput tantùm habet, scilicet c.si quis suadente diabolo.17.q.4. vbi excommunicantur ij, qui clericos percutiunt, & ita offenditur solùm lex in vnum caput; hic verò lex offenditur, quæ quatuor capita habet, & in omnibus offenditur: nam lex prohibet, ne quis tempore interdicti in ecclesia quem sepeliat; item ne publicè excommunicatum, nominatim interdictum, publicumuè vsurarium ecclesiastica sepultura donet, & hic quò ad omnia offendit: cùm igitur plura hic peccata committat, superior verò vnum; iure hic pluribus, ille autem vna excommunicatione obligari debet: postremò lex scilicet cit. Clem.1. hoc cauit, vt, qui quoduis horum fecerit, in excommunicationem incidat; ergo, qui vniuersa facit, in vniuersas excommunicationes incidet; nam pœna delicto respondere debet arg. c.2.de ijs, quæ fiunt à maior.part. cap. non autem pro quauis percussione eodem impetu facta cautum est, vt in excommunicationem incidat. Quare contrariam sententiam, vt in plures excommunicationes hic incidat, amplexatus est Zab.in ead.Clem.1.nu.29.vers. Vigesimo sextò, & quidam alius ab eo ibi citatus; Et hoc ob eam rationem, quoniam hic se habet, sicut is, qui plures clericos eadem percussione percussit; nam ob varias qualitates, quæ insunt ei, qui sepelitur, perinde habetur, atque si plures diuersi sepulti essent (non enim absurdum est, vt eadem persona respectu habito ad diuersa plures existimetur arg.c.cùm olim de re iud.& c.postulastis de conces.præb.) ergo in plures excommunicationes hic incidet, sicut is, qui plures clericos vna percussione percussit: hac ratione proposita sententia probari mihi non videtur; nam ob eam rem percutiens plures clericos vna percussione in plures excommunicationes incidit, quoniam plures illi clerici indiuidua plura sunt, ac separata, & separatim considerari possunt, vnde percussio illa se habet, sicut propositio à logicis multiplex dicta; qui enim Titium exempli gratia, Socratem, ac Seium clericos vna percussione percussit, hic Titium percussit, hic Socratem percussit, hic & Seium percussit; sic enim illa percussio vna resoluitur, sicut vna stipulatio in plures stipulationes dissolui-

tur, vbi

tur, vbi ex diuersis speciebus concepta est, vt habetur in l.scire debemus, & ibi not. DD.ff.de verb.oblig.at in casu nostro,qui sepelitur,vnus est,&,quoniam indiuiduum,ob eam rem multiplex fieri non potest;alioqnin indiuiduum non esset.Non igitur hac ratione proposita sententia nititur: nec me mouet, quatenus dicitur plurium personam hunc gerere; nam hoc nihil facit; alioquin,& qui clericum percutit, qui & ostiarius, & lector, & accolythus, & exorcista, & subdiaconus, & diaconus, sacerdosq; est,propterea quod diuersorum personas gerit,in plures excommunicationes incideret,quod absurdum est. Ego tamen ab hac posteriori sententia discedendum non censeo, vt.s.in plures excõmunicationes hic incidat, quam & his rationibus probo. Primò,quia hic legem in quatuor violauit; nam interdicti tempore sepultura ecclesiastica eum donauit,qui & publicè excommunicatus, & nominatim interdictus, & publicus vsurarius est; quorum singula qui violaret, lex excommunicatione ipsum obligauit; ergo in quatuor excommunicationes hic incidit: alioquin non pro singulis excommunicatio lata esset, quod verbis eius Clem. 1. ac propterea etiam menti repugnat: quæ voluit, quicunque horum quatuor committeret, in excommunicationem hunc incidere; & qui vniuersa, quatuor excommunicationibus eundem obligari.Confirmatur ratio hæc,quoniam, si contrarium diceremus, pro cuius capitis violatione excommunicatus hic esset,ignoraretur: non enim magis pro hoc, quàm pro illo excõmunicatus dici potest,& vbi absolueretur,pro quo capite cauere deberet,id quoq; nesciretur; qnod tamen fieri debet arg.cap.si vero.2.& c.ex tenore cum seq.& c.cùm desideres de sentent. excom. Tertiò, qui interdicti tempore sepultura ecclesiastica donat excommunicatum publicum,& nominatim interdictum, & vsurarium manifestum, vnum facit, ex quo delicta plura specie diuersa,nec alterum alteri subiecta enascuntur; at, quando quis quidpiam facit,ex quo plura delicta specie diuersa oriuntur,pro singulis delictis pœna imponi potest,dummodo iterari ea pœna possit, vt tradidit Bart.in l.Senatus. num.1.vers. Si verò resultant.ff.de accus.& in l.nunquam plura,num.11.vers. Pro hoc.ff.de priuat.delict. ergo & hic,quando excommunicatio iterari potest, in quatuor excõmunicationes incidet, ex quo id fecit,vnde quatuor delicta oriuntur, pro quorum singulis pœna excommunicationis infertur; etenim, vbi ex eodem facto plura crimina nascuntur, de vtroque accusari, ac puniri quis potest, vt habetur in l.qui de crimine.C.de accusat.& in l. si adulterium cum incestu. ff.de adult. Accedit postremò, quòd,si contrarium vellemus,horum plurium delictorum impunitatẽ haberet,ptopterea quod simul ipsa concurrunt, quam impunitatem non consequeretur, si non concurrerent; at hoc est contra l.2.ff.de priuat.delict.Nunquam plura delicta concurrentia,dicitur enim ibi, faciunt,vt vllius impunitas detur, neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam: hæc ibi; ergo ne hoc in casu nostro contingat, in quatuor excommunicationes hunc incidisse concludemus. Nec repugnat,quod proximè dicebamus, cùm persona vna sit,multiplicem esse eam non posse;nam propterea in plures excommunicationes incidit, quoniam plura delicta commisit, pro quorum singulis eadem pœna iure ipso infertur.s.excommunicatio, quæ iterari potest, sic igi-

5 tur in hac re concludemus. † Verùm,quid si clericum sæpius quis percutiat,an hic percutiens in vnam,in pluresuè excommunicationes,quot.s.percussiones intulit,incidet?hanc quæstionem disputauit Io.And.in c.delictum de reg.iur.lib.6.in mercur.cuius sententia, quoniam communiter probata videtur, ob eam rem eam recensebimus, ac, quibus rationibus nitatur, explicabimus. Aut igitur, dicit ipse, vno impetu sæpius clericum eundem percussit, & in hoc casu in vnam excommunicationem percutientem incidere asserit;tum ob c.cùm pro causa de sentent. excom.vbi,qui clericum in dormitorio verberauit, & postea eũdem verberando per claustrum traxit,semel excõmunicatum esse ibi habetur; ergo, & qui eodem impetu clericum sæpius percussit, in excõmunicationem vnam incidit; tum ob l.illud.§.1.ff.ad l.Aquil. vbi,si quis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occidat,de homicidio eum tantùm teneri, nõ de verberibus dicitur; ergo ex eo iure plurium percussionũ rationem non haberi,sed vnum factũ tantùm existimari apparet. Quæ sententia mihi quoque verissima esse videtur, Primùm quia intentio huius percutientis vna est,s.vt clericum offendat; ergo, quamuis percussiones plures instar sint, pro vno tamẽ delicto habetur:sicut enim à forma ipsa materia circumscribitur, vnumq;, vel plura ab eadem efficiuntur,ita ex huiusmodi percussionibus percutientis intentio vnum delictum constituit arg.cap.cùm voluntate de sent. excom. & l.non omnis. ff.si cert. pet. etenim agentia actus præter intentionem ipsius non operatur iuribus proximè citatis. Confirmatur sententia hæc,quoniam,si statuto caueatur, vt, qui quempiam percusserit,tantùm soluat;si eodem impetu quis aliquem sæpius percutiat, hunc semel, tanquam pro vno facto puniri asseruit Iacob.de

Aren.

Aren. vt refert Bart. in l. nunquam plura. num. 11. ff de priuat. delict. & communiter receptum esse testatur Add. ad Bart. in l. si gemina in litera D. ff. arb. furt. cæs. Item, si statuto caueatur, ne quis præter tres famulos secum ducat, qui viginti duxit, hunc pro vno delicto puniendum dixit Bart. in l. inficiando. §. infans. num. 6. vers. Eadem ratione. ff. de furt. etenim respublica offenditur, quæ vna est; à proposita igitur conclusione non discedemus, quam se quuntur communiter DD. & Abb. in c. contingit. 1. num. 8. de sent. excom. vers. Et an tot excommunicationes, & Nauar. in c. consideret in prin. num. 48. vers. Pro quo videtur casus de pœnit. dist. 5. & in Man. c. 6. num. 17. Quæ conclusio locum habet, quamuis non tot percussionibus clericum hic affecerit, quot ipsum afficere in animo habebat; tum quòd percussiones illæ eius facti partes sunt, quod factum ex pluribus, paucioribusuè percussionibus constare potest, vnde sicuti maior, minorué materiæ quantitas speciem non immutat arg. l. fin. §. fin. ff. de fund. instruct. ita plures, paucioresuè percussiones non efficient, quò minùs hic percussisse dicatur, ac propterea in excommunicationem incidat; tum quòd, qui plus se furto subripere existimat, nihilominus furti tenetur, si minus est, quod subripuit arg. l. vulgaris. §. si quis æs. ff. de furt. hinc Bart. in ead. l. inficiando. §. infans. nu. 7. de furt. si statuto caueatur, ne quis ad conuiuium prę̄ter decē personas ducat, qui triginta, vel quadraginta ad conuiuium vocauit, ab hoc vnum delictum commissum asseruit, ac propterea semel tantùm puniri. Quare, si statuto episcopi excommunicatio in eos feratur, qui ieiuniorum tempore carnes sine legitima causa comedunt; qui ipsis in cœna, in prandioué semel vescitur, hunc in vnam excommunicationem tantùm incidet: absurdum enim esset eum in tot excommunicationes incidere, quot carnium bolos sumeret; nam cœna, prandiumuè pro vna commistione habetur, sed de hoc primo membro satis. Aut non vno impetu eundem clericum sepius percussit; & in hoc casu, vt dicitur idem Io. And. in plures excommunicationes incidet. Primò ob cit. l. illud. §. si idem. ff. ad l. Aquil. ibi enim, si quis seruum vulnerauerit, & postea ex interuallo eundem occiderit, hunc & de vulnerato, & de occiso teneri dicitur; ergo, vbi non eodem impetu huiusmodi hæc fiunt, plura delicta existimantur. Postremò facit dictum Bart. in cit. l. nunquam plura. nu. 5. nam, si posteaquam ego te vulneraui nollens plus facere, tamen propter aliquod aut factum, aut dictum à te impetus mihi superuenit, propter quem te occidi, de vulnerato, & de occiso, me teneri dixit: idq; meritò, nam intentione illa, impetuq; diuerso diuersa delicta constituuntur. Quare, si quis clericum cæpit, quem occidere vult, sed, quò grauiorem pœnam sentiat, primo die manus ei abscindit, altero pedes, tertiò aures, ac denique ipsum necat; quod non eodem impetu hæc geruntur, ob eam rem in plures excommunicationes hic in-

6 cidet arg. l. quod ait lex. §. fin. ff. ad l. iul. de adult. † Item, quòd his temporibus Romani Pont. edicto excommunicationis pœna latæ sententiæ vetitum est, ne ab ecclesiæ locis frumentum quis exportet, ob eam rem, qui non eodem instanti, atque impetu plures frumenti corbes exportauit, quoto impetu vsus fuerit, toties in excommunicationem incidet: sicuti è contrario vna excommunicatione obligabitur, qui eodem impetu, eodemq; instanti sexcentas corbes, aut curribus, aut equis exportauerit; quandoquidem vnum factum esse censetur, quamuis plurimum temporis intercesserit arg. cit. l. quod ait lex. §. fin. de adult. imò, etsi onustum currum, quousque extra territorium fit, associatur, & deinceps eo relicto, alios petat, quò, vnicersos tutos dimittat, quamuis aliquod temporis interuallū interiectum sit, tamē semel in excōmunicationem incidet ob cit. §. fin. ff. de adult. etenim quasi factum vnum ex pluribus tamen partibus

7 constans esse existimatur arg. l. illud. §. si idem. ff. ad l. Aquil. † Postremò, qui excommunicato communicat in crimine, quòd in maiorem excommunicationem incidit, ob eam rem, quoties ei communicabit, ita vt dicantur iteratæ communicationes, toties in excommunicationem incidet, vt asseruit Nauar. in Man. c. 27. num. 152. vers. Declaratio prima; & hoc idem erit, vbi extra crimen cōmunicat, quo ad min. excom. secus autē, si per totum integrum diem cōicauerit, nam, quòd vna communio est, ob eam rem & vna excōmunicatio erit. Sed de quæstione hac, vbi pluribus percussionibus quis clericum percussit hactenus, ad eam, vbi vna percussione clericos

8 plures quis offendit, veniamus. † An igitur in tot excommunicationes quis incidet, quot clerici sunt, quos simul vna percussione percussit? hanc quæstionem etiam disputauit Io. And. eod. c. delictum de reg. iur. lib. 6. in mercur. & in tot excommunicationes, quot clericos percussit, hunc incidere existimauit; eandem opinionem sequitur Nauar. in Man. cap. 6. num. 18. paulò post prin. Probatur autem primò hac ratione, quoniam, qui in clericum vnum violentas manus inijcit, in excommunicationem vnam incidit, vt habetur in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. ergo, qui in plures manus inijcit, in plures excommunicationes incidit, ita Io. And. eodem in

 fin. ar-

fin.argumentatus videtur: ad quam tamen rationem respondere potest ea pro positam conclusionem non probari; nam proponit id pro certo, de quo disputamus: nos enim quærimus, ex quo percutiens clericum in excommunicationem vnam incidit; an, vbi plures vna percussione percusit, in plures excommunicationes incidat; ratio hæc autem pro certo habet, ex quo, qui clericum percusit, in excommunicationem vnam incidit, in plures eum incidere, qui plures vna percussione offendit. Vnde secundo loco sic argumentatur Io. And. percutiens vna percussione plures clericos se habet, sicut is, qui aut vna stipulatione plures res stipulatur, aut vna verborum conceptione plura legat, aut vna mersione plures baptizat, aut vna sententia plures excommunicat, aut iniuriam infert mulieri, alterius vxori, ac filiæfamilias (eadem enim ratio in his casibus, & in casu nostro est; quippe, quia diuersa reddi non potest) ergo sic percutiens in tot excommunicationes incidet, quot clerici sunt, quos percusit; nam vna stipulatio res plures continens plures stipulationes existimantur, vt probatur in l. scire debemus, & ibi not. DD. ff. de verb. oblig. & in l. pluribus. ff. eod. & vna verborum conceptione plures res legatæ legata plura censentur, vt dicitur in l. 2. ff. de leg. 2. & vna mersione plures si merguntur, plures baptismi dationes sunt, & vniuersi baptismum suscipiunt, vt dixit S. Thom. dist. 3. q. 2. vers. Secundò lib. 4. & Vig. cap. 16. §. 1. vers. 4. & Tab. in verb. Baptismus. 3. nu. 12. vers. Vndecimò, & Syl. eod. 3. num 9. vbi de communi sententia testatur; & vna sententia si plures excommunicentur, omnes excommunicati sunt, vt habetur in c. Capitulum Sanctæ Crucis de rescript. & iniuria facta vxori filiæfamilias actionē tribuit & ipsi, & patri, & marito ob. l. 1. §. fin. ff. de iniur. ergo idem in casu nostro: hæc Io. And. quæ exempla partim probare conclusionem hanc non videntur, vt illud de baptismo, atque de excommunicatione; nam nos non quærimus in casu nostro, an clerici illi percusi sint (hoc enim dubium non est, sicut etiam notum existit plures vna mersione baptizatos baptismum suscepisse, & plures vna sententia excommunicatos in excommunicationem vniuersos incidisse) sed quærimus, an, qui clericos plures eadem percussione lesit, in plures excommunicationes incidat, & ita non de patiente, sed de agente, atque ideirco de re diuersa quæstio est; ex diuersis autem inferendum non esse probatur in l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. Atqui ab hac sententia, quæ verissima est, discedendum esse nō tamen censeo, quam & sic probo. Primùm quoniam, si separatim plures illos clericos percusisset, sine dubitatione in tot excommunicationes incidisset, quot clericos percussione offendisset ob cit. c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. ergo idem, vbi simul eosdem percusit asserendum est; alioquin plura delicta concurrentia faeerent, vt ea committens alicuius impunitatem consequeretur contra l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. Præterea, si plures simul clericum, exempli gratia vna hasta percuterent, non ne vniuersi percutientes excommunicati essent? & ita tot excommunicationes, quot sunt, qui percutiunt? planè sic; aliquis enim excommunicatus est, &, si non omnes, quisnam eorum excommunicatus erit, ex quo vniuersi vno telo simul percusserunt? omnes igitur excōmunicatos esse facere debemus; ergo è contrario, si vnus plures clericos vna percussione lęsit, in tot excommunicationes incidet, quot clerici sunt, quos percusit; quod enim operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. & l. interdum. §. sed si alter. ff. de hæred. instit. non enim minùs offendit, qui plures læsit, quàm plures, qui vnum lęserunt. Confirmatur sententiam hæc ex eo, quòd antea conclusimus in quatuor excommunicationes eum incidere, qui interdicti tempore quempiam, qui publicè excommunicatus, & manifestus vsurarius, & nominatim interdictus est, ecclesiastica sepultura donauit; ergo multo magis, qui vna percussione plures clericos lesit, in plures excommunicationes incidet; etenim, qui plures percusit, hunc percusit, illum percusit, & tertium percusit, & sic deinceps; resoluitur namq; percussio illa in tot percussiones, quot personæ percussæ sunt. Contra sententiam hanc tamen facere videtur c. 2. in vers. Perpetrauit sacrilegium de re iud. lib. 6. vbi sacrilegium commisisse Fridericus dicitur, qui Cardinales, aliosq; ecclesiæ præsides, nec non clericos, religiososq; capiendos curauit; cùm tamen, ex quo tot clericos offenderat, ex ijs, quæ diximus, sacrilegia, & non sacrilegium ipsum commisisse dicendum videretur: ad hanc rationem respondetur, etsi sacrilegium ab eo commissum Romanus Pont. i[illegible]ait, non tamen eum negare, quin plura commiserit; nam, & qui sepius periurius fuit, ac propterea plura periuria commisit, hunc in periurio permansisse dicitur in c. cùm haberet, de eo, qui duxit in matr. quam poll. per adult. accedit, quòd ad sententiā ferendam non necessariò postulatur, vt vniuersa exprimantur; non igitur ratio hæc repugnat; sat enim Romano Pont. fuit enarrasse Fridericum sacrilegium perpetrasse. Secundo loco repugnare itidem propositæ sententiæ videtur, quòd,

vbi vno

vbi vno impetu eundem clericum quis sepius percussit; hunc in vnam tantùm excommunicationem incidere conclusimus; ergo &,vbi vno impetu plures percutit, in excommunicationem vnam qué incidere dicendum videtur: ad hanc rationem etiam respondetur idcirco in eo casu in vnam excommunicationem percutientem incidere, quoniam factum illud quot percussionibus, quasi eius partibus constet, in percutientis animo est, nec natura terminatur, vt hoc per se patet; ac propterea, ex quo vno impetu plures percussiones intulit, ac deinceps destitit, tanquam vnum fecerit eo impetu terminatum, vt pro vno facto punitur, atque in excommunicationem vnam incidit: at in casu nostro, vbi vna percussione plures percussit, respectu habito ad subiecta, quæ plura sunt, plures. s. clerici, in plures excommunicationes incidit; quandoquidem natura diuersa ea subiecta sunt, nec percutientis animo plures illi clerici vnus fieri queunt; atq; ob eam rem, quòd plures diuersos offendit, in plures etiam excommunicationes incidit; à proposita igitur sententia non discedemus. Quæ tamen locum non habet, vbi vnum clericum percutere voluit, sed casu alterum etiam percussit; nam tunc in excommunicationem vnam tantum incidit arg. cap. si verò aliquis, & cap. in audientia de sent. excomm. Item locum non habet, vbi duos clericos quis percussit, quorum alter pro laico habebatur; nam & in hoc casu in vnam excommunicationem tantùm incidet, vbi ambos clericos esse ignorauit, vt habetur in cit. cap. si verò aliquis de sent. excom. Tertiò in vnam excommunicationem incidet, vbi collegium, vniuersitatemué aliquam offenderet, & pro huiusmodi offensione excommunicatio statuto feretur; nam, si collegium hoc, vel totum ex clericis constaret, in excommunicationem tamen vnam incidet, modò ipsum, vt collegium offenderit; nam pro vna persona ficta habetur ipsum collegium, & singulorum ratio non habetur, quandoquidé singuli ex collegio non idem, quod collegium sunt arg. l. 2. & l. sicut. §. si quid vniuersitati. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine. Hinc Nauar. in Man. cap. 6. num. 18. vers. Infertur quartò, qui cuipiam, & toti eius familiæ mortem imprecatur, duo tantùm peccata committere asseruit; nam familia vnum quoddam est, quod multa continet arg. l. 1. ff. si famil. furt. fecisse dic. his igitur rationibus conclusio hæc absoluta remanet: ex qua etiam colligitur, qui cum pluribus excommunicatis eodem tempore versatur, in tot excommunicationes ipsum incidere, quot ij sunt, quorum communione vtitur; & è contrario, qui totum diem cum vno excommunicato versatur, hunc in excómunicationem vnam incidere. Sed & de quæstione hac satis, iam aliam aggrediamur. † An igitur, si pro eodem facto ab eodem, à pluribusué aut per sententias, aut per leges plures excommunicationes latæ sunt, is, qui contra facit, in plures excommunicationes incidet? hanc quæstionem tetigit Abb. atque gloss. in c. quod olim de iudæ. & Nauar. in c. ita quorundam in gloss. vlt. notab. 11. eod. Et vt in plures excommunicationes incidat, sentire videtur gloss. in eod. cap. quod olim, in verb. Supponimus; nam, cùm in Concilio Lateranen. quod refertur in cit. cap. ita quorundam, excommunicatio in eos lata esset, qui ad Saracenos arma, & id generis deferrent, & Alex. III. vt refertur in cit. cap. quòd olim, in eosdem excommunicationem tulisset, gloss. ibi ait eos, qui contra facinus, duplici excommunicatione obligatos esse sibi videri, & eam sequitur Host. nam Host. aliam esse excommunicationem ait, quæ habetur in cit. cap. ita quorundam, & aliam, quæ habetur in cit. c. quod olim: de hoc dicto gloss. etsi singulare illud inquit Abb. ibidem, se tamen dubitare ait; ac propterea respóderi ad ipsum posse hac ratione ait. s. in c. quod olim prorogari excommunicationem eius cit. c. ita quorundam, id quod etiam innuere videtur vers. fin. eius c. quòd olim, vbi dicitur, si qui contra præsumpserint, non solùm in excommunicationem illam incurrent, &c. ecce ex verbo Illam apparet manifestò de eadem excommunicatione agi, quæ habetur in cit. cap. ita quorundam: & quamuis Nauar. eodem notab. 11. num. 29. vers. Ad secundum, contrarium non satis perpensum esse à Panor. eius c. quòd olim asserat, tamen ipsum potius interpretatus videtur; nam ait Nauar. quatenus illud cap. quòd olim continet excommunicatos esse, qui ei cap. ita quorundam contraueniunt, intelligendum esse de excommunicatione eius cap. ita quorundam; quatenus autem continet excommunicatos esse, qui merces non vetitas sine animo malo tempore belli ad Saracenos deferunt, cótinere aliam, & propriam excómmunicationem, Abb. verò prorogatam dixit, pro cuius sententia facit verbum Illam; quamuis, quoquomodo sit, vna tantùm excommunicatio feratur. Vnde secundò pro hac sententia facit, quoniam lex recens pœnam inferens tollere non censetur pœnam, quam vetus lex intulit, vt dixit Bart. communiter receptus in l. 1. ff. de vi bonorum rapt. ergo idem in casu nostro asseremus: ad hoc argumentum respondet Nauar. in cit. c. ita quorundam notab. 11. nu. 30. Bartoli sententiam locum habere, vbi diuersæ pœnæ, & à diuersis inferuntur; secus autem, vbi ab

vbi ab eodem legislatore, ab eademnè potestate fungente eædem latæ sunt; nam in c.de multa de præbend.& in extrauag.execrabilis Io.22.cautum est, vt secundum beneficium curam animarum habens adeptus beneficium primum ipso iure amittat; & tamen non plures,sed vna priuatio est; item in l.pen.ff.de in ius voc.quę est lex Vlpiani, & in l.fin.eod.quæ est lex Modestini pœna quinquaginta aureorum in libertum fertur,qui sine venia patronum in ius vocauit;& tamen semel dicta quinquaginta præstantur; postremò, qui hominem iniuria occidit,lege euangelica,vel saltem Cæsarea,Regia,& statutaria occidi iubetur,& tamen non tribus mortibus,sed vna tantùm afficitur;ergo idem in casu nostro concludendum: hæc Nauar. Quæ responsio mihi non satisfacit;nam,qui homicidium iniuria commisit, ob eam rem triplici morte non afficitur; quamuis triplici iure ea pœna inuratur; quoniam pœna mortis iterari non potest, sicut nec is, qui beneficio semel priuatus est,eodem priuari iterum potest; vbi enim habitus non est, priuatio inibi esse minimè valet arg.l.decem,& ibi not.DD.ff.de verb.oblig. Non etiam quicquam facit,quòd Vlpianus, atque Modestinus eius pœnæ quinquaginta aureorum mentionem diuersis legibus faciunt; nam nec Vlpianus, nec Modestinus eam pœnam tulerunt, sed ab alijs latam ipsi referunt, atque interpretantur arg. l.4.§. prætor ait.ff. eod. hinc in rub. l.pœn. sic habetur Vlpian.lib.5.ad edictum; ex quibus verbis apparet iureconsultum, quod prætorum edicto cautum erat,interpretari, non autem eam pœnam eum ferre: idq; meritò; iureconsulti enim non legis ferendæ,sed eiusdem interpretandæ facultatem habebant,quamuis ab eorum interpretatione iudici discedere non liceret,vt habetur in §.responsa prudentum in instit.de iur.nat.gent. & ciuil.At in re nostra,qui diuersis legibus pro eadem re excommunicationem ferunt,ferendę legis vim habent,vt proponimus; non igitur responsio hæc Nauar. mihi placet. Atqui contrariam sententiam nihilominus amplexatus est Nauar.eod.notab.11. vt.s.quis in vnam excommunicationé,& non in plures incidat,etsi eadem pœna per plura iura ab eodem,ab alionè, qui eandem potestatem habet,edita infertur. Primò per l.qui bis idem.ff.de verb.oblig. vbi, qui bis idem promittit, ipso iure amplius, quàm semel non tenetur: atqui ad hoc respondetur ob eam rem id fieri,quoniam eadem species sepius solui non potest,nec æstimatio eius debetur ob ea,quæ in superiori quæstione diximus;at pœna hæc iterari potest,vt iam conclusimus.Secundo loco inquit Nauar. vbi Romanus Pont.in diuersis legibus in aliquo casu excommunicationem infert, non existimatur per nouam legem alia excommunicatione, quæ per recentem legem fertur,ob eandem rem obligare velle,vt probatur in cap.felicis.§.præsenti, & ibi gloss.in verb. Insecutione de pœn.lib.6.& in Clem.1.in prin.ibi in illis casibus iùcta præsertim gloss.de pœn. ergo & in casu nostro, vbi per veterem legem excommunicatio pro aliquo delicto fertur, pro quo eadem pœna per eundem legislatorem,per aliumuè, qui eandem potestatem habet, illata est, per recenté legem vna excõmunicatione quis obligabitur: hæc etiá ratio propositam sententiam non tuetur; idcirco enim illis iuribus noua excommunicatio pro eodem facto in eosdem non infertur,in quos per veterem legem ferebatur,quoniam id expresse cautum est in cit. c.fin.& in cit.c.felicis,ibi Præsenti nihilominus adijcimus sanctioni,vt ex insecutione prædicta, sicut ex iniectione manuum violenta ipso facto excommunicationis sententiam quis incurrat: quibus verbis significatur legislatorem voluisse insecutores tales in excommunicationem incidere,sicut incidunt,qui manus inijciunt; non autem iterum excommunicare, qui huiusmodi clericos percuterent; in cit.Clem.1.ibi In illis casibus de prædictis, in quibus excommunicationem per iam editos canones non subiret:ex quibus patet legislatorem noluisse aliá excommunicationé in eos ferri,qui per aliam legem excommunicati erant:ac planè,si contrarium sentiremus,lex recens inutilis esset,quod esse non debet arg.c.si Papa de priuil.lib.6.accedit,quòd si id legislator vellet,nõ ne id diceret?arg.c.ad audientiam de decimis,& c.quòd olim de iudæ. Vnde postremò pro hac sententia ego cito cap.veritatis de dol.& contum. vbi, cùm episcopus quidam autoritate Apostolica suspensus esset; ob recentem contumaciam eundem volés Rom. Pont.suspendere sic inquit Qua de causa nos de consilio fr.nostr.suspendentes episcopũ ipsum, vel potius suspensionem à iudicibus factam autoritate Apostolica confirmantes, &c. hæc ratio non nihil facere videtur,nisi dicatur ibi agi de suspensione,quæ ab homine fertur,non autem de ea,quæ à iure,vt sensisse videtur Nauar.eod.not.nu.24 quamuis,quòd ratio eadem in vtroque casu locum habet, responsio hæc mihi non quadret: ad hoc igitur ius sic responderem idcirco suspensionem vnam ibi esse,quoniam id etiam Romanus Pont.dixit, & veterem suspensionem confirmare,non recentem addere voluit ob verba illa Vel potius suspensionem à iudicibus factam autoritate Apostolica confirmantes. Quid igitur concludendum? Ego in hac quæstione

sic sen-

ſic ſentiendum, ac pro regula ponendum cenſeo excommunicationes tot eſſe, vbi pro eadem cauſa per legem idem autor eas promulgauit, quot leges ſunt. Primò, quia legiſlator pluribus excommunicationibus irretire eos voluit; id quod hinc probatur, quoniam id expreſsit, ac dixit, ex quo tribus iuribus eoſdem excommunicauit: ſi enim plures excommunicationes ferre noluiſſet, non ipſas tot iuribus tuliſſet; nemo enim exiſtimatur dicere, quod non vult argum. l. Labeo verſ. Et quidem non arbitror. ff. de ſuppel. leg. ex quo igitur id voluit, iure tot excommunicationes erunt; etenim vis, ac ſubſtantia cenſurarum ex animo ipſas proferentium naſcitur, vt ſenſit Abb. in c. 2. de teſt. cog. & in c. P. & G. de off. deleg. Confirmatur ratio hæc, quoniam, vbi legiſlator pro eadem cauſa eoſdem excommunicare non vult, id exprimere ſolet, vt habetur in cit. c. felicis. §. præſenti de pœn. & in Clem. 1. eod. & in cit. cap. veritatis de dol. & contum. ergo, vbi id non expreſsit, à verborum proprietate, quæ excommunicationē ferunt, diſcedere legiſlatorem noluiſſe exiſtimandum eſt arg. l. non aliter. ff. de leg. 3. Præterea pro hac ſententia facit, quoniam, ſi contrarium diceremus, ſuperuacaneæ, præter primam legem, reliquæ omnes eſſent, nihilq; operarentur, quod abſurdum eſt arg. c. ſi Papa de priuil. lib. 6. præſertim cùm leges ſummo adhibito ſtudio ferantur, vt probatur in c. erit autem lex diſt. 4. Accedit quòd ſententia hæc tutior eſt, ac propterea amplexanda arg. c. iuuenis de ſponſ. Item quòd pœna huiuſmodi iterabilis eſt, ad cuius naturam legiſlatorem ſe accommodaſſe veriſimile eſt arg. l. plenū. §. equitij. ff. de vſu, & hab. & l. ſi vno. ff. locat. Ex his omnibus igitur concludo plures excommunicationes ferri, quæ à pluribus legibus latæ ſunt. Quę regula locum habet multò magis, vbi à diuerſis ea iura lata ſunt. Item, vbi & ab homine, & à iure; poteſt enim, quem ius excommunicauit, eundem & iudex excommunicare, vt ſenſit Gloſſ. in c. grauem in verb. Promulgare in fin. & ibi not. Abb. de ſent. excom. & probatur in cit. c. ita quorundam ſecundum communem ſententiam de iudæ. Excipitur autem primò, vbi legiſlator id noluit ob cit. c. felicis. §. præſenti de pœn. lib. 6. & cit. Clem. 1. eod. & eod. cap. veritatis de dol. & contum. etenim actus agentis contra ipſius voluntatem non operatur atg. cap. cùm voluntate de ſent. excom. & l. non omnis. ff. ſi cert. pet. Secundò excipitur, vbi de animo legiſlatoris quidem non conſtat, ſed per ſequentem legem aliquid noui additur; nam tunc ob eandem cauſam, qui à veteri lege excommunicantur, per recentem non excommunicabuntur, vt probatur in cap. quòd olim de iudæ. vbi, quatenus excommunicantur per illud c. ij, qui iam excommunicati erant, per c. ita quorundam eod. noua excommunicatio non eſt, ſecus autem quò ad eos, qui non excommunicabantur per cit. cap. ita quorundam, vt dixit Nauar. ibi nu. 29. verſ. Ad ſecundum eod. notab. 11. idq; merito, tum quod lex inutilis non eſt, ac propterea abſurda antecedentia ceſſant, tum quòd pœnæ re dubia moliendæ ſunt arg. l. interpretatione. ff. de pœn. & c. odia de reg. iur. lib. 6. hinc videmus in iure idem ſepius recenſeri, quò aliquid addatur, vt in c. de multa de præb. iunct. extrauag. execrabilis Io. 22. & in l. pen. & fin. ff. de inius voc. Tertiò excipitur, vbi excommunicatio per vetus ius lata per recens confirmatur; tunc enim vna excommunicatio erit, vt probatur in cit. c. veritatis de dol. & contum. Quartò excipitur, vbi excommunicationes iam latæ innouantur; nam neque tunc cenſura iterata cenſetur, vt dixit Nauar. eod. not. 11. nu. 34. verſ. Dixi ita latas, vt ſint ſuæ; quare excommunicationes, quæ à Romano Pont. ſingulis annis in cœna Domini feruntur, non tot ſunt, quot fuerunt Summi Pontifices, qui eas tulerunt; nam mortuo Pontifice Maximo, quoniam per generalem ſententiam huiuſmodi excommunicationes latæ ſunt, ſtatim ea ſententia olim tollebatur, atque extinguebatur, quamuis hodie per conſtitutionem Gregorij XIII. ea Bulla valeat, quouſque Rom. Pont. aliam facit, reuocatuè illam, vt diximus alibi, atque ita dixit Nauar. eod. notab. 11. nu. 32. in prin. & Felicianus Epiſcopus Scalenſis in Enchiridio de cenſuris c. 16. de excom. verſ. Ad rationes ſenſit; quamuis ipſe cenſuras bullæ à iure eſſe ibi aſſerat. At quid ſi ab eodem Summo Pont. qui diutius vixit, ſepius eędem promulgatæ ſint, an plures excommunicationes, ſeu vincula iniecta exiſtimabuntur? Planè ſepius, ac noua vincula iniecta non eſſe ſenſit Nauar. eod. notab. 11. eod. nu. 32. cuius ſententiam & ego ſequor; nam innouari potius, quàm nouas ferri ſentiendum eſt, atque ita ſenſit Felic. eod. niſi noui aliquid addatur; nam quò ad illud alia excommunicatio erit, atque ita ſenſit Nauar. eod. num. 39. & facit c. dura §. fin. de crim. falſ. ibi quam per ſingulas. Poſtremò excipitur, vbi excommunicatio iam lata ſolùm denuntiatur; nam, quod, qui denuntiat, nouum vinculum non inijcit, vt probatur in c. paſtoralis, & ibi not. DD. de app. & vt dixit Abb. in c. cùm pro cauſa. num. 5. de ſent. excom. & vt ſenſit Nauar. eod. notab. 11. num. 34. ob eam rem nouam excom. denuntiatione non infert:
10 hac igitur ratione propoſita quæſtio concluditur. † Sed quid demum in hoc caſu dicendum?

quidam clericum percusſit,qui primam tonſuram ſuſceperat,& oſtiarius,& lector,& exorciſta erat,& ſic plures ordines habebat;an hic in plures excommunicationes incidet? Videbatur dicendum in plures excommunicationes ipſum incidere ; nam , ſi primam tonſuram tantùm habentem, aut oſtiariatus, aut lectoratus, alteriusuè huiuſmodi muneris ordinè percuſſiſſet, ſine dubitatione in excommunicationem incidiſſet ; clericus enim quis efficitur , ſtatim atque primam tonſuram ſuſcepit, vt habetur in c.cùm contingat in fin.de ætat. & qualit. Atqui contrarium ſentiendum eſt hunc.ſ.in vnam excommunicationem incidere ; tum quòd priuilegium hoc clerico , ac monaco,non autem ordini cuipiam condonatum eſt, vt dicitur in c.ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4.tum quòd ſolùm, vt clericus eſſet, ipſum priuilegium condonans conſiderauit , ac ſpectauit, non autem, cui ordini initiatus quis eſſet ob cit. c.ſi quis ſuadente , ſicut etiam,cuius religionis monacus eſſet,non ſpectauit; meritò igitur,quotcunq; ordinibus initiatum quis percutiat, in excommunicationem vnam tantùm incidet : addo, ſi ordinem ſpectaſſe concedentem velimus , clericali ordini conceſſum id eſſe ; ordo verò vnum eſt ſacramentum quod ex pluribus partibus conſtat,vt in Tab.de ord.cap.24.tradidimus, in excommunicationem unam igitur hic incidet.

SVMMA.

1 *Contumaciam vt quis omittat, cenſura in primis fertur.*
2 *Ad tempus excommunicatio an feratur.*
3 *Ad tempus interdictum, & ſuſpenſio ferri poſſunt.*
4 *Ad tempus cur excommunicatio non fertur; ſecus autem interdictum, ac ſuſpenſio.*
5 *Definitio cenſuræ quaenam ſit.*

IV.

1 § † Pœna demũ hæc fertur in primis, vt à contumacia diſcedatur;ac propterea,ſtatim,atq; contumacia ſublata eſt, abſolutio tribuitur, vt probatur in cap.ex literis de conſtit. Cùm tam iuris canonici,quàm noſtri moris exiſtat, dicitur enim ibi, vt is, qui propter contumaciam communione priuatur,cùm ſatisfactionem congruam exhibuerit,reſtitutionem obtineat. Hæc ibi;ex quibus patet,vt à contumacia diſcedatur,cenſuram ferri, ac propterea,ſtatim,atq; contumacia ſublata eſt, abſolutionẽ eius tribui. Facit quoque c.quanto.2.q.5.iunct.c.1.de excep. lib.6.idq; meritò; nam cenſuræ medicinæ loco contra contumaciam habentur arg.c.1.de ſent. excom lib.6.iure igitur contumacia,quaſi morbo ſublata & cenſura tolli debet arg.c.cùm ceſſante de appell.& l.adigere.§.quàuis.ff.de iur.patron.† An igitur excommunicatio ad tempus ferri debet? Planè non debet ob ea , quæ diximus; hinc ad tempus quem non excommunicari dixit Io.Mon.in c.cupientes.num.112.de elect.lib.6. Contra ſententiam hanc tamen non nulla facere videntur . Primùm, quòd excommunicatio in perpetuum fertur;etenim in c.clericos de cohab.cler.& mul.qui concubinas dimittere nolunt, in clericos vt perpetuò excommunicationis ſententia feratur, Rom.Pont.iubet, in cap.ſi quis ex epiſcopis.diſt.79.vt fiat perpetuum anathema,præcipitur; in c.quia ſacerdotes. 10.q.1.vt laicos, qui eccleſiæ oblationes vſurpant, in excommunicationem perpetuam mittat , Romano Pontifici Sanctus Hieronymus ſuadet; in c.reperiuntur. 1.q.1. ſi laici ſimoniam committunt , vt perpetuo anathemate condemnentur, Sanctus Ambroſius conſulit;in c.de viduis.27.queſt.1.puellas,quæ poſt religionis habitus ſuſceptionem nubunt , ſi ſe non correxerint , à communione omnium Chriſtianorum , & conuiuio perpetuò ſequeſtratas eſſe Tolletana Synodus decernit . Fertur quoque & ad tempus certum ipſa excommunicatio,vt habetur in c.tanta.diſt.86.vbi duobus menſibus quoſdam excommunicatos eſſe Romanus Pont.vult,& in c.decenter diſt.89.vſque ad annum;ſi igitur & perpetuò, & ad tempus certùm excõicatio fertur, ergo non fertur, vt à contumacia diſcedatur,atq; idcirco non,ſtatim atque contumacia ſublata fuerit , abſolutio tribuetur . † Poſtremò contra propoſitam ſententiam videtur etiam facere,quòd & ſuſpenſio ad tempus certum fertur, vt habetur in Clem.1.§.pen.de hæret.& in Clem.2.de pœn.& in c.2.de temp.ord.lib.6.& in c.fin.eod. tit.& lib.& in c.prouida de elect.eod.lib.cum ſimil.ſicut etiam & de interdicto ; ex quibus omnibus propoſita ſententia minùs vera eſſe videtur : atqui ab ipſa diſcedendum nequaquam eſt ob ea,quæ diximus . Nec proximè dicta ei aduerſantur, ipſamuè tollunt . Non primum ; nam, quatenus excommunicationem perpetuò in quem ferri citatis iuribus dicitur,illud Perpetuum in hanc ſententiam accipitur,quouſque excommunicatus reſcipiſcit, & à contumacia diſcedit ; Sic.n.glo.hoc interpretata eſt in c.Guiliſarius.23.q.4.& in cit. cap.ſi quis ex epiſcopis.diſt.79. & in

& in cit.cap.de viduis,& in cit.c.clericos,vbi Inn.& Abb.eam sequuntur, & in c.hoc ius.§.perpetua.10.q.2.& in c.reperiuntur in fin.1.q.1.& Io.de Lign.quem refert, ac sequitur. Archiep. Flor.cap.de forma in tract.de censur.de excom. Sic quoque ratio id suadet; nam verba in eam sententiam interpretanda sunt, quæ ei rei, qua de agitur, accommodata est atg.l.si vno,& ibi not.Bart.ff.loc.& in l.si olei.C.eod. & c.intelligentia de verb. sign. & vt dixit Ias.in l.1.nu.8.ff. qui satisdare cog.Cùm igitur excommunicatio contumaciæ medicina sit arg. cit.cap.1.de sent. excom.lib.6.& vt not. Abb.in eod.cap.clericos,ac propterea cessante contumacia quasi morbo, excommunicatio eius medicina cessare quoque debeat, vt antea diximus, iure verbum illud Perpetuum,quod variè accipi docuit Glos.in l.1.ff.pro socio, & in cit.cap. hoc ius.§.perpetua, quò rei, qua de agimus, accommodetur,in hanc sententiam, quousque.s.excommunicatus resipiscit, excõmunicationem perpetuò latam interpretabimur: quam interpretationem vbiq; faciendam esse inquit Abb.in eod.c.clericos in omnibus iuribus, quæ perpetuam excommunicationem ferunt.Confirmatur interpretatio hæc;nam,& actiones, quæ triginta, quadragintauè annorum spatio concluduntur,perpetuę nominantur in instit.de perpet.& temp.act.& emphyteusis perpetua dicitur,quæ concessa est, aut quàm diu pensio domino præstatur, aut ad secundam,& tertiam generationem, vt habetur in §.adeò in instit. de loc.& conduct. & in §.emphyteusim,& in §.quia verò Leonis in auth.de non alien.aut permut. quamuis igitur excommunicatio perpetuò lata sit,illud tamen Perpetuò, quousque ipsum excommunicatum contumaciæ pęnituerit, accipiemus. Præterea,esto,ab eius verbi proprietate discedere nolimus,proposita sententia nihilominus firma erit;nam, quòd contingere potest,vt excommunicatum contumaciæ nunquam pœniteat atg c.semel malus de reg. iur. lib.6. & c.scribam de præsumpt. ob eam rem in perpetuum excommunicatio quandoq; ab ecclesia fertur:atque hoc vt perpetua excommunicatio sit,non excommunicationis vitio,sed eius perpetua contumacia,in quem lata est, efficitur,vt sensit Inn.quē sequitur,ac refert Abb.in eod.c.clericos;nam nihilominus absolui sem per poterit,etiam ante tēpus,modò à contumacia discedat,vt diximus: sic enim & aliàs,quamuis excommunicatio medicina dicatur in cap.1.de sent.excom. lib.6.eius tamen, in quem lata est,pertinacia mortem affert,vt asseruimus supra cap.15.§.fin. Perpetua igitur excõmunicatio lata in duas sententias accipietur, vel quousque excommunicatus resipiscit, si à contumacia discedat;vel simpliciter perpetuò,idest semper,si in contumacia perseueret; non ergo proposita iura repugnant.Non obstat etiam c.tanta dist.86.vbi,quidam vt ad duos menses excommunicati sint, Romanus Pont.decernit;nam ibi de minori excommunicatione agitur,qua excommunicatione sacramentorum susceptione quis tantum priuatur, vt habetur in cap.fin. de cler. excom.min.id quod hinc probatur,quoniam,si sic affecti in mortis periculum venerint, vt viaticum,id est Eucharistia ipsis tribuatur,idem Pont.cõcedit; ergo minori excõmunicatione,qua Eucharistia,& sacramētis quis priuatur,vt habetur in c.fin.de cler.excom.min.affecti erant:& eadem ratione respondetur ad cit.c.decentet.dist.89. Non obstat postremò,quæ de suspensione,atque de interdicto ad tēpus latis diximus;nam suspensio,atque interdictū feruntur et, quò in primis quis puniatur,vt habetur in cit.Clem.1.§.pen.de hæret. & in Clem.2. de pœn.& in c. 2.de temp.ord.lib.6. cum sexcentis similibus, quæ infra suis locis proponentur: sed, quoniam hic generatim de ijs agimus,quæ vniuersis censuris communia sunt, quòdq; excommunicatio semper;suspensio, atq; interdictum aliquando ad contumaciam coercendam feruntur, ob eam rem,quæ communia magis sunt,quodq; sepius contingit, contemplamur atg.l.nam ad ea com seq.ff.de leg.quòd igitur suspensio, atq; interdictum ad certum tempus feruntur, id locum habebit,vbi pro pœna in primis inuruntur. † At inquiet quispiam, quamobrem excommunica-
4 tio in perpetuum, ad tempusuè non ita fertur, quò minùs excommunicatus absoluatur, vbi à contumacia discessit;interdictum verò,ac suspensio,& minor excommunicatio hac ratione feruntur? ad hoc respondetur ob eam rem id fieri, quoniam excommunicatus quàm diu excommunicationis vinculo constrictus tenetur,eius animæ salus maximo in discrimine versatur; non enim excommunicatus solùm in ijs hominum communione caret,quæ eo versicelo continentur Os,orare,vale,communio mensa negatur arg. c.cùm excommunicato, & c.excommunicatos. 11.q.3.& vt Nauar.sensit in c.ita quorundam notab.11.gloss.vlt.nu.8.de iudæ. sed, quod maius est,extra ecclesiæ communionem eijcitur,quamobrem fit,vt ecclesiæ sacramentis,& suffragijs,eiusdemq; potentibus presidijs illico nudatus sit, quorum baptismi susceptione particeps factus erat,vt probauimus in Tab.de bapt.cap.9.nu.5.item vt dæmonum crebris,periculosisq; insultibus magis, magisq; obiectus iaceat, sicut tradidimus in Tab.2. cap.9. num.5.de bapt.

ecclesia igitur, quæ sponsum suum Christum imitata non peccatoris mortem vult, sed, vt magis conuertatur, ac viuat, ob eam rem excommunicatum quandocunque à contumacia discedentem exeommunicatione semper liberare consueuit arg. cap. ex literis de constitut. & cap. qua fronte de appell. & cap. quanto. 2. q. 5. & hoc vel ad tempus certum, vel in perpetuum excommunicatio feratur: at reliquæ censuræ, interdictum. s. ac suspensio, nec non minor excommunicatio hoc non operantur; nam his pœnis constrictus in ecclesia quis remanet, eiusdemq; præsidijs, ac suffragijs non caret; ac propterea eiusdem animę salus in tanto discrimine non versatur, quanto excommunicatum diximus, atque ita sensit Gloss. in cap. cupientes. §. cæterum in verb. Suspensos, ibi non obstat decret. de elect. lib. 6. & sequitur eam Abb. in cap. 2. num. 5. in fin. de solut, in antiq. excommunicatio igitur ob eam rem vel ad tempus certum, vel in perpetuum ferri non debet; &, si feratur, statim atque a contumacia excommunicatus discessit, absoluendus ob rationem propositam est. Nec repugnat, si dicatur caueri aliquando, ne quis absoluatur ante satisfactionem, vt in c. præterea de vsur. in Clem. 1. de sepult. in c. 2. de hæret. lib. 6. & in Clem. vn. de sequestr. & in cap. pro illorum de præbend. nam ob eam rem id fit, quoniã à contumacia non discedit non satisfaciendo; conditio illa ergo tacitè inhærens adiecta est, atque idcirco non officit arg. l. hæc verba. & ibi not. ff. de leg. 1. Excipitur tamen, vbi in mortuum, qui contumax è vita discessit, vt pote hæresis labe pollutus, excommunicatio fertur, vt habetur in cap. fin. 24. q. 2. nam, quòd nulla spes datur, vt hic resipiscat, ob eam rem & in perpetuum sic affectus excommunicari potest. Secundo excipitur, quoniam, si in perpetuum, ad tempusue certũ feratur, eius tñ temporis adiectione excõicatio non vitiatur iuribus supra citatis; quãuis interpretationem, quam vidimus, recipiat; & in hanc sententiam accipiendum est, quod dixit And. excommunicationem ad tempus ferri posse, vt refert Syl. in verb. excommunicatio 1. nu. 19. & Ang. eod. 2. num. 6. & Tab. eod. 2. num. 9. Postremò excipitur minor excommunicatio; nam in ipsa eadem ratio est, quæ in interdicto, ac suspensione arg. cap. fin. de cler. excom. min. Ex his, quæ diximus, iam primum hoc habemus censuram ecclesiasticam nec irregularitatem, nec degradationem, nec depositionem esse; nam, præterquam quòd hęc censuræ nomine non continentur arg. cap. quærenti de verb. sigu. vel quem eius pœniteat, quamobrem quis irregularis factus est, non tamen irregularitatis dispensationem consequitur, vt sensit Zab. in Clem. dudum vers. Ac deinde. q. 8. de sepult. & sequitur eum Nauar. in Man. cap. 27. nu. 191. vers. Dixi post pœnitentiam, quod idem & de degradatione, ac de depositione sentimus; nam hæ pœnæ sunt absque
5 restitutionis spe iniustæ, vt dixit Syl. in verb. Degradatio in prin. † Secundo loco, ex eisdem, adiectis ijs, quæ in toto hoc cap. tradidimus, nec non, quæ supra, hoc alterum, scilicet censuræ huius definitionem habemus, quæ huiusmodi est Censura ecclesiastica est pœna spiritualis fori exterioris ecclesiæ; qua spiritualium vsus impeditur, vt à contumacia discedatur: cuius definitionis partes sicuti supra declaratæ sunt, ita ex eisdem veram esse constat, vt quæ ex proprio genere, proprijsq; differentijs concepta sit: non enim, quam tradidit Nauar. in Man. cap. 27. nu. 1. in nouissimis impressionibus, mihi ea probatur; tum quòd propriũ genus non sumpsit, nam inquit Censura eccl. est sententia lata a capace ordinis, mediante iurisdictione eccl. fori exterioris; at censura sententia non est, sed pœna, vt supra probauimus hoc cap. in initio, quæ per sententiam fertur; tum quòd proprias generis differentias non adhibuit, sic enim inquit Qua quis priuatur communione sacramentorum, vel hominum, vel exercitio diuinorũ spiritualium, vel prohibentur officia diuina, vel sacramenta, vel sepultura: at definitio hęc, si ex proprijs differentijs esset, singulis speciebus censuræ conueniret; quandoquidem, quicquid de genere dicitur, & de qualibet eius specie dicitur, vt Philosophi communiter inquiunt: sed in casu nostro hoc non est; nam interdicto non conuenit, quandoquidem diuinis ea censura quis priuatur argum. cap. si ciuitas, & cap. si sententia, & cap. fin. de sentent. excommun. lib. 6. non autem simpliciter hominum communione, quod in ea definitione habetur: non itidem suspenso conuenit; quandoquidem suspensus sacramentorum non communione passiua, sed actiua tantùm, vt ita dicam, priuatur: nec facit, si dicatur verba illa Communione sacramentorum, vel hominum excommunicato solùm conuenire; nam non definitur hic excommunicatio, sed genus ipsius, ac propterea differentiæ omnes generis sic ei conuenire debent, vt singulis eius speciebus conueniant, quod hìc non esse manifestò constat, vt proximè probauimus: non etiam repugnat, quod ait in vers. Qua quis, & cęt. id factum esse, vt significaretur triplicem censuram esse, hæc enim responsio eam definitionem non tuetur; nam hoc diuisionis, non definitionis munus est; neque enim, si animal definiatur, dicimus Animal est substantia animata aut rationalis, aut non rationalis;

nalis;

nalis. Quare nulla ratione definitio hæc mihi probatur; sed iam de materia circa quam agamus.

De homine materia proxima circa quam censuræ ecclesiasticæ; & de ijs, quæ necessariò inesse ipsi debent, quò pœna huiusmodi afficiatur. Cap. XVII.

SVMMA.

1 *Homo excommunicari, censurisq; alijs irretiri potest.*
2 *Animantes ratione carentes excommunicari nequeunt.*
3 *Dæmones excommunicari, alijsq; censuris irretiri non possunt.*
4 *Angeli excommunicari, alijsq; censuris obligari nequeunt.*
5 *Anima à corpore separata excommunicari, censurisq; alia irretiri non potest.*

1 Ateria † verò proxima, & circa quam censuræ ecclesiasticæ, idest, is, qui excommunicari, censuraq; alia irretiri potest, Homo est; nam, cùm ipse delinquat, contumaxq; fiet, iure optimo, quòd censuræ huiusmodi feruntur, quò quis corrigatur, à contumaciaq; discedat, vti antea probauimus, homo tantùm ea obligatur; hinc Marian. Socin. Sen. agens de eo, qui excommunicari potest, inquit creaturam rationalem esse debere in c. mulieres nu. 12. & nu. 20. de sent. excom. & in cap. postulasti
2 nu. 10. de indę. † Non igitur cęterę animantes ratione carentes his pœnis affici queunt, quasi minùs obtemperantes sint. Nam, si quidpiam offendunt, non dolo, sed naturę feritate quadam, impetuq;, nec nō appetitu latæ offendunt; hinc, si quid damni ab ipsis datur, non damnum (sine iniuria enim ab ipsis datur) sed pauperies dicitur, actioq; de pauperie in earum dominos tribuitur, vt habetur in Instit. si quadrupes pauperiē fecisse dicatur, & in l. 1. ff. eod. Pręterea, quò quis corrigatur, virtutesq; quodammodo sectetur, eadem pœna fertur; animantes verò huiusmodi ea animę parte carent, quę natura ad obediendum rationi apta est, quaq; nos virtutes imbibimus, vt docuit Philip. lib. 2. mor. in fin. Postremò ipsarum anima vna cū corpore interit; cùm igitur neque postremum effectum, qui post huiusce vitę decursum speratur; consequi queant, censura huiusmodi affici non valebunt arg. c. firmissimè. §. ex eo, & cap. seq. 15. q. 1. & vt asseruit Io. de Lign. in tract. de censur. eccl. §. nonus. nu. 1. de excommunicatione, & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 13. vers. Quare superstitionis est, & Iacobus de Graff. cap. 6. nu. 10. vers. Decimò neque creaturę lib. 4. Decis. suarum, & sensit etiam Mar. Soc. eod. nu. 20. etsi ergo brucus, locustę, huiusmodiq; vermiū species, quòd sata consumerent, segeresq; vorando quasi vrerent, excōmunicationi subiectas fuisse aliquando legimus; item, etsi mirabiles effectus consecuti sunt, vt refert Marian. Socin. in c. sacris. nu. 34. de sent. excom. non idcirco tamen excommunicatione, quę censura est, feriuntur (superstitionis enim esset hoc credere, vt inquit Nauar. eod.) sed, quò benignus Deus animantes ipsas deturbet, ac perdat, imprecamur; sicuti etiam, cùm hęreses anathemate persequimur, non excommunicatione eas constringimus, verùm eas improbamus, atque detestamur, vt probatur in c. Ego Berengarius de consecr. dist. 2. iunct. c. Donatum. 1. q. 7. ibi Damnet, & in c. seq. & in §. item peccato, ibi thesauri anathematizati sunt
3 1. quęst. 4. Homo igitur affici censura verè, ac propriè potest; † quare neque dęmones,
4 † neque beatę illę mentes, Angeli ipsi, † neque animę à corporibus separatę his pœnis con-
5 stringi possunt, vt dixit Nauar. de excommunicatione eod. cap. 27. num. 13. vers. Proinde non possunt excommunicari, & Iacobus de Graff. eod. cap. 6. in fin. & Alex. de Ales. q. 22. membr. 1. art. 1. in fin. resolutionis in 4. par. summ. idq; merito, tum quòd Angeli, dęmonesq; homines non sunt, sed genere ab ipsis differunt, sicuti nec animę à corporibus separatę; quandoquidem homo ex anima rationali, & corpore constat, vt tradidit Phil. lib. 2. de anima, vbi animę definitionem attulit, & dicitur in c. 1. vers. Ac deinde de sum. Trin. & fid. Cath. & in c. in quadam de celeb. miss. & corporibus animę ab ipsis separatę carent, vti hoc per se constat. Contrarium tamen suadere non nulla videntur. Nam primò dæmones excommunicari posse exorcismorum libelli argumento nobis sunt, qui excommunicationum, atque anathematizationum pleni sunt. Beatos quoque illos spiritus excommunicari posse dictum Pauli relatum in c. si is, qui. 11. q. 3. id signi-

id significare videtur; Etiam si nos, aut angelus de cœlo euangelizauerit vobis præterquam quod vobis euangelizauimus, inquit enim ipse, anathema sit. Addo demum regna, ciuitates, ac collegia interdicto partim, suspensioni, atque interdicto partim, vt collegia ecclesiastica subijci arg. c. si ciuitas de sent. excom. lib. 6. & c. cum in partibus de verb. sign. Atqui à proposita sententia discedendum non est ob rationes, quas reddidimus. Nec contraria obstant; non illud primum de dæmonibus; nam excõmunicationes, anathematizationesq́; illæ non censuræ ecclesiasticæ, de quibus agimus, sed imprecationes, ac detestationes sunt: id quod & hinc probatur, quoniam ordini exorcistatus initiati munus illud exercere queunt, & tamen, nisi iurisdictionem habeant, ordinis illius beneficio censuras huiusmodi ferre minimè valent, vt asseruimus supra cap. 2. §. iurisdictionem; vt mittam, neque, vt à contumacia dæmones discedant, neque, vt æternam vitam ijdem recuperent, spem vllam eis dari, vt dixit Alexan. de Ales eod. Non illud etiam Pauli dictum de angelis obstat; quandoquidè nec ipse de censura huiusmodi loquitur, sed vt de execrabili quodam, vt. s. qui euangelizauerit, præterquam quod ipse euangelizarat, hunc vt execrabile quoddã fugiendũ, ac propterea fidem ei habendã non esse significat; hoc etenim anathematis nomine significatur, vt tradidimus in Tab. 2. cap. vlt. §. vlt. hinc Isiodorus in cit. c. si is, Pauli sententiam nobis deinceps explanans, hæc addit Si quis prohibet vobis, ait enim ibi, quod à domino præceptum est; vel rursus imperat fieri, quod dominus prohibet, execrabilis sit oibus, qui diligunt Deum. Item is, qui præest, si præter voluntatē Dei, vel præter, quod in sanctis scripturis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid, vel imperat, tanquã falsus testis Dei, aut sacrilegus habeatur. Hæc Isiodorus, ex quibus, quid Diuus Paulus eo verbo Anathema significarit, perbellè declaratur: id quod eo magis fatendum est, quandoquidem illud verbum Anathema pro excommunicatione non ita tunc frequentabatur, vt deinceps factũ est. Non demum obstat illud, quod de locis, atque de collegijs diximus; quandoquidem ea propter homines in primis censuris illis afficiuntur arg. c. si sententia de sent. excom. lib. 6. Homo igitur propriè censuris afficitur, reliqua propter hominem eisdem afficiuntur.

SVMMA.

1 *Homo omnis excommunicari, censuraq́; alia irretiri potest; siue sit*	*Rex, alijq́; Duces.*
Clericus.	*Vir.*
Laicus.	*Mulier.*
Imperator.	*Liber.*
	Seruus.

I.

1 § Vidimus proximè hominem propriè, ac per se censura irretiri posse; modò, an omnis homo censura obligetur, contemplemur. † Omnis homo igitur, quod pro regula habebimus, censura irretiri potest; nam, cùm duo genera hominum sint, vt dicitur in c. duo sunt. dist. 96. qui clerici partim, laici partim dicuntur, tam hos, quam illos his pœnis affici posse probatur in c. si autem vobis. 11. q. 3. & in c. 1. cum multis seq. & in tot. tit. de sent. excom. in antiq. & eod. lib. 6. etenim, quòd vniuersi contumaces esse queunt (vt prætereeam antecedentes rationes ad vniuersos homines pertinere) meritò & huiusmodi pœnæ ad vniuersos spectant; quare &, qui dominantur, Reges, Imperatoresq́; his censuris constringuntur arg. c. quicunq; de sent. excõ. lib. 6. & cap. 2. de re iud. eod. lib. & c. quoniam, & ibi not. gloss. dist. 18. & c. Valentinianus. d. 63. & cap. si autem. 11. q. 3. hinc Inn. Pont. Max. Archadiũ Imperatorem, quia consensit, vt Sanctus Ioannes Chrisostomus à sua sede pelleretur, excommunicauit, vt refertur in cit. c. duo sunt, & ibi not. gloss. & in cap. nos si incompetenter. §. sic & beatus. 2. q. 7. hinc beatus Ambrosius, licet Sanctus, non vniuersalis tamen ecclesiæ episcopus Theodosium magnum Imperatorem excommunicans ab ecclesia eiecit, vt dicitur in cit. c. duo sunt. dist. 96. id quod & quamplurimis Regibus, atque Imperatoribus contigisse, vt excommunicati fuerint, recensset Quintil. Mandos. in prax. commiss. in 2. commiss. in verb. Ecclesiasticis viden. ergo multo magis inferiores his pœnis affici poterunt arg. auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccl. omnis homo itaque, vel clericus, vel laicus, vel vir, vel fœmina, vel liber, vel seruus sit, vel sui, vel alieni iuris, vel priuatã, vel publicã personam gerat, affici hac cẽsura poterit, vt probatur in cit. iuribus, & vt tradidit Mar. Soc. Sen. in c. mulieres. n. 12. de sent. excõ. & facit c. de monialibus cod. & de seruo in c. relatum, vbi & id not. Abb. & Soc. n. 4. de sent. excõ. quæ regula locũ habet, vel ab homine, vel à iure cen

stra feratur; eadem enim ratio in vtroque casu est, ac propterea & eadem iuris dispositio esse debet arg.l.illud.ff.ad l.Aquil.& cap.cùm dilecta de confirm.vtil.vel inutil.quare & quos diximus proximè, itemq; Cardinales, si clericos percusserint, in excommunicationem incident ipsius c.si quis suadente diabolo; item & in alias iuris censuras, vt sensit Nauar.in commenr.de dat.& promiss.nu.10.vers. Quartò,quòd secundum mentem omnium,& vt infra videbimus, & facit extrauag.dudum bonæ memoriæ de schismat. Sed de hoc satis; ad ea, quæ necessariò huic homini inesse debent,quò censura obligetur, iam transeamus.

SUMMA.

1 *Homo,qui vitam hanc viuit,excommunicari,censuraq; alia irretiri potest.*

2 *Homo, qui mortuus est, sed reuixit iterum non moriturus,excommunicari,censuraué alia irretiri non potest; secus autem, si reuixit iterum moriturus.*

3 *Mortuus an excommunicari possit.*

4 *Mortuus si quis est, cui præceptum erat sub excommunicationis pœna ipso iure,vt intra tot dies creditori satisfaceret an in excommunicationem incidat, si post mortem conditio aduenit.*

5 *Mandans percuti clericum an in excommunicationem incidat si post mortem is, cui mandatum hoc erat, clericum percusserit.*

II.

1 § † Necessario autem inesse ipsi homini, quò censura constringatur, hoc primùm debet, vt scilicet vitam hanc viuat; nam censuræ ferendæ potestas fori exterioris ecclesiæ huius est, vt vidimus supra cap.2.§.iurisdictionem cum seq.& probatur in extrauag.vn.§.est autem, & ibi not.gloss.de maior.& obed.ergo & eius fori homo esse debet, qui excommunicatur, censuraué alia irretitur; quandoquidem omne agens in subiecto bene disposito agit, vt Philosophi communiter inquiunt, & arg.cap.fin.de constit.lib.6.& l.fin.ff.de iurisdict.omn.iud.& l.pater Seuerinam.§.conditionum.ff.de cond.& demonstr.& l.si seruo.ff.de leg.1.& c.ei, cui de præb.

2 lib.6.& vt dixit Marian.Socin.Senior in c.mulieres.nu.16.de sent.excom. † Quare homo,qui mortuus est, sed deinceps reuixit iterum non moriturus, excommunicari non potest, vt dixit Nauar.in Man.cap.27.nu.13.vers. Neque resuscitatus denuo non moriturus, & Iac.de Graff. cap.6.nu.13.lib.4.decis.cas.cons.nam vitam hanc non viuit,atque idcirco ad aliud forum pertinet arg.cap.1.vers. Venturus de sum.Trin.& fid.Cath.secus autem, vbi reuixit iterum moriturus,quod Lazaro contigisse,ac filio viduæ, nec non archisinagogi filio in sacris literis habemus; nam,quò deandem vitã ingreditur,è qua abierat,ob eam rem eius vitæ conditiones effugere non potest; hinc personam,quæ excommunicatur,mortalem esse debere dixit Soc.in eod.

3 cap.mulieres.nu.23.vers. Quartò, & in c.postulasti.nu.6.de iudæ. † At quid de mortuo, qui non reuixit,an excommunicari hic poterit?hanc quæstionem disputauit Grat.24.q.2.Videbatur igitur dicendum excommunicari mortuum non posse; nam hanc opinionem sequitur Alphonsus à Castro,& Couar.qui eum refert in c.alma pars.1.§.11.nu.8.vers. Secundò principaliter,ibi idcirco cauendum est de sent.excom lib.6.& Socin.in cit.cap.mulieres.nu.23. Primò, quoniam homo esse debet,qui excommunicatur,vt in initio huius cap.diximus; ergo mortuus excommunicari non potest, quandoquidem mortuus homo non est; homo enim ex corpore,& anima rationali constat,vt Philosophi docent,& vt habetur in c.1.vers.Ac deinde humanam de sum.Trin.& fid.Cath.& in c.in quadam vers.Nam ad esse hominis de celeb.miss.& in Symbolo Athanasij,ibi Nam,sicut anima,& cęt.homo autem mortuus ex anima,& corpore non constat; imo corpus quoddãm est; à quo anima discessit, ac propterea non propriè homo, sed cadauer dicitur;ergo excommunicari hic non posse debet; ad hoc argumentum respondetur,etsi homo esse desijt, tamen sat esse ipsum hominem fuisse; nam,qui viuus excommunicatus est, nec eius mortui communione vti nobis licet,quamuis homo esse desierit arg.cap. de communione. 24. q.2.& c.à nobis.2.de sent.excom.& cap.sacris eod.sat igitur est hominem fuisse, ac propterea excommunicationis capacem:quò ad hoc enim nihil interest,quamuis mortuus sit; nam & res semel reddita alienabilis, semper alienari potest, vt DD. communiter inquiunt: addo denique hominem excommunicatum & post mortem absolui posse iuribus proximè citatis; ergo & excõmunicari posse debet; par enim ius ligandi, atque soluendi est arg.c.verbum de pœnit. dist.1.non igitur ratio hæc propositam sententiam tuetur. Vnde secundò pro eadem ratio hæc redditur, potestas censuræ ferendæ tradita est ecclesiæ, dum his in terris homines sunt; nam

Quod-

Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis Christus dominus dixit hanc potestatem tradens, vt refertur in cit.c.à nobis.2.& ait Grat. 24.q.2.in prin.ergo secus post mortem; nam tunc sub terra potestatem exercere hoc esset: ad hanc rationem etiam respondetur ipsam non obstare; nam ea potestas in hoc casu supra terram exercetur. Primò, quia per excommunicationẽ corpus, quod supra terrã est, ecclesiastica sepultura priuatur, vt habetur in Clem. eos de sepult. Deinde, quod excõmunicatio duo operatur, alterum, ne excommunicatus ecclesiæ communione vtatur, alterum, ne alij ad eam communionem ipsum recipiant, vt probatur in c.excommunicatos cum seq. 11.q.3.& in cit.c.à nobis, & c.sacris de sent.excom. & in c.fin. eod. lib.6. quamuis igitur quò ad primum respectu habito ad mortuum non operetur, quò ad alterum tamẽ ecclesia supra terram propositã potestatẽ exercet; prohibet quippe ijs, qui vitam hanc viuunt, ne preces pro eo ad Deum publicè fundant, oblationesuè pro eo recipiant, vt habetur in cit.c.à nobis, & c.sacris: si ergo & corpus ecclesiastica sepultura priuari, & anima suffragijs ecclesiæ spoliari potest, quæ duo excommunicatio operatur; ergo & excommunicari potest; nam supra terram hæc ne fiant, & ijs, qui vitam hanc viuunt, vetantur: nec facit, si dicatur, mortuus sacramenta recipere non potest, ac propterea nec eorum communione priuari; nam hoc etiam nihil est; nam nec laicus, nec mulier ordinis munera exercere possunt, & tamen ipsi quoque excommunicantur, quamuis excommunicatio ordinis vsum eis non adimat, quem non habent; præterea sacramenta huius vitæ medicinæ sunt, præterquam quod Eucharistia, quatenus sacrificium est, & mortuis prodest, vt communiter diuinarum rerum scriptores asserunt. Postremò ea Christi verba ad iudices obligantes, absoluentesq; referuntur, non ad obligandos, ad absoluendosuè, vt dixit Felicianus Episcopus Sealensis in Enchiridio de censur. cap. 44. de excommun.perinde igitur est, atque si dictum esset Quæcunq; vos existentes supra terram &c. neque igitur ratione hac proposita sententia nititur. Tertiò, qui eam sententiam tuentur, sic argumentantur, pœna eo mortuo, qui reus ipsius erat, extinguitur, atque non inuitur, vt probatur in l.3.& in l.defuncto eo.ff.de publ.iud.& in l.fin.ff.ad l.Iul.maiest.&.C.si reus, vel accusator mortuus fuerit, & vt not.gloss.in cit.c.à nobis in verb.Mortuus, & in c.accusatus.§.si verò pro ijs in verb.Extincto de hæret.lib.6.ergo & hic mortuus, quamuis id cõmiserit, quamobrem excommunicari posset, excõmunicari non posse debet: hæc ratio nihil etiam facit; nam in pœnis, quę in primis ad corpus pertinẽt, ea regula locũ habet, vt probatur in cit.iuribus; at excommunicatio in primis animã punit, quippe quæ ecclesiæ suffragijs ob ipsam caret, & in alia vita eã pęnã sentire potest, quod non contingit in pœna ipsius corporis, vt hoc per se patet; nã ob hanc rationem ciuile ius mortuum non prosequitur: præterea regula eadem locum non habet in casibus exceptis arg.l.fin.C.ad l.Iul.maiest.ergo idem in casu nostro; nam & post mortẽ excommunicationis pœna durat arg.cit.c.à nobis.2.& e.sacris de sent.excomm. Vnde, quartò ait Syl. in verb. Excommunicatio.1.num.7.vers. Sciendum est tertiò, qui excommunicatur à canone, propter crimen excõmunicatur; at mortuus crimen cõmittere non potest: qui verò ab homine, admoneri priùs debet, mortuus autem frustra monetur; ergo neutro casu excõmunicari debet: hæc ratio minùs, quàm aliæ, firmior est; nam, etsi mortuus crimen cõmittere non potest, in crimine tamen commisso mori valet, vt pote hæreticus, si in ea hæresi è vita decedat; ac propterea excõmunicari poterit: non etiam obstat illud de monitione, tum quòd & ea prætermissa valet arg.c.fin.24.q.1.iunct.e.sacro de sent.excom. tum quòd admonitio ea locũ habet, vbi pro medicina, non autem, vbi pro pœna excõmunicatio fertur, addo fieri posse, vt admonitus sit; neque igitur ratione hac proposita conclusio probatur. Postremò pro hac sententia facit, quoniam excommunicatus mortuus absolui non debet, vt dicitur in c.1.cum quatuor seq. 24.q.2. ergo neque idem excommunicari; nam absolutio gratiosa magis, quàm obligatio est arg.l.Arrianus. ff.de act.& oblig.& cap.ex literis de probat.& par ius ligandi, atque soluendi est arg.c.verbum de pœnit. dist.1. etenim & quod operatur propositum in proposito, & oppositum in opposito operari debet arg.l.fin.§.fin.ff.de leg.3. ad hoc argumentum respondetur hac ratione, aut excõmunicatum contumaciæ non pœnituit, quamobrem excõmunicatus est, & tunc absolui non debet, vt in citatis iur.habetur (de eo enim, quem contumaciæ non pęnituit, ibi agitur, sicuti ex verbis ipsis conspicitur) idque meritò, nam nec, si absoluatur, absolutio quicquam ei prodest; aut contumaciæ ipsum pęnituit, & hic non modò absolui potest, verum etiam & debet arg.cit. c.à nobis.2.& e.sacris de sent.excom. hæc igitur argumenta sunt, quæ pro hac sententia in primis feruntur. Quare, cùm ipsis, vt vidimus, ea sententia non nitatur, contrariam, vt scilicet & mortuus excõmunicari possit, ego amplector, quam amplexatus est, & pro certa habuit Felicia-

nus Epis

nus Episcopus Scalensis in Enchiridio c.44.vers. Quòd si ecclesia de excom.& Ricard.de Med. Vill.dist.18.q.4.art.5.lib.4. Probatur autem his rationibus. Primò quoniam hæretici & post mortem excommunicantur, vt multis autoritatibus, exemplisq; apertissimum id habetur in c. fin.24.q.2.& vt dixit Gloss.in c.si quis per illud ius de hæret.quem sequitur Abb.ibi, & Rom.in sing.735.& eadem Gloss.in c.iudæi 2.de iudæ.& Gabr.Biel.dist.18.q.2.ar.2.concl.5.Corol.4. ergo & post mortem excõmunicari homines queunt:nec facit,si dicatur ob sceleris grauitatem illud permissum esse; nam,si homo mortuus vi sua excõmunicari non posset, nulla sceleris grauitas eum habilem redderet; id quod hinc apparet, quoniam iudæus in excommunicationem eius c.si quis suadente diabolo non incidit si clericum percutiat, vt probatur in c.postulasti de iudę.& tamen clericum percutere graue crimen existimatur arg.cap.quantæ præsumptionis de sent.excom. id quod non aliunde fit, quàm quòd,iudæus, cùm suapte natura per se, ac propriè, excommunicari non possit, habilis non efficitur sceleris grauitate; firma igitur proposita ratio permanet. Postremò probatur eadem sententia,quoniam excõicatus post mortem absolui potest arg.cit.c.à nobis.2.de sent.excom.& c.sacris eodẽ;ergo & obligari posse debet; tum ꝙ par conditio obligandi,atq;soluendi est arg.c.verbũ de pœn.dist.1.& vt tradidit Gloss.in c.cùm inferior de malor.& obed.& in c.inferior.dist.21.tum quòd mortuus & hominum cõmunione,& sacramentorum priuari potest; nam ecclesiastica sepultura priuatur eius corpus arg.cit.Clem. eos de sepult. & anima ipsius ecclesiæ suffragijs caret (non enim pro excommunicato mortuo preces ad Deum fundi, oblationesuè pro ipso factæ recipi debent, vt habetur in cit.c.sacris de sent.excom.)ergo mortuus excõmunicari ratione hac potest prohibendo, ne Christiani suffragia pro eo ferant; & ne ecclesiastica sepultura eum donent, sicuti eadem ratione ab excommunicatione absolui,quò hæc ei præstentur,vt asseruit Couar.in c.alma pars.1.§.11.nu.8.vers. Posset tamen & apertiùs de sent.excom.lib.6.idẽ Gabriel.Biel.dist.18.q.2.art.1.concl.4.lib.4. vbi ait,etsi quò ad sacramenta mortuus excõmunicari non potest, quò ad suffragia generalia tamen,& ecclesiasticam sepulturam secus;nam in his etiam mortui cum ecclesia communicant; atque idcirco & ipsis per excõmunicationem priuari queunt. Mortuus igitur excommunicari potest,quod locum habet vbi excõmunicatio in eum fertur,vt puniatur,non autẽ vt corrigatur; nam post mortem correctioni locus non est arg.c.qualis dist.25.& facit c.tempus.13, q.2.& in hoc casu contraria opinio locum habebit. Quæ autem diximus de excõmunicatione,de interdicto dicta esse volumus: quamuis secus sit in suspensione; nam morte ipsa omnino quis impeditur,quò minùs functiones ecclesiæ obeat; quare,si quis post mortem excommunicatus ad vitam reuocetur iterum moriturus, quò sacramentorum communione,hominumq; commercio vtatur, absolutione ipse itidem egebit. † At quid si quis ita excõmunicetur, Nisi intra decem

4 dies Titio creditori satisfecerit, excommunicatus statim fit; an, si intra dictam diem hic moriatur,& Titio non satisfecerit,in excommunicationem incidet? Planè in excommunicationem huuc non incidere censeo. Nam aut hic mortuus tantum in bonis habet,quod ad satisfaciendũ sat est, & in hoc casu hæredes ad id obligantur, vbi hæreditas adita est arg.tot.tit.C.de hæred. act.transferuntur enim in hæredes à testatore vniuersæ actiones; si verò hæreditas adita non sit ipse hæreditas onera huiusmodi sustinet arg.l.hæreditas in multis.ff.de acquiren.ter.dom. & l. mortuo.ff.de fid.commiss.libert.& l.veteris.C.de contrahenda stipul. & vt dixit Gloss.in c.fin. de sepult.& Bart.in l.1.nu.1.ff.de acquir.hæred. ac propterea quò ad ipsum mortuum obligationes illæ extinctæ sunt arg.§.deinceps. Auth.de nupt. Item hic in mora constitui non potest, ergo nec in pœnam incidet;vbi enim mora non committitur,ibi nec pœna quis affici debet, vt sensit Ias.in l.si pacto,quo pœnam.nu.15.C.de pact. Confirmatur ratio hæc; quoniam,ex quo hic mortuus est, manifestò constat satisfacere hunc non posse, atque idcirco sententiã vt notoriè iniustã non tenere arg.c.per tuas de sent.excom.& c.solet eod.lib.6.nec repugnat,si dicatur hæredibus,vt soluerent, mandare ipsum debuisse; nam hoc nihil facit, quandoquidẽ aut mortis perturbatione affectus id fortasse minùs cogitauit arg.l.hac consultissima. §.at, cùm humana fragilitas.C.qui test. fac.poss. aut ad iuris dispositionem se accõmodauit, quo iure cautum est, quod supra probauimus,vt actiones ad hæredes trãsferantur. Aut nihil in bonis habet, ac propterea ei nemo hæres est; & in hoc casu, quoniam ad id, quod fieri non potest,quis non obligatur arg.l.impossibiliũ.ff.de reg.iur.& quòd manifestò constat, ex quo mortuus est, satisfacere ipsum non posse; sicuti tunc,si ob eam rẽ excõmunicaretur, sententia nulla esset, vt quæ intollerabilẽ errorẽ contineret,etiã si in ipsa expressus error non sit;ita hic asserendum, ex quo sub hac conditione lata. Quare, & qui hac ratione excõmunicatur Nisi intra decem dies ad suum

beneficium redierit, excõmunicatus sit; si intra huiusmodi tempus hic moriatur, multò minùs in excõmunicationem ob propositam rationem, quòd scilicet non potest, hic incidet; vt mittam beneficio morte ipsum priuari arg. cap. vn. ne sed. vac. lib. 6. & c. si episcopus, cum seq. de suppl. negl. prælat. eod. lib. atque idcirco causam, quamobrem residere debebat, tunc in eo cessare.

5 † Verùm quid si quis mandatum cuipiam dederit, vt clericum percutiat, quo casu post percussionem mandator in excõmunicationem incidit, vt habetur in c. mulieres. §. fin. de sent. excom. & antequam mandatum executus ille sit, qui mandauit, moriatur; an, si deinceps, qui mandatum accepit, clericum percutiat, mandator iam mortuus in excõmunicationem incidet? hanc quæstionem mouit Gloss. in eod. §. fin. & ipsum mandatorem mortuum in excommunicationem non incidere sensit; eandem opinionem secuti sunt Innoc. ibi in vers. Vel mandato, & Abb. eod. nu. 6. & Host. relatus in add. ad gloss. illam, & Anchar. in cap. cùm quis, vbi & quæstio hæc disputatur. nu. 9. vers. Quid si ante mandatum de sent. excom. lib. 6. Probatur autem horum sententia hac potissimum ratione, quoniam mandans non tenetur, vbi mandatum sublatum est arg. §. rectè in Instit. de mand. ergo hic non tenetur, quoniam morte mandatum extinctum est, vt habetur in l. inter causas. §. 1. ff. mandati, & in cit. §. rectè vers. Item si adhuc: ad hanc rationem responderi potest, etsi mandatum soluitur, obligationem tamen durare, vt inquit iureconsultus in cit. §. 1. Vnde postremò ratio hæc redditur, mortuus excõmunicari non potest; ergo mandator hic post mortem in excõmunicationem non incidet: ad hanc rationẽ satis supra responsum est, vbi & mortuum excõmunicari posse conclusimus. Quare contrariã sententiam, vt hic mandator in excõmunicationem incidat, amplexatus est Tancred. & Goff. quos refert Anchar. in eod. c. cùm quis. nu. 9. & Mar. Soc. Sen. in c. peruenit. nu. 48. de sent. excom. Et hoc ob eam rationem, quòd in eadem voluntate mortuus esse videtur arg. c. maiores. §. fin. de bapt. quæ ratio opinionem hãc non tuetur; nam in §. fin. de dormiente, & de amente agitur, in quibus voluntas remanet; hic verò de mortuo, cuius voluntas desinere existimatur arg. §. deinceps in auth. de nupt. & l. locatio, præcariuè, & ibi not. Bart. ff. loc. non igitur ad rem facit cit. §. fin. Hinc tertia fuit distinguentium sententia, & primò Io. And. quem refert Abb. eod. vt scilicet mandator in excommunicationem non incidat, si mandatarius ante clerici percussionem mandantis mortem nouisset, aliàs autem in excõmunicationem incidat, cuius sententia probari videtur in cit. l. inter causas. §. fin. iunct. l. si præcedente. ff. eod. vbi, si mortuo mandante mandatarius id ignorans negotium gerat, nihilominus actionẽ mandati sibi acquirit mandatarius, non autem aliàs; id, quod etiam habetur in cit. §. rectè in instit. eod. atqui hac ratione proposita opinio non nititur; nam idcirco in illis iuribus mandatarius, qui mandantis mortem ignorabat, mandatum exequens actionem mandati acquirit, ne mandatarius iniuria damnum patiatur, vt dicitur in cit. §. rectè; at hic non iniuria damnum patitur; non enim mandatũ illud valebat, neque illud exequi debebat, vt quod delictum contineret arg. §. illud quoque in instit. de mandato; præterea, esto, mandator in excommunicationem etiam incideret, non idcirco tamen ipse mandatarius, quò minùs in excommunicationem incidat, liberabitur; addo demum, si quam actionem consequeretur, in hæredem mandatoris dari debere. non ergo opinio hæc tenenda. Altera demũ fuit opinio quorundam, quam refert Felin. in cit. c. mulieres. §. fin. de sent. excom. vt scilicet in excõmunicationem hic incidat, vbi mandati eum non pœnituit; vt non incidat verò, vbi mandati ipsum pœnituit. Hæc ratio etiam mihi non quadrat; nam pœnitentia delictũ non tollitur quò ad ecclesiam, quò minùs in exteriori foro puniatur, quamuis quò ad Deũ secus sit. Quid igitur in hac re sentiendum? Ego ab opinione Inn. atq; Gloss. discedendum non censeo, quã & sequitur quidam alius, quem refert Soc. in eod. c. peruenit nu. 48. vt scilicet in excõmunicationem hic non incidat. Et hoc ob hanc rationem, quod ecclesia mandatum hoc, etsi obligatorium non est arg. cit. §. illud quoque tamen, ad mandati formam vt se haberet, voluit in cit. c. mulieres. §. fin. de sent. excom. at mandati natura ea est, vt mandantis morte soluatur ob cit. l. inter causas. §. 1. ff. mandati, & §. rectè in instit. eod. ergo in excõmunicationem tanquam mandato dissoluto per mortem hic mandator mortuus non incidet, neque eo mandato obligabitur. Confirmatur ratio hæc, quoniam lex vnum casum tantùm excepit in cit. §. rectè, quo voluit & post mortẽ mandatum operari, vbi scilicet mandatarius iniuria damnum pateretur mandatum executus, at hic damnum cessat, vt hoc per se patet; in excommunicationem igitur hic non incidet. Excipitur tamen, vbi mandati eius non pœnituit, & id notissimum est; nam, etsi in excommunicationem non incidit, vt publicus tamen peccator ecclesiastica sepultura carebit; aliàs autem secus ob extrauag. ad euitanda.

SVM-

SVMMA.

1 *Rationis vsum non habens irretiri censura non potest, quæ regula etiam declaratur.*
2 *Infans, furiosusuè excommunicari non potest.*
3 *Infans, furiosusuè in excommunicationem non incidit, si clericum percutiat.*
4 *Infans factus, qui antea contumax erat, & sic affectus in insaniam incidit, an excommunicari possit.*
5 *Impubes doli capax excommunicari à iudice non potest.*

III.

1 § † Rationis vsum vt habeat hic, necesse quoque est, qui censura speciatim obligatur; nam, qui doli capaces non sunt, quiq; rationis vsu carent, constringi censura nequeunt, vt de excommunicatione sensit Gloss. in c. fin. in verb. Pueris de sent. excom. & Abb. in c. 1. nu. 2. eod. & Soc. in c. postulasti nu. 10. de iudæ. & Iacobus de Graff. cap. 6. nu. 8. vers. Quartò lib. 4. Decis. cas. consc. & idē Marian. Soci. Senior in c. mulieres. nu. 41. vers. Septimò quæro de sent. excom. & in c. relatum. nu. 4. eod. idq; meritò, quandoquidē, qui rationis vsu carent, manifestò constat, notissimumq; est, hos nec contumaces esse, nec offendere dolo posse, vt habetur. 15. q. 1 & vt
2 tradidit Gloss. sum. ibi, & Abb. in c. 1. nu. 5. de sent. excom. † Non igitur infans, nō furiosus, non mentecaptus excōmunicari potest, vt dixit idē Socin. eod. c. de mulieres. nu. 17. ibi. Pone enim & nu. 41. vers. Septimò; atque idcirco, si à iudice excōmunicentur, sententia non valebit, vt quæ intollerabilem errorem contineat, etiam si in ipsa expressus non sit atg c. solet, & c. venerabilibus. §. potest quoque de sent. excom. lib. 6. & c. per tuas eod. in antiq. atque sic inquiunt Gemin. in c. Romana. §. in vniuersitatem. nu. 4. vers. Sed pone, quod excōmunicetur, & Phil. Franc. eod. vers. In gloss. in verb. Irretiri, & Anchar. in cit. c. solet. nu. 3. vers. Sextò not. etenim, vbi notoriū iuris sententiæ fauet, sic eam iustam reddit, vt ab ipsa appellari non liceat arg. cap. Romana §. si autem, & ibi notatur de appell. lib. 6. & Anchar. eod. vbi supra. Qui ergo rationis vsum non habet, hic excommunicari minimè poterit. Hæc autem regula locum habet primò in excommu-
3 nicatione, atque in censuris, quæ à iure inferuntur; † quare infans, qui clericum percussit, in excommunicationem non incidit eius c. si quis suadente diabolo. 17. q 4. vt dixit Abb. in cit. c. 1. nu. 5. de sent. excom. & sequitur eum Iacob. de Graff. eod. vers. Canon. n. ille de impubere doli capace intelligi debet, vt dixit Soc. in cit. cap. 1. & DD. communiter. Non itidem stulti, amentesq;, vt asserit Syl. in verb. Excōmunicatio. 5. nu. 2 id, quod verum est, etiam si amentes ipsos esse notissimum non sit, vt poto quoniam non diu est, ex quo in insaniam inciderunt; nam ipsa lex certa est, & scit ipsos apud se non esse arg. § conditiones vers. Quæ enim per retū naturam in instit. de verb. oblig. Excipitur tamen is, qui exempli gratia Titio mandauit, vt clericum percuteret; nam, si hic in insaniam incidat; ac Titius deinceps clericum percutiat, in excommunicationem insanus hic incidet. Primū m quoniam mandatū furore adueniente non tollitur arg. l. patre furioso. ff de ijs, qui sui, vel alien. iur. & §. præterea in instit. quibus non est permissum facere testamentū. Præterea, quoniam is in ea voluntate esse censetur, in qua erat ante furorem, vt dicitur in c. maiores § pen. de bapt. at antea volebat à Titio clericū percuti; ergo in excommunicationem incidet. Nec obstat, quod diximus de mandatore mortuo; nam, vt ibi diximus, morte mandatum tollitur, quod non contingit ipso furore. Non etiam repugnat, si dicatur afflictionem afflicto addendam non esse arg. l. diuus. ff. de off. præs. nam in ijs ea regula locū habet, quæ post furorem cōmissa sunt, & vbi ab homine pœna inuritur; à proposita igitur sententia non discedemus. Item excipitur, vbi vniuersitas interdicitur, aut suspenditur; nam tunc infantes, & amentes cōprehenduntur, vt habetur in c. si sententia, & in c. fin. de sent. excom. lib. 6. Postremò excipitur impubes, qui doli capax est; nam in excom. iuris incidit, vt probatur in c. 1. & in c. fin. de sent. excom. & not. Marian. Soc. Sen. in eod. c. 1. nu. 2. cum multis seq. etenim delictum nouit arg. tot. tit. de delict. puer. Secundò proposita regula locum habet & in excommunicationibus, & in censuris, quæ ab homine inferuntur; nam nec ab homine infans, furiosusq; censura irretiri possunt, vt inquiunt Gemin. in c. Romana. §. in vniuersitatē. nu. 4. vers. Sed pone, & Anchar. eod. nu. 3. vers. Sextò not. & Phil. Franc. vers. In gloss. in verb. Irretiri, & Anchar. in eod. c. solet. nu. 3. vers. Sextò not. & Abb. in c. ab excōmunicato, nu. 9. vers. Exemplū secundi de rescript. & in cap. per tuas. nu. 11. vers. Aut continet errorem iuris, & facti de sent. excom. ac
4 propterea, si contra fiat, sententia nulla erit, vt citati autores eisdem in locis asserunt. † Verùm quid, si quis iam contumax factus insanire ceperit, an sic affectus excōmunicari à iudice poterit? plane id non debet; tum quòd, vt à contumacia hic discedat, quamobrem excōmunicatio

V . 2 sepissimè,

sepissimè, ac potissimum fertur, spes nulla tunc datur; tum quòd huic, si aliàs morte afficiendus esset, parcendum tunc esse dixit Bald. in l. furiosum. C. qui test. fac. poss. & opinionem hanc magis communiter receptam esse ibidem Ias. testatur, & ab ea neque in consulendo, neque in iudicando discedendum esse confirmauit; excommunicari ergo hic non debebit. At, si excommunicetur; quòd eum contumacem facimus, atque idcirco habilem materiam esse, in hunc excommunicationem latam valere existimamus; nam furiosus absentis loco habetur, vt dicitur in l. 2. §. furiosus. ff. de iur. codicill. absentes verò, & inscij excommunicari possunt, vt dixit Gloss. in c. Apostolicæ, vbi quoque Abb. de cler. excom. min. & in c. de manifesta. 12. q. 1. & Abb. in c. cùm sit Romana in fine de appell. à proposita igitur regula non discedamus. Excipitur tamen primùm, vbi ab homine, à iureuè sententia interdicti, nec non suspensionis in vniuersitaté fertur, vt diximus; nam tunc & ratione carentes huiusmodi pœnis comprehenduntur arg. c. si sententia, & c. si ciuitas, & c. fin. de sent. excom. lib. 6. & c. non est vobis de spons. in antiq. non enim huiusmodi censuris tanta iactura fit, quantam facimus excommunicatione maiori constricti.

5 † Postremò excipitur impubes etiam doli capax; hic enim à iudice propter contumaciam excommunicari non potest, vt inquiunt Lappus Abbas, & quidam alij, quos refert, ac sequitur Marian. Socin. Sen. in c. nulli. nu. 30. vers. Octauò quæro de sent. excom. nam, quod ipse vim verborum præcepti iudicis intelligere non censetur, nec iudiciarium ordinem, ob eam rem nec ad defendendum, nec ad agendum admittitur, vt habetur in c. fin. de iud. lib. 6. nec de iure citari potest. Nec obstat, si dicatur, tutorem ipsum petere debere, & per tutorem agere; nam pupillus ad hoc non tenetur, sed iudex instante aduersario debet dare tutorē, vel citare cognatos, agnatosuè, vel pupillum ad recipiendum tutorem, non auté ad causam principalem. Hæc Soc. eod.

SVMMA.

1 *Certus esse debet, qui excommunicatur, censuraué alia constringitur.*

2 *Iudex hac ratione excommunicationem ferens. Excommunico vnum ex illis, qui tale furtum fecerunt, nihil facit, si illū vnū, quinam sit, non præscripserit.*

3 *Certus quot modis quis esse dicitur, quò excommunicatione constringi possit.*

4 *Iudex ferens sententiam excommunicationis in non patefacientes furtum, furesuè an obliget semper, vt quis patefacere debeat.*

5 *Iudice ferente excommunicationem in aliquem, nisi delictum suum fateatur, an obligatus sit ad patefaciendum illud.*

IIII.

1 § † Certus itidem, qui excommunicatur, censuraué alia constringitur, necessariò esse debet; nam, cùm hic censuræ huius materia proxima sit, iure certus esse debet; alioquin censura lata non valet arg. l. 2. & seq. de sent. quæ sine cert. quant. etenim nec eucharistiæ sacramentum conficitur, vbi materia panis præscripta, ac certa non est, vt dixit Abb. in c. 2. in fin. de off. ord. & Syl. in verb. Eucharistia. 2. nu. 7. & nu. 8. & nos in Tab. de eucharistia cap. 19. num. 6. nec contractus emptionis, venditionisq; valet, vbi res, quæ alienatur, certa non est arg. l. in venditionibus. ff. de contrahend. empt. idq; iure optimo; nam excommunicatio accidens quoddam est, & qualitas; accidens verò actu esse non potest, nisi in subiecto certo sit, vt Philosophi communiter concludunt, & arg. l. 1. & 2. ff. de vsufruct. & in Instit. eod. in prin. certus igitur, qui censura irre-
2 titur, esse debet. † Verùm quid, si iudex hac ratione sententiam ferat Excommunico vnum ex illis, qui tale furtum fecerunt, non præscripto, quisnam vnus ille sit, an excommunicatio hæc valebit? Gloss. in c. si is, qui præest in fin. 11. q. 3. omnes excommunicatos esse sensit, eandem opinionem secutus est. Host. quem refert Abb. in c. 2. de off. ord. vbi quæstio hæc in primis disputatur, & Marian. Soc. Sen. in c. perpendimus. nu. 222. vers. Vigesimo tertio quæro de sent. excom. Probatur autem sententia hæc per Glo. in eod. c. si is, qui, primò hac ratione, quoniam excommunicatio generatim ferri potest arg. c. 2. de off. ord. ergo & hæc sic lata valebit; quoniam generaliter promulgata est: hac ratione sententia Glo. non probatur; quoniam excommunicatio hæc generatim lata non est; nam, vbi generaliter fertur, de omnibus æquè dicitur arg. Clem. eos de sepult. & c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. genus enim æquè de omnibus speciebus dicitur, vt logicæ facultatis magistri docent; at oratio hæc Excommunico vnum ex ijs, qui tale furtum fecerunt, de vno tantùm, eodemq; incerto dicitur, vt hoc per se patet; non igitur ratio hæc Glossæ quicquam facit. Secundo loco sic argumentatur Host. excommunicatio hæc ab eo lata

 est, quem

est, quem constat excommunicationem ferre voluisse; ergo excommunicatio valere debet; non enim Deus, eiusq; ecclesia verborum rationem habet, modò de intentione sententiam proferentis constet arg. c. in ijs de verb. sig. & c. humanæ aures. 22. q. 5. Hæc itidem ratio propositam sententiam non tuetur; nam locũ ipsa tunc habet, vbi aliàs de re, qua de agitur, constat, vt probatur in cit. c. in ijs, vbi archiepiscopus sententiam ferens non dixit talem partem condemno, sed hac ratione pronuntiauit Ita statuo, & præcipio; ex quibus tamen verbis apparebat, quid constituisset: cuius contrarium in re nostra est; quem enim ex illis excommunicauerit, non constat; verborum igitur ratio tunc non habetur, vbi res nota est, de qua agitur arg. l. certum. ff. si cert. pet. & l. quæ extrinsecus, & ibi DD. not. ff. de verb. oblig. Tertiò pro hac sententia citatur l. qui duos. ff. de reb. dub. vbi duobus filijs impuberibus institutis hæredibus, si supremo eorum quis substitutus sit, & ambo impuberes simul perierint, ac propterea, quinã supremus perierit, ignoretur, substitutus datus vtriusque impuberis hæres est; ergo idem hic dicemus. Atqui neq; hoc iure opinio proposita nititur. Primò, quoniam supremo morienti substitutus erat, & supremus vterque perijt, atque idcirco vtrique succedit; quia verba eam vim habent: quod in casu nostro contingere non potest; ex quo enim vnum excommunicauit, ad vniuersos excommunicatio pertinere non potest arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. non ne de præsumpt. Præterea verisimile est, si testator id cogitasset, ita staturum fuisse, quippe qui ad bona vtriusque filij hunc substitutum venire voluerit, vt probatur in cit. l. qui duos; ergo, perinde, atque si vtrique supremo morienti substitutus datus esset, idem substitutus vtriusque hæres esse debet; vbi enim quis constiturus quidpiam fuisset, si id cogitasset, perinde habetur, atque si illud constituisset, vt dixit Gloss. communiter recepta in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & quamuis id non expresserit, mirandum id non est; non enim huiusmodi infelix casus, præsertim in filios expectandus videbatur arg. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. Accedit, quòd testator in eo casu substituit, qui sepius contingere solet, vt scilicet alter post alterum moriatur; ergo & in altero casu minùs frequentiori eum substituisse existimandum est; voluntas enim testatoris pro lege habetur §. disponat in auth. de nupt. & l. 1. C. de sacrosanctis ecclesijs & l. in conditionibus. ff. de cond. & demonstr. at, vbi lex frequentioris vsus gratia de casu aliquo quidpiam decernit, de casu in ead. materia minùs frequenti idem decreuisse existimatur, vt asseruit Gloss. in Clem. 1. in verb. Præsidentes de rescript. & Ias. in l. 1. lect. 1. nu. 27. C. de sacrosanct. eccl. mirandum igitur nõ est, si vtriq; impuberi substitutus hæres fuerit, ex quo & verba id suadebãt, & voluntas ipsius testatoris aderat: quæ vtraque hic desiderantur. Nam primò in vnum pœnam hanc intulit, ergo ea non omnes afficientur; non enim vno omnes comprehenduntur; ac propterea, sicut verbum illud Vnum omnibus non conuenit, ita nec eiusdem dispositio argum. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. etenim sicut, qui omne dicit, nihil excludit arg. l. Iulianus. ff. de leg. 1. & c. si Romanorum dist. 19. ita, qui vnum dicit, non omnes comprehendit, sed vno comprehenso reliquos vniuersos excludit arg. cit. l. cùm prætor. ff. de iud. verba igitur non conueniunt. Repugnat etiam voluntas iudicis, qui excommunicationem tulit; nam in vnum excommunicationem tantùm promulgauit; &, ex quo vnum nominauit, & vnum excommunicare voluisse creditur; nemo enim loqui existimatur, quod non vult arg. l. Labeo. ff. de suppel. leg. non igitur opinio hæc probatur per cit. l. qui duos. Quare, cùm nullis rationibus opinio hæc nitatur, contrariam sententiam, vt nemo excommunicatus sit, atque idcirco sententia lata non valeat, amplexata est Gloss. in cit. c. 2. in verb. Remouere de off. ord. eandem secuti sunt Abb. ibidem nu. 14. & Goff. ab eod. relatus, & Bald. eod. nu. 5. & Ias. in l. nominatim. nu. 17. ff. de lib. & posth. & non nulli alij, quos refert Mar. Soc. Sen. in c. perpendimus nu. 223. de sent. excom. cõis deniq; sententia hæc est. Quæ probatur primò hac ratione, quoniã sententia hæc incerta est; vt, quæ de re incerta lata sit; ergo non valet, ob ea, quæ supra diximus; non enim magis hunc, quàm illum excõicare iudicem voluisse apparet; atq; idcirco non hunc magis, quàm illum excõicatum dicere possumus. Secundo loco probatur per l. 3. §. si duobus. ff. de adimend. leg. vbi legatum duobus Titijs relictum, si vni adimatur, neutri ademptum esse dicitur, si, cui ademptũ sit, nõ appareat; sicuti è contrario, si Titio legatum sit, & duo Titij sint, neutri legatum debetur, si, de quo testator senserit, non apparet: ex quibus constat incertam dispositionem, vel in adimendo, vel in dando sit, nullã esse; ergo idem in casu nostro de excommunicatione sentiemus; eadem enim incertitudo in vtroq; casu est; ergo idem statui in vtroque debet arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & cap. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. hinc &, qui plures filios habet, si hac ratione exhæredationem concipiat Filius meus exhæres esto, exhæredatio nulla est; si, de quo filio senserit, minimè constet, vt habe-

 tur in

tur in l.2.& ibi not.DD.ff.de lib.& posth.atque sic dixit Bald.in cit.cap.2.nu.5. de off. ord. ab
hac igitur sententia,quam vti verissimam ego etiam amplector , discedendum esse non censeo,
vt scilicet hac ratione lata excommunicatio non obliget. Non omnes quidem; quoniam iudex
id noluit,& voluntatem ad censuram ferendam in iudice postulari asseruimus antea cap.2.§.3.
Non vnum;quoniam,quinam sit, ignoratur. Quæ sententia locum habet non solùm in foro fo-
ri,& in foro exteriori.vt dixit Marian.Socin.Senior in c.perpendimus nu.225. de sent. excom.
verùm etiam,& apud Deum , & in foro poli, quod negauit Soc.eod. tum quòd rationes prædi-
ctæ in vtroque foro locum sibi vindicant;tum quòd,& qui decem hostias præsentes habens vnã
tantùm consecrare vult,nullam consecrat,nisi,quam consecrare velit,præscribat,vt dixit Syl.in
verb.Eucharistia.2.nu.7.& nu.8. locum tamen habebit opinio Socin.vbi ex illis pluribus vnus
tantùm furtum fecit ; nam , ex quo formæ verba illi solùm conueniunt , iure excommunicatus
ille quoque vnus erit ; cessat enim incertitudo in hoc casu ; quamuis nos id ignoremus , & facit
l.2.ff.de lib.& posth.Postremò locum habet eadem sententia & in suspensione,atq; interdicto;
eędem enim rationes & in his locum habent . Excipitur autem, vbi de illo vno ratione alia ap-
pareret,quisnam esset;nam,quòd tunc rationes propositæ cessant; ergo & dispositio arg.c.cùm
3 cessante de appell.& l.2.ff.de lib.& posth. † Certus igitur esse debet,qui excommunicatur, cen
surané alia constringitur : id quod duobus modis, quatenus ad rem nostram pertinet , fieri po-
test,Primò quò ad nos,vbi scilicet,qui excommunicatur,proprio nomine nominamus,vt exem
pli gratia si dicatur Excommunico Socratem;hic enim nominatim excõmunicatus est, ac pro-
pterea certus arg.l.1.ff.de lib.& posth.& §.nominatim in instit.de exhæred.lib. Item & certus
dicitur, quem ijs adiectis conditionibus in excommunicationis sententia nominamus , quibus
quasi proprio nomine nominatum cognoscimus , vt si dicatur excommunico filium Socratis,
qui Socrates vnicum filium habet , vel Masiolum ex Barbiano , qui vnus Barbiani sic dicitur;
nam, quòd ad vnum tantùm referri sententia in vtroque casu potest , ob eam rem perinde ha-
betur,atque si nominatim excommunicatus vterque sit arg.l.2.& 3.vbi Bart. Ias. ac DD. not.
ff.de lib.& posth.& cit.§.nominatim,&vt sensit Gloss.in c.constitutionẽ in verb.Nominatim de
sent.excom.lib.6.quam sequitur Ias.in cit.l.1.ff.de lib.& posth.& Gloss.in cap.cùm & plantare
§.excommunicatos in verb. Nominatim, & Inn.ibidem de priuil. & idem Inn. in c.in Latera-
nensi,quem DD.sequuntur de præb.Et quod dicimus de vno,idem sentimus, si plures,aut vni-
uersitas,aut collegium,aut ciuitas censura obligentur,vt scilicet nominatim censura constricta
hæc dicantur,ac propterea certa quò ad nos sint, vbi propositis rationibus in sententia censu-
ræ nominata sunt,vt tradidit Inn. in cit.c.in Lateranensi de præbend. Secundo loco certus di-
citur quò ad naturam,qui certus deinceps redditur, quamuis tunc certus non sit: quod contin-
git primò in censuris,quæ à iure feruntur;nam,quòd leges generaliter feruntur; quòdq; in po-
sterum consulunt arg.c.1.& cap.fin.de constit. & l.3.& l.leges, & constitutiones ,& l.leges sa-
cratissimę.C.de leg.ob eam rem, quem certum puniant ,tunc non habent , vbi feruntur, cùm
offensio adhuc facta non sit;quamuis deinceps facta offensione offendens certus reddatur.Po-
stremò id contingit etiam , vbi ab homine per sententias generales pro futuris culpis censuræ
promulgantur:nam,etsi certi non sunt,qui ipsis obligandi sint,certi tamen redduntur facta of-
fensione.Hac etenim ratione & iudices censuras ferre non nunquam possunt, vt probatur in c.
Romana.§.caueant de sent.excom.lib.6.Item episcopi excõicationes contra nõ patefacientes
furem, furtumq; ferrę solent,vt dixit Abb.in c.qui cum fure.n.5.de furt.& Bald.in c.præterea.
2.nu.18.de appell.& Gloss.in l.ciuile est.C.de furt. quamuis Bart.ibi contrarium sentiat de fu-
re , vt scilicet quis patefacere illum non cogatur . Demum & Rot. per generalem sententiam
obligari excommunicatione incertam personam certam tamen reddendam , vt pote;qui hoc,
illudué fecerit, excõicatus sit, Rot.inquam, tradidit decis.29.de dol.& contum.in nou.quod &
consuetudine obseruari etiam videmus.Et quamuis,qui aut legem,aut sententiam generalẽ of-
fendunt, qui nam sint,à nobis ignorentur, nihilominus obligantur ; natura enim certi sunt, qui
nam sint,& quæ per rerum naturam certa sunt,non morantur obligationem, licet apud nos in-
certa sint,vt dixit Imper.in §.conditiones in instit. de verb.oblig.certus igitur & hac ratione is
dicitur, qui, vbi censura fertur , nulla ratione certus est , sed deinceps , vel natura saltem certus
4 redditur. † Atqui, quòd diximus proximè excommunicationem per huiusmodi generales sen
tentias à iudice ferri posse; an, si iudex sic sententiam ferat Qui sciens quem detinere bona Ti-
tij,vel furtum cõmissum esse,nisi intra decem dies hoc patefecerit,statim excõmunicatus sit,an,
inquã,huic præcepto parere quis semper debebit? &, qui non paruerit, in excõicationẽ incidet?

planè

planè pro regula habendum est & præceptum hoc tenere, atque idcirco ei non parentem in excommunicationem incidere; iustum enim præceptum est arg. l.congruit.ff.de off.præs. atq; ita sensit Nauar.in Man.cap.18.nu.40.& cap.25.num.46.vers.Septimò peccat. Quæ tamen locum non habet, primò vbi peccatum occultum est, & peccator se correxit, per fraternamq́ue correctionem se correcturum existimatur; nam, ex quo iudex vult, vt denuntiatio fiat, fraterna correctio de Christi domini mandato denuntiationem antecedere debet, nec ab inferiore iudice tolli potest arg.c.cùm inferior.de maior. & obed. & c.inferior.dist.21. Item locum non habet, vbi quis delictum probare non potest, vt dixit Nauar.in Man.in cit.cap.25.num.46.& cap.18. num.61.arg.c.placuit.2.q.4.& 2.q.3. Tertiò, vbi à talibus quem delictum commisisse audiuit, quibus fides adhibenda non est. Quartò, vbi alius illud delictum denuntiasset; nam, ex quo iudex certus factus est, certior fieri non potest. vt in c.eum, qui de reg.iur. lib.6.& l.1.in fin.ff.de act.empt. Quintò, vbi nouit eum, qui rem furto sublatam detinet, ipsum pro compensatione eius, quod ipsi debebatur, eam detinere; quandoquidem quanti ea res est, tantum ipsi, vel plus à domino rei debebatur. Postremò, vbi per confessionem id nouisset, quoniam scilicet pœnitentiæ sacramentum ei administrauit; confessionis enim sigillo impeditur, quò minùs hoc patefaciat, vt asseruimus in tab.nostr.de pœnit.cap.5.nu.3. Id quod etiam fit, vbi in ea re quid faciundum esset, eam rem detinens ipsum consuluisset, vt asseruit idem Nauar.in cit.c.25. num.46. & eod.cap.18.nu.40. his igitur exceptis casibus, aliàs ad patefaciendum delictũ tenetur, alioquin
5 in excommunicationem incidit. † Verùm quid, si eadem pœna proposita iubeat iudex reo, vt fateatur, an delictum quodpiam commiserit, an in pœnam incidet, si id non fatetur, vbi delictum re vera commisit? breuiter concludendum est, ne se infamet, eo præcepto non obligari, vt dixit Nauar.in Man.c.18.nu.41.& in c.inter verba concl.6.nu.15. vers. Vndecimum. 11.q.3. Excipitur tñ, vbi ordine iuris seruato interrogatus est, quod his tribus concurrentibus efficitur; primò, quoniã à suo iudice interrogatur; deinde, quoniam de delicto saltem semiplenè probato interrogatur; postremò, quoniã semiplenè probatum delictum esse certior reus factus est, atque ita asseruit Nauar.in cit.cap.inter verba ead.cõcl.6.nu.20.& in cap.humanæ aures 22. q.5. nu. 10.& in Man.cap.25.nu.36.& cap.18.nu.57.vbi de communi doctorum sententia testatur: hæ igitur tria vbi affuerint, tunc ad delictum cõtra se patefaciendum quis obligatur. Certus igitur altero ex his modis esse debet, qui excommunicatur, censuraue alia irretitur.

S V M M A.

1 Christianus excommunicari, aliauè censura irretiri ipsemet tantùm potest.

2 Baptizatus qui non est, ab homine excõmunicari, in censurasuè iuris incidere nequit.

3 Iudæus clericum percutiendo in excommunicationem non incidit.

4 Baptizatus qui non est, indirectò excommunicari potest.

V.

1 §. † Christianus etiam esse debet, qui excommunicatur, censuraue alia constringitur; nam his pœnis spiritualium vsu quis priuatur, quorum participes efficimur baptismi susceptione, vt probauimus in comment. nostr.de bapt.cap.9.nu.5. & c.12.eod.ergo, qui Christi fidem baptismi susceptione professi non sunt, nec in ecclesiam recepti, atque idcirco nec eius spiritualium participes effecti, nec eiusdem spiritualiũ vsu his censuris priuari poterunt; non enim, quod quis non habet, illud ei adimi potest arg.c.ad dissoluendũ, & ibi Abb.de despons.impub. & l.manumissiones.ff.de inst.& iur.& l.decem, vbi Ias.ac DD.not.ff.de verb.oblig. Christianus ergo esse debet, id est baptismo initiatus, vt dixit Marian.Socin.Sen.in cap.mulieres. num.26. de sent.excom.qui excommunicatur, censurauè alia constringitur; etenim, qui foris sunt, nihil ad nos, vt inquit Apost.relatus in c.multi.2.q.1.& in cap.gaudemus de diuort.& sensit Felin.in
2 cap.1.nu.45.vers.Fallit quintò regula de constit. † Non igitur Iudæi, non Turcæ, non alijuè, qui baptismo initiati non sunt, excommunicari propriè à iudice possunt, vt tradidit Abb.in c. ab excommunicato.nu.9.vers.Exemplum secundi de rescript. & in c.relatum vers. Not.prim. vbi quoque Felin.de sent.excom.& Gemin.in c.Romana.§.in vniuersitatem.nu.10.vers. Item baptizatam, & Anchar.num.7.vers. Item baptizatum, & Philip.Franc.in vers.In Gloss.de sent. excom.lib.6.& Syl.in verb. Excommunicatio.1.num.7.& Tab.eod.4.num.1. & Marquard.de Susann.in tract.de iudæ.& alijs infidel.cap.8.nu.2.in 2.par.prin. & Conar. in c. alma par. 1.in principio nu.1.vbi pluribus hanc rem egit de sent.excom.lib.6. & Mar.Soc.Sen. in c.mulieres.

nu. 26.cum seq.vers.Quintò quæro de sent.excom.& in c.relatum.nu.4.eod.& Nauar.de iobe-
læo notab.31.num.48.vers. An autem,ibi quarto,vbi communiter opinionem hanc receptam
esse testatur,& in c.ita quorundam notab.8.num.4.& num.7.de iudæ.& in Man.cap.27.nu.13.
paulò post principium, & nouissimè Iacobus de Graff.cap.6.num.9.vers. Quartò lib.4. Decis.
cas.consc.& probatur in c.omnis Christianus.11.q.3.& in c.audiuimus.§.sin autem vers. Sicut
autem. 24.q.1. non est igitur, quòd hac de re dubitemus. Non etiam in excommunicationes
3 iuris ob easdem rationes ijdem incidunt; † quare iudæus, qui in clericum violentas manus in-
fert,in excommunicationem non incidit, vt probatur in cap.postulasti de iudæ. ibi enim Rom.
Pont,iudici mandat, vt censura ecclesiastica proposita Christianis prohibeat, quò minùs cum
iudæo commercia exerceant,qui clericum offenderat, nisi clerico offenso iudæus ille satisfece-
rit;ergo in excommunicationem iudæus ille non inciderat; nam,si in excommunicationem in-
cidisset,nulla erat causa, quamobrem cẽsura proposita id Christianis prohiberetur, ex quo iam
veriti essent ob excõmunicationem ipsius iudæi, si in excommunicationem incidisset arg.cap.
excommunicatos, & c.seq.11.q.3. iudæus igitur clericum percutiens in excommunicationem
non incidit,vt asserit Marian.Socin.Senior in c.peruenit.nu.28.cum seq.vers.Septimò princi-
paliter de sent,excom. sicut etiam id sensit Archid. in c.si quis suadente diabolo.nu.8. 17. q.4.
& Marquard.eod.cap.8.nu.5. non baptizatus ergo excommunicari minùs potest, non etiam si
Catechumenus sit, id est ad Christianam fidem, baptismumq; venire velit, vt dixit Nauar.in
eod.tract.de iobelæo notab.31.nu.48.vers. Quarto,& in Man.c.27.nu.13. & Iacob. de Graff.
eod.cap.6.nu.10.vers.Nonò lib.4.Decis.suarum; nam & in hoc eędem rationes locum habent,
ac propterea idem statui & de ipso debet arg. l.illud.ff.ad l.Aquil. & c.cum dilecta de confirm.
vtil.vel inutil. Et,quæ diximus de excommunicatione, eadem de suspensione, atque de inter-
dicto ob easdem rationes dicta esse volumus:ac planè de suspensione non est,quòd dubitemus;
nam per ipsam,ne diuina ecclesiæ ex officio administrẽtur,quis vetatur arg.c.1.in fin.de excep.
lib.6.& c.1.de sent.excom.in fin.eod.lib.hæc verò, qui baptizati non sunt,minùs posse notissi-
mum est arg.tot.tit.de presbyr.non bapt.min.ergo per suspensionem eius potestatis, quã quis
non habet,vsu priuari non potest,sicuti neque diuinis per interdictum,quorum baptismi susce-
ptione participes efficimur,vt antea diximus; propriè igitur iudæi,ac reliqui omnes, qui Chri-
4 stiani baptismo effecti non sunt,nec excõmunicari,nec censuris alijs irretiri queunt. † At quid
ecclesia faciet,si ob aliquam causam Christianorum commertio iudæum vti nolit;planè excom
municationis pœna proposita ipso iure in Christianos,qui eius iudæi communione vtuntur, id
faciet; id est per generalem sententiam excommunicabit Christianos, qui eius iudæi commu-
nionem,ac commercium non vitant;sic enim ecclesia Christianorum communione iudæos pri-
uat,& hac ratione ipsos quodammodo excommunicat,vt probatur in cit.c.postulasti,& ibi not.
Gloss.& Abb.& in c.iudæos de iudæ.& in c.post miserabilem,& in c.quanto,& ibi quoq; Gloss.
& Abb.de vsur.& in Clem.1.vbi quoque Gloss.de test.& vt tradidit Gloss. in c.quanto in verb.
Quodammodo de priuil.& in c.multi in verb.Iudicare.2.q.1.& Marquard.de Susann.eod. vbi
supra nu.2.& Marian.Socin.Senior in c.mulieres.nu.27.ibi licet indirectè de sent.excom, qua-
re iudæos, ac reliquos, qui baptismum non susceperunt, indirectè ea ratione excommunicari
posse citati autores eisdem in locis asseruerunt.

SVMMA.

1 *Alius esse debet, qui excommunicatur; & alius, qui excommunicat.*
2 *Se ipsum excommunicare quis non potest.*
3 *Mandante superiore alicui prælato, vt excommunicet omnes beneficium habentes, qui procurationem suam non soluerunt, ipse mandatarius se ipsum excommunicare nõ potest, quamuis nec ipse soluerit.*
4 *Subditus esse debet, qui excommunicatur, ei, a quo excommunicatur.*
5 *Priuilegium habens, ne possit excommunicari, excommunicatione in eum lata non obligatur; quæ regula etiam declaratur.*
6 *Priuilegium habens, ne possit ab aliquo excommunicari, non obligatur excommunicatione ab eo lata; quamuis iudex ille priuilegium ignoret.*
7 *Priuilegio adempto ei, qui ob illud excommunicari non poterat; si excommunicetur, excommunicatio valet; quamuis priuilegium reuocatum ignoret.*
8 *Papa neque ab homine, neque à iure excommunicari potest.*
9 *Papa, si hæreticus sit, an in excommunica-*

tionem iuris incidat, quæ in hæreticos lata est.

10 Cardinales & ab homine excommunicari possunt, & in excommunicationes iuris incidunt; quæ regula etiam declaratur.

11 Episcopi ab homine excommunicari possunt, & in excommunicationes iuris incidunt, quæ regula etiam declaratur.

12 Episcopi, & alij superiores in interdictum, atque in suspensionem non incidunt, nisi speciatim eorum mentio non fiat; quod dictum etiam declaratur.

VI.

1 §. † Alius quóque esse debet, qui censuram fert, ab eo, in quem censura fertur; † nemo enim
2 se ipsum excommunicare, censuraué alia irretire potest, vt asseruimus supra cap. 2. §. 8.
3 † Quare, si superior mandet alicui Prælato, vt excommunicet omnes beneficium habentes, qui
non soluerunt procurationem suam; ipse, qui mandatum hoc habet, se ipsum excommunicare
non potest, quamuis nec ipse procurationem soluerit, vt inquiunt Anchar. & Cald. quos refert,
ac sequitur Marian. Socin. Sen. in c. à nobis 1. nu. 69. vers. Sed circa prædicta; esset enim hoc iu-
risdictionem in se exercere, quod non potest, vt abundè id probauimus in eod. §. 8. atqui, quo-
4 niam & ibi rem hanc pluribus egimus; ideo ad alia veniamus. † Subditus itidem, qui excom-
municatur, censuraué alia irretitur, ei esse debet; à quo excommunicatione, censuraué afficitur,
vt habetur in cit. c. à nobis 1. & ibi communiter not. de sent. excom. & vt asseruit Mar. Soc. Sen.
in c. mulieres. num. 28. vers. Sextò quæro eod. & Gabriel. Biel. dist. 18. q. 2. art. 2. concl. 3. prope
5 fin. lib. 4. & nos eodem c. 2. §. 11. † Non modò igitur exterri excommunicari non possunt, sed
neque sui territorij homines, si priuilegium habent, ne à suo ordinario excommunicari queant,
à suaué iurisdictione exempti sint, vt probatur in c. cùm ad quorundam de excess. prælat. & in
c. 1. & in c. ne aliqui de priuil. lib. 6. & in c. 1. de verb. sign. eod. lib. Et hæc regula locum habet,
6 vel per sententiam, vel per constitutionem censura feratur. † Item locum habet, vel iudex, qui
censuram fert, exemptionem, priuilegiumué ignoret; nam priuilegium vires sumit statim, atq;
de eo certior factus is est, cui est condonatum; esto, illud is ignoret, in cuius præiudiciũ est con-
cessum, vt habetur in c. 1. in vers. Ex parte verò, & in alijs locis eius cap. de concess. præb. lib. 6.
& ibi not. Gemin. in vers. Dicebat Abbas nu. 4. vers. Nota, quòd priuilegium, & Anchar. eod.
nu. 4. vers. Quartò not. in verb. Nec aliàs, & Philip. Franc. in verb. Dicebat, ibi In Gloss. in verb.
Priuilegijs, & Ioan. And. nu. 6. vers. Non tamen propter hoc in nouell. & communiter DD. vt de
hoc testatur Marian. Socin. Sen. in c. mulieres. nu. 32. vers. Item quæro circa prædicta de senten.
excom. & facit l. qui absenti. ff. de acquir. poss. non igitur ignorantia Prælati facit, quò minùs pri
uilegium suum effectum operetur arg. cap. cùm dilectus de relig. dom. idq; iure meritò; nam
ad priuilegium hoc concedendum scientia ipsius Prælati non requiritur, in cuius præiudicium
conceditur. Quare, si exemptus de nouo aliquis sit, & ordinarius eius hoc ignorans ipsum ex-
communicet, excommunicatione non obligabitur, nec excommunicatio valebit, vt habetur in
eod. cap. 1. in verb. Ex parte verò, & ibi communiter not. de concess. præb. lib. 6. & hoc locum
habet vel eum priùs citauerit, ipse verò non comparuerit, nec priuilegium suum allegauerit, vt
not. Ioan. And. in eod. cap. 1. nu. 8 vers. Intentio in nouell. & Marian. Socin. Senior in eod. cap.
mulieres. nu. 32. Nec repugnat l. si quis ex aliena. ff. de iud. & c. si duobus de appell. nam ea iura
in alijs casibus locum habent; non autem, vbi per priuilegium quis exemptus est ab ordinarij
iurisdictione. Non obstat etiam, quod diximus supra cap. 2. §. 12. in fine; nam qui priuilegium
habet, allegare eum debet, ne pro excommunicato habeatur. Esto igitur, iudex quem exem-
7 ptum à sua iurisdictione ignoret, tamen excommunicatio lata in eum non valet; † sicut è con-
trario lata censura in eum valebit, cui priuilegium hoc ademptum est; quamuis ipse id ignoret,
vt dixit Gemin. in eod. c. 1. in vers. Ex parte verò nu. 10. ibi sed quid, si excommunicatio fertur
de concess. præbend. & Inn. & Marian. Socin. Senior, qui eum refert in cit. cap. mulieres. nu. 35.
vers. Sed quæro, modò iudex ipse certior factus de hac ademptione sit; etenim & absens, &
ignorans quis excommunicari potest, vt not. Gloss. 2. in cap. pen. de cler. excom. min. & contra-
riorum idem est iudicium arg. cap. hospitiolum distin. 32. Excommunicatus tamen hic contra
censuram faciens in pœnam non incidit, ex quo eius inscius est argum. cap. Apostolicæ de cler.
excom. min. atque sic DD. not. in cit. c. 1. de concess. præb. Subditus ergo esse debet, qui excom
8 municatur; vt, vnde digressi sumus, eò reuertamur. † Quare Rom. Pont. quòd nemini subest,
ob eam rem nec ab homine, nec à iure irretiri censura poterit. Non ab homine, quoniam non
modò ipse alterius subditus non est, sed contra potius vniuersi subiecti ei sunt, vt habetur in c.
cuncta per mundum. 9. q. 3. & in cap. nemo iudicabit cum multis seq. & in cap. fin. ead. q. & in

extrauag.

extrauag. vnam sanctam de maior. & obed. Non à iure; quoniam ipsi iuri Summus Pont. præest arg. cap. proposuit de concess. preb. & faciunt, quæ dixit Maiol. de irregul. cap. 4. nu. 8. vers. Superest lib. 2. & Bal. quem refert, ac sequitur Viuius in Syl. com. opin. opin. 359. num. 42. & opin. 724. nu. 4. vers. Benè tamen, & Burgas. de irregul. part. 6. e. quo modo sciamus aliquem excom. q. 21. Neque igitur ab homine, neque à iure irretiri censura Rom. Pont. potest, atque sic sensit Syl. in verb. Casus. 1. vers. Quadragesimus nonus, & in verb. Confessor. 1. num. 2. vers. Secundò

9 quæritur. † At quid si Pont. Max. in hæresim incidat, an in excommunicationes contra hæreticos latas incidet? planè concludendum est, nec tunc in excommunicationem incidere, vt asseruit Nauar. in cap. nouit notab. 3. nu. 78. & nu. 142. de iud. & in Man. cap. 27. nu. 13. tum quòd excommunicationes illę à iure latę sunt, cui iuri Pont. Max. præest, vt proximè diximus; tum quòd potestate, quam habet, ipso iure non priuatur, statim atque in hæresim incidit; nam ea potestas non charitate, fideqꝫ nititur, vt inquiunt Iacob. Almayn. & Thom. à Vio, quos refert, ac sequitur Nauar. in cit. cap. nouit. num. 78. notab. 3. Excipitur tamen, vbi pertinax in contumacia perseuerat, vt pote quia bis admonitus discedere ab hæresi noluit; nam, quòd tunc ea potestate priuatur, ob eam rem ea priuatus & in excommunicationem iuris incidit, & ab homine excommunicari poterit arg. c. Nunc autem iunct. Gloss. 1. vers. Item quæritur dist. 21. & cap. si Papa iunct. Gloss. dist. 40. & vt tradidit Nauar. eod. cap. nouit. num. 78 notab. 3. & Syl. in verb. Casus. 1. vers. Quadragesimus octauus; Pont. Max. igitur nec ab homine, nec a iure excommunicari, censuraue alia irretiri potest, nisi ea potestate priuatus sit, qua ob hæresim priuari potest, si in ea contumax perseueret ob iura supra citata. Sub iurisdictione eius ergo, qui excommunicat, censuramue aliam fert, esse debet, qui excommunicatur, censuraue alia constringitur.

10 † Verùm, quid de Cardinalibus, an & ipsi excommunicari, censuraue alia irretiri possunt? in quæstione hac, vt ipsam ordinarim absoluamus, asserimus primùm ab homine Cardinales excommunicari posse. Primò, quia & ipsi superiorem Romanum Pont. habent, sub cuius iurisdictione sunt arg. cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. & extrauag. vnam sanctam de maior. & obed. ergo & à Romano Pont. si excommunicatione obligentur, ea obligati erunt. Probatur etiam sententia hæc per cap. vn. de schismat. lib. 6. & per extrauag. dudum eod. & per Clem. 2. §. cæterum de elect. in quibus iuribus Cardinales excommunicari, interdici, suspendiqꝫ posse conspicitur; in duobus enim prioribus iuribus Cardinales quosdam excommunicatos fuisse significatur; in cit. §. cæterum de elect. ne Cardinales excommunicati, suspensi, interdictiuè à Romani Pont. electione expellantur, statuitur; ergo & Cardinales censuris affici ab homine queunt. Quò ad ius autem, an scilicet in excõmunicationes, censurasqꝫ alias iuris Cardinales incidant, idem sentimus, vt ipsis obligentur, modò ius illud ab eo latum sit, cuius iurisdictioni subiecti sunt; sicut enim, vbi per sententiam censura fertur, iurisdictio postulatur, ita eadem iurisdictio requiritur, vbi per legem, ac constitutionem promulgatur, vt id quoque supra probauimus. Quare, quòd constitutionibus Romanorum Pont. omnes subiecti sunt, vt dicitur in c. 1. vbi Abb. Felin. ac DD. not. de constit. & cap. fin. eod. ergo & ipsi Cardinales subiecti erunt; atque in excommunicationes, in suspensiones, aliamqꝫ censuram, quæ ab ipsis feruntur, incident, si ipsis non obtemperauerint. Et facit pro hac sententia, quoniam Doctores communiter concludunt, vt testatur Nauar. in comment. de dat. & promiss. notab. 4. vers. Sextò noto, ibi tertiò facit, Cardinales his canonum statutis, quamuis ipsorum speciatim mentio non fiat, obligari, qui habentur in c. in nomine domini dist. 23. & in c. si quis pecunia dist. 79. & in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. & in cap. omnis de pœnit. & in cap felicis de pœnit. lib. 6. & in Clem. si quis suadente eod. ergo & alijs iuribus obligabuntur: &, si ab eisdem censuræ ferantur, eisdem ipsi Cardinales constringentur; non enim in alijs ratio contrarium suadet; ergo idem & de alijs sentire debemus arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & cap. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. Confirmatur sententia hæc, quoniam lex generalis generaliter intelligi debet; etiã si ratio suadeat magis hunc, quàm illum ea comprehendi, vt probatur optimè in l. 1. §. quod autem. ff. de aleator. & sequitur rationem hanc Dec. quem refert Nauar. in eod. comment. de dat. & promiss. cit. vers. Tertiò facit; ergo communis iuris constitutionibus, quæ generales sunt, quãuis alij magis, quàm Cardinales comprehendi videantur, tamen & ipsi comprehenduntur: ac meritò; generalis enim lex se habet, sicut genus, quod æquè de singulis speciebus dicitur; quamuis species hæc altera specie dignior fiet; ergo idem & in casu nostro; alioquin lex generaliter loquens generalis non esset, &, vbi lex non distinguit, nos distingueremus contra l. de pretio. ff. de publ. in rem act. & cit. l. 1. §. quòd autem de aleator. Postremò ad hanc rem facit; quòd, vbi legislator sua generali lege com-

comprehendi, quem noluit, eum excepit, vt habetur in c. inquisitores de hæret. lib. 6. & in c. ne aliqui vers. Illis, per quæ de priuil. eod. lib. 6. & in c. quia periculosum de sent. excom. eod. lib. & in rē nostra in extrauag. execrabilis de præb. ergo, vbi Cardinales excepti non sunt, iure communi constringentur, eisdemq; pœnis obligabuntur; exceptio enim regulam contrariam esse significat arg. l. cùm prætor. ff. de ind. & c. non ne de præsumpt. iure communi ergo, eiusdemq; censuris, & Cardinales comprehendentur. Contra quam tamen sententiam facere videtur primò cit. c. vn. de schismat. vbi, quoniam Rom. Pont. voluit, vt Cardinales in pœnas ibi latas offendendo inciderent, ipsos expressit in vers. Etiam si foret sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales. Facit quoque cap. 1. apud Trid. Synod. de reform. sess. 25. vbi speciatim etiam Cardinales nominantur. Verùm à Contraria sententia discedendum non est ob ea, quæ diximus. Nec obstant proximè citata, & primò cap. vn. de schismat. nam non idcirco Cardinalium mentionem Rom. Pont. fecit, quasi aliter non comprehenderentur, sed vt omnem dubitationem tolleret; declarat id primùm dictio illa Etiam, quæ non casum aliàs non comprehensum exprimit, sed casum, qui aliàs comprehenditur, sed dubitari de ipso tamen potest arg. Clem. religiosus de procur. & Clem. vn. de test. & vt asseruit Abb. in c. vn. notab. 2. & ibi Add. ad eum extra commod. quò igitur omnem dubitationem tolleret, Cardinales etiam expressit, quod absurdum non est; abundans enim cautela non nocet arg. l. testamentū, & ibi Ias. ac DD. C. de testam. Declarant etiam id quædam alia non necessaria, vt illud Præminentiæ, & illud Ecclesiastici, Mundaniuè; nam, ex quo dixerat omnem personam, præsentem, & futuram, cuiuscunque fuerit præminentiæ, conditionis, satis apparebat quamcunque personam, cuiusque status ecclesiastici, ac mundani ea constitutione comprehendi, & tamen illa quoque adiecit; vt dubitationem igitur tolleret, atque vt rem apertiùs declararet, & hæc adiecit, & Cardinalium mentionem fecit. Minùs obstat cap. 1. apud Trid. Syn. nam de episcopis ibi agitur, & quoniam episcoporum nomine Cardinales propriè non comprehenduntur (non enim idem episcopus est, qui Cardinalis arg. l. si idem. C. de codicill. namq; Cardinalis quis esse potest, & non episcopus, & è contrario) & eo cap. Cardinales comprehendi Trid. Synod. volebat, ob eam rem eorum mentionem etiam fecit: firma igitur prior sententia erit, quam pro regula habebimus, Cardinales iuris pontificij constitutionibus obligari, & eisdem censuris, vbi offendunt, eosdem irretiri. Excipitur tamen, vbi ab ipso iure excepti sunt; nam tunc & censuras, nec non alias iuris pœnas euadunt arg. cit. extrauag. execrabilis de præb. etenim agentis actus præter intentionem non operatur arg. l. non omnis. ff. si cert. pet. & cap. cùm voluntate de sent. excom. Secundò excipitur quò ad excommunicationes, quæ à regulis cancellariæ feruntur; nam ipsis non obligantur, sicut nec alijs pœnis per eas latis, vt consuluit Anchar. cons. 290. incip. Pro clariori, quem refert Felin. in c. in eos de hæret. & Nauar. in comment. de dat. & promiss. notab. 4. vers. Sextò noto, ibi Tertiò not. vbi frequentiùs receptam sententiam hanc esse testatur. Tertiò excipitur quò ad interdictum, ac suspensionem, vbi Cardinalis episcopus est; nam in huiusmodi censuras, vel à iure, vel ab homine generaliter latæ sint, non incidet, nisi episcopi speciatim mētio fiat ob c. quia periculosum de sent. excom. lib. 6.
11 & vt paulò post probabimus; sic igitur de Cardinalibus concludendum censerem. † Multò magis autem episcopi ob rationes propositas, quæ & hìc locum sibi vindicant, & ab homine, & à iure excommunicari, censurisq; alijs irretiri possunt, vt sensit Gloss. in cap. 1. in verb. Prælatus de homicid. lib. 6. & in cit. cap. quia periculosum in verb. Suspensionis. Et probatur in cap. venerabili de sent. excom. in antiq. nam constitutionibus, quæ pœnas inferunt, & episcopi comprehenduntur, vt innuit Gloss. in c. sciant in prin. lib. 6. & Philip. Franc. in eod. c. quia periculosum: id quod locum habet in quacunque censura; ac propterea in interdicto, atque in suspensione, modò episcoporum expressa mentio fiat, vt habetur in cit. cap. venerabili iunct. eod. c. quia periculosum vers. Nisi in ipsis: item & in excommunicatione; quamuis ipsorum mentio specia-
12 tim non fiat, vt asseruit Gloss in cit. c. quia periculosum in verb. Suspensionis. † Excipitur tamē primò quò ad interdictum, ac suspensionem, vbi vel à iure, vel ab homine generatim huiusmodi censuræ latæ sunt, & ipsorum expressa mentio non fit; tunc enim censuris episcopi non obligantur; Quia periculosum est episcopis, & eorum superioribus propter executionem pontificalis officij, quod frequenter incumbit, vt in aliquo casu interdicti, vel suspensionis incurrant sententiam ipso facto, dicitur enim in cap. 4. de sent. excom. lib. 6. Nos deliberatione prouida duximus statuendum, vt episcopi, & alij superiores prælati nullius constitutionis occasione, sententiæ, siue mandati prædictam incurrant sententiam vllatenus ipso iure, nisi in ipsis de episcopis expressa mentio habeatur. Hæc ibi Summus Pont. ex quibus, quamobrem priuilegium hoc

episcopis

SVMMA.

1 *Contumax qui non est, si id notorium sit, ex-excommunicari non potest; quæ regula declaratur.*
2 *Contumax manifestus excommunicari potest.*
3 *Contumax manifestus quatuor modis dicatur.*
4 *Contumax præsumptus excõmunicari potest.*
5 *Contumax præsumptus quot modis dicitur.*
6 *Delicto commisso, an delinquens excommunicari possit, si satisfacere velit; id est, an pro alio delicto à contumacia excommunicari quis possit.*
7 *Contumax tantùm excommunicari potest.*
8 *Delicti causa vbi iura dicunt quem excomãnicari, in quam sententiam accipienda sint.*
9 *Contumacia est inobedientia, qua iudici non paretur.*
10 *Contumacia duplex, alia manifesta, alia præsumpta.*
11 *Contumacia dicta est à verbo Tumeo.*
12 *Contumacia in quibus fiat.*
13 *Contumacia mortiferum peccatum est.*

VII.

1 §. † Contumax itidem qui non est, si notorium id sit, excommunicari non potest; nam censura potissimù fertur, quò à contumacia discedatur, vt vidimus: at, si notorium sit quem contumacem non esse, sententia censuræ in ipsum lata non valebit, vt quæ intollerabilem errorem contineat arg. cap. per tuas de sent. excom. in antiq. & c. solet, & cap. venerabilibus. §. pen. & fin. eod. lib. 6. Id quod locum habet, vel in sententia expressus error hic non sit, sed aliunde id constet, sicut diximus supra hoc cap. in §. rationis vsum vt habeat. Qui ergo excõmunicatur, censuraue alia constringitur, aut manifestus contumax erit, aut non manifestus, qui dicitur præ-
2 sumptus, aut saltem constare non debet ipsum talem non esse, vt diximus; † nam primò manifestum contumacem excommunicari posse probatur in c. ex parte. 1. de verb. sign. & in c. solet, & in cit. c. venerabilibus. §. porrò de senten. excom. lib. 6. & in cap. per tuas in fin. eod. in antiq.
3 cum simil. † Manifestus autem contumax quatuor modis dicitur. Primò, vbi in iudicio quis negat se facere velle, quod ipsi à iudice præcipitur, vt pote citatus, quò ad talem diem compareat, Titioue creditori satisfaciat; ipse coram iudice vel pro re alia sedente, aduersarioq; præsente se id facere nolle respondit, nulla probabili reddita ratione. Secundo loco manifestus contumax dicitur, vbi contra prohibitionem id facit, quod quis inficiari non potest; exempli gratia episcopus clerico præcepit, vt intra tantum temporis concubinam domo expellat, quam tamen eo tempore elapso domi detinet, vniuersis, maioreuè ex parte eorum, qui ex vicinia ea sunt, id scientibus: hic ergo manifestus contumax etiam dicitur; nam notoriũ facti hoc dicitur. Tertiò manifestus contumax dicitur, qui citatus, admonitusuè præsente aduersario extra tamen Iudicium se parere nolle dixit, & id probatum est. Postremò manifestus contumax etiam dicitur per iudicis sententiam; verbi gratia citatus quis, vt ad talem diem compareat, tutum eum locum sibi non esse respondit, iudex autem contrarium pronuntiauit, ipso non appellante; his igitur quatuor modis manifestus contumax quis dicitur, vt probatur in cit. § porrò in vers. Secus autem de sent. excom. iunct. vers. Cùm manifesta; Secus autem; dicitur ibi, si se contumacem confiteatur & cęt. quia fortè prædixerat in iudicio, quòd minimè compareret; tunc enim, cùm manifesta sit contumacia, & cęt. ecce hic primus modus, quò manifestus contumax quis dicitur, scilicet per confessionem in iudicio legitimè factam. Subiungitur deinceps Vel aliàs de contumacia sua constet, & cęt. cùm manifesta sit cõtumacia, & cęt. ecce tres alij modi, quibus manifestus contumax quis dicitur, tacitò significati; nã manifestus contumax præter confessionem quis esse non potest, nisi aut per rei euidentiam, aut per legitimam probationẽ, aut per iudicis sententiam, vt probatur in cit. cap. ex parte. 1. iunct. cap. seq. de verb. sign. & in cit. c. fin. de cohab. cler. & mul. vbi Gloss. ac DD. not. ob quamcunque causam igitur ex his quatuor excommunicatus quis sit, excommunicatio pro manifesta contumacia lata dicetur, ac valebit,
4 quamuis veram contumaciam non esse aliquando contingat. † Non manifestus itidem contumax, qui præsumptus dicitur, excommunicari potest, vt probatur in cit. c. venerabilibus eod. §. porrò vers. Idem est etiam de senten. excom. Idem est etiam, dicitur enim ibi, si quemquam pro præsumpta contumacia, videlicet quia citatus præfixo sibi termino non comparuit, excommunicatione constringat; quia, si sic ligatus & cęt. Ecce hic & pro præsumpta contumacia quem excommunicari, & excommunicatum obligari; idem habetur ibidem vers. Et hoc ipsum,
5 ibi Cùm præsumpta solummodo eius contumacia videatur. † Concipitur autem contu-

X macia

dixit Gloss. in cit. cap. episcopi. 11. quæst. 3. & in eod. cap. ex parte in verb. Pro contumacia, & in verb. Iussus, & Inn. qui ait pro solo crimine quem excommunicandum non esse, si vult se corrigere, & eum sequitur, ac refert Marian. Socin. Senior in c. nulli nu. 5. cũ seq. vbi & Archid. idem sentientem refert de sent. excom. & Add. Hel. ad c. 1. de off. ord. lib. 6. & Sot. dist. 22. q. 1. art. 2. concl. 2. lib. 4. Secundò pro hac sententia facit cap. 25. q. 2. & cap. certum. 11. q. 3. & cap. nemo episcoporum ead. quæst. quibus iuribus, & præsertim cit. cap. nemo neminem excommunicari debere dicitur, nisi vbi aliter corrigi non potest; ergo contumax excõmunicari tantùm potest. Accedit ipsa ratio, quòd Christus dominus hoc nobis explicasse, ac mandasse videtur, dum dixit Si ecclesiam non audierit, sit tibi, sicut ethnicus, & publicanus. Gloss. in c. episcopi. 11. q. 3. quò has inter se dissentientes opiniones conciliaret, sic distinguebat, aut excommunicatio ab homine fertur, & in hoc casu pro contumacia solùm quem excõicari posse dicebat, & hic postremam opinionem locum habere; aut fertur à iure, & in hoc casu & ob delictum, sicut prior opinio erat, excommunicationem ferri posse dicebat, & hæc fuit sententia Glossæ ibi, quam & secutus videtur Abb. in cap. 1. vers. Secundò not. de rapt. Quid igitur in quæstione hac concludendum? † Ego excommunicationem, vel ab homine, vel à iure feratur, pro contumacia ferri

7 concludendum censeo. Nam, quatenus ab homine fertur, id probatur in c. sacro de sent. excõ. & ex ijs, quæ diximus supra in 2. opinione; quatenus itidem à iure pro contumacia ipsam ferri, ex his conuincitur. Primò, quoniam lex, ex quo excommunicat, exempli gratia, qui clericum percutit, simul etiam admonet, ne quis clericum percutiat; qui enim consequens vult, & antecedens velle intelligitur arg. l. illud, & ibi not. Bart. ff. de acquiren. hæred. & in instit. §. 1. quibus licet manumittere, vel non, & in instit. in prin. qui test. tut. dar. poss. ex quo igitur excommunicationis pœnam pro delicto lex inurit; ergo &, ne id delicti fiat, tacitò prohibet; quandoquidem & legis propriũ est delicta adiectis pœnis vetare arg. l. legis virtus. ff. de leg. iunct. l. 1. ff. de iust. & iur. Præterea lex nil aliud est, quàm commune præceptum, præcipit enim communiter, quæ facienda; quæuè non facienda sunt, prohibet, vt habetur in l. 1. iunct. l. 2. §. fin. ff. de leg. ergo, ex quo lex, ne quid fiat, admonet, ac præcipit; qui ei non obtemperat, contumax est, vt qui legi, quæ iudex quidam est, non obtemperet: qua ratione, vbi scilicet ius dicenti non obtemperatur, contumaciam committi paulò post videbimus; nam & iudex nil aliud est, quam lex quædam viuens: imò maior contumacia committi videtur, vbi legi non obtemperatur, quàm vbi non obeditur iudici; quandoquidẽ lex semper admonet arg. l. Arriani. C. de hæret. & vt sensit Abb. in cit. cap. 1. vers. Secundò not. de rapt. cùm iudex semel, terue admonear, vt probatur in cit. c. sacro iunct. c. constitutionem de sent. excom. lib. 6. Tertiò probatur sententia hæc, quoniam lex excommunicationem ferens se habet, sicut generalis sententia à iudice lata, cuiusmodi generis habetur in cap. à nobis. 1. de sent. excom. & in cap. Romana. §. caueant eod. lib. 6. non enim quò ad hoc diuersa ratio in ipsis viget; ergo, sicut excommunicatio per sententiam hominis pro contumacia lata dicitur, ita & quæ à iure fertur, pro contumacia lata dicetur. Quartò facit, quoniam excommunicatus, vbi pro contumacia ea pœna constrictus est, statim atque à contumacia discesserit, & ecclesiæ parere paratus est, absoluere ipsum ecclesia consueuit, vt dicitur in cap. ex literis de constit. at, quacunque iuris excommunicatione quis obligatus sit, vbi à contumacia discesserit, ecclesiæque parere paratus est, semper, etiam post mortem absoluitur, vt dicitur in cap. à nobis. 2. & in cap. sactis de sent. excom. & arg. cap. qua fronte de appell. ergo à iure pro contumacia excommunicatio semper fertur; atque idcirco pro contumacia & à iure

8 ferri potest. † Nec obstant iura supra citata, & primò cap. solet, & cap. venerabilibus. §. porrò de senten. excommun. lib. 6. nam, quatenus inibi dicitur pro offensa, atque pro excessu quem excommunicari, intelligitur, vbi pro offensa iam facta satisfacere, ecclesiæq; parere non vult, vt probatur in cap ex parte. 2. de verb. sign. Credimus distinguendum, ait enim ibi Rom. Pont. vtrum in aliquem interdicti, vel excommunicationis sententia prolata sit pro contumacia tantùm, quia citatus, scilicet stare noluit iuri; vel etiam pro offensa, quia videlicet iussus noluit maleficium emendare. Ecce ibi pro offensa excommunicatus, interdictusuè is dicitur, qui iussus noluit maleficium emendare; at sic iussus, qui parere non vult, contumax est, vt dixit Gloss. ibi in verb. Iussus (etenim contumacia, quod paulò post videbimus, nil aliud est, quàm inobedientia, qua ius dicenti non paretur) ergo & in illis iuribus, vbi pro offensa, atq; pro excessu excommunicatus quis à iudice dicitur, interpretabimur ipsum pro contumacia excommunicatum, quoniam scilicet satisfacere pro delicto non vult. Quare, vbicunque pro delicto quem excommunicatum esse legimus, pro contumacia ex hoc concepta, quod pro delicto satisfacere noluit,

 excom-

excommunicatum fuiſſe interpretari nos debere tradidit Abb.in cit.cap.ex parte num.3.& in
cap.fraternitati nu.3.& ibi quoque Marian.Socin.Sen. num.2.de cler.excom.min.& in cap.1.
num.83.de rapt.& Ioan.de Ligo.in tract.de cenſ.§.duodecimus verſ.Eſt tamen.Idem Socin.in
cap.nulli,nu.5. de ſent.excom.vbi, etſi in iuribus non nullis dicitur quem pro crimine adulte-
rij, furti & ſimilis excommunicari, ea tamen intelligi debêre pro contumacia deſcendente ex
talibus criminibus ait,vbi & Hugo.& Inn.& Archid. idem ſentientes refert, & rem hanc pluri-
bus egit. Non obſtat deniq; cit.c.alia.16.q.1.vbi pro peccato quem excommunicari innuitur;
nam, vt proximè diximus, pro peccato excommunicari ipſum dicemus, vbi pro peccato com-
miſſo ſatisfacere non vult; vel vbi in peccato perſeuerat: id quod ibi probari videtur; nam in
eo.c.alia dicitur licere clericis excõmunicare,qui peccauerit,vt ſaluus fiat in die iudicij;ergo in
contumacia peccati perſeuerabat;alioquin,ſi ipſum peccati pœnituiſſet,ac propterea in eo pec
cato non perſeueraſſet,non neceſſariò requirebatur excommunicatio quò ad hoc,vt ſaluus fie-
ret;quandoquidem pœnitentia ſat erat,vt hoc notiſsimum eſt, & facit ad hoc cap.audi.11.q.3.
Et ab homine igitur,& à iure excommunicatio pro contumacia ferri tantùm poteſt. Excipiun-
tur tamen ſuſpenſio,atque interdictum; nam & pro delicto feruntur, etiam ſi delicti quem pœ-
nituit, vt probatur in c.eos,& in c.fin.de temp.ord.lib.6.& in c.cupientes.§.cæterum de elect.
eod,lib. Quamobrem autem id factum ſit, vt excommunicatio pro contumacia tantùm fera-
tur,ſuſpenſio autem, atque interdictum etiam pro delicto, periculum graue, quod excommu-
nicato imminet, non autem ſuſpenſo, atque interdicto, cauſa fuit, quod periculum cuiuſmodi,
quantumuè ſit, explanauimus ſupra optimè. Valebit tamen & excommunicatio, vbi pro de-
licto fertur, ſi non manifeſtò conſtet eum paratum eſſe ad parendum Eccleſiæ arg. cap. ſacro.
§.caueat de ſent.excom.Atqui,quòd contumaciæ mentio ſepius facta eſt,ob eam rem,quid ſit,
quotuplex, vnde dicta, vndeq; oriatur, & an itidem mortiferum peccatum ſit, quatenus ad
9 rem noſtram pertinet,breuiter explicemus. † Contumacia igitur hæc nil aliud eſt,quàm ino-
bedientia quædam, qua ius dicenti non paretur arg. l.contumacia in fin. ff. de re iud. & cap.2.
10 iunct.Gloſſ.contumaciter de dol.& contum.& vt ſenſit Add.ad Bellemer.deciſ.244.† Duplex
autem eſt, vt vidimus; quandoquidem alia manifeſta, alia non manifeſta, quæ præſumpta dici-
tur; & vtraque aut vera, aut falſa eſſe poteſt, vt ex ijs, quæ proximè tradidimus, ſatis conſtat.
11 † Dicta verò eſt à verbo Tumeo;quippe quòd affectus ea,quaſi tumidus, elatusq; factus ius di
12 centis præceptum aſpernatur. † Oritur autem(vt rem paucis expediam) vbi id non fit,quod,
vt fiat, præcipitur;vel vbi id fit,quod, ne fiat,prohibetur arg.cap.ex parte.1.de verb.ſign.& ibi
Gloſſ.in verb.Iuſſus,& in verb. Pro contumacia,& in c.venerabilibus.§.porrò de ſent.excom.
lib.6.& c.ſi quis ſuadente diabolo,17,q.4.cum ſimil.Et vt ſenſit Marian.Socin.Sen.in eod.cap.
nulli num.11.verſ. Primò igitur quæro, vbi & pro quacunque contumacia quem excommuni-
cari poſſe ait, etiã ſi ex leui cauſa oriatur,vt not.Gloſſ.in c.duo in verb.Videbatur diſt.96.Nec
obſtat,quòd dicunt non nulli canones pro leui cauſa excommunicationem inuri non debere,vt
c.epiſcopi.11.q.3. nam,vbi per ſtatutum fertur, id locum habet, aliàs ſecus,vt dixit Soc.in cit.
cap.nulli num.14.Ex quacunque cauſa igitur quis contumax ſit iuri, vel iuſto mandato iudicis
in iudicio, extrauè iudicium aliquid præcipientis, quod pertineat ad officium præcipientis, hic
poteſt excõmunicari,atque ſic concluſit Marian,Socin.Sen.in eod.cap.nulli in fin. Vel igitur,vt
id,quod debet,ſoluat,vel in ius vocatus vt veniat,cuipiam imperetur, ſi non obtemperet, con-
tumax hic exiſtimabitur arg.c.Odoardus,& ibi not.Abb.num.2.de ſolut.& cap.ad aures,& ibi
13 quoque Abb.de ſimon,& in iuribus ſupra citatis. † Mortiferum peccatum contumacia deniq;
hæc eſt arg.c.2.de maior,& obed.& vt inquiunt Abb.in cit.cap. ex parte de verb.ſign.& Caiet.
in ſum.in verb.Contumacia,& Marian,Socin.Sen,in eod.c.nulli.num.13. de ſenten.excom. ibi
Et ſic patet;etenim pro mortifero peccato quis tantùm excõmunicatur;ergo contumacia mor-
tiferum peccatum eſt,de qua tamen plura pertractant DD. in c.1,de iud. & Gloſſ. in Clem.vn.
de dol.& contum.& Add.ad Rot.deciſ.2,& deciſ.16.eod.in nou.viden. ſat enim fuit hic breui-
ter, quid eſſet,explicare; ſed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Alter ob alterius contumaciam excommunicari non debet.*

2 *Succeſſor in dignitate in excommunicationem eius non incidit, cui ſuccedit.*

3 *Hæres ob contumaciam eius, cui ſuccedit, excommunicari non debet.*

4 *Procu-*

4 *Procuratoris ob contumaciam an dominus excommunicari possit.*
5 *Tutoris, curatorisuè ob contumaciam an minor excommunicari possit.*
6 *Alter ob alterius contumaciam si excommunicetur, an excommunicatio valeat.*
7 *Interdictum, ac suspensio an in aliquem pro alterius contumacia ferantur.*

VIII.

§ Alter igitur ob alterius culpam excommunicari nō debet ob ea, quæ diximus: quam tem
• vt totam explicemus, hæc contemplanda nobis proponimus. Primò, an quis pro alterius culpa excommunicari possit. Secundò an, si in dignitate quis cuipiam succedat, eadem excommunicatione obuoluatur, qua obuolutus tenetur is, in cuius locum suffectus est. Tertiò, an hæres ob contumaciam eius, cuius hæres est, excommunicari possit. Quartò, an ob procuratoris contumaciam dominus excōmunicari queat. Postremò, si in propositis casibus excommunicatio promulgetur, an nihilominus valeat, & quid de reliquis censuris itidem sentiendū.

8 † Quò ad primam quæstionem igitur dicendum videtur alterum pro alterius contumacia excommunicari posse. Primò, quia interdictum, ac suspensio, quæ censuræ ecclesiasticæ sunt, in alterum pro alterius culpa feruntur arg. c. miror. 17. q. 4. & c. non est vobis de sponf. in antiq. & c. si ciuitas, & c. si. sententia de sent. excom. lib. 6. & vt not. Gloss. sum. 1. q. 4. ergo & excommunicatio in alterum pro alterius contumacia ferri posse debet; nam & ipsa censura est, vt habetur in cap. quærenti de verb. sign. ad hoc argumentum facile respondetur interdictum scilicet, ac suspensionem pro alterius culpa idcirco in alterum ferri posse, non autem excōmunicationem; quoniam de interdicto, ac suspensione id permissum est arg. iurium, quæ supra citauimus, de excommunicatione autem est vetitum, vt paulò post probauimus, & quamobrem id etiam fiat, dicemus. Vnde secūdo loco pro hac opinione ratio hæc redditur; alter pro altero pœna corporis affici potest, quod in sacris literis factitatum esse legimus, vt in Genesi cap. 19. & lib. 1. Reg. cap. 15. & Num. cap. 6 & vt Grat. exemplis pluribus hoc probauit in sum. 24. q. 3. & in c. ecclesia §. item peccato. 1. q. 4. ergo & excommunicari pro alterius contumacia quis poterit. Atqui neque hoc quicquam facit; nam, vt alter pro alterius culpa corpore puniretur, ad viuentium terrorem factum id esse compertum est, vt habetur in cap. 1. vers. Tunc quippe. 24. q. 3. at pœna excommunicationis quem pro alterius contumacia obligatum esse nusquam legimus, sicut August. inquit relatus in cit. cap. 1. quamobrem autem id fiat, paulò post declarabimus. Quare contrariam sententiam, vt scilicet alter pro alterius contumacia non excommunicetur, amplexata est Gloss. sum. 1. q. 4. & 24. q. 5. & in c. non debet de reg. iur. lib. 6. & Abb. in cap. 2. num. 9. de ijs, quæ fiunt à maior. part. cap. & Anchar. in c. 1. num. 2. vers. Octaua de sent. excom. lib. 6. & Gemin. eod. §. ad hæc num. 3. vers. Nona, & Philip. Franc. eod. §. superior vers. Nonò, quia excommunicatio non fertur, & D. Dionys. Carthus. dist. 18. q. 4. vers. Amplius sciscitatur lib. 4. & Gabriel Biel ead. dist. q. 2. art. 2. concl. 5. Corol. 5. & Sot. dist. 22. 3. art. 4. vers. Tertium discrimen lib. 4. Probatur autem primò sententia hæc, quoniam, qui excommunicatur, contumax manifestus, præsumptusuè esse debet, vt probauimus in antecedenti. §. at hic, qui pro alterius contumacia excommunicatur, neque manifestus, neque præsumptus contumax est, vt hoc per se patet; ergo excommunicari non debet. Secundò facit cap. si habes. 24. q. 3. vbi quæstio hæc disputatur. Si habes, dicitur enim ibi, de hac re sententiam certis rationibus, vel scripturarum testimonijs exploratam nos docere digneris, quo modo rectè anathematizetur filius pro peccato patris, aut pro mariti peccato vxor, aut pro domino seruus, aut quisquam in domo etiam nondum natus; si eorum tempore, quò vniuersa domus est anathemate obligata, nascatur, nec ei possit per lauacrum regenerationis in mortis periculo subueniri: hæc enim fuit corporalis pœna, qua legimus quosdam contemptores Dei cum suis omnibus, qui eiusdem impietatis participes fuerunt, pariter interfectos; tunc quippe ad terrorem viuentium mortalia pectora perimebantur quandoq; etiam moritura; spiritualis autem pœna, qua fit, quod scriptum est, Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo, animas obligat, de quibus dictum est Vt anima patris, ita & anima filij mea est; anima, quæ peccauerit ipsa morietur. Audistis fortassis aliquos magni nominis sacerdotes cum domo sua quempiam anathematizasse peccantium; sed forte, si essent interrogati, reperiuntur idonei inde reddere rationem. Ego autem, si quis à me quæsierit, verum id rectè fiat, quid ei respondeam, non inuenio; nunquam hoc ausus sum de quorundam facere facinoribus vnanimiter aduersus ecclesiam perpetratis, nisi grauissimè commouerer. Sed, si tibi, quod iustè id fiat, dominus reuelauit, nequaquam iuuenilem ætatem tuam, & honoris ecclesiastici erudimenta contemno; senex enim à iuuene, & episcopus

tot annorum à collega,nec dum anniculo paratus sum doceri,quomodo posſim Deo,vel hominibus iuſtam reddere rationem , ſi animas innocentes pro ſcelere alieno , quod non trahunt ex Adam,in quo omnes peccauerunt , ſpirituali ſupplicio puniamus : etenim Claſsiani filius , etſi traxit ex parente noxam primi hominis ſacro ſonte baptiſmatis expiandam , tamen quicquid, poſtquam eum genuit, peccati pater eius admiſit,vbi particeps ipſe non fuit , ad eum non pertinere quis ambigit ? quid dicam de coniunge ? quid de tot animabus vniuerſæ familiæ ; vnde, & ſi vna anima per iſtam ſeueritatem diſciplinæ , qua tota domus iſta anathematizata eſt , ſine baptiſmate de corpore exeundo perierit , innumerabilium mors corporum , ſi de eccleſia homines innocentes violentes abſtrahantur,& interficiantur,huic damno non poteſt comparari; ſi ergo de hac re poteſt reddere rationem, vtinam & nobis reſcribendo præſtes, vt poſsimus & nos; ſi autem non potes, quid tibi eſt inconſulta commotione animi facere? vnde, ſi interrogatus fueris, reſponſionem rectam non vales inuenire: hæc autem dixi,etiam ſi filius noſter Claſſianus aliquid admiſit,quod tibi anathemate plectendum iuſtiſsimè videretur. Hęc ibi Auguſt. ex quibus apertiſsimè conſtat alterum pro alterius culpa excommunicari non debere ; & hoc ob eam rationem,ne alterius culpa alterius anima pereat : illicitè igitur, quod & Grat. ibi aſſeruit, alter pro alterius culpa excommunicatur . Poſtremò pro hac ſententia facit c.Romana.§. in vniuerſitatem de ſentent.excom.lib.6.vbi Romanus Pont. ne vniuerſitas excommunicetur, propterea vetuit , ne innoxij aliquando excommunicatione irretirentur , atque idcirco animarum periculum adirent,vt ibi habetur;ergo idem in caſu noſtro aſſerendum eſt: eadem quippe & hic ratio eſt;ergo & eadem iuris diſpoſitio eſſe debet arg.l.illud. ff.ad l.Aquil. & l.à Titio. ff. de verb. oblig. Imò & multò magis hoc in re noſtra concludendum eſt , quoniam ſemper , qui non peccauit, hic puniretur: quod in vniuerſitate non vtique contingeret ; fieri enim poteſt , vt omnes,qui ex vniuerſitate ſunt, in culpa ſint;ab hac igitur ſententia non diſcedemus. Excipitur tamen,vbi manifeſtò id non conſtaret;nam tunc excommunicatio lata valebit ob ea,quæ diximus in ſuperiori proximo.§.& arg.cit.cap.ſacro.§.caueat de ſent.excom.cum ſupra cit. Sed de
2 quæſtione hac iam ſatis,ad alteram tranſeamus. † An ſcilicet,ſi dignitatis nomine quis excommunicetur,eadem excommunicatione obuoluatur,qui ei in dignitate ſuccedit: vt exempli gratia conſules ciuitatis Arimini,canonici Capituli Imolenſis,vicariusuè epiſcopi excommunicati ſunt,an,ſi vicarius hic excommunicatus ab officio remotus ſit excommunicatione non abſolutus,ſi conſules eadē ratione magiſtratu abierint,ſi canonici canonicatu priuati,an, inquam,horum ſucceſſores eadem excōicatione ſtatim obuoluentur? Planè & ipſos excommunicatos eſſe dicendum videtur ; nam ſucceſſores magiſtratuum laicorum , qui in excommunicationem inciderant , propterea quod, vt cenſus ſoluerent, clericos coegerunt, & ipſi excommunicantur arg.c.aduerſus in fin.de immun.eccl. ergo in excommunicati locum ſuffectus excommunicatus & ipſe eſt . Atqui hac ratione ſententia hæc non nititur; nam,ſi verum hoc eſſet, ſtatim magiſtratum ingreſſus in excommunicationem ſucceſſor incideret , cuius contrarium habetur in cit.c.aduerſus ; nam poſt menſem in excommunicationem tantùm incidit,vbi intra huiuſmodi tempus ipſe in eo non ſatisfecerit,in quo anteceſſor ipſius deliquerat ; pro ſua contumacia igitur,quia ſcilicet non ſatisfacit,& non pro eius contumacia,in cuius locum ſuffectus eſt,excommunicatione ſucceſſor ibi obuolitur,nec iniuria illi fit;quandoquidem,ex quo in honore ei ſuccedit,& in onere ſuccedere videtur,vt dixit Rom.Pont. in cit.c.aduerſus, & facit l.ſecūdum naturam.ff.de reg.iur.& cap.qui ſentit eod.lib.6.Vnde ſecundò pro hac ſententia facit, quòd iuriſdictio cuipiam dignitatis nomine mandata,ſi is moriatur , cui mandata eſt , ad ſucceſſorem transfertur,vt habetur in c.quoniam Abbas de off.deleg.ergo, cùm hic dignitatis nomine excommunicatus ſit,meritò ad ſucceſſorem excommunicatio tranſire debet Abb.in cit. c.aduerſus.num.17.ad hoc argumentum ſic reſpondet ſcilicet id , quod dignitatis nomine mandatum eſt,in ſucceſſorem tranſire,vbi tam dignitati, quàm perſonæ ea res accommodata eſt, vti iuriſdictio,ſicut habetur in cit.c.quoniam Abbas ; at excommunicatio dignitati non conuenit , ſed perſonæ ; ac propterea, quacunque ratione excommunicatio feratur, perſona ſemper excommunicata exiſtimabitur , atque idcirco in ſucceſſorem non transferetur arg. l.iuris gentium.§. pactorum. ff.de pact. non igitur hac ratione propoſita ratione ſententia hæc probatur : addo ego,ſi contrarium diceremus,alterum pro alterius culpa futurum eſſe , vt excommunicaretur; quod fieri non debere antea probauimus . Quare contrariam ſententiam, vt ſcilicet dignitatis nomine ſi quis excommunicetur, ea excommunicatione ſucceſſor non obuoluatur anteceſſoris contumacia, amplexata eſt Gloſſ.in cap.1.in verb. Ipſius de off.vic.lib.6.& Anchar. & Philip.

Franc

Franc. & Gemin. eod. & Hel in casus positione, & Inno. in cit. cap. aduersus, & Abb. num. 10. de immun. eccl. & Bero. in cap. quoniam contra nu. 101. vers. Sed contrariam de probat. & Felin. in cap. responso. num. 4. de sent. excom. vbi opinionem hanc communem esse, & in quocunque successore locum habere dixit; eandem sequuntur Alex. in l. si grege num. 5. & Castr. num. 4. & Bald. qui de communi quoque sententia testatur. ff. de leg. 1. idem Bald. in l. si ita legatum. §. fin. ff. eod. & Ias. in l. quod in rerum. §. etsi naue. ff. eod. vbi & sententiam hanc communiter receptam esse refert, quod & facit in l. inter stipulantem. §. sacram in fin. ff. de verb. oblig. Probatur autem primò per cit. cap. 1. de off. vic. lib. 6. nam ibi, si vicarius episcopi excommunicetur, ea excommunicatione eum non irretiri ibi dicitur iunct. Gloss. in verb. Ipsius, qui in eius locum suffectus est; ergo, qui in locum huiusmodi succedit, excōmunicatione sui antecessoris non obligatur. Præterea excommunicatio est censura, quæ personæ inhęret, vt Philip Franc. Auchar. ac reliqui supra citati asserunt; ergo ad aliam non transit. Accedit postremò, quod alterius contumacia excommunicari quem contingeret, quod fieri non debere abundè supra probauimus: nec dignitatis nomine igitur excommunicatio in quempiam lata in successorem transibit; imò nec in delegatum si ipse delegans excommunicetur; nam & in hoc casu rationes eædem locum sibi vindicant, vt hoc per se patet, & probatur in cit. cap. 1. de off. vic. si illud cap. in aliam sententiā trahamus, vt ibi de delegante, ac de delegato agatur, vt sensit Gloss. in verb. Ipsius, & idē
3 Nel. in casus positione. † At quid de hærede (hoc enim tertium erat, quod explicandum nobis proposueramus) verbi gratia iudicio contra Seium cæpto idem Seius contumax factus mortuus est; an suus hæres ob mortui contumaciam excommunicari poterit? Planè excommunicari ipsum posse videbatur, primò quia hæres ex contractu, vel quasi testatoris obligatur, vt habetur in l. vn. C. vt ab hæredibus, & contra hæredes, & arg. tot. tit. C. de hæred. act. in iudicio autem quasi contrahitur; ergo & iudicij hæc obligatio ad hæredem transibit, ac propterea ob testatoris contumaciam excommunicabitur. Confirmatur ratio hæc, quoniam hæres eadem persona cum eo esse existimatur, cuius hæres est arg. §. 1. auth. de iureiur. à morien. præst. & vt inquit Gloss. in c. is, qui in ius de reg. iur. lib. 6. ergo & hac quoque ratione ob testatoris contumaciam hæres excommunicari posse videtur; etenim eiusdem iuribus iuuatur, eisdemq; vinculis constringitur hæres, ac successor, quibus & eius autor arg. l. hæredem, & l. in ijs officijs. §. non debeo. ff. de reg. iur. Postremò pro hac sententia facit, quòd iudicium ceptum, seu instantia, vt appellaut, ad hæredem transit, vt probatur in l. si eum hominem. ff. de fideius. & in l. si rem. 2. ff. de rei vind. & vt dixit Alex. in l. si constante. §. bona. ff. solut. matr. ergo cum contumacia transibit; res enim cum suo onere transit, atque idcirco hæres ob mortui contumaciam excommunicari poterit. Verùm contrariam nihilominus sententiam & hic amplexari debemus, vt scilicet hæres ex mortui contumacia non excommunicetur. Primò, quoniam non eadem pœna ob iudicium ceptum cum defuncto hæredem sequitur, quæ mortuum sequeretur, qui iudicium cępit arg. l. seruum. ff. de ijs, qui not. infam. ergo neque etiam excommunicatio hæredem sequetur. Præterea, qui excommunicatur, ratione quapiam contumax esse debet, vt supra probauimus; hæres verò ex defuncti facto contumax esse non potest arg. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. inhæret enim ea contumacia ipsi defuncto, atque idcirco in hæredem non transit arg. l. iuris genti. §. pactorum. ff. de pact. Postremò, si hæres pro contumacia eius, cui succedit, excōmunicaretur, pro alterius contumacia excommunicari quis posset, cuius contrarium antea asseruimus; ob has igitur rationes à postrema hac sententia non discedemus, nam eam secuti sunt Alexand. & cōmuniter DD. in cit. l. grege legato. ff. de leg. 1. & Rot. decis. 15. in antiq. de sent. excom. & nouissimè Quintil. Mandos. in tract. suo de monit. quęst. 24. vbi quæstionem hanc disputauit; idem Felin. in c. cùm sit Romana. nu. 26. vers. Vndecimò de appell. vbi hæredem excommunicati, de quo excommunicando ob eandem causam agitur, deberi iterum moneri ait; facit quoq;, quod dixit Marc. Ant. Bard. in tract. de temp. vtil. & contin. cap. 12. nu. 5. vbi excōmunicationis vim in obligatione in form. Cam. Apostol. ad hæredem defuncti non continuari dixit, licet obligationis ius ad ipsum transeat; non est igitur, quod hac de re dubitemus. Non repugnant modò contraria proposita; nam quò ad primum, etsi hæres ex defuncti contractu obligatur, non tamen ob delictum ad animæ pœnam, vt dicitur in cap. 1. 24. q. 3. & arg. c. Romana. §. in vniuersitatem de sent. excom. lib. 6. etenim nec ad pœnam corporis alter pro alterius culpa obligatur arg. l. sancimus. C. de pœn. & l. crimen. ff. eod. Quò ad alterum itidem, etsi hęres eadem persona cum defuncto est, hoc tamen dictum accipitur, quatenus ad hereditatem defuncti pertinet, non autem quò ad pœnam animæ, corporisue ipsius defuncti, vt sensit Gloss. in c. non debet de reg.

iur.lib.6.etenim anima, quæ peccauit, ea puniri debet. Non denique obstat illud de iudicio cæpto; nam in ijs non transit, quæ personæ inhærent, cuiusmodi contumacia est, vt DD.supra citati asserunt in cit.l.si grege.ff.de leg.1.& in eod.cap.1.de off.vic. hinc nec priuilegia, quæ personæ testatoris inhærent, ad hæredem transeunt arg.c.priuilegium de reg.iur.lib.6.firma igitur

4 postrema hæc sententia permanebit. † Sed iam de procuratoris domino agamus. An igitur ob procuratoris contumaciam dominus excommunicetur? vt breuiter quæstionem hanc absoluamus, quam Gloss.disputauit in cap.1.vt lit.non contest. in fin.& ibidem Abb. nu.34.concludendum est ob procuratoris contumaciā dominum excommunicari non debere. Primò, quia ob procuratoris contumaciam dominus excommunicari potest, vbi procuratoris contumacia non purgauit, posteaquam eam nouit, vt dicitur in c.1.vt lit.non contest. Potuit tamen, dicitur enim ibi, præfatus R.propter suam contumaciam, vel etiam procuratoris sui, si sciens non purgauerit eandem, excommunicationis sententia innodari: hæc ibi Summus Pont.atque sic dixit quoque Specul.quem refert, ac sequitur Marian.Socin.Sen.in cap.nulli.nu.37.cum seq. de sent. excom.si ergo in hoc casu dominus excommunicari ob procuratoris contumaciam potest, vbi sciens eam non purgauit, aliàs contrarium sentire debemus; exceptio enim contrariam regulam esse indicat arg.l.nam, quod liquidæ.§.fin.ff.de pœn.leg.& l.cùm prætor.ff.de iud.& c.nonne de præsumpt.Confirmatur ratio hæc, quoniam, vt quis excommunicetur, contumax ratione quapiam esse debet, vt probauimus supra hoc cap. §.contumax, & arg. eorum, quæ tradidit Ias.in l.vn.§.si procurator. nu.3.vers. Tertiò est vera ratio.ff.si quis ius dicenti non obtemp. at procuratoris contumacia dominus contumax non est; non enim iudicis præceptum ipse aspernatur, sicuti Ias.probauit in cit.vers. Tertiò. Accedit denique, quòd, si ob procuratoris contumaciam dominus excommunicaretur, alter pro alterius culpa excōmunicari posset, quod fieri non debere probauimus supra in initio huius.§.ab hac igitur sententia non discedemus, quam amplexata est Gloss.fin.in c.1.vt lit.non contest.& secuti eam sunt Abb.ibidem.nu.10.& Bald. num.5.& Specul.quem refert, ac sequitur Marian.Socin.Sen.eod.cap.nulli.nu.37.cum seq.Nec repugnat, si dicatur & aliàs procuratoris contumaciam domino nocere, vt in sententia, & in appellatione, & in positionibus, vt probatur in c.causam de dol. & contum. & in l.1.§.fin.ff. quando appellandum sit, & in cap.si post præstitum de confess.lib.6.nam hæc ob eam rem permittuntur; quoniam pecuniarium commodum ibi agitur, quod à procuratore dominus recuperare potest, aliàs ei ex causa subuenitur, vt habetur in l.1.in fin.iunct.Gloss.ff.quando appellandum sit; item quoniam sepius, vt alterins culpa pecuniarium damnum quis sentiat, iure permissum est arg.cap.si quis.6.q.1.& l.quisquis.§.filij verò.C.ad l.Maiest.quæ duo in excommunicatione desiderantur; nam & excommunicatione spirituale damnum agitur, animæ scilicet periculum; & alterius culpa vt quis animæ periculum adeat, nullo iure cautum reperitur, sicut sensit August.relatus in cap.1. 24.quæst.3.& probatur in c.Romana.§.in vniuersitatem de sent. excom.lib.6. Excipitur tamen primò, vbi dominus, posteaquam procuratoris contumaciam nouit, eam, cùm posset, non purgauit; nam tunc excommunicari poterit, vt habetur in cit.c.1. vt lit.non contest.& probatur in l.fin.& ibi not.Bart. C.de excot.& transl.lib.12. & sensit Ias.in cit.l.vn.num.3.vers.Limita.ff.si quis ius dicenti non obtemperauerit; nam & pro procuratoris delicto in pœnam dominum incidere Bart.inquit in l.2.ff.de nox.etiam si ad hoc mandatum ei non dedisset, modò id prohibere posset, vbi enim dominus id scit, & ipsum non prohibet, cùm potest, id ei mandare præsumitur arg.l.qui potest prohibere.ff.de reg.iur. & c.quantæ de sent. excom.& vt Bart.inquit in cit.l.2.de nox.& Ias.in ead.l.vn.eod.vers. Limita, & Innoc.in c.ex parte decani de rescrip. in hoc igitur casu non ob procuratoris contumaciam, sed ob suam iure excommunicabitur: hoc tamen verum intelligit Marian.Socin.Sen.in cit.cap.nulli.nu.39.vers. Quod dictum intelligo, modò præcedat admonitio, & ita ipso domino priùs admonito, quò purget contumaciam; quod planè, si est, dubitationem proposita conclusio non habet; propria enim contumacia est. Secundò excipitur, vbi dominus procuratorem minùs habilem sciens

5 constituit argum.cit.cap.1.in fin. vt lit.non contest. † At quid de minore, an ob contumaciam tutoris, curatorisuè excommunicari potest? Specul.in tit.de contum.§.fin.in fin. hanc quæstionem disputauit, & conclusit tunc excōicationem nec ferri debere, nec latā valere in minorem, vbi doli capax non est, quod & dubitatione caret; si verò doli capax sit, & ea causa, in qua pro maiori habetur, tunc excommunicari ipsum posse, aliàs non debere, quamuis lata teneat. Socin.autem in cit.c.nulli.nu.32.cum multis seq. ait minorem excommunicari non posse, vbi nulla culpa ei tribui potest; aliàs secus, modò contumacia in eius intellectum cadat. Alter igi-

tur, vt summam omniũ, quæ hìc diximus, faciamus, pro alterius contumacia excõmunicari quis non debet; non hæres ob defuncti contumaciam; non dominus ob procuratoris: quæ regula locum habet, & in interdicto, ac suspensione, vbi speciatim in aliquem pro eius culpa feruntur, qui in ipsum potestatem non habet. † Verùm quid si excõmunicatio pro alterius culpa, atque
6 contumacia, nihilominus feratur, an valebit? hoc enim postremum erat, quod explicandum nobis etiam proposuimus, concludendum est breuiter excommunicationem latam, sicut etiam aliam censuram valere arg. cap. sacro. §. caueat de sent. excom. etenim sententia pastoris, æqua, iniquauè fiet, timenda est, ac valet, vt dicitur in cap. 1. 11. q. 3. & in cap. quibus episcopi ead. q. Excipitur tamen primò, vbi notissimè constat ob alterius contumaciam quem excommunicari; nam tunc sententia censuræ non valebit, quippe quæ intollerabilem errorem contineat, etiã si in ipsa expressus non sit; quo casu sententia censuræ non valet arg. c. per tuas de sent. excom. in antiq. & cap. solet, & c. venerabilibus. §. peu. eod. lib. 6. & eorum, quæ diximus supra in §. contumax, & vt sensit Abb. in cit. cap. 1. num. 34. vers. Nunc expediam, vt lit. non contest. † Quæ
7 tamen exceptio in interdicto, ac suspensione locum sibi non vindicat, vbi pro alterius contumacia, delictouè interdicitur, suspenditurue, cui subiectus ratione quapiam est; nam tunc interdictum, ac suspensio pro aliena culpa sepius feruntur, vt habetur in c. non est vobis de spons. & in c. si sententia, & in c. si ciuitas de sentent. excom. lib. 6. id quod ob eam rem permissum est; quoniam hisce censuris non id periculi adimus, quod aditur excommunicatione, vt probauimus supra cap. 12. §. 4. & vt dixit D. Dionys. d. 18. q. 4. vers. Insuper quæri potest, ibi si autem obijciens lib. 4. Secus autem si ob eius culpam interdiceretur, cui nulla ratione subijcitur; nam neque interdictum, neque suspensio valebit, si notissimum id sit; quandoquidem nec huiusmodi censuræ pro aliena culpa feruntur, vbi, qui ipsis obligantur, ad ipsum culpæ autorem non pertinent, vt probatur iuribus supra citatis, & asseruimus in Tab. 5. Sed iam de ijs, quæ inesse debent, sed non necessariò, agamus.

De homine materia circa quam censura eccl. & de ijs, quæ inesse ipsi debent, sed non necessariò, quò censura constringatur.

Cap. XVIII.

SVMMA.

1 Admoneri quis priùs debet, antequam excommunicetur; quæ regula locum habet.
Vel excommunicet iudex.
Ordinarius.
Delegatus.
Religiosus.
Vel excommunicentur.
Singulares homines.
Vniuersitas.
Vel excommunicetur pro eadem causa, ob quã aliàs excommunicatus iniustè fuit absolutus.
Pro quacunque alia.
Notoriumuè delictum sit.
Vel feratur excommunicatio.
Nominatim.
Generatim.
Vel iudex excommunicet.
Petente alio.
Ex officio.
Vel feratur.
Excommunicatio.
Suspensio.
Interdictum.

2 Admonitio ad censuram ferendam non postulatur, nec requiritur, vbi
Executor simplex est, qui censuram fert.
Iudex ad se, suaq; tuenda censuram fert.
Ius, seu canon, statutumuè censuram fert.
A iure excommunicatus si ab homine excommunicetur.
Periculum in mora vbi est; quod, an verum sit, declaratur.
Interdictum vbi pro pœna fertur.
Suspensio vbi pro pœna fertur.
Manifesta contumacia vbi est.
Pro futuris culpis vbi censura fertur.
Pro præteritis etiã vbi sub cõditione fertur.

3 Futuris pro culpis, id est pro futuris culpis quando excommunicationem ferri dicatur; & quando pro præteritis.

4 Admonitione omissa, excommunicatio tamen, sicut etiam censura alia lata valent; quæ regula declaratur.


Voniam autem excõmunicatio, censuraue alia sepius ab homine fertur: vel quòd, qui excommunicatur, id facere noluit, quod iudex ipsi imperauit; vel, quòd in ius vocatus non venit arg.c.ex parte.1. & ibi Abb.de verb.sign. & vt dixit Mar. Socin.Sen.in c.nulli.nu.11.vers. Primò igitur quæro de sent.excom.vbi etiã per totum capitulũ casus multos, vt exẽpla ponit, quibus quis excõcari potest, & sic vbi contumax quis est: † ob eam rem, antequam excommunicatio, interdictum, suspensioue feratur, iudex, quid aut fieri, aut non fieri velit, priùs admonere debet, vt probatur in cap.sacro de sent.excom.in antiq.& in cap.Romana vers. Sed nec eod.lib.6.& in c.reprehensibilis, & ibi Abb.Prepofit.& DD.de appell.in antiq.& in c.cùm speciali eod.& in c.omnes decimæ.16.q.7. & cap.de presbyterorum.17.quæst.4.& vt sensit Gloss.in c.statuimus in verb. Monitionem de sent.excom.lib.6.& in c.fin.in verb.Præmissa de for.compet.eod.lib. & in c.indignè.12.q.2.& Inn.in c.ad hæc.nu.3.de appell.& Couar.in cap.alma pars.1.§ 9.nu.4.vers. Ab eadem radice de sent.excõ.lib.6. & Mar.Soc.in c.perpendimus.nu.67.vers.Septima de sent.excom & nu.91. vers.Quæritur octauò cũ simil. Admonitus igitur, citatusue esse quis debet, antequã excõicetur, censuraue alia constringatur: idq; meritò, tũ ꝙ his censuris cõtumaces puniuntur, vt vidimus supra, ac propterea, qui iudici nõ obtẽperant, vt ibidẽ posuimus; at, nisi priùs quis admoneatur, an iudici parere velit, atq; idcirco an contumax sit, sciri non potest, vt sensit Mar.Soc.Sen.in c.perpendimus.nu.95.cum seq.de sent.excom.nã fortasse vult satisfacere, & iudici obedire, vt dixit Soc.eod.nu.135.tum ꝙ huiusmodi pœnis non mediocre præiudiciũ generatur, vt vidimus supra cap.de effectibus; at, vbi de præiudicio cuiuspiam agitur, admoneri, citariq; priùs ille debet arg.l.de vno quoque.ff.de re iud.& c.consuluit de off.deleg. & vt not. Gabr.in tract suo concl. de citationibus conclus.1.in prin.lib.2. Pro regula igitur habebimus, qui excommunicatur, censuraue alia constringitur, hunc admonitum esse priùs oportere. Quæ regula multis modis amplificatur, & primò respectu habito ad iudicem; nam locum habet, vel ab ordinario, vel à delegato iudice censura feratur, quandoquidem & iura supra citata non distinguunt; ergo nec nos distinguere debemus arg.l.de pretio. ff. de publ. in rem act. & rationes eædem sunt, à quocunque iudice sententia huiusmodi feratur, atque ob eam rem & dispositio eadem esse debet arg.l.illud.ff.ad l.Aquil.& l.à Titio.ff.de verb.oblig.atque sic asseruit Marian. Socin. Senior in c.illud num.21.vers.extra Gloss.de cler.excõm.min. Quare & ab antistite regulari admonitio hæc adhibebitur, antequam quispiam ab ipso censura obligetur, vt & conclusimus supra in hac Tab. Secundò amplificatur eadem regula respectu habito ad eum, qui censura irretitur; nam non modò, vbi sigillatim homines excommunicantur, censuraue alia irretiuntur, admoniti esse priùs debent, verumetiam & vbi collegia, vniuersitates, capitulaue, interdicto, suspensioniue subijciuntur, admoneri priùs debebunt; non enim ratio alia in singulis hominibus, atque in ipsis collegijs est, quamobrem illi, & non hæc admoneantur; collegia igitur, atque vniuersitates ante censuram latam admonebuntur: quæ admonitio tunc fiet, dum collegia, huiusmodique vniuersitates simul, vt collegium congregata sunt, vt asseruit Gloss.in l.nemo potest.ff.de reg. iur.quam sequitur ibi Bart. & nouissimè Bolognet. memoriæ mandandam not. idq; iure optimo; sicut enim, quò gestum aliquid à collegio dicatur, eos, qui ex collegio sunt, collegiatim, vt ita dicam coactos esse, eademq; ratione illud gessisse necesse est, vt probauimus supra cap.6.§. 1.ita, quò admonitum collegium esse dicatur, contumaxq; efficiatur, ipsum collegium, dum congregatũ est, admonitum esse oportet arg.c.si capitulo de concess. præb.lib.6. & ibi Gloss. sensit, & in l.non potest dolo carere.ff.de reg.iur.& sequitur Quintil.Mandos.in Gloss.facultat. §.& propriũ in verb.Monitorijs, vbi & alios quosdã idem sentientes refert; non igitur, si ex collegio singuli admoneantur, collegium admonitum dicetur, quippe quòd singuli collegium non sunt arg.l.sed si hac lege.§.qui manumittitur.ff.de in ius voc.& l.sicut.ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine; sicuti è contrario admonito collegio, singuli admoniti non intelligentur, atque idcirco nec ob eam admonitionem excõicari poterunt, etiam si præsentes adessent, vbi collegium admonitum fuit, atque sic dixit Bon.quam refert, ac sequitur Marian. Socin.in cap.nulli. nu.18.vers. Tertiò quæro de sent.excom. Non itidem, si eiusdem collegij syndicus admoneatur, collegium pro admonito habebitur, vt tradidit Gloss. in cit.l.nemo potest.ff.de reg.iur.& pertinent huc, quæ diximus, ac posuimus supra de procuratore, vbi ob procuratoris contumaciam dominum excommunicari non debere conclusimus. Verùm, quid si collegium, capitulumue non congregetur, quid tunc fiet? collegij, capitaliq; superior adibitur, qui singulos ex capitulo, vt collegium ab ipsis habeatur, compellet; at, si neque ratione hac conuenerint,

perinde habebitur, atque si admonitio facta esset; sic enim & qui latitat, impediuè, quò minùs citatio ad eum perueniat, pro citato habetur, vt traditur in c.quoniam.§.porrò vt lit.non contest.& vt asseruit Gloss.in eod.c.si capitulo, quam sequitur Bart.in cit. l.nemo potest.ff.de reg. iur.videndus est etiam idem Bart.in c.ad reprimendam in verb. Citatum,& Add.ad Rot.decis. 22.num.16.de rescript.in nou.vbi etiam, si pupillus, minorué citetur,quomodo id fiat, significatur. Item.vbi quis iterum ob eandem causam excommunicatur, propterea quòd absolutus iniuria est,& hic primò admonebitur;quandoquidem cit.c.sacro de sentent.excom. simpliciter loquitur, nec, quamobrem excommunicatio feratur, distinguit, sicut nec etiam iura alia supra citata; admonitione igitur intercedente & hic in excõmunicationem iterum conijcietur,atque sic sensit Innoc.in c.ab excommunicato.nu.3.vers.Item omnis res de rescript.& Felin.apertiùs in c.cùm sit Romana.num.12.vers.Octauò nor.de appell.& in cap.ad nostram.num.2.vers. In textu,ibi reducatis de iureiur.& Rot.decis.7.& decis.11.de sent.excom. in nou. & decis.65. de appell. in antiq. cognita causa igitur id fieri debet; hinc Dom.in c.1. quod metus causa.lib.6. caueat, inquit,iudex reuocans obsolutionem malè factam, quia, cùm videatur denuo excõmunicationem inferre,quæ erat sublata per absolutionem, incideret in pœnam c.sacro de sentent. excom.nisi in reuocatione seruaret solemnia; ita Dom. quem refert Felin. in cit.c.cùm sit Romana eod.num.12.quare ob eandem rationem,qui cautione præstita de parendo ecclesiæ, absolutus est,si deinceps non pareat, non ante in excommunicationem iterum conijcietur, quàm admonitus sit,atque ita Felin.in cit.c.ad nostram num.2. vers. In text.ibi reducatis de iureiur. & Dec in c.reprehensibilis de appell.& Add.ad Abb.in cap. sacro in litera E de sent.excom.& Rot.in cit.decis.65.de appell. in antiq. exceptis tamen casibus, qui habentur in c.eos de sent. excom.lib.6.in quibus ipso iure in excõmunicatioẽ quis incidit, vt declarauimus supra in hac Tab. Tertiò amplificatur eadem regula respectu habito ad causam; nam pro quacunque causa quis excommunicetur,admoneri semper debet,cùm ob rationes,tum ob iura supra citata, quæ in quacunque causa locum habent; etsi factum igitur notorium est, vt pote quia manifestò constat delictum à quopiam cõmmissum esse,tamen,antequam ille excommunicetur,priùs admonebitur arg.c.fin.§ quando autem.2.q.1.& cap.de illicita. §. de conuentione, & ibi not.Gloss. 24.q.3.ac plane, quamuis notorium sit delictum commissum, non tamen notoriè constat, qui delictum commisit, satisfacere pro delicto ipsum nolle, atque idcirco contumacem esse, nisi priùs admoneatur;cùm igitur ob contumaciam tollendam censura feratur, & contumacia nota esse non possit,nisi admonitio antecedat,iure admonitio antecedere debebit,atque ita sensit Innoc.in cit.c.sacro in prin.de sent.excom.& Abb.in c.cùm sit Romana. num.32. cum seq. & Bero.nu.83.de appell.& Dec.in cap.1.nu.34.& idem Bero. num.214. vbi & alios idem sentire testatur de iud.& Couar.in cap.alma pars.1.§.9.nu.6.vers. Et hæc quidem de sent.excom.lib. 6.& Marian.Soc.Sen.in c.perpendimus.nu.99 vers. Exigitur ergo de sent.excom.& num.116. cum seq.eod.vers.Tertiò fallit.Contrarium tamen dicendum videbatur; quandoquidem Apostolus fornicatorem quendam notorium,absentem,& irrequisitum excommunicauit,vt dicitur in c.cùm sit Romana in fin.de appell.ergo,vbi notorium est delictum, sine monitione excommunicari quem posse videtur. Atqui à proposita sententia discedendum non est; nec repugnat cit.c.cũ sit Romana;uam præter responsiones,quæ à Glo.& à Panor.nec non à reliquis ibi dantur,quibus factum Apostoli non obstare conuincitur. Ego ex verbis ipsius Rom.Pont. dubitationem hanc dissolui dico,nam non dicit ibi Rom.Pont. fornicatorem illum non quæsitum excommunicatum esse,sed irrequisitum,id est non iterum quęsitum,dictio enim illa Re actus iterationem significat,vt in Dictionario in dicto verbo Re,& in verb. Requiro habetur;antea igitur apparet ab Apostolo dictum fornicatorem quæsitum,atque admonitum,quamuis,cùm sententiam in eum tulit,eundem iterum non admonuerit;non ergo autoritas illa repugnat. Excipiunt tamen Innoc.& Lap. quos refert, ac sequitur Marian.Socin. Sen.in eod. c.perpendimus. num.118.vers. Quartò fallit, vbi contra præsentem pro manifesta offensa fertur: quæ tamen opinio mihi sic simpliciter posita non placet. An autem in alijs sententijs citatio in notorijs fiat,tradidit Abb.in c.accepta.num.6.& ibi Add.ad eum de restit.spol.& in c.cùm olim.nu.20. de re iud. Quartò amplificatur proposita regula ob easdem rationes respectu habito ad modum,quo censura fertur;nam,siue speciatim,siue generatim excommunicatio feratur, admonitio antecedere ipsum debet. Sed nec in specie, nec in genere,dicitur enim in cap.Romana de sent.excom.lib.6.pro culpis, & offensis præteritis, vel præsentibus excommunicationum sententias absque cõpetenti monitione præmissa promulgent,&,si contra præsumpserint, iniustas

nouerint

nouerint illas. Hæc ibi Summus Pont. ex quibus proposita conclusio apertissimè probatur, idem not. ibi DD. & Abb. in cap. 2. nu. 11. de off. ord. & Marian. Socin. Sen. vbi com. opin. hanc sensit in cit. cap. perpendimus nu. 113. vers. Et hoc idem volunt DD. Speciatim verò excommunicatio fertur, cùm personam certam excommunicamus; generatim autem, cùm personam, quam non nouimus; eadem pœna constringimus: quæ censuræ ferendæ ratio vsitatissima in ecclesia est, & probatur in cit. cap. 2. de off. ord. Quintò amplificatur etiam respectu habito ad eum, quo postulante censura fertur; nam, siue ex officio, siue alio petente quem iudex excommunicet, admonere ob easdem rationes, quem excommunicaturus est, priùs debet, ex officio enim, & alio postulante censura fertur, vt probatur in cap. venerabilibus. §. porrò vers. Similiter de sent. excom. lib. 6. hinc, quòd iudex clericus, & iudex laicus (vbi res postulat) mutuam sibi operam præstare debent, vt habetur in cap. dilecto, & ibi not. Anchar. nu. 9. vers. Vndecimò de sent. excom. lib. 6. & in c. 1. de nou. oper. nunt. ob eam rem, si iudex laicus à clerico iudice postulet, vt quempiam excommunicet, non ante id tamen faciet, quàm causa cognita, & adhibita forma, sit cit. cap. sacro de sent. excom. & cap. 1. eod. lib. 6. ac propterea admonitione facta, vt sensit Anch. in cit. c. dilecto eod. vers. Postremò amplificatur eadem regula respectu habito ad censuras; nam, quæcunque censura feratur, siue excommunicatio, siue interdictum, siue suspensio sit, admonitio antecedere ipsam debet, vt habetur in cap. reprehensibilis de appell. in antiq. iunct. c. statutum de senten. excom. lib. 6. & vt dixit Abb. in cit. cap. reprehensibilis. nu. 1. & Dec. ibidem, & Inn. in c. ad hæc, quoniam de appell. & Felin. in c. cùm sit Romana. nu. 12. vers. Quintò not. de appell. & Anchar. in c. 1. nu. 2. vers. Quartò, & Gemin. eod. §. & hæc nu. 3. vers. Quartò de sent. excom. lib. 6. & Quintil. Mandos. in Add. ad Lap. alleg. 73. vers. lib. 6. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 9. nu. 7. in fin. de sent. excom. lib. 6. non est igitur, quod hac de re dubitemus; his igitur rationibus proposita regula amplificatur. Verùm, quòd & eadem non nullas exceptiones patitur, quandoquidem non nunquam contingit, vt quis excommunicetur, censuraue alia constringatur admonitione non adhibita; ob eam rem, quando id fiat, etiam explicemus. † Primùm igitur ex parte iudicis admonitio non postulatur, vbi, qui excõmunicat, censuramue aliam fert, merus, ac simplex executor est, vt pote episcopus clerico mandauit, vt quempiam excommunicaret, atque idcirco eum simplicem executorem dedit, cuiusmodi habetur in cap. fin. §. fin. de off. deleg. hic clericus ergo nulla admonitione adhibita, excommunicationem fert, diligenter enim fines mandati custodiendi sunt ob l. diligenter. ff. mandati; quamuis, qui mandatum hoc dedit, priùs admonuisse debet. Item admonitione opus non est, vbi quis non vt iudex, sed vt priuata persona censuram fert, quò scilicet ius suum tueatur; hoc enim probatur in c. dilecto de sent. excom. lib. 6. & ibi not. Gemin. nu. 7. & Anchar. nu. 1. vers. Et subdit, hoc quoq; inquiunt Innoc. in c. venerabili. nu. 2. & Abb. nu. 3. de cens. idem Inn. in cap. sacro. nu. 2. vers. Ecclesiæ, & Felin. nu. 4. vers. Quartò limita de sent. excom. idem Felin. in cap. cùm sit Romana vers. Tertiò not. qui & quosdam alios idem sentire refert de appell. & Dec. in c. reprehensibilis, vbi & quosdam alios idem sentientes commemorat de appell. & Lap. alleg. 73. nu. 3. & Quintil. Mandos. in Add. ad eum, in verb. Venerabilis, vbi alios idem sentire ait, & Marian. Socin. Sen. in c. perpendimus. nu. 122. vers. Septimò fallit de sent. excom. idq; meritò, nam admonitio hæc adhibetur, vbi vt iudex quis censuram profert arg. cit. c. sacro de sentent. excom. ergo secus, si non vt iudex arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. non ne de præsumpt. quare, si episcopus suam diœcesim visens à parocho aliquo, qui se exemptum inquit, non recipiatur, statim de eorundem autotum senten tia nulla admonitione adhibita excommunicare ipsum potest, nec appellatione sententia nulla reddetur; quandoquidem non vt iudex sententiam profert; hinc Innoc. vt hac ratione sua iura tuerentur. episcopis suasit. Contra sententiam hanc tamen tenet Couar. in c. alma pars. 1. §. 9. nu. 6. vers. Hinc denique de sent. excom. lib. 6. Cuius opinio locũ habere potest in hoc, vt aliqua admonitio fiat, communis verò, ne trina opus sit, vel dici potest notoriam contumaciam esse, ac propterea non requiri aliam monitionem, vt Socin. eod. sentit. Tertiò admonitio hæc iudice autore facta non postulatur, vbi excõicatio, aliaue censura à iure fertur arg. cit. c. reprehensibilis de appell. & vt inquiunt Gemin. in c. Romana. §. caueant nu. 4. vers. Septimò, & Anchar. nu. 6. vers. Septimò de sent. excom. lib. 6. vbi admonitionẽ non requiri aiunt, quando excõmunicatio per statutum fertur, & Cald. de interd. vers. Ad quartum membrum, & Couar. eod. §. num. 5. vers. Trina verò monitio, & Marian. Socin. in c. perpendimus. nu. 67. vers. Septima de sent. excõ. etenim in pœnas ipso iure impositas nulla admonitione alia intercedente quis incurrit, vt dixit Felin. in c. præterea. num. 2. vers. Secundò not. de spons. sed hoc mirum non est; quandoquidem

lex ipsa

lex ipsa statim, atque promulgata est, semper loquitur, semperq; admonet, ne prohibitum crimen subditi cōmittant, remuè lege vetitā agant, atq; idcirco alia specialis monitio nō requiritur arg. l. Arriani & ibi Add. ad Bart. C. de hæret. & c. cùm Marthæ vers. Mosaica lex clamat de celeb. miss. iunct. c. à nobis de sent. excom. & vt in re nostra dixit Abb. in cap. 1. nu. 2. de rapt. & Felin. in c. nuper. nu. 8. vers. In ea in fin. dicas de sent. excom. & Couar. eod. vers. Trina verò monitio, atque ob eam rem admonitio hominis non requiritur; ex quo ipsa lex admonet: etenim & è contrario, vbi adest prouisio hominis, cessat prouisio legis arg. §. permissum est itaque in Instit. de tutel. iunct. tit. de legit. agnat. tut. in prin. & arg. l. fin. C. de pact. admonet igitur lex generaliter, sed non speciatim, ac nominatim, & hoc ob eam rationē, quoniam pro futuris culpis excōmunicationem fert; & ob id, qui in culpa futurus sit, ignorat; atque hoc sensit Mar. Soci. Sen. in c. perpendimus. n. 67. iuncto antecedente. ¶ Excipitur tamen, vbi aliter iure cautum esset; nam tunc, admonitio etiam à iudice vt fiat, postulatur, vt habetur in Clem. fin. §. fin. & ibi not. Gloss. in verb. Ipso facto de stat. mon. & in Clem. 1. & ibi quoque Gloss. in verb. Factam de dec. Secundò ex parte causæ admonitio etiam non requiritur, & primò vbi ob eandem causam excommunicatio, censuraué alia in quempiam fertur, quamobrem à iure iam lata est; vt exempli gratia si iudex eum excommunicet, qui ob clerici percussionem in excommunicationem iuris iam inciderat ob c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. nam hic admonitio non postulatur; Præsenti decreto statuimus, dicitur enim in c. reprehensibilis de appell. vt nec prælati, nisi canonica commonitione præmissa, suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos, nisi forte talis sit culpa, quæ ipso suo genere suspensionis, vel excommunicationis pœnam inducat. Hæc ibi Summus Pont. ex quibus proposita conclusio probari videtur, atque ita tradidit Rip. in cap. 1. num. 81. vers. Secundò declara de iud. & Quintil. Mandos. in Add. ad Lap. in verb. Venerabili alleg. 73. & Abb. in cit. cap. reprehensibilis, & Dec. vbi de communi sententia testatur, & Marian. Socin. Sen. in cap. perpendimus. nu. 119. cum seq. vers. Quintò fallit de sent. excom. & in c. cùm pro causa n. 25. vbi excommunicatum à iure pro delicto ab homine sine alia contumacia excommunicari posse communiter concludi ait: hinc Abbatem quendam, qui monacum admonitione non adhibita excommunicauerat, propterea quòd è claustro licentia non habita exijsset, ob hoc defensum commemorat Panor. in cit. c. reprehensibilis; quandoquidem statuto eius monasterij excommunicatio in exeuntes eadem ratione è claustris ipso facto ferebatur: vel igitur communi, vel præcipuo diœcesi iure excommunicatus quis sit, ob eandem causam à iudice admonitione non adhibita legitimè excommunicabitur. Contra quam tamen exceptionem facere videtur. Primò, quòd cōtumax tantùm excōmunicari debet; hic verò potest esse non contumax, vt pote quia ipsum delicti pœnituit: atqui ad hoc respondetur, ex quo contra legē fecit, eum pro contumace haberi arg. c. 1. de præsumpt. & arg. c. estote iunct. ijs, quę ibi dixit Abb. nu. 6. vers. Vltimò not. de reg. iur. ergo vt præsumptus contumax excōmunicabitur; quod potest, vt habetur in c. venerabilibus. §. portò vers. Idem est etiam de sent. excom. lib. 6. nam pro contumace semper habetur, quousque à contumacia discessisse appareat arg. c. semel malus de reg. iur. lib. 6. Secundò facere contra eandem exceptionem videtur, quòd & pro delicto notorio, antequam excōmunicatio feratur, admonitio intercedere debet, vt supra proximè probauimus: ad hoc etiam respondetur exceptionem eam locū habere in delictis, pro quibus à iure excōmunicatio, suspensioué fertur; contraria verò ratio, vbi pro delicto censura à iure non fertur; id quod fortasse fit, quòd grauiora ea delicta, frequentioraué legislator existimauit, vbi à iure censura in eos fertur, qui ea cōmitterent, atque idcirco permissum est, vt canonica admonitione non intercedente excōmunicatio feratur arg. c. ita quorundam de iudæ. Postremò repugnare eidem exceptioni etiam videtur, quòd hac ratione, qui delictū huiusmodi commisit, excōmunicari etiam poterit; quāuis absolutionem excōmunicationis à iure latæ petat, atque ad ecclesiæ obtemperandum paratus sit; quod ecclesiæ consuetudini repugnat, quæ à contumacia discedentem semper absoluit, & nemini ad se redeunti sinum claudit, vt habetur in cap. ex literis de constit. & c. super eo de hæret. hinc Couar. in cit. §. 9. nu. 5. vers. Trina, eum canonem de declaratione, ac de denuntiatione intelligendum sensit. Atqui à proposita exceptione non discedemus; quæ locum non habebit, vbi excōicatus à iure absolutionē peteret, atque idcirco in contumacia ipsum non perseuerare constaret ob iura proximè citata: nec obstat cit. c. reprehensibilis; nam ibi proponitur regula, quę per citata proximè iura declaratur quod fieri debet, vt iura iuribus concilientur arg. c. cùm expediat de elect. lib. 6. & l. 1. C. de inoff. dot. Item admonitio non requiritur, vbi periculum in mora est; exempli gratia quis iam, iam delictum

commissurus est, &, si admonere ipsum velit, verendum est, ne interim delictum committat; in hoc igitur casu admonitio legitimè omittetur, vt Felin. tradidit in c. cùm sit Romana. num. 26. vers. Decimo tertiò not. vbi quosdam alios idem sentire ait de appell. & in c. sacro. num. 4. vers. Secundò limita de sent. excom. & Nauar. in c. cùm contingat Quinta causa nullit. num. 1. vers. Non obstat primò de rescript. hæc exceptio, quæ communiter recepta videtur, mihi non satisfacit: nam hic, quem quis excõicare vult, aut delictum iam iam commissurus existimatur, aut iam in delicto est, & in vtroque casu admonitionem adhibendam esse, ac posse censeo hac ratione; in priori casu, admonendo ne delictum committat excommunicatione ipso facto proposita, si contrafaciat; in altero verò casu, si à delicto non desinat: ergo in hoc periculum in mora non est, imò intermunando excommunicationem fortasse à delicto desistet. Confirmatur hoc per cit. c. sacro de sent. excom. in antiq. iunct. c. constitutionẽ eod. lib. 6. quandoquidem in cap. sacro prohibetur, ne quis excommunicationem ferat, nisi competenti admonitione præmissa, & ita duo ibi dicuntur scilicet, vt admonitio adhibeatur, & vt competens fiet: quò ad admonitionem Romanus Pont. in eo. c. sacro nullam exceptionem facit; idque merito, quandoquidem rarò, vel nunquam contingit, vt admonitio adhiberi nequeat, vt ex dictis apparet; at quò ad competentem admonitionem, vt pote vt trina sit aliquorum dierum interuallo intercedente, quòd fieri posset, si hac ratione admonitio fieret, in mora periculum esse, ob eam rem Summus Pont. in cit. c. constitutionẽ, quo in loco de competenti admonitione agitur, vbi facti necessitas aliud suaderet, moderandã permisit, Nisi facti necessitas, dicitur enim ibi, aliter ea suaserit moderandam, ex quo verbo Moderandã probatur eidem Rom. Pont. noluisse etiam necessitate vrgente admonitionem prorsus omitti, sed illud tempus moderari; nam, si nullam admonitionem fieri voluisset, nõ moderandam, sed tollendam dixisset. Quare exceptionem hanc, quò ad solemnem illam admonitionem habere locum censeo, quę habetur in cit. c. constitutionem; non autẽ quò ad simplicem admonitionem, cuius exempla supra posuimus, atque sic sensisse reperij postea Marian. Socin. Sen. in c. perpendimus. nu. 14. vers. Primò fallit de sent. excom. vbi in hoc casu vnam monitionem sufficere dixit. Item admonitio non requiritur, vbi interdictum, ac suspensio pro pœna in primis feruntur, non autem, quò à contumacia discedatur, vt DD. communiter concludunt, Inn. in c. ad hæc quoniam. 5. nu. 3. vers. Et not. quòd interdictum, & nu. 4. de appell. & in c. 1. nu. 3. vers. Item quidam dicuntur de excess. prælat. & Abb. in eod. cap. reprehensibilis. nu. 3. & Dec. nu. 2. & Præposit. nu. 2. de appell. idem Abb. in c. 2. num. 2. & Mat. Socin. Sen. nu. 3. de cler. excom. min. & Bero. in cap. cùm sit Romana. nu. 89. & Felin. nu. 22. vers. Quintò not. de appell. idem Felin. in c. sacro. nu. 5. vers. Quintò fallit, ibi & limita, & Rip. in cap. 1. nu. 81. vers. Secundò intellige de iud. & Cald. in tract. de interdict. vers. Ad quartum mẽbrum, & Petr. Fol. in sua prax. crim. canon. in 2. part. iud. c. 33. n. 96. & Gabr. com. concl. n. 159. concl. 1. de cit. lib. 2. namq; admonitio fit, quò quis à contumacia discedat, atque vt ecclesiæ pareat arg. c. ex parte. 1. de verb. sign. ac propterea, vbi à contumacia discedit, atque ecclesiæ parere vult, non modò censura in hunc non fertur, sed iam lata tollitur, vt habetur in cap. ex literis de constit. at, vbi interdictũ, suspensionẽ pro pœna fertur, esto, admonitus ecclesiæ parere velit, non tamen impeditur, quò minùs censura feratur arg. c. eos, & c. fin. de temp. ord. lib. 6. & ita frustra admonitio illa fit, cùm suspensio, interdictumue semper subsecuturũ sit, vt dixit Inn. in cit. c. ad hæc 5. nu. 4. vers. In alijs autẽ suspensionibus; iure igitur, vbi censura pro pœna fertur, admonitio non adhibebitur: pro pœna verò & censuras ferri posse de suspensione probatur in cap. tam literis in fin. de testib. & id tradidit Inn. in cit. c. ad hæc, & in c. 1. de excess. prelat. de interdicto id sensit Abb. in cit. c. reprehensibilis. nu. 3. de excommunicatione probatur in c. fin. 24. q. 2. & Dec. id dixit in cit. c. reprehensibilis. nu. 2. vers. Sed tamen, & nu. 4. vers. Et ex his limitatur: quãuis quò ad excommunicationem maiorẽ locum habeat, vbi in mortuos fertur arg. cit. c. fin. 24. q. 2. quandoquidem, vbi in viuos fertur, absolutio semper impetrari potest arg. c. qua fronte de appel. ob ea, quæ diximus alibi supra. Ex parte eius quoque, qui excõmunicatur, censuraue alia constringitur, admonitione opus non est, vbi aliunde notoria, manifestaq; ipsius contumacia sit, vt exempli gratia quia iudice pro tribunali sedente prædixerat in iudicio vel se minimè cõpariturũ, si citaretur; vel se non pariturũ, si admoneretur arg. c. venerabilibus. §. porrò vers. Secus autẽ de sent. excom. lib. 6. idq; meritò, quãdoquidem admonitio fit, vt, an parere velit nec ne, iudex experiatur, & quò eius contumacia conuincatur; quare, cùm manifesta sit, quid præterea opus est admonitione? frustra enim fit, quod factum non prodest arg. l. aliquando. §. sub conditione. ff. ad Vell. & l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt legatorum nomine caueatur, & c. 2. de præb. Accedit.

quòd

quod manifestus contumax materia proxima censuræ est; ergo admonitio alia non postulatur, atque sic dixit Felin. in c. sacro. nu. 6. vers. Sextò limita de sent. excom. vbi alios quosdam idem sentire ait, & Lap. alleg. 73. & Quintil. Mandos. in Add. ad eum in verb. Offensa, & Couar. in c. alma pars. 1. §. 9. nu. 6. vers. Et hæc quidem, ibi sic sanè in contumacem de sent. excom. & Franc. de Aret. in c. 1. nu. 60. & Bero. nu. 214. & Dec. nu. 34. qui de cõmuni testatur, sicut etiam id tacitò Felin. num. 18. vers. Vtrum excõmunicatio de iud. Non nulli tamen contrarium sentiebant, quos refert Felin. in eod. vers. Vtrum excommunicatio; & hoc ob eam rationem; quoniam &, vbi factum notorium est, citatio sequitur: hæc ratio propositam sententiam non tollit; nam, aut illi volunt citationem fieri, quò appareat, an excommunicari possit, & id nos etiam faciendum dicimus; nam, esto de delicto constet, an tamen satisfacere velit, & ita an contumax sit, latet; quod in casu nostro non est, ex quo manifestus contumax est; aut citatio illa fit, vt puniatur, & in hoc etiam dicimus rectè fieri; nam graue præiudiciũ per pœnam fit, nec tolli ad arbitrium nostrum tunc potest arg. eorũ, quæ tradidit Abb. in c. ex literis. nu. 10. & ibi DD. de cõstit. quod præiudicium per censuram, vt à contumacia discedatur, latam non generatur; quandoquidem, statim, atque à contumacia discessit, absolutionem consequitur arg. cit. c. ex literis de constit. Admonitio denique non adhibetur, vbi in quempiã pro futuris culpis censura fertur, sic enim dixit Innoc. in cap. sacro in prin. & Felin. nu. 4. vers. Tertiò limita, vbi & alios idem sentire ait de sent. excom. idem Felin. in cap. cùm sit Romana. num. 17. vers. Decimo quarto not. de appell. & Bero. in c. quoniam contra. nu. 137. de probat. & Dec. in c. reprehensibilis, vbi alios & ipse idem sentire inquit de appell. & Gemin. in cap. Apostolicæ. §. nos itaque. nu. 5. de re iud. lib. 6. & Lap. alleg. 73. & Quintil. Mandos. in Add. ad eum in litera D. in verb. Pro futuris culpis, & Nauar. in cap. cùm contingat in quinta causa nullit. nu. 1. vers. Non obstat secundò de rescript. & Gabriel de communi testatur in tract. commun. conclus. de cit. conclus. 1. num. 156. lib. 2. & Marian. Socin. Senior in cap. perpendimus nu. 127. vers. Octauò fallit de sent. excom. Primò, quoniam tempus ipsum admonet, vt dixit Soc. eod. Deinde, quoniam satis hic admonetur, ex quo, hoc vt faciat, illud ne faciat, in initio præcipitur, sicuti supra, vbi à lege censura fertur, diximus. Hoc autem locum habet non solùm, vbi pro futuris culpis, sed etiam, vbi pro præteritis, sed sub conditione fertur, vt probatur in cap. præterea. 2. de appell. iunct. cap. Romana. §. caueant de sent. excom. lib. 6. nam, si quis ita sententiam protulerit Nisi Sempronio creditori intra viginti dies satisfeceris, te excommunicatum, suspensum, interdictumue esse cognoscas; hic, cui hoc mandatum est, nisi intra dictam diem satisfecerit, nulla admonitione alia intercedente in censuram incidet, vt probatur in cit. c. præterea iunct. cit. §. caueant in vers. Vel etiam pro iam cõmissis. Quare ego sic concludendum censerem. Aut quærimus, an admonitio aliqua postuletur, & tunc aliquam requiri omnino censeo ob c. sacro de sent. excom. & in hoc casu locum habebunt contraria proposita. Aut quærimus, an requiratur admonitio illa canonica, trina scilicet, qua de agitur in c. constitutionem de sent. excom. lib. 6. & in hoc casu cõmunem sententiam locum sibi vindicare censeo; tum quòd sententia huiusmodi se habet, sicut lex, quæ semper admonet, vt supra diximus; tum quòd, vbi dies adiecta est, ipsa pro homine admonet arg. c. fin. de loc. & l. magnam. C. de contrahend. stip. & vt sensit Ias. in l. si ex legati causa nu. 12. cum multis seq. ff. de verb. oblig. & in casu nostro Inn. in cit. c. sacro in prin. & Felin. nu. 4. vers. Tertiò limita de sent. excom. pro futuris culpis igitur admonitio quidem adhibetur, sed non canonica. Idem etiam, vbi pro præteritis delictis sub conditione, & hoc siue generaliter, siue specialiter feratur arg. c. à nobis. 1. de sent. excom. & cit. c. præterea. 2. de appell. & cit. cap. Romana. §. caueant de
3 sent. excom. lib. 6. † Pro futuris culpis autem censura ferri dicitur, vbi pro culpis fertur, quæ nec extiterunt, nec sunt, vt sensit Innoc. & Host. & Imol. In c. P. & G. de off. deleg. quos refert, ac sequitur Nauar. in eod. c. cùm contingat in quinta causa nullit. num. 5. de rescript. si ergo pro ea culpa feratur, quam quis iam cõmisit, vel pro ea, quam tunc cõmittit, non pro futuris latã, sed pro præterita in priori casu, pro præsenti in posteriori dicemus, vt sensit Nauar. eod. & de priori casu probatur in cit. c. Romana. §. caueant, ibi vel Etiam pro iam commissis sub hac forma, si de illis intra tale tempus minimè satisfecerint: ex quibus verbis apparet pro præteritis culpis tunc dici excommunicationem ferri, vbi sic fertur Nisi intra tantum temporis pro commissis culpis satisfecerit, excommunicatus sit. Nõ etiam requiritur, vbi cum vniuersitate quis censura
4 constringitur ob alterius culpam. † Atqui an, vbi admonitio requiritur, ea omissa censuræ sententia valebit? Videbatur sanè dicendum ipsam non valere ob c. statuimus, & c. constitutionem, & c. statutum de sentent. excom. lib. 6. in quibus iuribus, si admonitione non adhibita

excommunicentur ij, qui cum excommunicatis versantur, excommunicationem latam non valere dicitur; ergo admonitione omissa sententia censuræ non valet. Verùm contrariam sentententiam amplexari debemus, vt. s. sententia censuræ valeat, etiam si admonitio adhibita non sit. Sic enim DD. asserunt Gloss. in c. sacro in verb. Iusta de sent. excom. & in c. 1. in verb. Iudiciario. & ibi quoque Abb. num. 3. de excess. prælat. in antiq. & in cap. Romana in verb. Iniustas de sent. excom. lib. 6. & in sum. 2. q. 1. & in c. reprehensibilis, & ibi etiam Abb. nu. 13. de appell. & Inn. in cap. ad hæc, 5. nu. 3. de appell. & Felin. in cap. cùm sit Romana. nu. 17. vers. Secundò, & Bero. nu. 87. de appell. idem Bero. in c. quoniam contra. nu. 96. de probat. & Rip. in c. 1. nu. 70. de iud. & Quintil. Mandos. in tract. suo de monit. q. 31. num. 7. viden. & Rot. decis. 10. de sent. excom. in antiq. & decis. 51. nu. 3. de appel. in nou. & Cassador. decis. 2. nu. 12. de pension. ac regul. cancel. & Gabr. com. concl. de cit. nu. 155. concl. 1. nu. 2. ac denique de cõmuni sententia testantur Dec. in cit. c. reprehensibilis. nu. 7. & Couar. in cap. alma pars. 1. §. 9. nu. 7. vers. Quòd, si excommunicatio de sent. excom. lib. 6. & Mar. Socin. Sen. in c. perpendimus. num. 132. vers. Postremò pro complemento de sent. excom. Et probatur in eod. c. sacro; nam, admonitione prætermissa, etiã si alias iusta excõmunicationis sententia sit, punitur tamen iudex, qui illam tulit, vt ibi dicitur; si ergo admonitione non adhibita sententia iusta esse potest, omnino hac ratione ipsam latam valere concludendum est; alioquin nec sententiæ nomen, minùs etiam iustæ habere mereretur, quandoquidem non entis nullæ qualitates sunt arg. l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. & accidens sine subiecto esse non potest, nisi ex miraculo arg. l. 1. & 2. ff. de vsufruct. Nec repugnat cit. c. statuimus; nam speciatim in eo casu id cautum fuit, ne facilè plures in excommunicationes inciderent, vt dixit Abb. in cit. c. sacro. num. 9. vers. In Gloss. 2. illud ergo ibi fit, quoniam sic lex cauit, atque sic etiam sensit Couar. in c. alma pars. 1. §. tertius. nu. 6. de sent. excom. lib. 6. imò, ex quo in eo casu præcipuo id cautum habemus, contrarium in alijs sentire debemus; quandoquidem exceptio regulam contrariam esse significat arg. l. nam, quòd liquidè. §. pen. ff. de pen. leg. censura igitur etiam admonitione non adhibita valet. Quæ regula non solum in ordinario iudice, verùm etiam in delegato locum habet, vt inquit Inn. in cap. illud de cler. excom. min. & Abb. in cit. c. reprehensibilis. nu. 13. & Dec. nu. 7. qui & alios idem sentire ait, & Couar. eod. nu. 7. ibi Nec refert, vbi de communi sententia testatur, & Felin. in cit. cap. cùm sit Romana. nu. 19. vers. Fallit primò, vbi contra quosdam opinionem hanc tuetur de appell. & Nauar. in cap. cùm contingat in quinta causa nullit. nu. 7. quo in loco & alios idem sentientes commemorat: quam sententiam verissimam ego etiam amplector, tum quòd probatur in cit. cap. sacro; nam sancta Syn. generaliter prohibet, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione præmissa, promulgare præsumat, & ita generaliter loquitur, ob dictionẽ illam Ne quis arg. l. 1. ff. de verb. sign. & c. si quis suadente diabolo à contrario sensu: deinceps subiungit, si contrarium præsumpserit, etiam si iusta sententia sit, iudicem tamen puniendũ esse; ergo, sicut prohibitio generalis est, ita & versiculus ille Etiam si iusta fuerit sententia, generalis esse debet, vt. s. tam de iudice ordinario, quàm de delegato ibi agatur; ac propterea, vt ab ordinario admonitione non adhibita sententia nihilominus valet, ita & à delegato lata valebit; tum quòd ratio, quamobrem sententia censuræ sic lata valet, eadem & in ordinario, & in delegato locum habet, censuram ecclesiasticam. s. & admonitione non adhibita valere, quoniam eius vis non ab admonitione illa, à iudiciarioq; ordine, sed ab ecclesiæ clauibus, atq; à iurisdictione pendet, vt tradit Abb. in c. ab excommunicato de rescript. num. 10. Nec obstat, quòd contrarium amplexata est Rot. decis. 10. & decis. 23. de sent. excom. in antiq. Nam primò, contrariam sententiam sequitur Collector ibi in cit. decis. 23. Præterea nulla probabili ratione id suadetur. Nec dictum illud Ottonis quicquam facit, qui dicebat delegati sententiam aut iustam esse, aut nullam; quandoquidem communiter reprobatur, vt inquiunt Nauar. & Felin. in cit. proximè locis; vel igitur à delegato sic censura feratur, nihilominus valebit. Excipitur tamen, vbi delegato iudici forma præscripta huiusmodi esset, vt admonitionibus adhibitis censuram ferret; quandoquidẽ in hoc casu, si admonitiones non adhibeat, sententia nulla erit, vt citati DD. proximè inquiunt, Felin. in eod. c. cùm sit Romana. nu. 19. & Dec. in cit. c. reprehensibilis. nu. 7. vers. In Glossa. 2. ibi & illa opinio, & Couar. eod. §. nu. 8. vers. Sunt tamen, qui existiment; vbi &, quãdo quid huiusmodi pro forma mandatum sit, declarat; etenim forma non seruata actus nullus est arg. c. cùm dilecta de rescriptis, & c. pisanis de restit. spol. & cap. fin. de præbend. in hoc ergo casu à delegato admonitione non adhibita, si censura feratur, nulla erit. Secundò excipitur, vt. s. sine admonitione censura nulla sit, vbi in eos fertur, qui cum excõmunicato versantur ob cit. c. statuimus, & c. constitutionum,

tutionum,

tutionum,& c.statutum de sent.excom.lib.vt supra diximus, ibi & quamobrem id fieret,rationem etiam reddidimus:quæ tamen exceptio locum non habet, vbi quis eos excommunicat,qui cum excommunicatis ab alio versantur; nam tunc admonitione omissa nihilominus censura valebit,vt dixit Ioan. And. in cit.c.statuimus,quem refert Abb.in eod.c.sacro.nu.9.vers. In Gloss. 2.& sequitur Anchar. in cit.c.constitutionem in prin.& Gemin.num.4.vers. Quid si episcopus excommunicat,& Philip.Franc.eod.in prin.& probatur in cit.c.statuimus de sent.excom.lib.6. Statuimus,dicitur enim ibi,vt nullus iudicum participantes cum excõmunicatis ab eo eo, &c. ante monitionem canonicam excommunicare præsumat, &c. ecce hic loquitur de iudice; qui excommunicat participantes cum excommunicato ab eo,id est à se;ergo secus,si quis excommunicet eos,qui cum ijs versantur,qui ab alijs excommunicati sunt: id quod iure optimo cautum est,quandoquidem,vt DD.citati proximè inquiunt, faciliores iudices ad excommunicandos eos sunt,qui cum excommunicatis à se versantur,quàm eos, qui eorum communione vtuntur,qui ab alijs excommunicati sunt. Nec obstant cit.c.cõstitutionem,& c.statutum,quæ generaliter loquuntur;nam,ex quo ea iura interpretantur cit.c.statuimus, eisdem terminis concludũntur,quibus idem c.statuimus;nam lex interpretans ad normam legis intelligitur,quam interpretatur arg.auth.de fil.ante dotal.instrum.nat.& ibi not.Bart.locum igitur solùm habebit, vbi eos excommunicat,qui cum excommunicatis à se versantur. Tertiò excommunicatio,censuraq; alia ecclesiastica admonitione prætermissa non valet, vbi in monitorio aliquo executorio sine causæ cognitione,siue clausula iustificatoria Si te senseris grauatum &c.fertur; nam, quòd monitorium ipsum nullum est de sententia Bart. in l.1.C. de execut. rei iud. & Nauar. in c.cùm contingat in octaua causa nullit.nu.1. de rescript. vbi & alios idem sentientes refert, ob eam rem & censura est nulla,vt sensit Bald.in l.1.C.quomodo, & quando iudex, & Nauar.eod. & in Man.cap.27.nu.11.vers.Quod adeò,vbi materiam hanc egit;etenim accessorium eius naturam sequitur,ad quod accedit,vt habetur in c.accessoriũ de reg.iur.lib.6. Quare, si exempli gratia Titio,causa minùs cognita, sic iudex præceperit, vt, nisi intra decẽ dies Seio satisfecerit, statim excommunicatus sit,non adiecta ea clausula iustificante Et si senseris grauatum &c.præceptum illud nullum est,nullaq; excommunicatio, sicut Nauar.eod.sensit.

SVMMA.

1 *Personaliter admoneri, citariuè debet, quem excommunicare,censuraue alia irretire volumus; quæ regula, quatenus pateat,etiam declaratur.*

I.

1 § † Personaliter itidem,id est ipsemet admoneri,citariuè debet,quem excommunicare,censuraq; alia irretire volumus; tum quòd censura contra contumacem ferenda est, vt asseruimus supra, &, an contumax quis sit,nisi ipsemet, ac personaliter admoneatur, sciri non potest;tum quòd de grauiori præiudicio agitur, quo casu citatio ad domum facta non sufficit, vt sensit Quintil.Mandos.in tract.suo de monit.q.26.ipsemet igitur, quem excommunicare volumus,admonebitur,atq; ita dixit Felin.in c.cùm sit Romana.nu.24.vers. Decimò not.de appel. & Rot.decis.28.n.5.vers. Quia regulariter de appel.in antiq.& Decis.15.de sent.excom.eod.& decis.11.de dol.& contum. in nou. & decis.1.nu.4.vers. Excommunicari enim nemo debet de fer.& Marian.Socin.Sen.in c.nulli.nu.15.vers.Secundò quæro de sent.excom.& Quintil. Mandos.ead.q.26.vbi hoc latiùs prosequitur, & communiter sententiam hanc receptam esse testatur in Add.ad Lap.alleg.73.vers.lib.6.& Couar. in c.alma pars.1.§.9. num.4. vers. Ab eadem de sent.excom.quare neque ad domum admonitio facta sat erit, vt dixit Inn.in cap.fin.num.3. vers.Item est etiam in absente,& Abb.num.14.vers. Secunda conclusio, de eo, qui mittitur in poss.causa rei seruan. Quæ regula sic proposita declaratur, vt locum non habeat, primò vbi is, quem admonere,citareuè volumus,vel dolo malo absens factus est,vel latitat,vel impedit,quò minùs citatio, admonitioue ad eum perueniat; nam in hoc casu, ad domum si fiat, sat erit, vt tradidit Inn.in cit.c.fin.nu.3.vers. Et hæc intelligo vera de eo, qui mittitur in possess.causa rei seruan.& sequitur Rot.in cit.decis.11. de dol.& contum. & Mandos. ead.q.26.num.4.vers. In quibusdam autem casibus,& in vers. Et in aliquibus casibus, & Foller.in sua prax.crim.canon. in 2.p.iud.in vers.Reperti culpabiles.num.15.& nu.17.& Couar.eod.vers.Primus passim constituetur:& facit ad hoc c.quoniam frequenter.§.porrò vt lit.non contest.quod tamen impedimentum,nec non dolus huiusmodi probari debet,antequam excõmunicatio feratur; quando-

quidem nec factum, nec dolus præsumitur, nisi probetur arg.l.dolum.ff.de dol.atque ita Rot. dixit ead.decis.11.&, si reus domũ non habuerit, in ecclesia cathedrali eius loci admonitio fiat, vt inquit Foller.eod.nu.28.cum seq. Secundò declaratur, vt proposita regula locũ non habeat, vbi censura non in certam personam, sed generaliter fertur: quod fit primò, vbi pro futuris culpis fertur, cuiusmodi sunt censuræ omnes, quæ à iure feruntur; nã lex, etsi semper admonet arg. l.Arriani. C.de hæret. & cap. cùm Martæ vers. Clamat lex mosaica de celebr. miss.non tamen hunc, illumuè speciatim admonet; idque iure optimo, quandoquidem, quis nam contra ipsam venturus sit, ignorat, ex quo de futuris contingentibus determinata veritas non est, vt in cap. de futuro contingenti in lib.de interpræt.docuit Phil. & τὰ μέλλοντα προγινώσκειν ἐν τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐστίν, vt ad Demonicum scripsit Isocrates. Item id etiam fit, vbi pro præteritis culpis, ac præsentibus ab homine fertur, sed, quisnam in culpa sit, ignoratur: tunc enim, quod nominatim admoneri, qui in culpa est, non potest; ob eam rem generaliter admonetur arg.cap.2.de off.ord.Hinc ecclesia, vbi, quisnam furtum fecit, ignorat, sic generaliter excommunicationem ferre consueuit, vt qui rem furto sublatam detinet, ab aliouè detineri scit, nisi detinens intra tantum temporis restituerit, detinentemuè patefecerit, excommunicatus subitò fit arg. cit.c.2.de off.ord.iunct.c.ex parte.1.de verb.sign.& vt not.Abb.in c.dilectus de excess.prælat. & in c.qui cum fure.num.2.de furt. Tertiò declaratur, vt locum sibi non vindicet, vbi admonitio nulla requiritur, quod quando id fieret, supra hoc cap.posuimus: quare, vbi vniuersitas pro aliena culpa interdicto subijcitur, cuiusmodi habetur in c.si sententia de sent.excom.lib.6.speciatim vniuersitas illa non admonebitur, atque sic dixit Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.19.de interdicto; quandoquidem nec admoneri debet, sed is, ob cuius culpam interdictum fertur. Quartò nõ requiritur, vt personaliter, quis admoneatur, citeturq; sed sat erit, vt ad domum citetur, admoneaturuè, vbi in excommunicationem iterum conijcitur, propterea quod malè absolutus erat, vt sensit Inn.in c.fin.nu.3.vers.Et hæc intelligo vera de eo, qui mit.in possess.caus.rei seruand.& Rot.decis.7.vers. Fuit tamen per aliquos dubitatum de sent.excom. in nou.& Add.ad Abb.in c.sacro in litera E de sent.excom. & Couar. in cap.alma pars. 1.§.9. nu.4.vers. Quartus casus de sent.excom.lib.6. Quintò non requiritur, vbi citatio, admonitiouè ad domum facta ad aures eius venit; etenim certus certior fieri non potest cap.eum, qui de reg. jur.lib.6.atque hoc communiter receptum esse testatur Couar.eod.num.vers. Tertius casus; legitimè igitur hic excommunicabitur. Postremò, vbi quis legitimè fuit semel ad causam citatus personali citatione; nam deinceps ad domus citatus per edicta, in ipsouè tribunali excommunicari poterit, vt dixit Couar.eod.nu.vers. secundus.

SVMMA.

1 *Monitio trina esse debet, quò excommunicatio, censuranè alia legitimè feratur; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Monitio trina vno temporis momento facta non sat est, vt si dicatur Admoneo, Admoneo, Admoneo, & cæt.*

3 *Dierum aliquorum internallũ intercedere debet inter ipsas tres admonitiones; & qua vatione id fiat.*

4 *Dies vnus, an plures inter vnam admonitionem, & aliam intercedere debeant.*

5 *Admonitio hæc trina autore iudice, aliquando petente aliquo, & præsentibus testibus fieri debet.*

6 *Litis contestatio ad censuram ferendam non requiritur.*

II.

1 §. † Ter admonitus, citatusuè esse itidem quis debet, antequam ab homine per sententiam excommunicetur, censuraué alia constringatur; sic enim habetur in c.omnes decimæ. 16. q.7.& in c.de presbyterorum.17.q.4.& in c.constitutionem.§. statuimus de sent.excom.lib.6. sic quoque sensit Gloss.in eod.§.statuimus, & Gemin.& Anchar.nu.2.vers. Quartò not. & Phil. Franc.in prin.& eadem Gloss.in c.statuimus in verb. Monitionem de sent.excom.eod.lib.& in c.sacro in prin.eod.in antiq.& ibi quoque Innoc.in verb. Admonitione,& Zab.in Clem.1.vers. Secundò not.& nu.23.vers. Vigesimo quintò de dec. & Couar.in c.alma pars.1.§.9.nu.5.vers. Monitio autem de sent.excom.lib.6.& Marian.Socin.Sen.in c.perpendimus. nu.104.vers. Sed circa prædicta cum multis seqq. vbi de communi sententia testatur de sent. excom. sicut etiam Couar.eod.vers. Monitio; idq; meritò, nam, sicut probatur in cit.c.omnes decimæ, & in cap.de presbyterorũ, ita trinæ admonitionis huius specimẽ quoddã dedisse Christus dominus videtur

illis

illis verbis Si peccauerit in te frater tuus,&cæt. à quo Christo excommunicationis ferendæ potestas,nec non alterius censuræ tradita est,vt probauimus supra cap. 1.cuius Christi actio nostra instructio esse debet arg.c.exemplum domini.12.q.1,ter igitur quis admonebitur,citabiturue, antequam excommunicetur,censuraue alia irretiatur. Quæ regula locum habet, à quocunque iudice ordinario,delegatoue,ab episcopo,ab inferioriue cēsura feratur;nam Rom.Pont.iudicibus hoc præcipit in eod.c.constitutionem. §.statuimus; ergo, ex quo plurium numero vtitur, cuiusque generis iudices omnes comprehendit, vt dixit Io.And.relatus à Philip.Franc.in eod. §.statuimus: ac planè non est, quod de hoc dubitemus; quandoquidem nulla ratio suadet,cur ab hoc magis, quàm ab illo iudice admonitio trina hæc adhibeatur; atque ita not. Gemin. & Philip.Franc.& Anchar.num.2.vers. Item ponderet. Quamobrem etiam fit, vt in omnibus censuris proposita regula locum sibi vindicet. Item trina hæc monitio fieri debet non solùm, vbi contra quempiam speciatim,ac nominatim fertur;verum etiam vbi generatim, vt inquiunt Bertrand.& Ioan.de Imol.quos refert, ac sequitur Marian.Socin.Senior in cit.c.perpendimus, num.110.cum seq.vbi & formam ponit. Excipiuntur autem primò casus omnes,in quibus nullam admonitionem requiri recensuimus supra in hoc cap.in prin. nam, ex quo ab illis admonitio remouetur,ergo & qualitas hæc,vt trina sit;cùm accidens sine subiecto esse nequeat,nisi miraculosè,vt ita dicam arg.l.1,& 2.ff.de vsufruct.& in instit.eod.in prin. quare,quòd manifestus contumax non admonetur,vt vidimus supra hoc cap.in prin.ob eam rem nec ter admoneri debet,vt dixit Abb.in c.1.nu.28.cum seq.vers.Explicitis Gloss.& Rip.eod.nu.81. & Felin.nu.19. vers. Quartò fallit de iud. Item excipitur, quando ex vnica citatione,monitioneq; apparet,& constat de manifesta eius contumacia;nam sine alia monitione excommunicari poterit,vt dixit Marian.Socin.Senior in c.perpendimus.nu.115,vers.Secundò fallit,& in c.nulli, vbi cōmunem opinionem hanc sentit de sent.excom. Non etiam, qui prohibuit, quò minùs citatio, admonitioue ad eum perueniret arg.c.quoniam frequenter.§.1, vers. In huiusmodi casibus,vt lit.non contest.& vt dixit Abb.in cit.c.1.num.28,vers.Et ego allego textum apertum,& in cap.ex tuæ, num.12,vers. Sed aduerte, quia hoc de cler.non resid.& sensit etiam Marian.Socin.Sen.in cit. c.perpendimus.num.115.vers. Secundò fallit de sent.excom.hinc Innoc.eum, qui se occultat, impeditue,quò minùs citatio ad eum perueniat, amplius citandum non esse inquit in c.ad petitionem,num.3.vers. Si autem in iudicium citatus de accus. & sequitur eum Abb. in eod.c.ex tuæ.nu.12.etenim, ex quo de contumacia constat, nihil est prætęrea, quod expectetur arg.cap. eum,qui certus de reg.iur.lib.6. Secundò excipitur,vbi episcopus in synodo generaliter admoneret,vt exempli gratia si episcopus sententiam huiusmodi ferat. Qui hoc, illudue fecerit, excommunicatus sit;nam in hoc casu admonitio alia,atque idcirco trina non requiritur;quandoquidem hæc trinæ ad monitionis vim habet, ac propterea in excommunicationem incidit, qui contra eam facit,vt asseruit Rot.decis.19.vbi quæstionem hanc disputauit de dol.& contum.& sequitur eam Felin.in c.cùm sit Romana.num.3.vers.Nonò not.de appell.& Rip.in c.1,nu.82. de iud.quæ exceptio,etiam si vera est, ratio tamen illa,propterea ꝙ in Synodo facta admonitio sit,mihi non probatur; nam, etsi extra Synodum fit, ac propterea generalis sententia censuræ pro futuris culpis feratur,cuiusmodi habetur in c.à nobis.1.de sent.excom.in antiq.& cap.Romana.§.caueant eod. lib.6. nulla deinceps admonitione alia intercedente, qui contra facit, in excommunicationem incidit; idque iure optimo,quandoquidem se habet,sicut censura, quæ à iure fertur; in hanc igitur sententiam propositam exceptionem interpretandam esse censeo,vt colligitur excitatis iur.in ead.decis.19.Tertiò excipitur,vbi aliter iure cautum est,vt probatur in Clem.1.de dec.& not.ibi Gloss.in verb.Factam,& Zab.in vers. Secundò not.in prin.& num. 23,vers. Vigesimo quintò, vbi, qui contra illud cap.facit, si requisitus non satisfacit,statim in excommunicationem incidit. Probatur etiam in Clem.fin.in fin.& ibi not.Gloss.in verb. Ipso facto,& Anchar.eod.in fin.& Zab.in vers.Sed quæro,an sufficiat:hæc itidem exceptio verissima quidem est, quandoquidem iure caueri potest, ne trina monitio adhibeatur arg. cit.c.constitutionem de sentent.excommun.in fin. verùm citatis iuribus non probatur. Non per cit.Clem. 1.de dec.quoniam sub conditione requisitio illa fit, censuraq; fertur, quo casu nulla monitio deinceps requiritur arg.c.præterea,2,de appell.præterea censura illa fertur à iure,quo iure huiusmodi trina monitio non fit,sed vbi ab homine fertur ob cap.constitutionem de sent.excom. lib.6.quibus responsionibus responsum etiam satis videtur ad cit.Clem.fin. de stat.mon.addo in excommunicationem offendentes incidere, nisi moniti resipiscant, vt ibi dicitur, & qua ratione monitio hæc fiat, ibi non declaratur, ergo ter admonitos esse debere concludemus; tum

quòd hoc natura excommunicationis postulat, ad quam verba accommodare debemus arg. l.
si vno.ff.loc.& l.plenum.§.equitij.ff.de vs.& hab. tum ne correctio iuris inducatur, scilicet eius
c.constitutionem, sed vt hoc, & illud inter se concilientur, quod fieri debet arg. c.cùm expediat
de elect.lib.6.& l.vn.C.de inoff.dot. Quartò excipitur, vbi necessitas aliud suadet; nam tunc
& trina monitione non adhibita legitimè censura fertur, vt habetur in eod. c. constitutionem
in fin.& ibi not.& nos supra in principio huius cap. Item, vbi periculum in mora esset. Sextò
vna monitio sat erit, vbi monendus est nimis terribilis monenti; ita enim dixit Socin.in eod.c.
perpendimus.nu.131.vers. Vndecimò de sent.excom.quæ exceptio mihi placet; nam ei, qui fa-
cit, quò minùs admonitio ad eum veniat, persimilis est. Postremò quò ad Romanum Pont.nam
huic iuri subiectus non est arg. c.proposuit de concess.præb. his igitur exceptis casibus, trinam
2 admonitionem aliàs semper adhibebimus. † Atqui an ter admonitus hic existimabitur, qui
eodem tempore ter admonitus est? vt exempli gratia si dictum ei sit Admoneo te, vt creditori
tuo satisfacias; item admoneo te, vt satisfacias; & tertiò admoneo te, vt satisfacias: breuiter
concludendum est ter admonitum hunc non existimari. Primò, quoniam Rom. Pont.statuit in
cit.c.constitutionem in §.fin. vt intra huiusmodi admonitiones aliquorum dierum interuallum
intercedat. Præterea, quoniam, qui eodem tempore dixit Solue. Solue, Solue, non ter hunc de-
nuntiasse, vt soluat, dixit Gloss.in l.4.in verb. Nisi, & sequitur ibi Bart.ff.de pign.act.sicut nec
ter appellasse dicitur, qui ter dixit Appello, appello, appello, vt id tradidit Gloss.in c.ab eo in
verb. Instanter de appell.lib.6. Et faciunt ad hoc, quæ diximus supra cap.16.§.3. vbi de percu-
3 tiente sepius clericum quæstionem disputauimus. † Interuallum igitur quorundã dierum inter
ipsas admonitiones intercedere debet, vel separatim, vel simul fiant. Separatim, vt exempli gra
tia si Seius Titio centum præstare debeat, iudice adito, admonebitur primò, vt intra tres duos
dies Seius Titio satisfaciat; quo biduo elapso, iterum eodem spatio temporis dato, eadem ra-
tione admonebitur; quo præterito, si in contumacia perseueret, tertiò eodem modo admonea-
tur: qui, si neque tunc intra diem hanc satisfecerit, nulla admonitione alia intercedente excom-
municabitur. Simul verò admonitiones huiusmodi dierum quorundam spatio interiecto fient.
Monemus te, vt intra sex dies, quorum duos pro prima, duos pro altera, reliquos pro admoni-
tione tertia damus, Titio satisfacias: hæc enim probantur in c.constitutionem iuncta Gloss.com
muniter recepta, & ijs, quæ ibi à doctoribus traduntur, atque sic tradidit Conar. in cap.alma
pars.1.§.9.num.5.vers.Monitio autem de sentent.excommun.lib.6.& Marian.Socin.Senior in
cap.perpendimus.num. 108. cum multis sequentib.& num.110.vbi postremam hanc formam
4 seruari communiter, & praticari ait de sentent.excommun. † An igitur biduum inter vnam
quamque harum admonitionum intercedere debet? Gloss.in eod. cap.constitutionem in verb.
Competentia pro personarum, & negotij qualitate iudicem tempus hoc moderaturum dixit;
idq; ob eam fortasse rationem Gloss.sensit; quòd tempus hoc iure certum præscriptum non est;
quo casu in arbitriũ iudicis collatũ id esse censetur arg. c.de causis de off. deleg.& l.1.ff.de iur.
delib. Non nulli vnũ diem intercedere tantùm debere existimarunt, & hoc ob l.si conuenerit.ff.
de pign.act.quod tamen ibi non dicitur; imò triduum inter vnam quamque illarum denuntia-
tionum intercedere debere Gloss.ibi sensit. Vnde postremò Philip.Franc.& Gemin. & Anchar.
in eod.c.constitutionem, & quidam alius, vt refert Soc.in eod.c.perpendimus.n.112.duos dies
intercedere debere existimarunt ob vers. Obseruent aliquorum dierum competentia interual-
la; nam, ex quo dicitur Aliquorum dierum, & ita plurium numero lex vtitur; ergo duo saltem
dies inter vnam quamque admonitionem intercedre debent, tutioremq; opin. hanc quidam
ait, & refert Soc.eod.quamuis post factum contrariam opinionem seruandam esse dixerit, vt.s.
vnus dies satis sit, si vnus tantũ est datus arg. c.pluralis locutio de reg.iur.lib.6.& l.vbi nume-
rus.ff.de test. Ego autem huiusmodi Doctorum sententias sic inter se conciliari facile posse cen-
seo; vt.s.pro regula habeamus dies duobus pauciores intercedere non debere ob rationem po
stremæ sententiæ, & hoc ne à communi iuris interpretatione discedamus, quæ habetur in cit.c.
pluralis; nam & eam sequitur Nauar.in Man.cap.27. num.11.& in hoc casu postrema sententia
locum habebit. Excipitur tamen, vbi negotij, personarumq; qualitas aliud suaderet; tunc enim
modò plures, modò pauciores dies intercedent, ob ea, quæ dixit Gloss.atque idcirco prior sen-
tentia locũ hìc habebit; imò nullum diem intercedere quandoq; debere, sed vnam tantùm ad-
monitionem fieri posse concludo. Primùm in casibus supra positis, in quibus admonitionem
nullam requiri tradidimus. Item, vbi necessitas, imminensq; periculum aliud suadet, vt ha-
betur in eod.c.constitutionem in fin.& nos supra hoc cap.in prin.vers.Item admonitio non re-

5 quiritur, vbi periculum in mora eſt; ſic igitur in hac re concludendum cenſerem. † Admonitus igitur eſſe debet, qui excommunicatur, cenſuraué alia conſtringitur. Quæ admonitio iudicis autoritate fiet; nam, quod citationis vim habet, atque ob eam rem iudicij fundamentum eſt, vt probatur in inſtit. in §. fin. de pœn. temer. lit. iure à priuato homine ſine iudicis autoritate fieri non poteſt, atque ita tradidit Bart. in l. neminem. C. de exhibend. reis, & Abb in cap. 1. num. 33. vbi alios idem ſentire ait de iud. Præterea, ſi ad commodum alicuius fiat, eo petente, de cuius commodo agitur, fiet; non enim iudex priuatæ vtilitatis cauſa officium ſuum impertiri cuipiam debet, niſi illud petatur arg. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto, & vt tradidit Inn. in c. ad noſtram. 2. de iureiur. & Abb. in c. 1. num. 4. & Felin. nu. 1. de iud. idem Abb. in c. prout. num. 19. de dol. & contum. & in c. veritatis. num. 5. eod. & Bart. in l. ad peremptorium. ff. de iud. Quod tamen locum non habebit, vbi ex officio ſuo iudex procedit arg. c. venerabilibus. §. attamen, & §. porrò verſ. Sicut quando ſuffraganeus de ſent. excom. lib. 6. & vt ſenſit Abb. in c. ſacro. nu. 15. verſ. Et in fin. Gloſſ. not. & in cit. c. veritatis. num. 5. & in c. 1. num. 9. de colluſ. deteg. Tertiò præſentibus idoneis perſonis, vt dicitur in cit. c. ſacro de ſent. excom. & vt not. ibi DD. Inn. in verb. Præſentibus, Abb. num. 3. verſ. Secundò not. & Felin. num. 1. verſ. Noto ſecundò, idem Abb. in c. tenor. nu. 10. verſ. Ad idem in ſimili, & in c. conſanguinei. nu. 11. verſ. Si autem fuerit appellatū de re iud. &, quòd quid facti eſt, ob eam rē interceſsiſſe admonitio iure ipſo non exiſtimatur arg. l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & poſtlim. reuerſ. & vt citati autores eiſdem in locis inquiunt, & Dec. in c. reprehenſibilis. n. 2. verſ. Et iſta monitio de appel. Id quod locum habet, vt ſcilicet admonitio interceſsiſſe non exiſtimetur, etiam ſi poſt cenſuram latam appellatum non ſit, & appellandi tēpus præterierit, vt dixit Ant. in c. quoniam col. 20. de probat. quem refert, ac ſequitur Abb. in eod. c. tenor, & c. conſanguinei eiſdem in locis: quamuis, vbi in præſentem cenſura lata eſt, & appellationis tempus abijt, ſecus exiſtimauerit Abb. in c. conſanguinei, & Felin. in c. cùm ſit Romana. nu. 25. verſ. Duodecimo not. & Dec. in cit. c. reprehenſibilis. nu. 2. quorum ſententia mihi non probatur; tum quòd ratio propoſita & in hoc caſu locum habet, tum quòd illud c. ſacro ſimpliciter loquitur, & an præſens, abſensué ſit, non diſtinguit; ergo neque nos diſtinguemus arg. l. de pretio. ff. de publ. non nullis præſentibus igitur admonitio hæc fiet. Et, quoniam numerus teſtium præſcriptus non eſt, ne à regula diſcedamus, quæ habetur in l. numerus. ff. de teſtib. duo teſtes adhibebuntur; idq; locum habebit, vel in ſcriptis admonitio fiat; alioquin quòd vna via prohiberetur, alia permiſſa intelligeretur contra cap. cùm quid de reg. iur. lib. 6. quicquid dixerit Tab. in verb. Excōmunicatio. 2. paulò poſt prin. Cauſam denique, quamobrē admonitio hæc fiat, continere ipſa debet, vt dixit Gloſ. in c. conſtitutionem in verb. Seruatis de ſent. excom. lib. 6. ſic enim faciliùs, quid faciundū ipſi ſit, deliberabit, & an parere velit, optimē
6 conſtabit. † Conſtat igitur iam ex his litis conteſtationem in huiuſmodi ſententijs ferendis non poſtulari; etenim & ante litis conteſtationem contumax quis eſſe poteſt arg. c. venerabilibus. §. porrò de ſenten. excom. lib. 6. & c. 1. & ſeq. vt lit. conteſt. item ex officio iudex ſepius eas profert, quo caſu & litis conteſtatio nec in alijs cauſis requiritur, vt probauit Abb. in cap. quoniam. num. 4. vt lit. conteſt.

SVMMA.

1 *Contumax verus eſſe debet, qui excommunicatur, cenſuraué alia conſtringitur.*
2 *Contumax verus qui non eſt, quique verè non offendit, ſi excommunicetur, excommunicationis ſententia valebit.*
3 *Poſitionibus non reſpondens, quo caſu pro confeſſo habetur, an excommunicari poſſit.*

III.

1 § † Verus contumax eſſe, verèq; offendiſſe hic etiam debet, qui excommunicatur, cēſuraué alia conſtringitur; nam, cùm ex triplici ratione ſententia iuſta dicatur, ex animo, ex ordine, & ex cauſa, vt tradidit Gloſſ. in c. ſacro de ſent. excom. & nos probauimus ſupra c. 3. planè, vt iuſta ex cauſa ſit, in primis poſtulatur arg. cit. cap. ſacro. §. caueant: idq; merito; tum quòd ea ſententia iuſta eſt, qua quis ſicut apud eccleſiam, ita & apud Deum obligatus tenetur, & ex iniuſta cauſa obligatus ab eccleſia apud Deum pro obligato non habetur, vt dicitur in cap. à nobis 2. de ſent. excom. & in c. ſi quis non recto iudicio. 24. quæſt. 3. tum quòd de neceſsitate, ſubſtantiaué iuſtæ excommunicationis vera contumacia, veraq; culpa eſt, vt dixit Gemin. in c. Romana. §. in vniuerſitatem. nu. 3. verſ. Nota, quòd licet de ſent. excom. lib. 6. verus igitur contumax

2 esse, vereq; offendisse debet, qui excommunicatur, censuraue alia constringitur: † quamuis, si
verus contumax non sit, censura nihilominus lata valeat; modò is, in quem fertur, pro contu-
mace habeatur, vt diximus in superiori cap. etenim, quò sententia censuræ valeat, vera contu-
macia non requiritur, vt probatur in cit. c. sacro de sent. excom. & in c. 1. 11. quæst. 3. & vt sensit
Philip. Franc. in eod. c. Romana. §. in vniuersitatem vers. In Gloss. in verb. Irretiri, vbi contu-
maciam, vel culpam non esse de necessitate, vel substantia excommunicationis quò ad vincu-
lum dixit, cùm etiam iniusta liget, idem tradidit Gemin. eod. idem asseruit Marian. Soc. Senior
in c. nulli. nu. 24. vers. Quintò quæro de sent. excom. contra eum igitur, qui verè contumax non
3 est, censura ferri non debet: quamuis lata nihilominus valeat, vt diximus. † Atqui, an contu-
max in respondendo positionibus possit excommunicari? Io. And. quem refert, ac sequitur
Socin. in eod. c. nulli. nu. 29. vers. Septimò quæro, id non posse dixit; nam ponens habet id, quod
vult, ex quo habetur pro confesso non respondens per c. 1. de confess. lib. 6. quamuis, si contem-
ptus causa id faceret, tunc contrarium ipse sentiat: hanc opinionem, & dictum ego quoq; sequor
ob ea, quæ tradidit nouissimè Trid. Syn. sess. 25. c. 3. de reform. vbi ferendam excommunicatio-
nem non esse admonuit, vbi aliter prospici potest, quod hic contingit; sed iam ad alia veniamus.

SVMMA.

1 *Contumax, qui censura constringendus est, de contumacia accusatus; & conuictus esse ab aduersario prius debet, quàm censura constringatur.*

2 *Iudex (modò ex suo officio id non faciat) contumacem excommunicare, censuraue alia irretire non debet, nisi aduersario id petente.*

3 *Libellus, quo petitur quem excommunicari, qua ratione conformetur.*

4 *Citari ad audiendam sententiam excommunicationis an excommunicandus debeat.*

IIII.

1 § † Accusatus etiam hic contumax esse debet ab aduersario, atque de contumacia conui-
ctus, antequam excommunicetur, vt probatur in c. quisquis, & ibi not. Gloss. 2. quæst. 6. &
vt sensit Abb. in c. quoniam contra. nu. 10. vers. Tertiò not. ex Gloss. & Felin. eod. num. 28. vers.
Item not. ex ista Gloss. de probat. & Anchar. in Clem. fin. in fin. vt lit. pend. nam, esto contumax
re vera quis sit, iudex tamen, antequam id notum habeat, quod fit contumaciæ accusatione,
censuram ferre non debet arg. c. sacro. §. caueat de sent. excom. vbi iudex admonetur, ne absq;
manifesta, & rationabili causa excommunicationem ferat; id autem non fit, nisi cognita causa,
& causam cognoscere iudex non potest, nisi aduersario petente, ac propterea contumaciã pro-
bante. Id quod locum habet, vel aliunde contumacia ei nota sit; quandoquidem vt iudex no-
tam ipsam habere debet arg. l. hæc autem. §. non defendi. ff. ex quibus caus. in possess. eatur; &
& contumax igitur accusatus, & de contumacia conuictus esse ab aduersario debet, qui excom-
municatur. Excipitur tamen primò, vbi iudex ex suo officio in quempiam censuram fert; tunc
enim per se iudex id animaduertere poterit arg. c. venerabilibus. §. porrò de sent. excom. lib. 6.
Item, vbi pro futuris culpis censuræ ipso iure feruntur iuxta formam traditam in c. Romana. §.
caueant de sent. excom. lib. 6. nam neque hic contumaciæ accusatio requiritur, neque eiusdem
probatio, sicut nec etiam in censuris à iure latis; nam lex ipsa hoc scit, quamuis nos id ignore-
2 mus arg. §. conditiones in fin. in Instit. de verb. oblig. † Sicut autem iudex censuram ferre non
debet ab alio rogatus, nisi ab eo contumacia accusata, ac probata sit, ita nec eadem probata ip-
sam pœnã inferet, nisi ille idē à iudice hoc petat; sic. n. Fastol sensit in decis. Rot. causa. 4. dubita-
3 tione. 14. num. 2. † Petens autem quem excommunicari qua ratione libellum conformare de-
beat, Specul. in tit. de sent. excom. vers. Quid si petatur, docuit: nam ibi formam posuit, quam &
Marian. Socin. Sen. refert, ac sequitur in cap. nulli. num. 80. vers. Vigesimo nonò de sent. excom.
4 Excipitur tamen hic etiam, vbi ex suo officio id facit. † Atqui an ad audiendã sententiã censuræ post
admonitiones factas is, in quem fertur, citari debeat? Breuiter in hoc concludendum est citatio-
nem huiusmodi non postulari arg. c. 1. de iud. & c. sacro iunct. Gloss. competenti de sent. excom.
in antiq. & c. constitutionem eod. lib. 6. nam in eo. c. 1. episcopus ibi contumax legitimè excom-
municatus, citatione alia non adhibita, fuit; ergo citatione opus non est, atque sic Abb. ibi sensit
num. 29. item in cap. sacro, & in c. constitutionem solùm cauetur, vt ante trinam admonitionem
censura non feratur; ergo citatio alia non requiritur, & eo magis, quòd, si contrarium diceremus,
quaterna admonitio, non terna esset; atque sic idem Abb. sensit in c. quoniam contra. num. 2. &
vers.

vers. Nota benè de probat. & in cap. cùm sit Romana. num. 28. vers. Oppono contra tex. in eo, quod dixit, & Gloss. ibi fin. de appell. & Inn. in c. ex parte. 1. num. 4. in verb. Iure de verb. sign. & Gemin. in c. contumacia. num. 5. de hæret. lib. 6. & Marian. Socin. Senior in c. perpendimus. nu. 133. vers. Quæritur nonò de sent. excom. Excipitur tamen, vbi censura pro pœna fertur; nam, q de grauiori præiudicio tunc agitur (non enim ad arbitrium suũ absolutionem quis consequi potest arg. cap. cupientes. §. cæterum iunct. Gloss. suspensos de elect. lib. 6. quod secus contingit, vbi pro contumacia quis excommunicatur; quandoquidem tũc in manu sua est, quando absoluatur arg. c. ex literis de constit.) quòd igitur, in quã, in hoc casu de grauiori præiudicio agitur, ob eam rem citabitur arg. l. de vno quoque, & ibi DD. de re iud. & c. inter quatuor de malor. & obed. & c. omnia, & c. caueant, 3. q. 9. idque meritò; nam causa cognita summatim saltem ferri debet arg. eorũ, quæ dixit Bal. in l. 1. C. de postul. & DD. in l. fin. ff. de pœn. & cit. c. ex literis de constit. quod planè, si reus non citetur, fieri non potest; quamuis secus sit, vbi ipso iure per legem censura fertur, vel per sententiam pro futuris culpis; id quod non aliunde fit, quàm quòd lex semper certa est; in hoc igitur casu citatio non requiritur, vel censura pro pœna feratur, sicuti neque etiam, vbi delictum notissimum est, manifestòque constat defensionem nullam absenti conuenire, vt dixit Abb. in c. cùm olim, vbi pluribus hoc declarauit. nu. 2. de re iud.

De homine materia proxima circa quam censuræ ecclesiasticæ; & de ijs, quæ inesse ipsi debent, etsi non necessariò, quò censura, qua constrictus tenetur, absoluatur. Cap. XIX.

SVMMA.

1 *Viuus quis absolui debet ab excommunicatione, atque à censura.*

2 *Mortuus excommunicatus, censuraue alia constrictus absolui potest.*

3 *Mortuus excommunicatus absolui debet, vbi eum contumaciæ pœnituit, aliàs non; qua regula etiam declaratur.*

4 *Signa contritionis, quibus excommunicatum contumaciæ pœnituisse cognoscitur, quænam sint, & quot testibus probentur.*

5 *Hæres excommunicati satisfacere pro excommunicato mortuo, cuius est hæres, debet.*



Vidimus, quæ inesse homini debent, quò legitimè censura ecclesiastica obligetur; modò, vbi ea obligatus tenetur, quæ inesse eidem, etiã si non necessariò, debent,
1 quò absoluatur, iam contemplemur. † Requiritur igitur primò, vt vitam hanc viuat, quis non necessariò, vt iam videbimus. An igitur, si quis excommunicatus non absolutus moriatur, post mortem hic absolui poterit? in hac quæstione, vt ordinatim eam agamus, duo contemplanda nobis sunt; primùm, an mortuus ab excommuni-
2 catione, qua constrictus tenetur, absolui possit. Secundo loco, an debeat. † Quò ad primùm igitur dicendum videbatur mortuum ab excommunicatione absolui non posse. Primò ob verba illa Christi domini Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis; & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlo; nam, si super terram obligatio, atque solutio ab ecclesia lata valent, vt in illis verbis conspicitur; ergo secus sub terra arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c. non ne de præsumptionibus atqui ad hanc rationem satis supra responsum est in cap. 17. §. 2. scilicet ecclesiam quò ad hoc super terram iudicium exercere; quandoquidem huiusmodi absolutione permittitur, vt corpus, quod supra terram est, ecclesiastica sepultura donetur; & vt à nobis, qui etiam viuimus, preces, suffragiaq; pro huiusmodi mortuo Deo feramus; non igitur ratio proposita obstat, & hanc opinionem sensit etiam Couar. in c. alma pars. 1. §. 9. num. 8. vers. Secundò principaliter, ubi Possex tamen de sent. excom. lib. 6. Secundò pro hac sententia videtur facere, quòd mortuus fori huius esse desijt; ergo ecclesia in ipsum iurisdictionem non habere videtur arg. l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. & cap. fin. de constit. lib. 6. hac ratione itidem sententia hæc non nititur; si quidẽ, vt proximè vidimus, iurisdictio huiusmodi in eos exercetur, qui huius fori sunt, accedit dispositio c. proposuisti de for. compet. & l. cùm quædam. ff. de iurisdict. omn. iud. Vnde tertiò pro hac sententia sic argumentari quis potest, sacramentum baptismi, ac pœnitentiæ, quibus absolutio peccatorum tribuitur, mortuis administrari non possunt, vt probauimus in comment. nostr. de sacr. in Tab. 1. cap. 10. nu. 1. & Tab. 1. cap. 16. nu. 1. &

 Tab. 5.

Tab.5.cap.14. eod. num. ergo nec absolutio ab excommunicatione mortuo tribui posse videtur: hæc itidem ratio nihil facit; nam per sacramenta hæc per baptismum.s.gratia nobis condonatur,per pœnitentiam verò amissa recuperatur,qua peccati grauioris culpa deletur; &,postea quam quis mortuus est, neque gratia tribuitur, neque amissa recuperatur; quò enim arbor cecidit,inibi permanet;&,quod fuit angelis casus,hominibus mors est,vt diuinarum rerum scriptores tradiderunt, & facit c.qualis hinc dist.25. at per absolutionem à censura quis absoluitur à pœna,quæ & post mortem tolli potest;alioquin vanum esset orare pro mortuis, quod à Christiana fide alienissimũ est.Nec facit,si dicatur:ergo,qui mortuus est ante baptismũ volens tamẽ baptizari,hic in gratia Dei est,atq; idcirco baptizari potest; nam hoc verum non est; tum quòd noua gratia.s.sacramẽti datur,quæ post mortẽ haberi non potest;tum ꝙ character,qui non corpori,sed animę imprimitur,atque sic dixit Soc.eod.num.6. Quare contrariam sententiam,vt.s. excommunicatus mortuus absolui possit,amplexari debemus. Quæ habetur primò in c.à nobis.2.& ibi not.Inn.Abb.& Mar.Soc.Sen.ac DD.item in c.sacris de sent.excom.vbi Romanus Pont. expressè permittit, vt excommunicatus mortuus absoluatur; ergo absolui potest arg.c. erit autem lex dist.4. Postremò consuetudine id seruatur; atque sic asseruit Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de censur.cap.44.de excom.& Mar.Soc.Sen. in c.super eo num.6. vers.Circa quartam de sent.excom.vbi hoc disputauit,& communem opinionem hanc esse sensit,& Couar.in c.alma pars.1.§.1.vers.Secundò principaliter de sent.excom.lib.6.firma igitur

3 sententia hæc permanebit,& de quæstione hac satis;ad alteram veniamus. † An igitur excommunicatus mortuus absolui debeat?Videbatur planè dicendũ ipsum absolui non debere;quandoquidem,si absoluatur,cui viuo non communicauimus, ei mortuo communicabimus contra c.1.& c.3.24.q.2.Pro contraria sententia,vt eũ absoluere debeamus,faciunt cùm cit.c.à nobis. 2.&cap.sacris de sent.excom. tum quòd ecclesia nemini ad ipsam redeunti sinum claudit arg. c.ex literis de constit.in antiq. & cap. super eo de hæret.lib.6. accedit inueterata ecclesiæ consuetudo, vt sic mortui absoluantur,quod proximè diximus. Quid igitur in hac re concludendum? Ego sic distinguendum censeo. Aut hunc, qui excommunicatus mortuus est,antequam moreretur,cõtumaciæ pœnituit;& in hoc casu,si hoc cõstet,absolui sine dubitatione hic debet; nam & de huiusmodi excõicato agitur in cit.cap.à nobis, & in c.sacris;etenim non contemptus religionis, sed necessitatis articulus impediuit, quò minùs viuus absolueretur, & quò minùs ei viuo communicaremus,vt dixit Rom.Pont.in eod.c.à nobis vers. Nec obstat,& not.quoque Felicianus eod. cap. 44. & hic posterior sententia locum habebit. Aut contumaciæ ipsum non pœnituit,& in hoc prior sentẽtia locũ sibi vindicabit;sic enim accipiuntur cit.c.1.& c.3.24.q.2. vt Gloss.ibi ac DD. communiter senserunt, atque sic dixit Felicianus eod. cap.prope fin.vers.

4 Caueat autem;mortuus igitur absolui ab excommunicatione potest,& quandoque debet. † Id quod locum sibi vindicat, etiam si is, cuius causa excommunicatus est, id nollet, nisi priùs id, quod sua interest, ipsi præstetur: idq́, iure optimo cùm ob cit. c.à nobis.2. vbi solùm postulatur, vt signa contritionis dederit; tum quòd nullum damnum patitur, ex quo hæredem mortui obligatum habet, & ab eo id,quod ipsi debetur, consequi potest,vt dicitur in eod.c.à nobis.vbi Abb.Felin.Host.& Mar.Soc.Sen.viden.ac DD.not.& in c.fin.vbi quoque Abb. de sepult. Nec repugnant c.venerabilibus.§.porrò de sent.excom.lib.6.& c.ex parte 1.de verb.sign.in antiq. vbi non priùs excommunicatus absoluitur,si manifesta offensa sit,quàm satisfecerit;nam ea iura tunc seruantur,quando excommunicatus adhuc viuit; non enim tunc creditor alium obligatum habet,vt hic;excommunicatus ergo absoluetur, etiam eo repugnante, cuius gratia in excommunicationem incidit: quæ opinio, vel dubij essemus, amplexanda est, vt quæ animarum saluti gratiosa est arg.c.sunt personæ.ff.de relig.& sumpt.fun.etenim,quò citiùs absoluitur excõmunicatus,eo faciliùs, celeriusq́; mortui eius anima ab ignibus illis ad pœnas expiandas paratis liberabitur, quibus mirum immodum anima cruciatur, vt dixit August.relatus in cap. qui in aliud distinct.25.nam ecclesiæ sacrificijs,ac precibus adiuuabitur,quorum auxilio caret, quousq; constrictus excommunicatione tenetur arg.cit.c.à nobis.2.& c.sacris de sent.excom. Postremò,quod de excommunicato diximus, idem & de interdicto concludimus; nam & ipse mortuus absolui poterit, modò contritionis signa dederit, vt asseruit Burg. de sent.interdict. num.39.in fin.cum seq.de irregul. & dispens.part.6. De suspensione autem quæstio hæc habenda non est;quandoquidem per ipsam quis neque communione ecclesiæ, neque diuinis eiusdem

5 priuatur,sed solùm functionibus eius,quas obire mortuus vel absolutus non potest. † Verùm quibus rationibus excommunicatus,interdictusq; contritionis signa dedisse cognoscuntur? ijs

planè primò, si exempli gratia per ipsos non steterit, quò minùs absoluerentur, vt pote quia ad ecclesiæ parendum parati erant arg. cap. à nobis in prin. vers. In quo inditia fuerint iunct. ve. s. Vnde, quandocunque. Item, qui aut à Deo vel pectoris tunsionibus peccatorum veniam potijsse, vel sacerdotem, quò sua peccata ei confiterentur, postulasse probantur; sic enim tradidit Burg. eod. num. 4. Hæc signa vnius testimonio satis probata esse dixit Burg. eod. num. 40. & Syl. in verb. Sepultura. num. 9. & Raym. in sum. eod. de sepult. quasi omnes DD. id tenere ait, & eum refert, ac sequitur Felin. in cap. veniens. 1. num. 24. vers. Secundò in quantum dicit Specul. de testib. & Add. ad Abb. in eod. c. à nobis. 2. in litera. C. de sent. excom. & Mar. Soc. Sen. qui opin. hanc com. sensit in cap. super eo. num. 6. in fin. de senten. excomm. etenim de nullius præiudicio agitur, ex quo per hæredem satisfit, vt diximus; iure igitur vnius testimonium sat esse debet, vt in simili dixit Gloss. in c. is, qui infirmitate. 26. q. 6. & in c. cùm itaq; iunct. Gloss. testimonio de consecr. dist. 4. & vt pluribus id probauit Felin. in cit. c. veniens. num. 23. vers. Secundò in quantum dicit Specul. sed de his iam hactenus, ad reliqua transeamus.

SVMMA.

1 *Præsens esse debet excommunicatus, dum absoluitur.*

2 *Procuratore intercedente, id est, an per procuratorem quis ab excommunicatione absolui possit; & sic an absens absolui possit.*

3 *Procurator datus ad petendam absolutionem ab excommunicatione speciale mandatum habere debet.*

4 *Iurare procurator pro eo, qui absens à censura absoluitur, potest, etiam si mandatum ad id non habeat.*

5 *Literis an absolui quis possit, & excommunicari; & quid hoc significet.*

I.

1 § † Præsens vt adsit, qui absoluitur à censura, itidem requiritur; nam ad excommunicationem tollendam, & ab absoluendum quem ab excommunicatione cerimoniæ solemnes quædam adhibentur; quæ, nisi præsens excommunicatus adsit, qui absoluitur, adhiberi nequeunt, vt probatur in cap. à nobis. 2. de sent. excom. & vt nos infra egimus in Tab. 2. de forma non necessaria: præsens igitur erit, qui ab excommunicatione absoluitur, atque ita dixit Innoc.
2 in c. cùm desideres in verb. Absolutus de sent. excom. † An igitur per procuratorem excommunicatus absens absolui valet? absens enim, & ignorans quis excommunicari potest, vt not. Gloss. in cap. pen. de cler. excom. min. & vt dixit Marian. Soc. Sen. in c. mulieres. nu. 38. de sent. excom. In hac quæstione sententiæ doctorum variæ sunt. Inno. in eod. c. cùm desideres absolutionem excommunicatis per procuratorem dandam non esse dixit; & id ob solemnes illas cerimonias, quarum mentionem proximè fecimus: fatetur tamen ex iusta causa id posse; hanc eandem opinionem sequitur Abb. in eod. cap. cùm desideres, & Bald. in c. imperatorum. nu. 6. vers. Extra quæro de iur. calum. & in l. post mortem. §. 1. ff. de adopt. & in auth. interdicimus nu. 2 C. de episc. & cler. vbi sic & Romanam Curiam seruare testatur, quod etiam facit Specul. qui in hac sententia etiam est de procur. in tit. 1. §. item opponitur contra procuratorem vers. 16. in petenda absolutione ab excommunicatione; idem quoque sensit Anchar. in c. eos in fin. de sent. excom. lib. 6. Host. verò, quem referunt Abb. in cit. c. cùm desideres, & Mar. Soc. Sen. in c. super eo. 2. nu. 7. vers. Circa quintam quæstionem de senten. excom. quò ad ecclesiam hanc procuratorem in hoc interuenire non posse concludit; nam, vt dicebat ipse, absolutio hæc eius, qui excommunicatus est, confessionem, contritionem, & in ecclesiam introductionem cerimonijs, quas supra significauimus, adhibitis, postulat, quæ per absentem excommunicatum, atque idcirco per procuratorem fieri nequeunt. Hæc sententia mihi non probatur; tum quòd absens excommunicari potest, sicuti antea probauimus; ergo multò magis & absolui arg. c. verbum de pœnit. dist. 1. & c. quanto. 2. q. 5. iunct. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & vt conclusit Mar. Soc. Sen. in c. Apostolicæ. nu. 6. de cler. excom. min. tum quia innitus quis absoluitur, quod paulò post probabimus, ac propterea contritione opus non est (non enim contritione tollitur excōicatio arg. cap. cùm desideres, & cap. quod in dubijs de sent. excom.) addo eam formam necessariam non esse, solo enim verbo absolutio hæc dari potest, vt suo loco id probabimus. Quidam, quem refert idem Abb. in c. venerabilem. num. 23. de elect. excommunicatum absolui per nuncium non debere ait, quamuis absolutionem tenere, si concedatur, idem affirmet; quam sententiam sibi etiam placare Abb. ibidem not. Mar. Soc. Sen. has opiniones inter se conciliare itidem nite-

batur in c.ſuper eo. 2.num.7.vbi quæſtionem hanc egit de ſent.excom.qui in ſummam concludit per procuratorem petitam,atque conceſſam valere. Primò, vbi à Rom.Pont.eſt conceſſa. Deinde, vbi ab inferiore,ſed ſententia eſt iniuſta. Tertiò, vbi eſt iuſta. Excipit tamen vnum caſum,vbi ſcilicet abſolutio petitur in ſoro pœnitentiæ: hæc Soc.Ego autem in hac doctorum varietate, qui rectè ſenſiſſe magna ex parte mihi videntur, ſed minùs apertè, minùsq; perfectè ſuam ſententiam declaraſſe,vt materiam hanc abſolutam, explicatamq; magis habeamus, ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quærimus an,vbi excommunicatus abſens ab eo eſt, qui ordinario iure abſoluere ipſum poteſt, per procuratorem ab ipſo peti queat, vt facultatem hanc cuipiam abſoluendi à vinculo cenſuræ,& ſic à pœna illa deleget,qui præſens adſit,vbi excommunicatus eſt: & id ſine dubitatione vlla poſſe cenſeo. Primò, quia ſic adhiberi ſolemnes illæ cęrimoniæ poſſunt,quarum mentionem ſupra fecimus,ex quo pręſens excommunicatus abſoluitur;atque in hanc ſententiam acciplendum eſt,quod dixit Bald.in cit.auth.interdicimus.num. 2.verſ. Secundò not. petitionem ſcilicet abſolutionis per procuratorem fieri poſſe,ſed executionem abſolutionis requiri præſentiam domini; hoc ēt eſt, quod ab ipſo, & ab alijs ſupra citatis dicitur .ſ. ita Romanam Curiam ſeruare; quod & in ead. auth. interdicimus, obſeruatum in quodam caſu idem Bal. ibi recēſet; hoc idem, vt per procuratorem abſolutio ratione hac impetretur, ſenſit idem Bald.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquir.hæred. Idq; meritò; nam delegatio abſolutionis à cenſura permiſſa eſt, vt probatur in c.fin. de off. ord. imò eccleſiæ antiſtites ſepius à ſe excommunicatos alijs abſoluendos mandant. Poſtremò pro hac ſententia facit etiā cit.cap.venerabilem verſ. Fuit quoque. Aut quęrimus,an per procuratorem abſolutio ſcilicet à pœna hac ſic peti poſsit,vt ſcilicet excommunicatuș abſens abſoluatur,exempli gratia procuratorem ad meum antiſtitem mitto, quò curet,vt ille antiſtes me abſentem abſoluat: & in hoc caſu pro regula habebimus, id fieri non debere, vt abſens hac ratione abſoluatur; tum quòd cęrimoniæ illæ, quarum mentionem fecimus, adhiberi nequeunt; tum quòd vſitatum id non eſt:ac planè,ſi ſic abſolutio facilè concederetur,excommunicatio parui fieret, cùm facilitas veniæ anſam peccandi tribuat. Excipitur tamen primò ex cauſa, vt pote ſi non adſit,cui cōmodè facultas hæc abſoluendi delegetur, & excommunicatus eius adeundi, qui abſoluere poteſt, facultatem non habeat;atque in hoc caſu ſententia Innoc.locum habębit,& eorum,qui ipſum ſequuntur,qui aſſerebant per procuratorem abſolutionem dandam non eſſe,niſi ex cauſa.Secundò excipitur,vbi, etſi cauſa non adeſt,tamen abſoluitur; nam abſolutio tributa nihilominus valet,quandoquidem cęrimoniæ illæ neceſſariò non requiruntur, atque ita ſenſit Gloſſ.in cit.cap. quanto.2.quæſt.5.ac planè, ſi abſens excommunicari poteſt, multò magis & abſolui, vt ſupra diximus; & in hoc caſu locum habet eius ſententia, quem retulit Abb.in cit.cap. venerabilem. numero 23. de elect. & opinio Marian. Socin. Senior quò ad primum membrum, & quò ad primam partem ſecundi in cit. cap. ſuper eo. num.7. & num.8. cum ſeq. Aut quærimus, an per procuratorem abſolutio peti poſsit, id eſt an procurator nomine domini abſolui poſsit, & abſolutionem hac ratione dandam non eſſe dixit Specul.in eod.tit. de procur. §.item opponitur,licet habeat generale mandatum verſ. 16. in petenda abſolutione,ibi danda autem non eſt per eum; qui Specul.in hoc caſu ſententiam Innoc. locum habere dixit in eod. cùm deſideres: quod tamen Innoc. ſenſiſſe mihi non videtur; nam ex cauſa per procuratorem quem abſolui poſſe Innoc.eod.dixit: præterea abſolui alterum alterius nomine non poſſe cenſeo; tum quòd excommunicatio perſonæ inhæret, vt inquiunt DD. in c.Romana.§.in vniuerſitatem de ſent. excom.lib.6.& nos probauimus; etenim vbi habitus non eſt,ibi priuatio dari non poteſt arg.l. decem & ibi not.cōiter DD.ff.de verbor.oblig. tum quòd alter pro altero excōicari non poteſt arg.cit.c.Romana.§.in vniuerſitatem,& ibi DD.& nos ſupra idem quoque probauimus; ergo nec abſolui arg.c.verbū de pœnit. diſt. 1. non igitur in hanc ſententiam Inn.opinionem interpretabimur, ſed in eam, quam ſupra poſuimus; quamuis in hoc Hoſt. ſententia locum habere poſsit. Aut quærimus,an culpa,ob quam quis excommunicatus eſt,per procuratorem in ſoro pœnitentiæ tolli poſsit, & hoc minùs poſſe aſſerendum eſt; nam pœnitentiæ ſacramentum non per alium,ſed per ſe, atque idcirco per præſentem ſuſcipi tantùm poteſt, vt nos probauimus in comment.noſtr.de pœnit.cap.15.nu.10.§.ipſemet, atque ſic dixit Mar.Soc.Sen.in c.ſuper eo. num.9.verſ.Aut loquimur de ſent.excom.&,ſi hoc ſenſiſſet Hoſt.rectè,pieq; ſenſiſſet; rem hanc totam igitur ſic explicandam,abſoluendamq; omnino ſentio. At quid de interdicto,ſuſpenſione,minori excōmunicationeq; dicendum? an & horum abſolutio per procuratorem tribuetur? Planè ipſam tribui poſſe concludendum eſt, vt concluſit Inn. in c. cùm deſideres in verb. Abſo-

lutus de sent. excom. & Anchar. in cap. eos in fin. eod. lib. 6. vbi de communi sententia testatur; etenim solemnes illæ cęrimoniæ, quæ habentur in cit. c. à nobis. 2. de sent. excom. ad absolutionem huiusmodi non requiruntur de eorundem sententia, atque ideo causa cessat, quamobrem præsens quis esse debet, ac propterea & dispositio arg. e. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. Per procuratorem igitur interdictus, suspensusuè, sicut etiam minori excommunicatione obligatus absolui potest. Excipio tamen tertium, & quartum casum; nam, quæ rationes in his duobus postremis casibus prohibent, quò minùs excommunicatus per procuratorem absoluatur, eędem, & ne interdictus, ac suspensus. † Verùm, vbi
3 per procuratorem absolui quis potest, an generale mandatum, specialeuè postulatur? Gloss. in cap. qui ad agendum de procur. lib. 6. speciale mandatum, requiri ait arg. c. quod de his de sent. excom. quod quidem c. nihil facit, sicut Add. ibi Ad Abb. id animaduertit in cit. c. cùm desideres. num. 5. in litera F. idq; iure; nam ibi solùm dicitur, vt in articulo mortis excommunicatus absolutus, si periculum illud euadit, ipsemet Romanam Ecclesiam visat. Atqui opinio Gloss. amplexanda nihilominus est, vt scilicet speciale mandatum postuletur; nam & ipsam amplexatus est Specul. in tit. de procur. §. item opponitur, quòd licet habeat vers. 16. in petenda absolutione, & in tit. de iuramento calum. §. à quibus sit iurandum de calum. vers. Quid ergo fiet, cùm procurator, ibi per quam legem rex, & Capell. Tollosan. decis. 56. & Add. ad eam, eandem ego quoque vti verissimam amplector; nam, quò ab excommunicatione quis absoluatur, contumaciæ ipsum pęnituisse debet arg. cap. 1. de excep. lib. 6. & cap. ex literis de constit. in antiq. & cap. legatur. 24. q. 2. at, vbi procurator præcipuum ad hoc mandatum non habet, an contumaciæ ipsum pęnituerit, ignoratur: quod in speciali mandato non contingit; quandoquidem à contumacia discessisse tunc existimatur, ex quo speciatim mandauit, vt absolutio ipsi impetretur: & ex hoc manifestò constat etiam non satesse mandatum ad petendam absolutionem a quacunq; excommunicatione, sed requiri speciatim mandatum respectu habito ad certam excommunicationem, atque sic dixit Bald. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. & sequitur Marian. Socio. Sen. in c. super eo. 2. nu. 9. prope fin. de sent. excom. Ego tamen excipio, vbi quis peteret absolutionem à quacunq; excōmunicatione, etiam si eius non recordetur; in hoc enim casu speciatim mentio non requiritur, ex quo etiam fieri non potest. Hæc autem, quæ diximus locum etiam in interdicto, atque in suspensione sibi vindicant, vbi pro contumacia censuræ huiusmodi latæ sunt arg. cit. cap. ex literis, & cit. cap. legatur; non igitur generale mandatum sat erit. Hinc vnum ex correis debendi pro alio correo absolutionem petere sine speciali mandato non posse conclusit Capell. Tholos. ead. decis. 56. Hinc procuratorem Decani, & Capituli non posse pro omnibus clericis ecclesiæ absolutionem singulorum pėtere, nisi eorum singulorum speciale mandatum habeat, cōclusit Rot. decis. 36. de procur. in nou. & sequitur eam Add. ibi & Add. ad cit. decis. 56. ibi similiter procurator. Hinc denique ob hanc rationem, quòd s. apparere debet, qui absoluitur à censura, ipsum à contumacia discessisse, constitui procurator ad petendam absolutionem ab excommunicatione non potest, quotiescunq; ipsum excōicari contingerit, vt dixit Bal. in cit. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. non enim huiusmodi mandati forma mandans à contumacia discessisse existimatur. Quare, etsi aliàs coniuncta persona sine mādato auditur, vt habetur in l. sed & hæ personæ. ff. de procur. & vt tradidit Spec. in tit. de procur. in rubr. de coniuncta persona, tamen in hoc casu non admittetur, ex quo speciale mandatum postulatur; quādoquidem pro regula traditur coniunctam personam non admitti, vbi speciale mandatum requiritur, vt sensit Specul. eod. num. 4. vers. Quid ergo, si sit talis, & Felin. in c. non nulli. §. sunt & alij, nu. 42. vers. Fallit octauò, & vltimo de rescript. speciale mandatum ergo ad petendam huiusmodi absolutionem postulatur. Excipitur tamen primò, vbi canonicus pro suo concanonico absolutionem hanc petit; nam sine mandato id poterit, vt sensit Inn. in c. Romana de sent. excom. lib. 6. quem sequitur Felin. in eod. §. sunt & alij. num. 49. vers. Sed considera vltra ibi dicta, ibi Adde etiam istis, & Rot. cit. decis. 36, num. 2. vers. Præterea licet canonicus, & Add. ad Capell. Tholosan. ead. decis. 56. Item excipitur Capitulum; nam pro suo canonico absolutionem etiam sine mandato petere poterit, vbi vel pro sua causa canonicus excommunicatus est, vel Capitulum ob id infamatur, vel iusta aliqua causa intercedit; & multò magis, vt nulla denuntietur, atque sic tradidit Inn. in eod. cap. Romana vers. Sed quid, si ordinarius, vel delegatus de sent. excom. lib. 6. & sequitur eum Anchar. eod. num. 7. vers. Iuxta prædicta quærit, & Philip. Franc. eod. in fin. & Rot. ead. decis. 36. nam & appellatio facta à Capitulo singulis canonicis in ea causa, pro qua est appellatio interposita, prodest, vt dixit Innoc. in cit.

c.Romana.nu.3 etenim impedita iurisdictione à toto, & à parte impedita intelligitur arg.cap. accessorium de reg.iur.lib.6. Er hæc, quæ de excommunicatis pro Capitulo diximus, de eorundem sententia pro illis procuratoribus dicta esse intelligentur, qui à ciuitate dati sunt, vt scilicet ciuitas pro ipsis absolutionem petere sine mandato posit .· Addo ego & dominum pro procuratore suo, si pro sua causa excõmunicatus sit, idem facere posse; quippe quòd & hic eadem ratio est: quas tamen exceptiones locum habere censeo in primo casu, quem supra posuimus; alioquin contigeret contumacem sepius absolui. Tertiò excipitur, vbi generale mandatum quis habet; nam tunc, vt excommunicatio nulla pronuntietur, petere potest, vt dixit Add.ad Capell. Tholos. ead. decis. 56. etenim cessat tunc ratio, quamobrem sine speciali mandato tribui non debet. Quartò excipitur, vbi nihilominus sine mandato absolutio conceditur; nam absolutio tributa valebit: quandoquidẽ & absens, & ignorans, nec non inuitus absolui quis potest, atq; sic Add. inquit ad Capell. Tholos. ead.decis.56. in litera B.in verb. Cùm desideres; pro regula igitur habebimus speciale mandatum ad absolutionem à censura impetrandam in procurato-
4 re postulari. † Atqui, quòd ad excommunicatum, sepius vt iuret, sicuti etiam ad suspensum, atque ad interdictũ pertinet, nõ nunquam itidem ratione alia cauere, ac satisfacere, vt infra hoc cap. probauimus; an procurator hæc poterit, si speciatim ad ipsa præstanda mandatum non habet? hæc quæstio in secundo casu proposito locũ habet, vbi scilicet absens quis curante id procuratore absoluitur. Quò ad hoc igitur concludendum est & iusiurandum in animam scilicet eius, qui absoluitur, procuratorem pręstare posse, atque, vt causæ ratio postulat, cauere arg.l.qui bona fide.§.si alieno.ff.de damn.infect.cuius legis beneficio Rex Portugaliæ excommunicatus absens per procuratorem à Nicolao IIII. absolutus fuit, vti refert Specul.eod.tit.de iurament. calum. §. à quibus fit iurandum de calum.vers. Quid ergo fiet, cùm procurator, ibi Per quam legem; nam eius procurator, etiam si expressum mandatum ad iurandum in animã ipsius regis non haberet, admissus tamen ad huiusmodi iusiurandum fuit ob cit.§.si alieno: idq; iure optimo; nam, ex quo rex ille procuratori mandauit, vt absolutionem ipsi impettaret, & id, sine quo absolutio haberi non potest, mandasse censetur arg.c.præterea de off.deleg. & l.ad rem mobilem, & l.ad legatum.ff.de procur. & l.2.ff.de iurisdict.om.iud. qua ratione procurator, etiam si speciatim mandatum id ipsi nõ sit, iurabit, atq; (vt ratio causæ postulat) cauebit; nã nec ipsemet excommunicatus præsens absolueretur, nisi hæc præstaret arg.c.cùm desideres, & c.ex tenore cum seq.de sent.excom.in antiq. & c.venerabilibus.§.porrò eod. lib.6.& c.ex parte 1.de verb.
5 sign.in antiq.sed de procuratore hactenus. † Iam, per literas absens an quis absoluatur, modò agamus: id quod, vt faciliùs explicemus, an huiusmodi ratione per literas.f.excõmunicari quis posit, contemplemur, si illud tamen priùs explicauerimus, in quam sententiam hoc per literas excommunicare accipiatur; in varias enim sententias accipi potest. Per literas igitur quem excommunicari in hanc sententiam primùm accipi potest, de scripto sententiam excommunicationis ferre, in quam sententiam hic non accipitur; quandoquidem satis, satisq; constat non modò, dum sententia censuræ fertur, id fieri posse; verùm etiam debere, vt habetur in cap.1. de sent.excom.lib.6. Item in hanc sententiam accipi potest, vbi generales literæ pro futuris culpis promulgantur, sicut etiam pro præteritis, vt qui hoc, illudue fecerit, excõmunicatus sit; &, quoniam id etiam fieri potest, vt probatur in cap.Romana.§.caueant de sent.excom.lib.6.ob eam rem neque sententia hæc ad rem nostram pertinet. Tertiò in hanc sententiam accipi potest, vt per literas denuntiemus, quem excõmunicauimus, quo casu quæstio nostra etiam non est; nam id fieri debere notissimum est ob c.curæ sit.11.q.2.cum simil, quæ suo loco citauimus. Quartò in hanc sententiam accipi potest, vt per literas excommunicatio feratur, vbi per literas excommunicandi facultas delegatur; &, quoniam id etiam sine dubitatione fieri potest arg.c.præterea de off. deleg. ob eam rem neque hæc quæstio nostra est. Quintò in hanc sententiam accipi potest, vt per literas excommunicatio lata dicatur, vbi ad eum scribimus, qui excõmunicatur hac ratione, Scito nos te excommunicasse, quo casu, si antea te non excõmunicauimus, excommunicatus non es; nõn enim per verbum illud Excõmunicasse, vbi ab homine excõmunicatio fertur, excommunicationem tunc ferri significatur, sicuti etiam sensit Nauar.in Man.cap.27.nu.12.vers. Illa tamen; quare in hanc sententiam hic non accipitur. Postremò sic accipi potest, vt literis excommunicatio lata dicatur, vbi ad eum, quem excommunicare volumus, huius argumenti literas mittimus His literis, seu harum literarum virtute excommunicamus te; & in hanc sententiam quęstio hæc disputatur. An igitur excommunicatio ratione hac ferri potest? Gloss. in c.de manifesta. 2.q.1.& in c.quanto. 2.q.5.prò certo id posse habuit; nam ibi solùm quæritat,

quando

quando excommunicatus hic sit, an post, anteuè acceptas literas? Pro qua sententia facere videtur primò cit. cap. quanto; nam ibi à Romano Pont. literis quem absolutum probari videtur; ergo & literis excommunicari quis poterit arg. c. verbum de pœnit. dist. 1. quod tamen c. quanto id non probat; non enim Romanus Pont. epistolam, quam episcopo illi excommunicato reddendam mandat, epistola, inquam, ea, se illum absoluere inquit, sed per eam ei excommunicatò significare se communionem ipsi reddidisse; Volumus, dicitur enim ibi, vt ad consolandum illum epistolam, quam ad eum scripsimus, qua ei & gratiam nostram, & communionem reddidisse significauimus: ecce hic Summus Pont. per epistolam non communionem illi excommunicato reddidisse, sed communionem redditam significasse indicat; absoluere autem quem, & absolutum significare non eadem esse facilè quis videt; nam, qui quempiam absolutum significat, eum non absoluit arg. c. pastoralis. §. verùm de appell. & l. hæredes palam. §. si quid post factum. ff. de test. non igitur ibi sententia hęc nititur. Secundo citatur pro hac sententia idem cap. de manifesta, vbi Apostolum absentem excommunicasse commemorat; atqui neque hoc quicquam facit; nam absentem excommunicari posse supra conclusimus; de qua re quæstio nostra non est; sed an id literis possit, quod negamus. Postremò pro hac sententia citatur c. quisquis. 2. q. 6. vbi dicitur, si quis episcopo contumax probatus sit, idem episcopus det literas, vt nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet: hoc iure sententia hæc itidem non nititur; nã non per literas contumacem excommunicatum esse probatur; sed vt, ea pœna si affectus sit, denuntiet, ne vllus ei communicet; id quod post sententiam latam fieri debet arg. c. cùm sit. 11. q. 3. etenim ad subiectam materiam verba interpretanda sunt arg. l. si vno. ff. loc. quare; cùm nullo iure sententia hæc nitatur. Contrariam veram esse censeo, vt per literas excommunicatio lata non valeat. Primò, quoniam censura, dum fertur, aut ab ordinario, aut à delegato iudice ferri debet, vt supra vidimus; quorum neutrum hic fit; nam non ab eo, qui literas scribit, quandoquidem ipsas scribens excommunicationem tunc ipsum ferre non vult (non enim esset hoc literis excommunicationem ferre, sed absentem excommunicare, ac deinceps excommunicatum de excommunicatione certiorem facere, quod posse iam probauimus) dum autem epistola, ad quem missa est, accipitur, excommunicationem ipse non fert; non etiam alius, quoniam id nemini mandauit, & is, ad quem est missa, se irretire non potest; non etiam ipsamet epistola, quoniam purè lata excommunicatio est; Postremò pro hac sententia itidem facit, quoniam hic aut purè excommunicat eo scilicet tempore, quo sententiam excommunicationis scribit, & hoc non est dubium posse; nam sic absens excommunicatur: nec facit, si dicatur excõmunicationem tunc ferri, sed effectum suspendi, quousque literæ recipiantur; nam excõmunicationis effectus suspendi nõ potest arg. c. pastoralis. §. fin. de appell. & vt asseruit Couar. in c. alma pars. 1. §. 10. nu. 6. de sent. excom. lib. 6. aut sub conditione, & tunc valebit, non vi quidẽ literarum, sed conditionis natura arg. c. præterea. 2. de appell. Pro regula igitur habebimus excõmunicationem per literas ferri non posse. Excipio tamen semper Romanum Pont. arg. Clem. fin. de sent. excõ. Secundò casus supra propositos, in quibus quæstionem hanc non disputari conclusimus: & quæ de ferenda excõmunicatione, censuraue alia diximus; eadem & de eadẽ tollenda, quæ fuit præcipua à nobis quæstio proposita, dicta esse sentimus, ex quibus dissolutio eius iam apparet.

SVMMA.

1 *Volens quis absolui debet à censura.*

2 *Inuitus ab excommunicatione, ab aliaq; censura absolui quis potest; quæ regula etiam declaratur.*

3 *Inuitus an absolui quis debeat, vbi excommunicatus in contumacia perseuerat.*

II.

1 § † Volens etiam absolui hic absoluetur; hac enim ratione à contumacia discessisse, contumaxuè non esse probatur arg. c. venerabili de sent. excom. in antiq. & c. venerabilibus. §.
2 porrò eod. lib. 6. † Inuitus tamen si quis absoluatur, absolutio nihilominus valebit; atque idcirco etiam si in contumacia perseueret; nam censuræ vinculum in ecclesiæ manu est; ac propterea, sicut ab ipsa illud, tanquam pœna inuito iniici potest, ita & eodem inuito dissolui arg. c. verbum de pœniten. dist. 1. Item censura pœnæ malum est, non culpæ, quod inuito inuritur; ergo & hac quoque ratione inuiti, atque contumaces eo liberari possumus arg. cap. 1. de reg. iur. in antiq. & 24. q. 3. in prin atque sic conclusit S. Thom. dist. 18. q. 2. art. 5. vers. Ad secundam lib. 4. & Petr. de Palud. dist. ead. q. 5. art. 3. eod. lib. & D. Dionys. Carthus. dist. 18. q. 4. vers. Ad secundum dicendum

dum eod.lib. & Ricard. ead. dist.art.10.q.1. & sequitur Abb. vbi & de communi testatur in c.
ab excõmunicato.nu.20.vers.Et dicit etiam, quòd inuitus de rescript.& in c.significasti,num.7.
vers.In gloss.fin.de eo,qui dux.in matr.quam poll.per adult. & Felin.vbi quamplures idem sen
tientes refert in c.Apostolicæ.nu.2.vers.Et nota,quòd propriè dicitur de except. & Iacobus de
Graff.cap.16.nu.3.cum seq.lib.4. Decis.cas.cons. & Mar.Socin.Sen. in c.super eo.2,nu.4.& 5.
de sent.excom.vbi impenitentem absolui posse ait quò ad pœnam fori contentiosi, sicut etiam
inuitum eod.nu.5.Contrarium tamen dicendum videbatur ob c.legatur. 24.q.2.vbi nunquam
id factum dicitur,vt venia nõ correctis,non pęnitentibusq; data sit:ergo inuitus,atq; contumax
absolui posse non debet. Atqui à proposita cõmuni sententia discedendum nõ est ob ea,quę di-
ximus:nec repugnat cit,c.legatur,nã locũ illud habet in culpa; quandoquidẽ ea quis non absol-
uitur,nisi pœnitens,atque contritus sit, vt id abundè probauimus in comment.nostr.de pœnit.
c.15.nu. 9.& vt respondit quoque Marian. Socin.Sen. eod.etenim culpa à volente contrahitur;
iure igitur,vt contraria contrarijs tollãtur, à contraria voluntate per cõtritionẽ tolli debet arg.
c.1.de reg.iur.& l.nihil tam naturale.ff.eod. & vt dixit Iacob.eod.qđ non contingit in censuris,
quæ,cùm pœnæ sint, nobis inuitis etiam inferuntur, atque ob eam rem etiam inuitis tolluntur;
in hanc igitur sententiam accipitur cit.cap.legatur; id quod etiam dixit Abb.in cit cap.signifi-
casti,& Felin.in eod.c.Apostolicæ.nu.3.vers.Non obstat c.legatur;inuito igitur absolutio censu-
ræ tributa valet. Excipitur tamen, vbi excommunicatio pro delicto successiuo, vt pro hæresi
fertur;nam,si pertinax in ea perseueret,absolui non potest, ex quo pro hæresi excommunicatio
fertur, & hoc sensit Gabr.Biel. dist.18.q.3.art.3, dub.7.& probatur per c.damnationis senten-
3 tiam. 24.q.2. quod ego intelligo,vbi externo aliquo signo id significatur, & apparet. † Atqui
an tribui debet, ex quo tributa valet? S.Thom.eod. art.5. vers. Ad secundam quæstionem in
responsione ad secundum argum. tacitò sensit tribuendam non esse, vbi, vt corrigatur, spes
non est;nam dixit etiam manente contumacia,atque ob eam rem & inuitum absolui quẽ posse,
si videat iudex saluti eius hoc expedire:ergo,vbi spes est,vt corrigatur; nam tunc absolutio sa-
luti eius expedit; ergo aliàs secus, & sequitur eum Gemin.in c.1.nu.5.vers. Quæro qualiter de
de sent.excom.lib.6.& Abb.in cap.significasti nu.7.in fin.& Felin. in eod. c.Apostolicæ. nu.2.
vbi & alios idem sentientes refert de excep.& Marian.Socin.Sen.in c.quòd in dubijs. num. 17.
vers.Quinimò de sent.excom.& in cit.cap.super eo.2.nu.5.vers. Quinimò si indurescit;etenim
hoc solùm agitur, vt hominum vita corrigatur.Contrariam sententiam nihilominus amplexa-
tus est Ioan.Cald. vt inquit Abb.in eod.c.ab excommunicato.nu.20.vt.s.nullo modo sic affe-
ctus absoluatur,& hoc ob has rationes.Primò,quoniam,si hoc daretur, malitia sua ei prodesset
contra id, quod dixit Gloss.in cap.fin.in verb. Eiusdem nominis de rescript. Deinde, quòd, si
hoc fieret, deliquendi ansa tribueretur, quod fieri etiam non debet arg.l.conuenire.ff.de pact.
dotal.excipit tamen,vbi excommunicatus hic à contumacia discessit, iniuriauè excommunica-
tus est,& hic,quò magis mereatur,absolui non vult;huic enim & inuito absolutionem tribuen-
dam esse censuit; hæc opinio, etsi verissima est, sicuti paulò post videbimus, rationes tamen
redditæ mihi non probantur; nam & S.Thom.hoc sensit, vt non absoluatur, vbi correctionis
spes non datur: at, vbi spes certa est futurum esse,vt absolutus à contumacia faciliùs discedat,
tunc nec malitia sua ei prodest,nec delinquendi ansa datur. Vnde Abb.demum, qui has opinio-
nes inter se conciliare nitebatur,sic distinguit: aut speratur fore,vt absolutus alio remedio cor-
rigatur,& tunc,quod volebat S.Thom, absoluendum hunc esse ait; aut id non speratur, & tunc
secus,vt dicebat Io.Cald.hæc Abb. sententia,si quis paulò diligentiùs eam contempletur, eadẽ
est cum sententia S.Thom, nam post absolutionem duo reliqua sunt, quibus corrigi absolutus
potest,primùm nulla alterius pœnæ adiectione,alterum alterius impositione;hæc igitur parum
inter se differunt,& S.Thom.id sensisse facilè credendum est,vt.s.alia pœna adijciatur. Ego igi-
tur ab opinione Calderini discedendum non censeo,vt.s.contumax,atque inuitus non absolua-
tur. Primò, quoniam,vbi excommunicatio ab ecclesia fertur, si per eam eius,in quem lata est,
contumacia non coercetur,alias pœnas,excommunicatione non sublata, non habito respectu,
an remedio alio futurum sit,vt comprimatur, sed simpliciter ecclesia interminatur, sicut habe-
tur in cap,quoniam.§.in alijs vers, Ad alteram nihilominus processurus vt lit.non contest.& in
cap.1.de test,cog. & in extrauag.vn,in fin,vers. Aggrauaturus aliàs de dec.& in extrauag.vn.
de furt. §. mandantes in verb. Processuri de furt. & in extrauag. vn, vers, Etsi per sex menses
de reb.eccl.non alien.cum simil.ergo, vbi excommunicatus non resipiscit, non excommuni-
cationem, censuramq; aliam latam tollere, sed recentem pœnam addere debemus arg.c,super
literis

literis de rescript. in fin. Secundò etiam pro hac sententia facit, quoniam ecclesia id vult, & quodammodo præcipit, vt scilicet, vbi censura primò lata non sufficit, priori permanente simpliciter alia inferatur; sic enim dicitur in c. clericos de cohab. cler. & mul. & in c. veritatis de dol. & contum. & in c. 2. 5. q. 2. ergo hac quoque ratione contumacem excommunicatum non absoluemus. Tertiò pro eadem opinione facit, quoniam ecclesia non modò id interminata est, fieriq; id voluit, sed etiam & in magnis principibus id factitauit, vt habetur in c. 2. de re iud. lib. 6. vbi Fridericum Imperatorem excommunicatum, quòd in contumacia perseuerabat, non excommunicatione liberatum, sed regno spoliatum legimus; hinc & Abb. in c. sactis de sent. excom. in excommunicatos ecclesiam bellum indicere posse not. Accedit quoque cap. postulasti, vbi & Felin. de dec. quo in loco excommunicatus à contumacia non discedens & à iudice non ecclesiastico puniri potest: non est igitur, quod hac de re dubitemus; etenim hac ratione, an à contumacia discedere excommunicatus velit, pœnæ alterius adiectione faciliùs dignoscetur, & censuræ ludibrio non erunt; quod ne fiat, cauendum est arg. c. eos de sent. excom. lib. 6. & Clem. 1. eod. Postremò (vt mittam, quæ de aggrauatione censuræ antea diximus; pertinent enim & illa huc) fieri hac ratione potest, vt is, cuius gratia in quempiam excommunicatio lata est, si non damno, at molestia saltem afficiatur, si absolutus ei non satisfacit: quare ab hac sententia discedendum non censeo, quam & amplexatus videtur S. Bonauent. dist. 18. q. 6. nu. 81. nam & Add. ad Abb. in c. nouit. nu. 34. in litera F dictum S. Thom. non esse sine dubitatione dixit, & Tancr. Vinc. Phil. & Goff. qui absolutionem nisi petenti dandam non censuerunt, vt refert Mar. Soc. Sen. in c. super eo. 2. num. 3. vers. Quò ad primum de sent. excom. quousque igitur in contumacia excõicatus, censurauè alia irretitus perseuerabit, ipsum non absoluemus: quáuis, vbi iniuria alteri non infertur, si id fiat, non peccemus; & in hoc casu sententia D. Tho. locũ habere potest.

SVMMA.

1 *Absolutionem petere debet excommunicatus, qui absolui ab excommunicatione vult, quod & de alijs censuris sentimus; quæ regula etiam declaratur.*
2 *Absolutio ab excommunicatione, aliaq; censura quo remedio, quaq; actione petatur.*
3 *Absolutionem excõmunicationis, alteriusuè censuræ an ipsis constrictus petere cogatur.*
4 *Absolutionem excommunicationis petens an se excommunicatum fateatur.*
5 *Absolutio excõmunicationis ad cautelam tributa esse non censetur, nisi id exprimatur.*
6 *Absolutum se ab excommunicatione asserens, ac respondens is, cui agenti à reo obiecta est excommunicatio, an exceptionem eius rei confirmauerit.*
7 *Absolutionem ab excommunicatione petens is, qui pluribus excommunicationibus constrictus tenetur, an ab omnibus absolutus sit, si absoluatur.*
8 *Pluribus excommunicationibus irretitus qua ratione ab omnibus absoluatur.*
9 *Plures excommunicationes an vna sententia ferantur.*
10 *Plures ob causas vna sententia quis excommunicatus an pluribus excommunicationibus irretitus sit.*

III.

1 § † Vt petat quoque absolutionem excommunicatus, censurauè alia constrictus, requiritur, quem absoluere volumus; hoc enim probatur in c. significasti vers. Si petierit, & ibi Gloss. & Abb. num. 7. de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult. & in c. cùm aliquis, ibi pœnitentia ductus veniam postulat. 11. q. 3. & c. per tuas vers. Verùm de sent. excom. & c. fin. ibi Postuletur eod. & c. solet eod. lib. 6. hoc quoque Gloss. sensit in c. ab excommunicato in verb. Cognitio, & Abb. num. 19. vers. In Gloss. fin. in fin. de rescript. etenim excommunicatio, censuraq; alia potissimùm fertur, quò quis corrigatur; nisi autem absolutionem censura obligatus postulet, correctus sit nec ne, ignoratur arg. c. quem pœnitet dist. 1. ergo iure absolutionem petijsse debet,
2 quem ab excommunicatione, aliauè censura absoluimus. † Atqui qua actione excommunicatus, censurauè alia constrictus absolutionem petet? Planè, vbi excommunicatio iusta omnino est, absolutionem petemus condictione c. ex literis de constit. vbi verò iniusta sententia erit, vel nulla, conditione c. cùm contingat de off. deleg. & c. sacro de sent. excom. sicut etiam excommunicator, si iustam excõmunicationem asserat, aget condictione eius c. cùm contingat, vt tradidit Inn. in eod. c. cum contingat in fin. & Abb. nu. 13. vers. In Gloss. fin. in fin. & Add. ad Rot. decis. 2. de sent. excom. in nou. Host. tamen non id necessariò requiri ait in cit. c. cùm contingat;

quandoquidem pontificio iure actionis positio necessaria non est, sed factum simpliciter narrare sufficit arg. cap. dilecti, & ibi not. DD. de iud. idem igitur & hic fiet; nam & hanc sententiam Host. citati autores proximè sequuntur: censura irretitus ergo absolutionem vt petat, requiritur. Excipitur tamen primò, vbi ad testimonium ferendum excommunicatus absoluitur, quod fit, vt habetur in c. veniens. 2. de test. Item, vbi mora fieret in prospiciendo ecclesiæ, vt probatur in c. Apostolicæ, & ibi not. DD. de except. Item in oratoribus, quousque suam functionem peragunt. Postremò in beneficijs conferendis, quò ipsorum collatio valeat; in omnibus enim his casibus & non petenti absolutio datur, vt tradidit Felin. in cit. cap. Apostolicæ de except. alias verò tribui non debet, quamuis tributa valeat; nam & inuitis traditam valere proximè probauimus, & facit l. qui potest. ff. de reg. iur. His sic propositis, iam quæstiones quasdam hac de re
3 contemplemur. † Quæri solet igitur primò, an excommunicatus, censuraq; alia constrictus compelli queat, vt absolutionem postulet. Videbatur igitur dicendũ ad id compelli hunc posse ob c. fin. 22. q. 1. vbi, qui periurij pœnitentiam agere non vult, ad id fidelium communionis priuatione compellitur: atqui responderi ad hoc potest idcirco illud ibi fieri, quoniam agitur de culpa, qua non expiata saluus quis esse non potest, ac propterea ad id compelli posse arg. c. omnis de pœnit. hic vero agi de pœna (excommunicatio enim, ac reliquæ censuræ pœnæ sunt, vt probauimus supra c. 16.) qua quidem pœna non impeditur quis, quò minus saluus fiat arg. c. inquisitioni, & cap. à nobis. 2. & c. sacris de sent. excom. non igitur illud c. obstat. Vnde Gloss. in eod. c. significasti in fin. de eo, qui duxit in matr. quam poll. per adult. indirectè ad id hunc compelli posse asseruit; eandem opinionem sequitur Abb. ibi in fin. quæ Gloss. hac ratione ad id eum cõpelli posse ait, prohibendo, ne aliquis ei communicet: hæc ratio mihi non probatur; nam, ex quo excommunicatus est, eius communione vti alij nequeunt arg. c. excommunicatos cum seq. 11. q. 3. nec facit c. post miserabilem de vsur. nam de iudæis ibi agitur, qui excommunicari nequeunt, vt asseruimus supra cap. 17. § 5. ea igitur ratio haberi locum poterit, vbi excommunicatio fertur ad formam c. statuimus, & c. constitutionem, & cap. statutum de sent. excom. lib. 6. quid igitur concludendum. Ego sic distinguendum censeo. Aut quærimus, si is, qui excommunicatus est, censurauè alia constrictus, à contumacia non discedat, ratione alia, quò à contumacia, & sic à delicto discedat, compelli possit, & id directo posse concludendum est arg. c. veritatis de dol. & contum. & c. clericos de cohab. cler. & mul. & c. 2. 5. q. 2. nam à culpa quem euocare hoc est, quod fieri permittitur arg. cit. c. omnis de pœnit. & cit. c. fin. 22. q. 1. potest etenim clericus, qui excommunicatus ob concubinam nihilominus eam tenet, affici alia pœna, quò eã dimittat. Aut quærimus, ex quo à contumacia iam discessit, an ad absolutionem petendã is cogi queat, & in hoc casu indirectè ad id cogi quem posse censeo, vt Gloss. tradidit: nam & iure ipso ad id compellitur; quandoquidem ad Eucharistiam suscipiendam in Paschate omnes Christianos proposita pœna ius ipsum cogit in cit. cap. omnis de pœnit. dum igitur ad munera hæc quem compellet, & ad absolutionem petendam tacitò etiam ecclesia compellere videtur, atque idcirco indirectè, quod dixit Gloss. ad id cogetur; in hoc igitur sic concludendum censerem; & de quæstione
4 hac priori hactenus. † Secundò quæri etiam solet, an, qui absolutionem ab excommunicatione, à censurauè alia postulat, se excommunicatum, censuraq; alia constrictum ob eam rem fateatur: hæc quæstio disputatur in primis in c. venerabilem de elect. & in l. decem. ff. de verb. oblig. varijq; hac de re sententiæ sunt. Gloss. in eod. c. venerabilem in verb. Postulauit, excommunicatum se fateri not. eandem opinionem sequitur Host. vt refert Abb. ibi, num. 22. vers. In Gloss. & Bart. in cit. l. decem. num. 7. & Castr. num. 2. vers. Vltimò, & num. 3. vers. Ex prædictis patet. Probatur autem sententia hæc primò in eod. cap. venerabilem in vers. Fuit quoque, vbi Rom. Pont. volens probare quendam excommunicatum fuisse hac ratione vtitur; quoniam per suum nuncium absolutionem postulauit; Fuit quoque à prædecessore nostro excommunicationis vinculo innodatus, dicitur enim ibi, quod postmodum recognouit, cùm per nuntium suum absolutionis beneficium postulauit. Ecce hic apertè probatum, qui absolutionem petit, fateri se excommunicatum. Vnde patet (sic enim deinceps subiungitur) quòd ille fuit excommunicatus electus: quæ conclusio infertur ex eo, quòd se excommunicatum confessus videretur. Specul. in tit. de probat. §. videndum vers. Sed nunquid probatur, qui contrariam sententiam sequitur, ipse primò sic respondebat ad cit. c. venerabilem ibi per dictionem illam Cùm tempus significari, quando id recognouit, non autem causam, quamobrem id recognouit; quasi dicat, Fuit quoque excommunicationis vinculo innodatus, quod ipse eo tempore recognouit, quando absolutionis beneficium petiuit; atque idcirco notatur tempus, quo cognouit se excommunicatũ,

non autem, quòd ipse id recognouerit, propterea quòd absolutionem petierit: hæc responsio mihi non satisfacit; quandoquidem interpretatione hac verba illa à legislatore prolata nihil operarentur, ac propterea fieri non debet arg. l.quoties.ff.de reg.iur. cum simil. & præsertim in verbis à iure prolatis, quæ summo adhibito studio concipiuntur arg.c.erit autem lex dist.4. ac planè quid recognitio illa faceret, ex quo iam se excommunicatum sciebat? arg.c.eum, qui de reg.iur.lib.6.& l.1.in fin.ff.de act.empt. præsertim quòd electio, vel ipso se excommunicatum esse ignotante,nihilo magis valeret,vt probatur in c.fin.iunct.Gloss.scienter, & ibi DD.de cler.excom.min.quò igitur superuacanea verba ea non sint, à proposita sententia non discedemus: vnde secundò respondetur ad cit.cap.venerabilem ibi scilicet propterea haberi pro confesso,qui absolutionem postulauit,quoniam in iudicio,ac solemniter absolutionem petijt,secus autem,vbi extra iudicium: quæ responsio, quod & Ias.animaduertit in cit.l.decem.num.51.vt quæ diuinet, respuenda est; nullum enim ibi hac de re verbum fit; sicut etiam & alia responsio non recipienda, quatenus dicitur ibi expressè dixisse excommunicatum se esse, qui absolutionem per nuntium postulauit; non igitur responsiones huiusmodi rationem depromptam ex cit.c.venerabilem tollunt·Secundo loco probatur sententia huiusmodi hac ratione;qui absolutionem excommunicationis petit, alicuius,id est excommunieationis liberationem, & ob eam excommunicationis priuationem petit(absolutio enim nil aliud est,quàm alicuius vinculi solutio)ergò, qui absolutionem petit,se obligatum esse necessariò fatetur; quandoquidem,vbi habitus non est,ibi priuatio esse non potest arg.l.decem, & ibi communiter not.ff.de verb.oblig. ad hanc rationem variè itidem respondetur, sed consultò respousiones hic prætermittuntur; quandoquidem in dissolutione quæstionis, quid iuris sit, aperiemus: & hæ rationes sunt, quæ pro hac sententia potissimum redduntur. Quibus tamen non obstantibus,contrariam sententiam, vt absolutionem excommuuicationis petendo ob eam rem se excõmnnicatum esse quis non fateatur,amplexati sunt Inn.in c.a.nu.9.vers.Sed dices,non ne sufficit, & Abb.ibidem.nu.43.vers. Et idem tenet Archid. de ord.cog.idem Inn.in eod.cap.venerabilem.nnm.4.in verb. Excommunicatus!, & Abb.in cap.exhibita de homieid.& Specul.eod.tit.de probat.in cit.vers. Sed nunquid,& Felin.in c.testimonium.nu.25.vers.Et hinc sumpta occasione, vbi & alios idem sentientes refert de testib.& Rot.decis.5.de except.in antiq. & decis.11. de sent.excom. eod.& Ias.in cit.l.decem.nu.51.ff.de verb.oblig.& non nulli alij, quos refert Couar.in c.alma pars.1. §.12.nnm.1.de sent.excom.lib.6. vbi & communem opinionem hanc esse ait in vers. Quorum opinionem,& Marian.Socin.Sen.in c.de monialibus.nu.10.vers. Tertiò quæro,cum multis seq. de sent.excom.ibi ego arbitror,vbi ait eum nihil facere, qui vult suam intentionem fundare super hac petitione. Probatur autem horum sententia hac potissimum ratione,quoniam petitio absolutionis ab excommunicatione ad cautelam etiam fit, quo casu ei sepius tribuitur, qui excommnnicatus non est arg.c.solet,& c.venerabilibus §.potest quoque cum seq.de sent.excom. lib.6.& cap.per tuas eod.in antiq.& cap.cùm contingat de off.deleg.bonarum enim mentium est culpam ibi agnoscere,vbi culpa nulla est,vt dicitur in c. a.de obseruat.ieiun.ergo absolutionis petitio, ex quo sepius non excommunicato tribuitur, quem excommunicatum esse non necessariò concludit; etenim non probat hoc esse, quod ab hoc contingit ab esse arg.l.neque natales.C.de probat.& l.non hoc.C.vnde legitimi: hæc ratio,qua potissimum,vt dixi, horum sententia nititur,eam non probat; nam nos proponimus absolutionem ab excommunicatione simpliciter petitam esse,quo casu absolutio vera,ac propria significatur,quæ scilicet vinculum adesse significat arg.l.cùm quæritur.ff.de stat.hom.ergo de absolutione ad cautelam intelligi non
5 potest; † quandoquidem absolutio ad cautelam tribui nunquam intelligitur, nisi ex primatur arg.cit.c.solet, & c.venerabilibus.§.pen.cum seq.& vt sensit Gloss. fin. in c.Capitulum Sanctæ Crucis de rescript.& ibi Abb.not. sicut etiam in c.Apostolicæ in fin. & ibi quoque Felin.de except.non igitur ratio hæc ad rem pertinere videtur. Vnde secundò pro hac sententia citatur c. exhibita de homicid.vbi,qui veniam petit, non idcirco peccasse conuincitur, atque probatur; ergo idem in casu nostro concludendum, atque sic argumentatur ibi Abb. pro hac sententia: quod tamen argumentũ inde nõ depromitur;nam,vt Rom.Pont.ibi ait,veniam ille petijt, quò patris pueri mortui dolor minueretur,atque idcirco non simpliciter veniam petebat;constabat enim sine petentis culpa mortuum puerum esse;ergo secus, vbi simpliciter qnis veniam petit,& non cõstat,qnamobrem id fiat;imò Ias.in cit.l.decem.nu.50. ad cautelam veniam petitam esse ibi dicebat; neque igitur ratione hac horum sententia probatnr; quid igitur concludendum? Ego,vt absolutam huius materiam habeamus, huiusmodiq; sententias inter se conciliemus, sic

distin-

distinguendum censeo. Aut quærimus an, qui absolutionem excommunicationis petit, necessariò hic excommunicatus sit, & concludendum est id non necessariò consequi; fieri enim potest, vt re vera excommunicatus non sit arg. cit. cap. solet cum alijs allegatis supra, atque sic sensit Couar. in eod. §. 2. num. 1. vers. Primùm illud. Aut quærimus, an pro excommunicato hic habeatur, & existimetur, & in hoc rursus distinguendum est. Aut simpliciter absolutionem ab excommunicatione petit, nec aliunde apparet absolutionem ad cautelam ab eo peti, & in hoc casu prior sententia locum habebit ob cit. cap. venerabilem, vbi re uera sententia hæc probatur, quicquid dixerit Couar. eod. num. 1. vers. Et his primùm suffragatur. Aut ad cautelam absolutionem petit, petereuè apparet, & in hoc casu sententia Inn. atque aliorum, qui ipsum sequuntur, & Couar. eod. num. vers. Tertiò, si quis absolutionem, locum sibi vindicabit; hoc enim rationes ab ipsis allatæ suadent, eoq; pertinent, si quis ipsas paulò diligentiùs animadnerterit: hac igitur ratione propositæ sententiæ inter se conciliari posse mihi videntur, id quod etiam sensit Gloss. in eod. c. venerabilem in verb. Postulauit; nam sic inquit ibi, Nota hìc eo ipso, quòd quis petit absolui, per consequens se confitetur excõmunicatum, nisi ad cautelam fiat: hæc ibi Gloss. ex quibus proposita conciliatio probatur, atque ob eadem ipsi Gloss. priorem sententiam simpliciter à Doctoribus non rectè ascriptam esse; non enim absolutionem excommunicationis petentem se excommunicatum semper fateri dixit, sed solùm, vbi simpliciter, non autem, vbi ad
6 cautelam absolutio postulatur; sed de quæstione hac iam satis, ad aliam veniamus. † Quæri solet itidem, si à reo obijciatur actori excommunicatio (quamobrem fit, vt in iudicio esse non possit, vt habetur in c. intelleximus de iud.) ipse actor verò se absolutum replicet, an actoris replicatione hac rei exceptio probata sit; vnde ad reum exceptionem suam probare non pertineat, sed ad actorem replicationem, scilicet se absolutum esse: hanc quæstionẽ disputarunt DD. Bart. Ias. ac reliqui in cit. l. decem. ff. de verb. oblig. & speciatim Mar. Socin. Sen. in c. de monialibus. num. 10. cum multis seq. Et videbatur quidem dicendum rei exceptionem probatam esse, nam actor se absolutum ab excommunicatione dixit, vt in facto proponitur; ergo confessus videtur se excommunicatum fuisse; priuatio enim proponit habitum arg. cit. l. decem: ex quo igitur se absolutum actor inquit, se excommunicatum fuisse fateri videtur, atque idcirco rei exceptio probata; ex quo cõtra se, & in iudicio, & præsente parte confessus est arg. c. venerabilibus. §. porrò vers. Secus autem de sent. excom. lib. 6. & eorum, quæ not. Gloss. in cit. c. fin. & DD. de confessis. Atqui contrariam sententiam, vt. s. rei exceptio probata non sit, amplexati sunt Bart. in cit. l. decem. num. 5. vers. Excepi, & Lud. Rom. Io. de Imol. Cyn. & Ias. qui ipsos refert, ac sequitur in ead. l. decem. num. 48. vers. Expedita theorica Bart. & ad summam communiter DD. vt testatur Couar. eod. §. 12. nu. 1. vers. Secundò obseruandum est, sequitur quoque eam Mar. Soc. eod. num. 20. cum seq. Probatur autem sententia hæc primò hac ratione, quoniam actor, cui excommunicatio obiecta est, replicando se absolutum esse intentionem aduersarij fateri non videtur, vt dicitur in c. exceptionem de reg. iur. lib. 6. & in c. cùm venerabilis de except. in antiq. & in l. non vtique. ff. eod. ergo replicando actor se absolutum esse non videtur fateri se excommunicatum fuisse; alioquin aduersarij intentionem confessus diceretur contra iura proximè citata. Confirmatur ratio hæc; quoniam, si is, qui replicat, intentionem aduersarij fateretur, replicatio, quæ opponitur ad ius aduersarij excludendum, vt habetur in l. 2. ff. de except. contrarium effectum operaretur contra l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & l. non omnis. ff. si cert. pet. Item per exceptionem litis contestatio fieret; fit enim & per tacitã confessionẽ arg. c. cùm causam, & ibi not. de probat. quod etiam repugnat c. 2. de lit. contest. lib. 6. ergo probata rei exceptio replicatione ipsa non est. Secundò pro hac sententia facit; quoniam, qui excommunicationem opponit, speciem illius, & nomen excommunicatoris exprimere debet; item apertissimis documentis illam probare, vt dicitur in c. 1. §. si quis igitur de excep. lib. 6. ergo hac quoque ratione per replicationem actoris probata exceptio rei non intelligitur; nam apertissimis documentis probata non est, ex quo potuit ad cautelam esse absolutum, atque ob eam rem contingere ipsum excommunicatum non esse, vt conclusimus in superiori proxima quæstione: ex quo etiam apparet non obstare cit. l. decem; nam locum haber regula inde deprompta, vbi habitus necessariò priuationem antecedit: quod hic non semper est, cùm absolutio sæpius de facto tribuatur, vbi ad cautelam datur; ab hac igitur sententia non discedemus, de qua, sicut etiam de huiusmodi alijs quæstionibus DD. pertractarunt in l. decem. ff. de verb. oblig. Excipitur tamen, vbi fatetur se fuisse quidem excõicatum, sed deinde subijceret se absolutum esse; nam tunc secus est,
7 vt dixit Socin. eod. † Postrema quæstio restat. s. vbi excommunicationibus pluribus constrictus

quis

quis tenetur, si absolutionē petat, & absoluatur, an ab omnibus excōicationibus absolutus sit: huiusmodi rem Doctores pertractarunt in c.cùm pro causa,& in c.officij de sent.excom.& in c. ex parte de off.ord.Ego igitur,vt dicta doctorum faciliùs percipiantur,atque perfectior doctrina tradatur, pro regula pono eum, qui excommunicationibus pluribus irretitus tenetur, si absolui se ab omnibus postulet, & absolutionem simpliciter consequatur, ab omnibus absolutum esse;nam responsio ad interrogationis formam declaratur arg.§.præterea in instit. de inutil.stipul.&,quatenus interrogatio patet,eatenus responsio pertinet arg. l.sub prætextu.a.C.de transact.ergo,ex quo generaliter absolutionem petijt,& simpliciter concessa ei est,ab omnibus absolutus erit,atque ita dixit Abb.in cit. c.cùm pro causa. num.6.vers. In Gloss. fin.ibi Primo membro, quem communiter receptum esse testatur Nauar.in cap.ita quorundam in Gloss. vlt. notab.11. num.12. vers. Videtur autem velle absoluere ab omnibus de iudæ. quamuis vna concessa sit absolutio, vt de communi sententia testatur Couar.in cap.alma pars.1.§.11.num. 13.vers.Tertia conclusio de sent.excom.lib.6.Multò magis igitur id erit,vbi generaliter absolutio petita est, & generaliter ab omnibus est concessa. Quæ regula amplicatur, vt locum habeat, etiam si indefinitè, & simpliciter se absolui ab excommunicatione postulet, & non addat Ab omnibus excommunicationibus,vt asseruit Abb.eod.& communiter DD.& Nauar.in eod. vers. Inquit. idq; iure optimo; tum quòd nullà ratio adest, quamobrem indefinita illa petitio, atque absolutio magis ad hanc, quàm ad illam excommunicationem respectum habeat; ergo omnibus excommunicationibus liberatum hunc esse dicemus;nam,vbi in omnibus, quæ indefinita oratione comprehenduntur, ratio eadem est, oratio indefinita vniuersalis vim habet, vt asseruit Dyn.quem refert,ac sequitur Bart.in l.si pluribus.nu.6.vers. Dicit Dyn.ff.de leg.2.tum quòd aliàs,si non ab vniuersis absolueret,neque ab hac,neque ab illa,ex quo nulla ratio suadet, vt hanc magis, quàm illam sublatam dicamus, atque idcirco, vt incerta nihil operaretur arg. tot.tit.C.de sent.quæ sine cert.quant.& l.duo sunt Titij.ff.de testament.tutel.at actum interpretari sic debemus,vt potiùs valeat,quàm nullus reddatur arg.l.quoties.ff.de verbor. oblig. & l. quoties.ff.de reb.dub.ergo,ne absolutio inutilis reddatur, omnibus excommunicationibus liberatum hunc esse asseuerabimus. Idq; eo magis dicendum est, quòd, absolutio gratiosa cùm sit sit arg.l.Arrianus.ff.de act.& oblig.& l.absentem.ff.de pœn.& c.veniam nunc,& ibi not.Gloss. viden.35.q.9.amplificare ipsam debemus arg.c.odia de regul.iur.lib.6. & l.cùm quidam.ff.de lib.& posth.& eorum,quæ ibi DD.tradunt,& Ias.num.15. Item eadem regula amplificatur, vt locum habeat, vel qui absolutionem petit, à iure, ab homineuè excommunicatus sit;vel & ab homine, & à iure; vel sententia excommunicationis ab eodem homine, vel à diuersis lata sit; eadem enim ratio in omnibus est,atque idcircò eadem iuris dispositio arg.l.illud.ff.ad l.Aquil. Excipitur tamen primò, vbi petitio generalis fuit, sed cōcessio specialis, vt exempli gratia ego petij, vt absolueret me iudex toties, quoties in excōicationem incidi; ipse verò dixit Absoluo te ab excommunicatione, in quam ob furtum incidisti; nam ab alijs excommunicationibus, quibus constrictus tenebar,absolutus non ero,atque sic tradidit Abb.in cit. c.cùm pro causa,& sequitur Nauar.eod.vers. etenim excōmunicatio, nec non eiusdem absolutio à voluntate ipsius uires summit,à quo fertur,vt dixit Abb.in c.ex parte.nu.6.vers. Tertiò not.de off.ord.& vt nos asseruimus supra cap.2.§.velit, ergo, ex quo ab vna excommunicatione ipsum absoluere tantùm voluit, ab altera absolutus non erit; alioquin agentis actus contra voluntatem operaretur contra l.non omnis,vbi DD.not.ff.si cert.pet.Secundò excipitur, vbi quis absolutionem generaliter ab eo petit, qui ab omnibus censuris, quibus constrictus tenebatur,absoluendi potestatem non habet;nam, quacunq; ratione petat,absoluaturq; , absolutiones earum excommunicationum tantùm suscipiet, à quibus absoluens absoluendi potestatem habet, aliarum autem non arg.c.à nobis.1.de sent.excom.& c.fin.de constit.lib.6.atque sic dixit Felin. in eod.c.cùm pro causa.num.5.vers.Limita istam Gloss.& Anchar.in Clem.grauis. nu.9.vers. Sed tunc vltra quæritur,& sequitur Add.ad Zab.in ead.Clem.grauis vers. Decimo tertiò quæro in litera A, & Nauar.eod.notab.11.num.12.vers.Nonò intelligitur,& S.Thom.dist.18.q.2.art.5.vers. Circa hoc secundum lib.4.& Petr.de Palud.dist.ead.q.5.art.3.& facit c.officij de sent.excom. Quare, quòd Rom. Pont. ab omnibus censuris à quocunque latis absoluendi vim habet, ab omnibus absolutus erit, qui ab eo generalem absolutionem impetrauit; atque ob eandem rem collatio beneficij ab eodem Pontifice facta semper,quatenus ad censuras pertinet, valebit; quandoquidem priùs,quàm beneficium conferat, eum, cui cōferendum est,ab omnibus censuris absoluit. quod in inferioribus ecclesiæ præsidibus non contingit. Idem etiam fit, vbi ab ijs, quibus à

Romano

Romano Pont.ab omnibus cenſuris cuicunque reſeruatis abſoluendi facultas tributa eſt, generalis abſolutio tribuitur;nam ab hoc abſolutus ab omnibus cenſuris liber erit:hoc autem à Romano Pont.concedi conſueuit in bullis, vbi indulgentiæ conceduntur, & præſertim in iobelæo. Hinc admonuit Nauar.in Man.cap.26.num.12.verſ. Eſt autem valde notandum, & in c.conſideret.§.cautus verſ. Illud vnum de pœnit.diſt.5.quem & ſequitur Iacob.de Graff.cap.15.nu.3. verſ.Primus lib.4.Deciſ.ſuarum,vbi & de communi teſtatur, & ſequitur Couar. in c.alma pars 1.§.11.nu.12.verſ.Primùm illud de ſent.excom.lib.6.vbi rem hanc pluribus egit,& nos ſupra cap.10.§.4.num.11.vt, vbi quis à quopiam abſoluitur,qui huiuſmodi generalem, abſolutamq; facultatem abſoluendi habet,ab omnibus cenſuris non ſolùm, quas in memoria habet,ſed etiã ab ijs,quarum in præſenti non meminit, ſe abſoluendum curet: quandoquidem, ſi deinceps in memoriam venerint,abſolutione tamen earum non egebit; quippe qui ea generali abſolutione abſolutus iam ſit,ſed ſolùm neceſſe habebit illud peccatum, quamobrem excõmunicatus erat, ſicut & alia,confeſsione pareſacere;etenim & inuito,& ignoranti abſolutio tributa valet, vt ſupra diximus. Tertiò excipitur, vbi excommunicatus pluribus excommunicationibus ab vna excommunicatione abſolutionem petijt; nam, ſi ſimpliciter abſoluatur, à petita excommunicatione abſolutus tantùm erit arg.cit §.præterea de inutil.ſtipul.etenim præcedens ſpecies genus ſequens reſtringit arg. c.ſedes de reſcript. atque ſic tradidit Abb. in eod. c.cùm pro cauſa. num.6.verſ. Aut petitio abſolutionis fuit reſtricta, & Felin.eod.nu.6.vbi & alios idem ſentientes refert,ac ſequitur,& Nauar.in cit.notab.11.num.13.verſ. Non autem videtur velle,idem & Couar.eod.§.11.num.13.verſ. Secunda concl.& facit idem c.cùm pro cauſa, vbi, qui pluribus excommunicationibus ob diuerſas cauſas excommunicatus fuit, ab ea tantùm abſolutus eſt, cuius cauſam expreſsit: & hoc locum habet,vel ſimpliciter abſolutio tributa ſit,vt Abſoluo te, atque ſic dixit Couar. eod. quare nihilominus ob alias excommunicationes hic idem vitabitur arg.cit.c.cùm pro cauſa dẽ ſent.excom.& cap.officij,& ibi not.Gloſſ.Abb.Felin.ac DD.eod.& eadem Gloſſ.in c.ex parte de off.ord. & Alex.in l.de pupillo. §.ſi pluribus. num.11.ff.de oper. nou.nunt.nam & bannitus ſepiùs,niſi ab omnibus abſolutus ſit, iura ciuitatis non recuperat, vt Bart.ibidem dixit.nu.5.quem ſequitur Alex.eod.nu.11. Quartò abſolutus hic non denuntiabitur de eorundem ſententia,quos proximè citauimus; quandoquidem eadem communio per vnam excõicationem, quæ per plures,adimitur, ſed poſt omnium abſolutionẽ denuntiatio fiet

8 arg.l.per fundum.ff.de ſeruit.ruſt.præd. † Vbi ergo pluribus excommunicationibus conſtrictus quis tenetur,ſic abſoluetur. Si à diuerſis excommunicatus ſit,vel ſeparatim ſinguli cũ à ſua excommunicatione abſoluent; vel vnus ab omnibus excõmunicationibus abſoluet illi vni tradita ab alijs poteſtate: quæ abſoluendi ratio frequentatur, vt dixit Abb.in cit.c.officij;vel vna ſententia ab omnibus hiſce cenſuris, qui eas tulerunt, ſimul eum abſoluent, ſic enim tradidit Gloſſ.in eod.c.ex parte de off.ord. & in cit.cap.officij, vbi Abb.Felin.ac DD.de ſent.excom.Si verò ab vno ſepius excommunicatus quis ſit,vel ſeparatim,quod vſitatum non eſt,vel ſimul ab omnibus, quod fieri ſolet, abſoluetur; poteſt enim quis vna abſolutione à pluribus excommunicationibus abſolui,vt tradit Gloſſ.in eod.c.officij,in verb. Tanquam in fine,& in eod.cap.ex parte,quam DD.communiter ſequuntur,vt ſenſit Couar.eod.num.13.verſ. Sexta concl.in fin.

9 abſolutione vna igitur à pluribus excommunicationibus quis liberatur,vt vidimus. † Atqui an vna itidem ſententia pluribus excommunicationibus irretiri quis poteſt? Gloſſ.in cit.cap.cùm pro cauſa in verb. Tanquam in fin.id poſſe ſenſiſſe videtur; nam & vna abſolutione excommunicationes plures tolli poſſunt; ergo & plures vna ſententia ferri arg. cap. verbum de pœnit. diſt.1. & l.fin.§.fin. ff.de leg.3. hanc ſententiam vti veriſsimam ipſe quoque amplector; nam,ſi ſeparatim ſepius ab eodem quis excommunicatur, nulla ratio ſuadet, quamobrem vna ſententia eundem ſepius quis non excommunicet:ſi ergo iudex in quempiam ſic ſententiam ferat Excommunico te quatuor,hic quatuor excommunicationibus obligatus erit. Sed hoc dubitatio-

10 nem modicam habere videtur. † Maiorem autem dubitationem habet, vbi quis ſimpliciter excommunicat ob plures cauſas,quarum ſingulæ excõmunicationem merentur,an tot excommunicationibus irretitus ſit,quot cauſæ ſunt,quamobrem excõmunicatus eſt;exempli gratia admonitus legitimè Titius fuit, vt concubinam dimitteret; & ad præſcriptam diem ipſam non dimiſit; item citatus eſt, vt in iudicium veniret; & non comparuit; tertio admonitus, vt intra decem dies Seio decem præſtaret,quæ ei ſe debere confeſſus erat, id quod etiã non fecit: & hæc omnia ſub excommunicationis pœna ei præcepta ſunt,iudex de contumacia ipſius edoctus tribus illis cauſis expreſſis eum excõmunicauit;an igitur per vnam illam ſententiam tres excõica

tiones,

tiones, vnamuè latā dicamus? Ego, vt paucis rem hanc absoluam, tot excõicationes esse censeo, quot causæ sunt, quamobrem excõmunicatio lata est. Nam sententia hæc plures causas, easque diuersas continet, altera enim alteri non cohæret, vt id per se constat. Item nec actio vna pro omnibus datur, quo casu sententia habere diuersa capitula dicitur arg. l. etiam, & ibi not. Gloss. ff. de minor. & vt asseruit Bald. in repet. l. edita, num. 94. C. de edendo, & Ias. in l. scire debemus. num. 5. in fin. ff. de verb. oblig. ergo sententia hæc non vna, sed plures est, ac propterea plures excommunicationes continet; nam, vbi sententia plura, diuersaq; capitula habet, non vna, sed tot sententiæ, quot habet capita, esse censentur, vt asseruit Gloss. in cit. l. etiam. § ex causa, & ibi quoque Bart. & Ang. & Alex. nu. 2. cum seq. & Ias. in cit. l. scire debemus. nu. 5. vbi & DD. not. ff. de verb. oblig. Confirmatur hoc, quoniam sententia se habet, sicut libellus arg. l. vt fundus. ff. commun. diuid. & l. fin. C. de fideicommiss. libert. & vt comprobauit Alexand. in cit. l. scire debemus. nu. 4. vbi & Bal. & Specul. idē sentire ait; at libellus, in quo res plures speciatim explicatæ sunt, vel personæ, vel species criminum fiunt, non vnus libellus, sed tot esse censentur, quot res ibi diuersas continet, vt DD. concludunt, & Ias. & Alex. in ead. l. scire debemus; ergo excõmunicatio hæc non vna, sed tot erunt, quot causæ sunt, quamobrem lata est; etenim & hoc in stipulationibus, & in legatis euenit, vt habetur in cit. l. scire debemus, & ibi DD. not. & in l. quoties. ff. de leg. 2. hinc & apud logicos propositio illa multiplex dicitur, quæ plura subiecta, pluraue prædicata habet. Facit postremò dictum Gloss. in Clem. 1. in verb. Subiacere de sepult. quam sequitur ibi Zab. & Alex. in cit. l. de pupillo in §. si pluribus. nu. 12. ff. de oper. nou. nunt. & nos supra cap. 16. §. 2. vbi ob idem factum quis in plures excõmunicationes incidit, si factum illud diuersis qualitatibus affectum sit, pro quarum singulis excõmunicatio lata est, ergo multò magis pro diuersis omnino factis idē concludemus, si vna sententia excõicatio simpliciter feratur: in hac igitur quæstione sic concludendū censerem. Excipitur tamen, vbi iudex contrariū vellet.

SVMMA.

1. *Causam, quamobrem quis excõmunicatus est, a quo absolutionē petit, ei exprimere debet; quamuis, si contrarium fiat, absolutio concessa nihilominus valeat.*
2. *Causa existente falsa, quamobrem quis excommunicatus est, an excommunicatio valeat.*
3. *Causa falsa, quamobrem quis excommunicatus est, iudici enarrata, à quo absolutionem petit, an absolutio concessa valeat.*
4. *Causa vna expressa ab eo, qui ob plures causas pluribus excõicationibus obligatus est, an ab vna tantum excommunicatione, ab ea scilicet, cuius causam expressit, ab omnibusuè absolutus sit; & quid si vnam causam, & eam falsam exprimat.*

IIII.

1 § † Causam, quamobrem excommunicatus quis est, iudici, à quo absolutionem petit, vt excommunicatus explicet, itidem requiritur; nam, quòd varijs ex causis excommunicari quis potest; &, dum absolutio tribuitur, alia ratio ad hanc, alia ad illam adhibetur arg. cap. cùm contingat de off. deleg. & c. ex parte. 1. de verb. sign. & c. venerabili de sent. excom. & cap. solet eod. lib. 6. inter id, quamobrem excommunicatus quis est, explicare debet. Non idcirco tamen necessariò requiritur, tum quòd absolutio & ignoranti, & inuito tributa valet, vt supra probauimus; tum quòd, vel non satisfecerit, vbi pro manifesta offensa excõmunicatus est, vel non iurauerit, rationeuè alia cauerit de parendo ecclesiæ, vbi & pro dubia offensa in excommunicationem incidit, absolutio tamen habetur rata; quandoquidē cautiones huiusmodi necessariæ omnino non sunt arg. c. cùm desideres de senten. excom. accedit quod, etsi iudex, dum excommunicationem fert, exprimere causam excommunicationis debet, vt præcipitur in c. 1. vbi & not. DD. de sent. excom. lib. 6. & nos infra probabimus; tamen, si contra fiat, nihilominus excõmunicationis sententia valet, vt probatur in cit. c. 1. & DD. communiter concludunt; ergo multò magis absolutio impetrata valebit, causa excommunicationis non expressa; quandoquidem absolutio gratiosior est obligatione arg. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. Verùm quid, si excommunicatus causam quidem expressit, sed non eam, quamobrem excommunicatus est, ac propterea falsam, an absolutio impetrata valebit? quid itidem si ex multis causis, pro quarum singulis excommunicatus erat, vnam expressit; an, si absoluatur, ab omnibus excommunicationibus absolutus erit; vel ab ea solùm, cuius causam expressit, vel à nulla? hæ quæstiones duæ hic nobis dissoluendæ
2 sunt; vbi tamen priùs hanc dissoluerimus, an excommunicatio ex falsa causa lata valeat. † Quò ad hanc

ad hanc igitur quæstionem Card. in cap. perpendimus de sent. excom. & Cald. eod. consi. 11. & Ang. in l. 2. §. ignominiæ. ff. de infam. quos omnes refert Felin. in c. quod super his. nu. 12. vers. Sed dicit D. Card. & sequi etiam videtur de fid. instrum. excommunicationem ex falsa causa latam non valere senserunt. Et hoc ob eam potissimùm rationem, quoniam excõmunicatio lata ex falsa causa, quam, si excommunicator talem esse nouisset, laturus non esset, non valet arg. l. 1. C. de fals. caus. adiect. ergo neque hæc valebit; nam excommunicator sententiam huiusmodi non tulisset, si falsam causam esse non ignorasset; & hæc est ratio, quæ præcipua pro hac sententia redditur: ad quam responderi facilè potest rationem scilicet hanc veram esse, vbi hoc affectum animo iudicem esse constat, nolle. s. sententiam ex falsa causa proferre: id quod dubitationem nullã habet; quandoquidem à voluntate ferentis censura vim summit, vt dixit Abb. in cap. ex parte de off. ord. & nos abundè probauimus supra cap. 2. §. velit: at quid, si de contrario animo iudicis constet; quouè animo affectus sit, dubitetur? huiusmodi dubitationes propósita ratione non tolluntur, quæ tamen in primis dissoluendæ erant arg. l. quod Labeo. ff. de carb. edict. Quare contrariam sententiam, vt excommunicatio ex falsa causa lata valeat, amplexata est Gloss. in c. ex parte in verb. Redire, ibi sed quæritur de off. deleg. eandem sequuntur ibi Inn. & Bald. nu. 2. vers. Quærit, idem Inn. in cit. c. quod super his de fid. instrum. & Rot. decis. 7. de sent. excom. in nou. eandem ab omnibus teneri testatur Card. in c. perpendimus col. 14. vers. Quæro circa hoc; quamuis ipse contrarium sentiat de sent. excom. cõmunem quoque dixit Couar. in c. alma pars. 1. §. 11. nu. 14. vers. Septima concl. de sent. excom. lib. 6. & ipsam sequitur ibi in vers. Ego sanè veram. Probatur autem primò hac ratione, quoniã, qui ex falsa causa quem excommunicat, excõmunicationem ferre vult; ergo valet, etiam si ex falsa causa lata sit arg. c. sacro de sent. excom. & cap. 1. eod. lib. 6. & cap. 1. & 2. 11. q. 3. hæc ratio dubitationem non habet, vbi de voluntate constat; respondetur igitur ad eam eo modo, quo responsum est ad prioris sententiæ rationem, Vnde secundò pro hac sententia ratio hæc redditur, opinio hæc, vt scilicet, qui ex falsa causa excommunicatus est, pro excõmunicato habeatur, tutior est; nam absoluendum se curabit: &, si re vera excommunicatione obligatus est, periculum, quod excõmunicatis imminet, euadet; si verò excõmunicatus nõ est, absolutio nihil ei nocebit; ergo opinio hæc vti tutior amplexanda est arg. c. iuuenis de spons. Accedit, quòd hac ratione censuram ecclesiasticam homines magis, magisq; pertimescent, atque sic Inn. & Bart. inquiunt in cit. iur. hac itidem ratione horum sententia niti mihi non videtur; nam, etsi animæ periculum vitatur, incommodum tamen non leue patitur ob cautionem, quam præstare debet arg. c. solet, & c. venerabilibus. §. sed si ex causa, & §. potest quoque cum seq. de sent. excom. lib. 6. iunct. c. sacro. §. caueat vers. Absque grauamine, & ibi Gloss. eod. in antiq. Vnde Abb. in cit. c. ex parte. nu. 6. vers. Tertiò not. quò has inter se opiniones conciliaret, sic distinguit. Aut excommunicator, vera, falsaue causa esset, excommunicare voluit, & in hoc casu sententia valet, licet ex falsa causa lata sit, vt ipse ait, & de hoc casu agunt iura, quæ à Gloss. citantur scilicet cap. 1. & seq. 11. quæst. 3. & hic sententia Gloss. locum habet. Aut excommunicator, si falsam causam esse sciuisset, excommunicaturus non erat; & in hoc casu de eiusdem sententia excommunicatio non valebit, & prior opinio locum sibi vindicabit, si ex falsa causa, quam veram esse existimabat, excommunicationem tulisset; nam à iudicis voluntate vires capit excõmunicatio. Felin. verò in eod. c. quod super his. nu. 12. vers. Sed cogitabam de fid. instrum. vbi constaret ex falsa causa iudicem excommunicationem ferre velle, ipsam non valere, vt quæ intollerabilem errorem contineret, asseruit arg. c. per tuas de sent. excom. & c. cùm contingat de off. deleg. cum simil. atque sic quò ad hanc partem ipse Felin. sententiam Abb. oppugnat: quæ tamen oppugnatio vera omnino non est, nisi, vbi constat & falsam causam esse, quamobrem tunc excommunicat; secus autem vbi ignoratur, an vera, falsaue causa sit: quamuis pro certo habeamus illum & ex falsa causa excommunicare velle; alioquin ab hoc excommunicatio lata nulla semper esset, quod absurdum est. distinctio tamen Abbatis non est perfecta; quid enim si ignoretur, quo animo iudex affectus sit? opinio igitur hæc, vt quæ manca sit, tenenda non est; quid igitur concludendum? Ego, vt rem hanc totam absoluam. Præmitto primùm sententiam ex falsa causa latam iniustam dici, vt tradidit Gloss. in c. sacro in verb. Iusta de sent. excom. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 11. nu. 14. vers. Ego sanè veram de sentent. excom. lib. 6. & nos supra capite 3. Item iniustam sententiam ex tribus causis nominari; ex animo, vbi quis odio exempli gratia ductus quem excommunicat, etiam si ob iustam, & veram causam id fecit; ex ordine, vbi s. ea non adhibet, quæ præcipiuntur in cit. c. sacro, & c. 1. eod. lib. 6. postremò ex causa, vbi s. sine iusta causa excommunicat, quamuis vera 2

vel iu-

vel iuſta quidem cauſa eſt in ſe, ſed falſa quò ad hunc. Tertiò præmitto, vbi ex animo tantùm excommunicatio iniuſta eſt, ipſam valere arg. cit. c. ſacro. §. caueat, & c. venerabili de ſent. excom. id quod etiam verum eſt, vbi ordine non adhibito fertur, vt pote admonitionibus non factis, & non de ſcripto, vt probatur in cit. cap. ſacro, & in cap. 1. de ſent. excom. lib. 6. ſicut etiam vbi cauſa quidem vera eſt, ſed non iuſta; nam & ipſa valebit, modò de ipſa manifeſtò non conſtet arg. c. per tuas de ſent. excom. in antiq. & c. venerabilibus. §. poteſt quoque eod. lib. 6. His ſic præmiſsis, reſtat, vt agamus, vbi ex cauſa, quæ per ſe iuſta eſt, quis excommunicatus fuit, ſed tamen falſa reſpectu habito ad hunc; quandoquidem ob id excommunicauit eum iudex, quod non commiſit: hæc enim quæſtio noſtra eſt, hæc, quam DD. diſputarunt in cit. c. ex parte de off. ord. & Felin. in cit. c. quod ſuper his de fid. inſtrum. Quò ad quæſtionem hanc igitur ſic concludendum cenſeo. Aut conſtat iudicem ob falſam cauſam excommunicationem ferre nolle, & in hoc caſu lata non valebit: nam ad cenſurã ferendam voluntas ferentis requiritur, vt ſenſit Abb. in eod. c. ex parte, & nos ſepe diximus; ergo, ex quo niſi ob iuſtam cauſam excommunicare voluit, ex falſa cauſa ab hoc lata non valebit; alioquin agentis actus contra intentionẽ ipſius operaretur, quod abſurdum eſt, & cõtra l. non omnis. ff. ſi cert. pet. & in hoc caſu locum habet prior ſententia. Card. Aug. & Felin. nec non Abb. quò ad ſuæ diuiſionis ſecundum membrum; nam & ipſorum ratio hoc ſuadet, atque vult. Aut manifeſtò conſtat ex quacunque cauſa iudicem excommunicare quempiam velle, ſed & manifeſtò etiam conſtat falſam cauſam eſſe, quamobrem ab ipſo excommunicatio tunc fertur; & in hoc caſu nulla itidem erit, vt quæ intolerabilem errorem contineat arg. c. per tuas de ſent. excom. in antiq. & c. ſolet, & c. venerabilibus. § poteſt quoque eod. lib. 6. & vt aſſerit Couar. in cap. alma pars. 1. §. 11. num. 14. verſ. Septima concl. ibi quòd, ſi excommunicatio ſecundum acta de ſent. excom. lib. 6. hinc Inn. in eod. c. ex parte, ſi dicat iudex, Excommunico, exempli gratia te propter homicidium, quod non feciſti, abſolutione opus non eſſe inquit: idq; iure optimo; quandoquidem intolerabilẽ errorem continet, atque ob eam rem ſententia nulla eſt. Aut manifeſtò conſtat ob quamcunque cauſam iudicem excommunicationem ferre velle, ſed latet tamen, an in eo caſu, quamobrem excõmunicationem fert, falſa cauſa ſit; & in hoc caſu valet, atque ſic aſſeruit Couar eod. num. verſ. Nam excommunicatio lata ex falſa cauſa, ſicut etiam, vbi lata eſt ex cauſa probata per falſos teſtes; quandoquidem & hæc valet, & cõiter receptum id eſſe teſtatur Couar. eod. verſ. Secundò eſt animaduertendum cum pluribus ſeq. Aut de iudicis animo nihil omnino conſtat, quo caſu quæſtio noſtra diſputatur, & hic à communi opinione diſcedendum non cenſeo, vt ſcilicet excommunicatio lata valeat; quæ ſententia probatur. Primò per c. ſacro. §. caueat de ſent. excom. Caueat etiam diligenter, dicitur enim ibi, ne ad excommunicationem cuiuſquam abſque manifeſta, & rationabili cauſa procedat; ad quam ſi forte taliter proceſſerit, & requiſitus humiliter proceſſum huiuſmodi non curauerit abſque grauamine reuocare & cęt. Ecce hic manifeſtò probatur excommunicationem ex falſa cauſa latam valere; nam falſa cauſa rationabilis non eſt, alioqnin reuocatione opus non eſſet, nec abſolutione, vt habetur in cit. §. caueat: vbi enim excommunicationis ſententia nulla eſt, nec abſolutio, nec reuocatio poſtulatur arg. c. audiuimus. 24. q. 1. & l. decem. ff. de verb. oblig. Præterea iudex, qui excõmunicationem fert, aut ſciens falſam cauſam eſſe ipſam tamen ſententiam fert: & hac ratione ſententiam latam valere iam concluſimus; voluit quippe ob hanc cauſam ipſam ferre: aut huius rei inſcius, & tunc idem ſentimus; nã & pro præſumpta contumacia, quæ vera non eſt, excommunicationem valere ſupra probauimus; ergo excommunicatio ex falſa cauſa lata valet. Tertiò confirmatur ſententia hæc, quoniam, ſi contrarium diceremus, ſententiam. ſ. excommunicationis, ac cenſuræ ex falſa cauſa latam non valere, iuſtas ſententias à iudicibus ſemper ferri dicendum eſſet: at hoc repugnat c. à nobis. 2. de ſent. excom. item appellationis remedium ſuperuacaneũm redderetur, quod ad iudicis iniquitatem, imperitiamq; corrigendam inſtitutum eſt, vt dicitur in l. 1. ff. de appell. ergo. Quartò facit, quoniam, ſi contrarium etiam diceremus, ſententias ſub conditione hac Si vera cauſa ſit, ſemper ferri dicendum eſſet: at hoc abſurdum eſt etiam; tum quia id facti eſt, & quod à iudice fit, non præſumitur, niſi quatenus ex actis cõſtat, vt habetur in c. quoniam contra, & ibi not. DD de probat. tum quòd ex præſumpta contumacia quis nunquam excommunicaretur, quod manifeſtò falſum eſt arg. cit. c. venerabilibus. §. porrò verſ. Id eſt etiam de ſent. excom. lib. 6. & vt abundè id probauimus ſupra. Accedit poſtremò, quoniam ſententia, quæ ex falſa cauſa lata eſt, ſi de ipſa falſitate non conſtet, intollerabilem errorem non continet; ergo valet arg. cit. c. per tuas, & c. ſolet, & c. venerabilibus. §. poteſt quoque à contrario ſenſu, quod argumentum validiſsimum eſt arg. l. 1.

& ibi DD.ff. de off.eius, quatenus igitur ad falsam causam pertinet, excõmunicationem ob hu-
iusmodi causam latam valere concludo, modò alia adsint, quæ ad censuram ferẽdam necessariò
postulantur, atque sic in quæstione hac concludendum censerem, & á communi opinione non
3 discedendum: ad propositas quæstiones iam veniamus. † An igitur, qui ob vnam causam ex-
communicatus est, si dum absolutionem postulat, aliam causam excommunicationis explicet,
absolutio impetrata valebit, & ita ob falsam causam? hæc enim prior quæstio est ex ijs, quas di-
scetendas nobis proposuimus. Gloss. in c. ex parte de off. ord. vbi quæstionem hanc disputauit,
absolutionem ex falsa causa latam non valere asseruit; eandem Inn. & Imol. & Ant. ibidem se-
cuti sunt, & Ang. in l. 2. §. ignominiæ. ff. de infam. & communiter receptam esse testatur Couar.
in c. alma pars. 1. §. 11. nu. 14. vers. Septima conclusio de sent. excom. lib. 6. Probatur autem sen
tentia hæc primò hac ratione, quoniam excommunicatio medicina animæ est, vt dicitur in c. 1.
de sent. excom. lib. 6. ergo ex falsa causa eius absolutio tributa non valet, ita videtur argumen-
tari voluisse Gloss. ibid; quod argumentum mihi non probatur; tum quòd, etsi medicina est, gra
uiter tamen offendit arg. c. omnis cum seq. 11. q. 3. tum quòd, si ob eam rem, quòd medicina ani
mæ dicitur, valere absolutio tributa non debet; ergo neq;, vbi ex vera causa tributa est, ob ean-
dem rationem valere debet, quod absurdum est; non igitur ratio hæc quicquam facit. Secundò
dicebat Gloss. si absolutio excommunicationis ex falsa causa tributa valeret, excommunicatio
ob aliam causam ab eo tolleretur, quamobrem lata est; at hoc est contra c. omnis de reg. iur. &
l. nihil tam naturale. ff. eod. vbi dicitur rem omnem, per quamcunque causam nascitur, per ean-
dem tolli ergo, & cęt. hęc itidem Gloss. ratio propositam sententiam non probat; nam proxima
causa excõmunicationis, ac censuræ latæ sententia est; ipsa enim lata excõmunicatio suum vin-
culum statim inijcit arg. c. pastoralis. §. fin. de appell. & vt dixit Inn. in c. ab excommunicato in
verb. Obtentis, ibi item omnes tes de rescript. remota verò est ipsa causa: id quod hinc patet;
quoniam, si causa, quamobrem quis excommunicatur, proxima causa esset, statim atque ea cau-
sa adesset, excom municatio ipso facto consequeretur: at hoc falsum est; nam, nisi aut hominis,
aut iuris sententia intercedat, nulla excommunicatione quis obligatur; ergo, etiam si falsa cau-
sa expressa sit, absolutio tamen tributa valebit; quandoquidem in quacunquè dispositione non
remota, sed proxima causa in primis inspicitur arg. l. mulier. ff. rer. amot. & l. si quis nec causam
ff. si cert. pet. & vt not. Cagnol. in l. cùm tempus. num. 5. ff. de reg. iur. etenim hac ratione excom
municatio eo modo tollitur, quo lata est; nã, sicut per sententiam est lata, ita & per sententiam
contrariam est sublata secundum formam cit. cap. omnis, & l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.
quod Gloss. negabat. Tertio sic argumentatur Gloss. causa, quamobrem quis excõmunicatus
est, si non exprimatur in absolutionis petitione, remanet; ergo & excommunicatio eius effectus
remanebit, atque ob eam absolutio non operatur; nam, sicut cessante causa, cessat effectus arg.
c. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. ita è contrario permanente cau
sa effectus permanere debet: hæc ratio nihil etiam facit; nam causa proxima excommunicatio-
nis sententia est, vt diximus, quæ per contrariam absolutionis sententiam sublata est; ergo non
remanet causa, qua excommunicatio nitebatur, quamuis remota permanserit, cuius in hoc ra-
tio non habetur. Postremò dicebat Gloss. durante priori causa, ex aliæ causa, ex qua excommu-
nicatus non fuit, absolui non potuit, quia ab illo, quod nihil fuit; absolui non potuit, & sic talis
absolutio nulla: quasi sic argumentetur Gloss. absolutio ex falsa causa tributa est absolutio
eius, quod non est; ergo absolutio non valet; non entis enim nullæ qualitates sunt: hæc ratio
etiam falsa est; nam negatur absolutionem eius tributam esse, quod non est, immò est excom-
municationis, quam esse sine dubio facimus: nõ enim absolutio causæ tribuitur; vinculum enim
ipsa non est, quamuis ad absolutionem tribuendam falsa causa iudex ductus, atq; impulsus sit;
cessat igitur excommunicatio, ex quo eius causa, s. sententiæ cessat per contrariam, s. absolutio-
nis sententiam sublata. Citatur denique pro hac eadem sententia idem c. ex parte de off. ord.
vbi Rom. Pont. hac de re consultus, an absolutio in huiusmodi casu valeat, compellendos esse
respondit, vt ad Apostolicam Sedem redeant, qui absolutionem huiusmodi sic impetrarunt:
Quia nos consulere voluisti, dicitur enim ibi, verum illorum absolutio teneat, qui occultatis ex-
cessibus, pro quibus excommunicati fuerant, absolutionis beneficium per Sedem Apostolicam
meruerunt, suæ excommunicationis causam aliam prætendentes: taliter respondemus, quòd si
ita tibi constiterit, debes eos ecclesiastica censura compellere cum literis nostris rei veritatem con-
tinentibus ad Sedem Apostolicam redire. Hæc ibi; si ergo ad curiam redire compelluntur, ma-
nifestò constat ipsos absolutos non esse, sic Gloss. ibi argumentatur, & qui eam sequuntur; quod

tamen

tamen argumentum inde non elicitur. Primò non necessariò consequitur, absolutionem ob id non valere, propterea quod ad Sedé Apostolicam redire coguntur; nam & qui in articulo mortis absoluuntur, eòdé adire coguntur, vt habetur in c. eos de sent. excõ. lib. 6. & in c. de cætero, & in c. quod de his, in antiq. & in Clem. 1. §. fin. de pœn. & tamé absoluti verè sunt, vt dixit Gloss. in cit. c. de cætero; ex quo igitur ratio non necessariò concludit, respuenda est arg. l. neque natales. C. de probat. & l. non hoc. C. vnde legit. Præterea, si absoluti non essent, censura ecclesiastica ad Sedem Apostolicam pro absolutione petenda redire non cogerentur; quandoquidem directò esset ad id cogi, quod non debere antea probauimus, & tamen Sum. Pont. id vt fiat, iubet. Accedit denique, quòd, si absolutio non valuisset, sat erat, si non absoluti denuntiarentur; & tamen, vt per ecclesiasticam censuram ad redeundum compellantur, ibidem præcipitur: ergo ex his omnibus patet eo iure sententiam hanc non probari. Addo tandem ego pro communi sententia hanc rationem; absolutionem petenti concedens videtur secundum petitionem absolutionem concessisse (nam concessio ad petitioné facta se habet, sicut respõsio ad interrogationem, à qua responsio declaratur arg. §. præterea in Instit. de inutil. stipul.) at absoluens absolutionem eius excommunicationis tribuit, in quam petens se incidisse dixerat ob falsam causam; ergo absolutio ualere non debet, ex quo ab ea excommunicatione eius causæ absoluit, quamobrem in excommunicationem non inciderat: hęc itidem ratio non facit, quamuis alias non mediocriter me mouerit; nam absolutio sic tributa se habet, sicut dispositio concepta ex falsa causa, vel demonstratione, quæ nihilominus valet arg. §. huic proxima, & §. longè magis in Instit. de legat. Quare contrariam sententiam, vt. s. absolutio ex falsa causa tributa valeat, amplexata est Rot. decis. 7. de sent. excom. in nou. & Philip. Franc. in c. venerabilibus. §. sané vers. Vltimò tene menti eod. lib. 6. & Nauar. in Man. c. 27. nu. 38. vers. Ego autem contrarium puto, & Couar. in eod. c. alma pars. 1. §. 11. num. 14. vers. Postremò, ibi quibus equidem, vbi rem hanc pluribus egit; etsi non simpliciter eam sequitur. Probatur autem horum sententia primò hac ratione, quoniam excommunicatio ex falsa causa lata valet, vt supra probauimus, ergo & absolutio valere debet; par. n. ius ligandi, atque soluendi est, vt dicitur in c. verbum de pœnit. dist. 1. & vt tradidit Gloss. in c. venerabilibus. §. sané vers. Vbi autem, & ibi quoque Phil. Franc. de sent. excom. lib. 6. & eo magis, quòd iura ad absoluendum, quàm ad obligandum promptiora sunt arg. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & vt dixit Inn. in c. ab excommunicato in verb. Obtentis vers. Item, cùm sententia excommunicationis non suspendatur de rescript. Confirmatur ratio hæc, quoniam non necessariò requiritur, vt in absolutione petenda causa exprimatur; nam nihilominus sine expressione concessa valet; ergo, si exprimatur, & non bené, nihilominus absolutio tributa firma erit arg. l. vn. C. de rei vxor. act. Secundò probatur eadem senté tia, quoniam absolutio ex falsa causa iniusta est, ergo tributa valet, vt dicitur in cit. c. venerabilibus. §. sané; Vbi autem superiori competit de excommunicatione cognoscere, ait enim ibi Romanus Pont. absolutio, seu relaxatio, quam ipse fecerit, tenet, licet forsitan sit iniusta: hæc ibi; ex quibus patet absolutionem ob iniustam causam concessam, ac propterea etiam ob falsam valere. Accedit, quòd absolutio huiusmodi contra ius ligatoris, non contra ius constitutionis est; ergo hac quoque ratione valere debet, vt habetur in cit. vers. Vbi autem, & probatur in l. 2. & ibi not. DD. C. quando prouocare non est necesse. Postremò hæc causa demonstrationis vim habet (demõstrat enim, quamobrem quis excommunicatus sit) ergo & falsa absolutionem non vitiabit; nam nec causa, nec demonstratio falsa, actum vitiat arg. l. demonstratio falsa. §. quod autem. ff. de cond. & demonstr. & §. huic proxima cum seq. in instit. de leg. Ex his igitur patet absolutionem ex falsa causa tributam valere: quam opinionem, vti verissimam ego etiam sequor; tum quòd contrarium sui contrarij causa non est (imò posito vno ex illis aliud tollitur; hinc adueniente sole, tenebræ fugãtur) quod hic contingeret, si crimen, quamobrem quis excommunicatus est, absolutionis causa esset; tum quòd Rom. Pont. in cit. c. ex parte de off. ord. id nobis significauit. nam hac de re consultus, an. s. ob vnam causam excommunicatus absolutus sit, si aliam excommunicationis causam expressisset, ad hoc, vt notum non respondit, sed hoc adiecit; vt, si id constaret, ecclesiastica censura ad Sedem Apostolicam redire compelleretur, qui hac ratione absolutionem impetrasset; si verò id non constaret, ei purgatio indiceretur: ex quibus probatur absolutionem tributam valuisse, & eo magis, quòd, si absolutio non valuisset, simpliciter ipsam non valere dixisset, vt alias dixit in c. cùm pro causa de sent. excom. & in c. dura. §. fin. in antiq. & in c. vn. de ijs, quę vi, metusuè cau. fiũt lib. 6. quibus iuribus apparet, vbi absolutio nõ valuit, à legislatore id expressum esse. Faciũt quoque ad hoc c. ex tenore cum seq. & c. constitutus, & c. super literis de rescript. & Clem. mul-

torum.§.ſanè de pœn. vbi ſemper, quando ob falſam cauſam actus nullus eſt, id à legiſlatore
exprimitur;facit denique c.ad audientiam de dec.& quod in ſimil. dixit Phil.Franc. in cit.c.vn.
de ijs,quæ vi,metusuè cau.fiunt verſ. In Gloſſ.In verb. Vacuamus,ibi Si enim de ſententijs cen
ſuræ. Accedit poſtremò,quòd expreſsio cauſæ requiritur,vt, qua ratione excommunicatus ſa-
tisfaciat, eccleſia ne ignoret, &, vt quid abſoluto imperet, ſciat arg.c.de cætero, & c.ex tenore
de ſent.excom.(excommunicationis enim abſolutio non negatur arg. cap.ex literis de conſtit.
iunct.c.qua fronte de appell.)at poſt abſolutionem,quod abſolutum facere velit,eccleſia iubet;
ergo.ex quo poſt abſolutionem hæc fiunt,nihil intereſt,an falſa cauſa expreſſa ſit:nec repugnat,
ſi dicatur,iudicem iterum adire nolet,vt pro vera cauſa excommunicationis ſatisfaciat;nam ad
id alia excommunicatione compelletur,ſic enim iuſsit Rom.Pont.in cit.c.ex parte, ac docuit;
ab hac igitur ſententia,vt abſolutio ex falſa cauſa tributa valeat,diſcedendum non cenſeo.Mul-
tò magis autem id dicemus,ſi vna excommunicatione ob plures cauſas,quarum vna ſolùm ex-
communicationem merebātur,conſtrictus ſit,& abſolutionem vna ex alijs cauſis, quæ excom-
municationē non merebatur,expreſſa impetrauerit:quamuis Abb.cōtrarium ſenſerit in c.cùm
pro cauſa de ſent.excom.ob c.ſuper literis de reſcript. quod quidem ius non repugnat; nam ibi
de reſcriptis agitur: quæ,quòd ordinariam iuriſdictionem impediunt,ac propterea odioſa ſunt,
non paſsim, ac facilè conceduntur, ſicut abſolutio, quæ gratioſa eſt arg.l.Arrianus.ff.de act.&
oblig.atque idcirco quò ad excommunicationem facilè conceditur: valebit igitur & in hoc ca-
ſu abſolutio tributa, ſicut etiam, vbi ob multas cauſas, quæ ſingulæ excommunicationem non
merentur, excommunicatus quis eſt, & abſolutionem petens vnam cauſam expreſsit; nam
nihilominus abſolutio valebit ob eaſdem rationes; quamuis contrarium, & malè in hoc etiam
caſu Abb.ſenſerit in cit.c.ex cauſa:hæc omnia verò,quę diximus locum non habebunt,vbi con
4 ſtaret iudicem falſa cauſa expreſſa abſoluere noluiſſe. † Verùm quid, ſi ob plures cauſas vna
ſententia quis excommunicatus ſit, &, dum abſolutionem petit,vnam expreſſerit,reliquis om
nibus tacitis, an abſolutio impetrata valebit? hanc quæſtionem diſputauit Gloſſ.& DD.in c.ex
parte, de off.ord.& in c.cùm pro cauſa de ſent.excom. Non nulli,vt inquit Glo. in eod.cap.ex
parte dicebant,ſi pro pluribus criminibus vna tantùm ſententia quis ſit excommunicatus,mo-
dò aliquod eorum expreſſerit, abſolutum ipſum eſſe,ſi de alijs poſtea conteratur arg.c.tunc va
lere de conſecr.diſt.4.vbi tunc valere ad ſalutem baptiſmum à ficto ſuſceptum dicitur, cùm illa
fictio receſſerit,quod fit contritione,quaſi ſic argumententur; abſolutio hæc excommunicatio-
nis conceſſa ei,qui ob plures cauſas,atque crimina vna ſententia excommunicatus eſt, & vnam
cauſam,vnumq; crimen abſolutionem petens expreſsit,ſe habet,ſicut baptiſmus collatus ficto
ergo abſolutio hæc non prodeſt,niſi poſteaquam aliorum ſcelerum, quamobrem etiā excom-
municatus eſt, ipſum penituit; ſic enim & baptiſmus ficto tributus poſt fictionem pœnitentia
deletam prodeſt: hæc ratio non modò horum ſententiam non probat, ſed contra potiùs illam
oppugnat;nam baptiſmus ficto collatus etiam ante contritionem valet;imprimitur enim cha-
racter,qui cum peccato eſſe poteſt,vt probauimus in Tab.de baptiſ.cap.18.nu.4.quamuis gra-
tia tunc non conferatur; ergo, & excommunicationis abſolutio huic tributa valebit, quod ipſi
negare videntur,dum inquiunt Abſolutus eſt,ſi de alijs poſtea conteratur, quaſi ſecus ſit,ſi non
conteratur,quod abſurdum eſt: præterea argumentum etiam non facit, quoniam fictio illa,vti
culpa contritione tollitur,vt probatur in cit.c.tunc valere: at excommunicatio ſecus; nam vel
criminis,quamobrem excommunicatus eſt,quem pœniteat, vel iureiurando ſe eccleſiæ obtem
peraturum caueat,vel etiam ſatisfaciat,excommunicatus tamen ſemper eſt, niſi à iudice abſol-
uatur arg.c.cùm deſideres,& c.quod in dubijs,& c.à nobis.2.& c.ſacris,& c.venerabili de ſent.
excom.etenim à iudice lata eſt;ergo, & ab ipſo tolli debet arg.c.omnis de reg.iur. in antiq.& l.
nihil tam naturale.ff.eod.non igitur horum ſententia ſimpliciter vera eſt.Tancr.verò,quem re-
fert Gloſſ.in cit.c.cùm pro cauſa, dicebat, vbi quis eſt excommunicatus propter plures cauſas,
ſed vnica tantùm ſententia,quāuis cauſas taceat,dum abſoluitur,abſolutum tamen hūc eſſe,ſed
compellendum eſſe,vt ſatisfaciat iniuriam paſſo pro alia cauſa,quam tacuit:hæc ſententia mihi
etiam non probatur; nam vera eſſet, vbi vna excommunicatio per huiuſmodi ſententiam lata
diceretur,quod falſum eſt,vt probauimus ſupra in antecedenti.§.in fin. Vnde poſtremò Gloſſ.
dicit in eod.cap.cùm pro cauſa in verb. Tanquam.ibi ego credo, quòd qualitercunque aliquis
excommunicatus ſit,ſiue vna ſententia,ſiue pluribus ſententijs,ex pluribus diuerſis cauſis, qui
verè vult abſolui,omnem cauſam,pro qua,vel pro quibus excommunicatus fuit,debere in ab-
ſolutione ſua ipſum exprimere; alioquin vel per ſubreptionem obtentam non teneret, & hanc

sententiam communem esse sensit Couar. in c. alma pars. 1. §. 11. num. 13. vers. Prima conclusio de sent. excom. lib. 6. modò causa tacita fuerit æquè prima ad excõicandum, aliàs secus, modò causa tacita non amouisset iudicẽ ab absoluendo ita Couar. eod. Gloss. ergo simpliciter accepta vera non est, nisi in eam sententiam accipiatur, quam infra dicemus; quid igitur cõcludendum? Ego, ipsorum pace dixerim, Doctores securim ad huius quæstionis radicem non admouisse dico; nam, antequam quæstionem hanc absoluerent, inuestigandum priùs erat, an, qui vna sententia ob plures causas excommunicatus est, vna, pluribusuè excõmunicationibus, constrictus sit; hac enim ratione quæstionis huius dissolutio haberi facilè poterat. Et, quoniam in proximo. §. qui ob plures causas vna sententia excommunicatus est, pluribus excommunicationibus obligatum hunc esse asseruimus; ideo, hoc sic proposito, quò ad præsentem quæstionem concludo eum, qui vna sententia ob plures causas excommunicatus est, si absolutionem petat, vna expressa causa, eius excommunicationis, cuius causam expresśit, absolutionem tantùm consequi, Primò, quoniam hic excommunicatus perinde est, atque si diuersis sententijs excommunicatus sepius esset, vt probauimus supra proximo. §. in fin. ergo causa vna expressa eius excommunicationis absolutionem consequetur, cuius causam expresśit: nam, qui diuersis excommunicationibus constrictus tenetur, ab vna absolutionem obtinere potest, altera excommunicatione permanente; quandoquidem altera ab altera non pendet, & facit cit. c. cùm pro causa de sent. excom. Secundò probatur per c. officij eod. quo in loco, si plurium sententijs excommunicatus vni eorum, à quibus fuit excõmunicatus, satisfaciat, ac propterea ab eodem absoluatur, tacitis criminibus alijs, pro quibus eadem pœna cõstrictus est, ipsum denuntiari absolutũ non debere tacitò concluditur; & hoc ob eam rationem, quoniam absolutio subrepta non prodest, vt ibi dicitur: si ergo non prodest, absolutio tributa valet; nam, si non valeret, non erat, quamobrem Rom. Pont. non prodesse ipsam diceret; notisśimũ enim erat absolutionem nullam non prodesse; vt igitur legislatoris de re dubia decisio sit, vt debet arg. l. quod Labeo. ff. de carb. edict. ibi de absolutione, quæ valuit, egisse dicendum est: præterea huic absolutionem tribuendam non esse Summus Pont. ibi conclusit; ergo tributa valet; alioquin, si non valeret, opus non erat de hoc iudices admonere: tertiò, si aliter interpretaremur cit. cap officij, Rom. Pont. non respondisset ad ea, de quibus consultus erat; nam, an hic absoluendus esset, & an absolutus denuntiandus, consultus erat, quod tamen efficit: absolutionem enim tribuendam ei non esse inquit, & absolutum non denuntiandum respondit; quandoquidem ob alias excommunicationes absolutio tributa non prodest, ex hoc iure igitur proposita sententia probatur. Tertiò eadem probatur, quoniam, si hic omnes causas, quamobrem pluribus excommunicationibus irretitus est, ei expresśisset, qui ab omnibus excommunicationibus absoluere posset, ab omnibus absolutione tributa absolutum hunc esse diceremus; ergo & ab vna excommunicatione, ab ea. s. cuius causam expresśit, absolutus erit; quæ enim ratio est de toto ad totum, est de parte, quò ad partem arg. l. quæ de tota, ff. de rei vind. & §. nihil autem interest in instit. de fideicommiss. hæred. & l. seruus. ff. de acquir. hæred. & l. qui scit. ff. de vsur. ex quibus omnibus iam patet, qui pluribus excommunicationibus ob plures causas excommunicatus est, vna causa in petitione absolutionis expressa ab ea excommunicatione, cuius causam expresśit, absolutum esse; & hoc sensit Glo. 1. in eod. c. ex parte vers. Quòd non credo de off. ord. vbi absolutionem datam valere quò ad crimen expressum significat, dum inquit Quod non credo verum, vt scilicet absolutus sit, nisi de illo, quod expresserit; quare & Tancr. opinio hinc falsa esse conuincitur. Hæc regula sic proposita multis modis declaratur; nam primò ei, qui ab vna excõmunicatione absolutus est, absolutio non prodest; quandoquidem ob alias excommunicationes, quibus constrictus adhuc tenetur, hominum cõmunione tamen caret: & hoc est, quod dixit Gloss. in cit. c. ex parte de off. ord. absolutionem datam valere quò ad illud crimen, quod expresśit, sed eam absolutionem nõ prodesse; cùm pro alio crimine obligatus, & extra ecclesiam sit: hoc etiam est, quod sensisse videtur itidem Gloss. in eod. c. cùm pro causa in verb. Tanquam vers. Ego credo, dum inquit Qui verè vult absolui, omnem causam, pro qua, vel pro quibus fuit excommunicatus, in absolutione sua exprimere debere: nam illud Verè pro efficaciter accipiendum esse, hocq; Gloss. sensisse antecedẽtia ipsius verba indicant; quoniam, siue vna sententia, siue pluribus sententijs, ex pluribusuè causis quis excommunicatus sit, si verè absolui velit, omnem causam exprimere ipsum debere ait, at omnes fatentur, vbi diuersis sententijs in eundem excommunicatio multiplex lata est, si vnius absolutionem consequatur, absolutionem eam valere, sed adhuc propter alias excõmunicationes extra ecclesiam ipsum contineri, atque idcirco verè, id est efficaciter ipsum absolutum non esse;

rectè igitur Gloss.sensit, quamuis sententiam hanc suam minùs apertè, ac dilucidè declararit; hoc demum est, quod dixit Rom.Pont.in eod.c.cùm pro causa, vbi, qui ob duplicem causam excommunicatus in absolutione vnam causam expressit, ipsum tanquam excommunicatum haberi voluit; nam excommunicationibus vniuersis, quibus constrictus erat, post absolutionem liberatus nō est, ex quo vna tantùm sublata erat, ea.s.cuius crimen expressit; non itidem vniuersis constrictus tenebatur, atque ob eam rem non simpliciter in eo casu excommunicatum, sed tanquam excommunicatum ipsum haberi voluit: hoc demum est, quod dicitur in cit. c.officij absolutionem subreptam in eodem casu non prodesse, & facit quod dixit Bar.in cit.l.de pupillo §.si pluribus.nu.5.de bannitis sepius, quem sequitur Alex.num.11. vbi de excommunicatione agit. Secundò declaratur, vt ob easdem rationes, antequam aliarum excommunicationum absolutionem consecutus sit, denuntiati absolutus hic non debeat. Tertiò declaratur, vt absolutio omnino non valeat, vbi falsam causam expressit; nam, quòd ob causæ vnius expressionem vnius excommunicationis absolutio petita videtur, & pluribus excommunicationibus irretitus est, ad quarum nullam falsa causa pertinet (non enim magis ad hanc, quàm ad illam respectum habet) planè, vt incerta non valebit arg.C.de sent.quæ sine cert.quant. Nec facit, si dicatur ex falsa causa tributam absolutionem valere, vt supra conclusimus; nam locum illud habet, vbi vna excommunicatio est, atque ideircò, vbi incertitudo cessat, quam hic adesse iam vidimus: vera igitur causa esse debet, vt absolutio vnius excōmunicationis valeat; nam ab excōmunicatione, cuius causam expressit, absolutus tantùm erit, atq; sic sensit Abb. in cit.c.cùm pro causa. nu.6. vers. Aut petitio absolutionis fuit restricta, & Castr. in l.de pupillo.§. si pluribus in fin. ff. de oper.nou.nunt.& de cōi sententia testatur Nauar.in Man. c.26.nu.8. vers. Etsi est excōicatus. Ex his, quæ iam dicta sunt, apparet, vbi ob plures causas pluribus excommunicationibus quis irretitus est, si omnes causas exprimat, absolutione ad petitionem concessa ab omnibus absolutum hunc esse; modò, qui absoluit, absoluendi potestatem habeat. Id quod locum habet, vel vna sententia, vel pluribus sententijs sepius quis excommunicatus sit. Item & in alijs censuris. Constat postremò ex ijs etiam secundam quæstionem in initio propositam dissolutam esse.

SVMMA.

1 *Iurare excommunicatus, censuraue alia constrictus ante absolutionem debet se mandatis ecclesiæ pariturum esse; quæ regula multis modis & amplificatur, & coarctatur.*

2 *Iurisiurandi huius virtute ecclesia quid præcipere possit; ac debeat.*

3 *Iureiurandō hoc omisso, absolutio tributa an valeat.*

V.

1 §† Iurare itidem excommunicatus ante absolutionem debet se mandatis ecclesiæ pariturum esse, vt probatur in c.ex tenore vers. Recepto ab eo iuramento, quòd tuo debeat mandato parere, & ibi not. Felin.& Marian.Socin.Senior num.2.de senten.excom. & in c.de cætero, & in cap.quamuis, & in c.super eo, & ibi not.Abb.eodem, & in c.ad hæc.2.& in seq.de appell.& in cap.cùm aliquis. 11.quæst.3. & vt inquit S.Thom. distinct.18. quæst.2.art.5. vers. Respondeo dicendum lib.4.& Syl.in verb. Absolutio.3.num.3.vers. Sciendum, & Tab.eod.3.nu.1.& Nauar.in c.1.in prin.nu.54.vers.Quartò de pœnit.dist.6.& in Manual.cap.26.nu.7.vers.Porrò in absoluendo ab excommunicatione, ac nouissimè Iacobus de Graff.cap.17.nu.1.lib.4.decis. cas.cons.& Couar.in c.alma pars.1.§.11.nu.11.vers.Verùm, ibi Primùm de sent.excom. lib.6. communisq; denique Doctorum sententia est. Hæc regula sic proposita amplificatur primò, vt locum habeat, vel ab homine, vel à iure lata excommunicatio sit, vt probatur in cit.c.ex tenore, & c.cùm desideres iunct.c.super eo cum seq.de sent.excō. & in c.cùm in ecclesijs de maior. & obed. eadem enim ratio est, à quocunque censura lata sit, ac propterea idem statui debet arg. l.illud.ff.ad l.Aquil.& c.cùm dilecta de confirm.vtil. vel inutil. Secundò loco amplificatur eadem regula, vt idem sit etiam in suspensione, vt probatur in cit.cap.super eo, & ibi not.Abb.ac Felin.& in c.venerabili, vbi quoque Gloss.& Abb.& Add. ad eum in litera D de sent.excom.& Add.ad eundem in c.cùm desideres.num.7.in litera A in vers. Ad quæstionem eod. quamuis ibi Add.contrarium sentiat, vbi suspensio à iure lata est. Ego autē excipio, vbi ad tempus suspensio lata est; nam, quicunque ipsam tulerit, eo tempore elapso, statim, ipsoq; iure tollitur, sicut etiam, vbi pro pœna lata est, vt dixit Felin.de cōmuni Doctorum sententia in cit.c.venerabili; etenim iusiurandum huiusmodi præstatur, vt ecclesiæ quis satis faciat; id quod, vbi pro pœna suspensionem patitur, sine dubio facit. Tertiò amplificatur, etiā si alias periurus is esset, qui iuraturandum

randum hoc præstaturus est arg. cap. cùm in ecclesijs de maior. & obed. vbi canonici regulares periuri, propterea quod, vt iureiurando promiserant, suo priori non parebant, ac propterea excommunicati ab eo fuerant, ante absolutionem iusiurandum hoc præstare coguntur, atque ita not. ibi Gloss. & Abb. & communiter DD. ergo & à periuro iusiurandum hoc subitur: idque iure optimo; nam iusiurandum hoc oneris ratione in primis habet, eius enim virtute ad obtemperandum ecclesiæ quis compellitur, vt paulò post probabimus, ergo & à periuro præstari debet; quandoquidem periurium ipsum peierantem non liberat, quò minus oneris iusiurandum præstet, vt tradidit Gloss. in c. paruuli in fin. 22. q. 5. & Abb. in c. intelleximus. num. 14. de iud. & in c. quæstioni in fin. vbi quoque Gloss. & Dec. nu. 4. vbi communem opinionem hanc in casu nostro sentit de appell. alioquin ex sua malitia commodum sentiret, quod absurdum est, & contra c. cum, qui de præb. lib. 6. Nec facit, si dicatur hunc ab huiusmodi iureiurando commodum sentire, quandoquidem absoluitur, vt dixit Dec. in cit. c. quæstioni in fin. nam non in primis iuratur, quò absolutio ei præstetur, sed vt ecclesia cautum habeat suis præceptis eum obtemperaturum, vt verba ipsius iurisiurandi declarant, quæ supra posuimus, & vt probatur in cit. c. cùm desideres, & c. venerabili de sent. excom. ergo oneris, nõ commodi rationem in primis habet: in vnaquaque enim dispositione id, quod primum agitur, non id, quod consequitur, animaduertere debemus arg. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. Non itidem repugnat cit. cap. paruuli. 22. q. 5. nam de honoris iureiurando agitur, vt Gloss. ibi not. Quartò iusiurandum huiusmodi præstatur non modò, vbi manifestò constat censuræ sententiam iustam esse, verum etiam, vbi id dubitatur arg. c. cùm contingat. §. verum, ibi iuxta formam ecclesiæ de off. deleg. & c. ad reprimendam de off. ord. & cit. c. venerabili de sent. excom. ac propterea & vbi ad cautelam absolutio petitur, ob idem c. venerabili, vbi & DD. not. Quintò iusiurandum hoc etiam in conscientiæ foro tribuitur, vt sensit Iacobus de Graff. cap. 17. nu. 2. iuncto. num. 5. ibi quòd si talem lib. 4. decis. cas. consc.

2 † Huius autem iurisiurandi virtute post absolutionem præcipi hæc possunt, ac debent. Primum, ne id delicti, quamobrem excommunicatus est, deinceps committat; Mandamus itaque, dicitur enim in cit. c. ex tenore de excommunicato ob clerici percussionem, quatenus recepto ab eo iuramento, quòd tuo debeat mãdato parere, ipsum vice nostra à sententia, qua tenetur, absoluas; sibiq; in virtute iuramẽti præcipias, ne de cætero in clericum, monachum, vel alicuius religionis conuersum manus iniiciat violentas, nisi se defendendo, &c. Ecce hic manifestò constat iurisiurandi huius virtute id præcipi, ne talia committantur; nam & ob hanc causam in primis iusiurandum hoc inductum est, vt dixit Gloss. in cit. c. super eo de sent. excom. idẽ probatur in eod. c. cùm aliquis vers. Et de futuris cautelam spondet, & ibi Gloss. viden. 11. q. 3. & in c. quoties. 2. q. 7. & in c. pessimam. 23. q. 8. & Sylu. in verb. absolutio. 3. §. tertium vers. Quartum, & Iacobus eod. cap. 17. num. 2. vers. Et ratio est, & num. 9. vers. Quartum, & Couar. eod. vers. Verùm, ibi Prim. lin. & Ricard. de Med. Villa d. 18. ar. 10. q. 2. vers. Ad primum lib. 4. Et hinc apparet iusiurandum hoc executionem habere, sicut sententia, nam post tale iusiurandum fit præceptum, ac si sententia lata esset, atque sic not. Mar. Soc. Sen. in cit. c. ex tenore, nu. 5. Excipitur tamen primò quo ad alia crimina, quamobrem excõmunicatus non est; non enim iurisiurandi eius vi præcipi potest, ne alia committat arg. eorum iurium, quæ proximè citauimus: qui ergo excommunicatus est, propterea quod Christum D. contumeliosè nominauit, nõ ei præcipietur, ne furtum faciat, sed ne Christum D. contumeliosè nominet, arg. cit. c. ex tenore, & cap. venerabili de sent. excom. & facit cap. Romana. §. caueant in fi. & ibi Glo. eod. lib. 6. alioquin, si contra fieret, quod paulò post probabimus, appellari posset. Item excipitur, vbi is, qui delictum commisit, talis est, qui facilè in illud idem crimen incidere potest; nam nec in hoc casu sub eius iurisiurandi virtute ob periurij periculum id ei præcipi debet arg. cit. c. ex tenore de sent. excom. vbi Rom. Pont. iubet, vt excommunicato ob clerici percussionem ne præcipiatur in virtute iuramenti præstiti, quò minus manus violentas in clericum iniiciat, si cum ipso in eadem ecclesia socius esse noscetur, hoc ibi Summus Pont. ex quibus patet, sicut Gloss. ibi sensit in verb. Socius, vbi periculũ est, ne facilè periurus quis fiat, iurisiurandi huius virtute præcipi quidpiam non debere, atq; sic dixit quoque Iacobus Graff. eod. cap. 17. nu. 2. nam communis habitatio facilè discordiam inducit arg. l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. deleg. 2. Item eiusdem iurisiurandi vi præcipi potest, vt pœnam aliquam subeat, & præsertim vbi Deum contumeliosè nominauit: nam vt septem psalmos sæpius recitet, ieiunus sit, pauperibus aliquid vt elargiatur, præcipi potest; quamuis, si grauia nimis iudex ipsi imperaret, vt ea quæ facere vel non posset, vel non deberet, appellatione interposita se tueatur, vt probatur in c. ad hæc. 2. de appell. & ibi not. Glo. Abb. Dec. ac DD. de

appell.

appell.& in c.quæstioni, vbi quoque Gloss.& Abb.eod.nam, etsi iusiurandum generale est, generaliterq; tributum, iusta tamen comprehendere tantùm intelligitur arg. c.Quintauallis,& c. veniens de iureiur.& vt not.Gloss.& Abb.ac DD.in cit. c.ad hæc, & in cap.quæstioni de appell. Tertiò eiusdem iurisiurandi vi pręcipi aliquando debet, non, ne deinceps quidpiam tale committat, sed, vt excommunicatori, eiuè, à quo alias ordinariò iure absoluendus erat, se præsentem offerat: hoc autem contingit quò ad postremum casum, vt scilicet ad eum remittatur, à quo iure ordinario absoluendus erat; vbi in mortis articulo quis eum absoluit, aliouè impedimento detentum, quem absoluere iure ordinario non poterat: de cuius absolutione agitur in c.eos de sent.excom.lib.6. Sed est illi sub iuramenti debito iungendum, inquit enim ibi Rom. Pont, de excommunicato ob clerici percussionem in cap. de cæterò eod. vt quàm citius opportunitatē habuerit, Romanum Pont.adeat, mandatum Apostolicum suscepturus. Hęc ibi; vbi & id not. Inn. idem habetur in c.ea noscitur in fin. & in c. quòd de his eod. vt s.excōicatori se offerat, quò ad primum casum, vbi quis à delegato absolutus est, cùm esset ab ordinario excommunicatus; nam ad ipsum ordinarium remittetur: sicut etiam, vbi à superiore alio absolutus est; ad excōmunicatorem enim absolutus remittitur, vt probatur in c.prudentiam.§. fin.de off.deleg.& in c.ad reprimendam de off.ord. & vt not. Inn.in cap.cùm in ecclesijs de maior.& obed.& in his omnibus casibus (excepto mandato hoc, vt excōicatori, eiuè, à quò absoluendus erat, se præsentet) nihil pręterea mandabit; quandoquidem mandata alia dare ad eum pertinet, ad quem mittitur, vt probatur iuribus proximè citatis: quare, si sacerdos excommunicatum vel ab homine, vel à iure, casu mortis vrgente, absoluerit, iurisiurandi vi (quod pręstandum curabit) vt ei, à quò alias absoluendus erat, se præsentet mandata suscepturus, imperabit. Excipitur tamen, vbi absoluendi facultas libera tributa est; nam tunc ad excōicatorem, ad eumuè, à quò alias absoluendus erat, non remittitur, sed mandata ipse dabit: quod obseruari videmus, vbi per Bullas à Rom.Pont.absoluendi facultas tribuitur. Hæc igitur sunt, quæ iusiurandū hoc præstare potest; non prætermittetur ergo, quin tribuatur. Excipitur tamē primò, vbi sententiam censurę nullam esse manifestò constat; ex quo enim absolutio necessaria non est, nec iusiurandū, quod absolutionem antecedit, requiritur: sicut enim consequente posito, antecedens positū intelligitur arg.l.illud.ff.de acq.hæred.& §.idemq; iuris est in Inst.quibus ex cau.manumitt. non licet, ita è contrariò; valet enim argumentū huiusmodi arg.l.1.& ibi communiter DD.ff.de off. eius, &, vbi consequens non requiritur, ibi nec antecedens; nā & principali sublato & accessoriū eius sublatum est arg.c.accessorium de reg.iur.lib.6.& l.1.& 2.ff.de vsufruct.simpliciter igitur quem in hoc casu excōmunicatum non esse denuntiabitur arg.c.cùm contingat, ibi Vel denuntiandus de off.deleg. Id quod ob eandem rationem fiet, vbi excōicatus nullam sententiam esse asserit, & ad cautelam se absolui non postulat, sed eam nullam esse probare vult; ad id enim ante absolutionem admittitur, vt habetur in eod.c.cùm contingat de off.deleg. Ad quod taliter respon.dicitur enim ibi, quòd, cùm quis cōqueritur se post appellationem ad nos legitimè interpositam excōmunicatione fuisse innodatum, semper vtriusq; partis probationes sunt admittendæ, antequam ad decernendū super hoc aliquid procedatur; per quas deniq; apparebit, an absolutione indigeat conquerens, vel denūtiandus sit potiùs non ligatus. Hæc ibi, ex quibus proposita conclusio probatur; quamuis, si ad cautelam se absolui velit, antequam nullam esse probet, secus sit; nam tunc iurandum priùs est arg.c.solet de sent.excom.lib.6. Secundò excipitur, vbi sententia censuræ valet, sed manifestò iniustam esse constat; nam nec tunc iureiurando opus est, nec ad ipsum præstandum compelli excōmunicatus potest, vt asserit Gloss.in c.sacro.§.caueat in verb.Absque grauamine, & ibi sequitur eam Host.& Abb.nu.12.& Felin.nu.7.& Mar. Socin.Sen.nu.25.& nu.202.de sent.excom. etenim in hoc casu absque grauamine absolutio tribuenda est, vt dicitur in eod.§.caueat; quod non fieret iureiurando huiusmodi præstito, nam ipsum oneris rationem habeat, vt suprà de sui sententia vidimus; facit quoque pro hac sententia c.venerabilibus,§.sanè vers.Si verò eod.lib.6. Tertiò excipitur, vbi admonitione nō adhibita, non de scriptoue excommunicationis sententia lata est, & ita contra formam cit.c.sacro, & c.1.eod.lib.6.quam infra ponemus; nam neque hic iusiurandum præstabitur, vt dixit Gloss.in c.ab excommunicato in verb.Sine difficultate, quam sequitur ibi Abb.nu.16.vers. In Gloss.in verb. Difficultate, & communiter receptam esse idem testatur de rescript. Nec repugnat, si dicatur hac ratione futurum esse, vt censura non timeatur; quandoquidem, ex quo absolutio petitur, & ante ipsam habitam ecclesiæ communione non vtitur, censura eccl.non uiolatur. Nō repugnat etiam c.excommunicatorum.23.q.5. tum quòd ibi de re hac non agitur; tum q pœna

ibi ad cautelam ob dubitationem, quæ aderat, iuratur; hic autem agimus, vbi dubitatio nulla est: ac planè, si iusiurandum adhibeatur, absolutio sine difficultate non tribuetur contra cit. c. sacro, & c. ab excoõicato; quod inquit igitur alij dixerint, vt inquit Inn. in eod. c. ab excommunicato, nu. 3. in verb. Difficultate, quos & ipse, & si dubius probare videtur, à communi opinione non discedemus. Excipitur tamen, vbi ab eo iudice absolutio petitur, qui excommunicationem non tulit; nam, quia ignorat, an forma adhibita sit eius c. sacro, & c. 1. ex quo factum alienum ei proponitur arg. c. cùm quis de reg. iur. lib. 6. ob eam rem, quòd causam cognoscere huiusmodi priùs debet, & id excommunicato præsente fieri, & ob eam rem ob communionis periculum absolui; ideo, antequam absoluatur, iurare priùs de more debebit, vt dixit Gloss. in cit. c. ab excommunicato in verb. Cognitio, & Inn. nu. 4. vers. Cognitio, & Abb. num. 19. vers. In Gloss. fin. in fin. de rescript. id quod summa ratione factum est, ne censuras illudi sepius contingat, si liceret coram eo iudice, qui non excommunicauit, atque idcirco, vt res acta sit, ignorat, absolutionem excommunicationis statim, & causa non cognita ante iusiurandum huiusmodi præstitum obtinere: in hoc igitur casu iusiurandum primò præstabitur, ac deinceps causa cognoscetur, ac denique, vt res postulabit, reliqua peraget, sic enim & aliàs, vbi iniusta dicitur secundum ecclesiæ formam, & ita iureiurando priùs adhibito absolutio tribuitur, vt habetur in cit. c. cùm contingat. §. verùm, & ibi Abb. ac DD. de off. deleg. & in cap. venerabilibus. §. porrò vers. Est ille primitus de sent. excom. lib. 6. Nec facit, si dicatur, vbi excommunicator absoluit, hoc non fieri; nam illud propterea fit, quod de facto suo certus esse debet, vt dicitur in eod. c. ab excommunicato, atq; ob eam rem causæ cognitio necessaria non est. Non etiam repugnat, si dicatur excommunicato non profuturam dispositionem cit. c. sacro, nam imò plurimum proderit; quandoquidem post causæ cognitionem, si apparuerit contra illud ius latã esse, eius iurisiurandi virtute nihil ei mandari poterit, vt sensit Gloss. communiter recepta in cit. c. ab excommunicato in verb. Sine difficultate; præterea iudex punietur secundum cit. c. sacro, atq; sic quoque sensit Abb. in eod. c. ab excommunicato, nu. 19. Quartò excipitur, vbi consuetudine non præstatur; nam neque in hoc casu iusiurandum huiusmodi præstabitur; etenim ecclesiæ consuetudine inductum est, vt dicitur in c. cùm desideres de sent. excom. & ibi not. Abb. nu. 4. & in c. quæstioni, vbi quoq; id not. Abb. ac Dec. de appell. ergo contraria cõsuetudine tolli posse videtur arg. l. de quibus in fin. ff. de leg. & §. sed naturalia in Instit. de iur. nat. gent. & ciu. nam vnumquodq; eo modo tollitur, quo inductum est arg. c. omnis de reg. iur. in antiq & l. nihil tam naturale. ff. eod. atque sic conclusit Dec. in eod. c. quæstioni, nu. 1. vers. Ex quo infertur. Quintò excipitur, vbi iusiurandũ huiusmodi sine scandalo haberi non potest; nã tunc nõ præstabitur arg. c. super eo, vbi & id not. Abb. & Felin. & Mar. Soc. Sen. ac DD. de sent. excom. etenim ob scandalum vitãdum à summo iure discedimus, vt pluribus id probauit Felin. in eod. c. super eo; quamuis in hoc casu simplex promissio tribuetur, ob cit. c. super eo de sent. excom. Sextò excipitur, vbi manifestò apparet hũc, qui iusiurandũ hoc præstat, contra iusiurandum venturum, ac propterea periurium fore; nam in huiusmodi casu deferri iusiurandum non debet, vt probatur in c. clericos, & ibi not. Gloss. & Abb. de cohab. cler. & mul. & vt eadem Gloss. sensit in c. 2. qui clerici, vel vouentes, & in cap. quamuis. 22. q. 1. & Abb. in c. quæstioni in fin. & Dec. nu. 5. cum citatis ibi ab ipso de appell. etenim grauiter offendit; si quis contra facit, vt qui quodammodo perditionis eius causa sit, qui iurat, vt dicitur in c. ille, qui, & in seq. 22. quæst. 5. & in hoc igitur casu iusiurandum non deferetur, vt sentiunt Abb. ac Dec. in cit. c. quæstioni: nec repugnat, quòd diximus supra, ex quo iusiurandũ hoc oneris rationem habet, & à periuro ipsum præstari debere; nam illud intelligitur, vbi nõ apparet in posterũ eum periurum fore, & ita vt hic declarauimus. Septimò pueri excipiuntur ob ętatis infirmitatẽ; nam ad iurandum non compelluntur, vt dixit Syl. in verb. Absolutio, 3. & Tab. eod. & facit c. 1, & c. fin. de sent. excom. vbi ob clerici percussionem pueri excommunicati simpliciter vt absoluantur ab ordinarijs, permittitur, nulla iurisiurandi mentione facta; non igitur ob ingenij infirmitatem iusiurandum hoc ipsis deferetur. Postremò & iurisiurandi huius prætermissione absolutio tributa nihilominus valebit. † An igitur, iureiurando huiusmodi prætermisso, valebit absolutio? hanc quæstionem disputarunt Gloss. & DD. in c. cùm desideres de sent. excom. & in c. quæstioni de appell. Non nulli ergo existimarunt, vt inquit Gloss. in cit. c. cùm desideres, absolutionem latam non valere. Probaturq; horum sententia primò per cit. c. cùm desideres, ibi, no excommunicato ob clerici percussionem communicandum non esse Rom. Pont. inquit, nisi forma ecclesiæ, quæ pro absolutione introducta est, absoluetur: quasi sic argumententur, qui iureiurando hoc prætermisso absoluitur, forma ecclesiæ non adhibita absoluitur; ergo absolutus nõ est, vt

est,vt qui contra formam absolutus sit;ergo ei communicandum non est.Gloss.fin.ibi Et quod dicit eum vers. Nisi forma ecclesiæ,dicebat intelligendum esse illud principaliter de absolutione cum iuramento;quæ tamen,quantum ad veritatem,eadem cum illa est,quæ fit cum iuramento : hæc responsio Gloss.vt, quæ pro certo id habet , de quo quæstio est, mihi non placet . Ego igitur in eo vers.de forma necessaria,quæ est Absoluo te,& cæt.vt suo loco videbimus, agi concludo : id.quod sic probo;nam ibi communicandum ei non esse dicitur,nisi forma ecclesiæ,quæ pro absolutione introducta est,obseruetur ; at iusiurandum hoc forma ecclesiæ non est: id quod ibi Rom.Pont.nobis significauit;quandoquidem & eam formam,& iusiurandum,vt diuersa posuit ; Nec episcopus,nec alij debent communicare eidem, inquit enim ibi, nisi fuerit secundum formam ecclesiæ post iuramentum præstitum absolutus,& cæt.ergo iusiurandū non idem,quod forma,est,sed diuersum;ex quo formę nomine non cōtinetur,& alterum post alterū faciendum, vt ibi dicitur ; vbi ergo in fin. de forma ecclesiæ dicitur, de iureiurando nō accipiemus . Vnde secundo loco sic dicebat Host.qui opinionē hanc secutus est, absolutio tributa iureiurando non præstito est absolutio contra consuetudinem arg.cit. c.cùm desideres vers.Cùm cautio;ergo & contra legem(consuetudo enim vim legis habet,vt dicitur in cap.de his dist.11.& l.diuturna,ff. de le g.cum simil.) ergo non valet; factum enim contra legem nullum est arg. l. non dubium, & ibi DD . C.de legib. hæc ratio etiam non facit;nam,vbi lex expresse non resistit, factum cōtra eam non est nullū, vt inquiunt Bart.ac DD.in cit.l.non dubium, & in l.cùm lex.ff.de fideiussor. ergo absolutio valet ; non enim prohibetur,quò minùs absolutio tribuatur,iureiurando huiusmodi non adhibito.Quare contrariam sententiā, vt.s.absolutio valeat iureiurando hoc prætermisso,amplexata est Gloss.in eod.cap.cùm desideres in verb. Præstitum,& in verb. Nisi forma, & in c.super eo in verb.Compromissione eod.de sent.excom.eandem sequuntur, cōmuniterq; receptam esse testantur Abb.in vtroque iure citato,& Felin.in eod.c.super eo,& Pręposi.& Dec. in c.quæstioni de appell.& Iac.de Graff.c.17.num.2.lib.4.Decis.suarum, & Viuius in Syl.com. opin.opin.3.nu.1.Probatur autem horum sententia his potissimum iuribus.s.cit.c.super eo, & c.á nobis.2.in fin.de sent.excom. nam priori iure absolutionem tributam ijs, qui iurare noluerunt,& in posteriori tributam mortuo,qui non potuit,valere probatur ; ergo iurisiurandi huius prætermissione absolutio tributa valet: ad hæc iura responderi posset idcirco ibi absolutionem huiusmodi firmam esse;propterea quòd speciatim Rom.Pont.id permisit:non enim ipse quò ad absolutionem hanc præstandam ecclesiæ formā adhibere cogitur arg.Clem.fin.& ibi not.Glo. de sent excō.ergo secus quò ad alios casus arg.l.cùm prætor.ff de iud.& c.non ne de præsumpt & l.nam,quod liquidè.ff.de pœn.leg.non igitur ratione hac cōis opinio nititur. Quid ergo concludendum? Ego á cōi opinione discedendum non censeo,vt.s.absolutio tributa valeat,iureiurando non adhibito,quam & his rationibus probo . Primùm,quoniam,si iurisiurandi huius prætermissione absolutio præstita nō valeret,id esset, quòd iusiurandum hoc,vel efficiens causa, vel finis,vel materia,vel forma necessaria absolutionis est (nullā enim aliam ob causam id contingere potest)at neq; efficiens causa est;præstatur enim ab eo,qui absoluitur,non ab eo,qui absoluit:neq; finis;nam absolutionis huius finis est iniecti ob præteritam culpam vinculi liberatio, iurisiurandi autē huius,ne in posterū in culpam incidat,ob alludit,recentis vinculi iniectio arg. c.ex tenore in vers.Sibiq;,& c.cùm desideres vers.Cùm cautio de sent.excō.quamobrē etiā ad necessariam formam non pertinere cōprobatur; quandoquidem necessaria forma absolutionis vinculum iniectum tollit, & his verbis concipitur Ego absoluo te ; iusiurandum verò vinculum iniicit:neq;etiā materia est,quidpiamuè,quod ad materiā pertineat necessariò,vt probauimus; ergo,cùm ad nullam causam necessariam absolutionis omninò spectet,eius prætermissione absolutio tributa nō vitiabitur,cùm ex hoc cuiusq; rei corruptio cōtingat;valet etenim argumentum à partiū enumeratione arg.tot.tit.in Instit.de oblig.quæ ex quas.cōtract.& in tit.de oblig. quæ ex quas.delict. Postremò probatur etiam hac ratione eadem sententia;quoniam iudices, qui absoluunt,facultatē eam absoluendi á iure ipso habent,vt probauimus supra c.2.§. iurisdictionem: at iusiurandum hoc consuetudine inductum est , vt dicitur in cit.cap.cùm desideres vers. Cùm cautio iuratoria;ergo,etsi prætermittitur,absolutio tamen præstita valebit; nam, vbi quis actum aliquem gerendi ab ea constitutione non recipit , quæ formam aliquam inducit , dum actus ille fit,si contra eam formam actus ille fiat,nihilominus valet;ita enim dixit Gloss.notan. in Clem.1.in uerb. Inhibentes uers.Puro,quòd,quam sequuntur ibi Zab. & Anchar. eod de iur. patron.& Add.ad Bart.in cit l.cùm lex.num.6.in litera E uers. Non impeditur,& Alex.in l.1. num.8.uers. Non obstat idem sensisse uidetur.ff. ad l. Falcid. his igitur rationibus á communi

opinione

opinione discedendum non censeo, vt scilicet iurisiurandi huius prætermissione absolutio tributa valeat.

S V M M A.

1 *Satisfacere excommunicatus ob manifestam offensam ante absolutionem debet; quæ regula declaratur.*
2 *Manifesta, notoriaué offensa quatuor modis dicitur.*
3 *Cautio idonea qua ratione præstetur.*
4 *Cautio vbi ab excommunicato tribuitur, cui ea tribuatur.*
5 *Absoluendi ab excommunicatione alicui facultate tributa præmissa satisfactione, an absolutio valeat, si satisfactio non præcesserit.*
6 *Absolutio an impediatur per appellationem, quò minùs tribuatur.*
7 *Contumaciam ob manifestam vbi quis excommunicatus est, ante absolutionem quid facere debeat.*
8 *Offensa, contumaciaué causa quando quis excommunicatus dicitur.*

VI.

1 §. † Manifestam ob offensam itidem vbi excommunicatus quis est, antequam absoluatur, satisfacit. In secundo casu, inquit enim Rom. Pont. hac de re agens in c. ex parte de verb. sign. si offensa est manifesta, non credimus satis fieri congruè, vt relaxetur sententia, nisi priùs sufficiens præstetur eméda. Ecce hinc apparet, vbi pro manifesta offensa excommunicatus quis est, quia. s. iussus noluit maleficium emendare, non ante absoluendum esse, quàm omnino satisfecerit; atq; sic not. ibi Abb. idem habetur c. venerabilibus. §. porrò vers. Similiter de sent. excô. lib. 6. & in c. solet vers. In prima igitur dubitatione eod. & not. ibi quoq; Anch. nu. 4. vers. Septimò not. cum seq. & Gemin. eod. nu. 5. vers. Nota, quòd excommunicatus pro manifesta offensa, & Phil. Fran. vers. in Gloss. vers. Emenda, & Inn. in verb. Manifesta; idem not. Gloss. fin. in c. quanquam de cens. lib. 6. & in c. quoniam, in verb. Satisfactionem de immun. eccl. eod. lib. & in c. quia sepe in verb. Restituerint de elect. eod. lib. & Abb. in c. quæstioni. nu. 9. de appell. & in c. prudentiam. §. fin. nu. 1. de off deleg. & in c. pisanis, nu. 3. vers. Nota excommunicatum de restit. spol. & ibi quoq; Inn. & Butr. idem Abb. in c. cùm contingat. nu. 1. de off. deleg. & in c. ex tenore. nu. 1. & Felin. de sent. excom. & Rip. in c. 1. nu. 75. de iud. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 11. nu. 11. vers. Verùm ibi secundùm; non est igitur, quòd hac de re dubitemus: idq; iure optimo, nam ob eam rem excôicatus est, excômunicationeq; obligatus tenetur, quoniã & admonitus satisfacere noluit; ergò, vt inuitus id faciat, nô ante absoluetur, quàm satisfecerit, etenim, sicut cessante causa, cessat effectus, vt dicitur in c. cùm cessante de appell. cum simil. ita è contrario permanête causa effectus permanere debet; valet enim argumentũ à contrario sensu arg. l. 1. & ibi DD. ff. de off. eius: si ergo exempli gratia manifestò constet in excômunicationem quem incidisse ob violentam clerici percussionem, non priùs hic absoluetur, quàm satisfecerit, vt habetur in c. parochianos, vbi etiam, cui satisfaciendum sit, quando clericũ, monachũ seruumué quis percusit, Gloss. & DD. declararunt, de sent. excom. idem etiam sentimus, si excômunicatus quis est, propterea quòd iussus quis restituere non paruit, & iussus exhibere non exhibuit, idem & de reliquis huiusmodi, vt dixit Inn. in c. solet in verb. Manifesta de sent. excom. lib. 6. Hæc autem regula sic posi-
2 ta multis modis amplificatur; nam primò locum habet, quacunq; ratione notoriũ id sit. † Notorium enim quatuor modis dicitur. Primò, vbi excôicatus in iudicio id fatetur, cuius nomine excommunicatus est. Item, vbi sententia id est declaratũ. Tertiò, vbi per se id constat. Quartò, vbi legitimè id fuit probatũ, sic enim habetur in c. cùm olim in fin. de verb. sig. iunct. c. fin. de cohab. cler. & mul. & Gloss. & Abb. ac DD. ibidẽ declararunt. Secundo loco ante satisfactionẽ excommunicatus non absoluitur, vbi iudici notoria offensa non est, sed aduersarius excômunicati ob notoriam offensam excommunicatum eum esse probaturum se pollicetur, atq; probat; sic enim habetur in c. solet de sent. excom. lib. 6. In prima igitur dubitatione, dicitur. n. ibi, sic statuimus obseruandũ, vt petenti absolutio nô negetur, quáuis in hoc excôicator, vel aduersarius se opponat, nisi cùm excôicatum pro manifesta dicatur offensa; in quo casu terminus octo dierũ indulgetur sic dicenti, vt, si probauerit, quod opponit, nô relaxetur sententia, nisi priùs sufficiens præstetur emenda. Hæc ibi; ex quibus patet & in hoc casu ante satisfactionem absolutioné tribuendam ei non esse, idem habetur in c. venerabilibus. §. porrò vers. Nisi suffraganeus eod. tit. ac lib. & vt not. Inn. in c. ex parte in verb. Si verò dubia de verb. sig. vbi ergo ob notoriã offensam excommunicatum esse obijcitur, non ante absoluetur, quàm satisfecerit iuribus supra citatis, etiã si excommunicatus pignora in ęde sacra ponere voluerit; nam nihilomagis absoluetur, vt dixit Inn. in eod. c. solet. nu. 12. vers. Item dixerunt quidam, & Phil. Fran. vers. In Gloss. in verb. Emen

da,ibi quid autē si ille,& Gemin.in §.in secunda.nu.22.in fin.idq; summa ratione, quandoquidem, si absolueretur,negligentior in satisfaciendo redderetur; ex quo non ampliùs rubore excitatur,quo.dum hominū communione carebat,excitabatur:addo ego,si contrariū diceremus, superuacaneam sepius fore prouisionem illam Rom.Pont.in cit.c.solet. Nec facit, quòd quidā dixerunt,vt inquit Inn.in eod.c.solet.nu.12.vers.Item dixerunt quidam, ex quo pignus deponere vult, absoluendum esse; nam malitia ductus id aduersarius fortasse obijcit,& hominū malitiæ locus tribuendus non est:nam ratio hæc nulla est; tum quòd,qui,hoc obijcit,ab eo iusiurandum exigitur,ne id malitiæ causa,dolòue faciat,vt dixit Gemin.in eod.c.solet in prin.num.14. ibi quæro,an simpliciter admittendus.& arg.c.2.in fin.de iur.cal.lib.6. & non ante satisfactionem præstat, q probata sit obiectio; tum quòd, si deinceps exceptio hæc non probetur,in sumptibus factis punitur arg.c.quia de excep.lib.6.cum cit.à Gemin.in eod.c.solet.n.14.vers. Sed quid si iste;occurritur.igitur hominum malitijs.Obiectio autem hæc,dum proponitur,generatim proponi potest, vt pote simpliciter obijciendo ob manifestam offensam excommunicatum esse,quamuis speciatim deinceps probanda sit,vt dixit Rot.decis.1.de sent.excom. in nou.Nec sat erit offensam factam probare,sed oportebit & manifestam esse probare, vt sensit Inn.in cit. c.solet vers.Octo dierū,& Anch.nu.4.vers.Septimò not.& Phil.Fran.vers.In Gloss.in verb.Manifesta.Intraq;octo dierū spatium ea probabitur, vt dicitur in eod.c.soler, & ibi not.DD.quod quidem temporis spatium,statim atq. obiectio hæc à iudice admissa est, curret, & de momento ad momētum; sic enim dixit Rot.decis.4.& Add.ad eam de sent.excom.in nou.& Gemin.eod. c.solet in prin.nu.14.vers.An in isto termino octo dierum,& in fin & Phil.Fran.vers.In Gloss.in verb.Octo dierum;namq; Rom.Pont.vbi propositæ exceptionis diem numerari non vult, id dicere solet,vt habetur in c.1.de excep.lib.6.ex quo igitur hoc in casu nostro nō dixit,nec nos id dicemus,quamuis Host.contrarium senserit. At quid,si intra tantum temporis exceptio hæc nō probetūr,an prorogari illud poterit? Gloss.in eod.c.solet in verb. Octo dierū, id ex causa posse existimauit,eandem sequitur Gemin.eod.in prin.nu.16.vers.In Gloss.in verb.Octo dierū.Contrarium tamen sensit Add.ad Rot.cit.decis.4.cùm ob moræ periculū, in quo excōicatus versatur,tum quia nihil aduersario nocetur, ex quo per cautionē ei prospicitur ob cit.c.solet,& c.ex parte. t.de verb.sig.in antiq.hæ rationes,quòd semper locum non habent,ob eam rem sententia hæc mihi non omnino probatur.Ego igitur sic distinguendum censerem.Aut excommunicatus in periculo aliquo versatur,& in hoc casu proxima hæc sententia locū habebit,ne hunc excommunicatum mori contingat.Aut in nullo periculo est,& in hoc prior sententia Gloss.locum sibi vindicabit: sed de re hac non nihil infra tractabimus, vbi de absolutione ad cautelam agemus. Tertiò,vbi manifesta offensa est, satisfactio præmittitur, id est ante satisfactionē nō absoluitur, quacunq; censura vel ab homine,vel à iure lata quis constrictus teneatur arg. cit.c.ex parte de verb.sign.& vt not.Abb.in c.ex tenore.nu.1.vers.Intellige tamen,& in c.ea noscitur.num.3.in Gloss.de sent.excom. Quartò,ante satisfactionē non absoluitur,à quocunq; vel ab eo,qui censuram non tulit,absolutio petatur;eadem enim ratio in quocunq; casu viget,ac propterea eadē dispositio vigere debet arg.l.illud.ff.ad l.Aquil.cum simil. Quintò proposita regula locum habet,vt ante absolutionem in manifesta offensa satisfactio antecedat,etiam si in pœnitentiæ foro absolutio postuletur;sic.n.asseruit Mar.Soc.Sen.in c.porrò.n.7.vers.Tertiò not.de sent.excom. & Caiet.in sum.in verb.Excommunicationis absolutio vers. Et simile est de emenda, & Nauar. in Man.c.26.nu.7.vers.Porrò in absoluendo ab excōicatione,& nu.278.vers.Sextò,& in c.1.nu. 53.vers.Secundum,si est excōicatus pro offensa notoria de pœn.dist.6.& Iacob. de Graff.c.17. nu.5.vers. Secundum lib.4. Decis.cas.consc.qui & mortiferè iudicem peccare ait,si non studet, vt id fiat.Quare,vel simplici sacerdoti absoluendi potestas per bullas tribuatur,non priùs absoluet,quàm satisfactum sit;imò in eo foro,si ipsi sacerdoti notoriū fit, quia.s.se te vera offendisse excommunicatus fatetur,idem seruabitur,etiam si aliàs apud ecclesiam, forumq; exterius notorium id non sit arg.c.venerabilibus.§.porrò vers.Secus autem de sent.excom.lib.6.atque sic dixit Nauar.in Man.c.27.nu.278.vers. Sextò,ibi Adeò,vt potem. Sextò locum habet etiā,vbi Rom.Pont.absoluendi facultatem nulla satisfactionis mentione facta concessit; nam ad formā iuris facultatem concessisse censetur arg.l.si quando.C.de inoff.test. & l.commodissimè. ff. de liber.& posth.requiritur igitur & hic satisfactio,atque sic dixit Iacob.de Graff.c.15.nu.6.lib.4. decis.cas.cons.. Septimò postulatur etiam satisfactio,vbi quis in mortis articulo constitutus absoluitur,vt asserit Iacob.eod.c.nu.54.vbi & alios idem sentiētes refert, & vt habetur in Clem. 1.§.pen.de hæret.& Gloss.id ibi not.in verb. Et tunc,quam sequitur Felin.in c.cùm contingat; nu.1.

nu. 1. de off. deleg. ſed iam regulæ huius exceptiones contemplemur. Abſoluitur igitur primò excommunicatus ſatisfactione non præſtita, vbi mors adeò vrget, vt ſatisfaciendi tempus non detur, vt probatur in c. vlt. de ſepult. & ibi not. Abb. nu. 3. & vt dixit Gloſſ. in cit. Clem. 1. §. pen. verſ. Et tunc de hæret. & Felin. in eod. c. cùm contingat. nu. 1. & Rip. in c. 1. nu. 75. verſ. Fallit de iud. & idem Abb. in c. quæſtioni. nu. 9. de appell. & in c. in literis in fin. de rapt. vbi & cõiter receptum id eſſe teſtatur: idq; meritò, etenim quòd contumaciæ ipſum pœnitet, ac, ſi per mortem ei liceret, ſatisfactio ab eo præſtaretur, ob eam rem abſolutio ei non denegabitur; tum ne eccleſia ſinum ad ſe redeunti occludat cõtra c. ſuper eo de hæret. lib. 6. & l. fin. prop. fin. C. de ſum. Trin. & fid. Cathol. & c. ex literis de conſtit. & vt not. Gloſſ. in c. ex parte. 1. in verb. Pro contumacia in fin. de verb. ſig. tum ne tam difficillimo tempore & viuus ſpiritualibus præſidijs careat, & mortuus eccleſiaſtica ſepultura priuetur: id quod ne cõtingat, iudex, quatenus poteſt, cauere debet arg. c. epiſcopi. 11. q. 3. & vt ſenſit Abb. in eod. c. quæſtioni. num. 3. abſoluitur ergo in huiuſmodi caſu, etiam ſi aduerſarius eius appellet ob c. qua fronte, vbi Dec. nu. 6. verſ. Vnde finaliter concludendum, & DD. de appell. Secundo loco abſoluitur etiam excõicatus non præſtita priùs ſatisfactione, vbi ob facultatum ſuarum tenuitatem ſatisfacere non poteſt; ſic enim Gloſſ. ſenſit in cit. Clem. 1. §. pen. in verb. Ex tunc de hæret. & in c. ea noſcitur in verb. Iuxta facultates de ſent. excom. & in c. ex parte. 1. in verb. Pro contumacia, & ibi quoq; Abb. de verb. ſig. & Rip. in c. 1. nu. 75. verſ. Tertiò de iud. Id quod locum habet, vel lex iubeat, vt ante abſolutionẽ ſatisfiat, vt dixit Nauar. in Man. c. 27. nu. 47. & ſequitur Iacob. de Graff. eod. c. 15. nu. 54. imò, vbi quis ſatisfaciendo ſtatim graue damnum pateretur; is verò, cui ſatisfit, leue, abſolui cautione præſtitâ poteſt, vt citati autores ibidem inquiunt. Quamuis in hoc caſu, vbi pro pœna tribuenda fiſco excommunicatus eſſet, non priùs abſolueretur, quàm corporis pœna debitum lueret: ſicut etiã, vbi ea pœna aduerſario tribuenda eſſet, & ipſe in corporis pœnam id permutare vellet; ſic enim dixit Io. And. vt refert, ac ſequitur Abb. in cit. c. Odoardus. nu. 5. verſ. Opp. contra tex. & idem Abb. in eod. c. ex parte. nu. 3. verſ. In ea Gloſſ. ibi peruenerit de verb. ſign. & in c. finem litibus. nu. 5. de dol. & contum. etenim in huiuſmodi caſibus ea regula locum ſibi vindicat, qui non habet in ęre, luat in corpore, vt dicitur in cit. c. finem litibus, & in l. fin. ff. de in ius voc. & in l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi DD. ac Iaſ. rem hanc pertractarunt. Excipitur tamen, vbi in foro pœnitentiæ abſoluitur; nam tunc hac ratione nõ punietur. Tertiò abſolutione non præſtita excõicatus abſoluitur, vbi idei ſic affecto facere nõ licet, quod faciendum ipſi eſt; exẽpli gratia ob eam rem excõicatus fuit, ꝙ adeptus beneficium curã animarũ habens ordines non ſuſcipiebat iuxta c. licet canon de elect. lib. 6. hic ergo, quoniam excõicatus ordines ſuſcipere nõ debet arg. c. cùm illorum de ſent. excom. ob eam rem primò abſoluetur, vt dixit Gloſſ. in c. ſolet in verb. Emenda, & ibi DD. de ſent. excom. lib. 6. & Inn. in c. pro illorum. num. 5. & Abb. nu. 16. & Imol. nu. 20. de præb. & idem Abb. in eod. c. ex parte. nu. 2. & Felin. in eod. c. cùm cõtingat. n. 3. verſ. Fallit tertiò de off. deleg. & Dec. in c. qua fronte nu. 6. de app. & Rip. in eod. c. 1. nu. 75. verſ. Quintò fallit, vbi de cõi teſtatur de iud. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 11. nu. 11. verſ. Sed, etſi excommunicatus de ſent. excom. lib. 6. Nec obſtat cit. c. pro illorũ, vbi canonicis quibuſdam excommunicatis præcipitur, vt quendam in canonicum recipiant, antequam abſoluantur, quaſi excommunicatis adminiſtrare ſpiritualia liceat: nam reſpondetur vel ibi nudum factum præcipi ſicuti Gloſſ. pen. & Abb. ibi not. & ſequitur Phil. Fran. in c. cùm in eccleſijs in Gloſſ. 2. verſ. In receptione verò, quæ eſt facti de præb. lib. 6. & Rebuff. vbi alios idem ſentientes refert in c. poſtulaſtis ſecundò not. nu. 130. de cler. excom. min. vel ipſum receptum ab eis in canonicum dici, ſi de ipſo recipiendo cauerint, vt Gloſſ. ibi reſpondit; non igitur obſtat cit. c. pro illorum. Quartò ſatisfactione non præmiſſa quis abſoluitur, vbi longiori tẽporis ſpatio opus eſt, quò id faciat, quamobrem excommunicatus fuit, vt verbi gratia ædes ſacra conſtruenda ipſi eſt; &, quòd id minùs præſtabat, ob eam rem eſt excommunicatus, planè non expectabitur, vt ædificium conſtructum ſit ob moræ periculum, ſed ſat erit, vt ad hoc perficiendũ ſe paret, quò abſoluatur arg. c. quæſtioni, & ibi not. Abb. nu. 9. & Præpoſ. nu. 5. de appell. & Felin. in cit. c. cùm contingat. n. 2. verſ. Fallit ſecundò de off. deleg. & Rip. in cit. c. 1. n. 75. verſ. Secundò de iud. in his igitur caſibus & ſatisfactione nõ præſtita legitimè abſolutio pręſtabitur. Modò tñ excõicati idoneè de pręſtando id, quod debent, caueant. Nã de primo caſu, vbi mortis articulo quis detinetur Gloſſ. id dixit in cit. Clem. 1. §. pen. in verb. Et tunc de hæret. De ſecundò, vbi facultatum tenuitate impeditur, quò minùs ſatisfaciat, probatur in cit. c. Odoardus de ſolut. & id ſenſit Gloſſ. & Abb. in eod. c. ex parte in verb. Pro contumacia de verb. ſig. De tertiò, vbi iure impeditur, id tradidit Gloſſ. in

in c.pro illorum in fin. De postremo, vbi longioris tẽporis spatium postulatur, id asseruit Abb.
3 in c.quæstioni.nu.9.de appell. † Et, quoniam idonea cautio requiritur, vt diximus, & probatur
in eod.c.Odoardus, ibi recepta priùs ab eo idonea cautione de solut. & in eod.c.ex parte vers.
Si priùs de verb.sign.& in c.qua fronte de appell. vbi Gloss & Abb.& DD.id not.ob eam rẽ aut
pignoribus, aut fideiussoribus datis cauebitur: hæc enim idonea, sufficiensq; cautio dicitur in
l.si mandato Titij.§.fin.ff.mand.& in l.4.§.adijci.ff.de fideicommiss.libert.& à Gloss.in c.fin.in
verb.Idoneè de pœn.lib.6.& à Gloss. in l.si debitori. ff.de iud. & à Ias.ac DD. in l.sancimus.C.
de verb sign. At quid, si neque pignora, quæ det, ipsum excommunicatum habere constet, fide-
iussoremuè, qui pro eo fidem præstet, se non inuenire iureiurando confirmet (hoc enim requiri-
tur, quò in hoc fides ei adhibeatur, vt dixit Glos.in l.1.& cõiter eam receptam esse Ias.ibi testa-
tur.nu.22.ff.qui satisdare cog.) quid inquam fiet? Planè iuratoria cautio præstabitur: sic.n.dixit
Gloss.in eod.c.fin.in verb.Idoneè de pœn.lib.6.& in cit.c.ex parte, vbi quoq; Abb.n.4.& Add.
ad eum in litera.C.de verb.sign.& idem Abb.in eod.c.questioni.nu.9.de appell.etenim, vbi fi-
deiussoria cautio requiritur, & prestari non potest, iuratoriã prestatur, vt habetur in Auth.gene-
raliter vers.Aut fideiussorẽ dare non valet.C.de epis.& cler.& vt dixit Gloss.in l.1.ff. qui satisd.
4 cog.vbi & id consuetudine seruari testatur Ias.nu.23. † Quacunque ratione tamen caueatur: si
is, qui, quod sua interest, prosequitur, præsens adsit, ipsi cauebitur; sin minùs, alteri, qui huic obli
gationem acquirat, vt filio, seruo, iudici, publico scribæ; & in articulo mortis etiam sacerdoti te-
stibus præsentibus cautio hæc tribuetur arg.c.quanquam, & ibi not.Gloss.de vsur.lib.6. sed de
exceptionibus his iam satis, iam alias prosequamur. Quintò igitur satisfactione per pecuniam
non præstita quis absoluitur, vbi pecuniarium commodum non agitur, vt pote si quis propterea
excommunicatus est, ꝙ Deum, beatissimam Virginem, Sanctosuè contumeliosè nominauit;
nam, vbi Deus immediatè offensus est, pecuniaria satisfactio nõ requiritur ante absolutionem,
etiam si id notissimum sit; ita enim dixit Rip.in c.1.nu.75.vers. Quartò, & Felin.in c.cùm con-
tingat. nu.4. vbi & alios quosdam idem sentientes refert de off.deleg. & Imol. & DD.in c.qua
fronte, vt refert Dec.ibi nu.6.vbi comm.sensit de app. & Couar.in c.alma pars.1.§.11.nu.11.
vers. Sed, etsi excommunicatus pro manifesta offensa de sent.excom.lib.6.Quod tamen locum
non habet, vbi statuto pecuniaria pœna sic Deum nominanti inuritur; in hoc enim casu non
priùs absoluetur, quàm satisfecerit. Sextò, vbi satisfieri non potest, quoniam res, qua de agitur,
satisfactionem recipere non potest; nam & hic sine satisfactione absoluetur: quare, si exẽpli gra
tia propterea quis excõicatus sit, ꝙ eam vxorem non ducit, quam se ducturum spoponderat, &
interim aliam vxorem duxerit, ꝙ matrimonium hoc valet, vt habetur in c.1.& in c.2. & in.c.ex
literis de spons.duor.atq; idcirco aliam ducere non potest, vt dicitur in §.affinitatis in Instit.de
nupt.& extra tot.tit.de spons.duor.ob eam rem ad eam ducendam nõ compellitur, quam se du
cturum spoponderat; quandoquidem id non potest, atq; sic dixit Felin.in eod.c.cùm contingat.
nu.5.quamuis, si pœna pecuniaria intercessisset in huiusmodi sponsalibus, exigi ante absolutio-
nem ea posset. Septimò nulla cautio præstabitur, vbi ad actum aliquem gerendum, vt pote vel
ad testimonium ferendum, vel quò beneficij collatio valeat, absolutio tribuitur; in huiusmodi
enim casibus simpliciter quis absoluitur, vt dixit Gemin.in c.solet.num.15.ibi subdit tamen, ꝙ
absolutio de sent.excom.lib.6.etenim nullum præiudicium aduersario fit, ex quo, statim atque
actus ille perfectus est, in excommunicationem ipso iure incidit, vt alibi probauimus. Octauò
in vniuersis casibus propositis, vbi satisfactio antecedere debet, & potest; si non satisfiat, absolu
tio tamen tributa valebit arg.c.venerabilibus.§.vbi autẽ de sent.excom.lib.6. & vt de cõi DD.
sententia testatur Dec.in c.qua fronte.nu.6.vers.Sed istud diuinare est de appell.ac planè, si ex-
communicatio iniquè lata valet, vt vidimus, multò magis absolutio, quæ gratiosior est, valere
debet arg.c.verbum de pœnit.d.1.iunct.l.Arrianus.ff.de act.& oblig. Nonò satisfacere nõ de-
bet, nec cogitur soluere pœnas debitas à iure; nam in foro conscientiæ non debentur ante con-
demnationem, vt dixit Gloss.in c.fraternitas.12.q.2.& sequuntur DD. ac Nauar.in Man.c.17.
nu.13.atq; sic in re nostra sensit Iac.de Graff.c.15.n.7.vers.Episcopus verò lib.4.Dec.suarum.
5 † Verùm quid, si alicui absoluendi facultas tributa sit satisfactione tamen priùs facta: an, si sa-
tisfactione minùs antecedente absolutio tribuatur, valebit? hanc quæstionem disputauit Gloss.
in Clem.vn.in verb.Nullatenus de sequestr.poss. Videbatur igitur dicendum ipsam non valere,
vt quæ contra prohibitionem, formamq; traditam tributa sit; nam contra formam actus gestus
non valet arg.l.non dubiũ.C.de leg.& c.cùm dilecta de rescrip. Contrariam sententiam nihilo-
minus amplexata est Gloss.in cit.vers.Nullatenus, vt.s.absolutio sic tributa valeat. Et hoc ob eã

rationem,

rationem, quoniam per commiſsionem huiuſmodi ratione factam nihil noui adiectum eſt, ſed id, quod aliàs iure cautum erat, eſt expreſſum; ergo abſolutio tributa valere debet arg. l. 3. ff. deleg. 1. & hanc opinionem ſequitur Zab. in ead. Clem. vn. verſ. Si quis autem. num. 6. ibi Sextò quarto, & in Clem. 1. n. 31. verſ. Vigeſimo octauò de ſepult. & Phil. Franc. in c. quoniam in fin. de immun. eccl. atqui ex his abſoluta cognitio rei huius non habetur. Ego igitur ſic diſtinguẽdum cenſeo. Aut ſimpliciter mandatum eſt ei, qui aliàs abſoluendi poteſtatem habet, vt ab excõicatione abſoluat: & in hoc caſu, ſi nulla præſcripta forma ſit, nec ſatisfactionis mentio facta, abſolutio tributa valebit; nam ad formam iuris ſe accõmodaſſe hic exiſtimatur arg. l. cõmodiſsimè. ff. de lib. & poſth. ergò abſolutio tributa valebit, ex quo cõi iure abſolutio ſic tributa valet, vt diximus. Idem, ſi dictum ſit Secundum formam iuris abſoluas; nam, ex quo expreſsit id, quod tacitò ineſt, nihil operatur arg. c. ſignificaſti de elect. & l. 3. ff. deleg. 1. hinc Inn. in ſimili admonitionem potius quandam eſſe, quàm nouæ formæ traditionem dixit in c. fin. in verb. Idoneus de præſumpt. quam ſequitur Abb. ibi. nu. 16. verſ. Venio nunc ad vltimum, & Gloſſ. cõiter recepta in Clem. 1. in verb. Repererint de off. deleg. & Nauar. in Man. c. 27. nu. 37. Idẽ, ſi dictum ſit Præmiſſa ſatisfactione abſoluas; nam, vbi quis abſoluendi ab excõmunicatione aliqua poteſtatem aliunde habet, quamuis deinceps noua cõſtitutione forma aliqua addatur, valet tamen, & ſi ea non ſeruetur, vt tradidit Gloſſ. in Clem. 1. in verb. Inhibentes, ibi per hoc videtur de iur. patr. quam Felin. in c. ex parte. nu. 7. verſ. Secunda limitatio prædictæ concluſionis de conſtit. & DD. cõiter ſequuntur; etenim priùs abſoluẽdi poteſtatẽ habebat, vt proponimus. Excipitur tamen, vbi, qui nouã formã dedit, ſi cõtra fiat, nullam eſſe abſolutionẽ voluit, vt pote quia Rom. Pont. in [illegible] ne facultate, quam quis habet, vtatur, iuriſdictionem eius, ſ. ſuſpendendo. Item, ſi, vbi forma data non ſeruatur, in alium abſoluendi poteſtatem tranſtulerit. Tertiò, vbi diceretur Nullatenus abſoluas; in oibus enim his caſibus abſolutio tributa nulla eſt, vt id pluribus probauit Felin. in eod. c. ex parte. nu. 8. verſ. Sed hic ſunt notandi cum multis ſeq. Multò magis autem nulla erit abſolutio, ſi apertè expreſſum id eſſet. Aut abſoluendi poteſtas ei tributa eſt, qui aliàs abſoluendi poteſtatem nõ habet; & tunc, ſi nihil dictum ſit, niſi vt abſoluat, vel vt forma iuris vtatur, abſolutio nihilominus valebit ob rationes in priori caſu allatas; atq; ſic ſenſit Abb. in c. piſanis. n. 3. verſ. Not. benè ſecundũ Goff. de reſt. ſpol. & Nauar. in c. 27. n. 37. verſ. Alia, quàm iuris; abſolutio igitur tributa virtute mandati Rom. Pont. ad abſoluendum ſecundum formam iuris dati valebit, quamuis forma ſeruata non ſit, vt dixit Nauar. eod. n. 37. nam per hæc verba non inducitur noua forma, ſed admonetur delegatus, quid facere debeat ſecũdum ius; ſic. n. Nauar. ibidẽ ait. Excipitur tamen, vbi alia adhibita forma abſoluendi poteſtas tributa eſt; exẽpli gratia dictũ eſt Præmiſſa ſatisfactione abſoluas talẽ; nam in hoc caſu non valebit, ſi contra datam formam abſolutio fiat, vt probatur in cit. c. piſanis de reſt. ſpol. vbi data poteſtate relaxandi ſententias excommunicationis reſtituta priùs tamẽ poſſeſsione quadam plenè, ac liberè; quoniã conditio illa adimpleta omnino non fuit, abſolutio non valuit, vt ibi dicitur, & not. Abb. ac DD. namq; delegatus ille abſoluendi facultatem aliunde non habebat, niſi ea conditione adimpleta arg. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, atque ſic ſenſit Abb. in eod. c. piſanis. n. 3. verſ. Diuerſitatis ratio eſſe poteſt. Quare, ſi abſolutio extra mortis articulum ab eo fiat, qui per bullas, aliaué priuilegia poſt ſatisfactionem factam abſoluendi poteſtatem tantùm habet, abſolutio tributa non valebit, vt dixit Nauar. in eod. c. 27. n. 37. & verum eſt, etiam ſi ſatisfacere excommunicatus non poſsit; nam inopia non ſufficit, quò delegatus ſic datus abſoluat, vt dixit Sot. d. 22. q. 2. art. 3. col. 2. & refert eum Nauar. in eod. c. 27. n. 48. in fin. Nec repugnat, ſi dicatur formã iuris hãc eſſe, vt, antequam abſoluatur, ſatisfaciat; ergo valere debet, vt diximus; nam ſub conditione forma expreſſa eſt, quo caſu adimpleri debet ante abſolutionem arg. l. Mæuius. ff. de condit. & demonſt. quod ſecus eſt, vbi ad formã iuris abſoluendi facultas condonata eſt; tunc enim modus quidã eſſe cenſetur, cuius prætermiſsione actus non vitiatur arg. l. cędere diem. ff. de verb. ſign. iunct. l. 1. C. de his, quæ ſub modo, & ſequitur Iaſ. in l. ſi quis cum debitore. nu. 4. ff. de iureiur. Non repugnat itidem, quod diximus in priori mẽbro; illud enim propterea fit, quoniam aliunde abſoluendi poteſtatem habet; quo caſu, etſi ſub conditione abſolutio permiſſa ipſi eſt, quę obſeruata non ſit, prioris tamen poteſtatis virtute abſolutio valet: aliàs igitur, quamuis ſatisfactio non anteceſſerit, vt, vnde digreſsi ſumus, eò iam
6 reuertamur, abſolutio tributa firma erit. † Excipitur tamen, vbi aduerſarius ante condonatam abſolutionem appellaret, ne tribueretur; nam poſt legitimam appellationem, quę poteſtas abſoluentis ſuſpenſa eſt, abſoluẽdo nihil faciet arg. c. qua fronte de appell. vbi appellatio interpoſita,

ne excommunicatus absolueretur, idcirco operata non est, quoniam mortis periculũ impendebat; ergò, vbi mortis periculum non imminet, absolutio contra appellationem condonata nulla erit: firmissimum enim argumentum est à contrario sensu, vt habetur in l. 1. & ibi DD. ff. de off. eius; atq; sic asseruit Dec. in eod. c. qua fronte. nu. 6. etenim ratio, quamobrem in articulo mortis constitutus, etiam si appellatum sit, excommunicatus absoluitur, ea est, ne excõicati anima periclitetur, vt DD. cõiter inquiunt in eod. cit. c. qua fronte, quę ratio eo casu excepto cessat; ergo & effectus cessare debet arg. c. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. & l. in agris. ff. de acq. rer. dom. appellatione igitur absolutio impeditur, articulo mortis excepto, quo casu absolutio semper tribuetur, modò excõmunicatus à cõtumacia discessisse probetur ob cit. c. qua frõte, & extrauag. vn. ne sed. vac. etenim casus hic exceptus semper intelligitur, etiam si non excipiatur arg. eorum, quæ tradidit Ias. in l. Gallus. §. idem credendum. nu. 12. ff. de lib. & posth. cautionem tamen præstabit, quam poterit, & nulla præstita, quod. s. facultas excommunicato non datur, nihilominus absoluetur, ac deinceps contra hæredes, quò ipsi satisfaciant, agetur arg. cap. fin. de sepult. & c. à nobis. 2. de sent. excom. Sed satis de manifesta offensa, iam, vbi ob manifestã contumaciam excõmunicatus est, quia. s. in ius vocatus venire noluit, agamus.

7 † Ob manifestam contumaciam igitur excommunicatus non ante absoluetur, quàm impensas ab aduersario factas, & de iudicio stando cautionem, præstiterit, vt dicitur in c. venerabilibus. §. porrò vers. Secus de sent. excom. lib. 6. & sensit Gloss. in c. quoniã in verb. Satisfactũ de immun. eccl. eod. lib. Quę regula sic posita declaratur, vt locum habeat nõ solùm in impensis ob tertiã, ac secundam citationem factis, verùm etiam & ob primam, vt dixit Gloss. magistr. in c. querelã in verb. Rationabili, & ibi not. Abb. nu. 8. de procur. & in c. quoniam contra in verb. Dilationes, & ibi quoq; Felin. nu. 15. viden. & Add. ad eum de probat. & in sum. 4. q. 5. & in c. Honoratus in verb. Tot scriptis d. 74. & Bart. in auth. qui semel, vbi & hoc probatur, C. quomodo, & quando iudex. nu. 4. & Abb. in c. ex parte. 1. n. 5. vers. In Gloss. in verb. Citatus de verb. sig. & cõiter opinionem hanc receptam esse testantur Abb. in c. finem litibus. nu. 14. de dol. & contum. & Ias. in l. sancimus. nu. 18. C. de iud. idq; meritò; nam sumptus huiusmodi ob contumaciã restituuntur, quæ & in prima citatione contracta est; nec repugnat, quòd trina citatio non nunquam requiratur; nam illud fit, vt eius contumacia conuincatur, & vbi de maiori præiudicio agitur, vt respondit Ias. in cit. l. sancimus. nu. 18. Postremò declaratur, vt locum habeat proposita regula in omnibus impensis, quæ ob litem motam factæ inutiles redditæ sunt, propterea ꝙ citatus non comparuit; sic enim asseruit Abb. in c. cùm dilecti in fin. de dol. & contum. & in cit. c. finem litibus vers. Ego puto; & probatur per cit. l. sancimus, vbi Ias. ac DD. C. de iud. de quibus tamẽ impẽsis, ne longiùs vagemur, quid iuris sit, à cit. l. sancimus ijs iunctis, quæ DD. ibi pertractarunt, & quę in eod. c. finẽ litibus de dol. & contum. summemus; in his enim duobus iuribus materia hæc in primis pertractatur; vbi ergo offensa, cõtumaciaue manifesta est, sic fiet. Pro offensa verò excommunicatus is dicitur, qui iussus aliquid facere, illud non fecit: pro contumacia, qui iussus in iudicium venire non venit, vt dixit Inn. in c. solet in verb. Manifesta de sent. excom. lib. 6. ex quo patet ob contumaciã semper quem excommunicari.

8 † At inquiet quispiam, cur in priori casu pro offensa excõicatus quis dicitur, in posteriori pro contumacia? ob eam rationem. s. ꝙ in primo casu offensa intercessit, & prima causa fuit, vt excommunicaretur: exempli gratia de delicto quis conuictus damnatus est, vt tantum præstet; non paret, ac propterea excommunicatus est, hic ob offensam excommunicatus dicitur; quandoquidẽ ob contumaciam occasione offensæ ortam excõmunicatus est: in secundo verò casu, qui in iudiciũ vocatus non venit, pro contumacia excommunicatus dicitur; quoniam contumacia sola excommunicationis causa est, ex quo nondum constat quicquam à citato deberi, nec factum esse, quamobrem aliunde huiusmodi pęna cõstringatur: quod igitur ob solam contumaciam non aliunde ortam in iudiciũ vocatus excommunicatus est, ob eam rem hic, & non ille, ob contumaciam excõmunicatus dicitur, vt probatur in eod. c. ex parte vers. Ad intelligendã iunct. Gloss. in verb. Pro contumacia, & Abb. n. 3. de verb. sig. Sed de his impensis hactenus, de cautione ab hoc præstanda iam agamus. Cauebit etiam hic de iudicio stando ante absolutionem, vt dicitur in cit. c. venerabilibus. §. porrò vers. Secus autem: quæ cautio aut fideiussoribus, aut pignoribus datis præstabitur; nã sufficiens cautio hæc esse debet, vt dicitur in c. ex parte. 1. de verb. sign. ergo aut fideiussoria, aut pignoratitia erit: hæc enim sufficiens cautio erit arg. l. si mãdato Titij. §. fin. ff. mand. & vt supra probauimus, atq; sic declarauit Gloss. in c. ex parte in verb. Sufficiens, & ibi Abb. n. 6. de verb. sig. & in c. qua fronte in verb. Cautione, & ibi etiã Abb. nu. 17. de appell. & in c. fin. §. in alijs in verb. Cautione,

vt lit.

vt lit. non contest. hac igitur ratione in hoc casu cauebitur, vt de cômuni sententia testatur Dec. in c. qua fronte, nu. 9. de appell. Contrariam sententiam tamen idem Dec. amplexatus ibi est ob c. cum desideres, & c. ex tenore de sent. excom. vbi excommunicatus cautione iuratoria simplici præstita absoluitur, ergo fideiussoria, pignoratitiaue necessariò non requiritur: atqui ad hæc iura facilè respondetur, primùm ibi nô de iudiciali contumacia, sed de offensa, ob quam excommunicatus quis est. s. ob clerici percusionem agi; ergo, vt diuersum, ad rem nostram non facit arg. l. Papinianus exuli. ff. de min. præterea iusiurandum, de quo in illis iuribus agitur, ecclesiæ in primis dari, vt. s. de parendo cauta sit; cautio autem hæc præstatur ei, cuius gratia, & pro cuius interesse excommunicatus est; neq; igitur ratione hac proposita iura repugnant: quare à communi opinione non discedemus, vt in hoc casu fideiussoria, pignoratitiaq; cautio præstetur quam amplexata est & Rot. decis. 2. de sent. excom. in nou. Excipitur tamen, vbi cautionem hãc præstare non potest; nam in hoc casu iuratoria cautio tribuetur, vt diximus supra, vbi de manifesta offensa egimus.

S V M M A.

1 *Dubiam ob offensam vbi quis excommunicatus est, ante absolutionem idoneè cauere debet; quæ regula multis modis declaratur.*

2 *Cautio, quæ præstatur ab excommunicato, vbi ob dubium offensam excommunicatus est, an in foro conscientiæ præstetur ante absolutionem.*

3 *Cautio, quæ præstatur ab excommunicato ob dubiam offensam, ante absolutionem quid contineat.*

4 *Iusiurandum duplex præstatur aliquando ab excommunicato ante absolutionem.*

VII.

1 § † Dubiam ob offensam autem si excommunicatus quis sit, ante absolutionem ei, cuius interest, & de cuius interesse agitur, idoneam cautionem præstabit, vt probatur in c. ex parte de verb. sign. & in cap. cùm contingat de off. deleg. & in c. solet vers. Vel competens de sent. excom. lib. 6. idq; meritò; nam, quòd dubia offensa est, ob eam tamen absoluitur, antequam causa cognoscatur; quandoquidem, æqua, iniquaue sententia probetur, absolui nihilominus debet, vt dixit Rom. Pont. in cit. c. cùm contingat, & ibi not. Abb. num. 2. vers. Secunda regula est: sed, quoniam sententia censuræ valet, & fieri potest, vt iure excommunicatus sit; ideo, quò & aduersario consulatur, vt cautio idonea ei præstetur, iure prospectum est: idoneè igitur excommunicatus cauebit, atq; sic dixit Butr. in c. hæc constitutio. nu. 11. de off. deleg. lib. 6. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 11. nu. 11. vers. Secundum de sent. excom. lib. 6. & de suspensione probatur in c. venerabili de sent. excom. & de interdicto in cit. c. ex parte de verb. sign. & facit Add. ad Abb. in c. cùm clerici in litera G de verb. sig. Secundò hæc eadem cautio præstatur, vbi pars aduersaria pro manifesta offensa excômunicatum dicit, sed id non probat, ob c. solet de sent. excom. lib. 6. Tertiò, vbi excommunicatus sententiam nullam esse asserit, & ad cautelam se absolui postulat; 2 hic enim cautione huiusmodi præstita, vel aduersarius eius repugnet, nihilominus absoluetur, vt dixit Abb. in cit. c. cùm côtingat, nu. 2. & probatur in cit. c. venerabilibus in fin & in c. solet, vbi Anch nu. 3. vers. Præterea ista absolutio, & nu. 5. vers. Ad quintum, & Gemin. nu. 13. de sent. excom. lib. 6. Quartò eadem cautio præstatur, vbi pro iudiciali contumacia dubia excômunicatus quis est, vt habetur in cit. c. ex parte, & in cit. c. venerabilibus. § porrò vers. Tunc protinus. Postremò in foro conscientiæ; nam omnia fieri debent, quæ ad absolutionem pertinent etiam in foro pœnitentiæ; modò illi foro conueniãt, cautio autem conuenit; nam sacerdoti præstabitur, atq; sic dixit Nauar. in Man. c. 27. nu. 278. vers. Sextò: in his igitur casibus cautio huiusmodi, quæ aut fideiussoria, aut pignoratitia erit, præstabitur; nam competens cautio esse debet, & sufficiens, vt dicitur in cit. c. solet, vers. Vel competens, & in cit. c. ex parte de verb. sign. atq; sic dixit Nauar. in Man. c. 26. nu. 7. & Iac. de Graff. c. 17. nu. 6. lib. 4. Decis. suarum. Excipitur tamen, vbi censura constrictus cautionem hanc præstare nô potest; nam tunc iuratoria præstabitur, vt dixit Gloss. communiter recepta in cit. c. ex parte in verb. Pro contumacia vers. Quid si cautionem præstare non potest, & Nauar. eod. etenim, vbi fideiussore dato cauere quis debet, si aut rei familiaris inopia, aut ratione alia impeditur, quò minùs id possit, iuratoriæ cautioni standum esse asseruit Ias. in l. sancimus. nu. 3. C. de verb. sign. ac planè, si, vbi satisfactio antecedere debet, satisfieri verò non potest, iuratoria cautio hæc recipitur, vt diximus in superiori proximo. §. multò magis recipi debet, vbi dubia causa proponitur arg. auth. multò magis. C. de sacrosanct. eccl. At quid, si neque hanc præstet, quoniam morte vrgetur, & antequam veniat, qui eum absoluat, ab eo accersitus, obmutuit, an absolutio ei tribuetur? Planè illam tribuendam ei esse concludendũ est

arg.c.a nobis.2.de sent.excom.& c.vit.de sepult.ac deinceps contra hæredes agendum.Secundo loco excipitur, quòd si contra fiat, nullaq; cautio præstetur, absolutio nihilominus valebit, sicut etiam in proximo.§.conclusimus. Tertiò excipitur,vbi cautio hæc ab eo remittitur, cuius gratia ipsa præstatur;hoc enim potest arg.l.si quis in conscribendo.C.de pact.Quartò excipiuntur casus omnes,in quibus,nec iusiurandum,nec satisfactio, requiritur,quos recensuimus supra
6 in §.proximo,& in antecedenti. † Quintò excipitur etiam conscientiæ forū; nam, si pro dubia contumacia,offensaue quis excommunicatus sit,si quidem ipse asserat se re vera nec contumacem fuisse, nec offendisse, cautio hæc non præstabitur; quandoquidem in eo foro res explicata pro veritate habetur,& fides ibi confitenti adhibetur, sicuti è contrario, si offensa,contumaciaue in exteriori foro dubia reddi possit,excommunicatus verò in huiusmodi conscientiæ foro se re vera contumacem fuisse,& offensam dedisse fateatur, ob eius confessionē pro notorio habebitur,atq; idcirco ante satisfactionem non absoluetur,vt sensit Nauar.in Man.c.26.n.7.vers. Nouè autem addimus: etenim præsumptiones in hoc foro cessant;& quicquid ibi pœnitens confitetur,pro certo,notorioq; habetur,vt de cōi sententiā testatur Nauar.eod.idq; meritò;nam & confessio contra se facta in exteriori foro notorium facit, vt habetur in c.venerabilibus.§.porrò vers.Secus iunct.Gloss.in iudicio de sent.excom.lib.6.Quare,si hic pœnitens tunc satisfacere non poterit,cautionē tamen pro viribus prestabit,vt supra diximus,& facit c.2.de vsur.lib.6.
3 † Verùm cautiones huiusmodi quid comprehendent? hæc planè. Primùm,vt,si pro manifesta offensa,contumaciáue satisfacere nō potest,caueat,cùm primum poterit, se satisfacturum esse; si pro dubia offensa excommunicatus sit,cùm probata fuerit,se satisfacturū esse; si denique, quia in ius vocatus non venit,se deinceps venturum,& impensas factas,si debebit, se restituturum,vt probatur de primo casu in c.Odoardus de solut.de altero in c.solet de sent. excom. lib.6. & de tertiò in c.ex parte.1.vers.In primo casu de verb.sig.in antiq.& in cit.c.venerabilibus.§.porrò
4 de sent.excom.†Ex his,quæ supra egimus,apparet duplex iusiurandum aliquando præstari, alterum, quod ex officio iudex exigit ab excommunicato, antequam ipsum absoluat; alterum, quod aduersario petente exigitur,vbi aut satisfacere,aut idoneè cauere excommunicatus,censuraue alia constrictus non potest; de quorum postremo egimus hic, & in antecedenti etiam.§. de primo autem in §.iurare.

SVMMA.

1 Citare excommunicatus eum debet,quamobrē excommunicatus est, & de cuius interesse agitur, antequam absoluatur; quæ regula multis modis et amplificatur,et coarctatur.

VIII.

1 §. † Citare itidem excommunicatus, censuraue alia constrictus ante absolutionem eum debet,de cuius re agitur,& cuius interest ipsum censura irretitum teneri,vt probatur in c. cùm ab ecclesiarum de off.ord.& in c.ex parte de verb.sig.in antiq.& in c.solet de sent.excom. lib.6.& apertiùs in c.Romana.§.sententias,& ibi DD.de appel.eod.lib.& vt asserit Gloss.in c. excommunicatos.11.q.3.& Abb.in c.per tuas in fin. de sent.excom. & Anch.in c.1.nu.2.vers. Octauò de sent.excom.lib.6.& Gemin.eod.§.& hæc.nu.3.vers.Octauò,& Bal.in c.1.nu.17.de iud.& Dec.in c.qua fronte.nu.7.vbi & id cōiter receptum esse testatur Abb.n.6.de appell.idq; meritò;tum quia,vbi in iudicijs agēdum aliquid est,ij,quorum interest, quibusq; prꝰiudicium generari potest,vocandi sunt arg.c.inter quatuor de maior.& obed. & l.de vno quoq; ff.de re iud. & vt citati autores asserunt;tum quòd aduersarius excommunicati impedire potest, ne excommunicationis absolutio tribuatur arg.cit.c.solet,ibi nisi eū, & cit.c.venerabilibus.§.porrò vers. Nisi suffraganeus de sent.excom.lib.6.& in c.qua fronte à contrario sensu de appell.ergo citatio hæc fieri debet;nam,vbi actus ne fiat,aduersarius impedire potest, ad illum actū citari semper debet,vt dixit Io.And. quē refert, ac sequitur Gemin.in eod.c solet.n.13.in fin.Pro regula igitur habebimus citationem hanc faciendam esse. Quæ regula amplificatur, vel iudex ex suo officio excommunicationem tulerit, vel alio petente; quamuis in priori casu citatio solùm postulabitur, vbi ab alio, quàm ab excommunicatore absoluitur, vt per se patet, atque hoc probatur in eod.c.venerabilibus.§.sed si excommunicatus,& § porrò de sent.excom.Item locum habet,vel ab appellationis iudice absolutio petatur, vt habetur in cit.c.Romana.§ sententias de appell.Tertiò vel ad cautelam quis se absolui postulet;ita enim dixit Inn.in cit.c.solet. nu.3.in verb. Non negatur,& Gemin.eod.nu.4.vers. Nota etiam, & nu.13.& Anch.nu.3.& nu.5.vers. Ad sextum,& Phil.Fran.in p.ibi Tertiò not.etenim priores rationes & in hoc casu locū habent. Quartò in omnibus censuris etiam locum sibi vindicat;sic enim dixit Anch.in cit.c.1.n.2.vers.

Octauò

Octauò de sent.excom.lib.6.& Gemin.eod.§ & hæc.nu.3.vers. Octauò. Quintò non solùm citabitur is,cuius gratia excommunicatio lata est;verùm etiam ipsius hæres,si ante absolutionem ille moriatur;tum quòd hæres eadem persona cum eo,cuius est hæres, esse censetur, vt habetur in §.1.in auth.de iureiur à mor.præst.tum quòd,si excommunicatus,aut ex contractu,vel quasi aut ex delicto,vel quasi obligatus ei erat,qui mortuus est, ipsius hæredi obligatus manet;transferuntur enim in hæredem actiones , vt de priori casu probatur in l.veteris. C.de contrahen.& cō mitt.stipul.& in l.vn.C.vt actiones ab hæred. & contra hæred.& C. de hæred.act. & vt Gloss. fin.inquit in l.vn.vers. Si autem sit ex contract.C,ex delicto defuncti in quant. hæred.conuen.& Bart.in nou add.nu.13.& nu.15.& de posteriori probatur in §.1.vers. Sed hæredibus in Instit. de perpet.& temp.act.& not.Gloss.in cit.l.vn.ex delicto defuncti . Quare excommunicatus,vel à iudice,quòd aut id non præstabat,quod debebat,aut,quòd citatus non comparuit, vnde ipsius aduersarius impensas factas petere potest ; vel excommunicatus à iure ob factum, cuius gratia damnum quis passus est , vt habetur in c.parochianos , & ibi not.Gloss. & Abb.de sent.excom.ante absolutionem eum, cuius interest.citandum curabit arg.cit.c.parochianos,& eorum,quę supra diximus:ac planè,cùm ante absolutionem aut satisfacere,aut cauere quis debeat, vt supra probauimus;& satisfactio,nec non & cautio ei præstetur,cuius censurā eam latam esse interest,iure optimo citandum hunc esse nemo dubitabit.Et ex his sextò amplificatur regula,vt locū habeat, etiam vbi à iure quis excōmunicatus absolui vult . Hæc tamen regula sic amplificata exceptiones has patitur . Primùm nemo citabitur, vbi excommunicatus est, propterea quòd Deum, eiusnè beatissimā Virginem,sanctosuè alios contumeliosè nominare non cessabat;concubinamuè admonitus non expellebat;quandoquidem in priori casu nec Deus, nec beatissima Virgo damnum vllum passi sunt, sicut neq; etiam in posteriori casu : ad summam, vbi de alterius interesse non agitur,citatio hæc non requiritur; cessant.n.rationes,quamobrem citationem hanc requiri proximè asseruimus.Quare,si manifestò constet quem id,quod sua interest, excōmunicato condonasse,ob proximam rationem citatio non postulabitur.Item citatio non requiritur,vbi iudex ex suo officio quem excōmunicauit,& ab eo absolutio petitur,vt asserit Gloss.in c.excommunicatos.11.q.3.quam sequitur Gabr.in tract.suo com.concl. de clausulis concl.2.nu.98.lib.6. & Viuius in Syl.com.opin.3.nu.3.etenim,ex quo ipse ab excommunicato aditur , potest ipsum non absoluere, si ipsi non satisfiat : citabitur tamen idem iudex , si excommunicatus absolutionem petat ab alio,vt pote ab appellationis iudice arg.c.venerabilibus vers. Attamen,si suffraganeus de sent.excom.lib.6. Tertiò citatio non requiritur,vbi periculum est , si citatio fiat , ne excommunicatus ante absolutionem moriatur;nam in hoc casu citatio prætermittitur, vt dixit Gloss.in c.3.in verb.Relaxes de off.ord.in antiq.& in c.Romana.§.sentētias in verb.Reuocent de appell.lib.6.& Abb.in c.per tuas in fin.de sent.excom.& Gemin.in cit.c.solet.num.11.vers. Quod intellige verum de sent.excom.lib.6.etenim animæ salus, quæ non mediocriter impediretur,alijs commodis præferenda est arg.c.qua fronte,& eorum,quæ ibi tradunt DD.de appel. satisfaciet tamen,cauebituè ipse absoluenti,quicunq; sit arg.c.quanquam de vsur.lib.6. Quartò citatio non fit,vbi in conscientiæ foro quis absoluitur,vt sensit Abb.in cit.c.qua fronte.nu.7. de appell.& Nauar.in Man.cap.27.nu.278.vers.Sextò;quare sacerdos,cui sacra Pœnitentiaria, aliusuè superior committit, vt quē ad cautelam absoluat,aduersarium citare non tenetur;quia in foro citatio non conuenit,vt dixit Nauar.in Man.c.27.nu.277.vers. Quintò; sat igitur est,vt per confessionem partis rem cognoscat : quamuis ante absolutionem creditori satisfaciendum sacerdos curabit,si quidpiam se debere confessus ei sit; non enim absoluendi facultas cum alterius præiudicio mandata ei esse existimatur . Quintò citatio hæc non adhibetur,vbi excōicatus iam mortuus est;nam,esto is,cuius interest,hunc absolui nollet,nisi præmissa satisfactione, morari tamen absolutionem non potest,vt probatur in c.à nobis.2.de sent.excom. vbi, si de ipsius excommunicati pœnitentia per euidentia signa constiterit,mortuo absolutionis beneficium,vt impendatur Rom.Pont.iubet;ac deinceps,hæredes vt satisfaciant,mandat;ergo, ex quò ad interesse hæredes obligati sunt,& satisfacere ipsi debent , vt dicitur in cit.c.à nobis, & in c.fin.de sepult.& citatio ob id fit,iure,ex quo per hæredes ipsis cautum est,ipsa prætermittetur , atq; sic sensit Abb.n.5.in cit.c.fin.de sepult.neq; iniuria;tum quòd mortuus citari non potest, vt per se paret ; tum quòd respectu habito ad ipsum morte obligatio extincta est arg.§. deinceps in auth.de nupt.& in hæredes est translata arg.§.1.in auth.de iureiur.à mor.præst. & tot.tit.de hæred.act. mortuus igitur non facta citatione absoluetur; & qui,quod sua interest,prosequuntur,ab hæredibus illud cōsequentur,vt,qui cōmodum habent,incōmodum quoq; sentiant arg.l.secundum naturam.

naturam.ff.de reg.iur.si verò hæres non fuerit,creditoribus mortui bona, vt sua interesse probauerint, adiudicabuntur arg.l.si bona,& l.fin.C.de bon.autor.iud.posſid. si nec bona extent, vel,quę extant,minùs sufficient,ęquo animo id ferant arg.l.impossibilium.ff.de reg.iur.Sextò, vbi excõmunicatio lata est, non citato eo, in quem lata fuit; nam absolui poterit non citato eo, cuius gratia excommunicatus est, sic.n.asseruit Belemer.decis.664.de concess.præb. sic ratione id etiam suadetur;nam,vbi hoc modo,citatione.s.non facta, censura lata est,& ita contra formam c.sacro de sent.excom.sine difficultate absolui debet ob cit.c.sacro. Et ad summam, vbi neq; ad satisfactionem,neq; ad cautionem præstandam compellitur, quos casus recensuimus supra in duobus proximis.§.Septimò,vbi ad tẽpus quis absoluitur,quò actus gestus valeat; quod vbi contingeret,declarauimus antea c.4.§.5.nam nullum præiudicium ei generatur,quamobrẽ excõmunicatus est; ex quo statim post actum eum gestum ipso iure in eandem excõmunicationem incidit. Postremò,vbi citatio requiritur, si omittatur, absolutio tamen tributa valet arg. c.venerabilibus.§.vbi autem de sent.excom.lib.6.& vt dixit Gloss.in c.cùm ab ecclesiarum de off.ord.& Dec.in cit.c.qua fronte.nu.7.de appell.& Abb.ibidem.nu.6. vbi cõiter id receptum esse testatur,& Viuius in Syl.com.opin.opin.3.nu.3.vers.Imò absolutio: ac planè,si excommunicatio in nõ citatum lata valet,multò magis absolutio prætermissa citatione valere debet arg. l.Arrianus.ff.de act.& oblig.iunct.c.odia de reg.iur.lib.6. atque sic asseruit Bero.in c.quoniam contra.nu.96.de probat. vel igitur appellationis iudex absoluat aduersario nõ citato,absolutio citatione omissa valebit, vt habetur in cit. c.venerabilibus.§. vbi autem; quamuis idem iudex nihil faciat,si sententiam aut reuocare, aut nullam declarare velit, vt probatur in c.Romana.§. sententias de appell.lib.6.& vt declarauit Abb.in cit.c.qua fronte.nu.7.etenim tunc non aliter huiusmodi potestatem habet, quàm causa cognita, quod non citata parte facere non potest; in hoc igitur citatio necessaria omnino erit.

SVMMA.

1 *Absolutus à censura,quæ ipsi ob censuram latam legitimè mandantur, efficere debet.*

2 *Absolutus à censura non parendo mãdatis ipsi factis in eandem censuram ipso iure non incidit,casibus quibusdam exceptis.*

3 *Absolutus,& in excommunicationem iterum coniectus, propterea quòd mandatis ipsi factis non paruit, non ante absoluetur, quàm satisfecerit; & sic difficiliùs absolutionem consequetur.*

4 *Absoluto iterum in censuram coniecto,propterea quòd mandata non præstitit; an acta interim post primam absolutionem ab eo valeant, antequam iterum excommunicetur.*

IX.

1 §† Absolutus demùm efficiet ea, quæ ipsi ab ecclesia legitimè mandata sunt arg. c.ad hæc cum seq.& ibi not.DD.de appell.etenim,ex quo se obtemperaturum promisit,iure meri-
2 tò,si quid sibi legitimè mandetur,efficere debet arg.l.1.ff.de pact.† Atqui,an hic absolutus in excommunicationem eandem ipso iure iterum incidet, vbi ecclesiæ non paruit? Pro regula habebimus ipsum in excommunicationem ipso iure non incidere,sed in eandem conijci posse, vt habetur in c.ad reprimendam in fin. & ibi not. Abb.nu.4.atq; alij de off.ord. & in c.quæstioni, vbi quoq; Abb.nu.3.vers.Item not.quod reincidens,& Dec.nu.2.vbi quosdam alios idem sentientes refert,& Præpos.& Bald.de appell.& sic tradidit Rot.decis.11.de sent.excom. in nou.& in c.sacro de sent.excom.& Couar.in c.alma pars.1.§.11.nu.6.vers.Quòd si quis fuerit de sent. excom.lib.6.& Mar.Soc.Sen.in eod.c.sacro.nu.17.vers.Decimo quintò. Excipiuntur tamen casus,qui recensentur in c.eos de sent.excõ.lib.6.in eis enim, si absolutus à censura mandatis ipsi legitimè factis non paruerit,in eandem speciem censuram ipso iure incidet,vt dicitur in cit.c.eos,
3 & nos declarauimus supra c. 14.§.5.† Item non ante hic ob propositam rationem in excõmunicationem, censuramuè aliam iterum coniectus absoluetur, quàm pro viribus satisfecerit,vt dicitur in cit.c.sacro vers.Vel in pristinam iunct.cit.c.quæstioni de appell.nam mãdatum huiusmodi de satisfaciendo non fit, nisi vbi legitimè, ac iustè excõicationem in ipsum latam probatum est arg.c.cùm contingat de off.deleg.& c.ex parte.1.de verb.sig.ergo, vbi notoria offensa facta est(in iudicio.n.legitimè res probata notoria res facta dicitur,vt declarauit Rom.Pont.in c.cùm olim,& ibi Gloss.ac DD.de verb.sig.& in c.fin.vbi quoq; DD.de cohab.cler.& mul.) at, vbi notoria offensa facta est, ob eamq; quis excommunicatur, non ante absoluitur, quàm pro viribus satisfecerit,vt probauimus supra in §.manifestam hoc c. Ex quo patet superuacaneam

quæstionem

quæstionem eam esse, qua quæritur, an canere, & qua cautione id facere debeat, in excõicationẽ
iterum ob hanc rẽ coniectus; quandoquidem nõ cautione, sed satisfactione opus est: quãuis lo-
cum habere quęstio possit, vbi aliquid faciendum est; etsi, ex quo notoria est offensa, idoneè ca-
uere debebit, & iudicis arbitrio, si quid fieri aliud poterit, efficiet arg. cit. cap. quæstioni in fin.
4 † Verùm an, quæ post primam absolutionem gessit, valebunt, antequam in excõmunicationem
iterum conijciatur? Bal. in eod. c. quæstioni. n. 3. ea non valere censuit. Contrariã tamen senten
tiam amplexari debemus, quam & Præpos. amplexatus est in eod. c. quæstioni. Primò, quoniã
re vera absolutus erat. Deinde, quod contrarium cautum non reperitur. Postremò, quod excommu-
nicatio retro non trahitur, vt prouimus supra c. 13. §. 18. Accedit, quod, sicut Præpos. ibi inquit, vbi
actus retrotrahitur, intelligitur sine eorum præiudicio, quæ medio tempore facta sunt, vt dixit
Bart. in l. si partium. ff. quomodo seruitus amittatur, cùm alijs citatis à Pręposi. ibi: quare, & si
beneficium interim ei conferatur, collatio facta valebit: sed de materia satis, ad formam jam
transeamus.

De forma necessaria censuræ eccl. & de ijs, quæ ad ipsam ferendam necessariò inesse ipsi debent. Cap. XX.

SVMMA.

1 *Forma censuræ eccl. ferendæ sunt verba, quibus censuram in aliquem ferri significatur.*

2 *Forma censuræ ecclesiasticæ ferendæ non necessaria à iure præscripta nobis est.*

3 *Forma necessariæ verba præscripta nobis non sunt ad censuram ferendam, habilia tamen esse debent.*



ABSOLVTA materia censuræ eccl. restat, vt de forma iam agamus, quæ quoniam
duplex est; hæc, quæ ad ipsam ferendam, illa, quæ ad ipsam tollendam adhibetur;
& rursus vtriusq; altera necessaria, altera non necessaria; ideo priùs de forma ne-
cessaria censuræ ferendæ, nec non de ijs, quæ necessariò inesse ipsi debent, ac de-
1 inceps de reliquis ordinatim agamus. † Necessaria forma igitur censuræ eccl. fe-
rendæ verba ea sunt, quibus ab homine prolatis in aliquem censuram ferri significatur arg. c. à
nobis. 1. de sent. excom. & c. fin. de constit. lib. 6. Quare, si exẽpli gratia excõmunicatio, suspen-
sio, interdictumnè in quempiam feratur, forma hæc erit Excommunico te, si excommunicatio
feratur; Suspendo te, si suspensio; Interdicto te subijcio, si interdictum: ad summam forma ea
verba sunt, quibus, qui excommunicatur, communione priuari; qui suspenditur, suspendi; qui
interdicitur, interdicto subijci, significatur; & ita verba, quæ effectum censuræ proferunt: etenim
& sacramentorũ formæ ea verba sunt, quę eorum effectũ significant, vt probauimus in cõment.
nostr. de sacr. Tab. 1. c. 13. in prin. Contra quam tamẽ sententiam cõis DD. opinio tam põtificij
iuris interpretum, quàm Theologorum facere videtur, qui omnes cùm ad censuram ferendam,
tum ad eandem latam tollendam nullam præscriptam certam formam esse concludunt, Abb.
in c. 1. nu. 34. vers. Quæro, an per illa verba ibi, Quia excommunicatio, qualitercunq; feratur de
iud. & Syl. in verb. Excommunicato. 1. nu. 13. vers. Ex his habetur, ibi & licet, & nu. 15. & Tab.
eod. 2. nu. 4. vers. Quartò, vtrum requiratur, & Armill. eod. nu. 17. & Nauar. in Man. c. 27. nu. 12.
vers. Octauum, quòd nulla, & in commentario de Iobeleo not. 30. n. 8. & Couar. in c. alma pars.
2. §. 11. nu. 7. vers. Imò, & aduersus de sent. excom. lib. 6. ergo, quibuscunq; verbis concipiatur,
nihil intererit. Atqui à proposita sententia discedendũ non est. Id quod vt dilucidiùs appareat,
2 sic distinguo. † Aut quęrimus de forma nõ necessaria, de qua agitur in c. sacro de sent. exõc. & in
c. 1. eod. lib. 6. & de qua nos suo loco agemus: & in hoc casu, si quęratur, an præscripta certa for-
ma sit, certam formam præscriptam esse concludendum est, vt habetur in cit. iur. & de hac lo-
quitur Gloss. in sum. 11. q. 2. & 2. q. 1. Aut quęrimus de forma necessaria, de qua in præsenti agi-
mus: & in hoc casu rursus distinguendum censeo. † Aut quærimus, an præscripta certa verborũ
3 forma sit, vt in sacramentis, & concludendum est præscriptam non esse, vt citati auctores, ac re-
liqui omnes concludunt; nam iure id cautum non reperitur; ergo neq; nos id dicemus arg. l. de
prætio. ff. de publ. in rem act. Aut quærimus, ex quo præscripta verborum forma certa non est,
quibuscunq; verbis concipere ipsam formam possimus: & hoc non posse asserimus, sed ijs tan
tùm, quibus censuram tunc ferri significatur, vt diximus in initio huius cap. namq; nulla dispo-
sitio tam generalis est, quę habilitatem non requirat, vt probatur in l. vt gradatim. ff. de mun. &

oner.& in Instit.de leg.Fuf.Canin toll.cum simil.hinc Syl.in verb. Excommunicatio. 1.nu.13. licet,inquit,nulla sit determinata forma verborum,oportere tamen, ꝙ excommunicans vtatur verbo Excommunicamus, vel equiualenti, quod exprimat consensum iudicis de pręsenti: hæc Syl.hinc Host.quem refert,ac sequitur Tab.eod.2.n.4.inquit excommunicatorem oportere vti talibus verbis,quæ exprimant intentionem iudicis volentis excommunicare: hæc ibi; idem inquit Armill.eod.nu.17.idem Nauar.eod.vbi supra.num.12. ac planè non ne absurdum esset,si iudex,qui Titium exempli gratia excommunicare vult, diceret Ego verbero Titium? verbum enim hoc Verbero, vsu receptum nō est,vt excommunicationem significet; ergo nec id operari potest;etenim verba hominum vsu recepta esse debent, quò significent, vt docuit Phil.in lib.de interpret.cap.de nom.& verb.

SVMMA.

1 *Forma ipsius censuræ ecclesiasticæ exprimi debet.*

2 *Animo iudex quem excommunicans, si hoc non exprimat, nihil facit.*

I.

1 § † Exprimi ergo primùm forma hæc debet arg.c.sacro, ibi Promulgare de sent.excom.in antiq.& c.1.ibi Excōmunicationem in scriptis proferat eod.lib.6.† quare,si iudex animo tantùm quempiam excommunicet,excommunicatio nulla erit,vt quæ expressa non est. Idque meritò;nam censura ecclesiastica pręsentis huius ecclesię quasi gladius quidā est,vt sensit Trid. Syn.sess.25.c.3.de refor.ergo,vt feriat,stricta.i.expressa esse debet. Præterea cēsura fertur,quò à contumacia discedatur arg.c.1.de excep.lib.6. & vt probauimus supra cap.17.§.contumax, item non nunquā,vt quis puniatur arg.c.eos,& c.fin.de temp.ord.lib.6.at,si censura lata ignoretur,neutrum horum operabitur;probabilis enim censuræ latæ inscitia excusat,qui contra ipsam facit arg.c.Apostolicæ,& ibi DD.de cler.excom.min. Accedit,ꝙ, si animo censura tantùm concepta valeret,& delictum animo conceptū,in quod censura lata est,per eam puniretur arg. l.fin.§.fin.ff. de leg.3. at contrarium cōiter receptū esse de hæresi animo tantùm concepta probauimus supra c.9.§.12.non enim hæreticus animo tantùm excommunicatus est,vt ibi asseruimus.Postremò excommunicatio,censuraue alia per constitutionem lata,antequam promulgetur non obligat,vt hoc etiam probauimus eod.c.9.§.7.ergo minùs censura obligabit,quæ animo tantùm concepta est; etenim propositum in mente retentum nihil operatur quò ad forum exterius arg.l.si repetendi.C.de cond.ob caus.& c.1.& ibi not. Gloss.& Abb. de eo,qui mitt.in poss.hinc animi cogitationem,quæ in lucem non prodijt,persimilem posthumo in vtero existenti esse,qui non nascitur, dixit Bald.in l.1.n.12.C.qui admitti, & sequitur Ias.in l.si ita legatum. §.illi.n.2.ff.de leg.1.nam,sicut posthumus ille nihil operatur, ita nec illa cogitatio animi quicquam facit;exprimi ergo forma hæc debet.

SVMMA.

1 *Forma censuræ eccl. verbis exprimi debet.*

2 *Rom. Pont. vitando alicuius communionem non censetur eum excommunicare.sicut nec versando cum excommunicato existimatur absoluere;quæ regula exceptionem patitur in ipso Romano Pont.*

3 *Episcopus versando cum excommunicato à se, hac ratione absoluere non potest.*

II.

1 § † Verbis exprimi forma itidem hæc debet arg.c.sacro, ibi Promulgare de sent.excom.in antiq.& c.1.vers.Quisquis igitur excommunicat,excōmunicationem in scriptis proferat, eod.lib.6.namq;,cùm exprimi necessariò ipsa debeat,vt proximè probauimus,planè id verbis perficiundum esse nemo negabit; quandoquidem verba in primis propriè, ac per se ad animi nostri conceptus exprimendos instituta sunt, vt dixit Phil.in libell. de interpret.in prin.& probatur in l.ad recognoscendos.C.de ingen.manumiss.& c.intelligentia de verb.sig. Nec facit,si dicatur,& facto voluntatem nostrā declarari,vt probatur in l.reprehendenda, & ibi not.Gloss. Bal.& alij.C.de instit.& substit. nam, ꝙ sententia certa esse debet, vt paulò post videbimus,facta verò ad diuersa trahi possunt,ob ea rem,vt verbis censuræ ferantur,constitutum est:quāuis alijs,vbi volūtas solùm inspicitur,nihil interest,an verbis, factisuè animum nostrū declaremus.

2 † Non igitur Rom. Pont.alicuius communionem vitando propterea ipsum excommunicat, vt sensit Inn.in c.cùm olim.1.nu.4.de priuil & Anch.in Clem.fin.& Host.quem refert,ac sequitur Imol.n.4.vers.Vltimus de sent.excom.& Felin.in c.si aliquando.n.3.vers.Secundò eod, quare, qui cum hoc versabitur,in excōmunicationem non incidet,quasi cum excōicato versatus,vt dixit Inn.in eod.c.cùm olim,& autores citati cōiter sequuntur.Nec repugnat c.si inimicus d.93. nam

tiam illud intelligitur, vbi excommunicatus vitatur, sicut respondit Inn. ibidem; quamuis ab eo
peccetur, qui, quem Rom. Pont. aliusuè ecclesiæ antistes ob facinora, eiusq; scelera vitat, in suã
familiaritatẽ recipit, vt not. idem Inn. & Host. in eod. c. cùm olim de priuil. & Anch. in cit. Clem.
fin. quod ego verum esse interpretor, vbi id facit, quò in eo vitæ genere ille perseueret; secus autem,
si, quò ad bonã frugim eum reducat arg. c. cùm voluntate de sent. excom. etenim & ob hãc
rationem Christus D. cum peccatoribus edebat, & versabatur, quò ad pœnitentiam ipsos reuocaret,
ac pro ipsis, & inter ipsos deniq; mori dignatus est; addo multò magis hodie id dicendum
esse ob extrauag. ad euitanda, quam supra posuimus. Item è contrario, si idem Rom. Pont. cum
excommunicato quacunq; ratione versetur, neque ipsum absoluere hac ratione existimatur, vt
habetur in Clem. fin. de sent. excom. Si Summus Pont. dicitur enim ibi, scienter etiam eum excõmunicato
participet literis, verbo, vel osculo, seu quouis alio modo, ipsum per hoc absoluere
nulla ratione censetur, nisi se se velle forsitan exprimat illum ex hoc pro absoluto haberi. Ecce
hic manifestò habetur eum excõmunicatione non liberari, quo cum Rom. Pont. versatur, etiam
si scienter id faciat, atq; ita DD. ibidem not. multò minùs igitur, vbi excõmunicationis inscius
id facit, vt dicitur in c. si aliquando, & ibi quoq; not. DD. de sent. excom. & faciunt ea, quæ traduntur
in l. quidã consulebant. ff. de re iud. Excipitur tamen, vbi Rom. Pont. huiusmodi ratione,
se excõmunicare, & absoluere velle declarasset; nam tunc hic excõmunicatus, absolutusuè erit,
vt de absolutione habetur in cit. Clem. fin. & ibi not. DD. & Inn. in eod. c. cùm olim in verb. Ad
osculum, & Abb. n. 7. vers. In Gloss. in verb. Non ligatum, & Felin. & Abb. in cit. c. si aliquando;
etenim Pont. Max. iuris positiui regulis subiectus non est, sed liberam in ipso potestatem habet
arg. c. proposuit de concess. præb. & vt dixit Gloss. in Clem. vn. in verb. Pro infectis de immun.
eccl. & Felin. in eod. c. si aliquando; hinc si quis à Rom. Pont. absolutionem duarum excõicationum
petat, ipse verò sic respondeat, Fiat, vt petitur, absolutum à duabus illis excõicationibus
hunc esse dixit Rebuff. in prax. benef. in verb. Datum. n. 26. in vlt. part. sig. Quæ autẽ diximus de
excõmunicato, eadem de suspenso, atque de interdicto dicta esse volumus; nam, si Rom. Pont. in
ecclesia interdicta diuina faciat, nõ itidem sublatum interdictum censebitur, nisi se id velle declaret.
† Postremò, quæ de Rom. Pont. asseruimus, eadem de patriarchis, archiepiscopis, & episcopis,
5 copis, & alijs ecclesiæ præsidibus, vno excepto, asserimus; nam, vel hi declarent se pro excõmunicato
illum haberi velle, quem vitant, vel excommunicatum pro absoluto, quo cum versantur,
nihil faciunt; quandoquidem nec excõicatus prior erit, nec posterior absolutus, vt dixit Gloss.
cõiter recepta in cit Clem. fin. in verb. Velle, & Inn. in eod. c. cùm olim in verb. Ad osculum, ibi
hoc non habet locum in alijs prælatis, & de absolutione probatur in cap. cùm desideres; etenim
Pontificio iuri subiecti sunt arg. c. 1. & fin. de constit. atq; ob eam rem cùm ad censurã ferẽdam,
tum ad eam latã tollendam iuris formã adhibere coguntur: verbis igitur forma exprimi debet,
eisdemq; idoneis, atq; ad censurã, quam ferimus, inurendam aptis, vt probauimus in initio huius
cap. nec non & ab eo expressis, qui eam cẽsuram ferre potest; de quo abundè antea egimus,
vbi de efficiente causa pertractauimus.

SVMMA.

1 *Forma censuræ ferendæ ijs verbis concipi debet, quibus appareat, an censura feratur; & quæ species sit.*

2 *Forma censuræ sic concepta Excommunico te, vel Absoluo an operetur.*

3 *Forma censuræ sic concepta Excommunico te, & Absoluo an operetur.*

4 *Forma censuræ sic prolata Suspendo te ab officio, vel à Beneficio, an valeat.*

5 *Suspensum se existimans, cum re vera non sit, peccat contra suspensionem faciens, non tamen irregularis fit.*

III.

1 § † Certis quoque verbis, ijs. s. quibus appareat, an censura feratur, forma concipi debet;
nam, si materia certa esse debet, vt supra conclusimus, multò magis forma, quæ, vt res fit,
efficit, certa esse debet arg. l. Iuliauus. ff. de leg. 3. etenim sententia incerta nullá est, vt probatur
2 in l. 3. & ibi not. C. de sent. quæ sine cert. quant. † Quare, si à iudice sententia sic pronuntietur
Excommunico te, vel absoluo, ꝙ incertum est, an sentẽtia huiusmodi iudex obliget, absoluatuè,
ob eam rem nulla erit, vt asseruit Gloss. in c. si is, qui. 11. q. 3. quæ & iudicẽ hunc huiusmodi sententiam
ferentem fatuum esse dixit, quamuis alia Gloss. ibi relata contrarium senserit, & malè
3 ob ea, quę diximus. † Verùm quid si sententia sic feratur? Excommunico te, & Absoluo? Gloss.

in cit.c.si is,qui,nec ipsam valere existimauit,vt quæ repugnantia contineat arg.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.Ego autem contrarium sentio.s.sententiam hanc valere,& hunc,in quē lata est, primò excommunicari, deinde statim absolui: quæ duo,cùm alterū,post alterum sit,repugnantia non sunt,sed ordinatim inter se se habent,ex quo vinculum antecedit, ac deinceps absolutio cōsequitur,quod esse debet arg.l.decem.ff.de verb.oblig. atq; sic contra citatam Gloss.asseruit Add.ad eam,& Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.30.vers.Decimus septimus de excommunicatione.(Excipitur tamen,vt ibidem ait,vbi simul vtrunq; vellet;tunc enim Gloss.sententia locum habebit) & Mar.Socin.Sen.in c.perpendimus.num.205.cum seq. vbi de cōi testatur de sent.excom. Certis verbis igitur,ijs.s.quibus appareat,an cēsura feratur;
4 item & quæ;ac demum,quoniam cuiuslibet censuræ species plures sunt,quæ species sit.† Atqui, si forma censuræ sic concipiatur Suspendo te ab officio, vel à beneficio, an sententia hæc valebit?hanc quęstionem monit Gloss.in c.à crapula de vit.& honest.cler.& in c.latores in verb.Ab officio de cler.excom.min.in eaq; variæ DD.sententiæ fuerunt;nam primò Gloss.in eod.c.latores ab vtroq; se abstinere sic suspensum debere affirmauit;eandem opinionem secutus est Host. Probaturq; horum sententia primò hac ratione,quoniam,suspensio hæc an valeat,dubitatur;ergo is,in quem lata est,ab officio, & à beneficio se abstinere debet; nam, vbi,an censura valeat, nec ne,dubitatur, qui ea constrictus existimatur, se abstinere debet arg.c.illud de cler.excom. min.hæc ratio mihi non satisfacit; negatur.n.hic dubium esse,an valeat; nam, ex quo sententia alternatiuè cōcepta est,vt incerta pro certo nō valet,vt diximus supra ob l.3.C.de sent.quæ sine cert.quant.alternatiua.n.nihil certi ponit arg. l.si hæredi plures. ff.de cond.instit. & §. si plures conditiones in Instit.de hæred.instit.præterea non quærimus,an interim se abstineat,si dubitet; in quam sententiā accipitur cit.c.illud,sed an valeat. Secundo sic argumentantur,qui sentētiam hanc tulit,ab vtroq; suspendere voluit;ergo & ab vtroq, suspensio erit, ex quo censuræ magis à voluntate proferentis,quàm à verbis pendent: hæc ratio etiam nihil facit; nam, si hoc voluisset,planè id dixisset.s.suspendo te ab officio, & à beneficio: at id non dixit, ergo neq; id ipsum voluisse existimabimus arg.l.Labeo.ff.de suppel.legat.imò potius q̄d vellet, dubitasse videtur. Tertiò pro hac sententia facit c.præterea.2.de appell.vbi,si quis ita sententiam protulerit Nisi sempronio,sic enim dicitur ibi,intra viginti dies satisfeceris, te excōicatum,vel suspensum,aut interdictū esse cognoscas, sententiā hanc valere, etsi alternatiuè prolata est,pro certo habetur; ergo & hęc nostta valebit;nā & ipsa alternatiuè concepta est: atqui neq; hoc iure sententia horū probatur. Primò quia illa est iuris, & non iudicis sententia, vt dixit Præpos. & Imol.ibi,quæ responsio dubitationem propositam tamen tollere non videtur. Ego igitur dico opinionem hanc ibi non probari; nam Rom.Pont. hac de re ibi consultus non fuit, sed an sententia censuræ sub conditione lata suspendatur,si ante conditionem fuerit appellatum;ad quod respōdens, inquit, suspendi:&,quoniam censuræ tres sunt,vt habetur in c.quęrenti de verb.sign.ob eam rem,vt in omnibus censuris id locum habere dignosceretur,alternatiua vsus est;quasi dicat,iudex vel excommunicet,vel suspendat,vel interdicat sub conditione,suspendetur,excōmunicatio,suspensio,interdictumuè,id est censura,quæ fuerit lata, si ante conditionem appelletur; non igitur eo iure opinio hæc probatur.Quare,cùm nullis rationibus opinio hæc nitatur,contrariam,vt.s.sententia hæc nulla sit,amplexatus est Goff.in c.quanto de magistr.& Bero. in c.at, si clerici.n.86. de iud.eandem cōiter receptam esse testatur Præpos. ac sequitur in eod.c.præterea. 2.nu.2. de appell.& Nauar.in Man.c.27.n.161. Et hoc ob eam potissimum rationem, q̄ sententia hac ratione concepta incerta est. Anton. deniq; sic distinguebat. Aut de mente proferentis constat,& ipsam seruandam dixit. Aut non constat,& tunc tutius esse,si hic se ab vtroq; abstineret;quamuis,si contrafacetet,irregularē hunc non fieri idēm censuerit. Quid igitur concludendum? Ego à communi opinione discedendum non censeo,vt.s.sententia hæc non valeat. Primò,quoniam, vt posuimus in initio huius.§.forma ijs verbis concipi debet, quæ explicent, qua censura quis afficiatur,cuiusmodi hæc non est;alternatiua enim nihil certi,ac determinari ponit; ergò, vt incerta nulla esse debet iuribus supta citatis. Confirmatur hoc,quoniā,si aliter diceremus,à proprietate alternatiuæ discederemus; at à verborum proprietate discedendum non est, nisi aliàs de mente disponentis constet arg.l.non aliter. ff. deleg.3. verissima igitur cōmunis opinio est. Quæ & locum etiam in conscientiæ foro habet. Excipitur tamen primò,vbi manifestò constat iudicem voluisse hac forma ab vtroq; suspendere;nam in hoc casu sententia valebit;quandoquidem dictio illa alternatiua Vel pro copula Et accipi potest, vt habetur in l.cùm quidam, & ibi
5 not.Ias.ac DD. C.de verb.sign. † Postremò, vbi is, in quem censura huiusmodi lata est, se su-

spensum

spensum existimat, & tamen contra suspensionem facit; nam tum peccabit, ex quo contra conscientiam facit, si munera, quæ sibi prohibita esse opinatur, obeat. quamuis irregularis non fiet, ex quo revera suspensus non est; ne igitur peccet, opinionem illam deponat; atq; in hac quæstione sic concludendum censerem.

SUMMA.

1 *Forma censuræ ferendæ ijs verbis cōcipi debet, quibus ipso iure cēsuram ferri significatur.* 2 *Sub pœna excōmunicationis vbi aliquid percipitur, censura ipso iure non fertur.*

IV.

1 §. † Ijs verbis etiam forma censuræ ferendæ exprimi debet, quibus ipso iure censuram ferri significatur, vt exempli gratia Excommunico te, Excommunicatus sis, & id generis; vt diximus supra cap.9.§.6. Et hoc, vel ab homine, vel à lege, à statutoue censura feratur, locum habet. Item vel purè, vel sub conditione censura lata sit arg.c.præterea.2.de appell.& Clem.1.§.
2 ciuitas de pœn.& Clem.1.de sent.excom. & Clem.2.eod. cum simil. † Non ergo, si sub pœna excommunicationis aliquid percipiatur, contrafaciens excommunicatus erit, quamuis excommunicari queat arg.c.1.& c.fin.de eo, qui ord.fur.recep.& tot.tit.C cōminat.epist. Non itidē, si dicatur excommunicabo te, vel excommùnicarem te; neutro enim modo censura fertur: atqui, quòd hæc abundè antea egimus eod.c.9.§.6.quid.s.si ipso iure s. ntentiam ferre, & quibus verbis hac ratione feratur, & quibus non feratur, ob eā rem, quæ huc pertinent; illinc summantur.

SUMMA.

1 *Forma censuræ eccl. ferendæ eum, in quem fertur, continere debet, & hoc ea ratione, vt appareat in ipsum censuram ferri.* 2 *Forma censuræ ferendæ non absoluta, si appellatio interponatur, quamuis deinceps perfectè enuntietur, nihil operatur.*

V.

1 §. † Eum etiam, in quem censura fertur, formæ verba sic exprimere debent, atq; complecti, vt appareat, in quem censura feratur; non.n.excommunicatio, suspensio, interdictumue, sic latum valet, Excommunico, Suspendo, Interdicoue, eo non expresso, qui excommunicatur, suspenditur, interdictoue subijcitur; tum q; is materia censuræ est, vt probauimus supra cap.17.&, quò res sit, materia simul cum forma concurrere, atq; esse debet arg.l.1.& 2.ff.de vsufruct. etenim in sacramentis quoq; eius mentio facienda est, cui conferuntur, alioquin nihil fit; vt probauimus in commentarijs nostris de bapt.c.25.nu.2.& de confirmatione c.21.nu.2. & de pœnit. c.20.nu.2.& de extrema vnctione c.22.nu.4. tum q; vbi mentio eius fit, qui excommunicatur, censuraue alia constringitur si incertus sit, sententia censuræ nulla est, vt id etiam asseruimus supra eod.cap.17.§.4. ergo multò minùs valebit. vbi nulla prorsus mentio eius facta est, in quem censura fertur. Non itidem censura sic lata valebit Excommunico causa Titij, seu propter Titiū, vbi Titium excommunicare volebam; nam, etsi expressus Titius est, non ea tamen ratione id est factū, vt in ipsum sententia lata appareat: quæcunq; censura igitur feratur, is, in quem fertur, sic exprimendus est, vt in ipsum censura lata appareat; etenim ante eius expresionē censura suum vinculum non inijcit, ex quo non adest, cui vinculum injiciatur, non entis enim nullæ sunt qua-
2 litates arg.l.eius, qui in prouincia.ff.si cert.pet. † Quare, quòd censura post appellationem lata nulla est ob c.per tuas de sent.excom.& c.solet eod.lib.6.cum simil.& q; dum sententia excommunicationis fertur, appellari potest, vt not.Præpos.in c.super eo.nu.1.vbi & quosdam alios idē sentientes refert de appell.ob eam rem, si iudex, qui excommunicare vult Titium, sic exordiatur, Ego excommunico, & antequam Titium nominet, ipse Titius appellet; iudex verò addat Titium; excommunicatio nulla erit, vt quæ post appellationem lata sit, ob cit.c.per tuas, & c.solet de sent.excom.& vt disputauimus alibi supra; etenim hic, antequam excommunicatus esset, appellauit; quandoquidem censuræ forma vinculum non inijcit, nisi post absolutam necessariā formam, quæ absolutio hic non adfuit, vt per se patet: quamuis contrarium, & malè mea sententia Præpos. senserit in cit.c.super eo; namq; sicut enunciationis tunc sententia habetur, vbi absoluta est, vt docuit Phil.in libello de interpret.cap.de oratione, ita & formę, vbi tota est expressa.

SUMMA.

1 *Conditione adiectā sentētia cēsuræ ferri potest.* 2 *Conditione adiecta si censura feratur, et interim appel-*

appelletur, adueniente deinceps conditione, sententia non obligat.
3 *Conditione adiecta an semper, quousq; conditio aduenit, ac propterea etiam vltra decē dies ad appellandum datos appellare liceat.*
4 *Conditione adiecta excommunicatus an, si ante conditionis euentū forum mutet, in excommunicationē incidat conditione adueniente.*
5 *Prorogatione facta temporis dati alicui ad soluendum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ; an, si ad tēpus datum à iudice non soluerit, ob prorogationem pœnam excommunicationis euadat.*
6 *Prorogatione facta ad formam proximè dictam, an debitor in excommunicationem incidat, si ad diem progatam non soluerit.*
7 *Conditione hac adiecta si excommunicatio feratur Excommunico te, si appellas, vel eligis; vel si appellaueris, vel elegeris; quando in excommunicationem quis incidat.*
8 *Duobus excommunicandi auctoritatem habentibus, an, si excommunicationem vterq; fic ferat Excommunico te, si alius te non excōmunicauit, excommunicatio valeat.*
9 *Ex nunc prout ex tunc excommunicatio lata quid, & quando operetur.*
10 *Appellatio interposita ab excommunicato an suspendat excommunicationem solùm, vel & sententiam, cuius occasione lata excommunicatio est.*

VI.

1 §. † Hæc autem, quæ inesse debere ipsi formæ tradidimus, locum habent ob easdē rationes, vel sententia censuræ sub conditione fetatur; uam & sub conditione censura non nunquam ab homine fertur, vt habetur in c. præterea. 2. & ibi DD. not. de appell. iunct. cap. Romana. §. caueant de sent. excom. lib. 6. & ijs, quæ à Gloss. ibi & à DD. traduntur, & quæ nos diximus supra c. 2. §. 3. & vt dixit Mar. Soc. Sen. in c. perpendimus. nu. 203. vers. Quæro decimò octauo de sent. excom. quo in loco & in diem ferri posse ait: vbicunq; igitur sub conditione censura lata valet, eadem forma, quam supra tradidimus, necessariò adhibebitur. At quid si, vbi adiecta cōditione sententia censuræ lata est, interim, dum conditio expectatur, is, in quem est lata, vel appellet, vel forum mutet, an adueniente conditione censura hic obligabitur? quid itidem iuris, si exempli gratia Titius hac ratione excommunicatus sit, nisi intra mensem Seio satisfecerit, ipseq; Seius tempus illud prorogauerit? quid si hac ratione excommunicatio lata est Excommunico te, si appellas, eligisuè, & id generis? hæ sunt. n. quæstiones, quas in primis dissoluendas hic nobis pro-
2 posuimus. † Quò ad primam igitur quæstionem, an sententia sub conditione lata appellatione interposita sic suspendatur, vt adueniente conditione nō obliget, concludendum est ipsam non obligare, vt habetur in cit. c. præterea. 2. & ibi not. Gloss. & Abb. & Imol. & Præpos. & DD. de ap pell. & Lap. alleg. 47. & id sensit Rot. decis. 5. de sent. excom. in nou. idq; meritò; nam conditio nihil ponit in esse arg. l. si quis sub conditione. ff. si quis. omiss. cau. test. ergo, quasi adhuc sententia lata non sit, ac proptetea quasi ante sententiam latam appellatio intercesserit, nulla reddi, ea sententia debet arg. c. per tuas de sent. excom. & c. solet eod. lib. 6. sed hoc dubitationē non ha-
3 bet. † Illud sanè dubium, an, quousq; conditio aduenerit, appellari liceat, atq; ideireo etiam si decem dies ad appellandum dati secundum formam auth. hodie autem. C. de appell. & c. quòd ad consultationem de re iud. elapsi sint; nam in hac quæstione, quam disputarunt DD. in cit. c. præterea, tres sententiæ extiterunt. Quarū prima fuit Gloss. in eod. c. præterea, quæ existimauit, quousq; conditio adueniat, appellari semper posse; eandē secuti sunt Inn. & Bal. & Host. ibidem, & Io. Mon. in c. quicunq; de sent. excom. lib. 6. & Mar. Soc. Sen. in c. sacro. nu. 124. vers. Sed nunc maiori de sent. excom. vbi quęstionē hanc disputauit; eandē cōiter receptam esse testantur Abb. in cit. c. præterea. nu. 8. vers. In eadem Gloss. & Dec. nu. 5. vers. In ea Gloss. ibi appellatur, & Couar. in c. alma pars. 1. §. 10. num. 4. vers. Imò licet alioqui de sent. excom. lib. 6. Probatur autem horum sententia hac potissimum ratione deprompta ex cit. c. præterea; sententia sic lata Nisi Sempronio intra viginti dies satisfeceris, te excommunicatum, vel suspensum, aut interdictum esse cognoscas, per appellationem medio tēpore, id est inter eos viginti dies interposita suspenditur, vt dicitur in eod. c. præterea; ergo quandocunq; ante conditionis euentum appellari potest; nam quicquid post sententiam latam, & ante conditionis euentum fit, medio tempore factū dicitur etiam post decem dies, ac propterea & appellatio: quæ, ex quo medio tempore fieri potest, vt ibi habetur; ergo & post decem dies arg. §. in extraneis vers. Medio autem tēpore in Inst. de hęr. qualit. & differ. hæc est ratio, qua in primis Doctores citati propositam opinionem comprobare nituntur. Abb. verò, qui contrariam opinionem sequitur, vt videbimus, rationem hanc nullam esse ait; tum quia in cit. c. præterea, ea verba Medio tempore non dispositiuè, sed narratiuè pronuntiātur; tum quia, generalia verba eùm sint, ad terminos iuris accipienda sunt arg. c. cùm di

lectus

lectus de consuet.& c.causam de rescript.ac propterea ad formam c.ad consultationẽ de re ind. atq; idcirco medium illud tempus decem dies erunt iure ipso ad appellandum dati,& erit etiã medium eorum viginti dierum, quorum dimidia pars decem sunt: ad hanc rationem variè respondetur; &, vt alios omittam, dicebat Dec.in excommunicatione contumaciam requiri, quæ sententiæ latæ tempore non adest, sed solùm post conditionis euẽtum, ac propterea sententiam huiusmodi non retrotrahi, sicut reliquæ sententiæ: hæc responsio mea sententia nihil facit; quid enim interest quò ad appellandum, de quare nunc agimus, an retro sententia trahatur nec ne? Quare contrariam sententiam, vt.s.intra decẽ dies tantùm appellare liceat, iure ordinario amplexatus est Abb.in eod.c.præterea,& Bart.Brix.& Egid.& Tancr.& Vincent.quos refert Abb. ibidem, ac nouissimè Quintil.Mandos.in Add.ad Lap.alleg.47.in verb.Cõditionem extantem, qui & in Curia Romana sæpius se vidisse id obseruari testatur,& opinionem hanc magis sibi placere fatetur. Probaturq; in primis per cit.c.quòd ad consultationem de re iud.vbi, si sententia præcipiatur aliquid fieri ad certum terminum, statim atq; sententia lata est, decem dies ad appellandum dati currunt, nec expectatur, vt terminus ille adueniat; ergo & hic idem erit: ad hoc responderi potest ibi non agi de sententia excõmunicationis, sed de alia sententia, de qua quæstio nostra non est. Vnde secundo loco sic dicit Abb.iudex, qui sententiam hanc profert, si non debeo soluere, vel excommunicari, statim me onerat; ergo possum,& debeo statim,& intra decẽ dies ad appellandum præscriptos appellare: hæc etiam ratio mihi non satisfacit; nam, esto, statim oneret me, quæritur modò, an quousq; conditio aduenerit, appellare possim. Hinc tertia fuit opinio Goff.& Ros.quos Abb.itidem ibi refert, qui existimarunt diem ad appellandũ datam post conditionis euentum tantùm currere,& hoc ea ratione, quoniã ante conditionis euentum sententia hęc non obligat, atq; idcirco nec onerat, sed post conditionis euentum; quo casu, quoniam vinculo suo nos onerat, ob eam rem tunc appellare possumus: horum sententia duo continet, quorum primum est, s.post conditionis euentum intra decem dies appellandum esse, alterum, quod continet, est interim appellari posse, sed necesse non esse, & hoc ob l.vn.§. biduum. ff.quando appellandum sit,& §.biduum.2.q.6.quod dictum cum sententia communi conuenit, ac propterea ipsum mihi non placet. Quid igitur concludendum? Ego, vt, vnde dubitatio orta est, faciliùs dignoscatur,& quæstionis propositæ dissolutio habeatur. Præmitto, vbi censurę sententia purè lata est, si deinceps appelletur, effectum eius non suspendi, vt habetur in c.pastoralis.§.fin.& ibi not.DD.de appell.& nos probauimus supra eod.cap.13.§.5. Secundo loco ob cit.c.pastoralis.§.fin.dubitationem ortam esse de sententia censuræ sub conditione lata, an idẽ iuris sit, vt appellatione intercedente non suspendatur. Tertiò dubitationem eandem proponi in cit.c.præterea,& à Rom.Pont.dissolui. Declarat hoc primum consilij petitio. Requisiti fuimus, dicitur enim ibi, si quis iudex ita protulerit sententiam Nisi Sempronio intra viginti dies satisfeceris, te excommunicatum, vel suspensum, aut interdictum esse cognoscas, ille, in quẽ fertur sententia, medio tempore appellans ad diem statutũ minimè satisfecerit, vtrum ille sententia tali ligetur. Ecce hic sententia censuræ sub conditione lata ob dictionem illam Nisi, quæ conditionem facit, vt dixit Bart.in l.1.ff.de cond.& demon. Deinde subiungitur Vtrum ille sententia tali ligetur, Ecce verba, quibus verbis apparet dubitationem ortam esse ob conditionẽ; non enim simpliciter dicitur. Vtrum sententia ligetur, sed Vtrum sententia tali, id est sub conditione lata; ex quo verbo appatet dubitationem fuisse de sententia sub cõditione lata,& de ipsa Rom. Pont.consultum. Declarat hoc idem responsio Rom.Pont. Videtur autem nobis, subiungitur.n. ibi, quod huiusmodi sententiam appellationis obstaculum debeat impedire. Ecce hìc quoq; Rom. Pont. qui propositam quæstionem dissoluens non simpliciter inquit sententiam per appellationem impediri, sed sententiam huiusmodi, s.sub conditione latam; id quod non aliunde fit, quàm ex eo, quod dubitatio proposita ipsi erat, an sententia censuræ sub conditione lata per appellationem non suspenderetur, sicut, vbi purè lata est: si ergo hoc ita est, vt hac de re ibi agatur; frustra illud c.præterea citatur pro cõi sententia ad probandum appellari vsque ad conditionis euentum semper posse; quandoquidem ibi ea de re nõ agitur, ac propterea appellationis ibi semper mentio fit,& in vers.Medio tempore appellans,& vers.Interpositione appellationis,& vers.Appellationis obstaculum, quæ verba simpliciter prolata ea de re dubitationem non fuisse, nec de appellatione quicquam noui Rom.Pont.decernere voluisse significant: his sic præmissis, quę verissima esse mihi videntur, ex quo cit.c.præterea, vbi potissimum cõis opinio nititur, nihil facit; ab ea sententia discedo, & alteram Abb. vti verissimam amplector. Quæ probatur primò per cit.c.quod ad consultationem de re iud.& quamuis de censura ibi non agatur, tamen, quod di-

uersa ratio reddi non potest,ob eam rem & in censuris locum habebit; alioquin quòd ad cẽsuras
correctum esset,quòd absurdum est,ex quo nusquam id correctum reperitur. Confirmatur etiã
ratio hæc,quoniam, vbi speciatim ecclesia censurã proprium, ac præcipuum quodpiam habere
voluit,id ratione quapiam expressit; hinc, quòd per appellationẽ interpositam post sententiam
effectum ipsius suspendi noluit,ob eam rem id expressit in cit.c. pastoralis.§.fin.de appell.hinc,
quòd censuram admonitione prætermissa,sicut etiã de scripto non prolatam valere voluit,ideo
id etiã significauit in c.sacro de sent.excom.& in c.1.eod.lib.6.hinc demũ,ne singula persequar,
quòd voluit,vt causa in sententia censuræ insereretur,quod in alijs sententijs non fit;ideo id etiã
dixit in cit.c.1.de sent.excom.si ergo, vbi præcipuum quodpiam censuræ Ecclesia tribuere vo-
luit,id saltem significauit, de appellationis verò tempore, vbi sub conditione censura lata est,
nihil noui statuit,ac dixit, ergo neq; nos dicere debemus; non enim à communibus iuris regu-
lis discedendum est, nisi quatenus iure expressum reperitur argum.l.ab ea parte.ff.de probat.
& vt probauit id pluribus Ias.in l.ex quacunq;.nu.33.vers. Not.istam doctrinam Bart.ff.si quis
in ius voc.nõ ierit: idq; meritò, vitanda enim legum correctio est arg.c.cùm expediat de elect.
lib.6.& l.vn.C.de dot.promiss.Postremò facit l.1.§.biduum.ff.quando appell.vbi sententia sub
cõditione lata tpa ad appellandũ statim cõputari debere dicitur: si ergo statim tpa cõputantur;
ergo,nõ quousq; cõditio aduenerit,sed intra decẽ dies appellabitur;verbũ enim Debere neces-
sitatem significat,vt tradidit Gloss.in Clem.attẽdentes in verb. Debeant de stat.mon.& sequi-
tur Ias.in l.qui iurisdictionem.ff.de iurisd.omn.iud.Nec repugnat verbum illud Vtile,quando-
doquidem,vt dixit Abb.in cit.c.præterea.nu.9.aliquando necessaria appellatio non est,vbi con
ditio non aduenerit: ex quo igitur & pontificio iure,vt habetur in eod. c.quod ad consultatio-
nem,& ciuili,vt dicitur in cit.§.biduum,sententia sub cõditione lata, statim appellandi tempus
currit,non semper,& quousq; conditio aduenerit,sed intra decem dies appellabitur; non enim
aliter statutũ est in eod.c.præterea,vt supra probauimus; sic igitur in hac priori quæstione con-
4 cludendum censeo;iam modò ad aliam transeamus. † An igitur,si sub conditione excommuni-
catus forum interim mutet,adueniente conditione censura obligabitur? hanc quæstionẽ Gloss.
vlt.mouit in eod.c.præterea,& ibi eam potissimum DD.disputarunt, & Mar.Soc.in c.sacro.nu.
152.cum multis seq. de sent. excom. & inter se sic adeò discentientes fuerunt, vt in tres partes
diuisi sint.Nam primò Gloss.in eod.c.præterea hunc,in quem excommunicatio sic lata est, ad-
ueniente conditione etiam post fori mutationẽ obligari sensit; eandem sententiam secuti sunt
Inn.ibi.nu.1.in fin.& Bald.nu.7.vers.Quæro,quid si iste excommunicatus,& Imol.num.9.vers.
In ead.Gloss.& Abb.nu.10.in fin.& Host.& idem Abb.in c.pen.nu.10.de for.compet.& Barth.
Brix.q.42.in venereal.& Add.ad Capell.Thol.decis.377.& Mar.Soc.eod.c.sacro,eandem com
muniter receptã esse testantur Fed.de Sen.cons.97.nu.5.& nouissimè Quintil.Mandos.in tract.
de monit.q.41. Probatur autem sententia hæc vna potissimum ratione; quoniam hic ante fori
mutationem à iudice per sententiam occupatus, ac præuentus est; ergo adueniente conditione
excommunicatione obligabitur: nam, vbi in aliqua causa, vel citatione iudex quem præuenit,
atq; occupauit,quamuis deinceps forum mutet,eius tamen iudicis in ea causa subiectus esse nõ
desinit,vt habetur in c.pen.de for.compet.& in l.cùm quædam puella.ff.de iurisd.omn.iud.& l.
si quis postea.ff.de iud.si ergo sic occupatus iudicis eius subiectus esse non desinit ob iura pro-
ximè citata,& vt DD.ibi not. iure in excommunicationẽ hic incidet cõditione adueniente;ete-
nim,vbi iudicium cœptũ est,ibi & finiri debet,vt dicitur in l.vbi acceptum.ff.de iud.Cõfirmatur
sententia hæc, quoniam in sententijs tempus conditionis adiectæ, non eius aduentus inspicitur
arg.l.1.§.biduum.ff.quando appellandus sit, & §.biduum.2.q.6.& facit quoque l.statuliberis.
C.de testa.manumiss.& l.si filiusfamilias.ff.de verb.oblig.at adiectæ conditionis tempore sub-
ditus hic est;ergo,adueniente conditione,excommunicatione obligabitur. Verùm contrariam
sententiam,& sic alteram nihilominus amplexatus est Archid. vt refert Gemin.in c.2.num.17.
vers. Tertiò quæro de constit.lib.6.& Io.And. in c.cùm sunt partium.nu.18.de reg.iur.lib.6.in
mercur.Probatur autem & hæc opinio his rationibus. Primò,quoniam sententia hæc sub condi
tione lata non obligat, nisi postea quam conditio aduenit, vt asserunt DD.in cit.c.præterea de
appell.adiecta enim conditio, antequam adueniat, nihil ponit inesse arg.l.si quis sub cõditione
dandorum decem.ff.si quis omiss.caus.test.at,vbi conditio aduenit,eius subditus hic non est,ex
quo forum mutauit;ergo ipsum excommunicatio non obligabit;nam sententia excommunica-
tionis excommunicatoris, non alterius subiectum obligat, vt dicitur in c.Romana.§.porrò de
sent.excom.lib.6.& in c.à nobis.2.eod.in antiq. Confirmatur hòc, quoniam,si contrariũ dice-
remus,

stemus, sententia à non suo iudice lata obligaret; nam aduenientis conditionis tempore iudex suus esse desijt; quod itidem est contra c. ad audientiam, & c. at si clerici de iud. & c. nullus de paroch. & alien. paroch. & C. si à non compet. iud. Fed. de Sen. eod. cons. dicebar in cit. iur. scilicet in c. Romana. §. porrò, & in c. à nobis, generalem sententiam latam esse, neque speciatim quem nominatum, citatumuè fuisse; in casu verò nostro speciatim quē, & nominatim excōmunicatum esse, atq; idcirco ea iura nihil facere: hæc respōsio mihi non probatur; quæ ratio. n. suadet, vt sententia censuræ magis obliget, vbi speciatim, ac nominatim in quempiam lata est, quàm, vbi generaliter in o nnei? planè id non video; nam in vtroq; casu iurisdictio postulatur, & subiectus is esse debet, in quem censura fertur, vt probauimus supra c. 17. §. 6. nu. 4. præterea censura generaliter lata nil aliud est, quàm censura in singulos eius generis lata arg. l. si duo. ff. de administr. tut. nam, quod operatur generalis promissio quo ad omnes, idem operatur specialis quò ad speciatim expressos, vt dixit Ias. in l. fideiussor. nu. 9. ff. de leg. 1. Ego igitur aliter respondens dico citata iura opinionem hanc non probare; nam ea locum habent, vbi nullum præcessit delictum, vel quasi, nullusuè contractus, vel quasi antecessit, quamobrem obligatio alicuius nata sit, ad quod faciendū per censuram ipse cogi posšit, & ita locū habent, vbi legum, statutorumq; more sententia lata est, vt declaratur in cit. c. Romana; Porrò, dicitur enim ibi, excommunicationum sententiæ à Remensi Archiepiscopo, suisq; officialibus, generaliter promulgatæ subiectos eiusdem iurisdictioni archiepiscopi tantùm ligāt: Ecce hìc de sententijs excōicationum agitur, quæ in eos latæ sunt, qui nulla obligatione ex iam dictis tenebantur, quo casu præueniri citatione quis non potest: at quæstio nostra disputatur in eo casu, vbi sententia excommunicationis sub conditione in eum lata est, qui iam obligatus tenetur ex contractu, vel quasi arg. cit. c. præterea de appell. ac propterea præueniri citatione potest, ac sententia excommunicationis obligari; quò casu præuentus, vel forum mutet, in ea tamen causa subiectus remanet ob cit. c. proposuisti de for. compet. cum supra cit. qua ratione, si episcopus generaliter excommunicet oēs, qui res ecclesiæ alicuius detinēt, nisi intra tantum temporis ipsas restituāt, sententiæ tempore subditi, si forum mutent, ac furto sublatas res ecclesiæ non restituerint, excommunicationem nō euadēt arg. cit. c. præterea. 2. de appell. iunct. cit. c. proposuisti cum supra cit. de for. cōpet. sicuti è contrario sententia lata in eos, qui furtum facient, non obligabuntur, qui furtum fecerint, post quā subiecti esse desierint ob cit. c. Romana. §. porrò, & cit. c. à nobis. 1. nā obligatione nulla hi detinebantur, & integra re subiecti esse desierunt, quo casu perinde est, atq; si ab initio subiecti nō essent arg. l. quoties. ff. de nou. & §. sub conditione in Instit. de leg. ac sanè nō ne ridiculum esset me obligari generali sententia Episcopi Arimini eo tempore, quo ibi eram, lata, cùm iam quadriennium totum in Imolensi diœcesi commoratus sim? eòq; domicilium transtulerim? proposita igitur ratio nihil facit, ex quibus patet verum non esse sententiam à non suo iudice latam obligare; nam imò à suo iudice lata est, vt supra probauimus. Vnde secundo loco sic argumentantur, sententia censuræ extra territorium subditum non obligat, vt habetur in c. fin. de cōstit. lib. 6. ergo multò minùs non subditum: hoc argumentum itidem nullum est; nam ibi de censura per statutum lata agitur, quę intra territorium tantùm obligat, atque sic respondit Io. And. in eod. c. cùm sunt partium. nu. 20. quæ responsio verissima est, vt nos etiā probauimus supra c. 9. §. 3. nos verò de sententia hìc agimus, quæ subiectum & extra territorium obligat, vt asseruimus in cit. c. 9. eod. §. 3. Tertiò ratione hac etiam vtuntur, si excommunicatus hac ratione appellet, conditioue adueniente sententia excommunicationis nulla est, quoniam suspenditur iurisdictio, vt habetur in eod. c. præterea de appell. ergo multò magis, vbi forum mutat; nam tunc iurisdictio tota extinguitur: hæc ratio etiam tenenda non est; nam per appellationē transfertur causa iam cœpta ad alium iudicem, quod non fit fori mutatione, vt dixit Io. And. in eod. c. cùm sunt partium in fin. & Socin. in eod. c. sacro. nu. 160. Postremò pro sententia hac ratio hæc reddi potest, quamobrem fori mutatione in excommunicationem hic incidere non debeat; nam fieri potest, vt causa excommunicationis cesset: quid enim, si episcopus in me sententiam tulerit, nisi intra tantùm temporis in ecclesia resideam; ego autem in alterius diœcesi beneficiū aliud consequar, vnde primum vacet secundum e. de multa de præb. quod erat in eius episcopi diœcesi, qui me excommunicauit? Planè in hoc casu non obligabor, vt dixit Io. And. in eod. c. cùm sunt partium prop. fin. hæc ratio etiam mihi non quadrat; nam non id fori mutatione contingit, sed causæ cessatione, quamobrem excommunicatio lata est: id quod hinc patet, quoniam idem contingeret fori mutatione non facta, si beneficio eo se abdicasset, vel tacitò, ducta. f. vxore, vt probatur in c. 1. de cler. coniug. & vt dixit Io. And. in eod. c. cùm sunt partium in fin. Quare tertia

fuit opinio eiusdem Io.And.eod.in loco, qui sic distinguebat. Aut ex mutatione fori extinguitur causa sententiæ, & in hoc casu sententia hæc non obligabit, & Archidiaconi opinio locum habebit (quomodo autem id contingat,exemplũ propositum proximè de clerico non residente id nobis explicat) Aut causa sententiæ mutata non est, & tunc sententiam Gloss.veram esse dixit: quam distinctionem sequuntur Imol.in cit.c.præterea.2.nu.9, & Fed. de Sen.in cit.cons. 97.nu.5.vers.Non obstat,& Lap.alleg.47.n.4.& Add.ad eum in verb.Io. And.in litera R. Quæ distinctio vera omnino non est: non quò ad primum membrum; quoniam non fori mutatione, sed causæ cessatione id contingat,vt diximus; non quò ad alterum membrum; quoniam generali sententia lata contra furtum committentes, qui subditus eius iudicis esse desinit ante furtum commissum,non obligatur,vt id etiam supra vidimus. Quid igitur concludendum? Ego sic has inter se opiniones conciliandas censerem. Aut hic,in quem excommunicatio sub cõditione lata est,iam quidpiã fecit, vnde obligatio orta est, quamobrem iudex,vt aliquid faceret, sub ea pœna præcepit,& in hoc casu, vel forum mutet,in excommunicationem ipse incidet, nisi iudicis præcepto obtemperauerit arg.cit.c.præterea iunct.c.proposuisti de for.compet. præuentus enim admonitione huiusmodi est,quo casu iurisdictio fori mutatione non tollitur,& in hoc casu communis opinio locum habebit:idem sentimus ob eandem rationem, vbi generatim excommunicatio lata est,vt exempli gratia iudex excommunicat omnes, qui res ecclesiæ iniuria detinent,nisi intra tantum temporis eas restituant, hi enim fori mutatione restitutione minùs facta excommunicationem non euadent arg.c.1.de off.ord.iunct.cit.cap.proposuisti de for.compet. Excipitur tamen,vbi causa obligationis cessat,vt pote vel quia æs alienum, quamobrem excommunicatus est,à creditore interim est ipsi condonatum, vel quia beneficio se abdicauit, quamobrem excommunicatio lata est; & in hoc casu dictum illud Io.And.de causæ cessatione locum habebit:quamuis,vt diximus antea,non fori mutatione id contingat,sed causæ cessatione. Aut nihil actum est,vnde obligatio orta sit, quamobrem hac ratione quidpiam interposita huiusmodi excõmunicatione præcipi queat, sed solùm,vt homines ab illicitis deterreantur, legum more sententia excommunicationis huiusmodi promulgata est,cuiusmodi habetur in cit.c.à nobis 1.de sent.excom.& in hoc casu, si quis subiectorum huius iudicis,qui sententiam hanc tulit, forum mutet,quamuis deinceps offenderit in eo, quod iudex ille excommunicationis interpositione vetuerat,in pœnam tamen eius sententiæ, atq; idcirco in excommunicationem non incidet; tum ꝙ delictum in eius iudicis iurisdictione non commisit, qui eam sententiam tulit:tum ꝙ citatione, admonitioneuè præuentus non est, quo casu iurisdictio conseruatur, vt habetur in cit.c.proposuisti cum supra cit. alioquin præuentus quis semper diceretur, si per sententias huiusmodi quis citatus diceretur,& eadem ratione,etiam per leges,quæ semper loquuntur, atque admonent,vt in l.Arriani.C.de hæret.cùm tamen fori mutatione ipsarũ pœnas quis non subeat, vt habetur in c.fin.de constit.lib.6.& in hoc casu Archid.sententia locum habebit; hac igitur ratione opiniones propositas inter se conciliandas censerem,& verissima conciliatio mihi esse vi-
5 detur,ac notanda: at de quæstione hac itidem satis,ad tertiam veniamus. † Quid igitur si exempli gratia Titius hac ratione excommunicatus sit, nisi intra mensem Seio satisfecerit, ipse verò Seius tempus illud prorogarit, an præterito mense ob factam à creditore prorogationem pœnam hanc Titius euadet? Abb.in eod.c.præterea,vbi quæstio hæc disputatur, in excommunicationem hunc non incidere existimauit;eandem opinionem secutus est Zab.in Clem.1.vers.Nos itaque.nu.18.ibi Sextò quæro de iureiur.& Anch.in c.quicunque.num.3.vers. Septimò.not.de sent.excom.lib.6.& Capell.Thol.decis.73.& Bart.in l.1.§.& post operis.nu.6.& Alex.nu.14.ff. de oper.nou.nunt.eandem veriorem,& magis communem dixit Dec.in cit.c.præterea.num.3. Pro qua sententia ratio hæc primò redditur,quia creditor id omne,ꝙ ipsi debetur,remittere potest,vt habetur in §.præterea in Instit.de except.ergo multò magis diem datam debitori ad soluendum prorogare potest arg.auth.multò magis.C.de sacrosanct.eccl. & l.non debet,cui plus licet de reg.iur.& c.cui licet eod.lib.6.hæc ratio nihil facere mihi videtur; nam hic nõ quæritur, an creditor diem datam prorogare queat,id enim posse concedimus,sed an ea prorogatione efficiatur,quò minùs elapsa die à iudice præscripta excõicatione obligetur ille; quãdoquidem id à iudicis autoritate pendet,atq; ob eam rem eo inscio censura impediri nõ potest arg.l.id,quod nostrũ est.ff.de reg.iur. Secundo loco probatur horum sententia, quoniã hæc dies ad satisfaciendum præstita se habet,sicut iusiurandum pro re aliqua facienda præstitum; ergo prorogari dies proposita à creditore potest;quandoquidem & iusiurandum ab eo remittitur,cuius gratia præstitum est,quãuis Deus illud recipiat arg.c.iuuenis de spons.& c.1.de iureiur. iunct.c.debitores

eodem,& Deus iusiurandum illud remittere censetur,vbi à parte remissum est:hæc ratio etiam mihi non probatur;tum quòd iusiurandum ab ijs tollitur, à quibus datum est, hic verò sententia censuræ ab eo non prorogatur,à quo est lata;tum quòd à creditore prorogari non potest, ex quo iurisdictionem non habet, quam necessariam ad id esse probauimus supra c.2.§.iurisdictionem: nec, quòd Deus iusiurandum alicuius gratia receptum eiusdem voluntate remittit, quicquam obstat;nam illud propterea fit; quoniam Deus remittentis iusiurandum voluntatem non ignorat arg.c.nouit de iud. hic verò iudicem prorogationẽ hanc factam ignorasse, ac propterea eam non probasse existimatur arg.l.cùm testamentum. C.de iur. & fact.ignor.nõ igitur ratio hæc quicquam facit.Tertiò Dec.in cit.c.præterea sic argumentatur, si creditor, quod ipsi debetur, vniuersum debitori condonasset, sine dubitatione in excommunicationem non incideret,satisfactum quippe creditori est;|ergo idẽ in casu nostro dicendum,vbi partem condonauit arg.l.quę de tota.ff.de rei vind.nam temporis prorogatione pars eius,quod debetur,remissa existimatur; quippe quia dies summæ pars esse censetur arg.l.1.§.diem.ff.de edendo, & qui tardiùs soluit, minus soluit, vt dixit Imper.in §.plus autem in Instit.de act.hoc Dec.argumentum,quod & Anch. fecit in c.quicunque nu.3.de sent.excom.lib.6.& Zab.in Clem.1.vers.Nos itaq; nu.18.ibi Sextò quæro de iureiur.nullum est,quod eorum pace dixerim;nam argumẽtum de toto ad partem tunc valet, quando totius, & partis eadem ratio est, aliàs secus, vt sentiunt Cyn.& alij in l.cùm notissimi.§.in his.C.de prescript.30.vel 49.annorum,& latè Euerard.in loco à toto ad partem.nu.7.at in re nostra ratio edem non est;nam,vbi totum creditor condonauit,adiecta conditio defecit(satisfactum quippe creditori est arg.l.1.ff.qui satisdare cog.& l.itẽ liberatur.§.fin.ff.quib. mod.pign.vel hypotec.)at hic diei prorogatione debitor non satisfecit, iure igitur, cùm alia ratio in toto, atque in parte sit, aliud statui etiam debet arg.l.illud.ff.ad l. Aquil.à contrario sensu. Pro eadem opinione citatur quoque. l.cùm stipulatus sim mihi. ff. de verb.oblig.vbi,qui stipulatus sibi ab aliquo pœnam quampiam est, nisi intra tantum temporis quid fiat,si à stipulatore tempus illud prorogetur,pœnam non committi ibi dicitur; ergo idem hìc: hæc ratio ad rem nostram etiam non facit;nam ibi prorogatio temporis ab eo facta est, qui pœnam stipulatus erat; iure igitur pœnam petere non potest: at hic prorogatio ab eo facta est, qui excommunicationem non tulit;meritò igitur eam pœnam latam tollere non potest.Postremò ratio etiam hæc redditur; debitor hic,si ad priorem dictam diem non satisfacit, ob temporis prorogationem contumax non est;ergo in excommunicationem nõ incidet;nam contumax tantùm excommunicari potest, vt vidimus supra c.17.§.7. atq; sic argumentantur Bald.in cit. c.præterea.nu.19.& Anch.in c.quicunque.nu.3.vers. Septimò de sent.excom.lib.6.& in simil. sensit Ias.in cit.l.cũ stipulatus:hæc ratio, quæ ab initio paululum me mouit,nihil tamen facit;nã cõtumax duobus modis quis esse potest verus.s. & præsumptus,& vterq; excõmunicari potest, vt probauimus supra c.17.§.7.quamuis igitur verus contumax hic non sit,penes iudicẽ tamen, qui excommunicationem tulit,quiquẽ prorogationem factam ignorat, præsumptus contumax est,ac propterea in excõmunicationem incidet,quam iudex prorogationis inscitia nõ mutauit. Quare,cùm opinio hæc neq; iure,neq; ratione probetur,cõtrariam amplexatus est Inn.in eod. c.præterea.nu.5.vers.Medio tempore,& Io.And.& Host.quem refert Abb.ibi nu.4. & Io.Mon. relatus ab Anch.in cit.c.quicunque.nu.3.vers.Septimò de sent.excom. lib.6. eandem communem dixit Zab.in Clem.1.vers.Nos itaque.nu.18.ibi Sextò quæro de iureiur. Probatur autem hac potissimum ratione,quoniam ferre sententiam censuræ ad iurisdictionem pertinet, vt tradidit Gloss. communiter recepta in c.transmissam de elect. & nos probauimus supra c.2.§.iurisdictionem;ergo & eandem latam prorogare iurisdictionis est;vt dixit Inn.in eod.c.præterea. nu.5.vers.Item,si adueniente termino,ibi quia excommunicatio paris iurisdictionis; ergo ipse creditor,qui iurisdictionem non habet, ea termini prorogatione excommunicationis latæ iam effectum diferre non potest arg.l.fin.ff.de iurisdict.omn.iud.& c.fin.de constit.lib.6. Anton.qui has inter se opiniones discentientes conciliare voluit, ante factum opinionem hanc secundam, quoniam tutior est,tenendam censuit;sed post factum priorem: hæc diuisio mihi etiam nõ quadrat;nam,quid iuris sit,pro certo non habetur.Quid igitur hic sentiendum?Ego has inter se opiniones diuisione huiusmodi inter se sic conciliandas censerem. Aut index prorogationem à creditore factam nouit,& tacuit,& in hoc casu priorem opinionem veram esse censeo, vt debitor in excommunicationem non incidat; nam de iudicis cõsensu, qui excommunicationem tulit,prorogatio facta esse existimatur arg. l.sepe.ff.de re iud. Aut inscio iudice prorogatio facta est,& in hoc casu posteriorem opinionem sequor, vt in excõmunicationem hic incidat,cùm ob rationem

rationem pro ipsa superiùs allatam, tum quòd re vera, qnin apud iudicem præsumptus contumax sit, inficiari quis non potest, ex quo ad præscriptam à iudice diem non soluit: & quamnis creditoris graria id factum sit, tamen, ex quo excõmunicatio iam lata est, vt post dictam diem debitorem obliget, nisi saris fecerit, nec mutata fir à iudice prorogationis ignoratione, debitorem sine dubitarione obligabit: quamuis iudex de prorogatione hac edoctus sine difficultate ipsum absoluet, ex quo sic inter se creditor, ac debitor conuenerunt arg. l. 1. §. inde quæritur, & eorum, quæ ibi tradunt DD. ff. de oper. nou. nunt. diuisione igitur hac has inter se discentientes
6 opiniones conciliandas censerem. † At quid, si nec ad prorogatam diem solnerit hic debitor, an in excommunicationem incidet? hoc autem est quærere, an prorogatione diei facta, & excommunicatio prorogationem sequatur. In qua re, vt breuiter ipsam persoluamus, concludendum est diuisione proposita stanre, si de iudicis consensu prorogatio diei facta est, cum excommunicationis adiectione factam esse censeri. Nam terminus prorogatus esse cum omnibus suis conditionibus antecedentibus existimatur, vt in re nostra dixit Inn. in eod. c. præterea. num. 3. vers. Item, si adueniente, & Abb. num. 4. & Dec. num. 3. & Felin. in c. ad aures. num. 1. vers. Idem in excommunicatione, vbi de communi testatur de Simon. & Add. ad Capell. Tholos. decis. 73. & communiter Alex. in l. 3. num. 8. ff. de damn. infect. & Ias. in cit. l. cùm stipulatus sim. num. 4. & in l. 1. §. & post operis, vbi quoque Bart. ac DD. ff. de oper. nou. nunt. Postremò prorogatione termini facta idem terminus esse censetur arg. l. sed & si manente. ff. de prec. & l. si cùm dies. ff. de arb. & facit quoque l. lecta vers. Dicebam. ff. si cert. pet. Si verò de iudicis consensu prorogatio facta non est, contrarium sentio: quamuis in excommunicationem, elapsa die à iudice præ-
7 scripta, nihilominus incidet. Et de quæstione hac itidem satis, ad postremam veniamus. † Quæ huiusmodi est, si hac forma quis excommunicatur, Excommunico te, si appellas, vel eligis, vel si appellaueris, vel elegeris, quando hic in excommunicationem incidat; an statim atque appellare, eligereuè cęperit, an post appellationē, electionemuè. Hanc qnęstionem disputarunt quoq; DD. in cit. c. præterea. 2. de appell. & Mar. Soc. Sen. in c. sacro. nu. 75. cum multis seq. vers. Circa tertium membrum de sent. excom. in eaq; variæ eorundem sententiæ extiterunt. Nam primùm Host. & Ant. quos refert Abb. in eod. c. præterea. nu. 15. & sequitur Bald. in l. Arethusa. nu. 4. vers. Item not. ex hac lege de stat. hom. & Castr. in l. filiusfamilias. §. diui. 2. nu. 8. ff. de leg. 1. post appellationem, atque electionem excommunicatione hunc obligari existimarunt. Et ob has rationes. Primò, quoniam conditionis euentus antecedere, & conditio perfecta esse, debet, quò dispositio pura sit, & operetur, vt probatur in l. qui hæredi. §. fin. ff. de cond. & demonstr. & vt not. Bald. in l. Arethusa; ergo post appellationem, atque electionem in excommnnicationem hic incidet. Præterea confirmatur horum ratio, qnoniam de pęna hic agitur; ergo actus, quamobrem pœna inuritur, perfectus esse debet, quò pœna inuratur arg. cap. perpetuæ, & ibi not. Gemin. de elect. lib. 6. & vt asserit de pœna excommunicationis Felin. in tract. Quando conatus puniatur nu. 10. & nos supra tradidimus cap. 9. §. 13. Postremò, quoniam, si ante appellationem, electionemuè in excommnnicationem incideret sine causa, & facto id cõtingeret, contra cap. sacro. §. caueanr de sent. excom. quamuis Inn. satis causam inesse dicat, ex quo de inobedientia, atque de peccato iam constat. Vnde idem Inn. contrariam opinionem, vbi aliter de indicis animo nõ constat, amplexatus est, vt scilicet hic in excommunicationem incidat, statim atq; appellare, atq; eligere cępit, & hanc etiam sequitur Mar. Soc. Sen. in c. sacro nu. 85. cum seq. de sent. excom. quę præsertim sequēdum esse ait ante factum, aliàs fortasse secus. Primò quia excõmunicatio penetrabilior hominis facto est, ac propterea præcedit ipsam electionem, & appellationem: hęc ratio mihi non satisfacit; nam, etsi excommunicatio huiusmodi est, ex quo tamen sub conditione fuit lata, ante conditionis euentum operari non potest. Præterea dicit Abb. qni opinionem hanc sequitur, quisque existimatur agere id, qđ agit, omni meliori modo, quo potest arg. l. 3. ff. de milit. test. ergò ante absolutam appellationem, electionemq; in excommunicationem hunc incidisse dicendum est, alioquin excommunicatio non valeret, vt quæ post appellationem lata esset arg. c. per tuas de sent. excom. ad hanc rationem satis respondit Dec. in eod. c. præterea. Goff. verò diuisione hac vtebatur. Aut sententia excommunicationis ratione hac concepta est Excommunico te, si appellas, & ita in tempore præsenti; & in hoc casu hunc statim, atque appellare cępit, in excommunicationem incidere existimauit. Aut illa Excõmunico te, si appellaueris; & in hoc casu post appellationem in excommunicationem hunc incidere cēsuit ob l. si quis stipulatus sit §. stichum. ff. de verb. oblig. hæc fuit opinio Goff. vt refert Anchar. in c. accessorium col. pen. vbi & ipse quæstionem hanc disputauit de reg. iur. lib. 6. Postrema fuit opinio Perusin. quem refert, ac sequi-

ac sequitur Dec. in eod. c. praeterea. num. 10. qui & ipse sic distinguebat. Aut sumus in foro conscientiae; & tunc, statim atque hic appellare cępit, in excommunicationem ipsum incidere existimauit, tutior enim opinio haec est, atque idcirco amplexanda arg. c. iuuenis de spons. Aut extra forum conscientiae sumus, & tunc post appellationem in excommunicationem eum incidere voluit: hae sunt sententiae quae de hac quaestione referuntur in cit. cap. praeterea. Quid ergò in tanta opinionum varietate concludendum? Ego, vt meam quoq; hac de re sententiam in medium afferam, vberioremq;, & absolutam magis cognitionem propositae quaestionis, ac similiũ tradam. Praemitto primùm quaestionem illam de appellatione mihi omnino non placere; nam sententia censurae sic lata Excommunico te, si appellas, appellaueris ne, errorem intolerabilem continet, vt quae defensionem prohibeat; appellatio enim defensio quaedam est arg. l. 1. ff. de appell. quae defensio & diuino, & humano iure permissa est, & nemini denegatur, vt habetur in l. vt vim, & ibi not. DD. ff. de iust. & iur. & in c. dilecto, vbi etiam id notatur de sent. excom. lib. 6. ac propterea, quamuis excommunicato actiones denegentur, vt habetur in c. intelleximus de iud. appellatio tamen, quae defensio est, ei conceditur, vt habetur in c. cùm inter & ibi Abb. Felin. ac DD. not. & in c. fin. de except. ergo sententia haec non valet; nam sententia intolerabilem errorem continens nulla est, vt dicitur in c. per tuas de sent. excom. in antiq. & in c. solet, & in c. venerabilibus. §. pen. & fin. eod. lib. 6. & hoc demum sequitur Host. in sum. de re ind. §. qualis debeat esse, & §. pura, & eum refert Mar. Soc. Sen. in c. sacro nu. 77. cum seq. de sent. excom. & vers. quamuis; si haec igitur sententia nulla est, superuacanea proposita quaestio de appellatione redditur. Nec facit, si dicatur, potest esse causa, in qua appellari non licet; ex qua n. interponi non potest, curanda non est; nam interposita nihil operabitur; quoquomodo igitur sit, inquisitio haec de appellatione mihi non arridet. Quò ad quęstioně autem alteram de electione, nec non de huiusmodi quaestionibus ego sic distinguendum censeo. Aut conditio adiecta adimplenda ex facto est, quod vno temporis momĕto, & vno actu expediri potest, vt appellare, & eligere, & id generis, & in hoc casu secundam opinionem, vt scilicet nisi post actum perfectũ, conditionemq; omnino adimpletă quis in excommunicationem nõ incidat, locum habere sentio cùm ob rationes superiùs allatas, tum quòd non eadem ratio est in conditione impleri incępta, quae est imperfecta; quandoquidem electio cępta nihil operatur, perfecta verò valet. Accedit, quòd, si hic in excommunicationem incideret, non propter electionem, quae secuta non est, sed propterea quod eligere cępit, in eam poenam incidisset, at non propter inceptionem electionis, sed propter electionem excommunicatio lata est. Nec repugnat, si dicatur in tempore praesenti conceptam formam esse; nam & vbi à iure in eo tempore concipiuntur, factum tamen perfectum postulatur, vt habetur in c. vn. vers. Et nihilominus contrariũ facientes de relig. dom. lib. 6. Excipio tamen vbi de proferentis sententiam animo aliter constat; tunc enim Inn. sententiam amplexandam censerem arg. c. cùm voluntate de sent. excom. Aut conditio per factum adimplenda est, quod, non vno temporis momento, sed successiuo geritur, vt exempli gratia sententia excommunicationis hac adiecta conditione lata est, si in atrio ecclesiae aedificat, dominè concubinam retinet: & in huiusmodi casibus, quoniam eadem ratio est in parte, quae est in toto, vt per se patet; ob eam rem, statim atq; conditio adimpleri cępta est, & ędificari ceptum, in excommunicationem quis incidet; & hic Inn. sententia meo iudicio locum habebit. Et haec, quae diximus, in quocunque foro locum habere censeo; & quacunque ratione conditio cępta sit, modò futurum tempus designet: & sic in hac quaestione concludendum censerem. † At quid si duobus in solidum mandatum sit, vt quempiam excommunicent, & eorum vterq; sententiam huiusmodi protulerit Ego excommunicò te, si alter te non excommunicat; an excommunicatio lata valebit? Ego nullam sententiam hanc esse censeo; tum ꝙ nullius conditio adimpletur, ex quo nemo excommunicat purè, sed sub conditione, & conditio nihil ponit in esse, nisi adimpleatur arg. l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omissa causa testamĕti; tum quòd nec adimpleri potest, ex quo ab vtroque sententia iam lata, & sub huiusmodi forma est; quam opinionem sequitur Gloss. in cap. si is, qui praeest. 11. q. 3. Sub conditione igitur excommunicatio, censuraq; alia ecclesiastica ferri potest, & ob eam rem, antequam conditio aduenerit, nec operabitur, nec obligabit, sed solùm post conditionis euentum; non tamen ad diem sententiae tunc retrahetur, vt probauimus supra c. 13. §. 18. nu. 10. † Quare, vbi excommunicatio hac forma fertur Excommunico te ex nunc prout ex tunc; qui modus vsitatus est, vt habetur in extrauag. 1. de regul. & in extrauag. 1. de sepult. illis verbis excõmunicationem ferri pro eo tempore significatur, quo conditio aduenerit, non pro tempore sententiae; nam perinde est, atque si dicatur Excommunico te

8

9

eo te nunc pro tunc, vel ex nunc decerno, si non satisfeceris exempli gratia ad terminũ, vt tunc excommunicatus sis, vt dixit Abb. in cit. c. præterea. nu. 11. & sensit Bald. in auth. contra rogatus. nu. 1. & Add. ad eum. C. ad Trebell. & Mar. Soc. Sen. qui communiter receptum hoc esse testatur in c. sacro. nu. 144. cum seq. de sent. excom. & facit l. huiusmodi stipulatio à contrario sensu ff. de verb. oblig. Idem, si dicatur Excommunico te ex tunc, prout ex nunc; nam, quòd verba ad subiectam materiam accommodare debemus arg. l. si vno. ff. loc. & l. plenum. §. equitij. ff. de vs. & habit. ob eam rem conditione adueniente excommunicatio ad diem sententiæ non retrahetur, quãuis in alijs sententijs cõtrarium sit, vt dixit Ias. in l. 1. nu. 4. C. de codicill. & arg. cit. l. huiusmodi stipulatio. Tertiò idem erit, si forma sic concepta sit Excommunico te ex nunc, omisso Tunc; nam excommunicatio non obligabit, nisi ex eo tempore, quo conditio aduenerit, non autem ex die sententiæ etiam post conditionis euentum, vt habetur in extrauag. 1. de sepult. & tradidit Dec. in eod. c. præterea. num. 8. etenim dictio Ex nunc disponentis actum, non conditionis adimplendæ effectum significat, vt Soc. ait eod. nu. 147. Postremò idem etiam erit, vt. s. ex die conditionis aduenientis excommunicatio obliget, vbi excommunicatio sic lata est Excommunico te ex tunc, omisso ex nunc; sic enim dixit Inn. in cit. c. præterea. nu. 5. vers. Nec facimus differentiam, & sequitur Abb. ibi. nu. 11. & communiter DD. de appell. nam, vt Inn. inquit ibi, semper sententia censuræ trahitur ad diem conditionis; id quod non aliunde fit, quàm ex eo, quòd censura retro non trahitur, vt supra id significauimus. † At quid si sententia sic feratur Excommunico te, nisi intra annum centum solues, tu verò interim appelles; an per appellationem tam solutio, quàm excommunicatio suspendatur, alterumuè tantùm? breuiter concludendum est vtrumq; suspendi; nam vnum principale mandatum est. s. vt soluat; eo igitur per appellatione sublato, etiam excommunicatio eius accessorium tollitur arg. c. translato de constit. idem est, vbi mandata diuersa sunt, vt potè quoniam iudex primò te ad soluendum condemnat, & deinceps adijcit Et, nisi solueris intra annum, excommunicatus sis; modò enim à tota sententia, & condemnatione appelles, vtrumq; suspenditur. Excipitur ergò, vbi ab excommunicatione tantùm appellatum est; nam ea solùm suspenditur, atq; sic inquiunt Inn. Host. Io. And. & Henric. in cap. præterea. 2. de appell. quos refert, ac sequitur Marian. Socin. Senior in c. sacro. nu. 149. cum seq. de sent. excom. Ex his, quæ hactenus egimus, apparet excommunicationem sub conditione ferri posse, vt in initio diximus: quòd tamen verum est, vbi sub conditione potestatiua fertur; non autem sub conditione, quæ à casu pendet: si enim excommunicatio exempli gratia sic feratur, Si nauis ex Asia venerit, Excommunico te, excommunicatio nulla est, vt quæ intollerabilem errorem continet arg. c. per tuas de sent. excom. in antiq. & c. solet eod. lib. 6.

De forma censuræ ecclesiasticæ non necessaria. Cap. XXI.

SVMMA.

1 *Sententia censuræ scribi debet.*
2 *Sententia censuræ causam continere debet, quamobrem feratur.*
3 *Sententia censuræ quamobrem causam continere debet.*
4 *Causa, quamobrem excommunicatio, ac censura fertur, probabilis esse debet, ac veras & quid iuris, si falsa sit.*
5 *Causa, quamobrem censura fertur, iudici probata esse debet.*



Forma non necessaria verò cẽsuræ eccl. reliqua omnia sunt, quæ à iudice & ante sententiam, & dum sententiã fertur, & post sententiã, fiunt; de quorum singulis iam agamus. † Primùm igitur, antequam sententia promulgetur, vt scribatur censuræ sentẽtia, requiritur; nam, cùm de scripto proferatur, vt paulò post videbimus, iure, vt conscribatur, necesse est arg. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. etenim, qui consequens vult, & antecedens velle debet arg. l. ad rem mobilẽ, & l. ad legatũ. ff. de procur. & probatur in c. 1. de sent. excom. lib. 6. nam, dum Romanus Pont. iubet ibi, vt, qui excommunicat, causam enarret, non simpliciter, vt causam scribat, sed vt conscribat, inquit: id quod propterea factum est, quò significaretur sententiam scribendam esse, ac simul cum ipsa causam; conscribere enim plura simul scribere significat, atque sic interpretatus est Gemin. eod. c. 1. num. 15. vers. Quæro, quid velit tex. dum dicit Conscribi; ergo sententia censuræ scribi debet, vt id quoque dixit Gloss. magistr. in c. 1. §. postquam in verb. in scriptis de cens. lib. 6. atque id, antequam feratur ob

2 tur ob rationes ſupradictas,& ob ea quæ dixit Bart.Cępoll. caut.191. † Item cauſam, quam-
obrem cenſura fertur,quæ iuſta, probabiliſq; ,& iudici probata ſit,continere ſententia hæc de-
bet;Quiſquis igitur excommmunicat,dicitur enim in eod.cap.1.excommunicationem in ſcri-
ptis proferat, & cauſam excommunicationis expreſsè conſcribat, propter quam excommuni-
catio proferatur: hæc Summus Pont.ex quibus patet cauſam exprimendam eſſe, atque ſic nor.
ibi Philip.Franc.in verſ. Quiſquis,ibi quartò not.& Gemin.nu.4.verſ. Nota,quòd in ſententia
excommunicationis, & Abb.in c.ſicut num.11.verſ. Sextus, & Bal.num.2.& Felin.nu.29.verſ.
Quarta declaratio de re iud.& Marian.Socin.Sen.in c.perpendimus.num.79.de ſent.excom.&
num.152.cauſa igitur exprimi in ſententia debet,quamuis in alijs ſententijs ſecus ſit,vt habe-
tur in cit. c. ſicut,& ibi Abb.Felin.ac DD.not.& hæc, quæ habentur in eod.c.1.in quauis cenſu-
ra locum habēt,vt dixit Mar.Soc.Sen.in Rub.eod.in antiq.nu.8.& Hoſt.& Io.And.& Bohic.ab
3 eo citati. † Atqui quamobrem in ſententijs cenſuræ conſtitutum eſt, vt cauſa in ipſis exprima-
tur,cùm in alijs contrarium ſit? rationes quatuor,quæ à DD.redduntur,refert Gemin in eod.c.
1.num.16.cum ſeq.& Mar.Socin.Sen.in c.perpendimus. num.152.verſ. Quæro duodecimo de
ſent.excom. Quarū prima hæc eſt,quoniam ſic legiſlatori placuit; arbitrarium enim hoc eſt,vt
inquiunt ipſi :quæ ratio mihi non ſatisfacit,tum quòd leges ſummo adhibito ſtudio conforman
tur arg.cap.erit autem lex diſt.4. ac propterea abſurdum eſt id ſine probabili cauſa ab eccleſia
conſtitutum affirmare;tum quòd princeps ordinem,modumq; non componit,niſi cum magno
miniſterio , ac ratione , vt dixit Bald.in l.prolatam.num.12.verſ. Et not. quòd princeps. C.de
ſenten. Altera fuit eorum ratio,quoniam excommunicatio medicinę rationem habet,& ad ſpi-
ritualem morbum eſt inuenta;ergo cauſa morbi fuit inueſtiganda : hæc ratio etiam ad rem non
facit; nam,etſi cauſam excommunicationis inueſtigandam eſſe probat, non tamen,quamobrē
in ſententia ſcribatur,cauſam reddit;etenim & medicus morbi cauſam inueſtigare debet,quā-
uis adhibenda medicina,cauſam morbi vt exprimet,non requiratur. Tertia fuit ratio,& quarta
etiam,quoniam ſententia excommunicationis,ac cēſuræ naturam interlocutoriæ magis, quàm
definitiuæ ſententiæ naturam ſequitur,& in interlocutoria ſententia non receditur à iudice per
appellationem interpoſitam , niſi appellationis cauſa expreſſa ; ſecus autem in definitiua : hæc
itidem ratio mihi non probatur; nam adhuc quæro, quāobrem in interlocutoria id potiùs fiat,
quàm in definitiua. Ego igitur & ob ipſum,in quem cenſura fertur, & ob alios id factum cēſeo;
vt cauſa inſeratur. Ob ipſum,in quem excommunicatio lata eſt, ne ignoret, à qua contumacia
diſcedere debeat;nam ob contumaciam,quæ ex pluribus cauſis oritur,in primis fertur,ne igi-
tur vagetur,ob eam rem exprimitur;& hanc opinionem tetigit etiam Socin. eod.num.163.ſed
minùs eam coarctauit,minùsq; apertè explicauit: &,ſi iniquè excommunicatus ſit,qua ratione
ſe tueri poſſit ; faciles enim ad excommunicationem ferendam iudices erant , vt dixit Abb. in
c.ſicut.n.12.in fin.de re iud. Ob alios verò ne,ſi cum ipſo in eo crimine verſentur,quamobrem
excommunicatus eſt,eadem excommunicatione & ipſi obligentur; nam,qui cum excommuni-
cato in eo delicto communicat, cuius gratia excommunicatus eſt, eadem pœna obligatur, vt
habetur in c.ſi concubinæ, & in c.nuper de ſent.excomm.quæ rationes in alijs ſententijs locum
non habent,& ratio hæc notanda eſt ; cauſa igitur excommunicationis , ac cenſuræ in ſententia
conſcribetur. Id quod locum habet non ſolùm,vbi ſpeciatim, ſed etiam vbi generatim cenſura
fertur, vt dixit Philip.Franc.in eod.cap.1.§.quiſquis verſ.In Gloſſ.in verb. Excommunicato,&
Gemin.eod.nu.17.verſ.Gloſſ.in verb.Excommunicato,& ſenſit quoque Gloſſ.ibidem in verb.
Excommunicato ; etenim & propoſitæ rationes multo magis hìc locum habent , & facit etiam
cap.Romana.§.caueant de ſent.excomm.lib.6.quæ tamen cauſa ſi omiſſa ſit,ſententia cenſuræ
nihilominus valebit,vt probatur in eod.c.1.ibi Superior verò, ad quem recurritur,ſententiam
ipſam ſine difficultate relaxans;nam,ſi vbi cauſa prætermiſſa eſt,& ea conſtitutio non eſt ſerua-
ta,vt ibi dicitur, eam ſententiam iudex relaxare debet , ergo ſententia valet ; relaxare enim nil
aliud eſt,quàm id,quod conſtrictum eſt,laxare arg.c.à nobis.2.verſ. Vinculum de ſent.excom.
neque enim , quod conſtrictum non eſt , relaxari poteſt arg.l.decem.ff.de verb.oblig.atque ſic
ſenſit Gloſſ.in eod.c.1.in verb.Cautam prope finem, & dixit Abb.in eod.c.ſicut.num.12. verſ.
In ſextò , & latius Felin. num.29. verſ. Quarta declaratio , vbi & de communi teſtari videtur.
4 † Iuſta quoque,probabiliſq;, nec ratione carens cāuſa hæc eſſe debet;Caueat etiam diligenter,
dicitur enim in c.ſacro de ſent.excom ne ad excommunicationem cuiuſquam abſque maniſe-
ſta,& rationabili cauſa procedat:hæc ibi;iuſta igitur,rationeq; non carens cauſa inſeri debet,vt
exempli gratia,Quia peremptoriè citatus coram nobis renuit comparere de iuſtitia reſponſu-

rus, vel quia iussus, vt intra talem diem centum Titio solueret; quæ ipsi ex causa depositi debe-
bat, id facere recusauit; idcirco & cæt. atque sic Gloss. ibi tradidit in eod. c. 1. in verb. Causam, &
his exemplis rem illustrauit, idem quoque sensit Gloss. in cit. c. sacro in verb. Caneat, vbi quoq;
Abb. & Felin & communiter DD, not. valebit tamen sententia, si probabilis causa non insit, mo
dò intollerabilem errorem non contineat; nam tunc nulla erit arg. c. per tuas de sent. excom. &
c. solet eod. lib. 6. at quid si causa quidem ratione non caret, sed falsa tamen sit, an sententia ni-
5 hilominus valebit? hanc quæstionem absoluimus infra cap. 19. §. 4. † Iudici demum causa hæc
probata esse debet; Nemo episcopus, nemo presbyter, dicitur enim in c. nemo 2. q. 1. excommu
nicet aliquem, antequam causa probetur: hæc ibi, iudici ergo causa excommunicationis pro-
bata esse debet, atque sic tradidit Inn. in eod. c. sacro. nu. 2. in verb. Manifesta, & Gloss. in verb.
Rationabili causa; non igitur, si iudex alicuius culpæ reũ esse quẽpiam ipse solus nouerit, ipsum
excommunicabit, vt habetur in c. 1. & in tot. ea quæstione. 6. quæst. 2. & vt dixit Abb. in eod. c.
sacro. num. 4.

SVMMA.

1 *Sententia censuræ de scripto ferri debet, quæ regula non nullis modis declaratur.*
2 *Sententia censuræ à iudice ferri debet.*
3 *Sententia censuræ à quo scribatur, nihil interest.*

I.

1 §. † Dum verò sententiam excommunicationis ferre iudex vult, de scripto, non memoriter
ferre ipsam debet; Quisquis igitur excommunicat, dicitur enim in c. 1. de sent. excom. lib.
6. excommunicationem in scriptis proferat. Ecce hic, in scriptis vt excommunicatio proferatur
Romanus Pont. iubet; iure igitur de scripto proferri debet, atque sic not. DD. in eod. c. 1. Inn. in
verb. In scriptis, & Phil. Franc. in §. quisquis vers. In ea Gloss. ibi exprimere, & Gemin. num. 3.
vers. not. quòd excommunicatio, & Abb. in c. sacro. num. 3 vers. Secundò not. de sent. excom. in
antiq. & Marian. Soc. Sen. in c. perpendimus. num. 68. vers. Octaua de sent. excom. & num. 149.
(quamuis secus sit, vbi per statutum fertur, vt non nulli sentiunt, & Soc. eod. num. 69. & in c. sa-
cro. nu. 210. de sent. excom.) & Bal. in l. prolatam. C. de sent. num. 7. vers. Quartum exemplum,
& Ias. in l. nec quicquam. num. 62. ff. de off. procons. & leg. Et hæc regula locum habet primùm
à quocunque iudice sententia feratur, ob verbum illud Quisquis, quod generale est arg. c. soli-
tæ de maior. & obed. & vt not. Gemin. in cit. c. 1. num. 11. vers. Quæro, qui sint. Item locum ha-
bet in quacunque censura ob cit. c. 1. in vers. Et hæc eadem; nam & sic not. Gemin. ibidem in §.
& hæc. num. 3. vers. Primò, & Anchar. nu. 2. & Bald. & Ias. in cit. iur & Felicianus Episcopus Sca-
leńsis in Enchiridio de censuris c. 1. de interdicto. Tertiò locum habet, vel in personam incer-
tam feratùr, vt asseruit Mar. Soc. Sen. in c. sacro. num. 217. de sent. excom. & in c perpendimus,
nu. 141. eod. Postremò amplificatur hæc regula, quoniam, si contra fiat, ijs pœnis afficitur, quæ
numerantur in eod. c. 1. in vers. Si quis autem. Excipitur tamen primo, vbi consuetudine indu-
ctum est, ne de scripto feratur; id enim consuetudine induci potest, vt de excommunicatione
dixit Bellemer. decis. 243. & sequitur Cassador. super regulas Cancell. decis. 2. num. 11. de pens.
quamuis Rot. decis. 5. de consuetudine in antiq. quid de hoc senserit, non apertè id explicarit,
Item, vbi per statutum, legemq; excommunicatio, censuraq; alia fertur; nam lex, statutumq; scri
pturam necessariò non requirunt, vt dixit Io. And. & Bald. in add. ad Specul. in tit. de leg. §. fi-
nitur vers. Sed pone legatus, & Felin. in rub. de constit. num. 3. & Rip. num. 48. atque sic in re no
stra dixit Gemin. eod. c. 1. §. fin. n. 7. vers. Et per præmissa, & Mar. Soc. Sen. eod. vbi supra. Tertiò
excipitur, quoniam, si non de scripto, sed memoriter profertur, tamen sententia lata valet, vt
probatur in eod c. 1. ob verbum illud Relaxans, & vt DD. ibi sentiunt, Gloss. in verb. Causam in
fin. & Gemin num. 13. vers. Quæro, an possit, & Phil. Franc. eod. §. quisquis, vers. Tertiò not. ibi
in scriptis, & Cassador. ead. decis & num. & Mar. Soc. in eod. c. perpendimus. num. 146. Ex quo
patet non rectè Rip. sensisse in rub. de constit. nu. 48. vbi excommunicationem sine scriptis la-
tam non valere sensit, hoc tamen in alijs sententijs nõ est, vt habetur in l. 3. C. de sent. ex breui.
recit. & c. fin. de re iud. lib. 6. nam de scripto non latæ nullæ sunt, vt in cit. iur. habetur, & vt not.
Gloss. in c. 1. in verb. Causam de sent. excom. in fin. de scripto igitur sententia censuræ ferri de-
2 bet. † Item ab ipso iudice proferri; non autem per publicum scribam, notariumq;, vt proba-
tur in cit. c. 1. vers. Quisquis igitur excommunicat, & vt inquiunt Philip. Franc. eod. vers. ibi Ter
tiò not. in scriptis, & Gemin. nu. 3. & non nulli alij, quos refert Mar. Soc. Sen. in c. perpendimus.
nu. 145.

num 145.vers. Item quæritur, an iudex de sent.excom.etenim sic & aliæ sententiæ feruntur, vt habetur in c.fin.de re ind.lib.6. Excipitur tamen episcopus; nam & per alium sententiam censuræ proferre poterit, etenim sic dixit Phil.Franc.eod.vers.& Gemin.num.13.vers. Quæro, an iudex possit: sat igitur erit, vt episcopo præsente publicus scriba, aliusue sententiam recitet, & ea recitata episcopus dicat Nos talem sic in scriptis excommunicamus, atque ita Ioan.And. & Archid.asserere inquit Phil.Franc. † Scriptura denique illa, quæ sententiam continet, authentica sit nec ne, nihil interest, vt dixit Inn.in eod.c.1.in verb.In scriptis, & sequitur Mar.Soc.Sen. in c.sacro.num.212.de sent.excom.& in cit.c.perpendimus.num.143.quamuis melius esse dicat, si scriptura authentica sit: vel à publico scriba igitur, seu notario, vel ab alio scribi poterit, atque sic dixit Phil.Franc.eod.vers.Non tamen necesse est, vt iudex proferendo sententiam dicat Excommunico te in scriptis; consulit tamen Specul.vt ita fiat in tit.de sent.§.vt autem sub Rub.de sent.excom.vers.Et nota, & sequitur eum Soc.in cit.c.perpendimus.nu.144.Ratio demum, quamobrem in scriptis profertur, ea esse potest, quò excommunicato tradatur, vt eam superiori deferre, & se onere hoc leuare possit, vt dixit Lap. alleg.73. & sequitur Soc. in eod.cap. perpendimus. nu.140.

SVMMA.

1 *Denunciari excommunicatus, censuraq; alia irretitus debet; quæ regula multis modis declaratur.*

2 *Denunciatio quamobrem fiat, & an cuiusque censuræ, & à quocunque latæ.*

3 *Denunciari censura irretitus potest quicunq; etiam si exemptus sit.*

4 *Denunciatio per appellationem non impeditur; quæ regula etiam declaratur.*

5 *Denunciatio à quibus fiat.*

6 *Literis episcopi an fides adhibenda sit, quibus significatur quem excommunicatum esse, ac propterea denunciandum esse.*

7 *Denunciationem vt faciat eius, qui censura irretitus est, an quis compelli possit.*

8 *Denunciari non debet quis in excommunicationē iuris incidisse, antequam declaretur, id delictum eum commisisse, quamobrem à iure excommunicatio fertur.*

9 *Declaratio, qua explicatur quem delictum commisisse, pro quo à iure censura fertur, causa cognita fit.*

10 *Appellari à declaratione hac potest.*

11 *Denunciatio quomodo fiat.*

12 *Denūciatio an probet quem excommunicatū.*

13 *Forma commissionis denunciationis quæ sit.*

II.

1 § † Post tandem censuram latam is, qui ea constrictus esse scitur, denunciari debet; Curæ sit omnibus episcopis, dicitur enim de excommunicatis in c.curæ.11.q.3. excommunicatorum omnino nomina tam episcopis vicinis, quàm suis parochianis pariter indicare, eaq; in celebri loco posita præ foribus ecclesiæ cunctis conuenientibus inculcare, quatenus in vtraq; diligentia excommunicantis vbiq; ecclesiasticus aditus excludatur, & excusationis causa omnibus auferatur: hæc ibi Summus Pont. ex quibus patet excommunicatum denunciari debere, idem probatur in c.peruenit.1.& in c.pastoralis.§.fin.& ibi not.Abb.num.3.ac Dec.de appell. & in c.parochianos, & in c.conquesti de sent.excom.& in Clem.vn.de affin.& consanguin.cum
2 simil. † Quæ denunciatio summa ratione fit. Et primò, quia censura fertur, vt ea constrictus rubore perfusus resipiscat, vt habetur in c.1.de excep.lib.6. sed, quoniam, quò notior eius contumacia est, eo maior erit ipsius rubor, atque confusio, vt dicitur in Clem.1.§.& quia, & ibi not. Anchar.num.15.vers. Decimo tertiò not.de pœn.ac propterea citius fortasse resipisceet, cùm videat deinceps omnes eius communionem fugere post denunciationem; ideo ob hāc rem, denunciatio vt fiat, iure cautum est; hinc in grauissimis delictis ob eandem rationem vt excommunicati non semel, atque iterum, sed sepius, quousque scilicet, à contumacia ab ipsis discedatur, denuncientur, Romanus Pont.iussit in Clem.1. vers. Et quia eo maior de pœn.& in extrauag. infidelis de furt. Præterea censura lata etiam denunciatur, quia per ipsam prohibetur, ne quis cum ea irretito in ijs versetur, quæ ipsi per censuram prohibita sunt: sed quia fieri potest, vt excommunicationem latam quis minùs nouerit, vel se ipsam non nouisse fingat; ideo, vt nemo excusationem huiusmodi habeat, ob eam rem quoque prospectum est, sicut dicebamus, vt denunciatio fieret, vt habetur in cit.c.curæ sit.11.q.3.& vt tradidit pluribus id Quintil. Mandos. in sua prax. commiss.à Beatiss. Papa commiss.a. in verb. Declarandi vers. Effectus huiusmodi declarationis, & Mar.Soc.Sen.in c.perpendimus. nu.259.vers. Dubitatur secundò de sent.ex-

 com.

com.quamuis ipse senserit ob vnam hanc postremam rationẽ denunciationem fieri;ac propterea, vbi manifesta excõicatio est,non necessario fieri,ꝙ non omnino verum est,vt ex dictis patet.Denunciari excommunicatus ergo debet.Quæ regula declaratur primò,vt & in alijs censuris locum habeat;nam & suspensus,& interdictus etiam denunciabitur, vt de suspenso habetur in Clem.2.de pœn.& de interdicto in Clem.fin.& ibi not.Zab.nu.4.vers.Decimo not.& Anch. num.4.vers. Tertiò not.ꝙ sententia excommunicationis de cens.& de interdicto dixit Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.5.de interdicto. Secundò declaratur,vt locum habeat, vel ab homine,vel à iure censura lata sit; nam in vtroq; casu denunciatio fiet, vt de censura ab homine lata probatur in c.1.de furt.& in c.1.de treug.& pac.& de lata à iure in c.peruenit, & in c.parochianos de sent.excom.& in Clem.1.de priuil.& in Clem.fin.de cens.& facit cit.c.curæ.11.q.3.quod generaliter loquitur,vt omittam propositas rationes in omni casu locum habere,atque sic dixit Soc.eod.nu.256.vers. Circa quam,vbi de excommunicatione à quocunque lata idem ait, & de minori eod.num.258.vbi ait denunciationem fieri posse de excommunicato etiam minori excommunicatione. Tertiò declaratur,vt locum habeat, quicunque sit,qui censura constrictus tenetur ob easdem rationes;

3 † quare excommunicatus etiam exemptus,qui in excommunicationem ob delictum in loco exempto commissum incidit, modò id notorium omnino sit, ab eo ordinario, in cuius diœcesi exemptus locus ille est, legitimè denunciabitur;idq; iure optimo,tum ꝙ denuntiatio nouum vinculum non inijcit, sed iniectum declarat,vt habetur in c.pastoralis.§ fin.de appell.tum ꝙ,ex quo notorium id est,causæ cognitio non requiritur,atq; sic dixit Gemin.in c.episcoporum.nu.8.vers. Quicquid dixerit Lap.de priuil.lib.6.& sequitur eum Philip.Franc.eod.vers. Si tamen ex delicto notoriè commisso: sed mea sententia hoc locum non habebit, vbi non manifestò etiam constabit nullam defensionem ipsum habere,quamobrem in excommunicationem non inciderit;quid enim si manifestò constet Titium exempli gratia clericum percussisse, & id, quò se tueretur, afferat se fecisse? ob hanc igitur rationem, quoniam exempti causa cognosci ab ordinario loci non potest, denunciationem hic omittet. Quartò excommunicatus denunciabitur ob ea,quæ proximè diximus, etiam si ipsum excommunicatum esse notorium sit; etenim multa notoria dicuntur, quæ non sunt,vt dicitur in c.consuluit de appell.

4 † Quintò denunciabitur,etiam si appellauerit; nam, & post appellationem denunciari nihilominus potest, vt habetur in c.pastoralis.§. fin.& ibi DD. not.de appell.& Capell.Tholos.decis.299.& Add.ad eam, & Mar.Soc.Sen.in c.sacro.num.92. cum seq.de sent.excom.etenim denunciatio nil aliud est,quàm quædam declaratio; declaratio autem nihil addit arg.l.hæredes palam.§. sed etsi notam.ff.de test. ac propterea per denunciationem quis iterum non ligatur,vt dixit Romanus Pont.in cod.§.fin.quare denũciatio hęc post appellationem facta per modum attentati non reuocabitur, quasi contra cap. non solum de appell.lib.6.& tot.tit. vt lit.pend.atque sic conclusit Rot.decis.59.de appel.in nou.Sexto idem erit,si & à delegato excommunicatus quis sit; nam & post appellationem denunciatio facta valebit,antequam aut iudex à quo ei appellationi detulerit,aut iudex ad quem eam receperit,vt dixit Mar.Soc.Sen.in eod.c.sacro.num.101. cum seq. & Specul.in eod.c.pastoralis.§.fin.& sequuntur communiter DD.vt refert, ac sequitur Add.ad Capell. Tholos.ead.decis.299.etenim iudex delegatus adhuc remansit;ordinarius verò semper denunciare poterit. Excipitur tamen primò,vbi delegatus iudex est,& appellationi detulit,à superioreuè appellatio recepta est;nam denunciare ipse non poterit, quandoquidem iudex omnino esse desijt, in priori casu ob c.cum appellationibus de appell.lib.6.in posteriori ob c.pastoralis. §.præterea de off.deleg. atque sic tradidit Abb.in eod.c.pastoralis.§.fin.num.23.vers. Extra Gloss.de appell. & Add.ad Capell. Tholos.eod.& Mar.Soc.eod. Item excipitur,vt denunciatio fieri non debeat post appellationẽ, vbi denunciatio magis excommunicatum obligaret,cuiusmodi excommunicatio habetur in c. tua de sent excom.sic enim inquiunt Anton. & Imol. in cit.§.fin.de appell. & sequitur Add.ad Capell.Tholos.eod.& Mar.Soc.eod.c.sacro.nu.99.Tertiò excipitur,vbi excommunicatio contra ignorantem lata est; nam,si appellet excommunicatus,denunciatio impedietur,vt inquiunt Anton.& Imol.eod.arg.c.dilectus de appell.& Mar.Soc.in cit.c.sacro,nu.95.cum seq. Quartò excipitur,vbi à canone excommunicatus quis dicitur, quo casu sententia facti declaratoria requiritur;nam,si à sententia declaratoria appellatum sit (id enim potest, vt sensit Gloss.in c.cupientes.§.quòd,si per viginti in verb.priuatos de elect.lib.6.& nos infra id probabimus) interim denunciari non poterit, sic enim asserunt Inn.Anton.& Præpos.in cit.§.fin.de appell.& hæc omnia sequitur Add.ad Capell.Tholos.decis.299.Quintò excipitur,vbi sententia censuræ nulla est;

la est; nam tunc denunciatio per appellationẽ impeditur, vt dixit Mar. Soc. eod. c. sacro. nu. 89. de sent. excom. his exceptis casibus denunciatio per appellationem non impeditur. Postremò idem erit, vt denunciatio fieri possit, etiam si post interiectam appellationem se quis excommunicatum asserat, sed appellationem intra præscriptam ab homine, à iureuè, diem non est prosecutus, vt dicitur in c. licet, & ibi not. Anchar. de sent. excom. lib. 6. excipitur tamen, vbi appellationem hic prosequi, aut non potuit legitimè impeditus, aut non debuit, vt dixit Gemin. eod.
5 nu. 6. † Quartò declaratur proposita regula, vt, si sententia censuræ ab homine lata sit, ab eodem etiam ipsa denuncietur; is enim est, qui denũciare potest, vt probatur in cit. c. pastoralis. §. fin. de appell. & in c. 1. de rapt. Id quod etiã de iudice delegato sentimus, modò interposita appellatio non sit, & recepta, eiuè delatum, vt proximè egimus; etenim denunciatio censuræ executio est, vt dixit Anchar. in cit. c. licet. num. 2. vers. Quartò not. ac propterea iure denunciari ab eo potest, à quo est lata arg. l. non debet, cui de reg. iur. Item non solùm id potest, verùm etiam, & nemine petente id iudex debet arg. c. curæ sit omnibus. 11. q. 3. vbi Rom. Pont. episcopis simpliciter iubet, vt excommunicatos denuncient; ergo etiam nemine petẽte, atque sic dixit Abb. in c. parochianos de sent. excom. & sensit Gloss. in Clem. fin. in verb. Constiterit, quam sequitur Anchar. num. 5. vers. Quartò not. & communiter DD. de cens. etenim, vt censura constricti in ijs euitentur, quæ per censuras ipsis prohibita sunt, per canones cautum est, vt habetur in c. excommunicatos cum duob. seq. 11. q. 3. & in c. si sententia, & in c. si ciuitas, & in c. is, cui, & in c. fin. de sent. excom. lib. 6. & in c. venerabili eod. in antiq. at episcopi, ecclesiæq; præsides, quę canones iubent, & ipsi obseruare, & vt ab alijs obseruentur, etiam nemine petente curare debent arg. Clem. 1. de ętat. & qualit. & vt not. Zab. in Clem. 1. §. locorum de pœnis. Præterea non solùm, qui excommunicauit, excommunicatum denunciabit, verùm etiam, & vt alij idem efficiant, operari poterit; nam superior ipsi subiectis, vbi res id postulabit, vt à se excommunicatum denuncient, præcipiet. Si ergo exempli gratia episcopus Imolæ quempiam ex Barbiano excommunicauerit, parocho Barbiani, vt eum denunciet, mandabit, nec non etiam alijs vicinis parochis, vt probatur in cit. c. curæ sit. 11. q. 3. ad eos verò, qui ipsi subiecti non sunt, vt excommunicatum denuncient, scribet, vt pote episcopis vicinis ei loco, vbi excommunicatus commoratur ob cit. c. curæ sit, & c. 1. de treug. & pac. nam requisiti ad id obligati sunt, vt probatur in Clem. 1. §. eorundem autem sententias, & ibi Gloss. in verb. Requisiti, & Anchar. nu. 15. vers. Decimo sexto not. & Zab. eod. in prin. de for. compet. etenim ad iustitiam seruandam episcopi, alijq; inferiores iudices mutuam operam sibi præstare debent arg. c. q. & ibi not. Abb de treug. & pac. & c. 1. de off. ord. & c. 1. de oper. nou. nunt. & c. præcipimus. dist. 90. & vt not. Anchar. in eadem Clem. 1. & Zab. eod. episcopi ergo de excommunicatis edocti ipsos denuntiabunt, etiam si sententia censuræ iniqua sit; idq; meritò, tum quòd denunciatio nullum vinculum inijcit, sed iniectum declarat, vt dicitur in c. pastoralis. §. fin. de appell. tum quòd denuncians simplicis executoris partes sustinet; ac propterea nullam exceptionem recipere, nec, an benè, malèue iudicatum sit, cognoscere debet; etenim ob hanc causam nec ab ipsis, nec ab executore appellatur, vt habetur in l. ab executione. C. quando appellationes non recip. atque sic tradidit Anchar. in cit. Clem. vn. nu. 15. vers. Decimo sextò, & Zab. in §. eorundem. num. 5. vers. Quintò quæro de for. compet. & facit c. pastoralis. §. quia verò de off. deleg. & c. ad aures de tempor. ord. addo ego id probari primò in cit. cap. pastoralis. §. fin. de appell. nam, etsi appellatum est, denunciari tamen excommunicatus potest, & tamen appellatio sępius interponitur, vbi sententia iniqua dicitur arg. l. 1. ff. de app. Postremò id ratione hac etiam probari assero; nam denunciatio non solùm fit, vt excommunicatus exempli gratia à contumacia discedat, sed &, vt ab alijs euitetur, at excommunicatus, vel iniquè ea pœna constrictus sit, vitari debet; nam sententia censuræ, æqua, iniquauè sit, seruanda est arg. c. sententia pastoris. 11. q. 3. vel iniqua igitur sententia sit, ecclesiæ tamen antistes de excommunicato edoctus ipsum denunciabit. Excipitur tamen, vbi notoriè ipsi iudici requisito, & fine alia causæ cognitione constat sententiam iniustam esse; nam tunc iudici hoc mandanti non parebit; sic enim dixit Gloss. in cit. Clem. in fin. in verb. Requisiti, & nõ nulli alij, quos refert, ac sequitur Zab. ead. §. eorundem de for. compet. & probatur id ratione; nam, vbi sententia nulla est, ne iudex eam exequatur, facto resisti potest, vt probatur in c. ex literis iunct. Gloss. in verb. Denunciaris, & ibi not. Abb. nu. 2. & nu. 5. de off. deleg. ergo multo magis iudex requisitus resistere ei debebit, & non parere; non enim, ex quo id iudici notissimum est, causæ cognitio requiritur arg. c. euidentia de accusat. quicquid dixerit Gen. relatus ab eod Zab. ibid. quem & ibi, ac rectè improbauit. Sicut autem significari vicinis episcopis potest ab episcopo, vt

excommunicatos à se denuncient, ita & superioribus, quibus excommunicator subiectus est, significabit. Quare, si exempli gratia Abbas, qui iurisdictionem hanc habet, quempiam excõicet, poterit suum episcopum certiorem de hoc facere, vt à se excommunicatum denunciandum curet, quod episcopus exequetur arg. c. cùm ab ecclesiarũ, & ibi Abb. de off. ord. Si verò in excõmunicationem, censuramuè aliam iuris quis incidat, ab eius loci ordinario, vbi in pœnam incidit, denunciabitur, vt habetur in Clem. 2. §. locorum, & ibi not. Zab. & Anchar. in fin. de pœn. & in Clem. 1. de priuil. & in Clem. fin. vbi id quoque not. Anchar. nu. 4. vers. Tertiò not. de cens. & in c. parochianos de sent. excom. Deinceps, si exempli gratia eius loci ordinarius & ipsius excõmunicati ordinarius est, quia. f. domicilium in sua diœcesi habet, parocho eius, vt ipsum denunciet, significabit. Postremò vicinis episcopis ob cit. c. curæ. 11 q. 3. At, si ordinarius eius non sit, ipsius ordinario id significabit arg. c. 1. de rapt. & 6. q. 3. in fin. vbi Pallea, qui de hoc edoctus & cum ipse denunciabit, & à suo parocho, à vicinisq; episcopis denunciandum curabit. An ergo ij, quibus per simplices literas episcoporum significatum est quem excommunicatum, censuraue alia constrictum esse, fidem adhibebunt? an, si id nolint, compelli ad denunciationẽ hanc faciendam poterunt?
6 † Quò ad primam quæstionem, quam disputauit Gloss. in cit. c. curæ. 11. q. 3. & Inn. in c. 1. de fid. instrument. & DD. in c. post cessionem de probat. & iuris ciuilis interpretes in l. admonendi. ff. de iureiur. Communiter concluditur, vbi solùm de excludendo excommunicatum à iudicio, ac propterea de leui præiudicio agitur, literis episcopi, alteriusuè inferioris iudicis ipsorum signo tantùm signatis, ac proptereà sine alia testium subscriptione fidem adhibendam esse, sic enim sensit Inn. in eod. c. 1. in princ. ibi Nisi in leuibus iunct. num. 4. vers. Sed obijcies, & num. 10. vers. Item creditur literis cuiuslibet, vbi generaliter sic seruari, & præsertim Romæ testatur de fid. instrum. & Abb. in cit. c. post cessionem. nn. 6. vers. Ego indistinctè, & Dec. num. 14. vers. Secundò limita non procedere in leuibus, & Felin. qui de communi testatur, num. 16. vers. Fallit quintò in his, quæ sunt leuis præiudicij de probat. & Thom. Fastol. decis. fin. nu. 8. Et probatur per cit. c. curæ, vbi simpliciter dicitur, vt episcopi indicent nomina excommunicatorum vicinis, quò aditus ecclesiasticus ei occludatur; si ergo sat est, vt nomina excommunicatorum indicent, simplicibus literis episcopi fides adhibetur, quando de leuiori præiudicio agitur, cuiusmodi esse videtur in ecclesiam aditus prohibitio. Facit quoque idem c. post cessionem; quamuis contrarium si quis probare velit, audiatur, sicut ibidem dicitur. At, si de grauiori præiudicio agatur, vt exempli gratia de electione tollenda, vt nulla, tanquam de excommunicato facta, & ad obiectionem hanc probandam simplices episcopi literæ eius signo tantùm signatæ proferantur, ob graue præiudicium, quod electus patitur, fidem ipsis literis habendam non esse citati autores inquiunt, & Io. And. & Ant. & Imol. relati à Felin. in eod. cap. post cessionem.
7 num. 17. vers. Sed circa istud concludunt; & de quæstione hac satis. † Quò ad alteram vero, an, si vicini episcopi certiores facti de excõmunicato aliquo denunciare ipsum compellantur? breuiter vt rem hanc absoluamus, ad id cõpelli eos posse asserimus; alioquin frustra id præciperetur, si ad præceptum seruandum quis non compelleretur arg. cap. pastoralis de off. deleg. & ibi not. Gloss. & l. fin. ff. de off. eius. Verùm quis ad denunciandum ipsos compellet? Gloss. in Clem. vn. in verb. Requisiti de for. compet. superiorem eius, cui, vt denunciaret, significatum est, adeundum esse dixit, quò illum ad id cogat, & puniat, eandem sequitur Zab. eod. vers. Eorundem ibi Sextò quæro, & in Clem. fin. num. 14. vers. Duodecimò quæro de cens. neque iniuria; non enim æquum est, vt episcopus Imolæ episcopum Fauentiæ puniat, propterea quòd denunciationem huiusmodi facere noluit, quandoquidem in eo iurisdictionem nullam habet, quæ ad puniendum postulatur, vt habetur in l. imperium. ff. de iurisdict. omn. iud. coram igitur suo archiepiscopo ipsum conueniet, quò ad denunciationem faciendam eum compellat, atque puniat. Quare, cùm episcopus in tota sua diœcesi iurisdictionem habet, vt dicitur in cap. cùm episcopus de off. ord. lib. 6. ob eam rem, si parochi ecclesiarum suæ diœcesis denunciare ab ipso excommunicatum
8 noluerint, & ad id ipsos cogere, & punire, ex quo iudex eorum est, poterit. † Quintò regula hæc declaratur, vt scilicet, vbi denunciandus quispiam est, qui in excommunicationem, censuramq; aliam iuris incidisse dicitur, iudex, ad quem in primis denunciare pertinet, sententia prius declaret delictum ab eo factum esse, quamobrem in iuris censuram inciderit, ac deinceps ipsum denunciet; sic enim tradidit Abb. in c. parochianos num. 2. de sent. excom. & Add. ad eum in c. cùm non ab homine num. 29. in litera B de iud. & Felin. in c. Rhodulphus num. 63. vers. Sed declaratoria, vbi rem hanc generatim pluribus egit, & Anchar. in Clem. fin. num. 4. cum seq. vers. Tertiò not. & Zab. num. 4. vers. Vndecimò not. de cens. idem Abb. in c. peruenit. nu. 5. vers. Sed

circa

circa prædicta, & Dec. nu. 2. qui in omnibus pœnis ipso iure illatis declarationem hanc requiri
testatur de appell. & Bero. in c. qua in omnibus. nu. 41. de vsur. & Franc. de Aret. in c. si diligen-
ti de for. compet. & idem etiam probatur in c. cùm secundum leges de hæret. lib. 6. vbi, etsi, iure
ipso hæreticorum bona omnia fisco adicta sunt, adimi tamen ea ipsis non debere dicitur, an-
tequam criminis eius reos esse iudicis sententia declaratum sit: id quod summa ratione consti-
tutum est; quid enim si is, qui in excommunicationem incidisse dicitur, re vera non incidit? arg.
c. licet de præb. lib. 6. iure igitur sententia huiusmodi declaratoria feretur. Id quod locum habe-
bit, etiam si id factum manifestò cõstet, sed, quò minus in pœnam inciderit, ratione se tueri pos-
se ipsum creditur, aut, an se tueri possit, dubitatur: quid enim si exempli gratia notissimum sit à
Titio clericum percussum esse, an hunc continuò excommunicatum dicemus? planè id pro cer-
to affirmare non possumus; nam ob multas causas clerici percussor excusatur, vt habetur in c.
cùm voluntate. §. fin. de senten. excom. quamuis igitur factum notorium sit, non tamen semper
notorium est, an in pœnam inciderit; iure hic etiam ergo declaratione opus erit: id quod eo ma-
gis asserendum est, quandoquidem, ex quo pendemus animo, an hic se tueri possit, in eam par-
tem dubitationem hanc interpretari debemus, vt defensionem hic habeat; nam interpretatio
hæc tutior est, & nemini præiudicium facit, atque sic sensit Abb. in c. fin. in fin. de cohab. cler. &
mul. & Dec. in c. peruenit. 1. num. 4. & Præpos. nu. 10. de appell. idem Dec. in c. cùm sit Romana
num. 23. & Præpos. nu. 29. eod. & Felin. in c. Rodulphus. num. 75. vers. Citatur etiam pars, ibi in-
tellige, quod sit certum de rescript. & in c. cùm olim. num. 11. vers. Vbi autem certa non est de
re iud. quamuis igitur, qui se læsum asserit, notissimum hoc esse dicat, declaratio tamen fiet, &
ob ea, quæ proximè diximus, & quod notoria multa dicuntur, quæ non sunt, vt inquit Rom. Pont.
in c. consuluit de appell. atque sic dixit Anchar. in cit. Clem. fin. nu. 5. vers. Tertiò not. ibi & hoc
est verum de cens. Item declaratio hæc fiet, vbi quis in censuram latam generaliter ab homine,
quis incidisse dicitur; sic enim sensit Zab. in cit. Clem. fin. num. 5. vers. Item per hoc verbum con
stiterit, etenim & hic propositæ rationes locum sibi vindicant; ergo & eadem dispositio arg. c.
cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. Postremò declaratio etiam adhi-
bebitur in excommunicationibus, atque censuris ab homine in aliquem nominatim latis, vbi
Auditor Cameræ Apostolicæ exequi ipsos vult; nam sic tradidit Mandos. in tract. de monit. q.
9 60. in verb. Sententiarum quoque; in his igitur casibus declaratione opus est. † Atqui, quòd sen
tentia hæc declaratoria causa minùs cognita fieri nõ debet, causa verò cognosci non potest nisi
is, cuius de re agitur, præsens adsit (causarum enim merita partium assertione panduntur, vt di-
citur in l. vlt. C. si per vim, vel alio modo, & vt not. Gloss. in c. sacro in verb. Constiterit de sent.
excom.) ob eam rem is priùs citabitur, qui in excõmunicationem incidisse asseritur, antequam
sententia id declaretur, sic enim dixit Gloss. in Clem. præsente in verb. Constiterit, & ibi not.
Anchar. nu. 4. qui & alios idem sentire ait de cens. & in Clem. 1. in vers. Quàm citò commodè in
fin. de pœn. & in Clem. 2. in verb. Constiterit eod. & in eod. c. sacro in verb. Constiterit, & Abb.
in cit. c. peruenit. nu. 5. & Dec. de appell. & Add. ad eum ibi, idem Abb. in c. parochianos. nu. 2.
de sent. excom. & in c. cùm non ab homine de iud. & Add. ad eum num. 29. in litera B. ibi circa
istum passum, & Add. ad eundem viden. in c. sacerdos num. 11. in litera A de off. ord. & Zab. in
Clem. in plerisque vers. Decimò quæro de elect. & Rom. cons. 482. nu. 6. & in toto è consilio, &
Felin. in eod. c. Rodulphus in verb. Citatur etiam pars nu. 75. & in c. præterea nu. 2. vers. Secun-
dò not. de spons. in quibus locis pluribus rem hanc egit, & Mar. Soc. Sen. in c. perpendimus. nu.
361. vers. Tertiò dubitatur de sent. excom. & communis deniq; sententia hæc est; atque sic sen-
sit. Gabriel. in tract. commun. concl. de cit. concl. 1. nu. 16. lib. 2. Etenim fieri potest, vt se tuea-
tur, & in excommunicationem se non incidisse probet arg. cit. c. licet de præb. lib. 6. Accedit, quod
de graui præiudicio agitur; ergo hac quoque ratione citari debet arg. l. de vno quoque. ff. de re
iud. Citabitur igitur, antequam sententia declaratoria feratur. Id quod fiet, etiam si notorium
factum sit, sed tamen non constat, an defensionem aliquam habeat, vt citati autores eisdem in
locis concludunt, Abb. in c. vestra. nu. 18. vers. Circa quartum de cohab. cler. & mul. & Felin. in
eod. c. Rodulphus vers. Citatur etiam pars num. 77. ibi intellige Secundo de rescrip. & in c. cùm
olim num. 30. vers. Noto tertiò de iud. & hoc ob cit. c. licet de præb. lib. 6. adeò, quòd, & id com
muniter receptum est: ante declarationem igitur citatio omnino fiet; alioquin ea omissa senten
tia declarationis nulla erit, vt asserunt Imol. & Lap. quos refert, ac sequitur Felin. in cit. c. Ro-
dulphus num. 76. vers. Citatur etiam pars, ibi & adeo est vera; quamuis sententia censuræ ad-
monitione omissa valeat, vt dixit Gloss. in cap. sacro in verb. Iusta de sent. excom. et nos supra

 proba-

probauimus; quamobrem autem id fiat, declarauit Franc.de Aret. conf.175. Excipitur tamen primò, vt citatio non postuletur, vbi non solùm delictum ab eo commissum esse manifestò constat, verùm etiam notisſimum est ipsum nulla ratione se tueri posse, quò minùs deliquerit; sic.n. citati autores inquiunt, & probatur in cit.c.peruenit.1.& ibi not.Abb.ac Dec.de appel.& Mar. Soc.eod.c.perpendimus.nu.263.vers. Et hoc procedit; etenim ratio eius c.licet de præb.lib.6. cessat, quamobrem citatio fit; ergo, & citatio cessare debet arg. c.cùm cessante de appell. Postremò citatio etiam omittitur, vbi declaratio fit, quò magis, magisq; euitetur, vt dixit Felin.in eod.c.Rodulphus vers. Citatur etiam pars, ibi intellige primò, quamuis declaratio ibi pro denunciatione posita sit. Facta verò citatione, & causa cognita iudex sua sententia delictum ab ipso commissum esse, si hoc probatum fuerit, declarabit; quare deinceps ipsum delinquentem in censuram incidisse apparebit: non enim iudicis sententia facto declarato pœna tunc succedet, vt sensisse videtur Add.ad Abb.in c.cùm non ab homine.nu.29.in litera B de iud.nam, antequam iudex id declaret, si re vera deliquerat, statim post delictum in pœnam incidit, nulla iudicis sententia declaratoria intercedente; hinc, dum iudex declaratoriam sententiam fert, non pœnam ipse inferre, sed delictum commissum, reumq; delinquentem esse declarare debet; nam pœna à iure infertur, etiam ante declarationem, vt dixit Bart.in l.eius, qui delatorem.nu.3.in fin. ff.de iur.fisci, & sequitur eum Felin.in eod.c.Rodulphus.num.63.vers. Sed declaratoria, & in c. præterea.num.2.vers. Secundò not.de sponſ. etenim lex semper certa est, ac propterea statim post delictum pœnam inurit, atque sic dixit Io.And.quem refert Gemin.in c.1.§.fin.vers.Quæro de homicid.lib.6.ac planè, si contrarium diceremus, non ipso iure lata pœna diceretur. Postremò post declarationem ipsam delinquentem, criminisq; reum aut excommunicatum, aut

10 suspensum, aut interdictum denunciabit, vt.s.pœna fuerit, quam lex intulerit.† Excipitur tamé, nisi à sententia declaratoria appellatum sit, appellari enim ab ipsa potest, vt dixit Abb.in cit.c. c.peruenit.1.vers.Ab hac tamen declaratione, & Dec.num.3.vers. Et subijcit, vbi & quosdam alios idem sentientes refert, & Felin.in eod.c.Rodulphus.num.78.vers. Et appellari de rescrip. & in c.præterea.nu.4.vers. Demum circa prædicta de sponſ.& in c.cùm non ab homine.nu.19. vers.Et not.quòd licet à pœna de iud.& Put.decis.177.lib.2.nu.3.& Rom.eod.conſ.482.nu.9. & per Gloſſ.not.in c.cupientes.§.quòd, si per viginti in verb. Priuatos de elect.lib.6. vbi ergo appellatum erit, denunciatio non fiet. Nec repugnat, si dicatur hoc esse à sententia iuris appellare, quod prohibitum est ob c.quia nos de appell.& ob l.si qua pœna.ff.de verb.sign.nam non à pœna legis, sed à declaratoria illa senteẽtia appellat reus negando se crimen illud commisisse, quod ab eo commissum per eam sententiam iudex declarauit, atque sic citati autores eisdem in locis respondent: ac rectè; nam appellatio semper permissa est, vbi prohibita non reperitur arg. l.1.ff.de appel.& in hoc casu appellationem prohibitam esse non apparet, vbi ergo hic appellabit, non dicetur Appello à pœna hac, sed appello, quia culpa vaco, vt dixit Felin.in cit.c.cùm non ab homine.num.19.vers. Et not.quod de iud.& in eod.c.Rodulphus.num.79.vers. Et appellare de rescript. Ergo huiusmodi appellatione denunciatio impedietur, quod repugnare videtur c.pastoralis.§.fin.de appell.vbi appellatione quis non impeditur, quò minùs excommunicatum denunciet: atqui à proposita sententia discedendum non est, sed concludendum denunciationem impediri; nam sic asseruit Abb.in eod.c.peruenit.nu.8.vers.Oppono vltimò, & Dec. num.3.vers.Et subijcit, qui & Lap.idem sentientem refert, & Felin.in eod.c.Rodulphus.nu.78. vers.Et appellari de rescript.& in c.cùm non ab homine.num.19.vers. Et not.quod licet à pœna de iud.nec repugnat cit.c.pastoralis; nam, quòd ibi de excommunicatione constabat, &, vbi constat quem excommunicatum esse, impediri appellatione non potest, quin euitetur, ob eam rem denunciatio, quæ fit, vt excommunicatus euitetur, appellatione ibi non tollitur; at hic negatur crimen commissum, quamobrem excommunicatio à iure fertur; meritò igitur, ne iniuria hic infametur, ex quo de delicto, ac de censura non constat, denunciatio appellatione impedietur, atq; sic respondit Abb.in eod.c.peruenit.num.8. Item interim appellatione pendente, vitare hunc nemo cogitur, & præsertim ob extrauag.ad euitanda, atque sic asseruit Felin.in eod. c.præterea.num.5.vers.Et ex dictis de sponſ.& in eod.c.Rodulphus.num.79.vers.Et appellare,

11 † Modus autem denunciationis hic erit; nam à clericis eius loci, vbi excommunicatus denunciandus est, denunciatio in ecclesijs publicè fiet arg.c.curæ fit.11.q.3.& extrauag.vn. in fin. de furt.ac deinceps, vt omnibus excommunicatus notus fit, denunciatio scriptis tradita in eorundem ecclesiarum valuis affigetur; sic enim, dum essem Romæ Sisto V.Pont.Max.obseruatũ vidi. In eaq; denunciatione causa exprimetur, sic enim sentiunt DD.in cap.1.de sent.excom.lib.6.

vt ait

vt ait Mar.Soc.Sen.in eod.c.perpendimus.num.264.verſ. Quartò dubitatur de ſent.excomm. quamuis,ſi omittatur,non incidet quis in pœnam cit.c.1. vt inquiunt non nulli citati à Soc.ibidem; nam denuncians non excommunicat, & pœna cit. cap.1. in excommunicantem fertur.

12 † Atqui,an per denunciationem factam excommunicatus quis probetur? hoc enim erat, quod poſtremò explicandum nobis propoſueramus: hanc quæſtionem diſputarunt DD. potiſsimum in c.pia de except.lib.6.& in c.licet dé ſent.excom. eod. lib. & in c.prudentiam. §.ſexta de off. deleg.in antiq.variæq; de ea ſententiæ extiterunt. Nam primo Gloſſ.in cit.c.pia, & c.licet per denunciationem quem excommunicatum non probari exiſtimanit; eandem opinionem ſequitur Rot.decíſ.8.quæ & in curia ſic ſeruari teſtatur de ſent.excom.in nou. Probatur autem horũ ſententia,primò hac ratione;quoniam denunciatio eius etiam fit, qui excommunicatus eſſe exiſtimatur,re autem vera non eſt,vt habetur in cit.c.licet; ergo denunciatio quem excommunicatum eſſe neceſſariò non probat,ex quo eius eſſe poteſt, qui excommunicatus non eſt; probatio etenim neceſſariò concludere debet arg.cap.in præſentia de probat.& non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe arg.l.neque natales.C.de probat.& l.non hoc.C.vnde legit.Dec. in c.paſtoralis.§.verùm.num.5.de appell.verſ. Quartò not.qui contrariam ſententiam amplexatus eſt,ad hanc rationem reſpondebat, etſi contingere poteſt,vt denuntiatio iniuſta ſit, vt potè eius,qui excommunicatus non eſt,tamen,ex quo legitime facta eſt, iniuſtam non exiſtimari: hæc Dec.reſponſio vbi locũ habeat,infrà videbimus. Secundò pro hac opinione ratio hæc redditur;excommunicatio apertiſsimis documentis probari debet, vt dicitur in c.1.de excep. lib. 6.at denunciatio apertiſsimum documentum non eſt,ex quo eius eſſe poteſt, qui excommunicatione conſtrictus non tenetur arg. cit. cap.licet de ſent. excom. Poſtremo facit, quoniam denunciatiò non obligat,vt habetur in c.paſtoralis.§.fin. de appell. ergò probata denuntiatione,probatum excommunicationis vinculum non videtur.Dec.eod.in loco ad hoc dicebat,licèt denunciatio immediatè non liget,vinculum tamen ex denunciatione probari: hæc reſpõſio nulla eſt;nam pro certo id habet,de quo quæſtio eſt: & hæ præcipuę rationes ſunt,quæ pro hac ſententia redduntur.Secundo loco Hoſt.in c.prudentiam de off.deleg. contrariam ſententiam amplexatus eſt,vt ſcilicet excommunicatio per denunciationem probetur;eandem ſequuntur Archid.& Io.And.& Io.de Imol.& Gemin.qui & ipſos refert in eod.c.licet. num.8.verſ. Gloſſ.in verb.Nunciari,& Dec.in cit.c.paſtoralis.§.verùm.nu.5.verſ.Quartò not.& Put. deciſ.65.nu.6. lib.1. Probatur autem & horum ſententia primò, quia excommunicatus denunciatus in iudicio,& extra iudicium,& in omnibus legitimis actibus à nobis vitari debet,vt dicitur in cit.cap. licet, ergo denunciatio quem excommunicatum eſſe probat; alioqnin ipſum vitare non cogeremur.Confirmo idem ego hac ratione per idem c.licet; nam ibi appellatum erat, & dubia ob eam rem ſententia reddita,& tamen denunciatus euitari iubetur; ergo Gloſſ.ad hoc reſpondet, idcirco id ibi ſtatui, quoniam non ſolùm de denunciatione, ſed etiam de ſententia conſtabat: Gemin.nec non Phil.Franc.eod reſponſionem hanc improbant; nam, etſi de ſententia conſtabat,non tamen,an valeret,notum erat. Secundò pro hac ſententia ſic argumentantur,denunciatio iudice autore fit;ergo fides ei adhiberi debet arg.cit.cap.curæ.11 q.3.præſertim cùm publicè fiat arg.c.1.de poſtul.prælat.Accedit, quòd denunciatio acceſſorium quoddam,& conſequens excommunicationis eſſe videtur; ergo denunciatione probata, & ipſa excommunicatio probata intelligi debet; etenim conſequenti dato, & antecedens dari neceſſe eſt arg. l.2.& ibi not. Bald.C.de dot.promiſſ.& Dec.in c.præterea.§.ſexta. nu.10. de appell. hæc ratio mihi non probatur;nam de antecedente verum eſt,& de conſequenti,vbi ipſum conſequens ſine illo antecedente eſſe non poteſt,aliàs non,vt ſenſit Iaſ.in l.ſi mihi, & tibi.§.in legato. nu.12.in 1.lect. ff.de leg.1.denunciationem verò,& vbi nulla excõicatio eſt,fieri contingit arg. cit.cap.licet de ſent.excom.lib.6.hæ ſunt opiniones inter ſe repugnantes.Tertiò fuerunt non nulli,qui propoſitas opiniones conciliare inter ſe diuiſione nitebantur.Nam primò Abb.in eod. c.prudẽtiam §.ſexta.num.11.verſ.Extra Gloſſam ſic diſtinguebat;aut de modico præiudicio agitur, vt pote de excommunicato tantùm vitando agitur, & per denunciationem excommunicationem ſatis probari exiſtimauit ob cit.c.licet;etenim nullum præiudicium tunc generatur; aut de grauiori præiudicio agitur,& tunc contrariam ſententiam ſequebatur,hoc idem ſecuti ſunt Felin. in cit. §.ſexta.num.3.verſ.Iſtis non obſtantibus, & Rebuff. in c.poſtulaſtis not.2.num.76.& Dec.qui opinionem hanc communem eſſe ſenſit in eod.§.ſexta.num.10.verſ. Extra Gloſſam; eandem communem dixit quoque Couar.in c.alma pars.1.§.tertius.nu.1.verſ. Ego verò duo, vel tria de ſent.excom.lib.6.eandem ſequitur Rom.conſ.349.nu.3.Gemin.verò in c.1.§.ſi quis nu.13.

vet.

vers. Glossa in c. licet aliter distinguebat; nam dicebat ipse, aut ex denunciatione, quæ excommunicationis species sit, dignosci potest, & tunc per denunciationem excõmunicationem probari sensit, aut dignosci non potest, & tunc secus: hoc Gemin. quod & sequitur Phil. Franc. eod. vers. in ead. Gloss. in fin. Ego autem sic distinguendum censerem. Aut quærimus denunciatione probata, an excommunicatio sic probata sit, vt contraria probatio non admittatur, & in hoc casu sine dubitatione concludendum est denunciationem hoc non operari, quacunque ratione excommunicatio obijciatur; cùm ob rationes in priori sententia redditas, & ob cit. c. licet; tum quòd, si contrarium diceremus, defensio, quæ omni iure permissa est, vt dicitur in c. dilecto de sent. excom. lib. 6. & in l. vt vim, & ibi not. DD. ff. de inst. & iur. lib. 6. excommunicato adimeretur contra c. cùm inter priorem, & c. fin. de except. & in hoc locum prior sententia sibi vindicabit. Aut quærimus, an denunciatione probata præsumptio sit denunciatum excommunicatum esse, & quousque contrarium probetur, pro excommunicato habendus sit; & in hoc casu, quacunque ratione itidem exceptio proponatur, vel in vim dilatoriæ, vel peremptoriæ, vel de modico, vel de magno præiudicio agatur, satis probatam censeo, quousque contrarium ab eo probetur, qui excõmunicatus dicitur. Primùm ob cit. c. licet, vbi denunciatus nedũ in iudicialibus, sed etiam in extra iudicialibus, atque in legitimis actibus, vt euitetur, quousque se non excommunicatum probet, Rom. Pont. iubet, & tamen, an re vera excommunicatus ille esset, ignorabatur, & in hac sententia videtur etiam esse Couar. in eodem num. 1. vers. Secundò erit hac in controuersia, etsi per obscurè id egit, & Mar. Soc. Sen. in c. de mondalibus, nu. 5. vers. Secundò quæro, ibi Ego dicerem de sent. excom. denunciatio igitur præsumptionem facit, quousq; contrarium probetur. Postremò facit c. post cessionem de probat. vbi literis episcopi fides adhibetur de excommunicatione, quamdiu contrarium non probatur, & in hoc casu rationes secundæ opinionis propositæ locum habebunt. Quare diuisio illa Panorm. quæ communiter recepta est, improbanda videtur; nam, esto, de graui præiudicio agatur, tamen, ex quo in manu excommunicati est, contrarium probare, præiudicium ei graue fieri non potest: accedit, quòd ea nulla ratione, nullouè iure probatur; multo magis autem de sent. Gemin. idem sentimus, vt recipienda non sit; atque in hac quæstione sic concludendum censerem.
13 † Forma vero, quæ adhibetur, vbi quis committit alteri, vt denunciet aliquem excommunicatum, quò vitetur, posita est à Specul. in tit. de sent. excom. vers. Porrò, & refert Mar. Soc. Sen. in c. perpendimus. nu. 267. vers. Sextò de sent. excom.

De forma necessaria absolutionis censuræ ecclesiasticæ; & de ÿs, quæ necessariò inesse ipsi debent. Cap. XXII.

SVMMA.

1 *Absolutionis censuræ eccl. forma necessaria quæ nam sit.*
2 *Episcopus versando cum excommunicato ipsum hac ratione absoluere non potest.*
3 *Episcopus ordinem excommunicato conferendo non ea ratione ipsum absoluit.*
4 *Romanus Pont. versando cum excommunicato ipsum non absoluit.*
5 *Rom. Pont. per inscriptionem hanc Salutem, & Apostolicam benedictionem, quam de more in initio suarũ literarum præmittit, excõmunicationis absolutionẽ non tribuit.*
6 *Rom. Pont. supplens actum de plenitudine potestatis excõmunicationis vitium nõ tollit.*
7 *Rom. Pont. quacunque ratione censuram tollere potest.*
8 *Rom. Pont. constitutionem sic abrogans, vt pro infecta haberi eã velit, absoluere eum censetur, qui in eius constitutionis censuram inciderat.*
9 *Absolutionis forma necessariò eum, qui absoluitur, exprimere debet.*



EGimus de forma, quæ ad censuram ferendam adhibetur; iam de forma, quæ ad censuram latam tollendam pertinet, atque idcirco de absolutionis forma, & de necessaria primò agamus.
1 † Forma igitur absolutionis censuræ necessaria verba liberationem, atque amotionem ipsius censuræ ab eo, qui ea constrictus tenetur, sonantia sunt, vt sensit Rich. dist. 18. art. 10. q. 5. lib. 4. nam in absoluendo ab excommunicatione sufficere inquit, quæcunque verba significantia remotionem excommunicationis, & sequitur eum Archiep. Flor. de cẽsuris cap. de absolutione, & Syl. in verb. Absolutio 3. nu. 2.

nu.2.& Nauar.cap.1.in prin.nu.59. de pœnit.dist.6. eundemq; communiter receptum esse testatur in comment.de iobelæo not.30. nu.8. præscripta igitur etsi absolutionis forma non est, sicut etiam de eiusdē censuræ ferendæ forma diximus; verbis tamen ijs concipi debet, quæ eius amotionem, ac liberationem significent; hoc enim est, quod primum inesse necessario eidem
2 formæ debet. † Non igitur episcopus cum eo excommunicato versando propterea ipsum absoluere existimatur; tum quòd nec Rom.Pont.hac ratione absolutionem tribuere censetur, vt probauimus supra cap.20.§.2.tum quòd Episcopi, ac reliqui inferiores ecclesiæ præsides, etiam si velint, ratione hac absoluere nequeunt, vt tradidit Gloss.in Clem.vlt. in fin. de sent.excom.& sequitur eam ibi Imol.num.7.& Zab.in vers. Tertiò oppono,& DD.communiter, & Gloss.in c. cùm desideres, & ibi quoque Felin.eod. in antiq. etenim communi iuri subiecti sunt arg.c.1.& c.fin.de constit.quo iure forma quædam præscripta est, à qua discedere ipsis non licet arg.cit.c.
3 cùm desideres,& c.ex tenore de sent.excom. † hinc,si episcopus excommunicato etiam sciens ordinem conferat,non videtur tamen eum absoluere,vt dixit Host.in c.veniens.2.de test.& sequitur eum Anchar. in cit. Clem.vlt.num.8. quod ob proximè dicta dubitationem non habet.
4 † Non itidem Romanus Pont.huiusmodi ratione absoluere censetur, vt proximè dicebamus:
5 † atque ob eam rem,si ad collegium quodpiam scribens ea verba Salutem,& Apostolicam benedictionem in inscriptione de more præmittat,non tamen, qui ex eo collegio excommunicati sunt, absolutionem consequuntur, vt dixit Gloss.in inscript.epist. decretal. id quod & dubita-
6 tione caret ob c.si aliquando de sentent.excom. † Imò, si idem Rom.Pont.de plenitudine potestatis actum quempiam suppleat, qui actus ob excommunicationis vitium nullus est, quandoquidem,qui eum gesserunt,excommunicatione constricti tenebantur,nec vitium illud sustulisse,nec ipsos excommunicatos absoluisse existimatur,vt tradidit Zab.in Clem.2.vers. Cæterū not.3.de re iud.& sequitur Add.ad Abb.in c.illa quotidiana. nu.3.in litera C de elect.nam ea clausula intrinsecum vitium quo ad solemnia tollit,vt dixit Specul.quē refert, ac sequitur Abb.
7 in eod.c.illa quotidiana. num.3. † Excipitur tamen,vbi Rom.Pont.aut cum excommunicatis versando,aut actum alium gerendo ijs rationibus se absolutionem tribuere velle declarat;nam tunc absoluti erunt, quandoquidem quacunque ratione absoluere ipse potest, ex quo legibus solutus est arg.c.proposuit de concess.præb.& vt probauimus supra eod.cap.20.§.2. & vt dixit Gloss.in c.1.dist.93.& Felin.in c.cùm desideres de sent.excom.quare,si per eam clausulam De plenitudine potestatis, & absolutionem tribuere se velle, & excommunicationis vitium tollere significauerit, sine dubitatione id poterit, atque sic dixit Abb.in eod.c.illa quotidiana.num.3.
8 † Excipitur postremò,vbi Rom.Pont.constitutionem, vnde quis censura irretitus est, sic abrogauit,vt pro infecta haberi eā velit; nā eius constitutionis vi constrictus, nulla absolutione alia intercedente,absolutus censetur,vt dixit Gloss.in Clem.1.in verb.pro infectis de immun. eccl. quam sequuntur Imol.ibi.num.6.& Zab.vers. Septimò not. & Abb. ac Felin.in c.si quando de sent.excomm.& communiter DD.vt supra tradidimus cap.10.§.6.qua ratione reliqui ecclesiæ præsides absolutionem tribuere nequeunt arg.c.cùm desideres, & c.à nobis.1.de sent.excom. iunct. c.& cap.fin. de constit. verbis igitur aptis absolutionis forma concipi, exprimiq; debet.
9 † Item eius,quem censura irretitum absoluimus,sic mentio fieri debet, vt ipsum absolui appareat;non igitur sat est in animo habere,quem absoluimus, nisi in forma eius mentionem faciamus, vt exempli gratia Absoluo te, hunc, vel illum;nam nec censura aliter lata valet,vt supra probauimus cap.20.§.5.etenim quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito arg.l.fin.§.fin.ff.de leg.3.ad summam inesse absolutionis forma debent, quę inesse debere formæ censuræ ferendæ asseruimus eod. cap.20.

S V M M A.

1 Conditionis species duæ sunt.
2 Absolutio à censura an sub propria conditione tribui possit.
3 Absolutio à censura sub impropria conditione tribui potest.
4 Absolutio ad cautelam quid sit.
5 Absolutio ad cautelam à censura tribuitur, vbi dubitatur, an quis censura irretitus sit.
6 Dubitatio duplex est, iuris, & facti.
7 Dubitatio iuris quotuplex sit.
8 Dubitatio facti quænam sit.
9 Absolutio ad cautelam à censura tribuitur, vbi, an censura valeat,dubitatur; vel iuris, vel facti dubitatio sit: quæ regula, quousq; pateat,declaratur.
10 Absolutio ad cautelam non tribuitur, quo ad interdi-

interdictum loci generale, & quamobrem.

11 *Absolutio ad cautelam an tribuatur quo ad interdictum loci speciale.*

12 *Absolutio ad cautelam à censura & in foro conscientiæ locum habet.*

13 *Absolutio ad cautelam à censura quando non tribuatur.*

14 *Absolutio ad cautelam à censura tribuitur à sacerdotibus in foro pœnitentiæ.*

15 *Absolutio ad cautelam à censura, an à iudice necessariò tribuatur.*

16 *Absolutionis ad cautelam effectus quisnã sit.*

17 *Absolutio ad cautelam quamobrem sic nominetur.*

18 *Absolutio ad cautelam à censura quamobrem tribuatur.*

19 *Absolutio ad cautelam à censura à quo tribuatur.*

20 *Absolutio ad cautelam à censura an à iudice delegato tribuatur.*

21 *Absoluendi à censuris facultate commissa, an facultas absoluendi ad cautelam concessa intelligatur.*

22 *Absolutionem ad cautelam à censura petens quid faciat, & in foro fori, & in foro pœnitentiæ.*

I.

§ Hæc autem, quæ inesse ipsi absolutionis formæ proximè tradidimus, locum habent, vel
absolutio sub conditione tribuatur, eędem enim rationes & hìc insunt; ergo, & eadem iu-
ris dispositio esse debet arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. An
igitur absolutio censuræ sub conditione tribui potest? hæc quæstio diligenter nobis inuestigan-
1 da est; dubitationem enim non nullam habet. † Verùm, quòd conditionis species duæ sunt,
altera propria, quę in futurum confertur, & facit, vt actus pendeat, cui adiecta est, quousq; adue
nerit, vt Absoluo te, si satisfacies; ante satisfactionem enim absolutus hic non erit: altera impro
pria, quæ aut in præsens, aut in præteritum fertur, & statim actum, cui adiecta est, vel infirmat,
vel non differt, vt verbi gratia Absoluo te, si satisfecisti; nam, si à te satisfactum est, absolutus es,
aliàs non, vt hæc omnia probantur in l. cùm ad præsens, cum duab. seq. & ibi not. DD. ff. si cert.
2 pet. & in §. sub conditione, & in §. conditiones, quæ in Instit. de verb. oblig. † Verùm, inquam,
quòd conditionis species duæ sunt; ob eam rem, an sub vtraque conditionis specie tribuatur, &
primò an sub conditione propria, contemplemur. Angel. in verb. Excommunicatio. 2. num. 5.
& in verb. Absolutio. 3. in prin, & Syl. cod. 3. in prin. & in verb. Excommunicatio. 1. nu. 19. vers.
Sextum est, absolutionem huiusmodi hac adiecta conditione tribui non posse censuerunt. Pro
quorum sententia ratio hæc vna redditur, quoniam absolutio hæc actus legitimus est, vt per se
patet; ergo conditionem non recipit arg. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. ad hanc rationẽ respon-
deri potest, etsi absolutio legitimus actus est, ipsum tamen non esse vllum ex ijs, qui recensen-
tur ibi, in quibus ea lex locum habet, vt sensit Gloss. ibi, atq; sic respondit Nauar. in c. 1. in prin.
num. 64. de pœnit. dist. 6. præterea ego aliter respondeo; si, propterea quod absolutio actus le-
gitimus est, sub conditione tribui non posset, nec censura, atq; excommunicatio sub conditione
ferretur; nemo. n. inficiabitur & ipsam legitimum actum esse; & tamen sub conditione fertur, vt
habemus in c. præterea. 2. & ibi not. DD. de appell. proposita igitur ratio opinionem non pro-
bat. Vnde postremò pro hac eadem sententia ego sic argumentor, absolutio censuræ se habet,
sicut peccatorum absolutio (non enim ratio diuersa inter ipsas esse videtur) at peccatorum ab-
solutio sub huiusmodi conditione tribui non potest, vt asserit Sot. distinct. 14. q. 1. art. 3. in fin. &
Tab. in verb. Absolutio. 1. num. 17. & Nauar. in Man. cap. 26. num. 12. ergo nec absolutio cen-
suræ hac adiecta conditione tribui poterit: hæc ratio, quæ in initio me paululum mouit, propo-
sitam sententiam non tuetur; nam idcirco peccatorum absolutio sub conditione propria tribui
nequit; quoniam sacramentorum effectus à Deo, à Christoq; domino pendent; non autem à mi-
nistri animo, vt ad suum arbitrium sacramẽtis administratis eorum effectus differre possit; sed
aut statim sacramenta valent, aut nulla sunt, vt probauimus in comment. nostr. de sacr. cap. 1. &
2. & cap. 7. at absolutio censuræ, quoniam quo ad modos positiui iuris est, atq; à iudicis animo
pendet, vt DD. communiter sentiunt, ob eam rem absolutionis effectum differre, quousq; con
ditio aduenerit, iudex potest; sic enim & contractus, quæ à contrahentium animo pendent arg. l.
sicut. C. de act. & oblig. & l. nec emere. C. de iure delib. sub conditione iniri queunt arg. §. om-
nis stipulatio in Instit. de inutil. stip. & §. emptio eod. de empt. & vend. neque igitur ratione hac
horum sententia probatur. Quare, cùm nulla ratione opinio hæc nitatur, contrariam amplexa-
tus est Nauar. in c. 1. in prin. num. 64. cum seq. de pœnit. dist. 6. idem sensit in Man. cap. 26. num.
12. & Tab. parum sibi constans in verb. Absolutio. 3. in prin. hanc opinionem, vti verissimam
ego quoque sequor. Probatur autem primò hac ratione, quoniam excommunicatio, ac censura

sub

ſub propria conditione ferri poteſt, & lata valet, vt habetur in c. præterea. 5. & ibi not. DD. de appell. & in c. Romana. §. caueant de ſent. excom. lib. 6. ergo & abſolutio ſic tribui poſſe debet, vt id, quod operatur propoſitum in propoſito, operetur oppoſitum in oppoſito, & eo magis, quòd abſolutio gratioſior eſt, quàm obligatio arg. l. Arianus. ff. de act. & oblig. & l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Secundo loco pro hac ſententia facit, quoniam cenſura, vt proximè diximus ſub propria conditione ferri poteſt, & quò minus eiuſdem abſolutio hac forma tribuatur prohibitum nō reperitur; ergo facultatē hanc ſic abſoluendi conceſſam eſſe interpretari debemus arg. l. ab ea parte. ff. de probat. Poſtremò hanc concluſionem ego ratione hac confirmo; nam abſolutio vinculi cenſuræ ſolutio eſt, atque idcirco correlatiua ſunt, ergo, ex quo permiſſum eſt, vt cenſuræ vinculum huiuſmodi adiecta conditione feratur, & eiuſdem vinculi abſolutio vt ſic tribuatur, permiſſum eſſe dicendum eſt; diſpoſitum enim in vno ex correlatiuis & in altero correlatiuo locum habet arg. l. fin. & ibi not. Bart. Iaſ. ac DD. C. de indict. vid. toll. facit quoque §. illud expeditum eſt in Inſtit. de ſoc. & l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & cap. omnis eod. in antiq. ab hac igitur ſententia, vt ſcilicet abſolutio cenſuræ ſub propria conditione tribui poſſit diſcedendum non cenſeo. Quæ ſententia amplificatur primò, vt nec peccet is, qui eam tribuit, quamuis Nauar. contrarium ſenſerit in Man. eod. cap. 26. num. 12. quod mihi non probatur; nam, ſi iure id poteſt, vt ipſe idem ſenſit, & ſupra probauimus, nulla ratio ſuadet, quamobrem hunc, qui abſolutionem hanc facit, peccare dicamus arg. l. Gracchus. C. de adult. & c. qui peccat. 23. q. 4. addo nulla ratione id ab eo probari. Ampliatur poſtremo eadem concluſio, vt locum habeat, non ſolùm ſi conditio, quæ ad rem pertinet, adiecta ſit, verum etiam, & vbi ad rem nihil facit, vt exempli gratia Abſoluo te, ſi Titius Bononiam iuerit; quamuis in hoc caſu hunc peccare cenſerem, vt qui eccleſiæ clauibus abutatur, & in hoc opinio Nauar. locum ſibi vindicabit. Sub conditione igitur propria cenſuræ abſolutio tribui poteſt, ac ppea ante conditionis euentum abſolutus non erit, cui hac ratione abſolutio condonata eſt arg. l. cedere diem. ff. de verb. ſign. & l. ſi quis ſub conditione dandorum. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, & vt Nauar. & Tab. eod. inquiunt: ſed de abſolutione huiuſmodi conditione tributa ſatis, de abſolutione
8 ſub impropria conditione condonata iam agamus. † An igitur ſub impropria conditione abſolutio tribui poteſt? in hac quæſtione, vt ipſam paucis expediamus, regulam hanc conſtituimus, abſolutionem hac ratione tribui poſſe, vt citati Doctores, & communiter deniq; omnes inquiunt, idq; meritò; tum quòd conditio hæc abſolutionem non moratur arg. cit. l. cùm ad præſens. ff. ſi cert. pet. & §. conditiones, quæ in Inſtit. de verb. oblig. tum quòd & baptiſmus, ac reliqua ſacramenta, quibus certa forma præſcripta eſt, ſic collata valent, vt probatur in c. de quibus; & ibi Abb. ac DD. not. de bapt. & vt nos diximus in comment. noſtr. de ſacr. in Tab. 1. cap. 14. in prin. Hæc regula ſic conſtituta multis modis declaratur, & primò vt locum habeat, etiam ſi adiecta conditio ad abſolutionem non ſpectet, vt exempli gratia Abſoluo te, ſi Titius mortuus eſt; nam conditio hæc ad abſolutionem non pertinet, & tamen, ſi non extet, abſolutus non erit; quoniā iudex ea non extante abſoluere noluit, quæ voluntas neceſſariò requiritur, vt probauimus ſupra cap. 2. §. 4. & è cōtrario ſi conditio extiterit, abſolutus erit: hic tamē iudex mea ſententia peccabit, vt qui eccleſiæ clauibus abutatur. Declaratur itidem eadem regula, vt locum ſibi vindicet, vbi adiecta conditio ad abſolutionem quidem pertinet, ſed externa, & ſua vi ad abſolutionem neceſſaria non eſt, vt Abſoluo te, ſi pro eo ſatisfeciſti, quamobrem excommunicatus es: hæc enim conditio ad rem quidem ſpectat, ſed tamen non neceſſaria ad abſolutionem requiritur; nam, ſi abſolutio ſimpliciter, & non ſatisfactionis adiecta conditione tribuatur, ipſa nihilominus valebit, quamuis excommunicatus, qui ſatisfacere debebat, minimè ſatisfecerit, vt probauimus ſupra cap. 19. §. 6. imò hac ratione abſolutionem tribuere non nunquam expedit, vt ſi ei tribuatur, qui promiſſis ſtare non conſueuit. Tertiò regula declaratur, vt abſolutio ſub conditione tributa valeat, vbi conditio ad abſolutionem ſic pertinet, & internū quoddam eſt, & ſine ipſo abſolutio eſſe nequit, vt verbi gratia ſi dicatur Abſoluo te, ſi excommunicatus es, Abſoluo te, ſi poſſum; nam, vel taceantur conditiones huiuſmodi, ſua tamen natura inſunt; quandoquidem, ſi iudex abſoluere nequit, abſolutio ab eo tributa non valebit arg. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. & vt probauimus ſupra cap. 2. §. 11. &, ſi quis excommunicatus non eſt, abſolui non poterit; vbi enim vinculum non eſt, ibi abſolutio eius eſſe non poteſt arg. l. decem, & ibi not. DD. ff. de verb. oblig. Quartò declaratur propoſita regula, vt, vbi dubitatur, an is, qui abſoluitur, excommunicatus ſit, iudex nè, qui abſoluit, an iuriſdictionē habeat, tunc abſolutio non ſolùm adiectis internis illis conditionibus tribui poſſit, verùm etiam & debeat, ſic n.

& baptiſmus,ac reliqua ſacramenta quę certam formam habent,vbi,an collata ſint,dubitatur, huiuſmodi adiecta conditione adminiſtrantur,vt habetur in cap.de quibus, & ibi Abb.ac DD. not.de bapt.ſic etiam conſuetudiue tam in ſacramentis, quàm io cenſuris obſeruatur. Hinc ſacerdotes ante abſolutionem peccatorum tributam ferre ſemper clauſulam hanc præmittunt Abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti,quãtum poſſum,& indiges,quod perinde eſt,ac ſi dicatur Si poſſum,& indiges:quæ clauſula omittẽda non eſt,pręſertim vbi iobel rei occaſione,priuilegijuè alterius beneficio ab omni cenſura abſoluendi facultas ſacerdotibus condonata eſt;nam ea clauſula adhibita,ſi is,quem abſoluunt,cùm cenſura aliqua conſtringeretur , eius mentionem facere, ipſiſq; tolendam proponere oblitus eſſet , nihilominus abſolutus erit,ex quo ab omni cenſura eum ipſi abſoluerunt;ac propterea,etiã ſi deinceps cenſura in mentem abſoluto veniat , abſolutione alia non egebit, ſic enim aſſeruit Nauar. in Man.eod.cap.26.num.12.verſ.Eſt autem valde notandum,& nos ſupra: & ratione id probatur;nam,& abſens,atque inſcius abſolui à cenſura quis poteſt ,.vt aſſeruimus ſupra cap.19.§.1. Abſolutio igitur cenſuræ,conditione huiuſmodi adiecta,& tribui poteſt,&,vbi dubitatur de interna aliqua qualitate ad abſolutionem neceſſaria, an ea inſit, ſic tribui etiã debet, vt vidimus. Quæ abſolutio, & à iuris pontificij interpretibus., & à iure ipſo ad cautelam abſolutio nominatur.De qua abſolutione,quoniam hic locus eſt,vt agamus;ideo primùm, quid ſit. Secundò, vbi tribuatur. Tertiò,quatenus pateat.Quartò,à quibus tribuatur.Poſtremò,quamobrem ſic nominetur, contemplemur;perutilis enim materia,ac frequens eſt, de qua DD. potiſsimum pertractarunt in c.ſolet de ſent.excom.lib.6.& in c.Apoſtolicæ de except. in antiq.† Quò ad primùm igitur communiter ſic à DD.definitur in c.ſolet de ſent.excom.lib.6. . vt referunt,ac ſequuntur Phil.Franc.eod.verſ.In Gloſſ.in verb.Emenda,ibi & primò quærit, & Anchar.nu.5.verſ. Vltimò eſt ſciendũ,& Gemin.in §.io ſecunda.nu.8.verſ.Ad primùm,Abſolutio ad cautelam eſt vera,ſeu putatiua ab eccleſiaſtica cenſura liberatio,eis, quos res tangit,proſpiciens : Hæc definitio mihi non probatur,quandoquidem per ipſam à ſimplici abſolutione abſolutio ad cautelam non ſeparatur . Id quod hinc patet, quoniam & ipſa ſimplex abſolutio liberatio vera à cenſura eccleſiaſtica eſt eis,quos tangit,proſpiciens;nec repugnat, ſi dicatur ipſam putatiuam non eſſe, vt hæc ad cautelam;nam reſpondeo nec ipſam abſolutionẽ ad cautelam,vbi vera eſt,putatiuam eſſe , ac propterea in hoc caſu à ſimplici abſolutione definitione hac ipſam non ſeparari , Poſtremò quicquid de definito dicitur tanquam de genere , & de ſingulis eius ſpeciebus dicitur, vt Logici,ac Phyloſophi decent,hìc verò id non contingit;nam,vbi abſolutio ad cautelam vera eſt,quod contingere poteſt,non itidem tunc & putatiua erit;ſicuti è contrario,vbi eſt putatiua; & tamen in definitione dicitur eſſe abſolutionem huiuſmodi liberationem veram , ſeu putatiuam , quæ definitio ſingulis ſpeciebus abſolutionis huius non conuenit . Quare ego ſic eam definirem Abſolutio ad cautelam eſt abſolutio ſub conditione impropria tributa,vbi,an cenſura valeat,dubitatur ob periculum, quod ineſſe poteſt, inſtituta : hæc mihi probabilior definitio eſſe videtur;tum quòd ex genere,ac differentijs proprijs conſtat;tum quòd ab abſolutione ſimpliciter lata abſolutionem hanc ſeiungit . Nam ecce quò ad primùm,proprium, ac proximum genus, Abſolutio ſcilicet eſt ; tam enim de huius., quàm de alterius abſolutionis ſpecie dicitur. Ecce denique propriæ differentiæ,quatenus dicitur.Sub conditione tributa,vbi,an cenſura valeat, dubitatur . Nam primò,ſub conditione tribuendam ipſam eſſe argumento nobis eſt c.de quibus de bapt.quandoquidem baptiſmus,ſicut etiam alia ſacramenta non ſimpliciter,ſed ſub conditione impropria tribuuntur , vbi , collata ſint nec ne, dubitatur , vt inquiũt Abb.ac DD. in eod.c.de quibus,& vt nos in comment,noſtr.tradidimus Tab.1.cap.11.cùm in abſolutione hac igitur diuerſa ratio non ſit,nec diuerſum ius eſſe debebit . Declarat hoc etiam inueterata ſacerdotum conſuetudo, qui, peccatorum abſolutionẽ antequam tribuant,vbi , pœnitens cenſura irretitus ſit nec ne,dubitatur , hac abſolutionis forma pœnitentem abſoluunt.Abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis , ſuſpenſionis, & interdicti, quantum poſſum, & indiges, ideſt ſi poſſum,& indiges,& ita ſub conditione,atq; ſic ſenſit Abb.in c,Apoſtolicæ. nu.10.ibi.ſ, vt de præſenti de except. Tribuendam quoque ratione hac abſolutionem eſſe, vbi , an cenſura valeat,dubitatur,ex eo conſtat;quòd, vbi pro certo habetur quem excommunicatum,cenſurave alia irretitum eſſe, non ſolùm, ſi ſententia iuſta ſit, ſed etiam ſi iniuſta dicatur,non ſub conditione tamen,ſed ſimpliciter abſolutio & peti , & tribui debet , vt probatur in c,cùm contingat de off.deleg.& vt ſenſit Abb,in c.per tuas.num.3.verſ. Secundò not.de ſent.excomm.& vt apertiùs inquit Philip.Franc.in eod.cap.ſolet verſ.Quintò quærit,ibi quòd,ſi ſententia cenſuræ

dicitur

dicitur iniusta,& Gemin. eod.§.in secunda.num.12.vers. Ad quintum, ibi si verò dicatur non
nulla,& Couar, in c.alma pars.1.§.7.num.7.vers. Quarta conclusio de sent.excom, lib.6.& §.
12.num.6.vers. De absolutione ad cantelam; ac planè quid sub conditione absolutionem tri-
bui opus est, vbi pro certo habemus necessariò ipsam requiri? Vbi verò sententiam censuræ
nullam esse manifestò constat, tunc nulla petitur absolutio, quippe quæ nec requiratur arg.l.
decem.ff.de verb.oblig.& l.nemo potest videri,ff.de reg.iur.sed, nullam esse vt declaretur,pe-
ti debet arg.cit.c.cùm contingat,& c.cùm olim.1.de off.deleg.& vt dixit Phil.Franc.in eod.c.
solet vers. Quintò quærit, ibi sed si constat eam esse nullam,& Gemin.in cit.§.in secunda vers.
Ad quintum,ibi ex his ergo colligitur. Ex quo igitur,vbi sententiã censuræ nullam esse constat,
absolutio nulla requiritur, vbi verò pro certo habetur sententiam valere, simplex absolutio
condonatur; necessariò, vbi, valeat nec ne, dubitatur, absolutio ad cautelam, & ita sub con-
ditione, quò periculum quis euadat, tribuetur; valet enim argumentum à partium enumera-
tione arg.§.omnium actionum in Instit. de act. & tot.tit.de oblig. quæ ex quas.contract. & de
oblig.quæ ex quas.delict.eod.in Instit.idem probatur in c.venerabili,& ibi not. Felin.de sent.
excom.& in c.per tuas,& in c.cùm desideres.§.secundæ eod. & in c.ad præsentiam de appell.&
in cap.solet de sent.excom.lib.6.& vt inquiunt Gemin.ibi in cit.§.in secunda.num.11.vers.Ad
quartum,ibi vbi ergo de nullit.sent.idem.num.12.cum seq.& Philip. Franc. eod.vers. Quartò
quærit,ibi vnde,si dubitetur;definitio igitur hæc ex proprio genere, proprijsq; differentijs con
stat,vt vidimus. Quòd itidem per hanc absolutio ad cautelam à simplici absolutione separetur
(hoc.n.alterum est,quod explicandum nobis proposuimus)satis etiã ex dictis apparet;nã abso
lutio ad cautelam sub conditione,vbi,an sententia valeat,dubij sumus,condonatur;simplex au
tem absolutio,vbi manifestò sententiam valere constat,tribuitur: sed de absolutionis huius de-
finitione hactenus; ad alterum, in quibus scilicet casibus absolutio hæc condonetur,veniamus.
5 † Tribuitur igitur absolutio hæc,vt rem paucis expediamus, vbi dubitatur, an quis censura ir-
retitus nec ne sit;sic enim colligitur ex ijs,quæ de ipsius definitione tradidimus;sic citati auto-
res Gemin.Phil.Franc.Anchar.Felin.eisdem in locis, & communiter DD.sentiunt, & Gloss.in
c.præsenti de sent.excom.lib.6.Ac planè dubitandum hac de re non videtur; nam,si absolutio
hæc non condonatur,vbi pro certo constat aut censuram valere,aut nullam esse,necessariò con
sequitur, vbi dubitatur, an valeat, tunc ipsam condonari arg. c.non ne de præsumpt. & l.cùm
6 prætor.ff.de iud. † Atqui, quòd dubitatio alia iuris,alia facti est; an in vtraq; dubitatione ab-
solutio hæc locum habebit?antequam quæstionem absoluamus; quid dubitatio vtraque sit,ex-
7 plicemus. † Et primò de iuris dubitatione; quæ tripliciter contingere potest, primò respectu
habito ad sententiã ab homine latã,deinde respectu habito ad ipsum ius. Tertiò respectu habito
ad eum, de quo absoluendo agitur. Quò ad primùm igitur dubitatio iuris est, vbi sententiam
censuræ latam esse pro certo habetur,sed,an iure valeat,dubitatur; exẽpli gratia post interposi-
tam appellationem excommunicationem in me latam esse, vel potius intolerabilem errorem
sententiam continere dico: contra vero,qui eam tulit, isuè,cuius gratia lata est, vtrunque ho-
rum,quæ obieci,inficiatur; hinc ergo iuris dubitatio exoritur,an iure sentẽtia hæc valeat: quod
dubitationis genus à censura per canonem lata exoriri non potest, vt Gemin. Philip. Franc.&
Anchar.in locis proximè citatis inquiunt; ac meritò, quandoquidem sententia à iure lata ini-
qua esse non creditur ob c.erit autem lex.dist.4. hinc ob hanc rem à legis sententia non appel-
latur,vt habetur in l.si qua pœna est.ff.de verb.sign. Dubitatio altera iuris verò respectu habi-
to ad ipsum ius est, quando pro certo nescitur,in aliquo casu quid ius voluerit, vt exempli gra-
tia in Clem.eos de sepul.excommunicantur,qui excommunicatos manifestos sepeliunt. Gloss.
ibi in verb. Sepelite dubitationes quamplurimas mouet,an scilicet in eam excõmunicationem
incidant,qui mortuum ad sepulturam ferunt,non tamen ipsum sepeliunt, nec non & illi, qui in
funus eunt: hæ dubitationes iuris sunt,quamuis,quid iuris sit in casibus à Gloss.propositis, ali-
bi nos id explicauerimus. Tertia dubitatio iuris est respectu habito ad eum,de quo absoluen-
do agitur, vbi scilicet quis in legem commisit, quæ censuram infert,& dubitat delinquens, an
eius legis probabilem inscitiæ causam habuerit, vt exempli gratia statuto episcopi diœcesis
Imol.cautum est, vt sacerdotes, qui post Solis occasum mulieres sua peccata confitentes au-
diunt,ipso iure excommunicati sint;ego in eam diœcesim ad habitandum profectus post quin-
decim,vigintiq; dies inscius statuti huius ipsum offendo:dubitatio igitur exoritur,an in excom
municationem inciderim;nam me non incidisse probabilis inscitia id suadere videtur,cùm non
diù sit,ex quo illuc ad habitandum venerim, & facere videtur c.fin. de constit.lib.6.& c.Apo-

ſtolicæ de cler. excom. min. contra verò me in excommunicationem incidiſſe facit, quòd per tempus, quo ibi commoratus ſum, id ſcire poteram, & munus hoc obiturus expiſcari priùs diligenter debebam, quæ ad illud obeundum pertinebant, quod cùm non fecerim, excuſationem non mereri videor arg. §. imperitia in Inſtit. de leg. Aquil. hinc, inde igitur dubitandi rationes
8 adſunt, & de iuris dubitatione hactenus. † Dubitatio autem facti eſt, vbi dubitatur, an id factum ſit, quamobrem cenſura quis obligatur: & duplex eſt, alia reſpectu habito ad ipſius cenſuræ latorem, alia reſpectu habito ad ipſum, de quo abſoluendo agitur; exempli gratia iudex interminatus mihi eſt excommunicationem, niſi intra decem dies coram ipſo comparerem; nõ comparui, dubito nunc, an me excommunicauerit; item clericum, qui me aggreſſus erat, cùm me tuerer, grauiter percuſſi, vereor modò, ne legitimæ defenſionis terminos egreſſus ſim, ac propterea in excommunicationem inciderim c. ſi quis ſuadente diabolo; in his igitur exemplis du-
9 bitatio facti ſemper eſt, & hæc, quæ diximus, probari videntur in l. 1. ff. de iur. & fact. ignor. † An igitur, vt propoſitam quæſtionem diſſoluamus, in vtraque dubitationis ſpecie abſolutio ad cautelam locum habebit? concludendum eſt ipſam in vtraque locum habere. Nam de dubitatione facti ſic ſenſit Anchar. in eod. c. ſolet. num. 5. verſ. Ad quartum ſcilicet, à quibus ſententijs fiat, & Phil. Franc. in verſ. Quartò quæritur, ibi in ſententijs verò latis à canone, & Gemin. in §. in ſecunda. nu. 13. verſ. Ad quartum. De dubitatione iuris etiam citati autores eiſdem in locis idem ſentiunt, & Nauar. in Man. c. 27. nu. 277. vbi ait abſolutionem ad cautelam eius cenſuræ dari, quæ dubitatur eſſe lata, & eius, quæ ſcitur eſſe lata, ſed dubitatur, an valeat; ergo & vbi dubitatio facti eſt, vt in primo caſu; & vbi dubitatio iuris eſt, vt in ſecundo, ad cautelam abſolutio tribuitur; non eſt igitur, quòd hac de re dubitemus. Quare, vbicunque quis dubitat, an excommunicatus ſit, vel iuris, vel facti dubitatio fiet, ad cautelam ſe abſoluendum curabit: ſed de quæſtione hac ſatis; ad tertiam, quatenus ſcilicet abſolutio hæc pateat, veniamus. Abſolutio ad cautelam igitur, ex quo tribuitur, vbi, an ſententia cenſuræ nulla ſit nec ne, dubitatur, vt proximè concluſimus, locum habet primò, ex quacunque cauſa nulla eſt; ſic enim ſenſit Inn. in cit. cap. ſolet. num. 2. in verb. Vllam, & Anchar. num. 1. verſ. Secundò not. & Gemin. eod. in prin. num. 6. verſ. Quæro, an abſolutio, & in §. in ſecunda, nu. 12. verſ. Ad quintum, & Phil. Franc. eod. in prin. & in verſ. Quintò quæritur, & Put. deciſ. 96. lib. 2. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 12. nu. 7. verſ. Primum non tantùm de ſent. excom. lib. 6. idem Inn. in c. Apoſtolicæ de except. in verb. Eſſe, & Felin. nu. 22. verſ. Quòd autem prætendenti omnem nullitatem, & Abb. num. 10. verſ. Extra Gloſſ. vbi opinionem hanc communiorem, ac veriorem, & communiter ipſam teneri teſtatur, ipſam quoq; vt veriſsimam ego amplector. Probatur autem primò per cit. c. ſolet; nam in initio, & procmio ipſius cap. generatim quæſtio hæc proponitur, an ſcilicet ei ad cautelam abſolutio impendi debeat, qui in ſe latam excommunicationis ſententiam nullam eſſe aſſerit, etiam ſi alius contradicat; Solet à non nullis in dubio reuocari, dicitur enim ibi; an, cùm aliquis per ſuperiorem abſolui poſtulat, ad cautelam, dum in ſe latam excommunicationis ſententiam aſſerit eſſe nullam, ſine contradictionis obſtaculo munus ei debeat abſolutionis impendi: hæc ibi Summus Pont. generatim igitur quæſtio in ipſa præfatione proponitur; ergo, & generatim, ex quacunq; cauſa ſententia nulla ſit, accipi debet arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. & vt Gloſſ. inquit in c. cùm contingat in verb. Probationibus de off. deleg. etenim, vbi præfatio legis generalis eſt, licet lex deinceps ſpecialis ſit, generaliter tamen intelligi debet, vt probatur in l. regula. §. ſi quis ius ignorans. ff. de iur. & fact. ignor. quamuis igitur in eod. c. ſolet Romanus Pont. in altera quæſtione duo tantùm exẽpla proponat, quibus ſententia cenſuræ nulla eſt, generaliter tamen, ex quacunque cauſa ſententia nulla erit, idem, vt abſolutio ad cautelam concedatur, ſentiemus: accedit, quòd indefinitè legiſlator loquitur in prima quæſtione in cit. c. ſolet, & eandem quæſtionem ſimpliciter decidit; indefinita verò vniuerſalis vim habet arg. l. 2. ff. de lib. & poſth. & l. ſi pluribus de leg. 2. & l. ſi plures. ff. de leg. 3. ergo in quacunque ſententia abſolutio hæc locum ſibi vindicabit. Confirmatur ſententia hæc, quoniam ratio, quamobrem abſolutio hæc condonatur, eſt periculum, quod interim imminet, vt paulò poſt declarabimus; ergo, ex quacunq; cauſa nulla erit, cùm non grauius, leuiuſue periculum in hac, quàm in alia ſit, abſolutio hæc condonabitur arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. Contra ſententiam hanc tamen non nulli ſenſerunt, vt refert Abb. in eod. c. Apoſtolicæ. num. 10. de excep. nam exiſtimarunt abſolutionẽ ad cautelam in duobus tantùm caſibus tribuendam eſſe, vbi ſcilicet ſententia cenſuræ aut poſt appellationem lata eſt, aut intolerabilem errorem continet. Nam horum tantùm mentio fit in iuribus, vbi de abſolutione ad cautelam agitur, vt habemus

in cit.

in cit.c.solet,& in c.veneralibilibus.§,potest quoque de sent.excom.lib.6. & in c.per tuas eod, in antiq.& in c.cùm contingat de off.deleg. Postremò tam cõtra communem opinionem,quàm contra proximè dictam,vt scilicet in nullo casu absolutio ad cautelam concedatur:facere videtur cit.c.cùm contingat de off.deleg. nam ibi, si excommunicationis sententia idcirco nulla dicatur,quòd aut post appellationem lata sit,aut intolerabilem errorem contineat,vtriusque partis probationes priùs recipiendas esse Rom.Ponr. inquit, quàm absolutio concedatur: si ergo priùs probatio postulatur,ad cautelam absolutio concedi non debet;nam post probationem,si nulla sententia apparebit,absolutio non postulabitur; si valida erit, simpliciter, & non ad cautelam absolutio condonabitur, vt dicitur in eod. c.cùm contingat; ex quo sequitur, ob quamcunq; causam sententia censuræ nulla dicatur, absolutionẽ ad cautelã non peti contra iura proximè citata. Atqui à communi opinione discedendum non est. Nec primum argumentum obstat;nam in illis iuribus scilicet in cit.c.solet,& in eod.c.venerabilibus.§.potest quoque, & in c. per tuas illa duo exempli gratia proponuntur, vt inquit Abb, in eod.c.Apostolicæ. num.10. de except.quæ verò exempli gratia proponuntur, rem declarant, non autem eo exemplo concludunt arg.c.1.& ibi Gloss.ne cler.vel mon.& vt inquit Abb.in eod.c.per tuas.num.2.& Gloss.in l.1.C.de cond.indeb.& hæc responsio verissima est, & probatur in cap.venerabilibus.§.potest quoque in vers.Vt pote;ibi enim declarans Rom.Pont.quòd prædixerat archiepiscopum nonnunquam absolutionem impendere ad cautelam,id vbi contingat;inquit,Vt pote si asseritur in excommunicationis sententia intolerabilem errorẽ fuisse patenter expressum,& paulò post ait. Similiter si aliquis proponat, &c. vbi aliud exemplum de censura post appellationem lata proponitur; at dictio illa Vt pote idem,quod exempli gratia, significat, ergo tanquam exempla,& fortasse,vt ea, quæ frequentiùs contingunt, proposita sunt; firma igitur quo ad hoc cõis opinio remanet. Non obstat ẽt alterũ,nam in cit.c.solet cũ simil. absolutio hæc ad cautelã condonatur, si postuletur,& ita locũ habet,vbi petitur;at c.cùm contingat locum sibi vindicat,vbi absolutio ad cautelam non postulatur;tunc enim probatio ea requiritur, atque sic respondit Abb.in eod, c.cùm contingat.num.2.in fin.Item absolutio hæc ad cautelam locum sibi vindicat,non solùm, vbi ab homine,sed etiam vbi à iure censura lata est,vt ex dictis patet. Tertiò absolutio hæc condonatur,etiam si excommunicator,siuè,qui excommunicationem ferendam curauit,repugnaret,vt habetur in eod.cap.solet: id,quod summa ratione factum est;tum quia moræ periculum vitatur,quod excommunicatus non absolutus adire posset, vt inquit Gloss.ibi in verb. Opponat;tum quia præiudicium aduersario non fit,quandoquidem de satisfaciendò ipsi ab excõmunicato idoneè cauetur, si in culpa erit arg. c.venerabili de sent.excom.& vt dixit Phil.Franc.in cit.c.solet vers.In Gloss.in verb. Opponat, & Gemin.eod.in prin,num.16.vers. Gloss.in verb. Opponat; vtrique igitur consulitur. Quartò absolutio hæc in censuris omnibus tribuitur, vt inquiunt Anchar.in cit.c.solet.num.5.vers. Ad quartum, & Gemin.§.in secunda.num.11.vers. eod.& Phil.Franc.vers.Quartò,& communiter DD.namque de excommunicatione id habetur in cit.c.solet,& in c.venerabilibus de sent.excom.lib.6.& in c.per tuas eod.in antiq.de suspensione in c.venerabili eod. & in c.Apostolicæ de except. ac de interdicto probatur in c. præsenti de sentent.excom.lib.6.ibi enim,ne ad cautelam generale interdictum in loca latum relaxetur Rom.Pont.prohibet, ergo secus, vbi in homines latum est;nam, vbi ex multis vnum prohibetur,reliqua permissa esse existimantur arg.l,cùm pretor.ff.de iud.& c.non ne,de præsumpt. atq; sic sensit Gloss.in eod.c.præsenti in verb.Generaliter,& eam sequuntur ibi Philip.Franc.& Gemin.vbi & quamplurimos idem sentientes refert,& Inn.in c.ad hæc,quoniam, nu.3.de appell, imò, quòd in eod,c.præsenti solùm prohibitum est, quò minùs generale interdictum locorum ad cautelam relaxetur; ob eam rem,si in vniuersitatem, in collegiumuè hominum interdictum latum erit,absolui ad cautelam poterit,vt non nulli asserunt,quos refert, ac sequitur Gemin.& Anchar.& Philip.Franc.in ead.Gloss.Generaliter; etenim, & in hoc periculum aliquod versari
10 potest:in censuris omnibus igitur absolutio hæc ad cautelam præstabitur. † Excipitur tamen generale loci interdictum; Præsenti generali declaramus edicto, dicitur enim in cit.c.præsenti, beneficium relaxationis ad cautelam quò ad interdicti sententias in ciuitates,Castra, vel quælibet alia loca,siue terras aliquas generaliter promulgatas locum aliquatenus non habere:hæc ibi,ex quibus patet interdictum loci generale ad cautelam non relaxari. Atqui quamobrem id fit?Gloss.ibi varias rationes reddidit, mihi verò ea verissima videtur; quoniam non id periculi in hoc versatur,quod inest,vbi homines interdicto subiecti sunt; nam interdicto generali proposito, & diuina fieri submissa voce possunt, & sacramenta magis necessaria administrari, vt

habetur in cap.fin. de sent. excomm.lib.6. quorum neutrum ei permittitur, qui interdicto su-
11 biectus est, vt habetur in cap.si sententia eod.& hæc ratio admodum mihi probatur. † Verùm
quid si speciatim ecclesia aliqua interdicto subijciatur, an ad cautelam relaxari tunc interdi-
ctum poterit? Archid. id non posse existimauit. Contraria tamen sententia communiter rece-
pta est, vt ad cautelam relaxetur. Probatur autem primò in cit.c.præsenti; nam ibi prohibetur
solùm, vbi generale loci interdictum est; ergo secus, vbi speciale arg.cit.l.cùm prætor.ff. de iud.
& cap.non ne de præsumpt.etenim, cui verba legis non conueniunt, nec eiusdem legis disposi-
tio conuenire debet arg.l.4.§.toties.ff.de dam.infect. Præterea pro regula habemus absolutio-
nem ad cautelam in censuris tribui, & exceptum solùm habemus loci generale interdictum;
ergo aliàs à regula non discedemus argum.cap. 2. de translat.epis. & cap.cùm apud de spons.
Accedit denique, quòd in interdicto speciatim in locum lato periculum inesse potest, diuina
enim ibi nulla ratione fieri queunt, vt habetur in c.is, qui.§.fin.de sentent.excomm.lib.6.quod
secus est in interdicto generali loci: quare ab hac opinione discedendum non censeo; nam &
ipsam sequuntur Io.And.& Io.Mon.& Io.Cald.in suo tract.in secundo membro vers. Sed quę-
ro secundum Petrum, & Phil.Franc.qui ipsos refert in cit.c.præsenti in cit.Gloss.Generaliter, &
Gemin.eod.num.2.vers.Sed pone, quòd interdictum est prolatum, & Anchar.vers.Tertiò quę-
ro, ita quoque obtentum, & in palatio Apostolico semper obseruatum fuisse testatur Rot.decis.
12 9.incip.fuit dubitatum de sent.excom.in nou. † Quintò locum habet etiam in foro conscien-
tiæ, vt dixit Nauar.in Man.cap.27.num.277. Postremò absolutio hæc non solùm in iudicio, sed
& extra iudicium condonatur, vt habetur in cit.c.venerabili de sent.excom. & vt inquit Inn. in
cit.c.solet.num.3.in verb.Absolutio: id quod dubitationem mihi habere non videtur; nam mo
dò absoluendi potestatem quis habeat, semper, & vbiq; absoluere potest; in his igitur casibus
13 absolutio tribuitur: iam, vbi non tribuatur, contemplemur. † Primùm igitur respectu habito
ad censuram absolutio ad cautelam non tribuitur, vbi manifestò censuræ sententiā valere con-
stat, vt ex dictis patet arg.c.cùm contingat de offic.deleg. hinc Innoc. in eod.cap.solet in verb.
Contradictionis, si constat appellationem nullam præcessisse sententiam excommunicationis,
tunc absolutionem ad cautelam tribuendam non esse ait; nam tunc manifestò constat senten-
tiam valere. Item ad cautelam quis non absoluitur, vbi se excommunicatum fatetur, sed iniu-
ria: simpliciter igitur absolutionem consequetur arg. c.per tuas de sent. excom. atque sic in-
quit Gemin. in eod.c.solet in prin.num.7.vers.Sed an potest peti, & Anchar.eod.vers.Secundò
not.in fin. & Philip.Franc.in prin.vers. Quintò quærit; etenim absolutio huiusmodi tunc tribui-
tur, vbi dubitatur, an sententia censuræ valeat, vt diximus; hic verò ipsam valere pro certo ha-
betur. Non præstabitur itidem absolutio hæc, vbi excommunicator, isue, cuius gratia excom-
municatio lata est, pro manifesta offensa excommunicationem latam inquit, & intra octo die-
rum spatium id probat; tunc enim, antequam hic absoluatur, vt priùs satisfaciat, ipsum opor-
tet, vt cauetur in cit.c.solet, & not.Gloss.in verb. Octo dierum, & Anchar.num.5.vers. De vn-
decimo, & Gemin.in prin.num.16.vers.Gloss.in verb. Octo dierum, & §.in secunda.num.18.
vers. Ad vndecimum, & Felin.in c.Apostolicæ, num.9.vers. Dixit etiam de except.& Rot.decis.
8.vers. In casu nostro ibi, nisi excipiatur de manifesta offensa de sent.excom.in nou.& Couar.in
c.alma pars 1.§.12.prope finem vers.Tertiò considerandum de sent.excom.lib.6. & quæ dixi-
mus de manifesta offensa, & in manifesta contumacia locum habent; nam non priùs absolue-
tur, quàm impensas, si quæ factæ sint, restituerit, & cautionem destando iuri præstiterit, vt dixit
Gloss.in eod.c.solet in verb.Manifesta, & habetur in c.venerabilibus.§.secus autem de senten.
excom.lib.6.Hic autem, qui manifestam offensam obijcit, non dolo malo eam se obijcere iure
iurando firmabit arg.c.2.de iuramento calũniæ lib.6.& vt inquit Gemin.in eod.c.solet.nu.14.
vers.Quæro, an simpliciter sit admittendus, vbi & non nullos alios idem sentientes refert. Pro-
babitq; non offensam simpliciter, sed offensam manifestam, & ita cum qualitate hac Manifesta.
vt dixit Inn.eod. in verb.Octo dierum, & Gemin.nu.12.vers. Quæ appelletur in prin.& Anch.
eod.num.4.vers.Septimò not, & Philip.Franc.in princ.vers.In Gloss.in verb.Manifesta: qua ra-
tione autem manifesta offensa probetur, tradidit Innoc.in cit.c.solet.num.11.vers. Item nota,
quòd quando appellans, & Anchar.in vers.De vndecimo, & Philip.Franc.in prin. in ead.Gloss.
Manifesta, & in vers. Vndecimò, & Gemin.in §.in secunda.num.20. vers. Quæro qualiter fiat
probatio. Item intra octo dierum spatium, qui de momento ad momentum currunt, eo nume-
rato, quo ipsa offensa proponitur, probatio fiet, quicquid dixerit Host. qui contrarium sensit;
nam Rom.Pont. vbi diem, quo obiectio proponitur, numerari non vult, id dicit, vt habetur in
c.1.de

c. 1. de except. lib. 6. atque sic inquit Gemin. in cit. c. solet in prin. num. 14. vers. An in isto termino, & Philip. Franc. in vers. In ea Gloss. in fin. idem dicendum, & Couar. eod. vbi supra vide n. Verùm quid si, manifesta offensa probata, excommunicatus se, quò suum ius tueretur, offensam fecisse asserat, & ad id probandum tempus postulet, an audietur? planè audiendum ipsum non esse concludunt Gemin. in eod. c. solent. num. 13 vers. Sed pone, quòd excommunicator, & Anchar. num. 4. vers. Septimò not. & Phil. Franc. in Gloss. in verb. Manifesta; sibi enim culpam tribuat, qui tempore, quo manifesta offensa obiecta est, id non opposuit. Non audietur etiam, si in hac manifesta offensa se satisfactionis loco in æde sacra pignus se deponere velle dicat; nam ob id non absoluetur, vt inquit Philip. Franc. in eod. cap. solet in vers. Gloss. in verb. Emenda, & Anchar. eod. vers. Tertiò quæro, quid si ille, & Gemin. eod. in fin. etenim detrimento id ei esset, cuius gratia est censura irretitus: quandoquidem, ex quo absolutus est, censuraq; ipsius rubore non afficitur, satisfactionem differret; iure igitur & in hoc casu non auditur. At quid si intra hanc diem manifestam offensam hic nō probabit? sanè ad impensas factas præstandas condemnabitur arg. c. 1. de except. lib. 6. & vt inquit Gemin. in eod. c. solet vers. Sed quid si ille non probat: ex his etiam patet, ex quo impediri absolutio potest, eos, quorum interest, citandos esse, vt diximus in cap. 15. §. 8. Quartò absolutio ad cautelam non requiritur, vbi sententiam censuræ nullam esse manifesto constat; nam hìc absolutio non tribuetur, sed nulla esse statim pronuntiabitur arg. c. cùm olim. 1. de off. deleg. & vt inquit Phil. Franc. in cit. c. solet in prin. vers. Quintò quærit; hinc Inn. eod. num. 2. in verb. Contradictionis, si legitimam appellationem antecessisse sententiam excommunicationis constet, non necessariam absolutionem ad cautelam, sed statim nullam pronunciandam esse inquit; etenim, quod sępissimè diximus, absolutio hæc tantùm locum habet, vbi, an sententia valeat nec ne, dubitatur, non autem, vbi aut sententiam valere, aut nullam esse pro certo habetur: sed de exceptionibus respectu habito ad censuram satis. Respectu autem habito ad eum, qui absolutionem hanc petit, excipitur, primo vbi causam, quamobrem excommunicationis, alteriusuè censuræ sententiam nullam dicit, ipse non probarer; tunc enim absolui non debet arg. cit. cap. solet vers. Et ante absolutionem huiusmodi iunct. vers. In secunda verò quæstione, & ibi quòque Gloss. in verb. In iudicio, & in verb. Ad probandum, & arg. c. venerabilibus. §. fin. ibi potest Archiepiscopus, postquam sibi de hoc constiterit de sent. excom. lib. 6. & vt asseruit Gloss. pęn. in eod. §. fin. vbi & hac de re contra quendam, qui post appellationem se excommunicatum fuisse non probauit, vt proponebat, sententiam se reportasse refert, & cū ea sentiunt Gemin. & Anchar. & Philip. Franc. ibidē, sequitur quoque opinionem hanc Gloss. Felin. in c. Apostolicæ. nu. 18. vers. Adde etiam, quòd petens absolutionem, vbi & non nullos alios idem sentientes refert, de except. & Io. And. in c. cùm sint partium. nu. 12. vers. Sed ego soluendo dico de reg. iur. lib. 6. in mercur. & Rot. decis. 29. de appell. in antiq. & Collector. decis. 8. vers. Ego verò de sent. excom. in nou. nisi ergo quis causam probet, quamobrem censuram nullam esse inquit, absolutionem ad cautelam non consequetur: idq; meritò, tum quòd pro sententia censuræ præsumitur arg. c. ad reprimendam de off. ord. & vt not. Inn. in c. bonæ. 1. in verb. Præsumitur de elect. & sequitur Rot. ead. decis. 29. & Gemin. in c. 1. nu. 9. vers. Sed pone, quòd subditus de appell. lib. 6. tum quòd, si simpliciter nullitate proposità censuræ absolutio hæc euiq; petenti concederetur, & iudex, & censura ecclesiastica illuderentur, quod fieri non debet c. cum inter de consuet. & Clem. 1. de sent. excom. vniuersi enim censura irretiti ad hoc consugerent; iure igitur nullitatis causa probari ante absolutionem huiusmodi debet. Contrariam tamen dicendum videbatur; nam, si exempli gratia post appellationem se excommunicatum esse quis probet, manifestò sententiam nullam esse constabit, vt quæ ab eo lata sit, qui iurisdictionis vsu carebat, at, vbi sententiam nullam esse manifestò constat, absolutio nulla requiritur, vt habetur in c. cùm cōtingat de off. deleg. & ibi not. Abb. & in c. p tuas de sent. excom. si verò id minùs probet, simpliciter, & non ad cautelam absoluitur iuribus proximè citatis. Atqui à priori sententia discedendum non est: nec proposita ratio repugnat; nam, etsi appellatio sententiam antecessit, idq; probatum est, non tamen necessariò consequitur, vt sententia semper nulla sit; quid enim, si appellationis causæ futiles, & non probabiles sint, quo casu recipiendę non sunt? vt probatur in c. cùm appellationibus lib. 6. & vt sensit Abb. in cit. c. per tuas in fin. planè, etsi appellationē censurā antecessisse probatur, non tamen, an appellationis causa vera sit, adhuc apparet, atq; ob eam rem nec, an sententia censuræ nulla, constat; non igitur ratio hæc necessariò cōcludit; atq; sic respondit Gloss. pęn. in c. venerabilibus. §. fin. de sent. excō. lib. 6. & Felin. in eod. c. Apostolicę. nu. 18. vers. Si diceres probandum de except. quæ autem de

hac nullitatis causa diximus, eadem & de alijs causis sentimus: si ergo nullam esse censuram dicatur, propterea quòd intolerabilem errorem continet, vt pote, quia se propterea excommunicatum asserit, quod eleemosynam Titio pauperi tribuit, in domumq; eundem recepit, idq; probatum sit, non cõtinuò tamen sententia nulla erit; quid enim si Titius ille exul esset, ac propterea omnibus prohibitum, ne opem ipsi ferrent, nullaq; in re ei subuenirent, quod nostrorum temporum exulibus contigit, & pro conseruãda, exequendaué iustitia, iudex censuram tulisset? sanè intolerabili errore probato, non statim sententia censuræ nulla erit, atque sic sensit Gloss. in cit.c. venerabilibus. §. potest quoq; in verb. Iustitia; excommunicatus ergo, quò absolutionẽ ad cautelam consequatur, vel intolerabilem errorem in sententia esse, vel aliud, quod ipsam nullam reddat, probare debet, alioquin nõ absoluetur, vt dixit Inn. in cit. c. solet in verb. Contradictionis nu. 3. & Conar. in c. alma pars. 1. §. 12. nu. 7. vers. Attamen licet tempore, quo petitur de sent. excom. lib. 6. an autem hæc probata vera sint, post absolutionem tributã id diiudicabitur, atq; sic dixit Gloss. pen. in §. fin. & Abb. in eod. c. per tuas, & citati autores proximè. Non necessariò tamen requiritur, vbi se absolui ad cautelam quis postulat, sententiam nullam dicendo, vt causa, quamobrem nulla est, ab eo tunc exprimatur; nam, ex quo sententiam nullam dicit, ex quacunque causa nulla sit, satis concluditur absolutionem huiusmodi condonandam esse, atq; sic sensit Rot. decis. 6. incip. Nota, ꝙ, vbi pars dicit de sent. excom. in antiq. & Gemin. in eod. c. solet §. in secunda. nu. 7. vers. Sed pone, & Couar. eod. nu. vers. Et petens absolutionem; etenim & qui appellat, propterea quod locus tutus ipsi assignatus non est, sat est ei dicere locum tutum non esse, quamuis tunc huius rationem non exprimat arg. c. ex parte de appell. & facit l. fin. C. de annal. except. nec huic obstat c. dilectus de rescript. vbi rescriptum non valere dicitur, propterea quod excommunicationis causæ nulla mentio facta dicebatur; nam ibi de absolutione à sententia iusta agitur, quæ pro causæ ratione modò faciliùs, modo difficiliùs conceditur, quod secus est, vbi nulla dicitur; nam, ex quacunq; causa nulla sit, semper absolutio conceditur, atque sic Gemin. eod. respõdit. Excipitur quoq; iudicium animæ; nam, si probare non potest, tamẽ absoluitur, ita Inn. in cit. c. solet in verb. Contradictionis. n. 3. Item absolutio ad cautelam non tribuitur, vbi sententiam ab ordinario latam esse excommunicatus inquit, à quo se exemptum dicit, nisi semiplenè saltem se exemptum probet; sic enim inquit Inn. in c. venerabili. num. 5. vers. Item tales quæstiones de cens. in antiq. & in cit. c. solet in verb. Pro manifesta, & sequitur eum Phil. Franc. in vers. Quintò quærit, ibi quando autem diceretur, & Rot. decis. 6. incip. Si quis petit se absolui ad cautelam de sent. excom. in nou. & decis. 7. incip. Not. quod vbi episcopus eod. in antiq. & Couar. eod. num. vers. Quòd si excommunicatus: idq; meritò, nam ordinarius commune ius pro se habet, ac propterea, nisi absolutionem petens se exẽptum aliquatenus probet, audiri non debet arg. c. fin. de restit. spol. lib. 6. Item manifesta offensa hæc esse existimatur, vbi ordinario suo non paret, vt ait Inn. eod. quo casu nisi post satisfactionem absoluitur ob cit. c. solet. Accedit, ꝙ, si contrarium diceremus, ordinaria iurisdictio illuderetur; nam quisq; statim se exẽptum allegaret, ꝙ absurdũ est arg. c. cùm inter de cõsuet. & Clem. 1. de sent. excom. Contrariam tamen sententiam sequuntur Host. & Io. And. nam inquiunt ipsi, ex quo sententia nulla dicitur, absolutio hæc concedi debet: nec repugnat absurdum illud, dicebant ipsi; quandoquidem & vbi ob aliam causam nulla diceretur, id absurdi contingere posset: preterea ad absolutionem hanc tribuendam ij, quorum interest, citantur; ergo ipsi exemptum eum non esse probabunt; postremò addebant ipsi, vt mendax puniretur. Horum responsiones, mihi non probantur. Non prior, quoniam allegare in conueniens rationem tollere non est arg. l. ratas. C. de rescind. vend, & præsertim quod, vbi ob aliã causam sententia nulla dicitur, non sic de manifesta offensa constat. Non altera etiam responsio; quoniam, ex quo ordinarius in possessione excommunicandi est, atque pro ipso ius est, probandi onus in alium transfert arg. cit. c. fin. de restit. spol. & §. retinendæ in Instit. de interdict. Non deniq; postrema, quoniam satius est, ne malum eueniat, cauere, quàm, posteaquam venit, medicinam ei facere; à priori sententia igitur non discedemus. Excipitur tamen, vbi, an episcopus in excommunicandi possessione sit, dubitatur; nam, esto, excommunicare posset, nisi tamen possessionem ipse probet, absolutio ad cautelam præstabitur, atque sic conclusit Rot. in cit. decis. 7. & Inn. in cit. c. venerabili. num. 5. vers. Item dixerunt quidam, atq; in hoc casu sententia Host. & Io. And. locum habebit. Tertiò absolutio hæc non tribuitur, vbi, qui eam petit, cauere de parendo ecclesię nollet; huiusmodi enim absolutio nisi post præstitam cautionem tribuitur, vt probatur in c. venerabili de sent. excom. in antiq. & in eod. c. solet, atq; sic dixit Abb. in c. cùm contingat, nu. 2. in fin. de off. deleg. & Gemin. in cit. c. solet.

§. in

§. in secunda.nu.9.vers. Ad secundam, ibi est & alia cautela, & nu.13. vers. Ad sextum, & Anch. nu.3.vers. Quintò not. & nu.5.vers. Ad secundum, & vers. Ad sextum: qua ratione autem cautio
14 hæc tribuatur, & vbi locum non habeat, declarauimus nos supra † Postremò non tribuitur, vbi non petitur; consueuerunt tamen sacerdotes spontè pœnitentibus eam condonare, id quod efficitur, ne sacramenti effectus impediatur: an autem inuitis absolutio hæc tribui possit, disputauimus hoc itidem supra. Tertiò respectu habito ad iudicem absolutio hęc non tribuitur, vbi
15 iudex eam tribuere nō vult. † An igitur in iudicis manu est eā tribuere? Inn. in eod.c. solet.n.7. vers. Sol. aliud est dimittere, in iudicis arbitrio id collocatum esse asseruit; idem inquiunt Io. An. & Host. quos refert, ac sequitur Phil. Franc. in cit.c. solet in prin. vers. Decimò quærit, & Gemin. §. in secunda vers. Ad decimum, & Anch. eod. nu. 2. vers. Tertiò not. Probatur autem horum sententia primò hac ratione, quoniā absolutio hæc ex gratia conceditur; nam, si summo iure agatur, priùs de veritate causæ cōstare debet, ac deinceps, vt res postulat, absolutionem concedere, vt habetur in c. cùm contingat de off. deleg. si ex gratia igitur conceditur, iudices ad eam præstandam non compelluntur: hæc ratio mihi non quadrat; nam locum habere posset, vbi dispositionem solùm haberemus cit. c. cùm contingat; at cùm & dispositionem habeamus eius c. solet, quod ius nouum affert, sicut declarat verbum illud Statuimus, quod ius nouum infert, vt sensit Gloss. in c. eos in verb. Decernimus eod. planè huic iuri stabimus, vt absolutio hæc nec à iudice denegetur. Vnde secundò pro hac sententia sic argumentantur, iura, vbi de absolutione hac loquuntur, ijs verbis vtuntur, quę in iudicis arbitrio id collocatum esse significant; nam in c. venerabilibus. §. sed si ex causa, & §. potest quoq; cum seq. vbi de absolutione hac agitur, absolutionem hanc ab Archiepiscopo tribui posse, non autem debere dicitur; ergo ad hanc absolutionem tribuendam iudices non compelluntur: hęc itidem ratio mihi nō satisfacit; nam ibi Rom. Pont. iudicem instruit, quid faciat; non autem in manu eius ponit, an absolutionem hanc condonet. Quare contrariam sententiam, vt iudices ad id compellantur, non nulli amplexati sunt. Probatur autem in eod.c. solet, vbi, vt absolutio hæc non negetur, Rom. Pont. statuit; ergo iudex eam condonare debet: qui contrariam sententiam sequuntur, non negandam esse dicunt, vbi aut excommunicator, aut aduersarius se illi opponit, secus autem, si iudex, qui, vt absolutionem concedat, aditur, id nollet: hæc responsio mihi vera non videtur; nam Rom. Pont. regulam ibi constituit, vt petenti hæc absolutio non denegetur: deinde volens ipsam ampliare inquit, etiam si excōmunicator, aduersariusuè se opponat, tamen denegandam non esse, iudicis autem, à quo absolutio petitur, mentio nulla fit: id quod summa ratione factum est; quandoquidem, ex quo nihil eius interest, existimandum non erat ipsum eam denegaturum, vt qui æquitatem ob oculos semper habere debeat arg. l. quod si Ephesi. ff. de eo, quod certo loco, & subiectorum saluti consulere. Quid igitur concludendum, ego posteriorem hanc sententiam amplector, vt. s. iudex, ad huiusmodi absolutionem tribuendam cōpellatur. Et primò, quoniam Rom. Pont. pro regula ponit in eod.c. solet, vt absolutio non negetur; In prima igitur dubitatione, dicitur enim ibi, sic statuimus obseruandum, vt petenti absolutio non negetur; Ecce hic regulam simpliciter ponit; ergo simpliciter, atque ob eam rem, & generaliter intelligi debet arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. & l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præst. neq; à iudice igitur negari potest. Confirmatur hoc, quoniam à regula casum vnum excepit, quo absolutio hæc impeditur, vbi. s. manifesta offensa probatur; ergo, eo casu excepto, à regula non discedemus, exceptio enim regulam cōfirmat, vt DD. inquiunt in l. 1. ff. de reg. iur. & arg. l. nam, quod liquidè. ff. de pœn. leg. ac planè si excipere iudicem voluisset, id dixisset: nec facit, si dicatur Rom. Pont. solùm non negandam absolutionem dixisse, vbi aut excommunicator, aut aduersarius se opponit, nō autem de iudice; nam, ꝙ sępius, & excommunicator, & aduersarius se opponere solet arg. cap. qua fronte de appell. in antiq. & c. venerabilibus. §. porrò de sent. excomm. lib. 6. rarò autem iudex, qui de absolutione aditur; ob eam rem, iudice tacito, illorum mentio tantùm facta est; at, vbi lex ob frequentiā casum aliquem exprimit, casum, qui rarò contingit, comprehendisse existimatur, vt DD. communiter inquiunt in l. vn. C. de rapt. virg. Secundo loco probatur hęc sententia, quoniam ratio, quamobrem hoc à iure permissum est, fuit, vt periculum animæ in primis tolleretur, vt sensit Gloss. in eod. c. solet in verb. Opponat, & vt nos paulò post probabimus; ergo nec à iudice negari debet, ac potest, ex quo & in ipso proposito ratio viget, ad quam rationem lex interpretanda est, atq; amplificāda arg. l. regula. §. pen. cum seq. & ibi not. ff. de iur. & fact. ignor. Accedit, ꝙ animæ fauor hic versatur; ergo amplificandus arg. l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fund. Postremò facit pro hac sententia, quòd beneficium hoc non iudicum gratia, sed ipsorum, qui absolutionem

lutionem petunt, ob animæ salutem concessum est; ergo à iudice ipsis auferri non debet arg.c. indultum de reg. iur. lib.6.& præsertim, quia beneficium principis est, ac propterea per quam latissimè interpretandum, vt dicitur in l.beneficium.ff.de const.prin.ex quo igitur hæc verba legis generalia sunt,& ratio in absoluente itidem locum habet, & de fauore animæ agitur iudicē absolutionem hanc denegare non posse, nisi quatenus iure permissum est, concludendū esse censeo; sed de hac regula satis. Quamobrem autem absolutio ad cautelā nominetur, iam dicamus: sed quoniam faciliùs id dignoscetur, explicatis eius absolutionis effectibus; ideo effectus ipsius
16 explicemus. † Effectus igitur primus, sed remotus conscientiæ tranquilitas est; solicito enim animo esse sic affectus potest, ne offendat; vbi, an censura valeat nec ne, veretur, quo casu absolutionem hanc tribui supra probauimus: quam solicitudinem absolutio hæc tollit ea dubitatione remota, atq; tranquillum animum reddit, vt hoc per se patet. Item periculum animæ quis euadit; nam, si censura irretitus sit, quod interdicto ecclesiæ diuinis, excommunicatione eius etiam suffragijs caret, vt probatur in c.si sententia de sent.excom.lib.6. & in c.sacris, & in c.pen.eod. in antiq. anima diuinis præsidijs nudata facilè periclitatur arg.cap.omnis Christianus cum seq. 11.q.3. quod periculum absolutione hac tollitur, ex quo ecclesiæ cōmunio ei [illegible]uitur; si verò censura irretitus quis non sit, dubitare verò de hoc ipsum contingat, diuinis [illegible]iscendo contra conscientiam facit, ac propterea peccat, quæ pecc[illegible]ti occasio hac etiam ratione remouetur. Postremò munera omnia tā diuina, q̄ prosana liberè, ac sine offensa, irregularitatisq; nota obire quis potest; quare excommunicatus à iudicijs non remouebitur, non etiam à diuinis, ac propterea, & alij cum ipso contractus inire, diuina ipsi administrare, ab eodemq; ipsa suscipere pos-
17 sunt. † Hi sunt igitur absolutionis huius effectus: ex quibus, quamobrem sic nominetur, facilimè dignosci potest; nam, quòd, per ipsam cauetur, ne solicito animo quis sit, ac ne contra conscientiam faciat, item ne anima periclitetur, postremò, vt omnia, sicut priùs, sine offensa, liberèq; obeat, ac demum, ne in diuinis, profanisq; vitetur, ob eam rem absolutio ad cautelam dicitur; nē vllum enim ex propositis cōtingat, ipsa cauet, atq; sic sensit Gemin.in eod.c.solet.§ in secunda.nu 9.vers. Ad secundum, & Phil.Franc.eod.in prin.vers. Secundò quærit, & Anch.vers.
18 Ad secundum. † Ex his etiam patet, quamobrem absolutio hæc tribuatur, ne.s. animæ salus periclitetur, vt sensit Gloss.in cit.c.solet in verb. Opponat, & ne vitari in iudicijs, extrauè iudiciū tam in prosanis, quàm in diuinis queat, vt dixit Anch.in eod.c.solet vers. Quarto ad octauum, & Philip. Franc.in prin.vers. Octauò quærit Io.And.& Gemin.§.in secunda.num.15. vers. Ad
19 octauum; ob has igitur rationes absolutio hæc tribuitur. † Atqui absolutio huiusmodi à quo tribui potest? hoc enim postremum est, quod explicandum nobis de ipsa proposuimus. Gloss. 3.in cit.c.solet à superiore excommunicatoris, ac propterea à quolibet ordinario eā tribui posse existimauit, & in hoc cum ipsa sentiunt Gemin.ibi.nu.16.vers. Et not.istam Gloss.in princ.& Phil.Franc.in Gloss.2. Ego autem, vt rem hanc dilucidiùs explicem, quò ad iudicem ordinariū sic distinguendum censeo, aut quis dubitat, an in censuram iuris inciderit, ac propterea absolutionem huiusmodi petit: & in hoc casu, qui absoluere simpliciter potest, vbi pro certo habetur in censuram ipsum incidisse, & ita ordinarius, vt habetur in c.nuper de sent.excom. hic idem in hoc casu absoluere poterit; tum quia nulla ratio contrarium suadet, ergo idem in vtroq; casu statui debet arg.l.illud.ff.ad l. Aquil.& c.cùm dilecta de confirm. vtil.vel inutil. tum quia lex neminem alium, qui absolueret, designauit, ergo ille idem, qui simpliciter absolutionem tribuit, hāc etiam absolutionem cōdonabit: quis autem absolutor hic fiet, declarauimus supra c.10. Aut de censura ab homine lata quæritur. Et in hoc casu vel, qui eam tulit, absoluere vult, & sine dubitatione ipsum id posse concludimus; non enim vetitum id ei est, ac propterea, permissum id ei esse dicimus arg.l.ab ea parte, ff.de prob. accedit, quia, vbi sententia valuit, sed non ritè lata est, tollere ipsam potest, vt habetur in c.facto de sent.excom. ergo multo magis vbi, an valeat nec ne, dubitatur, atq; sic inquiunt Host.& Io. And. quos refert, ac sequitur Phil. Franc.in cit.c.solet in prin.vers. In Gloss.2.& Gemin.n.15.vers. In fin. Gloss.& Couar.in c.alma pars.1.§.12.num.8. vers. Poterit, & ipsemet excommunicator de sent.excom.lib.6.nec repugnat, quòd in eod.c.solet iunct. Gloss.3. videtur per superiorem excommunicatoris absolutionem hanc tribuendam esse; nam id propterea ibi dicitur, quoniam verisimile non est, qui excommunicauit, ne factum suum improbet, & nullum esse asserat, absolutionem hanc tributurum esse, sed contra potius, ne ipsa tribuatur, elaboraturum arg.c.solet vers. Quamuis in hoc excommunicator, vel aduersarius se opponat, & c.venerabilibus.§.porrò vers. Similiter eod.lib.6.& cit.c.sacro.§.caueat eod.in antiq. Vel absolutionem tribuere nō vult, & in hoc casu superior adhibitur, qui absoluet, vt di-

vt dicitur in c.solet: qui autem soperior hic fiet, declarauimus supra cap.4.§.1. absoluere igitur
à censura eùm ab homine, tum à iure lata simpliciter qui potest, & ad cautelam poterit. Quare
non Romanus Pont. modò, sed & inferiores ordinarij iudices absolutionem hanc subiectis tri-
buent, vt probatur in cit.c.solet, & in eod.c.venerabilibus.§.potest quoque, & vt sensit Gloss.3.
in cit.c.solet, & Philip.Franc.ibidem, & Gemin.num.15.vers.In fin.Gloss.& Abb.in c.per tuas
in fin.de sent.excom. Nec repugnat cit.c.per tuas in vers. Quamquam Apostolica Sedes etiam
talem consueuerit absoluere ad cautelam, quasi ex hoc probetur Rom.Pont. absoluere hac ra-
tione tantùm posse; nam non ibi quidpiam, quod proprium Rom.Pont. sit, ponitur, sed quid in
huiosmodi dubitatione fiat, dicitur, atque sic Io. And.& Gemin.in eod.c.solet, in prin.num.15.
20 vers.In fin.Gloss.respondent. † Sed de iudice ordinario hactenus, iam de delegato iudice aga-
mus. Inn. igitor in cit.c.solet, vbi quæstio hæc in primis disputatur, delegatum iudicem absol-
uere ad cautelam non posse, etiam si Rom.Pont. delegatus sit, asseuerauit, eandem opinionem
sequuntur quoque cit.Gloss.3.& Host.& Gemin. qui ipsum refert.num.5.vers.In fin.Gloss.tan-
dem magis communem dixit Couar. eod. num.8.vers. Iudex verò delegatus. Probatur au-
tem horum sententia hac potissimum ratione, quoniam delegatus iudex id solùm potest, quod
ei speciatim permissum est, & sine quo causa expediri non valet, ergo absoluere non potest; nam
hoc ei speciatim commissum non esse facimus, & sine absolutione huiusmodi expediri negotiū
potest: causa enim cognita si constiterit ipsum excommunicatum esse, eum absoluet, atque sic
Gloss. argumentatur, & Inn. eod. Contrariam sententiam amplexati sunt Archid.& Bern. vt re-
fert cit.Gloss.3.& Anch.eod. vbi supra, eandem vsu, & praxi receptam esse extra Romanā cu-
riam testatur Couar.eod. Probaturq; horū opinio hac ratione, quoniā absolutio testis ad tem-
pus, quò s. testimonium ferat, absolutio ad cautelā est (fit enim, quò actus valeat, pro quo testi-
monium fertur) at absolutio hæc à delegato fit, vt habetur in c.veniens.2.in fin.de testib. ergo
absoluere hac ratione delegatus potest. Horum ratio mihi non probatur; nam huiusmodi abso
lutio testis non huius generis est, qua de agimos: id quod hinc patet, φ testimonio lato statim
in excōmunicationē incidit. Item ad eum actū tantùm habilis redditur, & nō ad omnia. Præte-
rea nō ob animæ periculō omnino tribuitur. Demum absolutio huiusmodi tribuitur, vbi & pro
certo quem excommunicatum esse scitur, quorum contrarium in absolutione ad cautelam ser-
uatur, vt vidimus; ex quo igitur alia absolutio est, ab ea argumentum ad hanc summi nō potest
arg.l.Papinianus exuli.ff.de minor. Secundò pro hac sententia citatur c.ad præsentiam de ap-
pell. nam ibi delegatus Rom Pont. ad cautelā absoluit; ergo delegatus absoluere potest Gloss.
ibi responsiones duas quorundam referebat. s. id propterea ibi factum, vel φ esset ipsis cōmis-
sum, vel φ auditores, ac propterea ordinarij iudices essent: quæ responsiones mihi non proban
tur; tùm φ diuinant (ex quo nullum de his verbum ibi fit) tum φ de auditoribus, ordinarij sint
nec ne, Doctores inter se non conueniunt; responsio ea igitur mihi vera esse videtur, vel ipsum
excommunicatum ad excōmunicatorem remissum, fecerunt enim eum absolui, vt ibi dicitur;
vel, si suas partes alteri mandarunt, id propterea factum, quòd causa, quamobrem excommu-
nicatus ille dicebatur, delegata ipsis esset, quo casu absoluere delegatus potest arg.c.pruden-
tiam.§.Sexta vers.Cæterùm de off.deleg. Tertia fuit opinio etiam Io.Mon. quam consultò præ-
termittimus, vt quæ minùs etiam mihi satisfaciat. Ego igitur sic distinguendum censerem. Aut
delegatis commissa causa est, vt ipsam cognoscant, an scilicet excommunicatio valeat nec ne,
ac demum, vt illam expediant, & in hoc casu absolutionem ad cautelam ab eis tribui non posse
sentio; egrederentur enim mandati fines contra iura supra citata, & l.diligenter. ff.mandati,
Aut commissa ipsis eius causa est, qui ob aliam excōmunicatione fuit irretitus, & hunc ad suum
excommunicatorem remittent arg.c.prudentiam.§.Sexta vers. Ita, vt si propter aliam iustam
causam de off.deleg. Excipitur tamen, vbi dolo absoluere nollet; tunc enim delegati absoluent,
vt ibi dicitur, & in his casibus Inn.causa locum habebit. Aut ea commissa fuit, quamobrem ex-
communicatus est, & tunc à delegato absolui poterit, ex quo in ea causa ipsius iudex esse cepit,
vt probatur in cit.§.Sexta vers.Cæterùm, & in hoc casu altera opinio locum sibi vindicabit. Ex
his iam patet nos de delegato eo agere, cuius delegationis mandatum valuit, alioquin nulla ra
tione absolueret, vt sensit Abb.in cit.§.Sexta. Postremò de delegatis, qui non excommunica-
runt; nam excommunicatores & simpliciter, & ad cautelā absoluere posse proximè supra pro-
21 bauimus. † Atqui an absoluendi à censuris facultate concessa, & ad cautelam absoluendi facul
tas concessa intelligetur? Nauar.in Man.c.27.nu.278.vers. Quartò dico, facultatem hanc non
concessam censuit, Et hoc p Gloss.fin.c.capitulū de rescript. quæ ait, vbi absolutio ad cautelam
tribuitur

tribuitur, id exprimi. Contrariam ſententiam tamen ego veriorem cenſeo. Primùm, quoniam abſolutio ad cautelam eſt ſpecies abſolutionis, ſicuti abſolutio ſimplex; ergo conceſſa ſimpliciter facultate abſoluendi, vti genere cōceſſo, tam facultatē abſoluendi ſimpliciter, quàm ad cautelam conceſsā dicemus; nam genus non magis de hac, quàm de illa ſpecie, ſed æquè de omnibus dicitur, vt logicæ facultatis magiſtri docent: etenim excommunicationis ſimpliciter mentione facta, & maior, & minor excommunicatio, comprehenditur, vt habetur in c. pen. de ſent. excom. Præterea facit, quoniā abſolutio materia gratioſa eſt arg. l. Artianus. ff. de act. & oblig. ergo ſimpliciter conceſſa facultate abſoluendi, & ad cautelā abſoluendi facultatem conceſſam interpretabimur arg. c. odia de reg. iur. lib. 6. Accedit poſtremò communis vſus eccleſiæ; nam, etſi abſoluendi à minori excommunicatione ſimpliciter facultas parochis, ac ſacerdotibus, qui pœnitentes audiunt, data eſt per c. nuper de ſent. excom. tamen & ad cautelam abſoluunt; vbi ignorant, dubitantuè, an pęnitentes excommunicati ſint: qui vſus & à doctis viris probatur, vt ait idem Nauar. eod. c. nu. 278. verſ. Tertiò. Non obſtat modò dictum Gloſſ. nam ipſa loquitur de abſolutione ſimpliciter tributa, nōn de abſoluēdi facultate tradita; quod dictum verum eſt; quoniam, vbi purè tribuitur abſolutio, non intelligitur abſolutio ad cautelam; quandoquidem abſolutio hæc non purè, ſed ſub conditione condonatur, vt antea vidimus: ab hac opinione igi-
22 tur, vt quæ animarum ſaluti conſulit, diſcedendum non cenſerem. † Quæ autem ſeruanda ſunt, dum abſolutio hæc tribuitur, quò ad forum fori habentur in c. ſolet de ſent. excom. lib. 6. nam citatur aduerſarius, & cauetur, vt ibi dicitur, vt ſenſit Nauar. in eod. c. 27. nu. 278. verſ. Quintò dico. In foro autem pœnitentiæ, ſeu conſcientiæ omiſſa citatione, atque plena cautione, ſimplex promiſsio ſat eſt; nam, modò ſimpliciter promittat excōmmunicatus ſe ſatisfacturum, ſi excommunicatus probabitur, ab excommunicatione abſoluetur, vt dixit Nauar. in eod. c. n. 278. verſ. Sextò, ibi dixi in vtroque: Abſolutio hæc demū ſub conditione tribuitur, vt exempli gratia Abſoluo te, ſi excōmmunicatus es, vt ex dictis colligitur, & facit c. 1. de bapt. vel quantum poſſum & indiges, vt communis vſus declarat, & ſenſit Nauar. eod. nu. 278. verſ. Tertiò, vel ad cautelam; nam & hac ratione tribui poteſt: ſed de his iam hactenus, ad ea, quæ eidem formæ ineſſe debent, ſed non neceſſariò, tranſeamus.

De ijs, quæ formæ neceſſariæ abſolutionis cenſuræ eccl. ineſſe debent, ſed non neceſſariò. Cap. XXIII.

SVMMA.

1 *Abſoluens exprimi in forma debet, etſi non neceſſariò.*

2 *Abſolutio dum fit, an cenſuræ mentio facienda ſit, vt potè Abſoluo te ab excōicatione, etc.*



1 Nneſſe † itidem ipſi formæ abſolutionis hinc, etſi non neceſſariò, debet abſoluentis ſcilicet mentio expreſſa, vt potè, Ego, vel Nos; forma enim ſic concipi ſolet Ego abſoluo te ab excommunicatione, vel Nos abſoluimus: quamuis, ſi prætermittatur, nihil obſit; quandoquidem primæ verbi perſona pronomen illud tacitò includi Grammatici docent; & apud iuriſconſultos par virtus taciti, atque expreſsi eſt
2 arg. l. cùm quid, & ibi not. DD. ff. ſi cert. pet. † Atqui, an illud Ab excommunicatione, à ſuſpenſione, interdictouè ſi omittatur, abſolutio valebit? vt ſi dicatur Abſoluo te, non addito Ab excommunicatione. Planè, quòd verbum Abſoluo ad diuerſa trahi poteſt ad peccatorum ſ. aliarumq; pœnarum abſolutionem, vt, in quam partem accipiatur, dignoſci poſſit, exprimendum id eſſe videtur, atq; ſic ſenſit Syl. in verb. Abſolutio, 6. nu. 2. verſ. Quartum, ibi in alijs. Contrarium nihilominus amplexandum cenſeo, vt ſ. expreſsio cenſuræ neceſſariò non poſtuletur. Primò, quoniam in ſacramento pœnitentiæ adminiſtrando, vbi abſolutionis præſcripta forma eſt, ſufficit dicere Abſoluo te, nulla peccatorum mentione facta, vt inquit Syl. eod. vbi quamplurimos idem ſentientes refert, & vt nos probauimus in Comment. noſtr. de pœnit. c. 22. nu. 2. ergo multò minùs in abſolutione hac cenſuræ mentio poſtulabitur; ex quo in ipſis certa forma præſcripta non eſt. Poſtremò, quoniam, ſi abſolutio excommunicationis petatur, & iudex reſpondeat Abſoluo te, eod. verſiculo Ab excōicatione prætermiſſo, tamen illam reſponſionem ad petitionem factā interpretamur, vt ſcilicet ab excommunicatione abſoluat; ſic enim & cùm quis ei, qui decem ſtipulatus eſt, ſimpliciter inquit Spondeo ipſorum decem mentione non facta,

ſtipulatio

stipulatio valet, vt habetur in §.prӕterea in Instit.de inutil stip. & tamen in stipulatione respōsio ad interrogationem accommodata esse debet arg.§.si de alia re in Instit. de inutil. stip. & l. 1.§ si quis simpliciter.ff.de verb.oblig. Nec repugnat, quod dicebatur, verbum illud Absoluo ad diuersa trahi; nam tractatio antecedens, petioq; absolutionis id declarat arg.cit.§.prӕterea: non tamen prӕtermitti debet, quandoquidem dilucidiùs cognoscitur, cuius censurӕ absolutio tribuatur; sed de forma huiusmodi hactenus, ad eam, quӕ, etsi requiritur, non tamen necessaria est, transeamus.

De forma absolutionis censurӕ ecclesiasticӕ non necessaria, quӕ post absolutionem adhibetur. Cap. XXIIII.

SVMMA.

1 *Denunciari absolutus à censura quis debet, vbi denunciatus fuerat ea fuisse obligatus; quӕ regula declaratur, quatenus pateat.*
2 *Semel excommunicatus semper existimatur esse excommunicatus, quousque absolutus probetur.*
3 *Absolutio censurӕ qua ratione probetur.*
4 *Absolutio tributa in foro conscientiӕ probatur per ipsum sacerdotem, qui absoluit.*
5 *Probans se pro absoluto habitum an probet absolutionem.*
6 *Denunciatio absolutionis an absolutionē probet.*
7 *Denūciatio absolutionis quādo faciēda nō est.*



1 Vblata deniq; per absolutionem censura ecclesiastica; † hoc vnum faciendum restat, vt absolutio in ijs locis denuncietur, in quibus censura constrictus esse denunciatus est; nam, sicut prior denunciatio fecerat, vt in ijs euitaretur, quӕ per censuram ei prohibita erant; ita posterior hӕc, vt in omnibus recipiatur, efficere debet; vnum enim quodq; tollitur eo modo, quo inductum est arg.c.omnis de reg. iur.& l.nihil tam naturale.ff.eod.& absolutionem tributam esse factum quoddam est, quod pro facto non habetur, nisi probetur arg.l.in bello.§.infectӕ.ff.de capt. & postlim. reuers. hinc, vbi sententia nulla est excōicationis, si tamen denunciatio facta est, denunciari tamen nullam esse esse dixit Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.31.de excom. & hoc ob scandalum vitandum; secus autem, si scandalum non timeatur, vt ait Felic.eod.cap.29. Denun-
2 ciatio igitur, vt diximus, fiet; † alioquin semel excommunicatus, quousque ipsum absolutum constet, semper pro excōmunicato habebitur arg. Clem.religiosi vers.Donec de absolutione, & & ibi not. Anch.nu.8.de priuil.& vt inquiunt Inn.in c.proposuit, & Gloss.ibi in verb. De absolutione, & Abb.num.4.vers.In Gloss. 2.de cler.excom.min.& idem Abb.in c.cùm in iure in fin. de off.deleg.& in c sicut, vbi quoque Felin.de sent.excom.& Alciat.de prӕsumpt.prӕsumpt.6. reg.2. nu.1.& Couar.in c.alma pars.1.§.secundus.nu.6.de sent.excom.lib.6. idq; meritò, excommunicatio enim temporis interuallo non tollitur, ac propterea semper inesse existimatur; nam qualitas, quӕ tēpore non tollitur, perpetuò adesse existimatur, vt dixit Abb.in eod. c.proposuit.nu.4.& Marc Ant.Blanc.in tract.de indit.nu.135. probari ergo se absolutum ab excōi-
3 catione quis debet. † Atqui qua ratione absolutio probabitur? his sanè rationibus: Primùm literis, instrumentoq; authentico absolutionis, vt dr̄ in c.sicut nobis, & ibi not. Abb.Felin.ac DD.de sent.excom.nā & ob hanc causam admonuit absolutum Gloss.vt eas literas custodiret, quò per ipsā se absolutū probaret in cit.c.cùm in iure in verb. Caueat, & Abb.quoq; idē inquit ibi in fin.ead.Gloss.& in c.proposuit in verb. De absolutione, vt literas absolutionis sibi dandas curaret, eundem edocuit, id quod & Abb.ibidem tacitò significauit. Secundò probatur etiā absolutio per testes arg.cit.c.sicut nobis, & vt sensit Glos.ibi in verb.Alio modo, & Inn.& Abb. vers.Secundò not.& Felin.vers. Item nota, ꝙ absolutio; etenim legitimè probari absolutio hӕc debet arg.cit.c.sicut, ibi modò legitimè; at legitima probatio per testes in primis fit arg.tot.tit. extra de test.& l.1.ff.de fid.instrum.ergo & per testes absolutio probabitur; hinc Felin.in eod. c.sicut, vbi quis absoluitur, vt testes adhiberentur, admonuit, idem dixit quoq; Nauar.in Man. cap.27.num.278.vers. Septimò; nam, vbi committitur confessario specialis alicuius absolutio ad cautelā in vtroque foro, ait hunc debere absoluere corā notario, & testibus, vel testibus saltem, vt absolution ēprobare posit, quӕ nō prӕsumitur: duo autem esse testes debent; tum ꝙ in


Bsolutis communibus causis censuræ eccl. iam de communibus accidentibus, quæ ab ipsis causis emanant, agamus: & quoniã de ijs, quæ ab efficiẽte causa proficiscuntur, satis dictum est, vbi de efficiente causa egimus; ob eam rem de aliarũ causarum accidentibus, & primùm de ijs, quæ à fine proficiscuntur, pertractemus.
1 A fine igitur accidens hoc primò enascitur. † Necessitas ipsius censuræ institutionis, id est an necessariò ecclesia censuras quo ad modos instituerit: id quod planè simpliciter necesse non fuit; nã, cùm ecclesia multa pœnarum genera habeat, vt refert Gloss. not. in c. ad reprimendã de off. ord. & Inn. in c. qualiter, & quãdo. nu. 6. vers. Et sunt secundũ leges de accus. & Abb. in c. cùm non ab homine. num. 24. vers. Explicita materia Gloss. de iud. & Host. in tit. de pœn. §. quas pœnas in summ. potuit aut bonorum priuatione, pecuniariaq; pœna, vt habetur in c. pro humani de homicid. lib. 6. & in c. excõicamus de hæret. in antiq. aut corporis iniusta pęna, vt in c. Archiepiscopatus de rapt. & in c. ad audientiã de crim. fals. & in c. ita quorundã de iud. potuit, inquã, Christianos ipsi non obtemperantes, eosdemq; contumaces altera ex his pœnis
2 comprimere: † verùm eadem pia, simulq; prudens mater ecclesia illas pœnas pro sceleris grauitate aliquando inurens, has quoq; censuras quo ad modos, vnde Christi fideles sine grauiori, aut rei familiaris iactura, aut corporis offensa, statusuè perturbatione resipiscerent, medicinæ potius, quàm pęnarum loco, instituit; hinc excommunicatio ipsarum censurarum princeps medicina dicta, eademq; non mortalis, neq; etadiçãs, sed disciplinans nominata est in c. 1. de sent. excom. lib. 6. & in c. multi. 2. q. 1. & in c. notandum. 24. q. 3. prudens planè ecclesiæ consilium; sic. n pius, ac misericors Deus, quo à peccatis resipiscamus, flagellis nos cedit, calamitatesq; infert, vt inquit Bon. distinct. 18. quæst. 1. lib. 4. & Sot. dist. 22. quæst. 1. art. 1. concl. 1. vers. Quod autem possit. Dici quoque tamen aliquo modo potest aliquando necessarias censuras etiam; quid enim si princeps vir esset, qui alijs pœnis affici non posset? in hoc igitur casu necessaria earum institutio fuit; atq; hoc sensit etiam Trid. Syn. c. 3. vers. Quod si executio realis, & vers. Sed si dictę executioni de refor. sess. 25. ex parte igitur necessaria institutio fuit. † Alterũ uerò acci-
3 dens est hoc, ipsius ecclesiæ propositum, id est quæ ipsius ecclesiæ intentio, quodq; propositum in censuræ modis instituendis fuerit. Quod planè, si princeps, ac remotũ quæramus, fuit, vt Christi fideles ipsi obtemperando in hac vita Deum colerent, in alia verò eod. in cœlis beati fruerentur arg. c. audi 11. q. 3. & c. sed illud d. 45. etenim, sicut ciuilis iuris scientiæ subiectum homo iustus est, quò respublica pace fruatur, ita Pontificij iuris subiectum, à quo censuræ modi instituti sunt, homo Christianus ex Christianæ religionis legibus Deum excolens est, vt. s. post huiusce vitæ cursum eo, vt dicebamus, perfruatur, atq; hoc sensisse videtur Gloss. in c. cùm contingat in verb. Debeat de iureiur. & Iac. de Graff. c. 1. nu. 11. in fin. lib. 4. decis. suarum. Si verò minùs remotum spectemus, ecclesiæ propositum fuit, vt Christiani à cõtumacia discederent, suisq; præceptis obtemperarent arg. c. 1. de excep. lib. 6. ob hanc enim rationem censuræ feruntur, vt antea docuimus, quò alicuius contumacia comprimatur. Si deniq; magis proximum spectemus, fuit, vt Christiani spiritualiũ vsu interim carerẽt, sicut antea probauimus: hęc igitur intẽtio, hoc propositũ ecclesiæ in harũ censurarum institutione. De vtilitate earundẽ institutionis agendum quoq; hic esset: sed, quũ ex effectibus iã antea enarratis, & ex ijs, quos deinceps sigillatim enarrabimus, satis cõstabit; ob eã rem consultò id prætermittẽtes ad accidẽtia materiæ transeamus.

De accidente, quod emanat à materia censuræ eccl. Cap. XXVI.

SVMMA.

1 *Species censuræ eccl. tres sunt, excommunicatio, interdictum, ac suspensio.*
2 *Dispensare in irregularitate, in alijsuè pœnis ecclesiæ non potest, qui à censuris absoluendi potestatem tantùm habet.*
3 *Tres censuræ ecclesiasticæ species cur tantùm sint.*
4 *Censuræ ecclesiasticæ species omnes cur non eandem vim habent.*
5 *Excõmunicatio cur alijs censuris grauior sit.*


Materia verò accidens hoc, diuisio. s. censuræ emanat; omnis enim diuisio penes materiam fit, vt Phylosophi docent. † Ecclesiastica censura igitur in tres species,
1 excõicationem. s. suspensionem, atq; interdictum diuiditur, vt declarauit Rom. Pont. in c. quærenti de verb. sign. Quærenti, inquit. n. ibi, quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cùm huiusmodi clausulã in nostris literis apponimus, Respondemus, ꝙ per eam nõ solùm interdicti, sed suspensionis, & excõicationis sententia valeat

intelligi: hæc ibi Rom. Pont. ex quibus quot,& quæ censuræ ecclesiasticæ sint, bellissimè cōstat.
2 † Quare, tributa nobis potestate absoluendi à censuris, ab hisce tantùm absoluemus, nō autem
vota permutabimus, irregularitatis impedimentum tollemus, ecclesiasticasuè alias pœnas con
donabimus; quippe quæ censuræ nomine non comprehendantur ob cit. c. quærenti, & vt dixit
Nauar. in Man. c. 27. n. 25. & Iac. de Graff. c. 15. n. 13. lib. 4. decis. cas. consc. Id quod locū habet,
vel irregularitas inde orta sit, q clericus cēsura irretitus diuina, vt priùs celebrauit; nā absoluen
di à censuris potestatē habens nec cum hoc dispēsabit: declarat id, quod speciatim facultas hæc
conceditur, vt nouissimè per iobelæi bullam Clemens VIII. Pont. Max. concessit anno 1593.
die 4. mensis Martij. Censura eccl. igitur in tres has species diuiditur. Atqui cur tres cēsuræ spe
3 cies, & non plures, paucioresuè sunt? Qua ratione itidem inter se differunt? † Quò ad primum
ob eam rem censura tripertita est; quoniam ipsa, vti pœna quædam vsu bonorum ecclesiæ eum
priuat, quem suo vinculo constringit; priuatio autem aut oīum bonorum, aut partis esse tantùm
potest; atq; in vtroq; casu aut actiuè,& passiuè, vt ita dicā, aut altero modo tantùm (priuari aūt
quem bonis actiuè,& passiuè, accipio, vbi nō solū quis prohibetur, ne ecclesiæ bona ab alijs ipse
suscipiat, sed ēt ne alter ea ipsi administret arg. §. testamenti autē factionē,& ibi Gloss. in Instit.
de hæred. qualit. & differ. actiuè quidē administrando, passiuè autē suscipiendo, vt sensit Gloss.
in cit. §. testamētum) omniū autē ecclesiæ bonorū vsu actiuè,& passiuè per excōicationem quis
priuatur; nā excōicatus & hominū,& sacramentorū cōione caret, vt hr in c. pen. & ibi not. DD.
de sent. excom. itē actiuè,& passiuè, quandoquidē neq; ipse alijs sacramenta administrare, neq;
ab alijs ea ipse recipere, non aliorum cōmunione vti, nō ipsius alij vti possunt, vt probatur in c.
excōicatos cum duob. seq. & in c. quoniā multos. 11. q. 3. Vsu verò partis bonorum ecclesiæ per
alias censuras quis priuatur, sed per interdictū actiuè,& passiuè, per suspensionē autē actiuè tan
tùm. Nā ecce interdictus diuinorū ecclesiæ vsu solùm caret, vt probatur in c. si sententia, & in c.
fin. de sent. excom. lib. 6. itē actiuè, ac passiuè; quoniā, neq; diuina suscipere, neq; alteri ea admi-
nistrare valet, vt hr in cit. c. si sententia in fin. & in c. epōrum vers. Aut excōicatis de priuil. eod.
lib. 6. & in c. 3. cum seq. de cler. excom. min. in antiq. At suspensione actiuè tantùm vsu spiritua-
lium ecclesiæ quis spoliatur; nā solùm prohibetur, ne ex officio, & vt clericus ecclesię functiones
obeat, vt hr in c. 2. de cler. excō. min. & c. 1 §. si quis ecclesiasticus de re iud. lib. 6. & c. 1. §. 1. si quis
autē iudicū de sent. excom. eod. lib. ob hanc igitur causam, q. s. aut vsu bonorum omniū ecclesię
priuari possumus, aut partis, & in vtroque casu vel actiuè, passiuèq;, vel altero tantùm modo,
non plures, paucioresuè tribus censuræ sunt, essene possunt. Rō quoq; alia reddi potest, quamo-
brē censura tripartita sit; nā, si eos, qui ipsa cōstringuntur, spectemus, hi aut clerici, aut laici, aut
loca sunt; suspensione clerici solū afficiuntur; laici verò excōicatione sepius obligantur; loca de-
niq; interdicto tantùm subijciuntur arg. c. postulasti. §. fin. de cler. excom. min. & c. priuilegiū, &
ibi not. Gemin. nu. 3. de verb. sign. lib. 6. & idē sensit Anch. de sent. excom. lib. 6. quāuis & cleri-
ci excōicatione, nec non interdicto, sicut & laici obuoluantur; potior tñ superior rō mihi esse vr.
4 † Verùm cur excōicatione vsu oīum bonorū ecclesiæ tam actiuè, q̃ passiuè priuamur; interdicto
autē vsu diuinorū tantùm, sed actiuè, & passiuè; suspensione verò spiritualiū functionū ecclesiæ
vsu actiuè solum? Ad hoc respondetur id propterea fieri, qm̄ excōicatione nos ecclesiæ cōione
priuamur, quatenus cōio ecclesiæ est; at cōio hæc tam diuinorū est, q̃ Christi fidelium, & hæc po
strema, & in profanis est; item tam actiuè, q̃ passiuè ipsa priuamur; quoniā, ex quo per excōica-
tionem huius cōionis vsus nobis adimitur, nulla rōne vti ea possumus, semper. n. esset hoc eccle
siæ cōione vti; nā, vel actiuè, vel passiuè illa vtamur, cōio ecclesiæ semper est. Interdicto aūt di-
uinorū vsu caremus, quoniā diuina tantùm per interdictū prohibētur; at diuinorū noīe profana
non cōprehenduntur, atq; ob eā rem eorū vsum retinemus: tam actiuè aūt, q̃ passiuè p interdi-
ctū diuina prohibita sunt; quoniā, cùm per hāc censurā diuina simpliciter prohibeantur arg. cit.
c. si sententia de sent. excom. & c. fin. eod. lib. 6. & c. permittimus eod. in antiq. & c. non est vobis
de spons. quacunq; rōne ea quis contrectet, semper diuina contrectabit; tam. n. diuina sunt, si ea
suscipiamus, quā si eadē administremus, atq; ob hanc rōnem interdicto diuinorū vsu, tā actiuè,
q̃ passiuè priuamur. Suspensione demùm functionū eius vsu tantū spoliamur; quoniā, quatenus
clericus quis est, ac propterea, vt ecclesię minister per suspensionē quis vsu ecclesiæ functionū ca
ret arg. d. 21. ibi ministri verò, & c. 1. vers. Generaliter clerici ead. d. at vt minister ecclesiæ fun-
ctionibus eccl. tantùm priuatur arg. tot. tit. de vit. & hon. cler. & de celebr. miss. cū simil. iure igi-
tur functionibus eccl. tantùm caret: actiuè itidē tātùm priuatur, quoniā tūc ministri partes agit,
vbi spiritualia administrat, non autem, vbi eas suscipit, vt hoc per se patet; hinc clerici tantùm ea

censura

censura cōstringuntur, vt probauimus in Tab.de suspens.cap.de materia.Ex his igitur apparet propositæ quæstionis dissolutio; † constat etiam ex eisdem,qua ratione inter se differant,ac demum excommunicationem interdicto,ac suspensione grauiorem esse : sed de accidente hoc satis,ad accidentia,quæ à forma emanant,veniamus.

De accidentibus censuræ eccl. quæ à forma emanant. Cap. XXVII.

SVMMA.

1 *Censura eccl. vbi alijs pœnis prospici potest, ferri non debet.*
2 *Amissis rebus,an excommunicatio in eos, qui eas inuenerunt,feratur.*
3 *Censuris ferendis leuior primò ferri debet.*
4 *Censuris ferendis, quæ prior, posteriorue ferri debeat, index arbitratur.*
5 *Alternatiua pœna censuræ proposita in dubio iudicis optio est.*
6 *Censura omnes simul in eundem ferri possunt.*
7 *Censura ferri non debet, vbi profutura esse non existimatur.*

A Forma deniq; censuræ eccl. accidentia quàm plurima emanant , tempus.s.ipsius institutionis, nec non obligationis ; modus, qui cùm ad ipsam ferendam, tum ad eandem latam tollendam adhibetur;ordo,qui seruari debet eadem ferenda,tollendaq;;locus, vbi ferri,tolliq; possit,sicut etiā tps,ac deniq; nomen,quo nominatur:sed,quoniā,quando obliget, & modum ,quo fertur , tolliturq; , id nos abundè, satisq; supra declarauimus , ob eam rem accidentibus his omissis,ad alia, & primò ad tps,quo ab ecclesia hi puniendi modi constituti sunt,transeamus. Tps hoc igitur gratię tps fuit.i.post Christum D. natū;nam ab ipso potestas hæc ecclesiæ tribuata est,vt probauimus in hac Tab.c.1.Ordo verò censuræ ferēdæ bipartitus est,alter respectu habito ad alias pœnas, alter respectu habito ad ipsasmet censuras interse; de quibus singulis agendum est. † Respectu habito igitur ad alias pœnas,ordo hic erit , quòd
1 censura eccl.ferenda non est;vbi contumacia alijs pœnis comprimi potest; sic.n.Trid.Syn.nouissimè statuit c.3.sess.25.de reformat.In causis verò iudicialibus mandatur oībus iudicibus ecclesiasticis,cuiuscunq; dignitatis existant, dicitur.n.ibi,vt, quādocunq; executio realis,vel personalis in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit , abstineant se tam in procedendo,q̄ definiendo à censuris eccl.seu interdicto: sed liceat eis,si expedire videbitur, in causis ciuilibus ad forū ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscunq; et laicos per mulctas pecuniarias , quæ locis pijs ibi existentibus,eo ipso,q̄ exactæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorū,personarumq; districtionē,per suos proprios,aut alienos executores faciendā;siue etiā per priuationē beneficiorū,aliaq; iuris remedia procedere,& causas definire : q̄ si executio realis, vel personalis aduersus reos hac rōne fieri non poterit, sitq; erga iudicē contumacia,tunc eos etiā anathematis mucrone arbitrio suo præter alias pœnas ferire poterit.In causis quoq; criminalibus,vbi executio realis,vel personalis, vt supra fieri poterit, erit à censuris abstinendū: sed,si dictæ executioni facilē locus esse non possit, licebit iudici hoc spirituali gladio in delinquentes vti,si tñ delicti qualitas præcedente bina saltem monitione , etiam per edictū id postulet:hæc Trid.Syn.ex quibus patet,vbi alio pœnarū genere contumacia comprimi potest,ad censuras confugiendū non esse,atq; sic com.dixit Viuius in Syl. com. op.opin. 884.nu.8.Id quod summa rōne factū est;nā,si rarò censuræ ferentur, Christi fideles,q̄ non contingit ipsarū frequentia,magis eas verebuntur, & salutē, non exitiū contemptu ferent,vt sensit
2 Trid.Syn.eod.c.in prin. † Hinc eadē Synodus ibi cauit, ne excōicationes,quæ pro amisis,subtractisuè rebus feruntur,præterquam ab epo,& pro re non vulgari,causaq; cognita decernantur; Quapropter excōicationes illę,dr.n.eod.c.quæ,monitionibus præmissis,ad finē reuelationis, vt aiunt,aut pro deperditis,seu subtractis rebus ferri solent,à nemine prorsus,præterquam ab episcopo decernantur;& tunc non aliàs,quàm ex re non vulgari, causaq; diligenter, ac magna maturitate per epm examinata,quæ eius animū moueat; nec ad eas concedendas cuiusuis secularis etiā magistratus autoritate adducatur,sed totū hoc in eius arbitrio,& cōscientia sit positum,qn ipse pro re,loco, persona, aut tpē eas decernendas esse iudicabit: hęc Sancta Syn.non temerè igitur,præsertim excōicatio,feretur;& de ordine respectu habito ad alias pœnas hactenus. † Respectu aūt inter se ,ordo hic seruabitur, vt scilicet censura leuior primò , grauior dein
3 ceps inuatur arg.l.relegatorum.ff.de interdict.& releg.ac præsertim,vbi in episcopos,pontifi-

aiaq; dignitate præditos ferendæ sunt, vt hr in c.2.de off.deleg.lib.6.& not. Imol. in c.veritatis de dol.& contum.& pertinent huc, quæ dixit Mar.Soc.Sen.in c.perpendimus.nu.230.cum seq. de sent.excõ.vers.Quæro vigesimo sextò; suspensione igitur primùm, si clericus sit; interdicto, si laicus; ac postremò, si à contumacia non discedatur, excõicatione iudex contumacẽ obligabit; sic.n.hr in eod.c.veritatis,& in c.clericos de cohab.cler.& mul.& in c.2. & ibi not.Ant.Imol.& Felin.de test.cog.& in c.præsenti.5.q.2.sic & faciundũ esse admonuit Glos.in c.cùm tu in verb. Per pœnam de vsur.& in c.Honoratus, in verb. Adhuc d.74.& Add. ad Bellemer.decis. 124.& Ant.& Imol.& Anch.in eod.c.2.de test.cog.& Abb.in cit.c.clericos, vbi & in eos inuehitur, qui contumacem excõicatione statim feriunt, vnde cõsequitur, ꝙ dixit Trid.Syn.eod.c.3.vt sepius censuræ contemnantur,& non salutem, sed perniciem hominibus parent; leuiorem igitur pœnã
4 ex his iudex primò inuret. † Excipitur tamen, vbi delicti grauitas, personæq; conditio, loci, tpis uè ratio aliud postulat; nã tunc à grauiori censura initiũ facere poterit: in arbitrio iudicis ergo id collocatum erit (non.n.antecedens regula perpetuò vt obseruetur, iure cautum est) atq; sic dixit Abb.in cit.c.cùm tu.nu.8.& hr in c.4.§.fin.& in c.sanè de off.deleg.& in c.qm̃ frequenter in fin.vt lit.non contest.& in c.querenti de verb.sig. Quare, quam magis timeri viderit, eã priùs feret, vt dixit Felin.in cit.c.2.n.1.de test.cog.& in c.inter cæteras.n.15.vers.Et not.de rescript. imò, si pecuniariã pęnam contumax magis verebitur, eã censura omissa inuret, vt dixit Archid. quem refert Felin.in eod.vers. Et not.& faciunt pro hac sententia, quæ dixit Trid. Syn. eod.c.3. & Bero.in cit.c.si quis presbyterorũ.nu.9.de reb.eccl.non alie.index igitur, qua censura contu
5 macem feriat, arbitrabitur. † Confirmatur hoc, qm̃ & in alternatiuis pœnis, cuiusmodi habetur in c.quoniã in fin.vt lit.nõ contest.& in c.sicut iudæi,& ibi Felin.viden.de iud. vbi dubitatur, an iudici, reoue optio detur, optionem iudici dandam Gloss. asseruit in c.fraternitatis, & in sum. 21.q.2.& in cit.c.sicut iudæi in fin.& in c.à crapula de vit.& hon.cler.opinionemq; hanc cõiter à iuris pontificij interpretibus, receptam esse testatur Abb. ac sequitur in cit. c.à crapula.nu.4. sicuti quoq; Felin.in eod.c.inter cæteras, nu.5.vers. Fallit quintò, vbi pluribus hanc rem egit; idq; meritò, tum ꝙ ipse iudex pœnã inurere debet, & quæ magis expediat, ipsemet statuere, vt probatur in cit.c.quoniam in fin.& in c.de causis de off.deleg.& in c.quærenti de verb.sig.tum ꝙ pro delicti grauitate pęnam, quam infert, metiri iudex debet arg.c.non afferamus.24.q.1.& c.2.de ijs, quæ fiunt à maior.part.cap.reus verò, si optio ei daretur, mitiorem semper pœnam optaret, ac propterea lex alternatiuè frustra locuta esset, atq; sic dixit Felin.in eod.c.inter cęteras.nu.6.vers.Fallit quintò de rescriptis; iure igitur optio hæc iudici dabitur: quamuis Bart.contrarium senserit in l.2.ff.de fract.ea ductus ratione, ꝙ, dum dubij sumus, interpretatione pęnas lenire debemus, vt dr in l.interpretatione.ff.de pęn.ad quam rationem per ea, quæ diximus responderi facilè potest: leuiorem censuram ergo primùm inferemus, grauiorem deinceps, si hæc non prosit; vna enim iniusta,& alterã inurere possumus, vt probatur iuribus supra citatis,& c.di-
6 lecto de sent.excom.lib.6. † Imò simul, eodemq; tpe quem suspendere, interdicere, & excõi-
7 care possumus ob extrauag.3.de priuil. † At quid si censurã non profuturã existimetur? ipsa nõ inferatur; sic.n.dixit Io.And.in c.constitutionem in fin.de sent.excom.lib.6.& Host.quẽ refert, ac sequitur Gemin.eod.itidem in fin. & in c.Romana.§. sed nec eod. & Felin. qui pluribus rem hanc egit in c.Apostolicæ paulò post principium de excep.in antiq.& nouissimè Iac. de Graff. c.1.num.18.cum seq.lib.4. decis.suarum; sed de accidente hoc iam satis, ad aliud veniamus.

SVMMA.

1 *Territorio in suo censuræ ferri, ac tolli debent; quæ regula quousque pateat, et declaratur.*
2 *Loco in profano, sacroq; censura ferri potest.*
3 *Exempto in loco suæ diœcesis episcopus censuras ferre non potest.*
4 *Territorio in alieno censuras neq; ferre, neque latas tollere quis potest; quæ regula multis modis declaratur.*
5 *Absolutio censuræ in foro conscientiæ & in alieno territorio tribui potest.*
6 *Abbates, Præpositi, Priores, Generales, Prouincialesq; fratrum, monachorumq;, qui iurisdictionem habent, vbi eam exercent, ex quo territorium non habent.*

I.

1 §. † Alterum autẽ formæ accidens locus est, in quo censura huiusmodi ferri potest, qui planè eiusdem censuram ferentis territorium esse debet, vt probatur in c.nouit de off.leg.& 9.q.3.& in c.1.cum multis seq.9.q.2.& in c.fin.de constit.lib.6.& in Clem. vn.& ibi not.Gloss. in verb. Iurisdictionem, & Imol.& Anch.in prin.de for.compet. & in l.fin.ff.de iurisdict. omn. iud.&

iud.& in l.2.ff.de off.proconſ.& leg.& in l.3.ff.de off.præſ.& vt inquit Gloſſ.in Clem.2.in verb. Etiam celebrare de priuil.& Add.ad c.ſi Abbatem de elect.lib.6. Etenim,cùm,cauſa priùs cognita,cenſuræ ferantur arg.c.nemo.2.q.1.& c.ſacro de ſent.excom.in antiq.& c.1.eod.lib.6.& vt aſſerunt Gloſſ.& Inn.in eod.c.nouit; atq; idcircò à iudice pro tribunali ſedente promulgentur,ſicuti concludunt Gloſſ.& Inn.in cit.c.nouit,& Gloſſ.in c.induciæ.§.à iudice in verb. Conſidente 3.q.3.& in l.à procedente Bart.C.de dilat.pro tribunali vero ſedere,contentioſamq; iuriſdictionem in aliena diœceſi exercere iudices non poſsint, vt probatur in cit.iur. & in l. fin.ff. de off.præfecti vrbis,& vt inquiunt Gloſſ.& Innoc.& Abb.in eod.c.nouit,& Burgaſ.de irreg.& diſpenſ.par.6.q.2.verſ. Quæ iuriſdictio dicatur contentioſa;iure optimo iudices in ſuo territorio cenſuras ferre debent:namq;, cùm cenſuras ferre contentioſæ iuriſdictionis ſit, iudex extra ſuum territorium,quatenus ad iuriſdictionem huiuſmodi pertinet,priuata perſona eſſe cẽſetur arg.l.2.& ibi not. Bart.ff.de off.proconſ.& leg.& cit.l.fin.ff.de off.præfec.vrb. & vt not. Anch. in cit.Clem.vn.nu.1.de for.compet. facit quoque Gloſſ.in c.ſi Abbatem in verb. In prouincia cum additione ibi poſita de elect.lib.6.Accedit deniq;, ꝙ iuriſdictionem territorio cohærere dicitur arg.l.fin.C.vbi, & apud quem,& l.1.§.cùm vrbem. ff.de off.præfec.vrb.& vt not.Imol.in cit.Clem.vn.nu.1.cum ſeq.& Anch.nu.1.de for.compet.meritò igitur & his rationibus in proprio territorio iudices cenſuras inurent, atq; ſic dixit Iac.de Graff. c.4.in fin.lib.4.deciſ.conſc. Hæc regula ſic poſita,non nullis modus declaratur. Primò,vt in quocunq; proprij territorij loco cenſuræ à iudicibus ferãtur arg.c.cùm epiſcopus de off.ord.lib.6.& vt not.Zab.in cit.Clem. vn.verſ.Quartò not.de for.cõpet.& Gloſſ.in c.3.in verb.Finitur legatio de off.leg. lib.6. † Itẽ declaratur,vt & in profano loco id iudex poſsit;vnde tempeſtate noſtra iuriſdictio hæc in palatio epiſcopi exercetur ,ſicut Abb.tradidit in c.cùm eccleſia de immun.eccl.imò & extra huiuſmodi locum(modò,vbi exercetur,honeſtus locus ſit)exerceri poterit arg.c.qua frõte de appel. & l.ſi cùm dies.§.ſi arbiter.ff.de arb.& vt not.Gloſſ.in cit.cap.cùm epiſcopus in verb. Loco de off.ord.optimũ igitur erit,vt iudex à loco,vbi maiores ſui iuriſdictionem hãc exercere conſueuerunt,ne diſcedat arg.l.pen.in fin.ff.de iuſt.& iur.& vt ſenſit Abb.in c.cùm cõtingat prop.fin. verſ.Vlteriùs quæro de for.compet.ſi tamen contrarium fiat,cenſura nihilominus lata valebit, in ſuo quippè territorio ipſam fert. Tertiò declaratur , vt & in ſacro loco cenſuras ferre iudex poſsit ; nam , ſi in quolibet ſuæ diœceſis loco iuriſdictionem exercere epiſcopus poteſt,vt dicitur in eod.c.cùm epiſcopus;ergo & in loco ſacro arg. cap.ſi Romanorum diſtinct.19.& l.Iulianus.ff.de leg.3.etſi enim,à reliquis iudicibus ſecularia negocia in eccleſijs ne agantur,prohibitum eſt in c.decet de immun.eccl.lib.6.eodemq; iure, ab eiſdem acta ne valeant,eſt proſpectũ, quod & Abb.ſenſit in c.cùm eccleſia.nu.4.& nu.8.eod.in antiq.eccleſiæ tamen iudices in eccleſijs iudicia exercere poſſunt,vt tradidit Gloſſ.in cit.c.cùm eccleſia, quam ibi ſequitur Abb.nu. 3.& in c.1.eod.de immun.eccl.& vt probatur in c.præceptum. 2.q.2.& in c.qua fronte , vbi de communi ſententia Dec.teſtatur,& ſi contrarium ipſe ſenſit de appell.nam, cùm in cit.c.decet, vt omnis ſecularium iudiciorum ſtrepitus in eccleſijs cõquieſcat, vt nulla inibi cauſa criminum præſertim agatur,vt deniq; loca ea à laicorum cognitionibus aliena ſint Rom.Põt.iuſſerit,ibiq; toties de iudicijs agens ſeculares iudices,ſeculariaq; iudicia ab eccleſijs tantùm excluſerit,clericorum iudicum nulla mentione facta;quò in eccleſijs iudicia ipſi exerceant,permiſiſſe concludendum eſt arg.l.cùm prætor.ff.de iud.& c.non ne de præſumpt.nec Dec. qui in cit.c.qua fronte ob verſ.Fori cuiuſcunq; tumultus poſitum in eod.c.decet,contrarium ſenſit,communem opinionem tollit,quaſi ob verba illa Fori cuiuſcunque,quæ neminem excipere videntur,tam eccleſiæ iudices,quàm reliqui prohibeantur,quò minùs in eccleſijs iudicia exerceant;non, inquam, communis opinio ob id tollitur;nam verbũ illud Fori non pro loco accipitur,vbi cauſæ, liteſq; aguntur,ſed pro loco, vbi res venales proponuntur :declarant id primum antecedentia verba; dixerat anim ſupra Rom.Pont. Hæc Ceſſent in eccleſijs,earumq; cœmiterijs negociationes , & præcipuè nundinarum ; verùm, ꝙ nundinarum nomine frequentiores mercati dicuntur, vulgo appellati Fere; ob eam rem, nequis nundinis exceptis,mercatus reliquos in eccleſijs permiſſos eſſe exiſtimaret, quò reliquos quoſcunq; mercatus comprehenderet, ea verba Fori cuiuſcunq; tumultus adiecit:declarat idem copula illa Ac, quæ ſicut inter diuerſa collocatur,ita ipſi adiecta cum antecedentibus coniungit,in antecedentibus autẽ de negociationibus,ac mercatis tantùm agitur,ergo & in eod.verſ.Fori:declarãt id deniq; conſequẽtia verba;nam Summus Pont. alia deinceps clauſula de iudicijs tãtùm pertractat, quare ſignificatur de alijs rebus antea egiſſe:atq;, ſicut de extra iudicialibus tria propoſuit,ita & de iudicialibus tria demùm adiecit;non

igitur eo vers. Quod existimauit Dec. communis sententia tollitur, & in loco sacro igitur censuræ ferri queunt, &, vbi causa non cognita feruntur, id semper fieri ecclesiæ consuetudo declarat; nam & inter missarum solemnia pro amissis, subtractisq; rebus, excõmunicationes sepius promulgantur; iudices ergo in suo territorio censuras, & in quacunq; eiusdem territorij parte ferre possunt, ac debent.
3 † Excipitur tamen, vbi exemptus locus esset; nã, etsi in territorio est, inibi tamen contentiosæ iurisdictionis munera, cuiusmodi hæc est, vt dixit Menoch. q. 145. nu. 17. de arbitr. iud. obire non poterunt, vt habetur in cit. c. cùm episcopus vers. Nõ exempto de off. ord. lib. 6. & in c. si Papa iunct. Gloss. in verb. Collocare de priuil. eod. lib. & in Clem. fin. eod. & ibi
4 DD. Hac regula sic declarata; iam alteram ponamus, ac declaremus, quæ huiusmodi est. † Iudices in alieno territorio neq; censuras ferre, neq; easdem latas tollere possunt: quã regulã, præterquam quod iuribus supra citatis ipsa probatur, tenent quoque Gloss. & Inn. & Abb. in c. nouit de off. leg. & Iacob. de Graff. eod. cap. 4. in fin. hinc Inn. ibi. nu. 2. legatum à latere extra suam prouinciam excommunicare non posse dixit; hinc legatos, qui missi dicuntur, extra prouinciam eos absoluere non posse, qui violentas manus in clericos iniecerunt, legitur in c. excommunicatis, & ibi not. Gloss. & Abb. eod. de off. leg. hinc Archiepiscopũ in suffraganei sui territorio iurisdictionem exercere nõ posse, casibus quibusdam exceptis, probatur in c. nullus primas, & ibi Gloss. 9. q. 2. & in c. 1. de off. ord. lib. 6. in alieno territorio igitur neq; censuras ferre, neq; latas tollere nobis licet. Quæ tamen regula declaratur multis modis, & exceptiones multas patitur. Nam primò, vbi alterius territorium non leditur, iurisdictionẽ huiusmodi tam censuris ferendis, quàm eisdem tollendis inibi exercere poterimus, vt dixit Mar. Soc. Sen. in c. à nobis. 1. nu. 67. vers. Pro quo etiam facit de sent. excom. etenim ob eam rationem, quòd scilicet alterius territorij iudex leditur, iurisdictio in alieno territorio exerceri prohibetur; cùm igitur ea causa cesset, & ipsius effectus cessare debet arg. cap. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quamuis ff. de iur. patr. & declarauit id pluribus Tiraq. in tract. de caus. cess. Quare, cùm, vbi causæ cognitio non adhibetur, ac pro tribunali non sedetur, ac propterea alienum territorium non leditur, in alieno territorio exerceri iurisdictio potest, vt habetur in l. fin. ff. de off. præfec. vrb. & in l. 2. ff. de off. procons. & leg. & vt Gloss. sensit, & Abb. in eod. c. nouit, & idem Abb. in c. fin. nu. 11. ne cler. vel mon. & Rot. decis. 5. de off. vic. in antiq. ob eam rem primum in alieno territorio censuram ferre poterit, qui eam, vti priuata persona fert; iudicis enim munere hic non fungitur, neq; pro tribunali sedet, causamq; cognoscit, atq; sic dixit Gemin. in c. venerabilibus. nu. 6. de sent. excom. lib. 6. Item, vbi pro notoria cõtumacia promulgatur, sicuti Abb. tradidit in cit. c. nouit. nu. 3. & Gemm. in c. Romana. nu. 4. vers. Vndecima, ibi sententia verò de sent. excom. lib. 6. & Anch. eod. nu. 6. vers. Vndecimò. & Iac. de Graff. cap. 4. in fin. lib. 4. decis. cas. consc. & Mar. Soc. Sen. in c. perpendimus, nu. 74. vers. Sententia verò hominis de sent. excom. etenim neq; hic causæ cognitio postulatur arg. c. manifesta. 2. q. 1. & c. euidentia de accus. Tertiò, qui facultatẽ hanc censuræ aut ferendæ, aut tollendæ alteri mandat; delegatio enim iurisdictionis in alieno territorio fieri potest arg. l. fin. ff. de off. præfect. vrb. & ibi not. Bart. sicut etiam in l. 3. nu. 1. ff. de off. præs. & Alex. in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. idq; iure optimo, quandoquidem & causę cognitio hic non requiritur, atq; sic sensit Inn. in eod. c. nouit. nu. 2. Quartò, qui censuras latas tollit, causa minùs cognita, sicuti, cùm iudex sententiam à se latam cõtra formam c. sacro de sent. excom.
5 abrogat, ne in pœnam incidat cit. c. sacro, atq; hoc quoq; dixit Inn. in eod. c. nouit. nu. 2. † Quintò, ob eandem rationem, qui in conscientiæ foro à censuris absoluit, atq; sic dixit Iac. de Graff. c. 16. nu. 2. vers. Sed ipse ordinarius lib. 4. decis. cas. consc. Sextò, qui statutum facit, per quod censuræ feruntur; nam, cùm & sine causæ cognitione ipsum fit, ob eam rem & in alieno territorio fieri potest, atq; sic dixit Gemin. in eod. c. Romana. §. caueant. nu. 4. vers. Vndecimo, & Anchar. eod. nu. 6. vers. Vndecimò, & Mar. Soc. Sen. in c. perpendimus, nu. 73. vers. Vltima differentia de sent. excom. hi omnes igitur in alieno territorio censuras ferre, ac tollere possunt; atque ob eam rem iudex, qui in suo territorio causam excommunicationis cognouit, in alieno excommunicationem ferre deinceps poterit. Excipitur secundo loco, vbi de ordinarij eius territorij licentia id agitur, vt dixit Iac. de Graff. c. 4. in fin. eod. tunc enim & causa cognita, & censuræ promulgari, ac promulgatæ tolli poterunt: nam vniuersa iudicij acta geri posse, ac sententiam deniq; in alieno territorio de ipsius ordinarij licentia ferri (modò reus, & actor, vt ibi res agatur, consenserint) dixit Gloss. in c. vt litigantes de off. ord. lib. 6. & Abb. in c. P. & G. nu. 15. de off. deleg. & Inn. in eod. c. nouit. nu. 2. & Abb. nu. 4. de off. leg. & hanc opinionem cõmunem appellauit Abb. eod. nu. 4. & Ias. in l. fin. nu. 10. ff. de iust. iur. & magis comunem Alex. in l. fin. nu. 7. ff. de iurisd. omn.

omn.iud.& territorij ordinarius ergo, & reus, & actor consentire in hoc debent arg. c.2.vers. Nisi vocatus,& c.episcopum vers. Nisi fortè cùm voluntate 9.q.2.iunct.cit.c. vt litigantes;alioquin vno ipsorum dissentiente, nihil fieret. Assensisse autem huic iudex territorij existimatur, non solùm vbi expressè facultatem hanc tribuit, verùm etiam, vbi id scit, & minimè prohibet arg.l.sepe.ff.de re iud.& vt asserunt Ant.Card.& Imol.quos refert,ac sequitur Alex.in cit.l.fin. nu.7.cum seq.ff.de iurisdict.omn.iud.idem quoq; de rei,actorisq; consensu concludimus;modò vterq; locum nouerit iurisdictionis sui iudicis non esse,neuterq; repugnet(prorogatio enim loci tunc fit, vt probatur in l.2.& ibi not. Barr. & in l.quamuis cum seq. ff. de iud. & vt asseruit Alex.cû cit.ab ipso in ead.l.fin.nu.6.) etsi expressus consensus rei, atq; actoris postuletur, vbi delegatus iudex est ob c.statutum.§.in nullo de rescript.lib.6.Tertiò excipitur, vbi consuetudine in alieno territorio, præscriptioneuè iurisdictionis exercendæ facultas comparata est; tunc enim in eo & iurisdictio hęc censuræ ferēdæ exerceri poterit arg.l.3.§.fin.ff.de testib.& cit.c.vt litigantes,& vt tradidit Bald.quem refert, ac sequitur Ias.in l.fin.nu.18.ff. de iurisd.omn.iud. etenim, si alterius iurisdictio præscribitur,sicuti antea probauimus,multò magis, vt propriā in alieno territorio quis exerceat,consuetudine, præscriptioneq; acquirere potest. Quartò excipitur,vbi iure scripto aliter cautum esset,cuiusmodi casus habetur in Clem. vn.de for. compet. nam constitutionis eius seruata forma antistites extra suum territorium eiecti in vicinioribus locis iurisdictionem in suos exercere,atq; ob eam rem censuras ferre, earundemq; absolutionem tribuere eo iure freti possunt.Legati etiam è latere ob violentam clerici percussionem excommunicatos,ex quo ab vrbe egressi sunt,ac propterea extra suam prouinciam (modò legati adhuc sint)& suos,& alienos absoluunt, vt probatur in c.ad eminētiam de sent.excom.iunct. c.excommunicatis de off.leg. & c.quòd translationem eod. nam & sic obseruari asserit Gloss.
6 & Abb.cōmuniter id receptum esse in cit.c.excōmunicatis. † Postremò excipiuntur Abbates, Præpositi,Prouinciales,Prioresq;, nec non Generales,monachorum,ac fratrum,& in summam vniuersi, qui iurisdictionem sine territorio habent; nam hi in alieno iurisdictionem exercere, atque idcirco excommunicare poterunt,vt de arbitro habetur in l.si cùm dies.§.si arbiter.ff.de arb.etenim,ex quo iurisdictio ipsis in alterius territorio conceditur, & eius vsum cōcessum eisdem esse dicendum est arg.l.ad legatum, & l.ad rem mobilem.ff.de procur. & l.cui iurisdictio. ff.de iurisdict.omn.iud.nec facit,si dicatur in suis monasterijs iurisdictionem exercebunt; nam & monasteria in episcopi territorio sunt,vt probatur in cap.cùm episcopus de off.ord.lib.6.ac propterea in alieno territorio eam exercent; hinc apparet & extra monasterium,suasq; ecclesias iurisdictionem ab his exerceri posse, quamuis honestiùs faciant, si in suis locis eam exerceant: hæc tamen locum non habent,vbi iurisdictionem cum territorio haberent, atque sic tradidit Abb.in c.cùm contingat. num.31.prop. fin.vers. Hæc dicta mihi ex toto non placent de for.compet.sed de accidente hoc satis,ad aliud veniamus.

SVMMA.

1 *Tempore feriato censura ferri non debent.*
2 *Feriati dies quinam sint.*
3 *Die feriata si censura feratur, valet; quæ regula etiam declaratur.*
4 *Die feriata censura lata valet, quò à delicto quis cesset.*
5 *Statutum, quo censura ipso iure fertur, die feriata factum valet.*
6 *Absolutio à censura die feriato tributa valet.*
7 *Noctu sententia censuræ lata valet.*
8 *Denunciatio censuræ an feriata die fieri possit.*

II.

1 § Tempus itidem formæ accidens quoddam est. † Feriatum enim esse non debet,vbi censura fertur; nam, cùm causa cognita censuræ ecc.sententia feratur, vt habetur in c.sacro de senten.excom.& in c.nemo.2.q.1.feriata verò die cognosci causæ nequeant ob l.actus.C.de fer.& c.fin.extra eod.iure,vbi censura fertur,feriatum tempus esse nō debet,atq; sic dixit Mar.
2 Soc.in c.perpendimus.nu.74.vers. Sententia verò hominis de sent.excom. † Atqui si feratur, an nihilominus sententia valebit? antequam propositam quæstionem dissoluamus, præmittendum primò est feriatos dies partim,quò Deus tunc præcipuè coleretur, partim hominum gratia adictos esse: priorìq; casu omnes dies festos(sic enim feriati illi dies nominantur) aut Rom. Pont.constitutionibus præscriptos esse, aut vniuersalis, singularisuè ecclesiæ alicuius pia consuetudine inductos,vt habetur in c.1.cum duob.seq.& in c.fin.de fer.& in prin.de consecr.d.3.

posteriori

posteriori autem casu aut honoris causa, vt cùm vel natalis ipsius principis agitur, vel creatio Rom. Pont. celebratur, aut lętitiæ gratia, vt pro deportata de hostibus victoria, aut communis vsus causa, vt messium, vindemiarumq; tempore, vt dicitur in l. 1. & in l. omnes. C. de fer. & in l. 1. ff. eod. de ferijs autem posterioris huius ob letitiam egit Ioseph. Moniardus Vercellensis in rub. C. publ. lętitiæ lib. 12. hoc præmisso quæstionem breuiter absoluemus; nam pluribus eam disputauit Feder. de Sen. in cons. 11. & DD. non nulli alij, quorum responsa consequuntur consi-
3 lium ipsius Fed. † Pro regula igitur ponimus sententiam censuræ in feriatis diebus hominum gratia latam valere; nam sic asseruit Fed. de Sen. eod. cons. & qui eidem se subscripserunt, eandem opinionem secuti sunt etiam Specul. & Abb. qui eum refert in c. fin. nu. 16. cum seq. de fer. & Guid. Pap. decis. 115. incip. An executio, & nouissimè Quintil. Mandos. in sua prax. commiss. in commiss. 13. Ferijs non obstantibus, num. 13. vbi & non nullos alios idem sentientes refert. Probatur autem horũ sententia hac potissimum ratione, quoniã sententia cẽsuræ, etiam si, causa minùs cognita, admonitionibusq; non adhibitis, feratur, tamen valet, vt probatur in c. sacro de senten. excom. & ibi not. & in c. si episcopus forte, 11. q. 3. ergo censura in huiusmodi feriatis diebus lata valet; nam, quæ causæ cognitionem necessariò non postulant, his diebus gesta valent, vt probatur in l. actus, & ibi not. DD. C. de fer. & hæc est vna ratio, qua præcipuè proposita sententia nititur, & qua aduersantia omnia tolluntur, vt apparet in cons. ipsius Fed. & aliorum, qui se illi subscripserunt; ab ea igitur conclusione non discedemus. Quę amplificatur, vt locum etiam habeat, vbi festis diebus ad Deum colendum præscriptis lata est; tum quod eadem ratio, & hic viget, ac propterea eadem dispositio vigere debet arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. tum quod consuetudine ita obseruatur: idq; meritò, spiritualis enim medicina est, vt dicitur in c. 1. de senten. excom. lib. 6. & c. notandum. 14. q. 3. in hoc igitur etiam casu sententiam valere, concludimus; nam & hanc sententiam sequitur Specul. & Abb. qui ipsum refert in cit. c. fin. nu.
4 16. & Mandos. eod. in loco, & Tab. in verb. Dies in fin. † Quare & festis quibuscunq; diebus se, suaq; & per censuram ecclesiasticam tueri licebit; nunquam enim legitima defensio prohibita est arg. l. vt vim. ff. de iust. & iur. & c. dilecto de sent. excõ. lib. 6. & Clem. 1. de homicid. & Clem. 2. de re iud. hinc & pugnare festis diebus nobis permissum est, vt habetur in c. si nulla, 23. q. 8.
5 & c. quòd non est licitum de reg. iur. † Item eodem tempore censura lata in eum valebit, qui in ecclesia, dum diuina fiunt, obstrepit, atq; admonitus non quiescit arg. c. veniens de sent. excom. huius enim contumacia notoria est, ac propterea cognitione nõ eget arg. c. euidentia de accus. atq; sic sensit Mar. Soc. Sen. in cit. c. perpendimus. nu. 74. de sent. excom. Tertio in excommunicationem, censuramq; incidit, qui ferijs quibuscunq;, festisq; diebus delictum committit, pro quo à iure, aut communi, aut præcipuo, vt pote episcopi statuto excommunicatio, aliauè censura in delinquentem ipso facto fertur, atque sic dixit Fed. de Sen. eod. cons. 11. nu. 3. vers. Item si quis quocunq; die; etenim hic nulla causæ cognitio requiritur, neq; diuinus cultus impeditur; & paschatis die igitur clericum percutiens in excommunicationem incidet ipsius c. si quis sua-
6 dente diabolo. 17. q. 4. idem de censuris per generalem sententiam latis dicimus. † Quartò sta tutum itidem, quo censura ipso iure fertur, quibuscunque diebus ferri potest; quippe quod sine causæ cognitione fiat, atq; sic inquiunt Gemin. in c. Romana. §. caueant. nu. 4. vers. Vndecimò, & Anch. eod. vers. de sent. excom. lib. 6. & Fed. de Sen. eod. cons. nu. 3. vers. Quare ergo episco-
7 pus, & Mar. Soc. in c. perpendimus. num. 73. vers. Vltima differentia de sent. excom. † Quintò & vltimò absolutio censurę valet, quibuscunque festis, feriatisq; diebus tributa sit, atque sic sensit Fed. eod. cons. n. 4. vers. Sed tempore feriato, & Speculator, quem refert, ac sequitur Abb. in c. fin. nu. 16. de fer. quibuscunq; diebus igitur censura ecclesiastica ferri potest. Interdiu etiã censuræ promulgabuntur; hoc enim tempore iudicia exerceri debent, vt habetur in §. sed debũt, & ibi not. Gloss. & Bald. in auth. de iud. & in c. consuluit, vbi quoque Gloss. ac DD. de off. deleg.
8 † Atqui an, si noctu promulgentur, valebunt? nam sententiæ aliæ nullæ sunt, vt inquit Bart. in l. non minorem, & ibi quoq; Alex. vbi quamplurimos idem sentientes refert, & Inn. in cit. c. consuluit, eamq; opinionem communiter receptam esse testatur Dec. ibidem. nu. 20. & magis communem inquit Ias. in cit. l. nõ minorem, imò nec interlocutoriam valere Inn. existimauit, quem sequitur Alex. in cit. l. non minorem; etenim citari ad sententiam partes debent, vt adsint, sicuti not. Abb. ac DD. in cit. c. consuluit, & hoc tempore quem adueniendum in ius non compelli, sensit Abb. in cit. c. consuluit. Verùm in censuris contrarium sentimus, vt scilicet & noctu latæ valeant. Tum, quod causæ cognitio non necessariò postulatur ob c. sacro de sent. excom. & c. 1. eod. lib. 6. & vt supra vidimus. Tum, quod ad sententiam censuræ audiendam reus, in quem fertur, non citatur,

citatur, vt probauimus supra. Excipitur, q. si diebus ad Deum excolendum præstitutis censuræ latæ valent, quod proximè asseruimus, multò magis firmæ erunt, si noctu promulgentur, quod, ne fiat, hominum gratia cautum est; hinc Alex. arbitratoris sententiam noctu latam valere existimauit in cit. l. non minorem. num. 3. vbi citatione opus non est, & simpliciter Bald. in l. eos. §.
9 sin autem. ff. de appell. hanc igitur opinionem vti verissimam amplexabimur. † Denunciatio etiam fieri non debet die feriato, nisi priùs causæ cognitio intercesserit, & ita vbi causæ cognitio necessaria non est, fieri potest, aliàs non, vt dixit Mar. soc. Sen. eod. c. perpendimus. nu. 265. vers. Quintò dubitatur de sent. excõ. at, vbi causę cognitio nõ requiritur, potest, vt habetur in Clem. 1. vers. Et quia de pœn. & in extrauag. infidelis de furt. & in c. felicis §. præsenti de pœnit. lib. 6. imò tunc vtile sic est fieri, quò ad plurium aures perueniat ob iura proximè allegata.

S V M M A.

a *Censura eccl. nominatur Districtio eccl.*
Disciplina eccl.
Eccl. disciplinæ neruus
Medicina.

III.

a § † Postremum deniq; accidens, quod à forma proficiscitur, Nomen est, quo scilicet pœna hæc nominatur: quod planè varium, ac multiplex est; nam modò censura eccl. quod nomen potissimum frequentatur, modò districtio eccl. modò disciplina itidem eccl. modò disciplinæ eccl. neruus, modò medicina nominatur, vt probatur in c. quærenti de verb. sign. & in c. cùm inter de consuetud. & in c. nuncius, & ibi not. Abb. de Dec. & in extrauag. incip. Sancta Romana in fin. de relig. dom. & in Clem. 3. de sent. excom. & in Clem. 1. eod. vers. Dirumpendo, & c. 1. de sent. excom. lib. 6. cum simil. Idq; meritò; nam & primò censura, quoniam huiusmodi pœna hominum contumacia in primis, atq; vitia coercentur, quod munus censores olim apud Romanos obibant, vti Fenest. de censor. inquit, & in dictionario habetur in verb. Censor, & vt in re nostra tradidit Mandos. in sua prax. Commiss. 2. in verb. Censuris; vnde censura etiam est nominata. Districtio itidem iure dicta est; quandoquidem cõtumaciam, ne longiùs erumpat, quasi vinculo quodam constrictam tenet; huiusmodi enim pœnarum timore Christi fideles ad ecclesiæ obtemperandum compelluntur arg. c. 1. de except. lib. 6. & l. 1. ff. de inst. & iur. Disciplina quoque non iniuria appellata est; quoniam homines pœna hęc edocet, quasi morum magistra à contumacia discedendum, & ecclesiæ parendum esse; hinc illud, qui stultus fuit in culpa, sapiẽs fiat in pęna. Quòd Neruus ecclesiasticæ disciplinæ itidem dicitur, ratione non caret; nam, sicut neruis membra corporis simul iunguntur, quò sua munera obeant, ita huiusmodi censuris Christi fideles, quò in officio sint, continentur: non autem ob hanc rem sic est nominata, quòd, sicut nerui, flectatur, & non rumpatur, vt non nulli existimabunt: quamuis Felicianus in Enchiridio de censuris cap. 1. de excom. ob eam rem sic appellatam existimet, q. censura vires ecclesiæ nitantur, sicut neruis vires hominis. Medicina demùm non ab re est quoque dicta; quoniam in primis ab ecclesia instituta est, vt contumaciæ per ipsam medeatur arg. cit. c. 1. de sent. excom. lib. 6. & vt probauimus id supra cap. 12. quamuis contrarium non nunquam contingat, quod non vi sua, sed ipsius, in quem fertur, vitio contingit, vt asseruimus supra cap. 15. Ecclesiastica verò quamobrem nominetur, declarauimus itidem supra cap. 2. §. 18. Sed de censura eccl. generatim hactenus; ad singulas ipsius species, & primò ad maiorem excommunicationem pertractandam veniamus.

BARTHOLOMAEI VGOLINI EX MONTE SCVTVLO IVRISCONS. AC BARBIANI ARCHIPRESBYTERI.

De excommunicatione maiori cens.eccl. Tab.II.

De homine efficiente causa excommunicationis maioris; & de ijs, quae ad eam ferendam necessariò inesse illi debent, communiaq; ipsi cum reliquis censuris sunt. Cap. I.

SVMMA.

1 *Excommunicatio maior omnibus alijs censuris grauior est.*

2 *Excommunicare homo potest.*



ABSOLVIMVS generatim Dei benignitate censurae eccl. materiam; reliquum igitur est, vt ad eiusdem species sigillatim pertractandas, & primò ad maiorem excommunicationem veniamus; † ipsa enim omnibus alijs censuris grauior, ipsa apud ecclesiam paenarum maxima est, vt habetur in c.corripiantur. 24.q.3.& vt not. Gloss.in c.sacro.§.caueant, in verb. Tantam,& Abb.num.7.vers. Septimò not.de sent.excom. & Gloss.in c.nemo episcopus.2.q.1.& Rot.decis.10.nu.2.de sent.excom. in nou.& S.Thom. dist.18.lib.4.& Suppl.ad tertiam partem summae eius dist.21.art.3.ibi Sed, quia excommunicatio est grauissima; maxima enim pena est inter homines esse, & hominum commercio priuari, vt dicitur in l.hi, qui sanctam.C.de apost. & ex ijs, quae diximus supra cap.22.id bellissimè probatur: & quoniam de ipsa excommunicatione, sicut etiam de reliquis censurae speciebus, eo ordine agere volumus, quem hactenus obseruauimus; ideo priùs de causa efficiente excommunicationis, ac deinceps de alijs eiusdem causis agamus. † Prima igitur efficiens causa excommunicationis ferendae (omissa diuina) Homo est, idest excommunicare homo potest: de quo; quoniam supra cap.2.cum multis seq.abundè, cumulatèq; egimus; ob eam rem, ne tempus conteramus, ad eos, qui excommunicatum absoluere possunt, veniamus.

De homine efficiente causa absolutionis maioris excommunicationis ab homine latae; & de ijs, quae ad ipsam absolutionem tribuendam necessariò inesse ei debent, communiaq; ipsi cum reliquis censuris sunt. Cap. II.

SVMMA.

1 *Absoluere ab excommunicatione ab homine lata potest.*
Excommunicator,
Superior eius.
Appellationis iudex.
Successor eius.
Delegatus ab homine.
Delegatus à lege.



1 ABsoluere † autem ab excommunicatione ab homine lata potest. Primò, qui excommunicauit. Item superior eius. Tertiò appellationis iudex. Quartò excommunicatoris eiusdem successor. Quintò delegatus ab eo, qui excommunicationem tulit. Postremò à lege delegatus: de quibus omnibus quoniã egimus Tab. 1.de excommunicatore cap.4. de superiore §.1. de appellationis iudice §.2. de ipsius successore. §.3. de delegato ab excommunicatore, & ita ab homine §. 4. de delegato à

lege §.5.& quòd simul in eisdem locis, & in cap.5. quæ ad absolutionem tribuendam postularentur, vniuersa collocauimus; ideo, quando nihil est, quod huc addamus, ad legem alteram efficientem causam excommunicationis ferendæ transeamus.

De lege, seu constitutione eccl. efficiente causa excommunicationis maioris; & de ijs, quæ ad excommunicationem ferendam inesse ei debent, communiaq; ipsi cum reliquis censuris sunt. Cap. III.

SVMMA.

1 *Lex, constitutione eccl. excommunicare potest, siue sit.*	*Clerici.*
Communis.	*Religiosi.*
Propria.	*Laici.*
	Iudices.
2 *Quibus ex causis excommunicatione à communi iure feriantur.*	*Omnes.*



1 Ltera † verò efficiens causa excommunicationis lex, seu constitutio eccl. est, id est ecclesiastica lex, seu constitutio, excommunicare quoque potest, sicuti generatim probauimus supra cap. 9. Tab. 1. vbi etiam, quæ ad censuram ferendam inesse ipsi deberent, abundè tradidimus, atq; ob eam rem ipsa in præsenti omittimus: Verùm; quoniam excommunicationes à lege latæ partim communes sunt, eæ scilicet, quibus omnes christiani constringuntur, cuiusmodi excommunicationes à Romanorum Pont. constitutionibus tantùm promulgatæ habentur; partim singularum diœcesum propriæ, quibus earundem diœcesum homines solùm obligantur, scilicet quæ episcoporum, huiusmodiq; præsidum ecclesiæ statutis feruntur: & has posteriores recensere infinitum esset; ob eam rem, ipsis omisis, de communibus tantùm agamus. Item, quoniam & hæ communes partim vagantur, vt ita dicam, partim in pontificij iuris volumina redactæ sunt; ideo, prioribus tacitis, has postremas, adiectis, quas Trid. Syn. nouissimè tulit, breuiter enumeremus; non enim propositum nobis est ipsas cõstitutiones, quibus excommunicationes latæ sunt, enucleatè interpretari; tum quod omnes, qui de excommunicatione pertractarunt, vt Ioan. à Capistrano, Franc. de Platea, Archiepisc. Flor. Caiet. in Summ. & Syl. eod. & Nauar. in Man. & alij quamplures ipsas interpretati sunt, in earũq; interpretatione eorũ labor præcipuè versatus est; tum quod, vt in initio diximus, nos hic de natura excommunicationis, ac reliquarum censurarum agendum, non autem constitutiones, quibus excommunicatio, ac reliquæ censuræ latæ sunt, interpretandas nobis proposuimus. Vt rem igitur aggrediamur, primùm, quæ ad clericos, deinceps, quæ ad alios pertinent, recenseamus.

2 † Primùm igitur clerici, qui bona eccl. vel alienant, vel vltra triennium, aut hypothecæ, aut feudo, aut emphitheusi subijciunt, vbi iure non permittitur; statim excõmunicati sunt ob extrauag. vn. de reb. eccl. non alien.

Episcopi, alijuè, qui eorum beneficia, qui ant officiales in Curia Romana sunt, aut ibi pro suis negocijs commorantur, alijs conferunt, ob extrauag. 3. de priuil.

Clerici eadem beneficia recipientes ob cit. extrauag. 3.

Clerici, qui inducunt, vt quis apud suam ecclesiam sepulturam eligat, electamuè ne mutet, ob Clem. 3. §. fin. de pœn. & hi omnes à Rom. Pont. absolui tantùm queunt.

Clerici ratione quapiam fructus vacantis beneficij primò, altero, vlteriorius anno habentes, si quid præter præscriptam quantitatem in extrauag. vn. ne Sed. vac. acceperint, & intra mensem non restituerint ob cit. extrauag. vn. & extrauag. 2. de elect.

Clerici, qui ordini sacro initiati vxorem ducunt ob Clem. vn. de consanguin. & affin.

Episcopi, ipsisuè superiores ad Romanam Curiam profecti, si absque Rom. Pont. licentia discesserint ob extrauag. 2. de maior. & obed.

Episcopi, eorumuè superiores, si ritum, habitumuè fraticellorum permittant ob extrauag. quæ incipit Sancta Romana Ioan. 22. de relig. dom.

Clerici, qui operam dant, vt quis ecclesiæ vacantis custodiam vsurpet ob cap. generali de elect. libro 6.

Clerici, qui manifestis vsurarijs domos locant ob c. 1. de vsur. lib. 6.

Sacerdos,

Sacerdos, qui officium vicecomitis, aut præpositi secularis habet ob cap. clericis ne cler. vel mon. in antiq.

Presbyteri, dignitatemq; eccl. habentes, qui physicam, legesq; audiunt ob c. fin. eod. tit. hæc de clericis iam de religiosis agamus.

Religiosi fratrum minorum, qui interdicti generalis tempore in suas ecclesias, fratres, sororesuè tertij ordines ad diuina recipiunt ob Clem. 3. de sent. excom.

Religiosi, qui sine licentia in scriptis trans mare eunt ob extrauag. incip. ad nostrum Ioan. 22. de regul.

Religiosi mendicantes præsertim, qui ad religionem non mendicantium se transferunt, preterquam si esset Carthusiensium, & qui ipsos recipiunt ob extrauag. Martin. 4. de regul.

Religiosi, qui quempiam inducunt, vt sepulturam apud se eligat, electamuè ne mutet ob Clem. 3. §. fin. de pœn.

Religiosi, qui extremam vnctionem, Eucharistiamuè laicis, clericisq; licentia ab ipsorum parochis speciatim non habita administrant; aut matrimonium solemniter benedicunt, aut absoluunt excommunicatos à iure communi, statutouè, vel Syndorum sententijs ob Clem. 1. de priuil. & absolutio Romano Pont. reseruata est.

Religiosi suspensi, propterea quòd ijs, quibus pœnitentiæ sacramentum administrarunt, vt decimas soluerent, non persuaserunt, modò, antequam mendum hoc corrigant, concionentur ob Clem. 3. de pœn.

Religiosi mendicantes, qui absque Romani Pont. licentia mentionem non faciente cap. vn. de excess. prał. lib. 6. aut domos ad habitandum recipiunt, aut acquisitas permutant, alienantuè ob Clem. 3. de pœn. iunct. cit. c. vn.

Religiosi quicunque, etiam exempti, qui interdictum aut à Romano Pont. aut ab ordinario latum violant, cum cathedralem ecclesiam matricem, parochialemuè loci illud obseruare viderint, vel sciuerint; quod in interdictis, & in cessasionibus à diuinis prouincialiũ conciliorum statutis, ipsorumuè autoritate promulgatis locum habet, ob Clem. 1. de sent. excom.

Religiosi professi, religiosæuè professæ, qui, quæuè matrimonium contrahunt ob Clem. vn. de consanguin. & affin.

Religiosi fauentes mulieribus, quæ habitum beguinarum sumpserunt, & ad eum sumendum inducẽtes ob Clem. 1. de relig. dom. & ob cap. 1. eod. in antiq. & hæc etiam dicimus de ijs, quæ eum statum sectantur.

Religiosi professi, qui vt suis prioribus, monasterijsuè damnum inferant, ad principum curias se transtulerunt, ob Clem. 1. §. quia verò de stat. mon.

Monaci, qui in monasterio sine licentia sui abbatis arma tenent ob cit. §. quia verò.

Religiosi, qui decimas ecclesiæ debitas vsurpant, aliuduè fecerint contra Clem. 1. de dec.

Religiosi professi, qui habitum temerariè dimittunt ob c. 2. ne cler. vel mon. lib. 6.

Religiosi, qui ad loca, vbi publicè literarum studia exercentur, non habita licentia, proficiscuntur ob cit. c. 2.

Religiosi, qui extra claustrum leges, physicamq; audiunt ob cit. c. fin. ne cler. vel mon.

Religiosi mendicantes post concilium perpetuum non approbati, qui loca denuò acquirunt, acquisitaue sine Sedis Apostolicæ licentia alienant, ad professionemuè alios recipiunt, ob c. vn. de relig. dom. lib. 6.

Religiosi mendicantes ecclesiarumq; parochi, si pacem inter ipsos factam violant, vt habetur in extrauag. 1. de treug. & pac. atqui de religiosis hactenus.

Laici, qui scientes matrimonium in gradibus consanguinitatis, affinitatisuè prohibitis contrahunt, ob Clem. vn. de consang. & affin.

Qui moniales vxores ducũt ob cit. Clem. sed ad eos, qui publicam personã gerunt, trãseamus.

Iudices, domini, rectoresq; ciuitatis, in qua Rom. Pont. eligendus est, si ea non obseruent, quę ipsis iubentur in c. vbi periculum de elect. lib. 6. ob §. quòd si præmissa eius c.

Iudex causam fingens, quò ad mulierẽ eat, vt testimonium ferat ob c. mulieres de iud. lib. 6.

Sibi subiectis imponentes, ne cum personis eccl. contractus ineant, obsequiauè præstent ob c. fin. de immun. eccl. lib. 6.

Compellentes clericos ad portoria, vectigaliaq; soluenda ob c.quanquam de cens.
Domini seculares, præsides, magistratusq;, qui aut de hæresi cognoscunt, aut suspectos hæresis nomine à se captos sine licentia dimittunt, aut, quod inquisitionis iudices ipsis mandant, non exequuntur, aut eorum sententiã, processumuè impediunt, aut eos adiuuant, qui hęc, & huiusmodi faciunt ob c.ut inquisitionis de hæret.lib.6.
Represalias contra ecclesiasticam personam, eiusuè bona concedentes, ab alijsuè concessas, nisi intra mensem eas reuocarint, ob c.vn.de iniur. & damn.dat.lib.6.
Iudices locorum, vbi Cardinales quis insecutus est, si intra mensem non seruent id, quod dicitur in c.felicis.§.præsenti de pœn.lib. 6.
Qui licentiam tribuunt offendendi personas, resq; suas, suorumuè, aut eorum, qui censuras tulerunt; aut quorum nomine latæ sunt; aut qui eas censuras obseruant; aut qui cum excommunicatis versari nolunt; nisi licentiã personę offendendæ reuocent, ademptauè bona restituant; in qua censura si duos menses perseuerent, absolutio Rom.Pont. reseruata est ob c.quicunq; de sent.excom.lib.6. qui ea licentia itidem vtuntur, sponteuè quidpiam horum committunt ob idem c.quicunque.
Iudices, qui statuta aut faciunt, aut dictant, aut scribunt, vt vsuræ soluantur, solutæuè ne repetantur; item qui secundum illa, secundumuè consuetudinem huiusmodi iudicant; item qui eadem statuta intra mensem non delent ob Clem.vn.de vsur.
Iudex inquisitionis episcopo inferior; si inquisitionis officium contra nocentem ommittit; aut criminis huius notam dolo cuipiam inurit ob Clem.1.§.verùm de haret. & absolutio Rom. Pont.reseruata est.
Iudex inquisitionis, qui officij nomine pecuniam iniuria exigit, bonauè ecclesiæ clericorum damnatorum fisco ecclesiæ adijcit, ob Clem.2.de hæret.
Iudex, consiliarius, aduocati, consules, rectoresq; ciuitatis eius, quæ in suum episcopum aliquid commisit eorum, quæ habentur in Clem.1. de pœn. item quicunque ex publica familia in culpa fuerit, & Romano Pont.absolutio reseruata est.
Domini seculares, qui in loco interdicto cogunt quempiam diuina celebrare, aut per pręconem ad eadem ibi audienda populum vocant, aut prohibent, ne publicè excommunicati ab ecclesia exeant ab ijs admoniti, qui diuina faciunt ob Clem.2.de sent.excom.
Iudices, qui beneficiorũ causas in curia pẽdentes dolo differunt ob extrauag.1.de treng.& pac.
Doctores, qui religiosos professos in suas scholas recipiunt contra c.2.ne cler.vel mon.lib.6. sed iam ad eas, quę oĩbus cões sunt, transeamus; cum duas priùs à Trid.Syn.latas recẽsuerimus.
Principes viri, qui in suis terris locum ad monomachiam, seu duellum, vt appellant concedunt, vt Trid.Syn.c.19.sess.25.ne reform.
Principes viri ac magistratus, qui cogunt aliquos, ne matrimonium liberè contrahant ead. Syn.cap.19.sess.24.de reform.matr.
Magistratus seculares, qui requisiti ab episcopis eis non auxiliantur, vt clausura sanctimonialium conseruetur, & violata restituatur sess.25.cap.5. de regul.sed de communibus agamus.

Percutiens clericum, religiosumuè ob c.si quis suadente diabolo.17.q.4.
Vocati ad electiones monialium, si discordiæ autores sint, ob c.cùm indemnitatibus de electiõn.lib.6.
Concedentes licentiam offendendi personas, resuè cùm suorum, tum proprias, aut eorum, qui censuras in quempiam tulerunt, aut quorum nomine latę sunt, aut, qui censuras obseruãt, aut, qui cum excommunicatis versari nolunt ob c.quicunq; de sent.excom. lib.6. sicut etiam qui data ad hæc licentia vtuntur; & post duos menses absolutio Rom.Pont. reseruata est.
Offendentes Pontificem quempiam quacunque ratione ex ijs, quæ habentur in Clem.1. de pœn.;& Rom.Pont.absultio est.
Excommunicati publicè, si ab ijs, qui sacra faciunt, admoniti ab ecclesia nõ exierint ob Clem. 2.de sent.excom.
Persequens Cardinalem ratione quapiam ex ijs, quæ recensentur in c.felicis de pœn.lib.6.
Afferentes hęreticos esse, mortiferèuè peccare eos, qui asserunt sanctissimã Dei genitricem immunem peccati origine contracti fuisse, dum conciperetur; & qui conceptionis officium celebrant; sicuti è contrario, qui aliam opinionem sequuntur, damnantes ob extrauag.2.de reliq.& ven.sanct.

Excn-

Exenterantes mortuorum corpora, & ea decoquentes, vt ossa in patriam reportent ob extrauag. 1. de sepult.
Dantes, accipientesuè quidpiam, vt quis in religionem recipiatur ob extrauag. 1. de Symon.
Interuenientes, vt Symonia omittatur.
Portantes arma ad infideles ob extrauag. 1. de iud. & ob extrauag. copiosiùs Ioann. 22.
Adulterinam pecuniam conformantes ob extrauag. prodiens Ioan. 22. de crim. falsi.
Veniens contra extrauag. Saluator de præb. & Rom. Pont. absolutio reseruata est.
Fraticellorũ habitum accipiens, retinensuè ob extrauag. Sancta Romana Io. 22. de relig. dom.
Vacante imperio qui iurisdictionẽ ipsius vsurpat, ob extrauag. si fratrum Ioan. 22. ne sed. vac.
Bona ecclesiæ qui vltra triennium conducunt; rationeuè alia, vt domini sint, accipiunt ob extrauag. vn. de reb. eccl. non alien.
Qui hospicio apud se episcopos ad Romanam Curiam profectos recipiunt, antequam id Summo Pont. significent ob extrauag. 1. de maior. & obed.
Impedientes, ne Legati, Nuncijuè Apostolicæ Sedis recipiantur ob extrauag. vn de consuet.
Offendens iudices, magistratusuè contra extrauag. Dierum crescente malitia Io. 22. de pœn.
Sepelientes in cœmiterio interdicti tempore, aut alias nominatim interdictum, aut excommunicatum publicum, vsurariumuè manifestum ob Clem. eos de sepult.
Qui sequestrationem factam impedit contra Clem. vn. de sequestr.
Non electus in Romanum Pontificem à duabus partibus, si se pro Pontifice gerit; item qui pro Pontifice ipsum habet ob c. licet de elect.
Mittentes literas ad Cardinales, dum in conclaui sunt, aut cum eis secretò colloquentes ob c. vbi periculum. § nulli de elect. lib. 6.
Absolutus ab eo ex causa, à quo aliàs non poterat, si coram eo non comparuerit, à quo absolui debebat, statim, atq; poterit; sicut etiam à Romano Pont. ab eiusuè legato absoluti; si id man datum ipsis sit, & non comparuerint coram eo, apud quem comparere debebant ob c. eos de sent. excom. lib. 6.
Per assasinios christianum interficiendum aut curans, aut mandans, aut fauens ob cap. 1. de homicid. lib. 6.
Impediens monialium visitatores, quæ nulli subiectæ sunt ob Clem. fin. de stat. mon.
Matrimonium contrahens in gradu affinitatis, consanguinitatisq; prohibito ob Clem. vn. de consangui. & affin. & idem si cum moniali contrahat.
Asserens animã rõnalem nõ esse corporis humani formã hæreticus est ob Clem. 1. de sum. Trin.
Vsurpans custodiam vacantis ecclesiæ ob c. generali de elect. lib. 6.
Veniens contra c. fundamenta. §. quod si secus de elect. lib. 6.
Faciens contra c. ad Apostolicæ in fin. de re iud. lib. 6. sed in hoc hodie non prodest, ex quo Fridericus ille mortuus est, sicut etiam multò minùs excommunicatio, quæ habetur in c. clerici §. nos igitur de immun. eccl. lib. 6. nam abrogata est per Clem. quoniam eod. vt inquit Gloss. in c. eos de sentent. excom. lib. 6.
Impediens, quò minùs, quis super causis, quæ ad forum ecclesiasticum pertinent, literas impetret ob c. quoniam de immun. eccl. lib. 6.
Sepeliens hæreticos, eis credentes, rationeuè quapiam ipsis fauentes ob c. 2. de hæret. lib. 6.
Magistri, ac discipuli, qui Bononiæ aliorum discipulorum hospitia conducunt durante ipsarum locatione sine eorum consensu ob c. 1. de locat. & conduct.
Duellum committentes, eorumq; patrini, & consiliarij tam in iure, quàm in facto, eiusq; pugnæ spectatores ob c. 19. Trid. Syn. de reform. sess. 25.
Virginem, aliamuè mulierem ad ingrediendum monasterium, ad habitumuè religionis suscipiendum cogens, sicuti etiam interponens huic actui præsentiam, consensum, autoritatemuè: sicut è contrario sanctam virginum, aliarumuè mulierum voluntatem accipiendi velum, votumuè emittendi impediens ob c. 18. de reg. mon. sess. 25.
Raptor mulieris, eiusq; consiliarius, auxiliumq; præbens ob c. 6. de reform. sess. 24.
Asserens, aut docendo, aut prædicando, aut disputando sat esse contritionem ad Eucharistiã suscipiendam ob can. 11. sess. 13. de sacramen. Eucharist. Trid. Syn.
Vsurpans bona ecclesiæ, montisuè pietatis contra cap. 11. Trid. Syn. sess. 22. de reform.
Affirmantes matrimonium à filiofamilias contractum non valere, aut patrem illud ratum, irritumuè facere posse contra cap. 1. Trid. Syn. de reform. matr. sess. 24.

Ingrediens septa monasterij monialium sine episcopi, superiorisq; licentia in scriptis obtenta contra cap.5.sess.25. de regul.

Negantes indulgentias, aut inutiles esse, aut eas concedendi ecclesiam potestatem non habere contra decretum Trid.Syn.de indulgen.sess.25.

De efficiente causa absolutionis excommunicationum, quæ à lege, statutoue latæ sunt, id est de eo, qui ab excommunicationibus à iure latis absoluere potest; & de ijs, quæ ad absolutionem tribuendam necessariò inesse ipsi debent. Cap. IIII.

SVMMA.

1 *Absoluere ab excommunicatione à iure quouis lata, potest*
Legislator,
Superior eius,
Successor eius,
Episcopus excommunicati,
Capitulum eccl, vac.
Legatus Rom. eccl.
Delegatus ab aliquo horum.
Delegatus à lege.
Ipso iure aliquando quis absoluitur.



Narratis excommunicationibus, quæ in Pontificij iuris volumina redactæ sunt; iam quis absoluere possit cùm ab ipsis, tum ab illis, quæ ab episcoporum, huiusmodiq; ecclesiæ antistitum statutis latæ sunt, explicemus. † Absoluere igitur
1 ab excommunicationibus per legem, statutumuè latis potest. Primò, qui legem eam, statutumuè illud tulit, per quæ excommunicationes latæ sunt. Nec non superior, eiusq; successor. Quartò episcopus, archiepiscopus, & patriarcha, & ad summam ordinarius eius, qui excommunicatus est. Quintò, eccl. cathedrali vac. eius capitulum, vbi tamen episcopus ipsius poterat. Sextò Legatus Rom. Eccl. Septimò ab horum aliquo delegatus. Octauò à lege itidem delegatus. Postremò absolutionem excommunicationis ipso iure non nunquam quis consequitur, quæ omnia, quòd declarauimus abundè supra in Tab.1.c.10.& ibidem, quæ ad absolutionem hanc tribuendam necessariò inesse ipsis deberet, tradidimus; ob eam rem hic partim breuiter percurrimus, partim silentio præteriuimus: sed ad effectus excommunicationis descendamus.

De effectibus communibus excommunicationis maioris per se, ac per accidens, qui cùm in hac, tum in alia vita percipiuntur. Cap. V.

SVMMA.

1 *Effectus communes excommunicationis maioris tà per se, quàm per accidens quinam sint.*



Voniam ad effectus excommunicationis maioris iam venimus, qui partim communes, partim proprij sunt: & de communibus satis egimus in Tab.1. ac propterea de proprijs agendum nobis restat; ideo, vt ad ipsos explicandos quàprimùm transeamus, communes vbi habeantur, breuiter indicemus. † Communes effe-
1 ctus igitur maioris excommunicationis per se quidem in hac vita habentur in eadem Tab.c.11, cum duob. seq. per accidens verò in c,14. In alia vita verò communes effectus tàm per se, quàm per accidens habentur in cit. Tab, cap.15, de quibus omnibus quoniam, vt dixi, abundè in cit. locis egimus, ob eam rem ad proprios effectus eiusdem iam veniamus.

De effectu proprio, per se, ac proximo excommunicationis maioris. Cap. VI.

SVMMA.

1 *Effectus proprius per se, ac proximus, excommunicationis maioris est vsus omnis communionis exterioris ecclesiæ priuatio; qui effectus etiam declaratur quatenus pateat.*
2 *Vsu communionis ecclesiæ quamobrem, per excommunicationem quis priuetur.*
3 *Communionis ecclesiæ participes efficimur, & ad ipsam habiles reddimur baptismi susceptione.*

Commu-

4 Communio ecclesiæ duplex interior charitas, & gratia, exterior sacramenta, suffragiaq; ecclesiæ, ac reliqua spiritualia, nec non Christi fidelium in profanis commercium.

5 Excommunicatio maior à mistico Christi corpore, atq; idcirco ab ecclesia nos separat.



1 Effectus autem proprius, † per se, ac proximus excōmunicationis maioris est priuatio vsus cōmunionis exterioris omnis ecclesiæ; excōicatus enim cuiusq; com-
2 munionis ecclesiæ caret, vt iam probabimus. † Dixi ergo primùm esse priuationem vsus; quoniam per excommunicationem non adimitur nobis potentia, atque habilitas vtendi ecclesiæ communione, sed vsus tantùm: nam potentia, habilitas illa baptismi charactere nobis condonatur, vt sensit Car. de sacramentis cap. de charactere vers. Ac baptismi quidem charactere vtrunq; consequimur, vt ad alia sacramenta percipienda reddamur idonei; & eo prætcrea fidelis populus à gentibus, quæ fidem non colunt, distinguatur, & in tractatione de baptismo cap. de necessitate baptismi vers. Præterea, qui serius ad baptismum veniunt, & cap. de nominibus baptismi vers. Cur autem D. Dionysius; & in ea parte Symboli Credo vnam Sanctam Ecclesiam in explicatione vocis eius Sanctā, ibi Nec mirum cuiquam videri debet, & in explicatione vocis eius Apostolicā, ibi Quam Deus sic constituit: si ergo potentia, habilitas ea vtendi ecclesiæ cōmunione baptismi charactere tribuitur, planè nulla ratione auferri nobis illa potest; quandoquidem nec character eius causa auferri valet, vt asseruit Trid. Syn. can. 9. sess. 7. de sacramentis, & diuinarum rerum scriptores vniuersi. Hinc, si excommunicato conferatur ordo, ab eo is suscipitur; si matrimonium contrahatur, & illud valet arg. e. cùm illorum de sent. excom. & cap. significasti, & ibi not. de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult. facit etiam, quod dixit Inn. viden in c. si verè in verb. Circa temporalia de sent. excom. iure igitur vsu ecclesiæ communionis excommunicatum priuari posuimus, atque sic sensit etiam Adrian. de clauibus art. 3. vers. Ex hoc nota, quòd quamuis ligatus minori, vbi ait ob maiorem excommunicationem non expirare potestatem absoluendi quò ad habitum, sed solùm quo actum; idē de iurisdictione dixit Mar. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 245. de
3 sent. excom. † Diximus esse priuationem vsus Communionis ecclesiæ; quoniam, statim atq; per baptismum in ecclesiam recepti sumus, bonorum, quæ in ipsa sunt, participes efficimur, atq; in ipsis cum reliquis Christianis communicamus, vt tradidit Cat. multis in locis in ea Symboli parte Credo sanctorum communionem, & S. Thom. in expositione eiusdem articuli opus. 6. & Nauar. qui eum refert cap. 20. nu. 53. cum seq. de orat. & hor. canon. ac nouissimè Iac. de Graff. cap. 1. nu. 5. lib. 4. decis. cas. consc. qua communione excommunicati carent, vt Cat. eod. tradidit vers. At verò tot, tantisq; muneribus, ibi & eos fructus capiunt, & S. Thom. eod. opus. & Nauar. eod. c. num. 55. vers. Vnde excommunicati; & facit c. pen. de sent. excom. & c. Engeltrudam
4 3. q. 4. meritò igitur Communionis priuationem esse diximus. † Tertiò dixi Exterioris, nam duplex fidelium communio est, altera interna, scilicet bonorum spiritus, cuiusmodi est gratia & charitas; altera externa, quæ consistit in vsu sacramentorum, & communione fidelium, vt tradidit S. Thom. dist. 18. q. 2. art. 1. vers. Ad primùm lib. 4. & D. Dionys. Carth. dist. ead. q. 4. vers. Concordat Petrus, ibi Communio autem eccl. lib. 4. & Iacob. de Graff. eod. c. 1. & num. 5. & 8. per excommunicationem igitur non interna communione priuamur (illa enim mortiferi peccati culpa tantùm tollitur, vt inquiunt citati autores, & nos asseruimus cap. 9. §. 7. in hac Tab.) sed externa solùm, quæ consistit in sacramentorum vsu, & Christi fidelium commercio, atque idcirco dixi Exterioris. Postremò adieci dictionem illam Vniuersalem Omnis; quoniam ex hac exteriori communione excōicatus non vnius boni vsu, sed omniū bonorum ecclesiæ caret: hæc autem bona sunt sacramenta, suffragia ecclesiæ, ac reliqua huiusmodi; item Christi fidelium in profanis commercium, sic enim inquiunt S. Thom. dist. 18. & Bon. ead. dist. q. 1. concl. 1. num. 53. & Sot. dist. 22. q. 1. art. 1. vers. Nomine autem fructus lib. 4. & Archiepisc. Flor. de excom. in prin. & Sylu. in verb. Excommunicatio. 1. & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 17. & Car. in ea Symboli parte Credo sanctorum communionem, & Iacob. de Graff. eod. cap. num. 8. vers. Alia est communio. Excepta igitur gratia, huiusmodiq; interna communione, exterioris communionis ecclesiæ fructibus vniuersis excommunicatus priuatus est; nam externa hæc communio in vsu sacramentorum eccl. suffragiorum, & in communione fidelium versatur, vt proximè vidimus; quorum excommunicatus particeps non est, vt probatur in cit. c. pen. de sent. excom. & in eod. cap. Engeltrudam, & in §. euidenter itaq; vers. Est & alia sententia. 11. q. 3. idq; iure meritò,
5 † nam excommunicatione hac à Christi corpore quis separatur, vt dicitur in c. nihil 11. quęst. 3.

ergo & ab ecclesia; ipsa enim Christi corpus nominatur, vt habetur in cit.c. Engeltrudam; ergo excommunicatus extra ecclesiam est arg.c. qui merito, & cap. omnis Christianus. 11.q.3. ergo communionis exterioris bonorum omnium eccl. expers est, atq; sic asseruit Cat. in ea Symboli parte Credo sanctorum communionem vers. Membra verò mortua, ibi quorum expertes esse; iure igitur dictionem illam vniuersalem Omnis adiecimus. Hic ergo proprius, per se, ac proximus excommunicationis maioris effectus est. Qui primò amplificatur, & coarctatur ijs rationibus, quas recensuimus in Tab. 1. cap. 13. §. 1. cum reliquis seq. Item effectus hic locum habet, vel excommunicatum contumaciæ pœnituerit; nam non idcirco tamen absolutus est arg. cap. cùm desideres, & c. à nobis. 2. & c. sacris de sent. excom. etenim pœnitentia contumaciæ culpa, nō excommunicationis vinculum ab ecclesia iniectum tollitur, vt dicitur in eod. c. à nobis: idq; iure merito; ex quo enim ab ecclesia inijcitur, & ab ea dissolui debet, vt in re nostra dixit Rom. Pont. in cit. c. à nobis vers. Vinculum ergo, & facit c. 1. de reg. iur. & l. nihil tam naturale. ff. eod. & l. qui condemnare. ff. de re iud. Tertiò locum habet, etiam si excommunicatus ecclesiæ se obtemperaturum iureiurando confirmauerit; nam nihilominus communione hac ipse carebit, cùm ob ea, quę proximè diximus, tum quòd cautione huiusmodi ecclesiæ communio nobis nō restituitur, vt inquit Summus Pont. in cit. c. cùm desideres; & facit cit. c. à nobis, & c. quod in dubijs, & ibi not. Abb. ac Felin. de sent. excom. etenim, si contrarium vellemus, absolutio necessaria deinceps non esset; quod absurdum est, vt sensit Rom. Pont. in eod. c. quod in dubijs. Postremò effectus hic locum sibi vindicat ob easdem rationes, ac iura, vel pro eo, quamobrem excommunicatus est, excommunicatus satisfecerit, vt & not. Mar. Soc. Sen. in cit. c. cum desideres nu. 7. vers. Septimo not. etenim satisfactione non excommunicatio, sed obligatio tollitur arg. in Instit. quibus modis obligatio tollitur: sed de effectu hoc generatim hactenus, iam sigillatim de ipso agamus; hac enim ratione, quod in primis studemus, quousque hic effectus pertineat, declarabimus, ac perfectam, absolutamq; ipsius cognitionem habebimus. Verùm, quòd ob hanc rem de communione sacramentorum, atque Christi fidelium, quomodo, & quatenus excommunicatus ea careat, tractandum nobis est (hac enim communione duplici excommunicatum priuari supra significauimus) ideo, sacramentorum, hominumq; communio in quibus versetur, priùs explicemus. Sacramentorum communio igitur, quatenus ad rem nostram pertinet, in his versatur, primò in septem ecclesiæ sacramentis, deinde in diuinis officijs, tertiò in suffragijs ecclesiæ, quartò in ordinis vsu, atque in iurisdictione fori pœnitentiæ, quintò in iurisdictione ecclesiastica fori contentiosi, sextò in dignitatibus ecclesiasticis, septimò in fructibus beneficiorum ecclesiæ, nec non in ipsis beneficijs: hæc omnia sacramentorum nomine communiter accepto continentur. Communio autem hominum in profanis versatur & primò in iurisdictione fori contentiosi, deinde in dignitatibus, tertiò in iudicijs, quartò in contractibus, quintò in vltimis voluntatibus, postremò in quotidiana consuetudine, atq; congressu: quorum sacramentorum, atque hominum communione excommunicatus caret, vt probabimus; de vtraq; igitur communione eo ordine, quo ipsam posuimus, atque ob eam rem de sacramentorum communione priùs agamus.

De vsu communionis sacramentorum excommunicato ipsi prohibito declaratione prima effectus propositi. Cap. VII.

SVMMA.

1 *Sacramenta excommunicatus recipere non potest; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Sacramentum nullum excommunicatus recipere potest, non confirmationem, ordinem, eucharistiam, pœnitentiam, extremam vnctionem, matrimonium.*

3 *Sacramenta recipere excommunicatus potest, vbi periculum est, ne se infamet.*

4 *Sacramenta recipere excommunicatus potest, vbi probabiliter se excõicatum ignorat.*



Voniam de septem sacramentorum cummunione, quorum communionis vsu excommunicatus caret, priùs agendum nobis proposuimus; ideo hac de re hæc contemplabimur. Primùm, an excommunicatus sacramenta suscipere possit. Deinde, an ea ipsi licitè administrentur. Tertiò, an administrata valeant. Quartò, an vniuersos fructus consequatur sacramentorum, quæ suscipit. Quintò, an ipse administrare ea queat. Sextò, an legitimè ab eo Christi fideles eadē suscipiant. Postremò, an suscepta

1 pta itidem valeant. † Excommunicatus igitur, vt, quod priùs proposuimus, priùs etiam explicemus, vsu communionis sacramentorum omnium caret; id est excommunicatus sacramentum nullum recipere potest, vt probatur in c. pen. de sent. excom. ibi enim Rom. Pont. inquit eum, qui simpliciter excommunicatus est, & à perceptione sacramentorum, & à communione fidelium separatum esse; at, qui sic separatur, maiori excommunicatione obligatus est, vt ibidè com muniter notatur; ergo maiori excommunicatione obligatus, ex quo à perceptione sacramentorum separatur, ipsa recipere non potest. Confirmatur ratio hæc, quoniam minor excommunicatio sacramentorum perceptione itidem nos priuat, vt dicitur in cit. c. pen. & habetur in cap. fin. & ibi not. DD. de cler. excom. min. ergo multò magis maior excommunicatio id operabitur; nam quicquid excommunicatio minor potest, & maior itidem potest; sed non è contrario arg. cit. c. pen. & c. Engeltrudam. 3. q. 4. Postremò excõmunicatione hac à mystico Christi corpore, atq; idcirco ab ecclesia nos separamur, vt dicitur in cit. c. Engeltrudam; ergo ecclesiæ munerum, in quorum numero sacramenta principem locum sibi vindicant, & in ecclesia tantùm legitimè suscipiuntur, participes esse non possumus arg. c. nihil sic debet formidare, & c. omnis. 11. q. 3. & vt probauimus supra cap. 6. vers. Dixi postremò; iure igitur recipere sacramenta excommunicatus non potest, atque sic DD. communiter concludunt, S. Bon. dist. 18. q. 1. concl. 1. lib. 4. S. Tho. dist. ead. q. 4. ar. 1. & in Add. 3. p. q. 21. & Sot. dist. 22. q. 1. art. 1. & Thom. ab Arg. dist. 19. q. 1. art. 4. in resolut. eod. lib. 4. & Caiet. in summ. in verb. Excommunicato plura sunt illicita, & Archiepisc. Flor. eod. de effect. vers. Primò, & Angel. eod. vlt. nu. 2. & Syl. eod. 3. nu. 1. & Tab. eod. 1. num. 2. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 18. & Abb. in rub. de sent. excom. & nos in comment. nostr. de sacr. Tab. 1. cap. 11. num. 5. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris num. 100. vers. Circa igitur decimum de sent. excom. & Couar. in c. alma pars. 1. in prin. num. 3. vers. Est etenim eod. lib. 6. & in § 6. vers. Nonò. num. 5. vbi hoc pluribus probauit eod. & tam dantem, quàm accipientem sacrilegium committere ait ibid. num. 7. vers. Prima conclusio, & Bart. Med. in summ.
2 cap. 11. §. 4. & §. 5. non est igitur, quod hac de re dubitemus. † Nullum itidem sacramentum excommunicatum recipere posse dixi: tum quòd in cit. c. pen. de sent. excom. excommunicatum hunc à perceptione sacramentorum separatum esse Summus Pont. inquit, atq; idcirco simpliciter loquitur, nullo scilicet sacramento excepto, & indefinitè; ergo simpliciter, atq; sine vlla exceptione intelligi debet, vt excommunicatus nullum sacramentum suscipiat arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. nam & indefinita locutio vniuersalis vim habet, vt tradidit Bart. in l. si plu ribus. ff. de leg. 2. tum quòd nulla ratio suadet, quamobrem huius magis, quàm illius sacramenti communionis vsu excommunicatus careat; ergo omnium sacramentorum vsu carebit arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. atque sic etiam citati autores eisdem in locis sentiunt Non igitur matrimonium contrahet, alioquin mortiferè peccabit, vt dixit Iac. de Graff. c. 14. nu. 10. lib. 4. decis. cas. consc. & Soc. in eod. c. sacris. num. 100. vbi & de eucharistia, & de confirmatione idem sentit, vt scilicet sacramenta hæc ab excommunicato non suscipiantur, sicut nec etiam absolutio in sacramento pœnitentiæ, vt dixit Viuius in Syl. commun. opin. opin. 263. num. 4. vers. Vnde absolui nequit, vbi idem de matrimonio ait, quòd citari proximè inquiunt: hinc hodie vsitatum in ecclesia est, vt ante peccatorum absolutionem excõmunicationis absolutio præmittatur, vt dixit Viuius eod. Non ordines suscipiet argum. cap. 1. & ibi not. Phil. Franc. in prin. & in vers. In Gloss. in verb. Excommunicationis, & Gemin. in prin. de temp. ord. lib. 6. Non Eucharistiam, vt sensit Syl. in verb. Eucharistia. 3. vers. Octauum, & Angel.
3 eod. 3. num. 27. ergo idem & de alijs sacramentis asseremus. † Excipitur tamen primò, vbi excommunicatus infamaretur, si sacramentum non susciperet, vt probauimus c. 13. §. 4. n. 2. in
4 Tab. 1. tunc enim sine offensa suscipere illud potest. † Postremò, vbi se excommunicatum esse probabiliter ignorat arg. c. Apostolicæ de cler. excom. min. & c. si verò. 2. de sent. excom. & c. 1. & 2. de ordin. ab episcopo qui renunt. episc. sed de hac priori quæstione hactenus, ad alteram veniamus.

S V M M A.

1 *Sacramenta excommunicatis administranda non sunt; quæ regula non nullis modis declaratur.*

I.

1 § Sicut autem sacramenta suscipere excommunicatus non debet, † ita nec ea ipsi ecclesiæ ministri administrare possunt, vt habetur in c. Episcoporum de priuil. & in c. excommunicamus 1. §. credentes vers. Sanè clerici de hæret. Idq; iure meritò; nam, cùm excommunicato, ne sacramenta suscipiat, vetitum sit, vt proximè probauimus, iure optimo, ne eadem ipsi ab alijs

alijs administrentur, vel id ecclesia speciatim non prohibuisset, pro prohibito haberi debet, quod enim alteri ex correlatiuis prohibitum est, & alteri prohibitum esse censetur arg. l. fin. & ibi not. Bart. Ias. ac DD. C. de indict. vid. toll. hinc pœnam, quæ ementi quidpiam imponitur, & illud vendenti impositam esse Bart. not. in l. 1. C. de cupress. lib. 11. excommunicatis igitur nullum sacramentum administrabitur, atque sic dixit Syl. in verb. Eucharistia 3. vers. Octauum de eodem sacramento, & Angel. eod. 3. nn. 27. & de ordine probatur in c. 1. de temp. ordin. lib. 6. & in c. cùm illorum de sent. excom. in antiq. & vt sensit Gloss. fin. in c. quòd sedem de ofi. ord. & Syl. in verb. Ordo 4. nu. 2. vers. Decimo quintò, & Angel. eod. 3. num. 19. & Tab. in vers. Excommunicatio 6. num. 13. Hæc autem regula sic posita declaratur non nullis modis, & primò, vt locum habeat, vbi publicè quis excõmunicatus est, id est vbi aut notoria, aut denunciata excommunicatio est ob cit. c. episcoporum iuncta extrauag. ad euitanda, quam posuimus supra cap. 13. §. 7. Declaratur itidem, vt locum habeat, etiam si neq; denunciata, neq; notoria excõicatio sit, sed ab eo, à quo sacramentum excõicatus petit, legitimè probari potest, vt probatur in c. si sacerdos de off. ord. atq; sic asseruit Adrian. in tit. de clau. art. 3. vers. Sed quoniã lib. 4. & sequitur enim Couar. in c. alma pars. 1. §. 2. in fin. de sentent. excom. lib. 6. & hoc cùm ob extrauag. ad euitanda, quæ excommunicatis non subuenit, tum quòd non tenemur de iure diuino sancta dare canibus. Tertiò declaratur, vt excommunicato sacramenta petenti non tribuantur, vbi excommunicatio probari quidem non potest, sed secretò tamen ab eo ipsa petuntur; tum quòd hac ratione prohibetur, quò minùs excommunicatus peccet; tum quòd non infamatur; & facit c. cùm non ab homine de sent. excom. in omnibus igitur his casibus excommunicato, nec, si ipsum petat, sacramentum ullum administrabimus. Excipitur tamen, vbi excommunicatio neq; publica est, neq; probari potest, neq; secretò, sed publice excõicatus subditus sacramenta petit; tunc enim sine vlla offensa legitimè sacramenta huic administrabimus; imò ea illi denegare nõ possumus arg. cit. c. si sacerdos de off. ord. etenim, si mortiferi peccati culpa polluto sacrosanctam Eucharistiam, vbi publicè eam petit, tribuendam esse Christi exemplo Rom. Pont. sensit in eod. c. si sacerdos, iure & huic excommunicato, vbi publicè illud petit, sacramentum administrabimus, alioquin à nobis hic infamaretur, quod fieri non debet; nam & ne se ipse infamet, recipere sacramenta ipsum posse supra probauimus. Excipitur postremò, vbi quis excommunicatum eum esse ignorat; nam, quacunq; ratione hic sacramenta postulet, ipsi tutò sacramenta conferemus; his igitur terminis regula hæc, ac quæstio concluditur.

SVMMA.

1 *Sacramenta excommunicato administrata valent; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Ordo ab excommunicato recipitur, sicut etiam reliqua sacramenta, quæ charactera imprimunt, vt confirmatio.*

3 *Eucharistia ab excommunicato recipitur.*

4 *Matrimonium ab excõicato contractum valet.*

5 *Pænitentiæ sacramentum, nec non extremæ vnctionis an ab excõmunicato recipiantur.*

6 *Pænitentiæ sacramentum valet susceptum ab eo, qui se excommunicationem esse probabiliter ignorat, vel se etiam excommunicatum absolui posse credit.*

7 *Articulo mortis existente, si absolui quis non potest ab excommunicatione, & à peccatis, à quo magis absolui debeat.*

8 *Sacramenta administrata interdicto an valeant.*

II.

§. Vidimus hucusque sacramenta excommunicatos suscipere non debere, nec ab alijs ea ipsis administranda esse; iam administrata, ab ipsisq; suscepta an valeant, contemplemur.

1 † Sacramenta igitur omnia, vt regulam constituamus, ab excommunicatis suscepta valent, vt de communi sententia testatur Martinus Alphonsus in candelabro de excommunicatione. nu. 22. & opinionem hanc sequitur etiam Bart. Med. in summ. cap. 11. §. 3. lib. 1. id quod hinc con-

2 stat; † nam primùm de ordine probatur in c. cùm illorum de sent. excom. ibi enim Rom. Pont. ait clericos seculares, si excommunicati ordinibus inirientur, deponendos esse, si regulares ab executione suscepti ordinis, & officij manere suspensos: hæc ibi; si seculares ergo deponendi sunt, ordinis gradum iam ascenderant (per ordinem enim in altiori quodam statu collocamur, vt à nobis traditum est in commentario nostro de sacramen. Tabula 1. cap. 17. num. 3.) si regulares ab executione suscepti ordinis suspensi manere debent, iam ordinem susceperant; non enim ab eo, quod quis non habet, suspendi potest argum. l. decem, & ibi not. DD. ff. de

verb.

Verb.oblig.quid plura? verbum illud Suscepti ordinis id,quod quærimus, apertissimè declarat;
non est igitur, quod hac de re dubitemus. Idem probatur in c.1. & in c.fin.de eo,qui furt.ord.
suscep.& ibi not.Abb.num.3. atque sic not. Gloss.in cit. c.cùm illorum in verb. Ordinibus 1.&
idem Abb.& Præpos.in c.significasti de eo,qui dux.in matr.quam poll.per adult. & Phil.Franc.
in c.1.vers.Circa secundum quid sit in sacramentalibus de except.lib.6.& Syl.in verb.Ordo.5.
nu.6.vers.Sextò,& in verb.Excommunicatio 3.num.1.vers.Decimo quartò, & Caiet.in summ.
in verb.Absolutionis impedimenta prope finem,& Nauar.in c.consideret.§.cautus num.29. de
pœnit.dist.5.Quod autem de ordine diximus,idem,ex quo diuersa ratio reddi nõ potest,de con
firmatione sentimus arg. c.cùm dilecta de confirm.vtil. vel inutil.& l.illud.ff.ad l.Aquil.atq; sic
inquiunt & Caiet.& Nauar.eod. & Couar. de confirmatione in c.alma pars.1.§.6.num.5. vers.
Cæterum etiam si excommunicatus de sent.excom.lib.6.& Io.Med.de pœnit.q.18.vers. Con-
tra secundum modum tract.2. Idcirco autem sacramenta hæc ab excommunicato recipiuntur;
quoniam baptizatus baptismi charactere ad confirmationem, ordinesq; suscipiendos capax,
habilisq; fit,vt probauimus suprà cap.6.vers.Dixi primò in hac Tab. qui character sicut deleri
nequit,ita nec capacitas,habilitasq; illa tolli omnino potest arg.§.sed naturalia in Instit.de iur.
nat.gent.& ciuil.etenim & sacerdos hæresis labe pollutus,qui excommunicatus est ob c.excom
municamus.1.& 2.de heret.panem,& vinum materiam Eucharistiæ consecrat,vt dixit Gloss.1.
communiter recepta in c.2.de cler.excom.min.& S.Thom.dist.13.lib.4.& Syl.in verb.Eucha-
ristia.2.vers. Secundò quæritur. Nec repugnat quòd ad matrimonium homines habiles inha-
biles ab ecclesia quandoq; reddi, vt probatur in c.non debet de consanguin. & affinit. & apud
Trid.Syn.de reform.matr.cap.1.cum seq.& cap.6.& can.3.sess.24.nam matrimonium contra-
ctus etiam rationem habet, & ab hominum voluntatè plurimum pendet arg. c.cùm locum de
spons.iure igitur summus princeps,ex quo iuris gentium contractus est, disponere de materia
aliquando potest; at ordo imprimis à Deo per ministrum confertur, meritò igitur hominum
constitutione inhabilis omnino ad eum reddi non potest; sacramenta igitur, quæ charactera
3 imurunt,& ab excommunicato suscipiuntur. † Eucharistia quoq; ab eodem recipitur; nam sa-
cramentum hoc non ante summitur, quàm confectum sit,post confectionem autem, quousque
species illæ permanent,vel ab excommunicato summatur, sacramentum est; non enim Eucha-
ristia,vt reliqua sacramenta,statim atque perfecta est,sacramentum esse desinit,vt probauimus
in Tab.de Eucharist.cap.17.in fin.hinc Mag.de Eucharistia cap. de duob.mod.manduc. quem
diuinarum rerum scriptores sequuntur lib.4. Eucharistiam & à bonis, & à malis sacramentali-
ter edi asseruit; ab excommunicato igitur sacramentum Eucharistiæ suscipitur, atque sic sensit
Ang.in verb.Eucharistia.3.nu.4.vers. Adde, vbi Eucharistiam tunc sacramentaliter summi di-
xit,vbi sumens impedimento aliquo detinetur,quamobrem eius effectu,ac fructibus caret,etiã
si sacramentum recipiat,atque sic etiam de excommunicato dixit Couar. eod.§.6.num.5. vers.
4 Sic & si quis excommunicatus. † Matrimonium itidem ab excommunicato contractum valet
arg.cit.c.significasti de eo,qui dux.in matr.quam poll.per adult.ibi enim excommunicatus ma
trimonium contraxerat,vt communiter illud cap.Doctores interpretantur; & tamen, nisi aliud
obstet,vt matrimonium illud legitimum iudicetur,Rom.Pont.rescripsit;si ergo legitimum ma
trimonium est ab excommunicato contractum; ergo valet, atque sic Abb. ibi not. & quotidie
cap.illud ad id citari ait,& Henric Bohic eod.idem Gloss.inquit in c.nullus in verb.Quod si ha-
beri de consecr.dist.4.& in c.illud in verb. Negantur. dist.95.idem Abb. in c.cùm illorum.nu.
4.de sent.excom.& Add.ad eum in c.officij tui.nu.6.in litera A de elect.& Phil.Franc.in c.1.in
initio vers. Circa secundum de excep.lib.6. & Zab.in Clem.1. vers. Decimo tertiò de priuil.&
& Felin.in rub.de spons.nu.18.vers. Duodecimò, & Phil.Prob.in Add.ad Ioan.Mon.nu.9.in c.
vn.de despons.impub.lib.6.& Mar.Soc.in c.sacris.num.99.vers. Circa nonum dubium de sent.
excom.& Ias.in l.1.num.27.& ibi quoque Bald.C.de iur.& fact.ignor.& Rebuff.in repet.c.po-
stulastis notab.1.num.18.& Archiep.Flor.de censur.cap.de effectu excom.vers. Decimo quar-
tò,& Syl.in verb.Excommunicatio.3.in initio,& in vers. Decimo quartò, & Tab.eod.1.nu.17.
& Angel.eod.nu.13.& Armill.eod.nu.9.vers.Item excõmunicatus, & Caiet.in summa in verb.
Absolutionis impedimenta prope finem,& Nauar.in eod.§.cautus.num.26.& Couar.eod.vers.
Ac denique Præpos. in cit.c.significasti, vbi opinionem hanc communiter receptam esse testa-
tur.Etenim matrimonium contractus quidam est;contractus verò ab excommunicato initi va-
lent, vt infra suo loco probabimus; ab hac igitur sententia non discedemus. Excipitur tamen
quò ad benedictionem;nam benedici nuptiæ horum non debent,idest sponsus,& sponsa, vt di-
xit Hen-

xit Henric Bohic eod. † At quid de pœnitentia sacramento, an peccatorum absolutio in pœnitentiæ foro ipsi excommunicato tributa valebit? Caiet. in summ. in verb. Absolutio non nullis circunstantijs vers. Verum autem, & in verb. Confessio iteranda vers. Ex inhabilitate denum confitentis, absolutionem huiusmodi tributam semper valere asserit, id quod his rationibus probat. Primò, quoniam nullo iure cautum repetitur, vt absolutio sacramentalis excommunicato tributa nulla sit; solùm enim excommunicatus à sacramentis exclusus est, ne licitè ipsa suscipiat, non autem, vt suscepta nulla sint: ergo absolutio hæc tributa valebit; multa enim fieri prohibentur, quæ facta valent arg. l. patre furioso. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. & c. vn. prope fin. de vot. lib. 6. ad hanc primam rationem responderi potest, imò, si sacramentum hoc conferatur, nullum esse; nam simpliciter excommunicatum sacramentorum communione lex priuat, vt habetur in cap. fin. de cler. excom. min. & in c. penult. de sent. excom. at, vbi lex quidpiam prohibet, etiam si deinceps, vbi contra fit, actum nullum esse minùs declaret, actus tamen nullus est ob l. non dubium. C. de leg. etenim lex huiusmodi habere clausulā existimatur, quę actum nullum reddit, vt inquiunt Bald. & Paul. de Castr. & Fulgos. & Ias. in cit. l. non dubium. Nec repugnat regula illa Multa fieri prohibentur; nam tunc locum habet, vbi habili tempore quidpiā factum est; nam, si deinceps tempus inhabile aduenerit, quod tamē antea legitimè factum erat, non viciatur, vt de matrimonio habetur in cit. l. patre furioso. Item locū habet, vbi lex ipsamet actum contra se factum valere voluit, & id declarauit, vt habetur in cit. c. vn. de vot. quæ duo hic desiderantur; ratione igitur hac proposita sententia non nititur. Vnde secundo loco sic argumentatur; si absolutio huiusmodi non valeret, nec reliqua sacramenta valerent; sed ipsa valent, vt probauimus; ergo & absolutio huiusmodi: hoc argumentum mihi etiam non probatur; nam sacramenta proposita partim, vt Eucharistia ab excommunicato recipitur; quoniam ante receptionem sacramentum est; partim, reliqua. quoniam ius ipsa valere nobis significauit, vt de ordine in c. cùm illorum de sent. excom. & de matrimonio in c. significasti de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult. vt mittam rationem in propositis sacramentis id suadere, quæ in pœnitentia non adest. Vnde tertia ratio hæc ab ipso redditur; vbi lex actum excommunicati nullum esse voluit, id expressit, vt de beneficij collatione, atque electione habetur in c. postulasti, & c. fin. de cler. excom. min. at de absolutione huiusmodi nihil expressit, ergo valebit: hæc ratio etiam mihi non quadrat; nam & ego dicere possem, vbi actum ab excommunicato eccl. valere voluit, id nobis saltem significasse arg. cit. c. cùm illorum, & cit. c. significasti, at de pœnitentia nihil innuisse. Quare, cùm nullis rationibus niti opinio hæc videatur, contrariam amplexati sunt communiter Theologi, & iuris pontificij interpretes, & qui summas fecerunt, summistæ cōiter dicti, & consuetudo, vt testatur Syl. in verb. Confessor. 3. num. 12. & Tab. in verb. Absolutio. 1. num. 24. ac nouissimè Summa Corona cap. Quibus cas. reiter. confess. & Io. Med. qui de communi sententia testatur q. 18. vers. Econtra verò tract. 2. & Martin. Alphons. de Viuald. in Candelabro de excom. num. 30. vers. Prima conclusio, vbi communiorem, & valde probabilem opinionem hāc dicit, sequitur quoque ipsam Summa Corona cap. 3. de iteratione confessionis in fin. in 1. part. Probatur autem communis hæc opinio hac potissimum ratione, quoniam excommunicatus omnis sacramentorum perceptione priuatus est, vt habetur in c. pœn. de sent. excom. & in cap. fin. de cler. excom. min. ergo, si sacramentalis absolutio ei tribuatur, nulla erit: hæc ratio, quam indissolubilem inquit Syl. eod. probare sententiam hanc mihi non videtur; nam, si ob hanc rationem absolutio nulla esset, & sacramenta alia ob eandem rationem nulla essent; vbi. n. eadem ratio est, ibi eadē dispositio esse debet arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & tamen proposita sacramenta valere supra comprobatum est; priuatus igitur perceptione sacramentorum ratione hac excommunicatus erit, vt suscipere ipsa legitimè nequeat, non autem vt suscepta nulla sint, vt dixit Caiet. in citatis locis supra, & sequitur Nauar. in c. con sideret. §. cautus. nu. 30. de pœnit. dist. 5. Hinc tertia fuit opinio Nauar. in Man. cap. 9. nu. 3. vers. Quartò, & in c. consideret. §. cautus. nu. 25. cum multis seq. de pœnit. dist. 5. & in c. fratres vers. Secunda principalis cum seq. de pœnit. dist. ead. qui tunc sacramentalem absolutionem excommunicato tributam valere existimauit, vbi excōmunicatus absolutionem consequens non peccaret; vt potè vel quia pœnitens se excommunicatum esse iustè ignorat, excommunicationisuè oblitus est; vel quia scit quidem se excommunicatum esse, & id confitetur, sed existimat se à peccatis absolui priùs posse, quàm ab excommunicatione absoluatur: id quod & locum habere sensit, etiam si excommunicatus sacerdotem absolutionem huiusmodi tribuendo offendere opinetur, sed nihilominus absolutionem tribuere posse. Probatur aūt huius opinio his rationibus, primò

primò quia excommunicatus huiusmodi culpa caret; ergo pœnam hanc pati non debet, vt absolutio tributa non valeat; nam res, quæ culpa caret, in damnum vocari non debet, vt dicitur in c. 2. de constit. & c. sine culpa de reg. iur. lib. 6. & facit c. apostolicæ de cler. excom. min. excommunicatus enim, vt ibi dicitur, qui diuina celebrauit, irregularis factus non est, propterea quod se excommunicatum esse probabiliter ignorauit: ad hanc rationem responderi potest, inscitiã probabilem quidem excusare, quò minùs contrafaciens puniatur, & ne irregularis fiat, vt dicitur in cit. c. apostolicæ, non autem, quò actus valeat, vt probatur in cit. c. apostolicæ, atque sic respondit in simili Abb. ibidem. nu. 6. vers. In ea Gloss. nam & actus retractatio, vt ita dicam, naturalis pœna non est contra legem facientis, vt dixit Inn. in c. si verè. num. 2. de sent. excom. & sequitur eum Felin. in c. 2. num. 2. vers. In Gloss. in verb. Dispendijs de constit. non igitur ratione hac huius opinio nititur. Secundò sic argumẽtatur Nauar. impetratio beneficij ab eo habita, qui se probabiliter excõmunicatum ignorat, valet, vt sensit Gloss. in cit. c. apostolicæ in verb. Ignorantia vers. Idem ergo erit, ergò & sacramentalis absolutio huiusmodi excommunicato tributa valebit: hæc Gloss. quam sequitur Felin. in cap. sicut tuis de Simon. & Rot. decis. 44. de rescript. in antiquis, propositam sententiam non probat; tum quòd eam improbant ibi Host. & Io. And. & Imo. & in c. 1. de rescript. lib. 6. Anch. & Gemin. & Phil. Franc. ob illud c. 1. tum quòd neq; ipsa Gloss. hoc asseruisse videtur; nã paulò post ead. Gloss. hæc addit Non credo, quod electio de ipso facta teneat, licet ignoret se excommunicatum, ac suspensum: hæc Gloss. si ergo electionem de huiusmodi excõmunicato factam non valere Gloss. eò addit, affirmasse pro certo, quod supra dixerat, sentiendum non est; præsertim quòd ea, quæ de collatione beneficiorum dicũtur, & in electione locum habent, & è contrario, vt id probauit Rebuff. in repet. c. postulastis in secundo notab. num. 85. de cler. excom. min. Addit postremò Nauar. pro hac sententia rationem hanc. s. nullo iure, nullaq; ratione contrarium probari posse. Quid igitur concludendum?

6 † Ego sententiam Nauar. sequor, quam & sequitur Couar. in c. alma pars. 1. §. 6. num. 7. vers. Secunda conclusio cum seq. concl. de sent. excom. lib. 6. & Io. Med. de pęnit. q. 18. vers. Dicendum, vbi est resolutio tract. 2. & Bart. Med. in summ. c. 11. §. 3. lib. 1. & Martin. Alphons. de Viualdo in Candelabro de excom. nu. 30. vers. Secunda conclusio, vbi opinionem hanc probabilem, & in praxi tutam dixit, vt. s. peccatorum absolutio huiusmodi excommunicato tributa valeat, vbi tamen absolutionem suscipiendo non peccat, vt in propositis exemplis contingit. Quã sic probo; quoniam, si absolutio huic tributa non valeret, aut id contingeret, quòd impeditur excommunicatione, aut sacramento pœnitentiæ, vt potè quia aliquid desideratur, quod ad ipsum conficiendum requiritur: at excommunicatione non impeditur; nam baptismi charactere habiles ad sacramenta omnia ecclesiæ recipienda reddimur, vt probauimus supra cap. 6. qui character sicut deleri non potest, vt asseruit Trid. Syn. can. 9. de sacrament. sess. 7. ita nec habilitas illa nobis tributa per excommunicationem tolli, ac propterea nec absolutio sacramentalis impediri valet arg. §. sed naturalia in Instit. de iur. nat. gent. & ciu. & §. fin. de legit. agnat. tut. eod. atq; sic sensit Couar. eod. vers. Tertia concl. nec repugnat, si dicatur; ergo, si hoc detur, excommunicatio nihil operabitur: nam imò multum operabitur; absolutionem excommunicationis enim primò vt impetret, necesse erit, vbi se excommunicatum nouerit; præterea, vbi sciens se absolui à peccatis non posse absoluetur, absolutio tributa nulla erit, & ad iterandam confessionem obligabitur, vt qui mortiferè peccet, atque idcirco sacramenti gratia ei non condonetur, à qua gratia absolutio peccatorum vim sumit, atq; operatur; absolutio igitur hæc excõicatione non impeditur. Non etiam sacramento pęnitentiæ; nam hic excõicatus non peccat, ex quo aut ignorat excommunicatum se esse, aut, antequam ab excommunicatione absoluatur, existimat se à peccatis absolui posse; peccatum enim non est, nisi peccantis consensus adsit, qui in errante desideratur, cuiusmodi excommunicatus hic noster est, vt dicitur in l. cùm testamentum, & in l. seq. C. de iur. & fact. ignor. & not. Gloss. in c. fin. de coniug. ser. ex quo igitur, neque ob excommunicationem, neque ob peccatum, quod tunc non committitur, sacramentalis absolutio impeditur, iure huiusmodi excommunicato tributa valebit; atque in hoc casu sententia Caiet. locum habebit. Quę conclusio, vti regula proposita plurimùm eos consolabitur, qui ex animo Deum colunt, vt inquit Caiet. in verb. Absolutionis impedimenta vers. Secundum est, vers. Et hinc habes, & Nauar. in cit. c. fratres. nu. 50. vers. Infertur, & secundò de pœnit. dist. 5. non nulli enim sunt, qui se excommunicatos esse ignorant, vt potè clericum percusserunt, qui aut primæ tonsuræ, aut minoribus ordinibus initiatus est, quamobrem in excommunicationem se non incidisse opinabantur; hi ergo, si (cùm bona fide, excommunicatos se non esse existimarent) in pœniten-

tiæ foro peccatorum absolutionem consecuti sint, verè ipsos absolutos esse, & ad iterandam confessionem non teneri affirmabimus, sicuti è contrario ad absolutionem excommunicationis petendam ipsos obligari certiores faciemus, atque sic dixit Nauar. eod. num. 50. absolutio igitur peccatorum à sacerdote huic excommunicato tributa valebit, sicut etiam absolutio peccatorum tributa ei, qui probabiliter oblitus est confiteri se excommunicatum esse, vel eam confessus quidem est, sed sacerdos hoc non animadnertens ipsum à peccatis tantùm absoluit. Excipitur ergò, vbi excommunicatus peccatorum absolutionem petens mortiferè peccat; quia. s. se excommunicatum esse scit, & ante absolutionem excommunicationis in pœnitentiæ foro peccatorum absolutionem consequi se minùs posse non ignorat; hic enim, quòd sacrilegium committit contra ecclesiam sacramentorum communione vtendo, absolutionem non adipiscitur; non ob excommunicationem, sed ob peccatum, quod commisit: nam, si illud non confiteatur, confessio vti manca iteranda est, & absolutio tributa tunc nō valet (omnium enim peccatorum, quæ meminimus, cōfessio esse debet, vt probauimus in cōment. nostr. de pœnit. c. 15. n. 10. vers. Omnia; cuiusmodi confessio hæc non est, ex quo sacrilegium illud tacet) si verò illud confiteatur, tantundem sentimus; ex quo. n. in peccato perseuerat, sacramentorum communione vtendo contritione caret, quam necessariam esse ad absolutionem peccatorum in pœnitentiæ foro consequendam asseruimus eod. cap. 15. nu. 9. atque sic dixit Gers. quem refert, ac sequitur Nauar. in eod. cap. fratres. nu. 49. de pœnit. dist. 5. & Couar. eod. §. 6. nu. 7. vers. Quarta conclusio, & Martinus Alphonsus de Viualdo in suo Candelabro de excom. nu. 30. vers. Tertia conclusio; vbi & ipse opinionem hanc cōem dixit. Nec dictum Caiet. facit contra in sum. in verb. Absolutionis impedimenta. s. excommunicatum hunc sic absolutum absolutionis effectum tunc ipsum consequi, vbi eius peccati ipsum pœnituerit: quandoquidem hoc esse non potest; nam sacramentum pœnitentiæ, statim atque administratum est, esse desinit; vnde ergo absolutionis effectus hic deinceps emanabit, vbi peccati eius ipsum pœnituerit, cùm sacramentum proxima causa eius effectuum sit? planè horum alterum vt demus, necesse est, aut effectum sine causa esse, aut effectum ipsum interim pendere: quorū vtrunq; à ratione alienum est; interim enim vbi consistet? non enim ornatus ille, quem quidam confixerunt, rationi, autoritatiq; diuinarum scripturarum nititur, sicuti Sot. asseuerauit: ab hac igitur exceptione non discedemus, in qua communis opinio locum sibi vindicabit; hoc igitur casu excepto sacramētalis absolutio tributa excommunicato, valebit: &, quæ de pœnitentiæ sacramento diximus, eadem ob easdem rationes, de extrema Vnctione dicta esse volumus; atq; sic propositam quæstionem absolutam habe-

7 mus. † Verùm quid si excommunicatus in articulo mortis constitutus ob temporis angustiam absolui à peccatis, & ab excommunicatione non possit, an ommissa excommunicationis absolutione à peccatis absolui poterit? Hoc vix contingere posse mihi videtur; nam vno verbo absolui ab vtrisq; poterit, s. hac forma Absoluo te ab excommunicatione, & à peccatis, vt dixit etiā Martinus Alphonsus de Viualdo in Candelabro de excommunicatione. nu. 32. Si tamen casus hic detur, ommissa tunc excommunicationis absolutione, à peccatis absoluetur, vt dixit Ioan. Medin. de pœnit. q. 18. in respons. ad 3. obiect. vers. Ad tertiam videtur ita dicendum tract. 2. & sequitur Viuald. eod. idem Medin. hoc dixit q. 38. in fin. eod. quandoquidem absolutio illa, ne ęgrotus desperet, & contra dęmonem multum proderit: quorum sententia mihi non displicet, præsertim quòd ab excommunicatione, & post mortem quis absolui potest, non autem à peccatis: absolutio igitur ratione hac tributa valebit, nec periculum illud euadens de eorundem

8 sententia necessariò eam iterabit; sed iam ad aliam quęstionem veniamus; † si tamen illud priùs admonuerimus hæc, quæ de excommunicato diximus, & in interdicto locum habere.

S V M M A.

1 *Sacramentorū, quæ suscipit, effectus vniuersos excommunicatus non recipit; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Sacrilegium committit excommunicatus sacramenta suscipiendo.*

3 *Sacramentorum gratiam excommunicatus recipit, ubi sacramētū suscipiendo non peccat.*

4 *Ordinem excommunicatus recipiens eius executionem non habet; quæ regula etiam declaratur.*

III.

§ Sacramenta eccl. excommunicato administrata valere supra vidimus; modò an eorum, quæ recipit, fructus vniuersos consequatur, contemplemur. Excommunicatus igitur (vt &

his

2 hic regulam ponamus) vniuersos effectus sacramentorum, quæ recipit, non consequitur. † Nam, primò, quòd sacrilegium committit sacramentis suscipiendis, vt dixit Caiet. de pœnitentia in sum. in verb. Absolutionis impedimenta vers. Et dicenda sunt, & Nauar. in cap. fratres. num. 38. de pœnit. distinct. 5. ac propterea mortiferè peccat, ex quo eorum communione vtitur, quę ipsi per excommunicationem prohibita sunt, vt probatur in c. fin. de cler. excom. min. & c. sacris, & ibi not. Abb. ac DD. de ijs, quæ vi, metusnè causa fiunt, & Couar. in c. alma pars. 1. §. 6. nu. 5. vers. Nonò, & vers. Cæterum de sentent. excom. lib. 6. sacramentorum gratiam non consequitur; non enim cum mortifero peccato gratia esse potest. Quare excommunicatus, qui sciens sacramentorum communionis se participem esse non posse, Eucharistiam recipit, non sacramenti rem, id est gratiam, sed sacramentum tantùm recipit, vt dixit Magister de Eucharistia cap. de duobus modis manducandi, quem DD. sequuntur lib. 4. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 163. vbi ait
3 gratiam sacramenti excommunicatum non recipere de sent. excom. † Excipitur tamen, vbi excommunicatus sacramentis recipiendis non peccat, vt potè quia se excommunicatum esse pro-
4 babiliter ignorat; nam hic & gratiam recipiet, vt probauimus in superiori proximè. §. † Postremò, vbi excommunicatus ordinem suscipit, etsi charactera recipit, eius tamen executione, atque vsu caret; nō enim munera ordinis obire ex officio potest, vt probatur in c. cùm illorum de sent. excom. & c. 1. & c. fin. & ibi not. Abb. num. 3. de eo, qui furt. ord. suscep. & vt sensit Phil. Franc. in c. 1. vers. Circa secundum quid sit in sacramentalibus de except. lib. 6. & Syl. in verb. Ordo. 5. vers. Sextò, & in verb. Excommunicatio. 3. vers. Decimo quartò, & Nauar. in c. consideret. § cautus. num. 29. de pœnit. dist. 5. & Couar. eod. §. 6. num. 6. vers. De ordinis, vbi hoc pluribus egit, & quis cum ipso dispenset, & Soc. eod. nu. 103. Id quod locum habet, vel iuris, vel facti inscitia ductus ordinem susceperit. Item, vel cum peccati pœnituerit; nam executionem nihilo magis recuperat; nisi cum ipso dispensetur secundum formam cit. c. cùm illorum; hos igitur effectus sacramentorum excommunicatus non recipiet.

S V M M A.

1 *Sacramenta neq; legitimè conficere, neq; administrare excommunicatus potest.*
2 *Sacramenta excommunicatus administrando peccat, irregularisq; fit.*
3 *Sacramenta confecta, administratauè ab excommunicato an valeant.*
4 *Sacramenta an nobis liceat ab excommunicato recipere.*

IIII.

§. Egimus supra, an excommunicatus sacramenta suscipiat; modò an eadem conficere, ad-
1 ministrareuè alijs possit, agamus. † Excommunicatus igitur (vt in hoc etiam postremo casu regulam constituamus) sacramenta conficere, administrareuè iure non potest, vt habetur in c. illud vers. Licet de cler. excom. min. ibi enim, quendam, qui, excommunicatus esset nec ne, dubitans diuina celebrarat, Rom. Pont. reprehendens inquit ipsum debuisse potiùs se abstinere, quàm sacramenta eccl. pertractare: hæc ibi Rom. Pont. si excommunicatus igitur sacramenta pertractare non debet; ergo nec conficere, administrareuè ipsa iure potest, atque sic sensit Abb. nu. 6. vers. Item not. quòd excommunicatio, & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. n. 42. vers. Circa secundum dubium de sent. excom. etenim excōicatus sacramentorum cōmunione priuatus est ab ecclesia, vt sepe diximus, nec ab ipsa distinguitur, an ea recipiendo, administrandoue; ergo nec nos distinguere debemus arg. l. de pretio. ff. de publ. & in rem act. Præterea sacramentorum vsu excommunicatus caret, quatenus ecclesiæ communio quædam est; at communio hæc præcipuè in sacramentis conficiendis, administrandisque versatur, vt per se patet, & sensit Abb. in cit. c. illud. nu. 6. vers. Item not. Confirmatur hoc, quoniam excommunicatus sacramenta recipere non potest, vt supra probauimus, ergo multò minùs eadem administrare poterit; plus enim est agere, quàm pati arg. c. fin. vers. In festiuitatibus de sent. excom. lib. 6. nam ibi quibusdā festis diebus, vt interdicti diuinis intersint, permittitur, cùm tamen nusquam reperiatur cautum, vt ea
2 faciant. † Postremò, si excommunicatus ecclesiastica sacramenta conficere, administrareuè legitimè posset, administrando, eauè conficiendo non peccaret, neque irregularis fieret arg. l. Gracchus. C. de adult. & c. qui peccat. 23. q. 4. at peccat, vt habetur in c. fin. vers. Peccat autem de cler. excom. min. iunct. c. pen. de sent. excom. Irregularis etiam fit, vt tradidimus in Tab. 1. cap. 14. §. 1, ergo sacramenta conficere, administrareuè legitimè non potest: hinc pro regula ponit Mar. Soc. Sen. excommunicatum non posse spiritualia attentare actiuè in c. sacris. nu. 41. de

sent.excom. Non igitur baptismum couferet, non confirmationem, non ordines, vt de ordine probatur.9.q.1.nou Eucharistiam,vt dixit Syl.in verb.Eucharistia.2. nu.3.vers. Secundò quæritur,& Angel.eod.2.nu.2.non deniq; sacramenta reliqua ob rationes, quas supra reddidimus; alioquin tam ipse conficiens, quàm recipiens mortiferè peccabit,vt dixit Bart.Med.c.11.§.4.
3 & §.5.lib.1.in summ. † At quid si nihilominus sacramenta excommunicatus conficiat, administretuè,an valebunt? quæstionem hanc consultò prætermittimus; quoniam de ipsa iam abundè pertractauimus in Tab.1.cap.13.§.16.cum seq.quæ igitur huc pertinent, illinc summemus.
4 † Quid itidem an ab ipso licitè ipsa petere possumus,vbi parochus noster non est? quò rem hãc totam absolutam habeamus, sic distinguendo censeo. Aut hic excommunicatus parochus noster est,& in hoc casu ab eo licitè sacramenta recipere possumus,vt conclusimus in cap. 13.§.7. nu.2.Tab.1.Et hoc ob eam rationem,quoniam à parocho nostro sacramenta petendi ius habemus,& ipse ad ea nobis præstanda est obligatus arg.c.omnis de pœn.& Clem.dudum.§.verùm de sepult,pertinent huc,quæ diximus in cap.2.§.19.nu.5.Tab.1.at ab excommunicatis, quod nobis debent, licitè petimus, nisi aliàs nobis prohibeatur, vt habetur in c.intelleximus, & ibi communiter not.de iud.& nos tradidimus in hac Tab.cap.23.§.5.ergo licitè ab eo sacramenta petimus,modò nec notorius,nec denunciatus sit,vt diximus in eod.cap.13.§.7.alioquin de sua malitia commodum reportaret contra cit.c.intelleximus. Aut noster parochus non est; & tunc ab eo petere,vt nobis sacramenta tribuat,etiam si nec notorius, nec denunciatus sit, non licet; nam,ex quo obligatus non est ad ea nobis tribuenda, petendo ab eo sacramenta peccamus, ex quo, vt sacramenta ipse prohibita contrectet,autores sumus; atque sic dixit Couar.in cap.alma pats 1.§.6.num.concl.5.vers. Primùm, & Nauar.in Man.cap.9.num.10.prope fin. & Ioseph. Angl.in lib.inscripto Flores Theolog.q.in q.de confessione art.8.Non.diffic.concl.2.cum seq. lib.4.& Iacob.de Graff,cap.16.num.16.lib.4.decis.cas.cons. Quare à religiosis fratribus,qui ad audiendos pœnitentes,eosdemq; à peccatis absoluendos admissi sunt, petere sacramentum pœnitentiæ non possumus, vbi excommunicati sunt; etiam si nec notorij,nec denunciati sint; induceremus enim eos ad peccandum.Excipitur tamen articulus mortis;nam tunc secus est,vt asseruimus in eodem cap.13.nu.7.in hac igitur quæstione sic concludendum censerem. Et hæc, quæ de excommunicato diximus,& de interdicto,atq; de suspenso dicta esse volumus.

De vsu communionis diuinorum officiorum excommunicato ipsi probibito, declaratione altera effectus eiusdem. Cap. VIII.

SVMMA.

1 *Officia diuina excommunicatus clericus de more, & ex officio celebrare non potest.*

2 *Officia diuina clericus excommunicatus de more, atque ex officio faciens peccat, punitur, & irregularis fit.*

3 *Officia diuina neque, vt priuata persona cum alijs excommunicatus recitare potest.*



DE sacramentorum communionis vsu excommunicato ipsi prohibito egimus; iam de diuinis officijs, quorum communione excommunicatus itidem caret, & de quibus secundo loco pertractandum nobis proposuimus, hic agamus: sed, quoniam hac de re contemplanda nobis multa sunt; ideo ipsis contemplandis, ordinem hunc adhibebimus.Contemplabimur enim primò, an excommunicatus diuina officia facere possit.Deinde, an ab ipso facta valeant.Tertiò,an,dum ab alijs fiunt,ipse illis legitimè intersit.Quartò,an excommunicato præsente alij sine offensa ea munera obeant.Quintò,an excommunicatus in ecclesia esse possit.Postremò,in quam sententiam accipiendum illud
1 sit,quod dicitur excommunicatum extra ecclesiam esse. † Quò ad primum igitur,vt regulam constituamus, clericus excommunicatus de more, ex officio, & vt clericus,ecclesiæq; minister diuina officia,aliquid,quod ordinis alicuius sit, facere, ac celebrare non potest, vt probatur in c.si quis episcopus,& in c.seq.11.q.3.& in c.clerici,& in trib.seq.de cler. excom.min. & vt not. Gloss.fin.in c.presbyterum dist.81.& Mar.Soc.Sen.in c.sacris.nu.50.vers. Quo ad tertium de
2 sent.excom.& num.134.& communiter DD.concludunt;ac merito, † etenim,si iure id posset, diuina ratione hac faciendo,nec peccaret,nec puniretur,nec irregularis fieret arg.c.qui peccat. 33.q.4.& l.Gracchus.C,de adult.& c.2.de constit.& cap.fine culpa de reg.iur.lib.6.at grauiter

peccta

peccat arg.c.fin.de cler.excom.min.& vt dixit Bart.Med.in summ.c.11.§.4.lib.1.punitur etiã, vt dicitur in cit.c.clerici,& in trib.seq.& irregularis fit, vt probauimus in superiori Tab.cap.14. §.1.ergo excommunicatus clericus diuina ex officio, & vt ecclesiæ minister facere non potest. Contra quam tamen sententiam facere videtur, quod diximus in Tab.1.cap.13.§.13.ibi enim clericum excommunicatum,suspensum,interdictumq́;ad diuinas preces recitandas obligatum esse asseruimus,si ante excõicationem ad id muneris obligatus erat;ergo diuina officia excommunicatus clericus facere potest: hæc ratio propositam sententiam non tollit; nam ibi vti priuatum hominem,& quemuis ex populo ad diuinas preces recitandas obligatum remanere conclusimus,non autem vt ex officio,& vt clericum,ecclesiæq́; ministrum, de qua recitandi ratione nos hic agimus; à proposita igitur regula non discedemus. Quæ & in interdicto, ac suspenso ob easdem rationes locum habet; quare excommunicatus, censuraue alia constrictus, neque missæ sacrum facere,neq; septem horarum preces, vt clericus recitare, nihil denique ex diuinis officijs, vt ecclesiæ minister obire poterit, vt abundè declarauimus hæc in cit. cap. 14. §. 1. vbi & quæ diuina officia sint, & quando ex officio fieri dicantur, exposuimus. Excipitur ergo, vbi diuinas preces, vt matutinas,vespertinasq́;, nec non alias,quæ ab ecclesia institutæ sunt,vt priuata persona,faceret; nam tunc sine offensa ipsas recitabit; imò,si aliàs ad eorum recitationem obligatus erat, ipsas recitare debebit, vt probauimus in cit. cap. 13. §. 13. † Verùm
3 an saltem cum alijs diuina officia,vt ex officio recitare poterit?Concludendum est neque id ipsum posse;nam,sicut excommunicatus orare cum alijs nequit, ita è contrario alij, ne cum ipso, vetantur arg.c.sicut Apostoli cum trib.seq.11.q.3.& c.permittimus de sent.excom. & vt sensit Archiep.Flor.de excommunicatione in cap.de caus.fin.vers. Tertiò,& Syl.in verb. Excommunicatio.3.nu.1.vers. Tertiò,& Tab.eod.1.vers. Quintò, & Armill.eod.nu.9. & Caiet.in summ. cap.communicatio,seu participatio cum excommunicato quibus casibus omnino sit illicita,& Martinus Alphonsus de Viualdo in Candelabro de excõmunicatione. nu.83. Quare cum alijs vicissim,alternatimq́; de more matutinas, vespertinasq́; preces non recitabit, nec diuina alia officia obibit ob cit.c.sicut Apostoli cum seq.& c.permittimus de sent. excom. Id quod locum etiam habet,si vt priuata persona, & non vt clericus,ecclesiæq́; minister diuinas preces recitet, vt asseruit Couar.in c.alma pars.1.§.3.nu.8. de sent.excom.lib.6. tum quia in cit.c.sicut Apostoli cum seq.simpliciter oratio nobis cum excommunicato prohibetur, ac propterea de quacunq; oratione accipi debet arg.l.de pretio.ff.de publ.in rem act.tum quia Christi fidelium communione simpliciter caret; ergo nulla ratione cum alijs excommunicatus diuina officia obire potest. Non tamen mortiferè peccat,qui priuatas preces cum excommunicato recitat,vt dixit Couar. eod.nu.8.quandoquidem hoc excommunicato prohibitum non est, sed solùm ne quis cum eo in diuinis communicet,vt in sacramentis in sepultura,& in diuinis officijs,vbi,vt è ministris ecclesiæ fiunt;quæ opinio eidem Martino placet eod.nu.82.quamuis contraria cõmunis sit, vt ipse testatur,& mihi ob id sua displiceat;& de priori hac quæstione satis,iam alterã aggrediamur.

SVMMA.

5 Officia diuina clericus excommunicatus faciens,etiam vt ecclesia minister,muneri suo satisfacit.

2 Officia diuina ab excommunicato facta, vt à ministro ecclesia an alijs,pro quibus fiunt, prosint.

I.

§ Altera quæstio proposita hæc est, an diuina officia ab excommunicato vti ab ecclesiæ ministro facta valeant:quæ planè quæstio duo complectitur, primum,an clericus,qui precum recitatione obligatus est, si vt ecclesiæ minister eas facit; quod ipsi prohibitum est,muneri suo satisfaciat; alterum,an preces illæ excommunicato ipsi, alijsuè, pro quibus funduntur, prosint.
6 † Quò ad primum igitur breuiter dicimus excommunicatum clericum;qui matutinas, vespertinasq́; preces,ad quas recitandas obligatus est,aut ex officio,aut cum alijs contra ecclesiæ voluntatem absoluit,muneri suo satisfacere; nam hic ratione huiusmodi preces recitando mortiferè peccat arg.c.fin.de cler.excom.min. & c.sacris de his, quæ vi met.uè causa fiunt; at, qui ad septem horarum preces recitandas obligatus est, suo muneri satisfacit, si eas mortifero peccato detentus recitet,vt sensit Abb.in c.quod quidam.num.3.in fin.de pœnit. & Mar.Sociu.Sen. ibidem.num.9.& Nauar.in cap.14.num.1.& cap.20.num.19.de orat. & hor. canon. & pœnitens in hoc casu,si pœnam ipsi à ministro in pœnitentiæ foro iniustam absoluit, ministri præce-

pro satisfacit, vt communiter DD.inquiunt, sicut ait Franc.à Vict.in summ.sacr.nu. 203. imò & ipsi Deo, postea quam pœnitens resipuerit, vt asseruit Scot.& DD.maiori ex parte, sicut ici a- tur Nauar.in cap.1.in prin.nu.45.de pœnit.dist.6.& in Man.cap.3.nu.6. ergo & hic excommu- nicatus horarum preces, & dum n oitiicrè peccat, recitans muneri suo satisfacit; etenim finis præcepti huius recitandarum precum non idem cum ipso præcepto est:nam, vt Deum laudibus celebremus, atque vt excolamus, finis harum precum est, vt probatur in hymno feriæ secundæ; aliud autem præceptum esse per se patet, quo casu, etiam si quis in mortifero peccato sit, satisfacit, vt dixit S.Tho.communiter receptus, quem refert, ac sequitur Nauar.in Man. cap.13.nu.3.vers.Tertiò dicimus,& eod.cap.20.nu.29.de orat.& hor.can.Idem sentimus; vbi vt priuata persona excómunicatus canonicas preces recitat, quò muneri suo satisfaciat, sicut dixit Mar.Soc.Sen.in c.sacris.nu.137.ac propterea absolutus ad eas iterum recitandas non obligabitur, vt sensit ibi Soc. Et hæc, quæ de septem horarum precibus diximus, dicimus etiam, si ad aliud quid, vt exempli gratia voto ad orationem dominicam, angelicamque salutationem recitandam obligatus esset; nam excommunicatus etiam peccans, dum eas preces absoluit, satisfaciet, sicut & is, qui mortiferi peccati culpa pollutus necessitate vrgente eleemosinam tribuit,& qui ieiunij tempore ieiunus est, &, quod vouerat, Diuæ Mariæ Lauretanæ sacram ædem visit; hi enim omnes ecclesiæ præcepto, sicuti postremus voto satisfacit, atq; sic sensit Nauar.in Man.cap.27.num.267.per opera enim huiusmodi præcepta adimplentur,& de priori hoc satis. † Quò ad alterum verò, an.s.in hoc statu huiusmodi precibus, alijsq; pijs operibus sibi, alijsq; prosit, pro quibus fiunt, concludimus & hic breuiter, vbi excommunicatus vt ecclesiæ minister diuinas preces fundit, missæq; sacrificium offert; hæc omnia respectu habito ad ipsum clericum, quatenus ecclesiæ minister est, non minùs prodesse, quàm si ab eo fiant, qui excommunicatus non est, & præsertim missæ sacrificium; respectu habito autem ad ipsas preces, quatenus priuata persona quædam est, non itidem, atq; sic tradidit S.Tho.in 3.par.q.82.art.6.quem refert, ac sequitur Franc.à Vict.in sua sum.nu.91.& Abb.& Mar. Soc.Sen.in c.fin.nu.52. de minori excõicatione irretito de cler.excõ.min.quatenus igitur priuata persona est, minùs ijs proderunt, pro quibus offeruntur; minùs etiam ipsimet excõicato, per se, ac proximè ad æternam vitam consequendam: quamuis, quò ad alia multum prosint, vt tradidit Glo. in cit. c.quod quidam, quam singularem inquit ibi Abb.& in c.quærat.§.quod autem in verb. Non percipitur, & ibi etiam Nauar.num.2.de pœnit.dist.3.& idem Nauar.in c.1.in prin.nu.45.de pœnit. dist.6.& in Man. prælud.7.nu.3.& cap.27.nu.267.si tamen se excommunicatum esse probabiliter ignoret, tunc & ad æternam vitam consequendam hęc ei prodesse dicimus; nam & sic affectum pœnitentiæ sacramentũ suscipere supra conclusimus, & de quæstione hac satis.

S V M M A.

1 *Officia diuina excommunicatus, se præsente, vt celebrentur, autor esse non debet.*

2 *Officia diuina episcopus excommunicatus, qui, coram se vt fiant, autor est, grauiter peccat, & irregularis fit.*

3 *Autor quisnam dicatur, vt corã se diuina fiant.*

II.

1 §. † Sicut autem diuina officia ipsemet excommunicatus facere non potest; ita, vt alij ea se præsente faciant, autor esse non debet, vt probatur in c.illud de cler.excom.min. Illud autem, dicitur enim ibi, q sub spe veniæ diuina sibi fecit, postquam se à nobis excommunicatum nouerat, celebrari, & communioni fidelium se ingessit, potiùs contra eum facere credimus, quàm pro eo, cùm sub fiducia pœnitentiæ non debuerat deliquisse. Hæc ibi; ex quibus apparet,
2 cùm & hac diuinorum celebratione excommunicatus delinquat, ab eo id fieri non posse, † atq; sic not. Abb.ibi.num.8.vbi ait episcopum excommunicatum, qui autor est, vt diuina coram se celebrentur, irregularem fieri, ac propterea grauiter peccare; idem quoque tradidit Gloss.in Clem.2.in verb.Celebrari,& sequitur ibi Anch.nu.4.vers.Tertiò not.& Zab.in prin.vers.Nonò quæro de priuil.& idem Zab.in Clem.2.vers.Quartò not.& Anchar.vers.Secundò not.de sent. excom.& Couar.in c.alma pars.1.§.6.in fin.de senten.excom.lib.6.& Iacob.de Graff.cap.11. nu.12.lib.4.decis.cas.cons. & Martinus Alphonsus de Viualdo in suò Candelabro de excommunicatione.nu.39.etenim, qui per alium facit, ipse facere videtur arg.l.1.§.deiecisse.ff.de vi, & vi arm.& cap.qui facit per alium de reg.iur.lib.6. non igitur excommunicatus, vt clerici se
3 præsente diuina faciant, autor erit: id quod, & in interdicto locum habebit. † Autor autem est, qui facit, iubetuè coram se diuina facere, vt dixit Couar.ibidem.

SVMMA.

1 *Officijs diuinis excommunicatus interesse non potest, dum ab alijs fiunt; quæ regula non nullis modis declaratur.*
2 *Processionibus interesse excommunicatus non potest.*
3 *Officijs diuinis excommunicatus cæcus, surdusq; interesse non potest.*
4 *Concioni, dum habetur, excommunicatus interesse potest.*

III.

1 §. † Non solùm autem excommunicatus diuina facere non debet, sed neque, dum ab alijs fiunt, eisdem interesse potest arg. c. episcoporum de priuil. lib. 6 & c. is, qui, & c. fin. vers. Ex communicatis prorsus exclusis de sent. excom. eod. lib. & vt dixit Abb. in cap. illud. num. 8. vers. Vltimò, de cler. excom. min. & Archiep. Flor. cap. de caus. fin. vers. Tertiò excommunicatus, & Angel. eod. vlt. nu. 3. vers. Tertiò, & Syl. in verb. Excommunicatio. 3. nu. 1. vers. Tertiò non potest, & Armill. eod. n. 6. & Bar. Med. cap. 11. §. 4. lib. 1. vbi hunc mortiferè peccare ait, & communiter DD. diuinis igitur interesse, dum ab alijs fiunt, excommunicatus non potest. Quæ regula
2 locũ habet primò non solùm vbi in ecclesia, sed & vbi in profano loco diuina fiunt; † quare nec precibus, quæ procedendo, & ambulando funduntur, processionibus, inquam, ipsis (sic enim ab ecclesia, & communiter nominantur) interesse excommunicatus poterit. Item locum habet, etiam si excommunicatus extra ecclesiam esset, sed adeo propè vt diuina audiret; nam nec ratione hac diuinis interesse potest; etenim ob hanc rationem submissa voce diuina fiunt interdicti tempore, ne ab excommunicatis, interdictisq; audiantur, vt habetur in c. quod in te de pœn. & in Clem. 1. vers. Nunc latenter de sent. excom. atq; sic citati autores eisdem in locis sentiunt. Tertiò excommunicatus, dum diuina fiunt, nec ipsa videre debet; nam, sicut submissa voce diuina fiunt, ne excommunicatus, interdictusuè ipsa audiat, ita occlusis ecclesiæ ianuis ne in ipsam ingrediatur, diuinaq; videat, vt dixit Anch. in cit. Clem. 1. in prin. de sent. excom. & probatur in
3 c. fin. §. adijcimus de sent. excom. lib. 6. & cit. c. quod in te. † Postremò excommunicatus diuinis interesse non potest, etiam si cæcus, surdusq; factus sit; non enim huiusmodi vitijs communionis diuinorum prohibitio tollitur, atque communio restituitur: his igitur rationibus proposita
4 conclusio amplificatur. † Excipitur autem concio; nam excommunicatus concioni, dum habetur, interesse potest, vt habetur in c. responso de sent. excom. Responso nostro postulas edoceri, dicitur enim ibi, an, cùm Ferarieses ciues excommunicationis, & interdicti sententijs sint ligati, liceat tibi viros, & mulieres semel in hebdomada, vel in mense apud aliquam ecclesiam conuocare, quibus prædices verbum Dei, & eosdem ad correctionem inducas. Super quo respondemus, quod sine scrupulo conscientiæ hoc facere poteris, cùm videris expedire. Hæc ibi, ex quibus patet excommunicatos, interdictosq; concioni, dum habetur, interesse posse, quò resipiscant, & à contumacia discedant, atq; sic Abb. Felin. & communiter DD. ibi sentiunt; & de quæstione itidem hac satis, ad aliam veniamus.

SVMMA.

1 *Officia diuina excommunicato præsente clerici facere non debent.*
2 *Mortiferè peccat clericus, si excommunicato præsente diuina facit.*
3 *Irregularis non fit clericus, si excommunicato præsente diuina facit.*
4 *Irregularis cur fit clericus celebrans in loco interdicto, non autem coram excõicato.*
5 *Officijs diuinis captis, si excommunicatus interueniat, quid faciundum.*
6 *Missa sacrum intermitti non debet consecratione iam capta; & quid si canon tantùm captus sit.*
7 *Concio haberi potest ad excommunicatos.*

IIII.

§. Vidimus excommunicatum prohiberi, quò minùs diuinis intersit; modò, an eo præsente
1 clerici ea facere prohibeantur, videamus. † Clerici ergo (vt regulam constituamus) excommunicato præsente diuina facere non possunt, vt probatur in c. is, qui, & c. fin. §. adijcimus vers. Excommunicatis, & §. in festiuitate vers. Excommunicatis de sent. excom. lib. 6. & Clem. 2. & ibi not. Zab. vers. Decimò not. eod. & c. episcoporum de priuil. in antiq. & in c. in lateranensi de præb. & c. quòd in te. §. & in conuentualibus de pœnit. & remiss. & vt ait Host. in sum. nu. 12. vers. Sed nunquid excõmunicatus potest intrare de sent. excom.

com. & Marian.Socin.Sen.in c.sacris.nu.127.eod.& Iacob.de Graff.cap.12.nu.11.lib.4.decis. cas.consc.;etenim dispositum in altero ex correlatiuis & in altero locum habet arg. l.fin. & ibi not.DD.C.de indict.vid.toll. vel igitur clericus exemptus sit, excommunicato præsente diuina
2 minimè faciet arg.cit.cap.in lateranensi, & cap.3.§.1.de priuil. † alioquin mortiferè peccabit:
3 † non tamen irregularis fiet, vt habetur in c.is,qui;& ibi communiter not.de sent.excom.lib.6. & vt dixit Couar.in c.alma pars.1.§.6.num.9.vers.Qui verò eod.tit.ac lib.vbi & de celebrante coram interdictis idem ait; & Henric Bohic in c.fin.de excess.prælat.& Socin.in eod.cap.sacris.
4 nu.128. † At cur irregularis hic celebrans non fit,sicut celebrans in loco interdicto? Host.quem refert Henric Bohic in cit.c.fin.nu.7.ob has rationes fieri ait,& quòd magis hic pati,quàm agere dicitur, non autem sic celebrans in loco interdicto; & quòd ad alios interdictum transfertur non autem excommunicatio;& quòd celebrans tantùm peccat in loco interdicto,non autem locus. Ego autem,quòd hæ rationes mihi non probantur,ob id factum esse censeo,quoniam inter-
5 dictum directò tunc violatur, non autem excommunicatio. † Verùm quæ ratio à clericis tunc adhibenda est,vbi excommunicatus præsens adest? hæc planè adhibebitur. Nã primò,si clerici diuina facturi excommunicatos adesse animaduerterint,ea non incohabunt,modò excommunicati etiam admoniti discedere illinc nolint,eijciq;.sine periculo nequeant;nam,si,excommunicato interueniente,diuina officia incohata intermittimus, multò magis non inchoata prætermittemus arg.c.quemadmodum de iureiur.& l.patre furioso.ff.de ijs,qui sunt sui, vel alien.iur. Secundo loco,si diuina officia incohata iam sint, clerici excommunicatos, vt illinc abeant, sepius admonebunt arg.Clem.2.vers.A celebrantibus moniti,& ibi not.Anch.vers. Sextò not.& Zab.vers.Vndecimò not.de sent.excom.& vt inquit Syl.in verb. Excommunicatio.5.num.3.& Archiep.Flor.de excommunicatione in cap.incip.Iuxta prędictos casus;imò & vi adhibita inde eijci poterunt;&,si excõmunicati clerici sint,qui eos eijciunt,in excommunicationem non incident ipsiusc.si quis suadente diabolo.17.q.4.arg.c.veniens de sent.excom. & vt dixit Anch.in cit.Clem.2 vers.Sextò;etenim non vis tunc infertur,sed in Deum illata iniuria propulsatur:quę iniuria, quoniam ad vniuersos spectat, ob eam rem quiuis expellere ipsos poterit arg.l.manichæos, ibi Quod in religionem diuinam committitur; in omnium fertur iniuriam.C.de hæret. excludere igitur eum vniuersi poterunt, & præsertim Hostiarius; quandoquidem huic muneri ordinis eius susceptione addictus est,vt dicitur in c.cleros.dist.21.& in c.1.vers.Hostiarius dist. 25.Ac demum,si neq; ratione hac sine periculo excommunicati excludi queant, diuina officia, etiam si missę sacrum sit,intermittentur arg.cit. Clem.2.vers. Ex quo frequenter, & vt inquit Gloss.in verb.Inexpleta,& Anch. & Zab.eod.vers.& Inn.in c.nuper in verb. Orando, & Felin. nu.3.de sent.excom.& Syl.in verb.Excommunicatio.5.num.3.& Archiep.Flor.eod.cit. cap.& Sot.dist.22.q.1.art.4.concl.2.vers.Hìc autem interroget quis lib.4.& Host.in summa num.17. vers. Sed nunquid excommunicatus de sent.excom. alioquin grauiter offendunt, vt dicitur in cit.c.is,qui,& ibi not.de senten.excom.lib.6.& aditum in ecclesiam occlusum interdicto habēt ob cit cap.episcoporum in fin.de priuil.vnde, si in ecclesia deinceps diuina faciant,irregulares redduntur ob c.is,cui de sent.excom.lib.6.præsente igitur excommunicato diuina non incohabimus,& incohata intermittemus,quamcunq; partem iam persecerimus; nam alibi,vt vesper-
6 tinæ,matutinæq; preces,absolui poterunt. † Excipitur tamen missæ sacrum;vbi,consecratione iam cępta,excommunicatus interueniret; tunc enim, si abire sponte nolit,eijciq; sine periculo nequeat, missæ sacrum absoluemus arg.c.nihil 7.q.1.& vt sensit Inn. & Felin.in cit.c.nuper, & Nauar.cap.16.nu.60.vbi & quosdam alios idem sentientes refert de orat.& hor.canon.& Paul. Fusc.cap.29.nu.5.lib.1.de visit.& regim.eccl.etenim,& qui missæ sacrum facit,si excommunicatum se esse in mentem,consecratione iam cępta, ei veniat, absoluere sacrificium iam cęptum debet,vt asseruit Nauar.eod.n.60.& nos probauimus in Tab.1.c.13.§.4.n.4.etenim hoc sacrificio Christi passionis memoria renouatur,qui se pro nobis sacrificium Deo patri offerens non priùs desijt,quàm sacrificium consumatum fuit;ergò & hic,ex quo cõsecratio cępta est,excommunicato,interdictoue,interueniente omitti non debet.Quare Gloss.communiter receptam in cit.Clem.2,in verb. Inexpleta,quæ canone cępto, si excommunicatus interuenerit,missæ sacrũ perfici voluit,in eam sententiam interpretabimur,vbi canon cęptus est,atque ad consecrationẽ iam peruentum,& cępta est;nam & sic Archid.& Card.sentiunt,quos refert,ac sequitur Nauar. eod.nu.60.& Inn.in eod.c.nuper:alioquin,si aliter eam Gloss.interpretaremur,statim atque ea verba cępta essent Te igitur Clementissime Pater, etiam excommunicato interueniente,missæ sacrum absolueremus(inde canon enim exordium sumit, vt dixit Dur.in rationale diuinorum cap.35.

cap.35.& Felin.in c.à nobis.nu.6.vers.& Scias de except.)& tamen nulla ratio suadet,cur magis canone cępto, non incohata consecratione, quàm alia missæ parte omitti missæ sacrum ob hanc rem debeat; cùm igitur ante consecrationem in singulis missæ partibus eadem ratio sit; ergo & eadem iuris dispositio esse debet, vt.s.& canone cępto, consecratione non cępta,missæ sacrum excommunicato interueniente omittamus, secus cępta iam consecratione, quo casu vsq; ad sumptionem Eucharistiæ sequetur; Eucharistia verò sumpta inde abibit, & alibi missæ sacrum absoluet, vt dixit Gabriel Biel dist.18.q.3. dubit.2.lib.4.& hoc sensit etiam Mar.Soc. Sen.in cit.c.sacris.nu.127. ibi & dicit Host. excommunicato igitur præsente diuina officia non celebrabimus. Quæ regula multò magis locum sibi vindicat, si nobiscum ipse illa celebrare velit;nam cum ipso non solùm diuina officia, sed neq; alias priuatas preces fundere possumus, vt probatur in c.sicut Apostoli cum duob.seq. & in c.quòd in te de pœnit. & remiss. & vt diximus in hoc cap.in prin & Mar.Soc.Sen.in c.sacris.num.132.de sent.excom.
7 † Excipitur tamen concio;nam ad excommunicatos.& ad interdictos haberi ea potest, vt dicitur in c.responso,& ibi not.de sent.excom.& vt inquit Socin.in eod.c.sacris.nu.138. Imò,ad quos munus hoc pertinet,eos,quò censura irretiti resipiscant,ad concionē ipsis habendum obligatos esse inquiunt Host Io.And.& Ant.quos refert Soc.eod.num.159.Postremò excipitur, vbi excommunicatus nec notorius,nec denunciatus est ob extrauag. ad euitanda. Verùm an eisdem diuinis officijs interesse possumus, quibus excōicatus interest? quæstionem hanc in sequenti.§.explicabimus.

SVMMA.

1 *Officijs diuinis interesse non possumus, quibus excommunicatus præsens adest; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Missæ sacro cæpto, si interueniat excommunicatus abire inde auditores debent etiam consecratione cæpta, eo remanente, qui sacerdoti inseruit.*

3 *Missæ vni interesse possum in eadem eccl. vbi excommunicatus alteram audit.*

4 *Orare, precesq; fundere in eadem eccl. vbi excommunicatus idem facit, possumus, modò separatim id fiat, & excommunicato non communicetur.*

V.

1 § † Diuinis officijs etiam interesse non possumus, quibus excommunicatus præsens adest; etiam mortiferè peccamus,vt inquiunt Mar.Soc.Sen.in c.sacris.n.32.vers. Quartò casu de
2 sent.excom.& Barth.Med.cap.11.§.5.lib.1. † Quare,etsi sacerdotem consecrationem cæptam absoluere debere in proximo §.conclusimus,quamuis excōmunicatus interueniat: qui tamen eidem missæ intersunt,eo excepto,qui sacerdoti in ea functione inseruit, omnes abibunt, vt dixit Iacob.de Graff.cap.12.nu.13.lib.4.decis.cas.cons. non enim ratio, quæ sacerdotem cogit, vt sacrificium perficiat,alios ibi interesse compellit,atq; sic sensit Inn.in c.nuper,in verb. Orando,ibi Nisi forte de sent.excom.Communione namq; cępta, ait enim Inn.sacerdotem perficere missam debere; &,qui eidem inseruit, ibi remanere posse: ergo alios illinc discedere debere sensit, ex quo inseruienté sacerdoti remanere tantùm posse dixit arg. c.non ne de præsumpt.& l.cùm prætor ff.de iud. Item orationibus,ac precibus, quæ procedendo fiunt,id est processionibus interesse non possumus,quibus excommunicatus interest;vt citati autores in initio huius partis inquiunt,& Iac.de Graff.eod. cap.12.nu.15. etenim in omnibus his casibus excommunicato communicaremus,quod nobis prohibitum est.Excipitur tamen,vbi excommunicato in
3 diuinis non communicamus. † Si ergo in eadem ecclesia eodem tempore missæ plures celebrentur,& excommunicatus huic intersit;ego interesse alteri potero (non enim cum excommunicato in diuinis tunc communico)atq; sic dixit Sot.dist.22.quęst.1.art.4.concl.2.vers.At verò lib.4.& Palud.dist.18.q.6.art.1.in fin. lib.4.& Caiet.in summ.in verb. Excommunicatio, seu participatio cum excommunicato quibus casibus sit omnino illicita. Si itidem in eadem ecclesia separatim excommunicatus,& non excommunicatus preces fundant, quamuis eodem tempore,ac loco id fiat,non tamen & hic in diuinis,atque oratione ab ipsis communicatur; nam,vt in cit.vers.Caiet.inquit,in eodem cubiculo,vbi excommunicatus est,ego & orare, & comedere possum:quæ sententia mihi quoq; verissima videtur,& eam sequitur Iacob.eod.cap.12.nu.13. quandoquidem,si aliter sentiremus, signo ad salutationem angelicam per campanam dato,salutatio fieri ab ijs, qui in platea sunt, non posset, etiam si separatim fiat, vbi excommunicatus præsens adesset;quod absurdum videtur,& contrarium sensit Caiet.eod.Si deniq;, dum diuina

facio,

facio, dumuè ab alijs fiunt, ipsis intersum; excommunicatus interueniat, & ita in ecclesiam ingrediatur, non vt diuinis intersit, sed vt aliquid aliud agat, vel illac tantùm transeat, quamuis ante Christi corpus genua flectat, caputq; nudet, non idcirco tamen sacrificia diuina intermittemus, vt inquiunt Sot. & Caiet. eod. & Inn. in cit. c. nuper in verb. Orando; solùm igitur excommunicatum vitabimus, vbi non vitando ipsi in diuinis communicamus.

SVMMA.

1 *Ecclesia in ipsa an excommunicatus esse possit.*

2 *Ecclesia in ipsa excommunicatus an orare, precesq; fundere possit.*

VI.

1 Diuinorum officiorum communione ipsum excommunicatum carere vidimus; † modò, an saltem in ecclesiam ingredi, in eaq; esse possit, ex quo inibi diuina officia fiunt, iam videamus. Gloss. igitur excommunicatum nec in ecclesiam ingredi, ac propterea nec in ea esse posse sensit in c. 1. dist. 21. in fin. & in cap. 1. §. ad ostiarium dist. 25. eandem sententiam sequitur Abb. in c. 2. num. 2. vers. Not. excommunicatum de for. compet. & in c. responso vers. Nunquid autem extra hunc casum, & Felin. qui opinionem hanc veriorem esse ibi se credere ait de sent. excom. & Host. in sum. num. 17. vers. Sed nunquid de sent. excom. qui de interdicto, ac suspenso idem ait, sicut de minori excommunicatione irretito Mar. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 124. de sent. excom. & in c. 1. nu. 5. vbi communiter receptum hoc esse restatur de cler. excom. min. quamuis consuetudine id non seruari dicat. Probatur autem horum sententia primò hac ratione, quoniam excommunicati in ecclesiam vocari possunt, quò ipsis concio habeatur, Deiq; verbum explanetur, vt dicitur in cit. c. responso de sent. excom. ergo, ea causa excepta, excommunicati in ecclesia esse non poterunt; exceptio enim contrariam regulam esse indicat arg. l. nam, quod liquidò. §. pen. ff de pœn. leg. & vt not. DD. in l. 1. ff. de reg. iur. & inclusio vnius alterius exclusio est arg. c. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. hæc ratio propositam sententiam non probat, nec depromitur ex cit. cap. responso; nam Rom. Pont. consultus ibi fuit, an liceret apud aliquam ecclesiam excommunicatos, interdictosq; conuocari, quò eis prædicaretur, & ad correctionem inducerentur; non autem, an ijdem in ecclesia esse possent; de concione igitur, an s. haberi posset ipsis nec ne, quæstio erat: dubitari enim poterat, ex quo excommunicati, interdictiq; diuinis officijs interesse nequeunt, & ex quo ipsis præsentibus ea facere nobis non licet, vt supra probauimus, an cócio haberi posset, cùm ipsa diuinum quoddam officium esse videatur; Quare Rom. Pont. dubitationem hanc tollens sine conscientiæ scrupulo animarum salutis gratia id fieri posse rescripsit; ex quo igitur de re alia quæstio est, ad rem nostram non facit, neque propositam sententiam tuetur: imò contraria sententia inde probari potiùs videtur; vetatur. n. solùm ibi in vers. Dummodo, ne in ecclesia officium vllum eis celebretur; ergo, eo casu excepto, in ecclesia esse poterunt. Secundo loco opinio hæc sic probatur, excommunicatus ab ostiario extra ecclesiam eijci debet, vt dicitur in c. 1. §. Ad ostiarium dist. 25. ergo nec in ecclesiam ingredi, nec esse in ea excommunicatus potest. Atqui neque huic rationi proposita sententia nititur: nam ostiarij, sicut etiam eorum, qui ordinibus alijs initiati sunt, munus est, vt dum sacerdos sacra facit, administratue, illi inseruiant, sicut tradidit S. Thom. dist. 24. q. 2. lib. 4. & nos in comment. nostr. de ord. vniuer. cap. 24. num. 1. ergo, dum sacerdos sacra facit, ne interueniente excommunicato, perturbetur, inchoataq; officia intermittat, quod fieri debere supra probauimus, tunc excommunicatos ab ecclesia, non aliàs excludit; id quod & nos fatemur; quandoquidem excommunicato præsente sacra facere non debemus, vt supra probauimus, atq; sic respondit Felin. ac rectè in c. a nobis. nu. 3. de except. Postremò pro hac sententia ratio hæc redditur, excommunicatus ab ecclesia sequestratus, & ita extra eam esse dicitur, vt habetur in c. 2. de for. compet. & in c. qui merito. 11. q. 3. ergo, ex quo per excommunicationem extra ecclesiam quis eijcitur, nec in eam ingredi, nec in ea esse potest: hæc ratio nihil etiam facit, nam sequestratio illa ab ecclesia, non de loco accipitur, sed de Christianorum communione; vniuersi enim Christi fideles ecclesia dicuntur, vt declarauit Cat. in explicatione eius partis Symboli Credo sanctam ecclesiam, & c. ab hac igitur ecclesia excommunicatus sequestratur, non autem ab ecclesia lapidibus, cementisq; constructa, vt probatur in cap. Engeltrudam. 3. q. 4. iunct. c. pen. de sent. excom. Quare, cùm rationibus nullis opinio hæc nitatur, contrariam, vt. s. in ecclesia excommunicatus esse possit, amplexata est Gloss. in c. qui studet 1. q. 1. & Inn. in c. responso de sent. excó. & Abb.

& Abb. sibi contrarius in c. 1. nu. 9. de vit. & honest. cler. & Butr. & Imol. vt Felin. refert in cit. c. a
nobis. nu. 3. & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 17. & Iacob. de Graff. cap. 11. num. 14. lib. 4. decis. cas.
cons. & Couar. in c. alma pars. 1. §. Tertius, num. 7. vers. Ex quibus apparet de sent. excom. lib. 6.
vbi de communi sententia testatur, & Nicol. de Milis in repertorio suo in verb. Excommunica-
tus potest, & ei licet, vbi & orare ipsum posse ibi ait, hanc opinionem magis æquam dixit. Mar.
Soc. Sen. in eod. c. sacris. nu. 125. quamuis contrariam de rigore iuris veriorē dicat; idem quoq;
sensisse videtur S. Thom. dist. 18. q. 6. art. 1. vers. Si autem fugit ante lib. 4. nam in ecclesia excom
municatum esse posse inquit, modò, vt diuina non audiat, ibi adsit: quare, si excommunicatus
quempiam percusserit, in ecclesiam q; confugerit, esse ibi poterit, vt S. Thom. eod. in loco in-
quit. Probatur autem horum sententia primo in c. episcopus de consecr. dist. 1. Episcopus, dici-
tur enim ibi, nullum prohibeat ingredi in ecclesiam, & audire verbum Dei, siue gentilem, siue
iudæum, siue hæreticum vsque ad missam cathecumenorum: hæc ibi, si ergo hæreticus prohibe-
ri non potest, quò minùs in ecclesiam ingrediatur, & verbum Dei audiat; excommunicatus in
ecclesiam ingredi, & in ea esse potest; hæreticus enim excommunicatus est, vt habetur in c. ex-
communicamus. 1. & 2. de hæret. Ad hoc c. qui contrariam sententiam sequuntur, variè ab ipsis
respondetur; nam Gloss. in c. non liceat. 1. q. 1. ecclesiæ consuetudine illud c. episcopus non ser
uari ait, sicut etiam in c. per lectis in verb. Infideles. dist. 25. Archid. autem ibidem, sicut etiam
Hug. in c. episcopus, illud cap. episcopus, correctum esse sentiunt. Gloss. demum eius cap. vel de
hæretico non præciso ibi agi, & ita de non excommunicato inquit, vel de eo, de quo spes erat, vt
corrigeretur: quæ responsiones mihi non satisfaciunt; non priores duæ, quoniam abrogatum
esse volunt illud c. episcopus, & id non probant, quod repugnat l. præcipimus. C. de appell. & l.
iubemus. C. de test. & l. vn. in fin. C. de inoff. dot. & c. cum expediat de elect. lib. 6. non posterio-
res itidem reliquæ, quandoquidem diuinant, quod nostrum non est. Ego autem ob alias ratio-
nes eo iure propositam sententiam non probari affero; primùm, quoniam ibi dicitur hæreticum
vsque ad missam cathecumenorum, & ita eo tantùm tempore in ecclesia esse posse; at proposita
quæstio simpliciter, ac generaliter est, an excommunicatus quandocunq; in ecclesia esse pos-
sit: cùm igitur generalem conclusionem propositam non probet, ad rem nostram constitutio il-
la non facit: præterea consuetudo vetus ibi refertur, etiam, quòd euangelium Christi doctrinam
complectitur; quam doctrinam Christi fideles inbibere debent, atque ob eam rem euangelio
recitato haberi concio solet; vt dixit Dur. in ration. diuin. off. cap. 26. lib. 4. ob eam rem, vt ca-
thecumeni Christianam doctrinam inbiberent, hæretici verò ad veram fidem redirent, vsq; ad
Euangelium, quousq; cathecumenorum missa protrahebatur, in ecclesia vt essent, ipsis permit-
tebatur, atque sic sensit Gloss. in c. de ijs. 35. q. 5. & 3. quò igitur concioni interessent, ob eam rem
in ecclesia hæretici vt essent, ipsis permittebatur: id quod & hodie permittitur [illegible] c. responso
de sent. excom. & ob hanc rem fortasse Rom. Pont. in eod. c. responso sine conscientiæ scrupulo
excommunicatis, atque interdictis in ecclesia Dei verbum prædicari posse rescripsit: quando-
quidem id antiquitus cautum iam erat, vel saltem significatum in cit. c. episcopus; eo igitur iure
sententia hæc non probatur. Vnde postremò sic etiam argumentantur, vt excommunicatus in
ecclesia non sit, iure cautum non reperitur; ergo in ecclesia esse potest, quod enim prohibitum
non reperitur, concessum esse censetur arg. l. ab ea parte. ff. de probat. Quid igitur concluden-
dum? Ego ab hac postrema sententia discedendum non esse censeo, vt excommunicatus & in
ecclesiam ingredi, & in ecclesia esse possit. Et hoc ea potissimum ratione, quoniam excommu-
nicatus sacramentorum, Christiq; fidelium communione priuatus est, vt habetur in c. pen. de
sent. excom. & in c. Engeltrudam. 3. q. 4. at in ecclesiam ingredi, & in ea esse, neq; sacramentorū,
neque hominum communione vti, hoc est, vt per se patet; ergo, ex quo id excommunicato non
prohibetur, in ecclesia esse poterit; & ad hanc rationem liquidò responderi non posse mihi vi-
detur: nec repugnat, si dicatur, ergo nec ecclesiastica sepultura idē carebit, quasi sacramentorū,
Christiq; fidelium cōmunione non vtatur; nam imò, si id ei permitteretur, Christianorum com-
munione, quorum corpora ibi quiescunt, vteretur, quod ei vetitum est; quibus enim viuis non
communicamus, nec mortuis communicare debemus, vt dicitur in c. a nobis. 2. de sent. excom.
postremò speciatim est prohibitum, ne ecclesiastica sepultura excommunicatus donetur in c.
sacris de sepult. & in Clem. 1. eod. at in ecclesiam vt ingrediatur, inibiq; sit, neq; iure prohibitū
2 id ei est, neq; id etiam ratio suadet; excommunicatus igitur in ecclesia esse poterit. † Quæ regu-
la amplificatur primò, vt & ibi, solus vbi est, preces ad Deum fundere, & orare queat; sic enim
inquit Gloss. in c. qui studet. 1. quæst. 1. & Marian. Soc. Sen. in c. sacris. num. 125. de sent. excom.

& sequitur eam Abb. in c. 1. nu. 9. de vit. & honest. cler. & Nauar. qui de communi testatur c. 27. num. 19. & Martinus Alphonsus de Viualdo in Candelabro de excom. maior. nu. 8. vers. Potest tamen. Item amplificatur, vt in ecclesia orare possit, quamuis alij quoque in ea orent, modò separatim id faciat, vt dixit Nauar. eod. nu. 19. & Caiet. in summ. sensit in vers. Communicatio, seu participatio cum excommunicato quibus casibus omnino sit illicita, & Iacob. de Graff. c. 14. num. 12. lib. 4. decis. cas. cons. Postremò & cum alijs concioni interesse poterit ob cit. c. responso, & c. episcopus. Excipitur ergo, vbi cum alijs interesse diuinis vellet; nam hoc ei prohibitum est, vt supra asseruimus. Item, vbi diuina ratione quapiã perturbaret, vt tradidit Gloss. in cit. c. episcopus; nam & non excommunicati, si id facerent, ab ecclesia eijcerentur, vt habetur in cap. cùm voluntate. §. fin. & in c. veniens de sent. excom. & not. Gloss. in c. si episcopus. 2. 11. q. 3. in hac igitur quæstione sic concludendum censerem.

S V M M A.

1 *Ecclesiæ nomine quæ significentur.*
2 *Ecclesia nomine quid significetur, vbi excommunicatum extra ecclesiam esse dicitur.*
3 *Excommunicati in ecclesiæ potestate sunt.*

VII.

S In ecclesia excommunicatum esse posse modò probauimus: atqui, quòd idem ab ecclesia eiectus, extraq; eam exclusus dicitur in c. qui merito. 1. 1. q. 3. & in c. 2. de for. compet. & probatur in c. omnis Christianus, & in c. seq. & in c. 4. & in §. euidenter vers. Est & alia sententia eadem. q. 3. & in c. Engeltrudam. 3. q. 4. ideò, ne repugnantia locuti videamur, in quam sententiam accipiendum hoc sit, explicemus. † Sciendum igitur est ecclesiæ nomine multa significari, vt declarauit Gloss. in cap. fin. ne prælati vices suas; & perbellè Cat. in explicatione illius partis Symboli Credo ecclesiam sanctam, & cæt. Nam primùm eo nomine ædes sacræ significantur, vbi sacra fiunt, diuinaq; celebrantur, in quam sententiam accipitur in tit. de eccl. ædif. in antiq. & in tit. de consecr. eccl. vel alt. in antiq. & lib. 6. & in tit. de immun. eccl. in antiq. & lib. 6. Item ecclesiæ nomine eius præsides, ac ministri notantur; Si te non audierit, inquit enim Christus dominus, dic ecclesiæ, id est Præpositis ecclesiæ, vt communiter diuinarum rerum scriptores interpretantur. Tertiò eodem nomine fructus, atq; obuentiones designantur, sicut habetur in cit. c. fin. & ibi not. Gloss. ne prælati vices suas. Quartò ecclesiæ nomine priuatas familias Apostolus nominauit, nã Priscæ, & Aquilæ domesticã ecclesiã salutari iubet. Quintò malorum congregationem Propheta ecclesiæ itidem nomine designauit; Odiui, inquit enim, ecclesiam malignantium. Postremò hac eadem voce communi sacrarum scripturarũ consuetudine Christiana Respublica, Christianusq; populus significatur; qui nil aliud est, vt ait S. August. quàm populus fide-
2 lis per vniuersum orbem dispersus; atque sic declarauit Cat. eod. in loco. † Quando igitur excommunicatus ab ecclesia eijci, extraq; ecclesiam esse dicitur, non in eam sententiam accipitur, quam primo loco retulimus; nam in huiusmodi ecclesia excommunicatum esse posse iam proximè conclusimus. Non in eam itidem, quam secundo, tertio, quarto, sequentiq; loco diximus; quandoquidem non modò excommunicatus ecclesiæ præpositus, ac minister esse non potest, sed neque eius ministrorum cõmunione vti valet; item non fructibus ecclesiæ, vniusuè familiæ communione tantùm caret, sed & sacramentorum, & Christi fidelium omnium, mali, boniuè sint, communione priuatur, vt sensit Rom. Pont. in c. pen. de sent. excom. & in cit. cap. Engeltrudam. 3. q. 4. Reliquum igitur est, vt propositum dictum in eam sententiam accipiamus, quam postremam retulimus, vt. s. quando dicitur excommunicatum extra ecclesiam esse, extra populi Christiani cœtum, atq; congregationem esse accipiatur. Sic enim declarauit Cat. in cit. vers. Credo sanctam ecclesiam; nam, posteaquam de multiplici ecclesiæ nomine tractauit, nec non, qui in ea essent, exposuit, hæc Adijcit; Ex quo fit, vt tria tantummodo hominum genera ab ea excludantur, primò infideles, deinde hæretici, & schismatici, postremò excommunicati: hæc Cat. ex quibus apparet ad hanc fidelium congregationem excommunicatos non pertinere; & hoc ob eam rationem, quam paulò post ead. Cat. ibi reddit; quoniam ecclesiæ iudicio ab ea exclusi sunt, & ad illius communionem non pertinent, donec resipiscant. Sic quoq; idem ratione probatur; nam excommunicatus à Christi fidelium communione separatus est, vt dicitur in cit. c. pen. de sent. excom. ergo & à mystico Christi corpore (nam Christi fideles mysticum Christi corpus sunt, vt inquit Paul. cap. 1. ad Ephes. & cap. 1. ad Col. & Cat. eod.) si excõicatus igitur à mystico Christi corpore separatur; ergò ab eo, quod ecclesia dicitur, vt habetur in cit. c. Engeltrudam.

trudam. 3. q. 4. & vt declarauit Cat. eod. manifestò igitur apparet, vbi excommunicatum extra ecclesiam eiectum esse dicimus, à Christiano populo ipsum exclusum esse accipere nos debere; ac propterea, quod diximus, excommunicatum in ecclesia esse posse, dicto huic Excommunicatus extra ecclesiam est non repugnare.
3 † Non obstat postremò, si dicatur, ex quo excommunicati extra ecclesiam sunt, ad ipsam amplius eos nō pertinere; qui enim foris sunt de Apostoli sententia nihil ad nos: nam ad hoc respondetur excommunicatos quò ad suum commodum, non autem quò ad ecclesiæ potestatem extra ecclesiam esse; nam, posteaquam baptismi susceptione in eam quis receptus est, quo casu ad vniuersam Christi legem seruandam obligatur, vt asseruit Trid. Syn. can. 7. de bapt. sess. 7. neq; excommunicatione, neq; hæresi liberatur, quò minùs ecclesiæ potestati subiectus sit, ab eaq; pœnis coerceatur arg. c. 2. de re iud. lib. 6. & tot. tit. de hæret. dictum enim Apostoli de ijs accipitur, qui in ecclesiam recepti non sunt: quò ad commodum suum igitur, vt diximus, excommunicatus extra ecclesiam tantùm est; & de his hactenus, ad suffragia ecclesiæ, vt propositum est, transeamus.

De vsu communionis suffragiorum ecclesiæ excommunicato ipsi prohibito declaratione tertia eiusdem effectus. Cap. IX.

SVMMA.

1 *Suffragia ecclesiæ quid sint.*
2 *Suffragia ecclesiæ quot, & quæ sint.*
3 *Suffragiorum ecclesiæ quisnam particeps sit.*
4 *Suffragiorū eccl. quot modis quis particeps fit.*



Absoluta di uinorum officiorum materia, de suffragijs, vt proposuimus, iam agamus; his tamen priùs præmissis breuiter, quatenus ad rem nostram pertinent:
1 Primò, quid sint. Deinde, quot, & quæ. Tertiò, quis eorum particeps fit. Postremò quot modis.
2 † Suffragia ecclesiæ igitur nil aliud sunt, quàm spiritualia quædam, quibus Christianorum animabus ecclesia subuenit, ac suffragatur, vnde suffragia etiam nominantur. 1
† Hæc autem bipartita sunt, partim publica, partim priuata; publica appello ea, quæ fiunt à ministris ecclesiæ, quatenus ecclesiæ ministri sunt, vt sacrosanctum missæ sacrificium, diuinaq; alia officia, nec non indulgentiæ, quas ecclesia Christi fidelibus distribuit; priuata suffragia verò appello ea, quæ Christiani, non vt ecclesiæ ministri, sed vt priuati faciunt, cuiusmodi sunt priuatæ orationes, ac priuatæ preces, ieiunia, atq; eleemosinæ.
3 Ex his quænam suffragia sint, satis constat. † Participes verò ipsorum ecclesiæ membra sunt, vt tradidit Cat. in expositione eius partis Symboli Credo sanctorum communionem, & Couar. in cap. alma pars. 1. § 4. in princ. vbi & eum duobus alijs sequentibus. §§ materiam hanc abundè pertractauit de sent. excom. lib. 6. nam, quòd per baptismum vnum corpus efficimur; cuius corporis Christus Dominus caput est; Ipsum dedit caput super omnem ecclesiā, inquit enim Apostolus ad Ephesios, & vt dixit Trid. Syn. cap. 2. de pœnit. sess. 14. ob eam rem bonorū cùm ipsius
4 Christi capitis, tum eius corporis membrorum participes efficimur. † Hoc demum autem duobus modis contingit. s. vt suffragiorum ecclesiæ quis particeps fit, & charitatis virtute, ac beneficio, & ea offerentis proposito, atq; intentione, vt dixit S. Thom. in Quodlibet. 8. art. 9. & d. 45. q. 2. art. 4. ad primam, & ad secundam quæstionem lib. 4. & in expositione Symboli opusc. 6. super illa part. Sanctorum communionem, & Ast. in summ. de suffragijs defunct. tit. 37. in primo art. lib. 3. & Couar. in cit. c. alma pars. 1. §. 6. nu. 1. vbi opinionem D. Thomæ communiter receptam testatur. Verùm, quòd hæc dilucidiùs, abundèq; magis declarauit S. Thom. in cit. opusc. 6. ob eam rem eius verba hic referenda censuimus; Sicut in corpore naturali operatio vnius membri cedit in bonum totius corporis, ait enim ibi, ita in corpore spirituali. s. ecclesia: & quia omnes fideles sunt vnum corpus, & singuli alter alterius membra, bona vnius alteri communicantur Rom. 12. vnde inter alia credenda, quę tradiderunt Apostoli, est, quòd communio bonorum sit in ecclesia; & hoc est, quod dicitur Sanctorum communionem. Inter alia verò membra ecclesiæ principale membrum est Christus, quia est caput iuxta illud Apost. Ephes. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quę est corpus ipsius; bonum ergo Christi communicatur omnibus Christianis, sicut virtus capitis omnibus membris: & hæc communicatio fit per sacramenta, in quibus operatur virtus passionis Christi, quæ operatur ad conferendam gratiam in remissionē peccatorum, & paulò inferiùs idem S. Thom. hæc addit. Sciendum est etiam, quòd non solùm virtus passionis Christi communicatur nobis, sed etiam meritum vitæ Christi; & quicquid boni 2

fecerunt omnes sancti, communicatur in charitate existentibus, quia omnes vnum sunt iuxta illud psalm. 118. Particeps ego sum omnium timentium te. Et inde est, quòd, qui in charitate viuit, particeps est omnis boni, quod fit in toto mundo; sed tamen specialiùs illi, pro quibus specialius fit aliquod bonum; nam vnus potest satisfacere pro alio, sicut patet in beneficijs, ad quæ plures congregationes admittunt aliquos: sic ergo per hanc communionem consequimur duo; vnũ, s. q meritum Christi communicatur omnibus, aliud, quòd bonum vnius communicatur alteri. Hæc S. Thom. ex quibus patet, qui suffragiorum ecclesiæ participes sint, & quot modis: sed de his secũdum se hactenus; iam, quod nobis propositum est, de eisdem, respectu habito ad excommunicatum, agamus, de quibus hæc contemplabimur. Primùm, an excommunicatus publicis ecclesiæ suffragijs careat, vbi aut generatim pro tota ecclesia, aut speciatim pro aliquo membro fiunt. Item, an pro ipso ecclesia eadem speciatim offerre possit. Tertiò, an ab ecclesia oblationes ab excommunicato factæ licitè recipiantur, quò ipsa pro eo suffragia offerat. Quartò, an priuatis suffragijs pro excommunicato apud Deum intercedere possimus. Quintò, an excommunicatus ecclesiastica sepultura careat. Sextò, an sepultura ecclesiastica donare ipsum possimus. Postremò, an excommunicatus Dei gratia per excommunicationem priuetur; singula hæc igitur contemplanda nobis sunt; & priùs primum, quod in sequenti præstabimus.

S V M M A.

1 *Suffragijs ecclesiæ excommunicatus caret.*
2 *Suffragijs ecclesiæ excommunicatus carens quæ damna patiatur.*
3 *Dæmon in initio nascentis ecclesiæ excommunicati corpus obsidebat.*
4 *Suffragijs ecclesiæ an careat iniustè excommunicatus.*
5 *Indulgentiarum an excommunicatus particeps sit.*

I.

1 §. † Excommunicatus igitur, vt quod primum explicandũ nobis proposuimus, explicemus, ecclesiæ suffragijs publicis, generalibusq; caret, quæ ab ecclesiæ ministris aut generatim pro tota ecclesia, aut speciatim pro aliquo eiusdem membro offeruntur, vt diuinarũ rerum scriptores inquiunt, Magist. d. 18. vers. Alius modi ligandi, atq; soluendi lib. 4. & S. Thom. in expositione Symboli opusc. 6. super illa parte Sanctorum communionem, ibi vnde excommunicati per hoc, quòd sunt extra ecclesiam, & Add. ad eum in 3. part. q. 21. art. 1. in responsione ad secundum argum. & S. Bon. ead. dist. 18. dubit. 5. & concl. 1. in fin. & Gabriel. Biel. ead. dist. q. 2. art. 3. vers. Item excludit à generalibus ecclesiæ suffragijs, & Sot. d. 22. quæst. 1. art. 1. vers. Igitur, & vers. Rursus, & concl. 1. & dubit. 1. & Cat. in explicatione eius partis Symboli Credo sanctorum communionem vers. At verò tot, tantisq; muneribus, & Archiep. Flor. in summ. de excom. cap. de effect. vers. Secundò priuatur, & Syl. in verb. Excommunicatio. 3. nu. 1. vers. Secundò, & Ang. eod. vlt. nu. 3. & Nauar. cap. 20. nu. 53. cum seq. de orat. & hor. canon. & in Man. cap. 27. nu. 18. vers. Tertiò priuatur, & Couar. in c. alma pars. 1. in initio. nu. 3. vers. Est etenim, & nu. 7. vers. Secundò hinc constat, & in §. 4. in initio, & in §. 6. num. 2. vers. Secunda propositio de sent. excom. lib. 6. & Viuius in Syl. commun. opin. opin. 263. nu. 4. vers. Priuator postremò suffragijs; communis deniq; DD. sententia hæc est. Ac meritò, etenim excommunicatus ab ecclesia separatus, & exclusus est, vt dicitur in c. Engeltrudam. 3. q. 4. & in c. qui merito, & in c. omnis Christianus, & in c. nihil sic debet formidare. 11. q. 3. & in c. si quis habes, vers. Vnde & si vna anima, & in c. si quis non recto iudicio. 24. q. 3. iure igitur eius ecclesiæ bonis, ac suffragijs caret, ex quo eorum participes tantùm sunt ecclesiæ membra, vt citati autores proximè sentiunt, & in initio huius cap. nos diximus. Accedit, q bonorum huiusmodi aut charitatis vinculo, aut ea facientis proposito, & intentione, particeps efficimur, vt in initio huius cap. probauimus; at excommunicatus neutro modo particeps est; non charitatis beneficio ob mortiferi peccati culpam; quamobrem excommunicatus est arg. c. nemo episcoporum cum duobus seq. 11. q. 3. non ecclesiæ facientis proposito, atq; consilio, quoniam ecclesia hoc non intendit, vt habetur in c. à nobis. 2. & in c. sacris de sent. excom. & asseruit Couar. in cit. c. alma pars. 1. §. 6. vers. Tertia conclusio, vbi excommunicatum nõ comprehendi sub orationibus, & suffragijs ab ecclesia generaliter pro suis membris factis ait, & communem opinionem hanc esse testatur. Excommunicatus igitur eccle-
2 siæ suffragijs, quæ ab eius ministris offeruntur, caret. † Quorum quidem suffragiorum iactura grauior quacunque alia est, quam huius vitæ bonorum facimus, vt dixit S. Thom eod. opusc. 6.

in cit.

In cit. verſ. ibi Vnde excommunicati; nam ſuffragia huiuſmodi ad Dei gratiā augendam, ſi quis eam habeat; &, ſi ea priuatus ſit, ad ipſam recuperandam profunt; item vt Deus paterno amore nos, vt chariſsimos filios foueat, atque complectatur, ac poſtremò, vt à perenni noſtræ ſalutis hoſte tueatur, iuuant, vt dixit S. Thom. diſt. 22. lib. 4. & D. Dionyſ. Carth. diſt. 18. q. 4. verſ. Deniq;. ſi quæratur lib. 4. & ſequitur Angel. in verb. Excommunicatio vlt. nu. 3. & Syl. eod. 3. nu. 1. verſ. Secundò, & Couar. eod. §. 6. nu. 3. verſ. Quarta concluſio. Quibus bonis excommunicatus, ex quo ſuffragijs eccleſiæ caret, priuatus eſt; nam, vt Magiſt. eod. inquit, excommunicato Dei gratia quodammodo ſubtrahitur; item excommunicatum paterno amore Deus non complectitur; ac deniq; teterrimus dęmon maiorem ſæuiendi poteſtatem in ipſius excommunicati corpus, & animam conſequitur, vt dixit Archiep. Flor. eod. cap. de cauſ. fin. verſ. Secundò, & Syl. ac

3 citati autores proximè. † Hinc primis eccleſiæ naſcentis temporibus, quòd tunc & ſignis alenda eccleſia erat, excommunicati à dęmone ſtatim obſidebantur de eorundem autorum ſententia, & habetur in Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 5. & refertur in c. audi. 11. q. 3. quare, vt dicebat Aug. qui refertur in c. nihil 11. q. 3. Nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari à corpore Chriſti: ſi enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum eius; ſi non eſt membrum eius, non vegetatur ſpiritu eius: quiſquis autem, inquit Apoſt. ſpiritum Dei non habet, hic non eſt eius. Hæc Aug. ſi ergo eius, ſ. Dei non eſt, ergo diaboli, vt idem Auguſt. relatus in c. omnis Chriſtianus ead. q. 3. ne igitur in tantas ærumnas incidamus, eccleſiæ præceptis, ne nos contumaces excom-

4 municet, obtemperabimus. † Verùm, quid, ſi quis ſine iuſta cauſa excommunicatus ſit, an eccleſiæ ſuffragijs hic carebit? Ricard. quem refert Archiep. Flor. eod. cap. de cauſ. fin. verſ. Secundò, dicebat ſuffragijs eccleſiæ hunc non priuari; quandoquidem eccleſia id non intendit arg. r. 11. q. 3. qua diſtinctione prohibetur, ne ſine cauſa quis excommunicatione feriatur arg. cap. nemo epiſcoporum ead. d. eandem ſententiam ſequitur Nauar. in Man. cap. 27. nu. 18. quæ tamen ſententia mihi non placet; nam, ex quo excommunicatus quis eſt (modò ſententia excommunicationis valeat) eccleſia pro excommunicato iuſtè illum habet, etiam ſi fallatur arg. c. cùm contingat de off. deleg. in antiq. & c. ſolet de ſent. excom. lib. 6. iunct. c. à nobis. 2. eod. in antiq. ac propterea ſuis precibus, ac ſacrificijs ei ſuffragari nõ intendit arg. cit. c. à nobis, & c. ſacris eod. Præterea, etſi manifeſtò conſtat eum contumaciæ pęnitere, tamen, ne pro ipſo fiant orationes, prohibitum habetur in cit. iuribus; ergo. Non nulli tamen contrarium ſentiunt. Quid igitur concludendum? Ego in hac quæſtione ſic diſtinguerem. Aut quærimus, an hic, qui iniuria excommunicatus eſt, charitatis beneficio, qua verum, viuúq; eccleſię membrum eſſe non deſijt, ſuffragiorum huiuſmodi particeps ſit; & in hoc caſu, quoniam charitatem iniuſta excommunicatio auferre non poteſt, vt dixit Add. ad S. Thom. in 3. part. q. 21. art. 1. verſ. Ad ſecundum argum, & nos infra probabimus hoc cap. ob eam rem excommunicatum hunc ratione hac ſuffragiorum eccleſiæ participem eſſe ſentio, & in hoc caſu ſententia Ricar. & Nauar. locum habebit; etenim opinio hęc eſt S. Thom. quæ & communiter eſt recepta, vt teſtatur Couar. in c. alma pars 1. §. 6. nu. 2. verſ. Prima propoſitio de ſent. excom. lib. 6. & ſequitur eam D. Dionyſ. ead. quæſt. 4. verſ. Oratur autem. Aut quærimus, an eorundem particeps ſit eccleſiæ ſuffragia huiuſmodi ferentis propoſito, atq; intentione: & ratione hac è contrario etiam iniuria excommunicatum eccleſiæ ſuffragijs carere cenſeo; nam, ex quo excommunicatus quis eſt, pro excommunicato legitimè ipſum habet. pro huiuſmodi autem excõmunicato ſuffragia ferre non intendit; quinimo, ne ferantur, ſuis miniſtris prohibet, etſi manifeſtò conſtat excommunicatum ſigna contritionis dediſſe, vt id probatur apertè in cit. c. à nobis. 2. & in c. ſacris de ſent. excom. & in hoc caſu aliorum ſententia locum habebit; hac igitur diuiſione has opiniones inter ſe diſſentientes conciliandas exiſtimarem. Excommunicatus ergo, vt regulam iterum ob oculos ponamus, eccleſiæ ſuffragijs caret. Excipitur tamen primò, vbi ſine iuſta cauſa excommunicatus eſt, vt pote vel quòd ad dictam diem ſoluere non potuit, quod ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna ſoluere iuſſus erat, vel quòd ob præſumptam contumaciam, ſed non veram excommunicatus eſt; nam charitatis beneficio eccleſiæ ſuffragiorum his particeps erit, vt diximus, modò tamen eam non contempſerit; nam, quòd tunc grauiter peccat (excommunicatio enim vel iniuſta timenda eſt arg. c. 1. & c. quibus epiſcopi. 11. q. 3.) nec charitatis ratione, quam non habet, eorum bonorum particeps erit. Excipitur quoq; iuſtè excommunicatus, quem tamen contumaciæ pœnitet; &, quantum poteſt, vt abſoluatur, elaborat; nam, quòd in gratiam Dei redijt, ac propterea in charitate eſt; ob eam rem & hic eadem ratione, non aliter ſuffragiorum huiuſmodi particeps fiet; eadem enim & ratio viget, quæ in priori caſu, ac propterea, & eadem iuris diſpoſitio vigere

5 debet arg.l.illud.ff.ad l.Aquil. & c.cùm dilecta de confirm, vtil. vel inutil. † Atqui an indulgen-
tiarum excommunicatus particeps erit? Planè, vbi in contumacia perseuerat, particeps earum
esse non potest, vt dixit Viuius in Syl,com.opin,opin,263.num.48.in fin. & Marian.Soc.Sen.in
c.nostro n.53.de pœnit.& remis; qui cõmunem sententiã hanc esse sentit; nam mortiferi peccati
culpa detinetur, & qui hoc animo præditus est, indulgentijs caret, vt dixit Felin.in sermone suo
de indulgent.nu.11.vers.Primò ex eo, & Syl.in verb,Indulgentia.nu.21.vers. Septimò, & Na-
uar. in comment, suo de iobel.notab.17.num.1,cum multis seq.& notab.18.num.9.qui omnes
communiter id receptum esse testantur: etenim ad pœnas expiandas tempore præscriptas pec-
catorum, quæ dimissa jam sunt, indulgentiæ condonantur, vt DD. cõmuniter concludunt; ergo,
vbi mortiferi peccati culpâ obuolutus quis est, eius saltem peccati, quo tunc detinetur, expiari
pœna non potest secundum omnes, vt dixit Nauar. eod.notab.18.nũ.19.vers. Cuius ratio est;
excommunicatus igitur contumax indulgentiarum particeps non est. Non itidem, vbi aut con-
tumaciæ ipsum pœnituit, aut inuitus excommunicatus est; quandoquidem ecclesia, ex quo pro-
hibet, ne pro excommunicato, qui contritionis signa dedit, ad Deũ preces fundantur, nec ipsam
indulgentias huic condonasse existimandum est, atque sic dixit Adrian. De Clauibus art.3.vers.
ad argumenta in principio huius principalis argum.lib.4. ibi enim excõmunicatum indulgen-
tiarum participem non esse ait, quamuis omnia expleuerit, quæ facienda sunt; etiam si contri-
tus hæc faciat, & indulgentiæ forma confessionem non postulet: nam non idcirco tamen ante
absolutionem excommunicationis particeps erit. Hæc Adrian. Nec facit, si dicatur, ex quo ex-
communicatũ contumaciæ pœnituit, in Dei gratiã eũ redijsse, ac propterea nobiscũ charitate
coniunctũ esse; nam apud ecclesiam, à qua exclusus est, adhuc obligatus tenetur, vt dicitur in
cit.c.à nobis.2. de senten.excom. & in c.si quis non recto iudicio. 24.q.3. quare ob id sententia
ipsius Nauar. qui contrarium sensit in cit.notab.18.nu.14.vers. Quintò, tenenda mihi esse non
videtur; quippe quòd eius ratio vera non est; nam inquit ipse, vbi excommunicatus, qui eum
absoluat, cuiq; sua peccata confiteatur, potestatem non habet, ipsum indulgentias consecutu-
rum, quæ peccata confessis condonantur; nam hoc affectus animo fuisse concedens videtur;
quod verum non esse antecedens à nobis reddita ratio declarat; nisi ergo indulgentiam condo-
nans aliud exprimat, excommunicatus indulgentiarum particeps non erit; ac de huiusmodi re
jam satis, ad aliam veniamus.

SVMMA.

1 *Orare, precesq; fundere pro excommunicato nec non sacrificia offerre ecclesiæ ministris non licet; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Veneris die sancto quamobrem ecclesia pro hæreticis orat; qui excommunicati sunt.*

II.

Suffragijs ecclesiæ publicis, quæ aut generatim pro tota ecclesia offeruntur, aut speciatim
pro aliquo ejusdem membro, excommunicatus caret, vt proximè probauimus: modò, an
1 pro eodem speciatim eadem suffragia offerri liceat, contẽplemur. † Pro excõicato igitur missæ
sacrum facere, diuinaq; alia officia celebrare, ad Deumq; preces pro eodem fundere ecclesiæ
ministri non debẽt. Nam id ipsis prohibetur in c.sacris, & Mar.Soc.ibi.nu.142. de sent.excom.
ibi enim, si excommunicatus moriatur, antequam absolutus sit, etiam si contritionis signa de-
derit, nec oblationes pro eo recipiendas esse, nec orationes domino pro eodem porrigendas, di-
citur, atq; sic not. idem Mar.Soc.sen.ibi nu.15.vers.Aduerte tñ de sent. excom. Idem probatur
in c.à nobis, 2.iunct.Gloss.1.eod.nam hac de re consultus Rom.Pont. an, si pro excommunica-
to mortuo, qui contritionis manifesta signa dedit, sed absolutus non fuit, orandum esset, pro
absoluto quò ad ecclesiam ipsum habendum non esse respondit; ergo nec pro eodem orandum;
Nec repugnat, si dicatur de ministris ecclesiæ mentionem nullam fieri, nec etiam orationum,
quæ ecclesiæ sunt; nam, ex quo orationum mentio fit, de potioribus, idest de ijs, quæ ab ecclesia
fiunt, accepisse existimandum est arg.l.cùm quæritur.ff.de stat,hom. Item, quòd orandi munus
proprium clericorum est, ac præsertim sacerdotum, vt habetur in c.1.§.ad presbyterum. d.25.
& in c.quia sacerdotes, & in c.hanc consuetudinem, 10,q.1, ob eam rem, ex quo in cit.c.à no-
bis, & in cit.c.sacris pro excommunicato non absoluto orandum non esse dixit, sacerdotibus,
quatenus sacerdotes sunt, ad quos etiam eas constitutiones direxit, id præcepisse concludendũ
est; etenim oblationum etiã mentio fit in cit.c.sacris, quę oblationes sacerdotum sunt, vt dicitur
in cit.

in cit.c.quia sacerdotes,& in c.hanc consuetudinem;pro excommunicato igitur ecclesiæ ministri neq; orabunt, neq; diuina vlla facient; atq; sic dixit Add.ad S.Thom.in 3.part.q.21.art.1. vers.In responsione ad secundum argumentum;nam ex persona ecclesię orationem pro excommunicatis inter membra ecclesiæ fieri non posse ait; idem sensit & Host. in summ. nu.17.vers. Sed nunquid excommunicatus potest intrare de sent.excom.& Syl.in verb. Oratio.nu.4.vers. Quartò,& in verb. Excommunicatio.1.in prin.nu.2.& Nauar.cap.19.num.67.de orat.& hor. can.ac deniq; communiter DD.vt testatur Couar.in c.alma pars.1. §.6.nu.4. vers. Sexta conclusio de sent.excom.lib.6.idq; meritò, etenim excommunicatus ab ecclesiæ collegio exclusus est;ergo eius suffragiorum,quæ à ministris ipsius fiunt,particeps esse non debet.Quare pro excommunicatis missæ sacrum non faciemus,nec alia diuina officia celebrabimus; quandoquidē pro ecclesiæ membris hæc fiunt,cuiusmodi excōicatus esse desijt,vt habetur in cap. qui merito, & in c.nihil sic debet. 11.q.3. alioquin mortiferè peccat, qui pro excommunicato orat,vt dixit S.Thom.Quodlibet.11.art.9.& sequitur eum Nauar. in Man.cap.27. num.30.vers. Duodecimò;quod locum habet,vbi oratione publica,& vt ecclesiæ minister facit;secus autem si priuata oratione, vt declarauit Nauar.eod.imò vt ecclesiæ ministrum pro excommunicato orantem in minorem excommunicationem incidere asseruit Nauar.ibidem vers.Ad tertium; quod tamen iure cautum non reperio. Postremò nec preces pro excommunicato factæ ipsi prosunt;nam ipsarum incapacem ecclesia per excommunicationem eum reddidit;atque sic dixit Martinus Alphonsus de Vinaldo in Candelabro de excommunicat.q.14.Non etiam oblationes pro excommunicatis recipiemus,quò missæ sacrum,aliaq; diuina officia faciamus, vt dixit Nauar.eodem cap.19.num.67.quod tamen locum non habere censeo,vbi quis hac conditione accipit, vt diuina pro eo faciat,vbi in ecclesiam receptus erit; tunc enim oblationes accipi posse cēseo arg. l. in tempus.ff.de hæred.instit.& c.non oportet.28.q.1.non igitur excommunicatum ecclesiæ ministri diuinorum ecclesiæ,precum,ac sacrificiorum participem facient. † Contra quam tamen sententiam facere videtur, quòd veneris die sancto ecclesia pro hæreticis publicè ad Deū preces fundit,quos hæreticos excommunicatos esse constat, vt habetur in c.excommunicamus.1. & 2.de hæret. Ad dubitationem hanc variè respondetur, & primùm idcirco pro hæreticis ibi orari, quoniam generaliter oratur; secus autem,si speciatim,& hoc sensit Iacob.de Graff.cap. 1.num.25.lib.4.decis.suarum: hanc responsionem reijcit Nauar.ac rectè eod.cap.19.num. 70. Secundò respondet ipse eo tempore,quo ecclesia pro hæreticis orare cępit, hæreticos iure ipso excommunicatos non fuisse; & licet postea ipso iure in eos ecclesia excommunicationem tulerit,eam tamen orationem remansisse, inquit, quoniam ecclesia hoc fortasse non animaduertit: quę responsio nec ipsi omnino probatur,nec mihi etiam placet; nam, ex quo singulis annis ea oratio recitatur,pro hæreticisq; oratur,non est tantæ incuriæ nota ecclesiæ inurenda, vt id non animaduerterit:nam,quæ eius mirifica in Christi ouibus pascendis,vigilantia est,id animaduertisset; &,si id minùs rectum esse reperijsset, illud obliterandum, atq; expungendum curasset,sicuti quamplurima huiusmodi alia Pio V.Pont.Max. obliterata,expunctaq; esse scimus.Quare postremò ait Nauar.eod.ob eam rem pro hęreticis eo die preces fundi,quoniam non precibus, quæ pro ecclesiæ membris compositæ sunt,sed alijs vtitur,quæ pro hæreticis sunt conformatæ, & hanc opinionem sentit etiam Viguer. cap.16.§.6. vers.15. ibi Vnde ecclesia in officio Parasceues,& Couar.in c.alma pars.1.§.6.num.5.vers.Ex quo libet de sent.excom.lib.6.& num.4. eod.quæ responsio mihi etiam non quadrat: nam, etsi formæ quædam præcipuæ pro hæreticis orandi sunt, à ministris tñ ecclesiæ, quatenus ministri sunt, publicè preces illæ recitantur,quod vetitum est per cit.c.sacris, & c.à nobis. 2. vt supra diximus. Ego igitur,vt meam sententiam, quæcunq;sit,in medium afferam,dico ecclesiam idcirco voluisse,vt eo dįe pro hæreticis eius ministri oraręt,quoniam tunc Christi passionis,ac mortis memoria renoua tur:quo tempore,quoniã Christus & pro inimicis orauit, & pro oībus mortuus est,ob eam rem ecclesia,quò suũ sponsum imitaretur, simulq; vt passionis meritũ ad vniuersos pertinere significaret ex sua parte, & pro alijs,qui Christi fidem non norunt, nec non & pro hæreticis,qui fidē professi ab ea defecerunt,vt oraretur,voluit,vt sensit Dur.in rational.diuin.c.77.nu.12.lib.6.Accedit,quòd dies illa ingentibus miraculis referta fuit, ac propterea vti venerandam hoc priuilegio ecclesia ipsam decorauit,vt & pro hæreticis oraretur;sic enim & sanctum pascha, non nulliq; alij festi dies priuilegio huiusmodi donati sunt,vt interdicti,quod aliàs prohibitum ipsis est, diuinis officijs intersint,vt habetur in c.fin.§.fin.de sent.excom. lib.6. & facit l.omnes.C.de fer.præcipuum igitur quoddam eius diei esse censeo; quare proposita à nobis regula exceptionem hanc primam patietur.

5 tietur. † Item excipitur,vt inquit Nauar.eod.cap.19.nu.68.de orat.& hor.can. vbi excommunicatum contumaciæ pœnitet, quamobrem excommunicatus est; nam pro eo orare secretò,& missæ sacrum facere(non publicando tamen pro ipso id fieri)antequam absoluatur,poterimus; tum φ in Dei gratiam hic rediјt,& charitatis vinculo cum ecclesia coniunctus est,licet occultè; tum φ & eum, quem sanctum esse credo,licet in sanctorum numerum adscriptus non sit, orare tamen secretò,vt sanctum queo, vt dixit Inn.communiter receptus in c.1.de reliq.& ven.sanct. Hæc exceptio, quam pro vera ipse Nauar.habet,& Mar.Soc.Sen.in c.sacris.nu.141.vers.Circa vigesimum primum de sent.excom.de mortuo excommunicato, & sequitur Couar. in c.alma pars.1.§.6.nu.4.vers.Nona conclusio de sent.excom.lib.6.vbi & communiter opin.hanc receptam testatur,falsa mihi esse videtur.Nam in cit.c.à nobis,& in eod.c.in sacris cōstabat excommunicatum à contumacia discessisse, & tamen Rom.Pont. nisi etiam absolutus sit,pro ipso nec oblationes recipiendas,nec orandum esse respondit,nec secretam orationē excepit; ergo neq; nos excipere debemus arg.l.de pretio.ff.de publ.; Præterea apud ecclesiā adhuc obligatus est, & ab ipsa extra Christi fidelium consortium eiectus; ergo diuinorum officiorum, quæ ab ipsa ecclesia fiunt,particeps non erit, quousq; in eam ecclesiam iterum recipiatur:non enim ecclesia pro ipso diuina facere intendit,vt supra diximus.Postremò facit,quoniam, si excōicatum pœnituisset contumaciæ,ob id,& clam cum eo versari possemus,quod absurdum est;item secretò sacramenta ei administrare, non.n. magis hoc,quàm illa prohibita. Nec obstat illud Inn.nam,vt priuata persona id potest,quod & de excommunicato non negamus, vt paulò post videbimus; at missæ sacrum, diuinaq; alia ecclesiæ officia pro sancto, vt priuata persona, quamuis secretò facere nōn possum,vt habetur in cit.§.ad presbyterum.dist.25.quare,cum exceptio hæc ratione non nitatur,eam minùs sequor. Nō inficior tamen excommunicatum,quem contumaciæ pœnituit,charitatis beneficio, quod & supra diximus,ecclesiæ suffragiorum participem esse. Non inficior etiam Nanar. opinionem locum habere posse, vbi excommunicatus nec notorius, nec denunciatus est cùm ob extrauag.ad euitanda,vt dixit Io.Bapt. Antonucius in Catechesi Neapol.cap.15.vers.Septimò lib.5.nam in hoc casu publicè pro excommunicato orari posse ait, & sequitur eum Iacob.de Graff.cap.12.nu.10.vers.Aut de excommunicato lib.3.decis.cas.consc. tum ob c.cùm secundum leges.§.fin.de hæret.lib.6.etenim in alijs cōmunicare huic possumus; quamuis quò ad sacramenta ei tribuenda seruabimus,quæ suprà diximus: pertinet huc quoq; quod dixit Couar.in c.alma pars.1.§.6.nu.4.vers. Nona de sent. excom. lib.6. Postremò dicit Nauar.eodem cap.19. nu.72.nos ratione hac pro excommunicato orare posse, vt.s.missæ sacrum fiat,precesq; eiusdem ad Deum offerantur,pro quibus ecclesia vult hoc tamen animo, vt propter obsequium illud benignus Deus excommunicatum moueat,quò à contumacia discedat, ecclesiæq; obtemperet; hac enim ratione missæ sacrum pro excommunicato non fit, nec preces eiusdem pro eo ad Deum funduntur,sed obsequium illud tantùm, quod priuata quædā oratio est:quæ exceptio taceri mea quoq; sententia potest; nam & ipsam sequitur Martinus Alphonsus de Viualdo in Candelabro de excom.num.11.& hoc ob eam rationem, quoniam fructus, qui ad sacerdotem pertinet propter missæ sacrificium, beneficium particulare est: sed de publicis precibus,ac missæ sacro hactenus;an priuatis præcibus excōmunicatum adiuuare possimus,iam agamus.

S V M M A.

1 *Orare, precesq; ad Deum fundere priuatim pro excommunicato quis potest.*

III.

§ Duo suffragiorum genera esse diximus in initio huius cap. num. 2. publica.s.& priuata;& publicis excommunicatum carere conclusimus,modò,an priuatis careat,contemplemur.

1 † Excōmunicatus igitur (vt contrariam antecedentibus regulam constituamus) priuatis suffragijs non caret;nam pro ipso quiuis priuatas preces fundere potest;vt inquiūt communiter DD. S.Tho.quem refert,ac sequitur Tab.in verb.Excommunicatio.1.nu.4.vers.Quartò,& Syl.eod.1.nu.2.vers.Vnde secundum,& in verb.Oratio.nu.4.vers.Ibi & similiter,& in verb.Missa.nu.8. vers.Quartum,& Add.ad Thom.in 3.part.q.21.art.1.in respons.ad 2.argumentum in fin.& Nauar.c.19.n.67,de orat.& hor.cān.& D.Dionys.Carth.d.18.q.4.vers.Hinc suffragia ecclesiæ,& Gabr.Biel.d.ead.q.2.art.2.dub.1.lib.4.& Iac.de Graff. cap.1.nu.26.decis.cas.consc.vbi & de communi testatur,& Couar.in c.alma pars.1.§.6.nu.4.vers.Septima conclusio de sent.excom. & idem quoq; ratione probatur;etenim excōmunicatus,quoniam extra ecclesiam est, ob eam

rem

rem quis vt ecclesiæ minister preces eiusdem ecclesiæ, sacrificiaq; offerre pro excommunicato non potest, cuiusmodi missæ sacrificium, nec non septem horarum preces sunt, vt dixit Nauar. eodem cap. 19. num. 67. hæc namq; pro ecclesia instituta sunt, & ab ecclesiæ ministris fiunt; ergo particeps eorum excommunicatus fieri non debet, ne cum ecclesia communicet; at, vbi quis vt priuata persona, priuatas preces fundit; quoniam ecclesiæ diuinorum officiorum particeps non fit, nec à ministris eiusdem fiunt, ideo iure fieri possunt arg. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. Quare sacerdos, dum missæ sacrum facit, in Memento, quòd vt priuata persona, tunc orat, & oratio priuata est, pro excommunicato etiam orare poterit, vt dixit Sot. dist. 22. q. 1. art. 1. dub. 2. lib. 4. & Syl. in verb. Missa eod. vers. & Tab. in verb. Excommunicatio. 1. nu. 4. vers. Quartò prope fin. & Nauar. eod. cap. 19. num. 73. & Host. in summ. num. 17. vers. Sed nunquid excommunicatus de sent. excom. & nouissimè Iacob. de Graff. cap. 1. num. 27. vers. Sexta conclusio lib. 4. decis. cas. consc. & Couar. eod. & Martinus Alphonsus de Viualdo in Candelabro de excom. nu. 10. quãuis non nulli contrarium senserint, & malè orationes tamen huiusmodi, nisi resipuerit, ei non proderunt, vt sensit idem Nauar. eod. cap. nu. 63. id quod & dubitatione caret. Ex his patet ecclesiam priuare, & excludere excommunicatum ab orationibus communibus tantùm, quæ fiunt in persona ecclesiæ, atque sic dixit Adrian. q. de clauibus art. 3. vers. Ad argumentum in principio huius principalis lib. 4. & D. Dionys. eod. & DD.

SVMMA.

1 *Oblationes ab excommunicato ecclesia recipere non debet, quò pro ipso diuina faciat; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Oblationes, quæ fiunt in missa, vel altari ab excommunicato, ecclesia recipere non debet.*

3 *Eleemosinæ an ab excommunicato recipiendæ sint.*

4 *Piam ob causam ab excommunicato relictum an valeat, recipiq; possit.*

IIII.

§ Quoniam ecclesiæ ministri pro excommunicato missæ sacrum, diuinaq; alia officia facere nequeunt, vt vidimus; ergo, an quicquam pro diuinis faciendis ab excommunicato recipere possint, iam videamus. † Nihil igitur, vt & de hoc regulam constituamus, ecclesiæ ministri oblatum ab excommunicato recipere debent, quò diuina pro ipso faciant, vt probatur in c. sacris de sentent. excommun. & vt dixit Marian. Socin. Senior ibidem num. 151. Idq; meritò; nam, ex quo diuina officia pro eo fieri nequeunt, vt proximè asseruimus, nec pro ipsis faciendis ab excommunicato ecclesia recipere quidquam debet; prohibito enim consequente, & antecedens prohibitum esse censetur arg. c. fin. de cler. excom. min. & l. oratio. ff. de spons. quare malè sacerdotes facere, qui pro excommunicatis sacra faciendi onus suscipiunt, dixit Nauar. cap. 19. num. 67. de orat. & hor. canon. Et hæc regula locum etiam habet, vbi alius ob hanc causam pro excommunicato quidpiam offert; nam neq; tunc ecclesia illud accipiet, vt habetur in cit. c. sacris; ibi enim, ne pro excommunicato mortuo oblationes factæ ab ecclesiæ recipiantur, Rom. Pont. prohibet; ergo neq; ab alio factæ recipietur, atq; sic sensit Inn. in c. cùm voluntate de sent. excom. nam mortuaria recipienda non esse, quò pro ipso oretur, dixit: & hoc ob eam rationem, quoniam orandum pro ipso non est; idem quoque sensit Syl. in verb. Excommunicatio. 3. vers. Vigesimo, & Soc. eod. num. 151. vers. Aut quæritur de mortuarijs. Postremò locum eadem regula sibi vindicat, vbi etiam non hoc pacto datur, vt pro excõicato diuina fiant, sed simpliciter ab excommunicato aliquid ecclesiæ offertur; nam neq; in hoc casu oblatum ecclesia recipiet, vt dixit Host. & Pis. quos refert, ac sequitur Syl. in verb. Decimæ. num. 8. vers. Sextum, & idem Syl. in eod. vers. Vigesimò, & Tab. in verb. Oblatio, nu. 4. vers. Tertiò, & Inn. & Abb. num. 7. & Felin. num. 2. in cit. c. cùm voluntate, & Anchar. in c. peccatum. num. 25. de reg. iur. lib. 6. & Mar. Soc. in tract. de oblat. libell. 4. scilicet A quibus oblationes recipi possunt; etenim specimen quoddã auaritiæ dare videretur ecclesia, si ab excommunicato, quem aliàs fugit, oblatum ipsa reciperet.

2 † Quare, si, dum sacerdos in media missa festis diebus de more, ab ijs, qui missæ intersunt, oblationes accipit pacem ipsis precando, excommunicatus se offerat aliquid oblaturus, pacemq; suscepturus, ipsum reiiciet, oblatumq; respuet: sicut etiam, si quid super altare offerat, nec illud accipiet, sed repudiabit: hæc namq; oblationes propriè sunt, vt docuit S. Thom. 2. 2. q. 85. art. 3. & Ricard. de Med. Vill. dist. 18. art. 6. q. 4. lib. 4. & Tab. in verb. Decimæ in prin. & Syl. eod. nu. 2. Hæc regula sic posita exceptiones non nullas patitur; nam primò ecclesia excommunicati obla-

tiones acelpiet, vbi excommunicatus ille nec denunciatus, nec notorius est, & hoc ob extrauag. ad euitanda, quam posuimus in Tab. 1. cap. 13. §. 7. Item, vbi eo in loco oblationes facit, in quo excommunicatum esse ignoratur, nam tunc, esto denunciatus, notoriusq; sit, legitimè tamen, ac sine offensa oblationes ab ipso accipiemus arg. c. apostolicæ de cler. excom. min. & c. fin. de ijs, qui matr. accus. poss. Tertiò, vbi oblationes, quæ ab ipso fiunt, ratione quapiam ab ipso debentur, vt potè excommunicati pater in suo testamento præcepit, vt singulis annis suus hæres festo quopiam die cereum octo, decemuè librarum tali ecclesiæ offerat; hoc enim relictum non modò ecclesia accipere ab excommunicato poterit, verum etiam, si pręstare illud nolet, ad id compellere ipsum poterit, vt probatur in c. qui oblationes cum duob. seq. 13. quæst. 2. atque sic dixit Ricard. de Med. Vill. dist. 18 art. 6. q. 4. lib. 4. etenim & decimæ ob huiusmodi rationem ab excommunicato legitimè, ac sine offensa ab ecclesia recipiuntur, vt dixit Inn. & Abb. in cit. c. cùm voluntate; & quod ab ipso debetur, exigi ab eo potest, vt habetur in cap. intelleximus de iud. idq; meritò; nam alioquin alterius culpa damnum quis pateretur, & excommunicatus de sua malitia commodum reportaret contra c. non debet de reg. iur. lib. 6. & cit. cap. intelleximus de
8 iud. ac de oblationibus satis. † At quid de eleemosinis, an recipi ab excommunicato possunt? Inn. ab excõicato eleemosinas recipere nos posse dixit in c. cùm voluntate de senten. excom. & hanc sententiam sequitur Nerut. num. 47. in rub. extra de testam. & Mar. Socin. Sen. in c. sacris. num. 150. de sent. excom. Probatur autem horum sententia primò hac ratione, quoniam, vt inquit Inn. eleemosinæ non palàm fiunt; ergo recipi possunt: quinimò excommunicatum hortandum esse ipse ait ad eleemosiuas largiendas, quò ad pęnitentiã venire mereatur: hæc ratio Inn. mihi non satisfacit; tum quod eleemosinæ & palàm fiunt; tum quod excommunicatum denunciatum, notoriumuè semper vitare debemus ob extrauag. ad euitanda: imò veteri iure excommunicatum non denunciatum priuatim magis, quàm publicè vitare debebamus, vt dicitur in c. cùm non ab homine de sent. excom. non etiam faciliùs ad pœnitentiam veniet, quoniam eleemosinam tribuendo peccat, ex quo hominum communione vtitur, quæ ipsi per excommunicationẽ prohibita est, vt habetur in c. pen. de sent. excom. & in c. Engeltrudam. 3. q. 4. nec facit, si dicatur licere ei bona opera facere; nam hoc verum est, vbi hominum commune non vtitur; hinc nec cum alijs diuinas preces recitare ipsum posse cõiter concludunt. Secundo loco pro hac sententia facere videtur cit. c. cùm voluntate. §. prædicatores de sent. excom. nam prædicatores ab excõicatis etiam extra necessitatem eleemosinam recipere posse videntur; Prædicatores, dicitur enim ibi, eleemosinas licitè possunt ab illis recipere, præsertim si aliàs non valeant in illo loco sustentationem habere: hæc ibi; si præsertim igitur, vbi necessitas adest, eleemosinam prædicatores ab excommunicatis accipere queunt; &, necessitate non cogente, ipsam licitè accipient; dictio enim illa Præsertim casum magis dubium in se concludit, & minùs dubiũ exprimit arg. l. in ambigua. ff. de legib. & l fin. ff. de ijs, quæ in test. delentur; se habet enim vt dictio Maxime, quæ eandem vim habet, vt tradidit Ias. in l. qui se patris. nu. 34. C. vnde liberi, quasi dicat Rom. Pont. prædicatores extra necessitatem ab excommunicato eleemosinam licitè accipiunt, & maximè vbi necessitas est: hæc ratio deprõpta ex cit. §. prædicatores, non modò opinionem hanc non tuetur, sed potius ipsam oppugnat, vt videbimus. Quarè contraria sententia mihi verior esse videtur, vt. s. ab excõmunicato nec eleemosinam recipere nobis liceat. Primò, quia, si eleemosinam ab excommunicato recipere nobis liceret, excommunicati cõmunione vti possemus, ac liceret; at hoc est contra c. pen. & c. si verè de sent. excom. cum simil. Præterea hæc sententia habetur in cit. §. prædicatores; nam ibi concionatores, qui excommunicatis Dei verbum prædicant, licitè ab eis eleęmosinã ipsos recipere posse dicitur; ergo alijs non licet, inclusio. n. vnius alterius exclusio est arg. c. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. ac planè, si vulgo id liceret, quamobrem canon prædicatorũ mentionẽ faceret, causa nulla erat: ne igitur lex, quæ summo adhibito studio, accurataq; diligentia fertur, vt dr in c. erit autem lex dist. 4. superuacaneam prædicatorum mentionem fecisse videatur, præcipuum quoddam hoc prædicatorum esse dicendum est: id quod etiã ratione non caret; nam, ex quo verbum Dei excõicatis licitè pręcidant ob c. responso de sent. excom. meritò suorum laborum fructum aliquem ab ipsis recipere posse debent; quibus enim spiritualia tribuimus, dignum est, vt ab eis temporalia recipiamus arg. c. cùm secundum apostolum de pręben. sic enim & aliàs, qui excommunicatos obligatos habent, suum ab eis consequi ipsis licet arg. c. intelleximus de iud. & c. si verè de sent. excom. nec obstat dictio illa Pręsertim; nam, quamobrem adiecta sit, ex ratione proposita iam constat; ex quo. n. pręd

icatores necessitate non vrgente ob suos labores eleemosinam ab excommunicatis reci-

pere

pere queunt, multò magis necessitate impellente, & ita præsertim, ac maximè ab eisdem eleemosinam recipere poterunt; duo enim vincula magis stringunt arg. cap. 1. de treug. & pac. & in huiusmodi casu licitè ab vniuersis accipitur, vt dicitur in c. quoniam multos. 11. q. 3. & arg. cap. quod non licitum de reg. iur. ergo multò magis prædicatoribus licebit, qui & necessitate non vrgente ob prædicationem excommunicatos obligatos habent: confirmatur responsio hæc, ac ratio in cit. §. concionatores; nam, dum à raptoribus quoq; eleemosinas recipere prædicatores licitè posse ibi dicitur, ratio hæc tacitò redditur, quoniam scilicet gerunt causam, vel curam eorum, ad quos res ipsę spectare noscuntur: si ergo ob hanc rationem, quòd negocium eorum gerunt, eis recipere licet, ergo ob suū laborē; ob hanc igitur causam. s. laboris eorum prædicatorum; dictio illa Præsertim adiecta fuit, non autem vt significaretur cuiq; & necessitate non vrgente ab excōicatis eleemosinam accipere licere: quæ interpretatio eo magis accipienda est, quòd ab eius aduerbij Præsertim proprietate non discedimus, vt fieri debet arg. l. non aliter. ff. de leg. 3. quo vitio interpretationes quorundam laborant, qui illud. Præsertim pro Tantùm interpretati sunt: id quod non aliunde cōtigit, nisi quòd propositam rationem, quamobrem prędicatores, & necessitate non compellente recipere possunt, non considerarunt; ab excommunicato igitur, vt regulā hìc ponamus, eleemosinę recipi nequeunt ob rationes, quas reddidimus, & ob cap. excommunicamus. 1. §. sanè de hæret. Excipitur autem primò, vbi necessitas adest, & aliunde quis non habet, vnde se sustentet; nam tunc & ab excommunicato eleemosinam licitè quis recipiet, vt dicitur in cit. §. prædicatores, & facit cit. c. quoniam multos. 11. q. 3. non tamen expectandum est, vt quis extrema necessitate prematur, sed sat est non habere aliundè, vnde quis se sustentet, vt non nulli aiunt; quos refert Soc. eod. c. sacris. nu. 150. Secundo loco excipitur, vbi ob labores legitimè ipsi pręstitos ea recipitur, quo in numero prędicatores sunt, qui Dei verbum excommunicatis prædicant, atq; elaborant, quo à contumacia discedant, vt id etiam probatur in cit. §. prædicatores. Tertiò, vbi excommunicatus neq; denunciatus, neq; notorius est ob extrauag. ad euitanda. Postremò post excommunicati mortem; nam, si quid pauperibus dandum reliquerit, legitimè à pauperibus illud recipietur, vt paulò post de relictis ab eo ad piam causam videbimus. Et ex his patet ob communionem hominum, qua vti necesse habet, excommunicatum eleemosinas præstare non posse, quamuis contrarium senserit Nicol. de Milis in suo repertorio in verb. Excommunicatus, an possit eleemosinam facere. Excipitur tamen

4 necessitatis tempus, ac de eleemosina satis. † Verùm quid si aut testamento, aut codicillis ob piam causam hæredem excommunicatus instituerit, legataué reliquerit, an hæc valebunt? antequam huiusmodi quæstionem dissoluamus, quodnam relictum in piam causam dicatur, explicandum est. Relictum igitur pro pia causa id dicitur, quod pro animæ salute relinquitur, vt declarauit Abb. in c. relatum. 1. num. 7. & in c. requisisti in 1. notab. de testam. & Gloss. & Bart. & Castrens. in l. si quis Titio. ff. de leg. 2. & communiter receptum id esse testatur Matth. Nerut. in rub. num. 32. extra de testam. quare, vel ecclesiæ, vel alijs pijs locis, vbi pauperes publicè aluntur, quæ hospitalia vulgo nominantur, vel pauperibus ipsis quidpiam relictum sit, pro pia causa relictum dicetur, vt proximè citati autores sentiunt; hoc præmisso. An igitur pro pia causa relictum ab excommunicato valebit? DD. quæstionem hanc simpliciter disputarunt, an. s. ad pias causas testamentum ab excommunicato factum valeat. Non valere huiusmodi testamentum ergo sentiūt Host. & Io. And. in c. cùm voluntate de sent. excom. & Imol. in c. 2. extra de testam. & Bald. in l. iubemus. nu. 2. vers. Nisi forte. C. de testam. & Ioan. Dilect. de art. test. tit. 1. de ijs, qui non habent factionem testam. caut. 10. Probatur autem horum sententia primò hac ratione, quoniam ecclesia ab ijs, qui, vt veri Christiani non moriuntur, dona non accipit, vt habetur in c. pro obeuntibus. 13. q. 2. ergo neq; ab excommunicato, qui sic affectus mortuus est, legatum, hæreditatemuè accipiet: hæc ratio propositam sententiam probare mihi non videtur; tum quòd in cit. c. pro obeuntibus, Rom. Pont. prohibet, ne pro impijs Christianis, qui mortui sunt, preces ad Deum fundantur, non autem, ne ab ipsis relicta recipiantur; cùm igitur diuersa hæc sint, argumentum inde summi non debet arg. l. Papinianus exuli. ff. de min. tum quòd generalis ratio hæc non est; quid enim si non ecclesiæ, sed pijs alijs locis, pauperibusuè aut hæreditas, aut legatum relictum sit (hæc enim etiam relicta pia dicuntur, vt supra probauimus) planè recipi relicta posse concludemus arg. c. cùm tu de vsur. non igitur ratio hæc horum sententiam tuetur. Vnde secundò sic argumentantur, si ecclesia ab excommunicato relicta susciperet, scandali rationem daret, vt quæ pro anima eius legatum suscipiat, qui mortiferi peccati culpa pollutus ab hac vita discessit; at hoc ab ecclesia alienum esse debet arg. c. cùm ab omni de vit. & honest. cler. ergo ab

huius-

huiusmodi relictis ecclesia se abstinebit: ad hanc rationem præterquam quod generalis non est, nec ad omnia pia legata itidem pertinet, paulò post respondebimus. Tertiò sententia hæc ab ipsis sic probatur, relicta hæc sepius fiunt, quò pro ipsis preces ad Deum fundantur; at ecclesia pro excommunicatis preces fundere non debet, vt habetur in c.sacris de sent.excom.ergo hæc itidem ratio non concludit; nam, quòd pro excommunicato preces fundi nequeunt, ob eam rem perinde, ac si simpliciter legatum relictum sit, ecclesia illud consequetur; ex quo per eam non stat, quò minùs preces fiant arg.§.impossibilis de hæret.instit.in Instit.& l.si mihi.§.si quis seruos.ff.de leg.1. atque sic idem Nerut.respondit: quæ responsio ad priorem rationem etiam accommodatur. Postremò rationem hanc reddunt, relicta hæc se habent, sicut oblationes; ergo ecclesia recipere illa non debet, cùm nec oblationes recipiat, vt probatur in cit.c.sacris, & vt id proximè asseruimus: hæc ratio etiam non facit; nam, etsi ecclesia, ne oblationes recipiat, prohibetur, non tamen, quò minùs alia relicta recipiat, ipsam prohiberi legimus. Postremò, de pœna cùm hic agatur, argumentum de oblationibus ad alia relicta duci non debet arg.eius, quod dixit Gloss.in c.oblationes.dist.90. Quare, cùm rationibus nullis opinio hæc nitatur, contrariam amplexatus est Abb.in rub.prop.fin.vers.de excommunicato extra de testam.& Matth.Nerut. ead.rub.nu.47.& Bald.sibi contrarius in l.1.in prima lect.nu.3.vers.Quid de excommunicato C.de sacr.sanct.eccl.& Mar.Soc.Sen.in c.sacris.num.151.vers. Aut pro illis, quę non dantur de sent.excom.vt excommunicatus pro pia causa testamentum facere possit. Probatur autem horum sententia duabus his rationibus, primò quòd, si contrarium velimus, ecclesia, Christiq; pauperes conditione deteriori erunt diuitibus, & alijs, quibus ab excommunicato relicta capere licet; quod iniquum videtur. Deinde quòd, vt inquit Bald. ob piam causam relictum duas ob causas fauorem meretur, & ob eum, qui illud relinquit, & ob eum, cui relinquitur; quamuis igitur relinquentis fauor non adsit, eius tamen, cui relinquitur, fauor non desideratur, ac propterea testamentum valere debet arg.l.si non lex.ff.de hęred.instit.& §.affinitatis in Instit. de nupt. Hę rationes tueri opinionem hanc mihi non videntur; nam ob easdem & oblationes, & eleemosinę recipi possent, quod supra negauimus: & hęc sunt, quę potissimũ in hac quæstione DD.inquiunt. Quid igitur concludendum? Ego duo hic mihi contemplanda esse censeo, primùm an testamentum valeat; deinde an ij, quibus legata, hæreditatesq; relictæ sunt, ea recipere possint. Quò ad primùm igitur testamentum valere censeo. Primùm, quia ecclesia casus quosdam excepit, in quibus testamentũ excommunicati valere noluit, quos recensuimus infra cap.de testam.in quibus testamentum ad pias causas non posuit; ergo neq; nos ponere illud debemus arg.l.de pretio.ff.de publ.in rem act. Deinde, quoniam, vbi gestum ab excommunicato non valere voluit, id expressit arg.c.ad probandum de re iud.in antiq.& c.1.de rescript.lib.6.& c.vn.de ijs, quæ vi, metusuè caus.fiunt, & huius mentionem nullam fecit. Accedit postremò, quoniam, si quis, dum excommunicatus est, testamentum faciat, &, antequam moriatur, absolutus sit, nemo inficiabitur testamentũ huius valere; ergo ab initio valuit, alioquin postea non valeret arg.l.quod ab initio.ff.de reg.iur. ex his omnibus igitur testamentum ab excommunicato pro pia causa factum valere censeo. Quò ad alterum autem, an hæreditates, legataq; in huiusmodi testamento relicta capi possint; vt casus minùs dubios præmittam, concludo in quatuor casibus, id, quod excommunicatus sic reliquit, & ab ecclesia, & ab alijs pijs locis, nec non & à pauperibus capi posse. Primùm, vbi, antequam dies, vel hæreditatis adeundæ, vel legati capiendi venerit, excommunicatus absolutus est arg.c.sacris de sent.excom.à contrario sensu; valet enim argumentum hoc, vt habetur in l.1.& ibi DD.ff.de off.eius, nam in cit.cap.sacris, ne oblationes excommunicati ante ipsius absolutionem recipiantur, Rom.Pont.prohibet; ergo secus post absolutionẽ; etenim prohibitionis causa cessante & prohibitio cessare debet arg.c.cùm cessante de appell.& l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patron. Deinde, vbi, etsi excommunicatus mortuus est, contritionis tamen ea signa dedit, quamobrem & mortuus absolui debet; nam, quòd relicta huiusmodi accipiendo neq; excommunicati communione vtimur, neq; scandalum damus, quia Christi fidelis relictum accipimus; ob eam rem & ante absolutionem recipere possumus. Tertiò, vbi excommunicatus neq; denunciatus, neq; notorius est ob extrauag. Ad euitanda. Postremò, vbi pauperibus, pijsq; locis, quæ hospitalia dicuntur, excommunicatus aliquid reliquit; in hoc enim casu, esto denunciatus, notoriusue sit, pauperes tamen, hospitaliaq; ipsis relicta recipere poterunt: & hoc ob eam rationem, quoniam & ex iniusta causa acquisitum legitimè pauperes recipiunt, vt probatur in cap.qui habetis.14.q.5.& ibi not.Gloss.summ.imò, vt pauperibus ratione hac comparatum tribuatur, Rom.Pont.iubet in c.cùm tu de vsur.ergo multò magis ab excommunica-

municato relictum pauperes accipient; valet enim argumentum à re ad personas, vt dixit Ias. in l. si ex toto. §. si ita scriptum. nu. 8. ff. de leg. 1. in his igitur casibus ab excommunicato relicta suscipi posse sentio. Reliquum igitur est, vt explicemus, an in quarto casu & ecclesia recipere ab excommunicato relicta possit; & ipsam id non posse concludo. Et hoc ob scandalum, auaritiæq; suspicionem, quam ecclesia daret, si excommunicati, aut denunciati, aut notorij bona reciperet, qui mortiferi peccati culpa pollutus ab hac vita discessit, cuiusq; communione, dum viueret, vsa non est, & quê mortua ecclesiastica sepultura non donauit. Nec repugnat, quòd dicit Nerus, relicta huiusmodi in publico non fieri; nam, ex quo publicus peccator hic est, vt proponimus, recipere ab ipso nihil debet arg. cap. oblationes. dist. 90. sicut igitur in hoc posteriori casu prior sententia locum habebit, ita in prioribus casibus posterior locum sibi vindicabit, atq; sic in hac quæstione concludendum censerem. Atqui an, si quis excommunicati oblationes, eleemosinas, piané legata, vbi non debet, acceperit, retinere ipsa poterit? Planè retineri hæc omnia posse ceu seo; sic enim meretrix, quod sibi ex turpi quæstu comparauit, retinere potest, vt ait Inn. in c. quia pleriq; de immun. eccl. & Syl. in verb. Eleemosina. num. 5. vers. Quartò, & in verb. Meretrix, vbi communiter id receptum esse testatur; multò magis ergo hic accepta retinebit, ex quo iusta causa tributa sunt; ac de materia huiusmodi hactenus.

SVMMA.

1 *Sepultura eccl. excommunicatus caret; quæ regula multis modis, & amplificatur, & coarctatur.*

2 *Sepulto excommunicato in ecclesia, cæmiterioue, ea loca polluta sunt, atq; idcirco reconciliari debent.*

V.

1 § † Sepultura eccl. excommunicatus etiam caret; Sacris est canonibus institutum, dicitur. n. in c. sacris de sepult. vt, quibus non communicamus viuis, non communicemus defunctis; & vt careant ecclesiastica sepultura, qui priùs ab ecclesiæ vnitate precisi nec in articulo mortis ecclesiæ reconciliati fuerint. Hæc ibi: si igitur ab ecclesia precisi ecclesiastica sepultura carent, ergo & excommunicatus ea carebit; nam ipse precisus dicitur, & est arg. c. Engeltrudam. 3. q. 4. & c. qui merito, & c. omnis Christianus cum seq. 11. q. 3. idem probatur in c. consuluisti de consecr. eccl. vel altar. & in Clem. 1. eod. de sepult. atque sic not. communiter DD. in cit. iur. & inquiunt idem etiã Archiep. Flor. de excom. cap. de caus. fin. vers. Decimò octanò, & Syl. in verb. Excommunicatio. 3. vers. Vigesimò, & in verb. Sepultura. nu. 9. vers. Decimò, & Ang. eod. n. 29. & Viuius in Sylua com. opin. opin. 263. nn. 9. vbi miranda quædã narrat de ijs, qui indignè eccl. sepultura donati sunt, & Mar. Socin. Sen. in c. sacris. nu. 157. de sent. excom. non est igitur, quòd hac de re dubitemus. Hæc autem regula sic posita multis modis amplificatur; nam primò respectu habito ad excommunicantem, excommunicatus eccl. sepultura caret, vel ab homine, vel à iure excommunicatus sit, vt dixit Gloss. in cit. Clem. 1. in verb. Excommunicatos, quam sequitur ibi Zab. q. 12. num. 17. eadem quippe ratio in vtroq; casu est; ac propterea eadem iuris dispositio esse debet arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. Item, vel iniuria excommunicatus sit, vt tradidit Gloss. in c. literas in verb. Tolerare de restit. spol. & sequitur eam Abb. ibi. nu. 20. Item, esto, contumaciæ eum pœnituerit, & contritionis signa dederit, vt dixit Soc. eod. n. 160. Respectu itidem habito ad locum, vbi sepelitur, regula hæc amplificatur; nam non solùm in loco consecrato, vt pote in ecclesia, cæmiterioue sepeliri non potest, verùm etiam neq; in loco non consecrato, modò tamen ad functionem hanc, diuinaué alia facienda episcopi autoritate destinatus sit, atq; sic Gloss. 1. not. in c. fin. de consecr. eccl. vel altar. & sensit Anchar. in cit. Clem. 1. vers. Quartò not. & Zab. eod. nu. 11. Postremò amplificatur etiam regula hæc, vt excommunicatus ecclesiastica sepultura careat, etiã si ea donatus iam esset; nam inde extrahetur, vt dicitur in cit. cap. sacris; Vnde, si contingat interdum, inquit enim ibi Rom. Pont. quòd vel excommunicatorum corpora per violentiam aliquorum, vel alio casu in cæmiterio eccl. tumulentur, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari debent, & procul ab eccl. sepultura iactari. Hæc Rom. Pont. ex quibus patet, etiam si excommunicatus ecclesiastica sepultura iam donatus sit, ea ipsum priuandum esse, atq; sic quoq; dixit Gloss. in Clem. 1. in verb. Eis, quibus, & ibi Zab. in fin. vers. Trigesimò quæro de sepult. & Mar. Soc. eod. His igitur rationibus proposita regula amplificatur, quę tamen exceptiones nõ nullas itidem habet. Nam ecclesiastica sepultura excommunicatus nõ carebit primò, vbi absolutus est, etiam si in mortis articu-

articulo,& in pœnitentiæ foro absolutus sit,& notorius excommunicatus, vt probatur in c.fin. de sepult.& asseruit Capell.Tholos.decis.368.quæ & sic obseruatum esse ipsa testatur: quamuis Add.ad eam contrarium se vidisse dicat, cùm huiusmodi casus sepenumero sua tempestate acciderit, quod propterea id factum arbitratur; quoniam, si aliter fieret, creditores difficiliùs ad suum peruenirent, & censura minùs in illis locis timeretur: à priori tamen sententia discedendum non est cùm ob cit. c.fin.de sepult.tum quòd causa cessat, quamobrem ecclesiastica sepultura priuandus erat, sublata.s.per absolutionem excommunicatione; ergo & effectus ipsius cessare debet argum.c.cùm cessante de appell.& l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patron.vbi tamen consuetudo à superiore non improbata aliter suaderet, contraria opinio locum fortasse habebit arg.l. de quibus cum multis seq.ff.de legib.cum simil.Item excommunicatus absolutus ecclesiastica sepultura non carebit, etiam si ob eam causam non satisfecit, quamobrem excommunicatus fuit, atque sic dixit Bald.in sua margar.in verb.Excõicato confesso; id quod mea sententia dubitationẽ non habet ob ea, quæ proximè diximus. Quare in his casibus, vbi absolutus est, si iã in profano sepultus erat, exhumabitur, & in sacro loco sepelietur, vt dixit Soc.eod.nu.161. vbi & sic factum de quodam strenuo duce ait. Tertiò excommunicatus etiã non absolutus eccl. sepultura non priuabitur, vbi contumaciæ ipsum pœnituit, sed ante absolutionem mortuus est, atque ecclesiastica sepultura donatus; nam inibi permanens absoluetur, atque sic sensit Gloss. in cit.c.sacris,& in c.ad hæc de priuil.& in c.si ciuitas de sent.excom.lib.6.& not.Inn.in c.fin.in fine de excess.prælat.& Mar.Soc.Sen.eod.nu.160.qui ait bonum esse consulere, vt absolutio habeatur ab ecclesia. Quartò eccl.sepultura non carebit, vbi à iure excommunicatus est; nam, antequam in excommunicationem ipsum incidisse declaratum sit, ecclesiastica sepultura priuari non debet arg.c.cùm secundum leges.§.fin.de hæret.lib.6. atq; sic dixit Anch.cons.189.nu.3. & Nauar.in Man.cap.27.nu.35.vers.Ad secundum, vbi ait non negari sepulturam excommunicatis, qui denunciati, notorijuẽ nõ sunt; idem ait Ioan.Bapt.Antonucius in Catechef.Neapol. cap.14.vers.Septimò scias lib.5.id quod, vt mea fert opinio, locum habebit, vbi & generaliter excommunicatio ab homine lata est ob eandem rationem. Quintò eccl. sepulturam excommunicatus habebit etiam non absolutus, quamuis contumaciæ ipsum non pœnituerit, vbi corpus excommunicati, quod eccl.sepultura iam donatũ est, ab alijs Christi fideliũ corporibus discerni non potest; Quòd, si discerni non poterunt, inquit enim Rom. Pont. de excommunicatorum corporibus ecclesiastica sepultura donatis in eod.c.sacris, expedire non credimus, vt cùm excommunicatorum ossibus corpora extumulentur fidelium: cùm, licèt non obsit iustis sepultura nulla, vel vilis; impijs tamen celebris, vel speciosa non prosit: hæc ibi Rom.Pont. ex quibus apparet, quamobrem excõicatus in hoc casu ecclesiasticam sepulturam habeat. Sextò, vbi neque denunciatus, neq; notorius esset ob extrauag.ad euitãda, atq; hoc sentiunt Zab.in Clem.1.vers. Septimò not.de sepult,& Antonucius,& Nauar.citati. Postremò excipitur etiã à proposita regula locus eccl.sepulturæ propinquus; nam in ipso, vel locum sacrum contingat, sepeliri excõicatus poterit; atque sic sensit Gloss.in cit.Clem.1.in verb.Cæmiterijs de sepult.in pœnam enim iuris eius non incidere inquit, qui in profano loco excommunicatos sepeliunt, etiam si locus ille ecclesiæ, vel cæmiterio vicinus, & contiguus sit: hæc Gloss. quam sequitur ibi Zab.nu.10.vers. Quartò quæro,& Anch.eod.vers.Quartò not.quæ sententia mihi quoq; verissima videtur; nam ecclesiastica sepultura excommunicatus tantùm priuatus est, cuiusmodi hanc non esse per se constat. Quare opinio Abb.in cit.c.sacris, quam sequitur Bal.in sua margar.in verb.Excommunicati non possunt sepeliri,& Mar.Soc.Sen.in eod.c.sacris.nu.157.mihi non probatur, qui nec in eo loco excommunicatum sepeliendum esse dicebat, qui cæmiterio, ecclesiæq; adeò contiguus est, vt inde clericorum voces, qui ibi diuina facerent, audiri possint arg. c.quòd in te de pœnit.nam illud cap.nihil facit, ex quo excommunicatus ibi non est, vt diuina audiat, audireq; possit; ab hac igitur sententia discedo. Verùm quid si episcopi autoritate non intercedente cæmiterium auctum sit, an in ea parte aucta sepeliri excommunicatus poterit? exempli gratia clerici ædem, quæ cæmiterium contingebat, destruxerunt, eiusq; aream pro cæmiterio habẽt; an igitur ibi excommunicatus sepeliri poterit? in hac quæstione, quam disputarunt DD.in cit. Clem.1.de sepult.non nulli existimarunt in huiusmodi loco excommunicatum sepeliri nõ posse; nam in cæmiterio, cui area illa adiecta est, sepeliri non potest, vt diximus; ergo, neque in ipsa area, idem enim iuris est de auctione, quod de re aucta arg.l.etiam.ff.de iur.dot.& l.insulæ.ff.de iud.ad hoc responderi potest tunc.s.idem iuris esse de re aucta, & de auctione, vbi eadem ratio in vtroq. est, quæ in casu nostro desideratur; nam area illa neq; consecrata est, neque superioris

 auto-

autoritate ad id destinata, quod requiritur, vt ecclesiastica sepultura esse possit; cuiusmodi cęmiterium esse facimus; ratio igitur hæc ipsorum sententiam non probat. Vnde secundò sic argumentantur, si sepeliri excommunicatus ibi posset, interdicti tempore corpora eo in loco sepelirentur, quod absurdum videtur: hoc argumentum etiam mea sententia nihil facit; nam, ex quo locus ille nec consecratus, nec ad sepulturam episcopi autoritate destinatus est, quin ibi corpora sepeliantur, nihil obest: nec repugnat, si hoc etiam addatur ecclesiam non consecratam easdem immunitates habere, quas consecrata, vt habetur in c.1.de immun.eccl.& c.fin.de consecr. eccl. vel altar. ac propterea idem de huiusmodi cęmiterij adiectione sentiendum esse, quoniam in hoc eodem iure vtuntur ecclesia, ac cęmiterium ob cap.consuluisti de consecr.eccl. vel altar. nam illud de ecclesia locum habet, vbi diuina ibi facta sunt, vt not.in c.fin.de cõsecr. eccl.vel altar. itẽ, vbi superioris autoritate ad diuina destinata est, vt sensit Gloss.1.in eod.c.fin. secus autem in casu nostro. Quare contrariam sententiam, vt sepeliri excommunicatus inibi possit, amplexati sunt non nulli, quos refert, ac sequitur Anchar.in cit.Clem.1.num.4.de sepult.& hac potissimum ratione, quoniam ecclesiastica sepultura non est; ex quo neq; locus ille consecratus est, neq; ad sepulturam superioris autoritate est destinatus: ex qua cõclusione septimam exceptionem habemus; hanc enim opinionem vti verissimam ego quoque ob eam rationem sequor: excõmunicatus igitur ecclesiastica sepultura caret. † At quid si contra fiat, & ecclesiastica sepultura donetur? hæc damna consequuntur. Nam primò locus, in quo excommunicatus sepultus est, pollutus erit arg.c.consuluisti, & ibi DD.de consecr.eccl.vel altar. & c.vn.eod.lib. 6.& vt inquiunt Durand.in suo rational.de ecclesiæ dedicatione cap.6.nu.42.& nu.44.lib.1.& Syl.in verb.Consecratio.2.nu.5.vers.Quartus casus, & Angel.eod.4.& Io.And.quem refert, ac sequitur Mar.Soc.Sen.in c.sacris.nu.48.de sent.excom. Et quoniam accessorium eius, ad quod accedit, naturã sequitur, vt dicitur in c.accessorium de reg.iur.lib.6. & in cit.c.vn. vbi & Anch. id not.ac reliqui & §.si tamen alienam purpuram in Instit.de rer.diuis. ob eam rem ecclesia polluta & cęmiterium illi adiunctum pollutum erit; non autẽ è contrario, vt declarauit Rom.Pont. in cit.c.vn. Item ecclesia, cęmiterioq; ratione hac pollutis inibi nec diuina fieri, nec Christi fidelium corpora sepeliri deinceps poterunt, antequam reconcilientur, vt probatur in cit.c.consuluisti, & in eod.c.vn.& ibi not.Gemin.num.4.vers.Quæro, an celebrari, & Philip.Franc.vers. Secundò not.& vt inquiunt Syl.& Angel.eod.& Paul.Fusc.de visit.& regim.eccl cap.25.nu.11. lib.2.& Mar.Socin.Sen.in c.sacris.num.158.de sent.excom.reconciliari ergo priùs debebunt, sicuti reconciliari debent, vbi ab excommunicato ecclesia, cęmiterium, aliudue consecratum est, aut benedictum, antequam Christi fideles illis vtantur, excepta Eucharistia, vt de communi DD.sententia testatur Soc.eod.nu.47.cum seq. Et, quoniam, quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito arg.l.fin.§.fin.de leg.3.& vnumquodq; tollitur eo modo, quo inductum est, vt dicitur in c.1.de reg.iur.in antiq.& l.nihil tam naturale.ff.eod.ob eam rem ecclesia reconciliata, & cęmiterium, quod ob ecclesiam pollutum erat, reconciliatum intelligetur, atque sic inquit Gemin.eod.c.vn.nu.5.vers.Sed an reconciliata ecclesia, & Philip.Fran. eod.in prin.vbi & Archid.& Io.And.idem sentientes refert, ac sequitur, & Paul.Fusc.eod.cap. 25.nu.10.& Angel.eod. Postremò, qui diuina ibi faciunt, irregulares quidem non fiunt, vt dicitur in c.is, qui de sent.excom.lib.6.& vt tradidit Philip.Franc.in cit.c.vn.vers. Secundò not. & Gemin.nu.4.vers. Quæro an celebrans, grauiter tamen offendent; & excommunicatum sepeliendo aditum in ecclesiam occlusum interdicto habebunt ob c.episcoporum de priuil lib.6. & vt not. Gloss.in eod.c.is, qui in verb. Nodatis; quare, si deinceps in ecclesia diuina celebrauerint, & irregulares fient, vt dicitur in c.is, cui de sentent.excom.lib.6. In excommunicationem etiam incidunt, qui excommunicatum sepeliunt; sed, quoniam longiori tractione hoc eget, ob eam rem in sequenti.§.id explicabimus.

SVMMA.

1 *Sepultura eccl. excommunicatus affici à nobis non debet; quæ regula quousque pertineat, etiam declaratur.*

2 *Sepeliens excommunicatum in sepultura eccl. in excommunicationem quando incidat.*

3 *Sepelire excommunicatum quinam dicantur, vt in excommunicationem incidant.*

VI.

1 § † Sicut autem excommunicatus eccl.sepultura caret, vt proximè probauimus, ita ipsum ea donare nemo debet arg.Clem.1.de sepult.& c.priuilegia de priuil.in antiq.& c.episcoporum

porum eod.lib.6.etenim pœna ementi iniusta & vendenti iniusta esse intelligitur, vt probatur in
l.1.& ibi not.Bart.C.de cupress.lib.10.& sequuntur DD.ac Ias.in l.fin.C.de indict.vid.toll.ne-
mo igitur ecclesiastica sepultura excommunicatum donabit. Quæ regula locum habet primò,
etiam si is,qui eum sepelit, liberam sepeliendi facultatem habeat arg.c.nostra, & ibi not.Abb,
num.1.de sepult.& cit.c.priuilegia:idq; iure meritò;nam,vbi alicuius rei gerendæ facultas cui-
piam tributa est,qui aliàs eam gerere non poterat, vt eam legitimè gerat,tributa esse intelligi-
tur arg.l.si aliquando.C.de inoff.test.& eorum,quæ tradidit Abb.& Add.ad eum in c.certifica-
ri.num.10.de sepult. Item nec clerici, religiosiuè exempti excommunicatum sepelire queunt;
quandoquidem priuilegium quò ad hoc ipsis non prodest, vt habetur in cit.Clem.1.de sepult.
& vt not.Abb.in c.sacris eod.in antiq. quare, si exempti contra cit.Clem.1.excommunicatum
sepelire conentur,ab eius loci ordinario impediri poterunt;&,si eum nihilominus sepelierint,vt
inde extrahat,curare idē poterit,vt dixit Abb.in eod.c.sacris de sepult. † Postremò, cuiuscunq;
generis homines sint,siue viri,siue mulieres, siue clerici, siue laici,in excommunicationem inci-
dent,qui excommunicatum sepeliunt,vt probatur in cit.Clem.1.iunct.Gloss.1.& ibi DD.de se-
pult. Excipitur tamen,vbi excommunicatus neq; notorius,neq; denunciatus est;nam,esto sepe-
liatur,tamen in pœnam hanc ipsum sepeliens non incidet ob extrauag. ad euitanda,atq; sic sen
sit Nauar.in Man.cap.27.num.137.vers. Tertiò, quòd omnes;etsi Gloss.septima ibi,& Abb.ac
Felin.contrarium sentire videntur in c.exceptionem de excep. Item excipitur, qui, aut id iure
prohibitum non nouit,aut quem sepeliuit,absolutum probabiliter credidit;requiritur enim te-
meritatis audacia,quò sepeliens in huiusmodi excommunicationem incidat,vt ibi dicitur, quæ
in eo, qui ius, factumuè ignorat, desideratur, vt per se patet, atque sic Gloss.ibi sensit in verb.
Scienter,& Anchar.in prin.vers. Secundò not.& Zab. eod.in init.vbi & quosdam alios idem sen
tientes refert; facit quoq; c.apostolicæ de cler. excom.min. modò igitur inscitia probabili quis
3 laboret,in eam excommunicationem non incidet. † Verùm quis excommunicatum sepelire
hic dicitur, quò excommunicatione obligetur eius cit.Clem.1?Gloss.ibi in verb. Sepelire dubi-
tationes eas inesse huic quæstioni dixit,vt principis declarationē potius, quàm interpretis opi-
nionem eas exposcere affirmauerit.Nam dubitari,inquit ipsa, potest de ijs, qui excommunica-
tum ad sepeliendum portant, non tamen sepeliunt, an excommunicati sint.Item de funus pro-
sequentibus. Tertiò de fodientibus terrā,de conficientibus,aperientibusuè sepulchrum. Quar-
tò de ecclesiarum ministris, in quibus excommunicatus sepelitur, qui, vt excommunicatus se-
peliatur,patiuntur. Quintò, de ferentibus, cruces,cereos,& id generis ad ipsum funus. Sextò,
addo ipse,de diuinum officium facientibus,de campanasq; pulsantibus; hæ igitur dubitationes
sunt,quæ dubiam Gloss.reddiderunt. Vt igitur in excommunicationem ij tantùm inciderent,
qui humo, tumulouè excommunicatum conderent sic Gloss.probat, Qui excommunicatum
publicum sepeliunt,excommunicati tantùm sunt; at,qui humo,tumulouè mortuum cōdunt,hi
tantùm sepelire dicuntur,vt Gloss.ibi not.ergo ipsi,& non alij,qui reliquas functiones obeunt,
in excommunicationem incident. Confirmatur hoc,quia,si vniuersi mortuum sepelire diceren
tur, qui quidpiam faciunt, quod ad sepeliendum pertineret, ecclesia suis constitutionibus non
prohiberet,modò ne corpora in cœmiterio sepeliantur,modò ne sepulturæ clerici intersint,mo
dò ne eadem eum psalmis ad sepulturam excōicatum ducant,neuè reliqua faciant,quæ recen-
suit Gloss.in cit.verb.Sepelire;nam,si omnes hi sepelire dicerentur, nulla erat causa,quamobrē
huiusmodi verborum varietate iura vterentur: cùm igitur varijs nominibus hæc nominentur,
varia & ipsa inter se esse, nec verbo illo sepelire comprehendi dicendum videtur arg.l si idem.
C.de iur.codicill. Præterea dicit Gloss. æquum non esse vnius funere tantam multitudinem
excommunicatione obligari,quod hic contingeret:quæ ratio non improbanda videtur, quan-
doquidem & aliàs multitudini delinquenti parcitur arg.c.latores de cler. excom. min. Postre-
mò addit eadem Gloss.si vniuersi, quos diximus, partim funus prosecuti essent, partim psal-
mos de more cecinissent,partim sepulturam parassent,nemo tamen ipsorum excōmunicatione
obligaretur,si excommunicatum non sepelissent; nam cit. Clem.1.vt mortuum sepeliatur, re-
quirit, & verba cum effectu intelligi debent arg.l.1.§.hæc verba,& ibi not.DD.ff.quod quisque
iuris;ergo hi propriè sepelisse dicuntur:hæc sunt,quibus vniuersos,quos supra diximus,excom-
municatione non obuolui Gloss.concludit. Econtrario autem vniuersos, quos recensuimus,in
excommunicationem incidere debere sic probat. Si diceremus, ait Gloss. eos solùm ex-
communicatione hac obuolui,qui in tumulo excommunicatum collocassent, cit.Clem.1.ludi-
brio erit;nam frequens populus funus prosequi posset, eidem magna clericorum turba inte-
resse;

resse, infimus autem, ac nullius precij homo, qui in sepultura excommunicatum collocasset, excommunicatus esse, reliqui verò excommunicationis immunes abire, quod absurdùm est; his igitur rationibus Gloss. in hoc quid sentiret, pro certo affirmare ausa non est. Ego autem, etsi ingenij mei imbecillitatem noui, quid tamen hac de re sentiam, in medium afferre non dubitabo; ipse igitur sic distinguendum censerem. Aut hi, quos enumerauimus, nec non huiusmodi alij eas operas præstant, quibus minimè præstitis, sepultus mortuus non esset, & hos omnes, quot quot sunt, in excommunicationem incidere, statim atque excommunicatus sepultus est, existimo; nam ab his propriè quem sepultum esse dicimus, sine quorum opera sepultus non esset. Quare, qui corpus deferunt; qui tumulum effodiunt; qui in tumulo excommunicatum collocant; qui eundem cooperiunt; qui, cùm debent, ac possunt, quò minùs sepeliatur, non prohibent, cuiusmodi clerici sunt eius ecclesiæ, vbi sepelitur; qui sepeliendum mandant; qui præsentes adsunt, ne impediatur, quò minùs hic sepultura donetur, hi omnes excommunicati erunt, posteaquàm excommunicatus sepultus erit: & hoc ob eam rationem, quoniam, vt dixi, eas operas præstant, sine quibus sepultus excommunicatus non esset; atque de eo, qui prohibere potest, ac debet, ita sensit, Anchar. vbi & alios idem sentientes refert in cit. Clem. 1. nu. 10. vers. Nonò not. & probatur in c. quantæ de sent. excom. & de mandante in c. mulieres eod. & in hoc casu eorum sententia locum habebit, qui omnes sepulturæ cooperantes in excommunicationem incidere inquiunt, vt Io. Cald. & Capell. Tholos. & add. ad eam decis. 327. modò tamē eius generis operas præstent, quibus non præstitis, sepultus non esset. Non repugnat modò, quod dicebatur, esto, corpus detulissent, sepulturamuè construxissent, in excommunicationem eos minùs incidere; si tumulo impositus, terraque obtectus excommunicatus non esset; nam pœna hæc ipso iure fertur, vt apparet in cit. Clem. 1. at pœnæ huiusmodi re tantùm perfecta inferuntur arg. c. perpetuò de elect. lib. 6. & vt asserunt Ias. Alex. & Castr. in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris, & Archiep. Flor. de censur. cap. 2. vers. Duo enim requiruntur, & Syl. in verb. Excommunicatio. 6. num. 2. hinc iacens telum in clericum, si ipsum non attingat, in excommunicationem non incidit eius c. si quis suadente diabolo, vt dixit Ioan. de Lign. quem refert, ac sequitur Archiep. Flor. eod. hi ergo in excommunicationem incident. Aut eas operas præstant, quibus non præstitis, sepeliri tamen excommunicatus potest, & ita eorum operæ necessariò non postulantur, & hos in excommunicationem hanc non incidere, quamuis aliàs peccent, existimarem arg. l. consilij, & eorum, quæ ibi traduntur. ff. de reg. iur. quare, qui funus prosequuntur, qui cruces, cereosque ferunt, qui de more psalmos canunt (quòd ad sepeliendum necessaria omnino hæc non sunt, nec huiusmodi operis quis sepelitur) mea sententia in excommunicationem non incident; nam & ob eam rem, quòd hi, qui. s. sepulturæ intersunt, quique ad sepulturam corpora, psalmis recitandis prosequuntur, re vera non sepeliunt, ecclesia, vbi hæc facientes prohibere, ac punire voluit, speciatim id cauit, vt habetur in c. super eo de rapt. & in c. placuit. 23. q. 5. & in hoc casu prior sententia locum habebit. Hanc diuisionem igitur, vt veritati consentaneam amplexandam censerem; nam sic æquitati locus erit, & tanta multitudo non excommunicabitur, & lex ludibrio nō habebitur, quæ Glossæ dubitationem crearunt. Atqui an proximè dicti, qui in excommunicationem non incidunt eius Clem. 1. de sepult. in eam incident, quæ in eos à iure fertur, qui in damnato crimine cum aliquo communicant? vt habetur in cap. nuper, & in cap. si concubinæ de sentent. excommun. Capell. Tholos. decis. 327. & Add. ad eam, & non nulli alij in cit. Clemen. 1. hos in excommunicationem incidere existimarunt, quandoquidem sepelientibus excommunicatum operas dare videntur: quorum sententia mihi non placet, nec vera est; nam, quò in excommunicationem quis incidat, propterea quod in crimine cum aliquo communicat, duo postulantur necessariò, & vt in crimine versetur, & vt cum eo, qui propter illud crimen excommunicatus iam est, vt inquiunt Abb. Felin. ac DD. in cap. si concubinę de sentent. excommun. & idem Felin. in eodem cap. nuper. num. 3. vers. Nota, ibi communicet, & Zab. in Clemen. 1. vers. Prædictis de religiosis domibus; at hi, qui excommunicatum sepeliunt, excommunicati non sunt, nisi post donatam excommunicato sepulturam, quo tempore ij, quos diximus, cum excommunicatis illis in crimine non communicant: deest igitur alterum ex duobus, quod ad incurrendum in eam excommunicationem requiritur; quoniam sepelientes eo tempore, quo excommunicatum sepeliunt, excommunicati non sunt, ac propterea nec iam dicti in excommunicationem eius. c. nuper incident, atque sic respondit Zab. in cit. Clem. 1. quęst. 25. de sepult. neque igitur ratione hac proximè dicti excommunicati erunt. Excommunicatus igitur, vt, vnde digressi sumus, eò redeamus, ecclesiastica sepultura affici non debet. Ecclesiastica verò sepultura,

etsi variè accipitur, vt dixit Gloss.in c.clerici. 13.q.2. hic tamen est, aut cæmiterium ritè, ac solemniter ad sepulturæ vsum ab episcopo consecratũ, aut ecclesia consecrata, non consecrata ue, modò in posteriori casu diuina in ea facta sint; eodem quippe iure, quo ecclesia consecrata, hæc vtitur, vt probatur in cap. pen. de immun. eccl. junct. c. fin. de consecr. eccl. vel altar. atque sic inquiunt Gloss. & Anchar. in cit. Clem. 1, nu. 4: alia pœna etiam excommunicatus sic afficitur propterea quòd hæreticum sepeliuit, quæ habetur in c. quicunq; de hæret. lib. 6. & hæc, quæ de excommunicato diximus, & de interdicto dicta esse volumus ob cit. Clem. 1, de sepult. ac de sepultura excommunicati hactenus.

S V M M A.

1 *Gratia diuina non adimitur per pœnam ab homine nobis inustam.*
2 *Gratia diuina per peccatum mortiferum priuamur.*
3 *Gratia per excommunicationem non tollitur, nisi per accidens.*

VII.

§. Quamplurimis bonis excommunicatione nos priuari suprà vidimus; modò, an Dei gra-
1 tia per eam priuemur, iam videamus. † Concludendum igitur est generatim nulla pœna nobis ab homine inusta nos diuina gratia priuari. Probatur autem cõclusio hæc his rationibus,
2 † Primò, quoniam Dei gratiam solùm amittimus, vbi grauiter, ac mortiferè peccamus arg. c. audi. 11. q. 3. & c. resuscitatus cum duob. seq. & vt asseruit Trid. Syn. de lapſ. & eorum reparat. cap. 14. sess. 6. & cap. 15. & can. 27. de iustif. ead. sess. & in casu nostro Abb. in c. ita quorundam de iudæis, & Couar. abundè in c. alma pars. 1. in prin. nu. 5. vers. Est & alia, & nu. 8. vers. Quintò de sent. excom. lib. 6. & in §. 6. nu. 2. vers. Prima propositio, vbi priuationẽ hanc per mortiferum peccatum fieri asserit, & in §. 7. nu. 5. vers. Prima conclusio, vbi rem hanc pluribus egit, & Martinus Alphonsus de Viualdo in Candelabro de excom. maior. nu. 9. hoc etiam sensit; ergo ob pœnam priuari gratia non possumus, nõ enim pœna peccatũ est. Præterea pœnæ malorum medicinæ sunt, vt docuit Phil. lib. 3. moral. inferuntur enim, vt quis à delictis desistat arg. l. 1. ff. de orig. iur. ergo sua ui non efficiunt, vt Dei gratiam amittamus, quæ honestè, atque, vt Christiana religio postulat, viuendo comparatur, quamobrem in primis ab ecclesia pœnæ inferuntur arg. c. 1. de excep. lib. 6. Accedit tertiò, quòd, si pœnis Dei gratia nobis auferretur, salus, perditioq; nostra ab aliena voluntate penderet, nobis enim inuitis pœnæ inuruntur; at hoc iniquum est, Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum, dixit enim Deus per Oseam cap.
3 13. ergo pœnis gratia non priuamur; † ac propterea neq; excommunicatione, qua de agimus, vt probatur in c. à nobis. 2. de sent. excom. & in cap. cùm æterni de re iud. lib. 6. & c. si salus. §. vt ergo, & c. comperimus, 24. q. 3. & c. si quis non rectò cum seq. & c. cùm aliquis cum duobus seq. & c. quomodo cum multis seq. & in §. ex his datur ead. q. & in c. illud 11. q. 3. Nam, si iure excommunicatus est, ex quo mortiferi peccati culpa ob contumaciam detinetur, iam gratia caret, antequam excommunicetur, atq; idcirco per excommunicationem, quæ sequitur, gratia, quæ non adest, adimi non potest arg. l. decem, & ibi not. DD. ff. de verbor. sign. Si verò quis non peccauit, & excommunicatur, Dei tamen gratia excommunicatione non priuabitur arg. cit. c. à nobis. 2. & iurium, quæ supra citauimus, atq; sic sensit Gloss. in c. quodcunque 24. q. 1. quam sequitur Abb. in c. ita quorundã de iudæ. & in c. dilectis filijs, nu. 23. vers. Nota tamen Gloss. in fin. de appell. & in rub. de sent. excom. nu. 4. & ibi quoque Felin. in fin. & Couar. eod. §. 6. num. 2. & Martinus eod. idem quoq; sensit Add. ad S. Thom. in 3. part. q. 21. art. 1. in respons. ad secũdum argumentum, & Angel. in verb. Excommunicatio, 1, num. 18. vers. Vtrum excommunicatio ex iniusta causa, & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 17. & Alex. de Ales. q. 22. membr. 1. art. 2. in resp. in 4. part. sum. per se igitur, ac propriè Dei gratia per excommunicationem non priuamur: quãuis plurimum obsit, ex quo ea impedimur, quò minùs sacramenta suscipiamus, suffragiorumq; participes simus; quibus gratia etiam augetur, & amissa recuperatur, vt in Tab. nostr. de Eucharist. c. 8. nu. 2. tradidimus. Quare Gloss. cit. c. quodcunq;, quæ quò ad ecclesiam triumphantem excõicationem nullius potestatis vim habere sensit, non simpliciter, ac generaliter accipienda est, vt dixit etiam Nauar. in Man. c. 27. num. 2. vers. Excommunicatio iusta; imò falsa est, vt asseruit Iac. de Graff. c. 1. nu. 15. vers. Tertium colligo lib. 4. decis. suarum, & Couar. in c. alma pars. 1. in prin. nu. 8. vers. Quintò de sent. excom. lib. 6. Excipitur tamen, vbi quis iniuria excommunicatus excommunicationem contemneret; nam, quòd tunc mortiferè peccat, excommunicatio-

nem

nem contemnendo ob eam rem, qui antea obligatus apud Deum non erat, obligatus modò est, quia. s. eius gratia caret, atque sic habetur in c. per tuas, & ibi not. Gloss. in verb. Contemnere, & Abb. nu. 4. de sent. excom. & idem Abb. in c. postulasti in fin. de cler. excom. min. & Marian. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 16. vers. Secus sit contemneret de sent. excom. & sensit Zab. in Clem. 1. vers. Tertiò not. de sepult. non igitur per se, sed per accidens excommunicatione nos Dei gratia priuamur; quamuis pro mortifero peccato quis excõmunicetur: sed de re hac satis, ad aliam transeamus; si illud addiderimus, quod de excõicatione diximus, & in alijs cẽsuris id locum habere.

S V M M A.

1 *Dæmoni excommunicatus traditus dicitur, & in quam sententiam accipiatur.*

2 *Dæmoni quot modis quis tradatur.*

3 *Dæmoni excommunicatum traditum esse in quam sententiam accipiatur.*

VIII.

1 § † Dæmoni etiam excommunicatus traditus dicitur; Nunc verò inobediens spirituali animaduersione truncatur; eiectus autem de ecclesia rapido ore dæmonum discerpitur: hæc Anther. Papa de excõicato inquit in c. absit. 11. q. 3. Tradidi, ait etiam Apost. de excommunicato itidem agens relatus in c. audi ead. q. huiusmodi hominẽ Satanæ in interitum carnis, vt saluus fiat spiritus eius in die domini; Omnis Christianus, qui à sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur, dicit quoq; S. Aug. relatus in c. omnis eadem q. ex quibus omnibus per excommunicationem Dæmoni quem tradi conuincitur: quod cùm ita sit, quid est, quod per excommunicationem Dei gratiam, quæ nos à Dæmone liberat, nos minimè priuari proximè conclu-
2 simus? hoc igitur vt explicemus, oportet. † Sciendum igitur est, quatenus ad rem hanc attinet, tribus modis quem Dæmoni in hac vita tradi posse. Primùm permittendo Dæmoni, vt excommunicati corpus ingrediatur, illudq; obsideat, cuiusmodi obsessos tempestate nostra non paucos videmus, & à Christo Domino liberatos plures, dum his in terris cõmoraretur, in sacris literis legimus; & in hanc sententiam propositum dictum nõ accipitur; non enim hodie, quæ Dei erga suam ecclesiam benignitas est, excommunicati ratione hac à Dæmonibus cruciantur: id quod ab initio nascentis ecclesiæ contingebat; nam statim atque Christiani excommunicatione feriebantur, Dæmones eos arripiebant, atq; excruciabant, vt de Corinthio quodam, quem Paulus excommunicauit, habemus in cit. c. audi. 11. q. 3. & vt tradidit Archiep. Flor. de excom. cap. de caus. final. vers. Secundò priuantur, & Syl. in verb. Excommunicatio. 3. nu. 1. vers. Secundò priuatur, & Alex. de Ales. q. 22. membr. 1. art. 2. in resp. ad 3. argum. in 4. part. summ. & S. Bon. d. 18. q. 1. concl. Excommunicari aliquis potest lib. 4. & Add. ad S. Thom. in 3. part. q. 21. art. 2. in responsione ad tertium argumen. & de Alexandro, & Hymeneo excommunicatis ab eodem Paul. habemus in Epist. 1. ad Timoth. cap. 1. idq; iure optimo; decuit enim primis ecclesiæ temporibus, quò ad fidem homines magis, magisq; inuitarentur, signis etiam huiusmodi datis ipsam ali, vt citati autores eisdem in locis inquiũt: quę signa hodie, cùm ecclesia uiribus sumptis confirmata sit, non requiruntur; in hanc sententiam igitur in præsenti dictum hoc non accipiemus. Secũdo loco Dæmoni quem traditum dici potest, maiorem potestatem ad excruciandum, vexandumq; aliquem Dæmoni tradendo, qua ratione sanctus ille Iob. fortasse à Dæmone ve-
3 xatus fuit, & in hanc etiam sententiam propositum dictum hic non accipitur. † Postremò Dæmoni quoq; traditus quis dici potest, præsidia, atq; arma, quibus munitus Dæmoni facilè resistebat, ei subtrahendo; & in hanc sententiam propositum dictum hic accipitur; nam ecclesiæ sacramenta, eiusdem suffragia, communio deniq; ipsius arma quædam sunt, quibus muniti Dæmoni facilè resistimus, ipsumq; superamus; hinc de Eucharistia sic D. Chrysost. inquit Vt leones flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti Dæmonijs: quibus armis, ac presidijs cùm per excommunicationem excommunicatus nudetur, ac propterea vinci ab eo facilè possit, ob eam rem excommunicatus Dæmoni traditus dicitur, atque sic sensit S. Bonau. eod. nam in casu nostro nil aliud esse inquit excommunicatum tradere Satanæ, quàm protectionem excommunicato subtrahere; Excommunicare ergo secundum præsentis ecclesiæ statum, ait quoque Alexander de Ales eodem est Satanæ tradere, protectionem subtrahendo; subtrahit enim suffragia ecclesia, & sacramenta, per quæ munimur contra hostis insidias. Hæc Alexander idem quoq; inquit S. Aug. relatus in cit. c. omnis Christianus; ibi enim non simpliciter excommunicatum diabolo tradi ait, sed extra ecclesiam eijci, vbi diabolus est; idem pluribus asseruit

Alphonsus de Castro aduersus hæreses in verb. Excommunicatio, ibi Primò ergo excommunicatus lib. 6. & Couar. in c. alma pars. 1. in prin. nu. 6. vbi & hoc pluribus egit de sent. excom. lib. 6. & Manens Antonius in tractatu suo inscripto Somma Corona in 3. part. cap. 9. vers. Et se tal hora si dice de excommunicatione, & Gabriel. Biel, dist. 18. q. 2. art. 1. Coroll. 3. lib. 4. vbi rem hanc perbellè declarat, & Adrian. De Clauibus art. 3. vers. Ad argumenta in principio huius principalis libri, ibi Ad quartum lib. 4. ac planè cui dubium faciliùs excommunicatum à Dæmone ad peccandum impelli, faciliùsq; ab eodem vinci? quamdiù enim in ecclesia quis est, vel mortiferi peccati culpa detineatur, ecclesiæ tamen præsidijs, armisq; adiutus contra Dæmonis impetus se facilè tuetur, vt sensit Cat. in expositione eius partis articuli Credo sanctorum communionem vers. Membra verò mortua; at ab ea per excommunicationem eiectus, eiusdemq; præsidijs, sanctorumq; spirituum custodia spoliatus miserandus iacet; iam, iamq; Dæmoni vorandus relinquitur: ex his ergo iam apparet Dæmonem non maiorem potestatem habere, sed eius, quam habet, exercendæ occasionem commodiorem ob excommunicati virium imbecillitatem, propterea quod ecclesiæ præsidijs spoliatus est, ei dari. Dæmoni ergo per excommunicationem traditio nil aliud est, quàm sacramentorum, suffragiorum, bonorumq; ecclesiæ priuatio, qua priuatione excommunicatus, quasi inermis relictus à Dæmone faciliùs vexatur, ac vincitur. Hinc Gloss. in cit. c. audi. 11. q. 3. & Abb. in rub. de sent. excom. & in c. ita quorundam de iudæ. in excommunicato, quasi in pecore suo Dæmonē potestatem habere inquiunt; & facit cap. miramur §. his autoritatibus in fin. 24. q. 1. An igitur excommunicatus simplici peccatore deteriori conditione est? in sequenti. §. id explicabimus.

S V M M A.

1 Excommunicatus an deteriori conditione sit ipso simplici peccatore.

IX.

1 S † Excommunicatus deniq; si ob veram contumaciam excommunicatus fit, ipso simplici peccatore deteriore conditione est. Nam, vt mittam excommunicatum Christi fidelium communione priuari, Dei gratia in primis caret, cuius iactura omnium grauissima est; infinitus enim eorum thesaurus est, qui participes eius gratiæ facti sunt. Præterea, quod non minimi faciendum ei est, ecclesiæ suffragijs nulla ratione iuuatur; non charitatis beneficio, quoniam mortiferi peccati culpa ipsi obest; non ea offerentis intentione, atq; consilio, quoniam ecclesia pro ipso ea offere neq; vult, neq; in animo habet arg. c. à nobis. 2. & c. sacris de sent. excom. & vt asseruit Iac. de Graff. c. 1. nu. 10. vers. Quæcunq; lib. 4. decis. suarum. At peccator, esto, & ipse ob mortiferā culpam gratia careat, q̄ tñ in ecclesiæ sinu adhuc fouetur, ab eaq; eiectus non est, sed mēbrū ipsius, quāuis mortuū remansit, ob eam rē ab ijs, qui viua eius mēbra sunt, quò amissam gratiam recuperet, adiuuatur, adiuuariq; cùm generatim, tum speciatim potest, atq; sic declarauit Cat. in explicatione eius partis Symboli Credo sanctorum cōmunionem, & Iac. de Graff. eod. cap. 11. & nu. 14. & Couar. pluribus in c. alma pars. 1. in prin. nu. 6. de sent. excom. lib. 6. & §. 6. num. 3. vers. Quarta concl. eod. Si verò iniuria excommunicatus fit, nec excommunicationem contemnat, ipsum peccatore simplici conditione meliori esse censeo; quicquid dixerit Couar. eod. qui plus excōmicationem obesse, quàm peccatum mortiferum sensit eod. num. 6. nam in hoc casu diuina gratia non caret, vt probauimus hoc cap. §. 7. viuumq; ob charitatem Christi membrum est, cuius charitatis beneficio ecclesiæ suffragijs fruitur, quæ & ad æternam vitam consequendam ei prosunt arg. c. à nobis. 2. de sent. excom. & c. si quis non rectò iudicio. 24. q. 3. & vt nos probauimus hoc cap. §. 1. quibus omnibus peccator caret; nam, quòd mortiferi peccati culpa detinetur, diuina gratia priuatus est, ac propterea viuum Christi membrū esse desijt arg. c. audi. 11. q. 3. & cit. c. à nobis. 2. ecclesiæ suffragia deniq; nisi resipuerit, ad æternā vitam consequendam ei non prosunt; ex quibus apparet in hoc casu, quamuis excōicatus hominum cōione, ac sacramentorū careat, meliori tamen cōditione ipsum esse: idq; iure merito, nam quæuis culpa leuis ipsa excommunicatione grauior est, vt dixit Sot. d. 22. q. 1. art. 1. dubit. 1. in fin. & quis excommunicationem potiùs pati, quàm peccare debet, vt sensit Rom. Pont. in c. inquisitioni de sent. excom. etenim quauis culpa Deus offenditur, quod non fit excommunicatione: se habent igitur excommunicatus, ac peccator inter se quodammodo, vt excedens, & excessum; sed de suffragiorum tractatione iam satis, ad alia pertractanda veniamus.

De vsu ordinis episcopatus, & aliorum inferiorum ordinum excommunicato ipsi prohibito, declaratione quarta eiusdem effectus. Cap. X.

SVMMA.

1 *Ordines quot sint.*
2 *Episcopatus vsu excommunicatus caret; quæ regula etiam declaratur.*
3 *Episcopus excommunicatus ordines conferre, ecclesias, cæmiteria, aras, calices, & id generis, & virgines Deo dicatas consecrare, chrismaconficere, clericosq; deponere, non potest.*
4 *Archiepiscopus excommunicatus ea, quæ ordinis eius sunt, sicut & suos suffraganeos, consecrare non potest.*
5 *Consecrationes, ordinumq; collationes ab episcopo excommunicato factæ an valeant.*
6 *Episcopus excommunicatus ea, quæ ordinis sunt, exercendo grauiter offendit, & irregularis efficitur.*



EGIMVS de suffragijs ecclesiæ, quorum communione excommunicatus caret: modò, an ordinum vsu idem excómunicatus careat, agamus; cùm tamen priùs,
1 quot ordines sint, explicauerimus. † Ordines igitur, si diuinarum rerum scriptóres sequamur, septem numerantur, Ostiariatus, Exorcistatus, Accolythatus, Lectoratus, Subdiaconatus, Diaconatus, Sacerdotium, vt habetur in c.perlectis dist.25. & vt tradidit nouissimè Trid. Syn. de sacrament. ord. cap.2. sess.23. & Cat.eod.de ord.cap.de varijs huius sacramenti ministris, & vt nos declarauimus in cóment. nostr.de ord cap.24.si verò iuris pontificij interpretes sectemur, ad hos ordines duos alios, Primam tonsuram, atq; episcopatum addemus; hæc enim & ordines esse ipsi contendunt: quorum sententia, quatenus pertinet ad primam tonsuram, potissimum nititur in cap.cùm contingat de ætat.& qualit.vt Abb.ibi, & Anton.& communiter canonistæ not. quatenus autem pertinet ad episcopatum in c.1.de ordin.ab episc.qui renunc.epis. Quoquomodo tamen sit, de omnibus, & primò de episcopatus ordine agendum nobis est: de quo hæc contemplabimur. Primò, an episcopus excôicatus vsum opatus habeat. Deinde, an eius ordinis functiones exercens quicquam faciat. Tertiò, an in pœnam vllam incidat. Quartò, an ordo episcopatus excommunicato con-
2 feratur, & collatus an valeat. † Quò ad primum igitur, vt regulam constituamus, episcopus ex-
3 communicatus ordinis episcopatus vsu caret. Id quod hinc probatur, † quoniam episcopus sic affectus ordinem conferre non potest, vt probatur in c.fin.de ordin.ab epis.qui renunc.epis. nam, si quis ab episcopo excommunicato ordines suscipiat, excommunicationis etiam nescius, eorum ordinum vsum non habet, nisi cum ipso dispensetur, vt ibi dicitur; ergo excommunicatus episcopatus ordinis vsu caret: alioquin ab ipso ordines suscipiens executionem eorum haberet; idem probatur. 9.q.1. per totam: ordines autem conferre ad episcopatus ordinem pertinere tradidit Gloss.communiter recepta in cap.transmissam de elect. Nó itidem ecclesias, cæmiterium, aras, calices, & id generis, virginesque Deo dicatas consecrare potest, non etiam chrisma conficere; nam ab eo consecrata polluta dicuntur, & reconciliari debent, vt de ecclesia, ac cæmiterio consecratis ab excommunicato dixit Ioan. And. quem refert, ac sequitur Abb.in c.consuluisti.nu.5.de consecr.eccl.vel altar.& Mar.Soc.Sen.in c.sacris.nu.47.vers. Sed circa prædicta quæritur de sent. excom, & vt sensit etiam Durand. de alijs quoq; consecrationibus in rational.diuin.off.cap.6.num.46.vers. Deniq; si lib. 1.hæc autem ordinis episcopatus munera esse probatur in c.quamuis.dist.68.& in c.1.§.ad episcopum.dist.25.& in cap.consulto de consecr.dist.1.& in c quód sicut.§.preterea de elect.& in c.aqua de consecr.eccl.vel altar.& vt not.Glos.communiter recepta in cit.c.transmissam de elect.& in c.dilectus filius in verb.De lege, & ibi quoq; Abb.vers.Vndecimò de off.ord.& in c.Abbates in verb.Quasi episcopalem de priuil.lib.6.& Inn.in c.1.de stat.regul.& Abb.in c.accedentibus not.2. de excess.præl. & Tab. in verb.Abbates.nu.12.vers.Vnde pro clara solutione; ex his ergo apparet episcopum excommunicatum ea, quæ ordinis episcopatus sunt, exercere non posse. Hæc regula sic posita amplificatur, primò vt non solùm in ijs locum habeat, quæ adeò episcopatus sunt, vt iurisdictione nullis egeant, in quorum numero calicis, patenæ, vestiumq; ad diuina peragenda pertinentiú consecrationes habentur (ad hæc enim consecranda iurisdictio nulla postulatur) verùm etiam & in ijs, quæ iurisdictionem aliquam postulant, vt ecclesias, cæmiteria, virginesq; Deo dicatas

consecrare, nec non ordines conferre; nā & in hæc, quæ consecrat, sicut etiam in illos, quibus ordines confert, iurisdictionem episcopus vt habeat, oportet: non enim alterius diœcesis uiris ordines episcopus sine eorum episcopi licentia conferre debet, vt habetur in c. penult. & in c. seq. nec non in c. eos de temp. ord. lib. 6. non etiam alterius diœcesis virgines, non templa cæmiteriaué consecrare, vt id etiam probatur. 9. q. 2. & c. salno cum multis seq. 9. q. 3. & c. nullus de paroch. etenim in alienam messem falcem mittere non licet, atque sic tradidit Abb. in cit. c. dilectus prope fin. vers. Vndecimò de off. ord. Quare ob hanc rationem de lege iurisdictionis hæc esse dixit Gloss. ibi & Innoc. in c. 1. de stat. reg. & declarauit Abb. vers. Vndecimò; nam respectu habito ad ea, quæ consecrantur, quibusq; ordines conferuntur, iurisdictio requiritur; etsi respectu habito ad potentiam ea faciēdi ob id ordinis esse dicuntur, quòd epatus ordine collato eam potestatem quis consequitur: sicut sacerdotij ordine & pœnitentiæ sacramenti administrandi potestatem consequimur; quamuis, nisi pœnitentiæ fori iurisdictionem habeamus, eam exercere non possimus arg. c. omnis de pœnit. Postremò in quouis episcopo proposita regula ob easdem rationes locum habet; quadripartitus enim ordo episcoporum est; alij enim simplices episcopi dicuntur, alij archiepiscopi, seu metropolitani, alij patriarchæ, seu primates, supremus Romanus Pont. qui omnes episcopi nominantur, vt dicitur in c. 1. §. ordo verò episcoporum. d. 21.
4 & vt declarauit Cat. de ordine cap. de varijs ministris. † Romano Pont. igitur excepto, reliqui, si excōicati sint, episcopatus ordinis functiones obire nō possunt; ac propterea nec agent ea, quæ simplicium episcoporum sunt, quæ & ad archiepiscopos pertinent arg. cap. quòd sicut. §. super de electione; neque suffraganeos suos consecrabunt, quod ad ipsos magis propriè pertinet, vt habetur in c. 2. de translat. epis. & in c. prouida de elect. & vt dixit Abb. in c. quod sedem de off.
5 ord. nihil horum igitur agent, quæ ordinis episcopatus sunt, episcopi excommunicati. † At quid si ab ipsis quidpiam horum geratur, an illud valebit? sanè id valere concludendum est; hoc enim
6 probauimus in hac Tab. c. 7. & in Tab. 1. c. 13. §. 16. † grauiter tamen offendunt, & irregulares efficiuntur, vt probauimus cap. 14. §. 1. in ead. Tab. 1. ex his iam tres propositas in initio quæstiones dissolutas habemus; iam quartam aggrediamur, quam in sequenti absoluemus.

S V M M A.

1 Episcopatus ordo excommunicato collatus valet; executio tamen ordinis non confertur.

I.

§ Atqui an ordo episcopatus excommunicato collatus ab ipso suscipitur? hæc enim postre-
1 ma quæstio est, quam nobis dissoluendam supra proposuimus. † Concludendum igitur breuiter est episcopatus ordinem ab excommunicato suscipi; nam per consecrationem, si canonum interpretes sequamur, character, qui deleri nō potest, imprimitur arg. c. 1. & ibi not. Abb. ac DD. de ord. ab episcopo, qui renunc. epis. & sequitur Angel. in verb. Ordo. 1. nu. 1. & à iuris pontificij interpretibus communiter id receptum esse testatur Syl. in verb. Ordo. 1. nu. 1. vers. Tertium est dubium; si Theologos, potestas quædam tribuitur, quæ, sicut etiam character, adimi non potest; ergo, sicut ordinis sacramenti character excommunicato imprimitur arg. c. cùm illorum de sent. excom. & vt nos probauimus in hac Tab. cap. 7. §. 1. ita & episcopatus ordo collatus excommunicato ab eodem recipietur; non enim alia in hoc, atq; in illo casu, sed eadem in vtroq; ratio est; ergo & eadem iuris dispositio esse debet arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. etenim & consecratio à iure diuino est, excommunicatio autem respectu habito ad modos à iure positiuo proficiscitur, ac propterea excōmunicatio, vt minùs potens consecrationem impedire non potest arg. §. sed naturalia in Instit. de iur. nat. gen. & ciu. & §. fin. eod. de legit. agnat. tut. ab hac igitur sententia non discedemus. Ex hoc apparet, si sic consecratus ordinis functiones aliquas exerceat, idem iuris in ipsis esse, quod diximus supra de excommunicato, qui ante excōmunicationem ordinem suscepit. Executionem tamen hic ordinatus non habet arg. cit. c. 1. de ord. ab episc. qui renunc. episc. & c. cùm illorum de sent. excom. sed de ordine hoc satis, ad alios transeamus.

S V M M A.

1 Sacerdotij, aliorumq; inferiorū ordinū usu excōicatus caret; quæ regula etiā declaratur.

2 Sacerdos, inferiorq; clericus, si suorum ordinum functiones exerceant, an quicquam agant, & an puniantur.

3 Parochus excommunicatus delegare suum munus alteri non potest.

4 Ordines excommunicato collati an valeant.

§. † Sa-

2 § † Sacerdotij, aliorumq; inferiorum ordinum vsu excommunicatus quoq; caret, vt probauimus in hac Tab. cap. 7. & cap. 8. etenim excommunicatus sacramentorum communione priuatus est, vt probatur in c. pen. de sent. excom. & c. Engeltrudam. 3. q. 4. & ordo est sacramentum, sicut asseruit Trid. Syn. can. 1. de sacr. sess. 7. ergo & sacerdotij, & aliorum inferiorum ordinum vsu, atq; communione carebit. Hæc autem regula sic posita primò locum in ijs habet, in quibus nulla iurisdictio postulatur, cuiusmodi diuina officia sepius sunt; nam ea vt ecclesiæ minister excommunicatus facere non potest, vt probauimus in hac Tab. cap. 8. Item locum in ijs habet, quæ & iurisdictionem postulant, vt conferre sacramenta; nam respectu habito ad eos, quibus sacramenta administrantur, iurisdictio in administrante requiritur, alterius enim parochiæ subiectis administrare sacramenta non possumus arg. c. omnis de pœnit. & c. eos, & c. pen. & fin. de temp. ord. lib. 6. & Clem. 1. de priuil. clericus igitur excommunicatus neq; in hoc casu sacerdotij, alteriusue ordinis functiones obibit; nam, præterquam quod sacramentorum functione priuatus est, hominum etiam cõmunione caret, vt probatur in cit. c. pen. de sent. excom. & in eod. cap. Engeltrudam, qua communione sacramentis administrandis vti eum oportet, vt
2 hoc per se patet; atque sic nos probauimus hac eadem Tab. cap. 7. † An autem sacramenta ab excommunicato collata, diuinaq; officia facta valeant; & an puniatur hæc faciendo, id diximus
3 in cit. c. 7. §. fin. & cap. 8. hac eadem Tab. † Postremò locum etiam regula hæc sibi vindicat, vt, si excommunicatus hic parochus sit, neq; alteri potestatem administrandi sacramenta ipsi subiectis tribuere possit, ac mandare; nam mandare, ac delegare huiusmodi potestatem iurisdictionis est arg. l. imperium in fin. ff. de iurisdict. omn. iud. & excommunicatus iurisdictionis vsu etiã caret arg. cap. ad probandum, & ibi DD. de re iud. ac propterea delegare facultatem hanc non potest. Excipitur tamen, vbi neq; denunciatus, neq; notoriè excõmunicatus est; nam tunc & alteri mandare munus hoc poterit; & ab ipso alij sacramenta legitimè suscipient ob extrauag. ad euitanda: quamuis ipse quò ad se & sacramentorum, & iurisdictionis vsu careat arg. c. fin. de
4 cler. excom. min. & c. fin. de cohab. cler. & mul. † Atqui an, ordo si conferatur excommunicato, character imprimetur? id absoluimus in hac Tab. cap. 7. §. 1. & 2. & ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc summantur; & de ordine hactenus.

De vsu iurisdictionis eccl. excommunicato ipsi prohibito, declaratione quinta eiusdem effectus. Cap. X I.

SVMMA.

1 *Iurisdictionis vsu excommunicatus caret.*
2 *Excommunicatus ab officio suspensus est.*
3 *Subditi suis dominis excommunicatis parere non tenentur.*

ABSOLVTA ordinis materia, de iurisdictione agendum est; de qua, vt ordinatim pertractemus, hæc contemplabimur. Primùm, an excommunicatus iurisdictionis vsu careat. Item, an valeat, si quid ab eo agatur, quod ad iurisdictionem pertineat. Tertiò duo hæc proposita contemplabimur, primùm in foro exteriori ecclesiæ, deinde in foro non ecclesiastico, tertio in foro pœnitentiæ, quartò in iudice ordinario, ac delegato, quintò in arbitro, postremò in arbitratore. His enim explicatis, an excommunicatus iurisdictionis vsu careat, actaue iurisdictionis ab eo va-
1 leant, tum generatim, tum speciatim optimè cognouerimus. † Excõmunicatus igitur, vt, quod primum proposuimus, primùm etiam explicemus, iurisdictionis vsu caret, vt probatur in c. 1. de suppl negl. prælat. lib. 6. ibi enim excommunicato episcopo ad Archiepiscopum iurisdictionem non deuolui dicitur; ergo excommunicatus iurisdictionis vsu caret; alioquin eius constitutionis dispositio frustra de deuolutione egisset, si episcopus excõmunicatus iuridictionis vsum retineret; tunc enim ad archiepiscopum iurisdictionem non deuolui satis constat arg. c. Romana, & c. venerabilibus de sent. excom. lib. 6. ne igitur ea constitutio superuacanea sit, & de re nõ dubia contra c. erit autem lex. dist. 4. & l. quòd Labeo. ff. de carb. edict. excommunicatum iurisdictionis vsum non retinere ibi pro certo haberi dicendum est, atq; sic not. Gloss. ibi in verb. Culpis, & Gemin. nu. 3. & Anch. eod. Idem probatur in c. 1. de off. vic. eod. lib. & ibi not. etiam Gloss. in verb. Ipsius, & Philip. Franc. in vers. In Gloss. fin. in fin. & Hel. in cas. exposit. nam ex eo cap.

cap.episcopum excômunicatum ea, quæ iurisdictionis sunt, exercere non posse not. idem quoq; colligitur ex c. si is, cui de off. deleg. eod. lib. atq; sic DD. communiter sentiunt in c. sciscitatus de rescript. & in c. ad probandum de re iud. & in c. veritatis de dol. & contum. idem quoq; dixit Mar. Soc. Sen. in c. sacris, nu. 266. de sent. excom. nam per communicationem suspendi iurisdictionem actu, non habitu asserit, & Caiet. in summ. in verb. Excommunicato plura sunt illicita, Id quod locum habet quò ad se, vel occultè excommunicatus sit; eam enim sine peccato exercere non potest arg. c. fin. de cohab. cler. & mul. & c. fin. de cler. excom. min. & vt inquit Caiet.
9 eod. excommunicatus igitur iurisdictionis vsu caret. Idq; meritò; † etenim excommunicatus ab officio suspẽsus est; vt inquit Abb. in eod. c. ad probandum. nu. 20. vers. Oppono in eo quòd, & in c. veritatis nu. 34. de dol. & contum. & Inn. nu. 1. in verb. Excômunicationem, & Archiep. Flor. in suo tract. de excom. cap. de causa finali vers. Decimò, & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 21. vers. Decimò; ergo exercere, quæ iurisdictionis sunt, excommunicatus non potest, sicut nec suspensus, vt communiter concluditur in c. cùm dilectus de consuet. & de cômuni testatur etiam Gemin. in c. quia pontificali. nu. 8. de off. deleg. lib. 6. & inquit Abb. in eod. c. ad probandum in fin. Accedit postremò, quòd sine hominum communione iurisdictio exerceri non potest arg. c. forus de verb. sign. at hominum communione caret excommunicatus arg. c. pen. de sent. excom. & c. Engeltrudam. 3. q. 4. ergo iurisdictionem exercere non potest; prohibito enim antecedente, &, quod illud consequitur, prohibitum esse censetur arg. c. is, cui de sent. excom. lib. 6. non est igitur, quod hac de re dubitemus. † Quare subditi suis dominis, Monaci suo Abbati, Clerici suo
10 episcopo parere non tenentur, vbi excommunicati sunt; tum quòd, ex quo per excommunicationem iurisdictionis vsu carent, ius imperandi non habent; tum quòd esset hoc eorum communione vti, atq; sic dixit Ricard. de Med. Villa. dist. 18. art. 11. q. 2. & q. 3. lib. 4. Excipitur tamen, vbi nec notorij, nec denunciati sunt ob c. cùm secundum leges. §. fin. de hæret. lib. 6. nam tunc iuribus suis priuari non debent; sed iam ad alia veniamus.

SVMMA.

1 *Iurisdictionis functiones ab excommunicato exercitæ valent; quæ regula etiam declaratur.*
2 *Tollerati, & non publici excommunicati quinam dicantur.*
3 *Iudicibus pluribus datis, si quis eorum excommunicatus sit, an ab ipsis acta valeant.*
4 *Ratihabitione sententia, actaq; à iudice excommunicato non confirmantur, vt talia.*

I.

§ Iurisdictionis vsum excommunicatum non habere proximè vidimus; modò, si iurisdictionis functiones exerceat, eiusq; munera obeat, an acta valeant, contemplemur. † Conclu-
1 dendum igitur est, vbi excommunicatus ab ecclesia telleratur, & ita publicus, notoriusq; excommunicatus non est, ab ipso acta valere arg. c. ad probandum de re iud. à contrario sensu; ibi enim, si sententia confirmationis à pluribus delegatis iudicibus lata sit, quorum alter excommunicationis vinculo publicè irretitus sit, sententiam nullam esse concluditur; ergo à contrario sensu argumẽto sumpto, quod argumentum fortissimum est, vt habetur in l. 1. & ibi not. communiter DD. ff. de off. eius, vbi publicè irretitus excommunicatione quis non est; ab ipso acta iurisdictionis valebunt, atq; sic not. ibi Abb. nu. 14. vers. Venio ad secundum membrum, & Felin. nu. 3. vers. Secundò in quantum, & nu. 4. vers. Cæterum quantum ad gesta, & communiter DD. idem Inn. in cap. si verè, & ibi quoque Felin. num. 6. vers. In hoc dicas de sent. excom. & me. nihil num. 3. vers. Sed pone, & Abb. num. 11. vers. Et vt habeas latiùs de elect. idem Abb. in c. fraternitatis. nu. 9. vers. Et ex hoc de testib. & in c. sciscitatus. nu. 12. de rescript. & Rebuff. in repet. c. postulastis. nu. 69. de cler. excom. min. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 11. nu. 4. vers. Quintò patet ex his de sent. excom. vbi & excõicationem ab hoc latã valere asserit, & Mar. Soc. Sen. in c. sacris, nu. 267. vers. Tertiò fallit de sent. excom. vbi rem hanc egit, cômunis deniq; Doctorum sententia hæc est in eod. c. ad probandum, de qua testatur Felin. ibi eod. nu. 4. Confirmatur sententia hæc, quoniam excommunicatus hic in quasi possessione iurisdictionis legitimè est, vt proponimus, & communi opinione pro non excommunicato habetur, ex quo publicè obligatus excommunicatione non tenetur, & ab ecclesia tolleratur; at, vbi quis in legitima possessione iurisdictionis est, & communi opinione pro habili habetur, ea, quæ iurisdictionis sunt, ab ipso acta valent, vt probatur in l. Barbarius, & ibi not. DD. ff. de off. præt. & in re nostra Bart. ibi in fin. &

fin.& ibi quoq; Ias.num.60.vers. Successiuè, idem Bart.& Bald.in l.2.C.de sent.& interlocut.& Abb.in eod.c.nihil num.11. & Couar.eod. id quod ratione non caret, ne.s.acta apud eum nulla sint, quod eorum vtilitati repugnaret, qui apud huiusmodi iudicem agerent; vt dicitur in cit.l. Barbarius, & ibi not.DD.quę iurisdictionis sunt igitur, ab excommunicato, qui ab ecclesia tolleratur, & publicè excõmunicatus non est, acta valent, atq; sic quoq; dixit Archiep. Flor.in eod.
2 cap.de causa finali vers.Decimò.† Tolleratus autem ab ecclesia, & non publicè excommunicatus is dicitur, qui aut excommunicatus notorius non est, aut non denunciatus, vt declarauit, & constituit extrauag. Ad euitanda, quam posuimus in Tab. 1. Quare beneficij collatio, canonicatusuè, item institutio, cõfirmatiouè, ab excõicato huiusmodi facta valebunt, vt dixit Nicol.de Mil.in repert.in verb. Excommunicatus potest aliquod speciale. Hæc autem regula sic posita amplificatur, vt locum habeat, etiam si aut notoriè excommunicatus quis sit, aut denunciatus, sed alibi, vbi communiter id ignoratur, iurisdictionis functiones exercet; nam & in hoc casu ab ipso acta valebunt arg.cit.l.barbarius, & l.2.C.de sent. & interloc.atque sic dixit Abb. in cit.c.sciscitatus.nu.13.vers.Sed circa hoc vertitur, & in c.ad nostram.nu.6.vers. Et facit hæc Gloss.de iureiur.vbi & alios idem sentientes refert, & Add.ad eum, & de publico scriba asseruit Ias.in eadem l.Barbarius. num. 68. etenim hic regulæ propositæ ratio locum habet, ac propterea eadem dispositio locum habere debet arg. c.cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil.& l. illud.ff.ad l.Aquil. Excipitur tamen primò, vbi quis excommunicatione constrictus tenetur, & notorius denunciatusuè est; tunc enim iurisdictionis acta non valebunt, vt habetur in c.ad pro-
4 bandam, & ibi DD.communiter not.de re iud. nam hic hodie excommunicatus publicus dicitur ob cit.extrauag.ad euitanda: id quod summa ratione factum est, & ne censura contemnatur contra c.cùm inter de consuet. & Clem.1.de sent.excom. & ob odium eorum, qui apud huiusmodi iudicem agunt, qui excommunicatus publicus est; Et hæc exceptio locum habet, etiam si iudices plures dati sint, & omnes excommunicatione constricti teneantur arg. c.vn.in prin. ne
5 sed.vac.lib.6.iunct.cit.c.ad probandum, & ob easdem rationes. † Item, si ex illis pluribus iudicibus datis aliqui tantùm excommunicati sint; nam, si excommunicati ad acta gerenda admittantur, nulla erunt, vt habetur in eod.c.ad probandum. Contra quam tamen sententiam facere videtur l.1.ff.quod cum falso tutore, & c.cùm vintoniensis de elect.nam in cit.l.1.autoritas à veris, falsisq; tutoribus simul interposita, & in cit.c.cùm vintoniensis electio, quam habiles faciunt simul cum ijs, qui habiles nõ sunt, valent; ergo idem hìc dicendum videtur. Verùm à proposita conclusione discedendum non est. Nec allegata iura repugnant, & primò cit.l.1.nam autoritas interposita idcirco ibi valet, quoniam tutores singuli potestatem, eiusdemq; vsum insolidum habent, ac propterea, vbi eam interponunt, meliori modo, quo id potest, interponere ipsam existimantur arg.l.3.ff.de militar.test.at iudices delegati plures, etsi insolidum iurisdictionem consequuntur, eiusdem tamen vsum ex parte habent, vt tradidit Abb.in c.in causa matrim. nu.2.de off.deleg.& in c.ad probandum. nu.21. de re iud. atque ob eam rem ab ipsis acta non valent. Non itidem cit.c.cùm vintoniensis; nam idcirco ibi electio valuit, quoniam vitium, quo non nulli ad electionem inhabiles reddebantur, habiles tollere poterant: indignum enim elegerant, atque ob eam rem apud reliquos eligendi potestas remãsit; vnde, quoniam fauor ipsorum hic erat, & quisque suum fauorem renunciare potest arg.l.si quis in conscribendo.C.de pact.ob eam rem ipsos ad electionem admittere poterant: at excommunicationis vitium à reliquis delegatis remitti nõ potest arg.c.exceptionem de except.in antiq.& c.1.in fin.eod.lib.6.& Clem. vn.eod.& c.cùm desideres extra de sent.excom. iure igitur sẽtẽtia ab his iudicibus simul cum excommunicatis lata nulla est, atque sic respondit Abb. ad ea iura in cit. c.ad probandum.nu. 21.& in cit.c.cùm vintoniensis.num.3.de elect. Imò, si ijdem delegati iudices cum clausula hac dati sint, Quod si non oẽs, & cæt.& ab his, qui excommunicati non sunt, ad ferẽdam sententiam excommunicati admittantur, neq; tunc sententia lata valebit arg.cap.cùm super abbatia, & ibi not.Abb.nu.10.cum seq.& in cit.c.ad probandum.nu.4.de re iud.& vt dixit Mar.Soc.Sen.in c. sacris.nu.269.de sent.excom.etenim, ex quo excommunicatos admittunt, se potestatem in solidum non habere præseferunt, ac propterea, quod possunt, facere nolunt, vt excommunicatis exclusis sententiam ferant; & quod volunt, nequeunt, vt excommunicatos ad ferendam sententiam admittant arg.cit.c.super abbatia de off.deleg.quamuis ad cautelam si ipsos admisissent, vt potè quòd, an denunciati, notorijq; sint, pro certo non habent; sententia tunc valeret, vt sensit Abb.in eod.c.cùm super abbatia, & sequitur ibi eum Felin.nu.6.vers. Sed vbi ex coniecturis apparet: sicut etiam si constaret insolidum sua autoritate vti eos voluisse, & adderent clausulam

iam illam in procedendo,& sententiã ferendo Et prędicta facimus,gerimus,seu pronunciamus coniunctim, siue insolidum,.vel diuisim, & omni meliori modo &c.,vt dixit Soc.eod.& in hoc casu locum habebit sententia Inn. & Bald. qui contrarium senserũt in c.illa de elect.acta igitur iurisdictionis vel ab vno excommunicato fiant,vel à pluribus simul, quorum alij excommunicati,alij non excommunicati sunt, nõ valent,vt probauimus. Tertiò proposita exceptio locum habet,vbi à collegio,& ab vniuersitate iurisdictionis acta proficiscuntur; nam,si omnes,qui de collegio sunt,publicè constricti excommunicatione teneantur, ab ipso collegio acta non valebunt arg.c.vn.in prin.ne sed.vac.lib.6.iunct.cit.c.ad probandum de re iud.Idem,si nõ omnes, sed aliqui tantùm excommunicati sint arg.cit.cap.ad probandum; namq;, quòd habiles, idest non excommunicati scientes ad functiones iurisdictionis exercendas excommunicatos admittunt,vel suo iure,quo permittebatur,vt iurisdictionem sine excõmunicatis exercerent, vti noluisse videntur arg.cit.c.cùm super abbatia de off.deleg. & vt tradidit Abb. in c.illa. nu.7.& in c.fin.in 3.exceptione de procur.vel suum ius ignorasse;quo casu iure, quod habet, quis vti non existimatur, vt habetur in l.qui in aliena.ff.de acquir. hæred. atque idcirco,ex quo ipsi iure suo vti aut noluerunt,aut nesciuerunt,sententia,actaq; alia ab ipsis profecta non valent, vt probatur in cit.c.fin.& ibi not.Abb.num.7.de procur. Secus autem vbi à collegio,propterea quod ipsos expellere non potuit,excommunicati admittuntur; nam tunc acta valebunt, modò priùs testetur se non eo consilio excommunicatos admittere, vt ipsos actionis eius participes faciat, sed quò iure suo vtatur, & publicè id testari, occultèuè poterit, si ab eis sibi metuat arg. cap.1.de eo, quod metus causa;atque sic asseruit Abb.in cit.c.illa de elect.quamuis rectiùs faceret collegium,si,cùm id posset,negocium gerendum differret;à publico igitur excommunicato, si quid agatur,quod ad iurisdictionem pertineat, nullum erit. Postremò exceptio illa locum habet,vt scilicet à publico excommunicato acta nulla sint,etiam si contra ipsum excommunicatum non excipiatur arg.cit.c.ad probandum, & vt not.Abb.in c.scisscitatus.nu.12.vers. Adde ad prædicta de rescript.& Innoc.in c.1.in fine de except.lib.6.& Phil.Franc.in c.decernimus vers. In ea Gloss.in fine,ibi Nisi fiant à iudice de sent.excom.eod.lib.& Mar.Soc.Sen. in c.sacris.nu.265. cum seq.vbi & parte taceute non idcirco sententiam confirmari pluribus rationibus id asserit de sent.excom.etenim excommunicationis vitium per eos, qui apud excommunicatum iudicem agunt, remitti non potest, vt supra probauimus, ac propterea ipsorum taciturnitas nihil operatur,vt not.Gloss.in l.1.C.vbi de crimine agi oportet, & Io.Andr. in c.scienti de reg.iur. in mercur.& sequitur Abb.in eod.c.scisscitatus.nu.12.Contra exceptionem hanc tamen facere videtur c.1.de except.lib.6.nam,si actori excommunicatio in iudicijs non objiciatur,quamuis excommunicatus publicè sit,tamen acta valent,vt ibi probatur & not.Inn.prope fin.& Philip. Franc.§.si verò post modum vers. In Gloss.vers. Duraturis,& Gemin.nu.5.vers. Sed quæro,& Anchar.eod.nu.4.& communiter DD.ergo idem de iudice dicendum videtur. Atqui à proposita exceptione discedendum non est; nam, præterquam quod DD. citati proximè id sentiunt, id expressum habetur in cit.c.ad probandum de re iud. atq; idcirco ad coniecturas confugiendum non est arg.l.continuus.§ cùm ita.ff.de verbor.oblig.id quod summa ratione factum est; tum ꝙ non facilè litigatores iudicibus excõmunicationem objiciunt, atq; ob eam rem lex ipsa prospicere huic voluit;tum quòd iudicij acta in primis à iudice vim accipiunt arg.tot.tit.C.si à non competente iudice; at excommunicatus iurisdictionis vsu caret ob eam rem coram ipso acta nulla sunt arg.c.fin.de constit.lib.6.& l.fin.ff.de iurisdict.omn.iud. Actori verò à reo exceptio huiusmodi frequenter objicitur,non enim actoris imperium veretur,declarat hoc cit.c.1. de except.quandoquidem per ipsum facilitas excommunicationem objicientis, ne lites differantur,inutiles sumptus fiant,litigatoresq; defatigentur, compressa est:his igitur de causis iudicij acta excommunicato actore vt valerent, iudice verò eadem pœna constricto, vt nulla essent,ecclesia statuit,atque sic sensit Inn.in eod.c.1.in fin.quem & DD.sequuntur; propositam
4 exceptionem igitur retinebimus; † imò nec ratihabitione partium sententia à iudice excommunicato lata confirmatur; vt inquiunt Pet. Innocent. Andr. & Bald.& Felin. qui ipsos refert in eod.cap.sacris.nu.274.quamuis ex vi pacti valere potest,vt dixit idem Socin.iuxt.Gloss.l.2. C.commun.vtriusque iud.aliàs igitur acta in iudicio non valebunt. Excipitur tamen,vbi iudex ab ecclesiastico iudice requisitus contra hæreticos agit; nam ob fauorem fidei hoc poterit, vt habetur in cap.præsidentes de hæret.lib.6. sed de re hac generatim hactenus, de ea speciatim iam agamus.

SVM-

SVMMA.

1 *Iurisdictionis eccl. munera quænam sint.*
2 *Beneficia eccl. conferre excommunicatus non potest, non item*
3 *Instituere à patrono præsentatum.*
4 *Beneficia commendare.*
5 *Electiones confirmare.*
6 *Coadiutorem dare.*
7 *Beneficiis quem priuare.*
8 *Indulgentias distribuere.*
9 *Censuras ferre.*
10 *Absoluere à censuris.*
11 *Pœnitentias publicas iniungere.*
12 *Eligere.*
13 *Præsentare.*
14 *Postulare.*
15 *Nominare.*
16 *Executor datus an prouidere possit de beneficio alicui, si excommunicatus sit.*

II.

§ Iurisdictionis munera excommunicatum obire non posse;&, si ea obeat, an ab ipso acta va-
leant, generatim proximè vidimus : modò speciatim,& primò in ecclesiæ foro, vt fuimus
1 polliciti, eadem contemplemur. † Ecclesiasticus iudex igitur iurisdictionis ecclesiasticæ fun-
ctiones exercere non potest; nam iurisdictionis huius munera, vt aliqua referamus, hæc sunt,
Beneficia eccl. conferre, eadem commendare, electiones factas confirmare, Indulgentias tri-
buere, censuras ferre, ab eisq; latis absoluere, pœnitentias publicas iniungere, & id generis, vt
tradidit Gloss. communiter recepta in c. transmissam de elect. & in c. dilectus filius de off. ord.
iunct. c. accedentibus de excess. prælat. at excommunicatus hæc,& huiusmodi agere non potest,
vt probabimus; ergo excõmunicatus iurisdictionis ecclesiasticæ functiones exercere non valet,
2 peccat enim mortiferè, vt dixit Bart. Med. cap. 11. §. 4. lib. 1. † Excõmunicatus igitur, vt quod
polliciti sumus, iam præstemus, beneficia ecclesiastica conferre non potest arg. c. vn. in prin. ne
sed. vac. lib. 6. ibi enim, si præbendarum collatio & ad episcopum, & ad capitulũ pertineat, om-
nes verò de capitulo maiori excommunicatione constringi contingat, ad episcopum collatio-
nem tunc pertinere ibi dicitur; ergo excommunicatus beneficia conferre nequit, alioquin be-
neficij collatio ad capitulum etiam,& non ad episcopũ solùm spectaret, atq; sic not. ibi Gemin.
in prin. vers. Item, quòd suspensus,& vers. Nota quòd excommunicatus,& Phil. Franc. vers. Se-
cundò not. & Anchar. vers. Tertiò not. eod. & Imol. in c. veritatis. num. 12. de dol. & contum. &
Couar. in c. alma pars. 1. §. 7. nu. 9. vers. Duodecimus de sent. excom. lib. 6. & Henric Bohic in c.
fin. nu. 5. de excess. prælat. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 88. de sent. excom. & Syl. in verb. Bene-
ficium. 2. nu. 1. & Rebuff. in prax. benef. num. 1. Requisita ad coll. benef. & in reper. c. postulastis
not. 2. nu. 57. vbi communiter receptum id esse sensit de cler. excom. min. de communi quoque
sententia testatur Viuius in suis communibus opinionibus opin. 266. excommunicatus ergo be-
neficium conferre non potest. Quod dictum pro regula positum quibusdam modis amplifica-
tur; nam primò locum habet in quocunque excommunicato maiori excommunione; etenim in
quocunq; eadem ratio est, ac propterea eadem iuris dispositio esse quoq; debet. Item locum si-
bi vindicat in collegio, ad quod beneficiorum collatio pertinet; nam, si oẽs de collegio excom-
municati sint, beneficium conferre collegium non poterit, vt dicitur in cit. cap. vn. ne sed. vac. in
prin. secus autem, si non omnes excommunicati sint; nam tunc ad eos, qui excommunicati non
sunt, collatio pertinebit, vt probatur in cit. c. vn. in prin. & ibi not. DD. Anchar. nu. 1. vers. Tertiò
not. & Phil. Fran. eod. in prin. vers. Vltimò not. quòd capitulum, & Gemin. in prin. num. 4. vers.
Quid si non sint excommunicati; etenim autoritas capituli in reliquis habilibus remanet, ac ni-
titur arg. l. sicut. §. fin. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine, & vt tradidit Gloss. cõmuniter re-
cepta in c. gratum de postul. prælat. & Inn. in c. illa de elect. & Abb. in c. fin. n. 4. & nu. 6. de pro-
cur. in hoc igitur casu (modò excommunicatos secum non admittant, vt diximus in anteceden-
ti. §.) qui reliqui sunt de collegio, beneficia conferent. Tertiò locum habet, vt neq; per alios, qui
excommunicati non sunt, excommunicatus beneficia conferre possit arg. Clem. religiosus de
procur. atq; sic dixit Rebuff. in sua prax. eod. nu. Quare vicarius excõmunicati, etiam si excom-
municatus ipse non sit, beneficia conferre non valebit, quamuis aliàs id posset; nam eius iurisdi-
ctio ob excommunicationem illius, cuius vicarius est, pendet, ac suspensa est arg. c. 1. & ibi not.
DD. ff. de off. vic. lib. 6. atq; sic not. Rebuff. in eod. c. postulastis not. 2. nu. 52. & sensit Gloss. fin.
in fin. in cit. Clem. vlt. de procur. Excipitur tamẽ, vbi vicarius ille iurisdictionem aliunde habe-
ret; tunc enim id poterit arg. cit. c. 1. vers. Si iurisdictionem tantùm iunct. Gloss. in verb. Tãtùm,
atq; sic Rebuff. inquit eod. num. 58. Postremò propositum dictum adeo verum est, vt, si contra

fiat, collatio non valeat arg. cit. c. ad probandum de re iud. atq; sic sensit Abb. in c. si verè. nu. 9. de sent. excom. & Rebuff. in eod. c. postulastis not. 2. nu. 57. vbi & alios idem sentientes refert, & Couar. in c. alma pars. 1. §. 8. n. 9. vers. Quid autem respondendum, ibi Ideo ipse censeo de sent. excom. lib. 6. hinc, qui ab excommunicato, suspensoué beneficium recipit, intrusum hunc dici inquit Rebuff. in sua prax. benef. nu. 2. Gloss. 4. reg. cancell. de subrogan. collitig. Excipitur tamen, vbi excommunicatus neq; notorius, neq; denunciatus est; nam tunc, etsi quò ad se iurisdictionis vsu caret, respectu tamen habito ad alios eum retinet, vt probatur in cit. c. ad probandũ de re iud. à contrario sensu, ac propterea beneficij collatio valebit, vt dixit Inn. in c. si verè. nu. 3. vers. Item, dum tollerantur in aliqua dignitate de sent. excom. & Abb. ibidem. nu. 9. & Felin. nu. 6. & idem Abb. in c. veritatis. nu. 42. vers. Nunc venio, ibi primo casu, vbi & de communi testatur de dol. & contum. & in eod. c. ad probandum. n. 3. vers. Nota secundò, & Felin. nu. 6. vers. Et adde, quòd collatio beneficij facta, vbi & tempestate sua sic iudicatũ fuisse refert, & Gemin. in c. vlt. in fin. num. 12. vers. Quid si omnes de capitulo, & Phil. Fran. in prin. vers. In Gloss. 1. ne sed. vac. lib. 6. & Rebuff. in cit. c. postulastis not. 2. nun. 69. hinc collationem beneficij factam ab occulto excommunicato valere dixit Phil. Port. Imol. in tract. suo concl. & reg. lib. 2. concl. 11. limit. 9. idem dixit, & de communi sententia testatur Viuius in Syl. com. opin. opin. 266. nu. 2. & Couar. eod. vers. Ideo ipse censeo, & Nicol. de Milis in verb. Excommunicatus occultus non est vitandus in suo repert. At quid, si is, cui beneficium confertur, conferentem excommunicatũ esse noscat, an beneficij collatio valebit? Cald. quem DD. communiter sequuntur, & Rebuff. in cit. c. postulastis not. 2. nu. 70. beneficij collationem huic factam non valere dixit; nam acta ab excommunicato occulto ratione publici muneris non valere in fauorem eius ait, qui sciuit illum excommunicatum esse, vt refert ipse Felin. in eod. c. ad probandum. nu. 8. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 6. num. 8. prope fin. de sent. excom. lib. 6. quandoquidem hic offendit, ex quo eius communione vtitur, quem excommunicatum nouit. Verùm ab hac sententia discedendum est, & concludendum contrarium; nam hodie ob extrauag. ad euitanda cum excommunicato neq; notorio, neq; denunciato versari possumus, tanquam si excommunicatus non esset, beneficio eius extrauag. ad euitanda, etsi eum excommunicatum nouimus; ergo ecclesiã non offendit, ex quo eius permissu excommunicati communione vtitur arg. c. qui peccat. 23. q. 4. & l. Gracchus C. de adult. ergo cessat odium, quamobrem, ab excommunicato qui sciens beneficium accepit, collationẽ eius nullã esse Cald. dixit, alioquin sine culpa puniretur cõtra c. 2. de constit. & c. sine culpa de reg. iur. lib. 6. valebit igitur & in hoc casu collatio ab excommunicato facta, atq; sic dixit Felin. in eod. c. ad probandum. n. 9. vers. Cogitabam, & apertiùs, ac liberiùs in c. Rodulphus vers. Sed declaratoria. n. 74. vers. Et gusta vnũ nouum, vbi dictum hoc miruminmodum cõmendat de rescript. & Couar. in eod. §. 6. n. 8 vers. Ex his colligitur, vbi ait post conditam extrauag. ad euitanda sententiam Calderini non obtinere. Quod & ego vt verissimum etiam sequor; nam & ab hoc sacramenta suscipere nobis licet ob cit. extrauag. ad euitanda; ergo multò magis & beneficia; in alijs igitur vitijs eius, qui iurisdictione vtitur, locum habere dictum Cald. poterit, vt inquit Felin. eisdem in locis. Ego autem & in excommunicatione locũ habere ipsum censeo, in hoc scilicet casu, vbi excommunicatus alicubi denunciatus, notoriusué aliò se confert, vbi sic excommunicatum esse ignoratur; nam, si beneficij conferendi potestatem nanciscatur, & beneficium ei conferat, qui eum sic excommunicatum esse nouit, collatio mea sententia non valebit; quandoquidem ecclesiã hic offendit, nec cit. extrauag. ad euitãda ei opitulatur, ac propterea in odium, quod ait Cald. occurrit, hic ergo commune illud dictum locum sibi vindicabit; quamuis secus sit quò ad alios eiusdem loci ob l. barbarius. ff. de off. præt. & vt probauimus hoc cap. §. 1. in prima amplificatione; nam ipsis beneficia collata valebunt, atq; ratione hac proposita exceptio amplificabitur; excommunicatus igitur beneficia ecclesiastica conferre nõ potest.

3 † Non itidem præsentatum instituere; nam, & hoc iurisdictionis est arg. c. nouit de ijs, quæ fiunt à prælat. sine consensu Capituli, & c. conquerente de off. ord. atq; sic dixit Rebuff. in c. postulastis not. 2. num. 103. de cler. excommun. minist. Institutio autem à collatione differt; collatio enim est donatio beneficij ab eo facta, qui de beneficio ecclesiastico disponendi potestatem habet, quod nullius in patronatu sit; institutio autem est de beneficio, quod in patronatu alicuius est post factam, admissamq; præsentationem: collatio igitur libera, secus autem institutio est; atque sic declarauit Abb. in c. ex frequentibus. nu. 7. & in c. autoritate de instit. quamuis hodie ob concursus, qui fit de beneficijs, quę curam animarum habent, collatio libera non omnino videatur,

4 † Non etiam beneficia commendabit secundum formam c. nemo de elect. lib. 6. quandoquidẽ & hoc

& hoc iurisdictionis est, vt dixit Phil. Franc. in c. vn. §. cùm verò vers. Vltimò not. ne sed. vac. lib.
5 6. † Non electiones factas confirmabit; nam, si excommunicatus publicus sit, confirmatio nul
la erit, vt habetur in cit. c. ad probandum, & ibi not. DD. de re iud. nihil denique, quod iurisdi-
6 ctionis sit, quatenus ad beneficia pertinet, exercebit. † Ac ꝓpterea nec coadiutorē dabit, quan
doquidem & hoc ad iurisdictionem spectat, vt sensit Abb. in c. fin. de cler. ægrot. vel debil. vbi
7 materiam hanc egit. † Nec beneficijs eos, qui habent, priuabit arg. c. verbum de pœnit. dist. 1. &
eorum, quæ tradidit Gloss. in c. inferior. dist. 21. & in c. cùm inferior de maior. & obed. etenim
ad quem institutio non pertinet, nec destitutio arg. c. conquerente de off. ord. sed de re hac sa-
8 tis. † Indulgentias quoque, quibus peccatorum pœnæ expiantur, excommunicatus, sicut etiam
ab officio suspensus concedere nequeunt; nam & hoc ad iurisdictionem spectat, vt sensit Inn. in
c. quòd autem. nu. 5. vers. Sed quæres, & in fin. de pœnit. & Abb. in c. accedentibus in fin. de ex-
cess. prælat. & Felin. in sermone de indulgentia plenaria in prin. & Syl. in verb. Indulgentia. nu.
13. vers. Tertium, & nu. 19. vers. Septimò, cuius iurisdictionis vsu excommunicatus caret, vt su-
pra probauimus, sicut etiam suspensus, atque sic dixit Nauar. in tract. de iobelæo not. 31. nu. 10.
vers. Addo quintò, & de excommunicato hęretico Iacob. de Bellouis. in repetit. c. Romana. §.
contrahentes. nu. 151. vers. Et ideo excommunicatus hæreticus de for. comp. lib. 6. etenim nec
ligare potest. Excipitur tamē, vbi neq; notorius excommunicatus, neq; denunciatus est ob cit.
9 extrauag. ad euitanda. † Censuras itidē excommunicatus non feret arg. c. audiuimus. 24. q. 1.
ibi enim excommunicatum excommunicare non posse dicitur; ergo neq; suspensionem, neque
interdictum promulgare valebit arg. c. quærenti de verb. sig. nam & censuras ferre iurisdictio-
nis est, vt diximus in Tab. 1. cap. 2. §. 10. & vt inquit Abb. in eod. c. ad probandum. nu. 14. vers.
10 Attēde, & Glo. cōmuniter recepta in c. transmissam. de elec. † Non absoluet et à cēsuris ob ean-
dem rationem, etenim par ius ligandi, atque soluendi est arg. c. verbum de pœnit. dist. 1. ac pro-
pterea, qui ligare non potest, nec etiam soluere, vt tradidit Gloss. magistr. in c. inferior. d. 21. &
in c. cùm inferior de maior. & obed. Excipitur verò, vbi excommunicatus neque notorius, neq;
denunciatus est, quamuis excommunicatum etiam ocultum excōmunicare non posse non nulli
senserint, vt refert Abb. in eod. c. ad probandum. num. 14. quorum sententia improbauimus su
pra cap. 4. Tab. 1. valebit igitur excommunicatio, sicut reliquæ censuræ ab excommunicato nō
11 denunciato, nec notorio latæ, sicut etiam absolutiones. † Publicas pœnitentias deniq; iniunge-
re non poterit; nam iurisdictionis hoc etiam est arg. cit. c. accedentibus de exces. prælat. & c. con
querente de off. ord. nullas igitur ex his functionibus exercere excommunicatus potest, vt pro-
bauimus, ac propterea nec reliquas eiusdem generis ob easdem rationes; valet enim argumen-
tum à partium numeratione arg §. actionum autem in Instit. de act. & vt abundè tradidit Eue-
rard. in loco à partium numeratione in sua topica, & hæc iurisdictionis ecclesiasticæ sunt; ergo
excommunicatus iurisdictionis ecclesiasticæ munera obire nō potest, quod probandum primò
nobis proposuimus. Ab excommunicato beneficia conferri non posse supra vidimus. Atqui
quod ad beneficia ecclesiastica consequenda aditus nobis aperitur aut per electionem, aut per
præsentationem, aut per postulationem, aut per nominationem, vt habetur in tit. de elect. & in
tit. de iur. patron. & de postul. prælat. an excommunicatus eligere præsentare, postulare, nomi-
12 nareq; poterit? † Quò ad primum concludendum breuiter est excommunicatum ad dignitatē
aliquam eligere nec etiam posse, vt dixit Glo. in cap. vn. in prin. in verb. Maioris, vbi etiam not.
Anch. nu. 2. vers. Tertiò not. ibi item colligo ne sed. vac. aliquid innou. lib. 6. & in c. constitutis in
init. de appell. & Inn. in c. 2. nu. 2. vers. Item, si sunt aliqui suspensi, & Abb. nu. 5. vers. Not. quar-
tò, & nu. 14. vers. Extra Gloss. de postul. prælat. & Rebuff. in eod. c. postulastis not. 2. num. 88. &
Syl. in verb. Electio. 1. nu. 5. vers. Quartò, & Archiepis. Flor. cap. de caus. fin. vers. Octauò excom
municatus, & Gemin. in c. 1. nu. 16. vers. Quæro, an collatio de rescript. lib. 6. & Couar. in c. alma
pars. 1. §. 7. num. 9. vers. Duodecimus de sent. excom. lib. 6. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. num. 51.
cum multis seq. vbi rem hanc pluribus egit de sent. excom. communis deniq; DD. sententia hęc
est; idq; meritò; nam ab officio, & beneficio suspēsus est arg. c. pastoralis. §. fin. de appell. ac pro-
pterea nullum ius, quod inde habet, excommunicatus exercere potest. Verùm an, si electio fiat,
nulla erit? & nullam esse dicendum est, vt asseruit Abb. in c. ad probandum. nu. 13. vers. Dictum
de re iud. & in c. veritatis. nu. 47. vers. Venio nunc ad vltimum de dol. & contum. & c. si verè. nu.
9. de sent. excom. & Inn. in c. cùm dilectus. nu. 5. de consuet. & hoc locum habet, etiam si excom
municatus vna cum non excommunicatis eligat; nam neq; hic electio valebit, vt dixit Abb. in
c. illa nu. 7. vers. Sed dubium magnum est de elect. & Inn. eod. nu. 3. vers. Sed quid si ignorabant,

qnem communiter receptum esse inquit Abb.in c.fin.num.6.vers.Et quanquam de procur.admissus ergo ad electionem ab alijs,qui habiles sunt,ne electio valeat,efficiet;nam actns ab vniuersitate gestus non valet, vbi eius vniuersitatis homines ad eum actum recipiunt, qui habilis non est,modò inhabilitas illa per vniuersitatem remitti nequeat , cuiusmodi excommunicatio est arg.c.exceptionem de except.& c.1.eod.lib.6.& Clem. 1.eod.atq; sic tradidit Abb.in eod. c.fin.nu.3.vers.Nota vltimò regulam,ibi tertius casus de procur.hæc regula sic posita,quamuis Inn.& Abb.plurimum eam amplificauerint in c.illa de elect.ob ius vetus , ad quod respectum habuerunt,hodie tamen ob extrauag.ad euit.per eas amplificationes, vti per exceptiones quadam coarctatur. Nam ecce ipsa regula locum non habet,vbi neq; excõmunicatus notorius est, neq; declaratus, ac denunciatus ; tunc.n. electio facta ab eo valebit , vel, qui cum ipso eligunt, id scinerint,quamuis contrarium dixerit Nicol.de Mil.in suo repert.in nerb.Excommnnicatus potest aliquid speciale agere : nec repugnat, si dicatur,vbi excommunicatus ratione priuati officij quidpiam facit,cuiusmodi electio est,vt sensit Inn.in eod. c.cùm dilectus.nn.5.de consuet. quem sequnntnr Abb.ac DD.non distingui,an excommunicatus notorins sit nec ne,vt tradidit Inn.communiter receptus in eod.c.cùm dilectus,quem refert,ac sequitur etiam Felin.in c.Rodulphus.nu.79.ptope fin.& Rebuff.eod.c.postulastis. nu.90. nam dictum illud tunc locum habet,vbi excommunicati commodum in primis agitur,secus autẽ , vbi alterius ob cit.extrauag. ad euitanda;quòd fit in electione,quæ in primis ecclesiæ,pto qua electio fit,& electi cõmodnm spectat;firma igitnr exceptio proposita remanebit.Et exceptio hæc multò magis locum habet, vbi ratione publici officij electio fit ; nam tunc electio ab excommunicato occulto facta valet, vt inquiunt Phil.Fran.in c.1.vers.Item intelligit prædicta de except.lib.6. & Gemin. in c.1.nu. 16.vers.Quæro,an collatio,vel electio de rescript.eod.lib.& Mar.Soc.Sen. in c.sacris.num.67. vers.Et ex his etiam de sent.excom. Secundò excipitur electio Rom.Pont. nam facta à Cardinalibus etiam excommunicatis valet , vt dixit Hieron.Manfred. in cap. de potestate sedis vac. decis.302.in lib.de Cardinalibns,&,habetur in Clem.ne Romani.§.pen.de elect.quod sine dubitatione verum est, vbi aliqui Cardinales tantùm excommunicati sunt. At quid, si omnes excommnnicati sint?Marian.Soc.Sen.in eod.c.sacris.nn.65.vers. Et aduerte,Cardinales tunc eligere non posse sensit;& hoc ob id,quod cit.Clem.solùm prospexit,vbi aliqui tantùm excommunicati essent.Mihi tamen contrarium verius videtur ob periculum,qnod iminet, & sic ob rationem cit.Clem.quæ & hìc viget.Postremò excipitur,vbi & notorius , denunciatusuè excommunicatus est,& ab alijs electoribus admissus est,propterea quod eijcere illum non potuerunt; modò testentur vel expressè,vel tacitò, vbi ab excõmunicato sibi metnerent, non propterea eum ab ipsis admitti,quò cum illo eligant,sed quoniam expellere ipsum nequeunt ; atque sic in hoc casu faciundũ esse suasit Inn.in eod.c.illa: quamuis,vbi in aliam diem id diferri posset,diferendum esse, ne excommunicatus interesset,Abb. secutus Host.consuluit in cit.c.illa.num.7.vers. Sed dubium est de elect.atq; in hac materia sic concludendum censerem. Et hæc,quæ diximus, in electione, quæ ius confert, locnm sibi vindicant,vt in beneficijs, non autem in electione voluntatem simpliciter declarante; nam, si testator sic dicat Hæres, cui voles, restituas hæreditatem,hæres excommnnicatus eligere tamen poterit,cùm per excommnnicationem voluntatem non amiserit arg.l.ex facto.§.si quis rogatus. 2.ff.ad Trebell.atque sic tradidit Rebnff.in cit.c.
13 postulastis.nu.89.sed de electione satis, de præsentatione iam agamns. † An igitur excommunicatus pręsentare potest?exempli gratia pattonus excommunicatns,vacante beneficio,in quo jus patronatus habet, quendam offert , seu præsentat, vt ita dicam , ipsum episcopus admittit, atq; instituit,an institutio valebit? hãc qnæstionem disputauit Rot.decis. 1.de instit.in antiqnis, & decis.2.de iur.patron. eod.& alij , quos refert Rebuff.in cit.c.postulastis.nu.97.& in ea opiniones variæ fuerunt. Nam quidam existimarunt præsentationem non valere, ac propterea nec institutionem,vt quæ ab excommunicato facta vitiosa sit arg.c.principatus. 2.q.1.atq; de communi sententia testatur Viuius in Syl. commun. opin. opin.266. num.1. horum ratio mihi non probatur;nam pro certo ponunt id,de quo quæstio est, quæritur enim, ex quo ab excommunicato facta est,an valeat; & inquiunt ipsi, ex quo ab excommunicato facta, ac propterea vitiosa est,ipsam non valere: hæc ratio igitur ipsorum opinionem non probat ; nam & excommunicatns,quôd hominum communione caret , vt habetur in c.pen. de sent.excom.& c.illud de cler. excom.min.contractus inire, testamenta facere,vxorẽ ducere non potest ; & tamen contractus initi,testamenta facta,matrimonia contracta valent , vt magis communiter concludunt DD.in c.veritatis de dol.& contum.& in c.si verè de sent.excom.& vt suis locis probauimus. Vnde alij

contra-

contrariam sententiam amplexati institutionem valere existimatunt. Primò, quia, ex quo patronus quempiam obtulit, vis deinceps dispositionis tota, per quam ius in beneficio quæritur, ab institutore pendet; at institutio ab eo fit, qui non impeditur excommunicatione; ipsa igitur valet: hæc ratio mihi quoq; non probatur; nam, etsi vis institutionis ab institutore pendet, tamen initium sumit à patrono; si episcopus enim eum instituat, quem patronus non obtulit, institutio non valet, vt habetur in c. decernimus. 16. q. 7. ergo institutio non prorsus ab episcopo pendet. Postremò sic argumentantur, dispositio huius beneficij & ad episcopum, & ad patronum spectat, etsi non eodem iure; ex quo igitur patronus impeditur, potestas omnis ad episcopum pertinere debet arg. c. 1. ne sed. vac. lib. 6. hæc ratio etiam ad rem non facit; nam in cit. c. 1. Capitulum, & episcopus ad vnum gerendum concurrebant ad institutionem. s. at hic ad diuersa; ergo ad rem nō facit arg. l. Papinianus exuli. ff. de minor. nec opinio igitur hæc, quæ in cit. decis. 1. sibi placere dixit Compilator, his rationibus nititur. Quare tertia fuit opinio quorundam, quæ & communis est, vt testatur Rebuff. in cit. c. postulastis. nu. 104. qui sic distinguebant. Aut præsentatio à laico fit, & tunc præsentatio, & institutio valet; tum ꝙ excommunicatus extra iudicium, quæ ad suum patrimonium pertinent, administrare potest, sicut etiam contractus inire, & alia, quæ facti sunt, exercere; ergo & præsentare, quoniā de iure sui patrimonij hoc est; tū ꝙ ius, quod habet, minimum est, & gratiose ipsi concessum, ac propterea tota beneficij dispositio ad episcopum pertinet. Hæ rationes non mihi etiam quadrant; non prior, quoniā inire contractus excommunicatus etiam prohibetur, ex quo hominum communione caret ob c. pen. de sent. excom. & c. illud de elet. excom. min. non posterior ob cit c. decernimus. Aut præsentatio à clerico fit, & tunc nec præsentationem, nec institutionem valere inquiunt; nam præsentatio hæc electionis vim habet, vt in c. cùm autem not. Inn. ac DD. de iur. patron. & sequitur Zab. in Clem. 1. oppos. 2. de suppl. negl. prælat. at electio ab excommunicato facta non valet, vt probauimus; ergo nec institutio, vt quæ partim à patrono, partim ab episcopo pendet arg. c. cùm super de elect. & c. ad probandum de re iud. quid igitur concludendum? Ego præmitto primùm excommunicatum patronum offerre quem non posse; nam hominum communione necessariò vtitur, qua caret, vt probatur in cit. c. pen. de sent. excom. cum simil. & ob hanc fortasse rationem iuris patronatus exercitium non consequi patronum, quamuis iuspatronatus consequatur, dixit Io. And. quem refert, ac sequitur Abb. in c. nobis de iur. patron. & Nicol. de Mil. in verb. Excommunicatus potest ius patronatus acquirere. Præmitto etiam, vbi patronus excommunicatus est, sed neq; notorius, neq; denunciatus, præsentationem à quocunq; factam valere ob cit. extrauag. ad euitanda, sicut de electione diximus. His sic præmissis cōmunem opinionem, vti verissimam sequor, præsentationē. s. à laico factam valere, à clerico aūt nullam esse. A laico quidē, quoniā nō ex officio vllo id facit, sed vt quid, quod ad suum patrimoniū pertinet, administrat, quo casu, etsi, propterea quod hominum communione caret, id facere non deberet (omnis enim actus, qui sine alterius communione non fit, excommunicato interdictus est, vt inquit Anch. in c. 1. §. si quis. 2. & Phil. Fran. vers. Item omnes de except. lib. 6.) valet tamen, si fiat, vt de contractibus alijs magis communiter concluditur in c. si verè de sent. excom. & in c. veritatis de dol. & contum. & in eod. c. 1. de except. Accedit, ꝙ laicus quempiam offerendo voluntatem suam exprimit, & quem vult, optat; at expresio voluntatis, nec non optio, vt quid facti, ab excommunicato facta valet, vt dixit Rebuff. in eod. c. postulastis. nu. 89. & nu. 132. A clerico autem, qui non sui patrimonij beneficio, sed ecclesiæ, quam habet, offert, ea oblatio non valet; quoniam id ex officio illo priuato, quia. s. bonorum eius ecclesiæ administrator est, id facit: quo casu, vel occultus excommunicatus quis sit, ab eo acta non valere tradidit Inn. communiter receptus in cap. cùm dilectus de consuet. quamuis contrarium nos supra asseruerimus de occulto ob cit. extrauag. ad euitanda; in hac quæstione igitur sic concludendum censerem, quidquid dixerit Couar. qui nec à laico factam præsentationem valere dixit in c. alma pars. 1. §. 7. nu. 9. vers. Duodecimus de sent. excom. lib. 6. Multò magis autem præsentatio facta ab eo, qui emit villam à patrono excommunicato, valebit; nam hic emptor statim præsentare poterit, vt dixit Specul. in tit. de procur. §. vlt. circa principium, & sequitur Io. And. & Mar. Socin. Sen. in c. sacris. num. 465. qui ipsos refert de
14 sent. excom. At quid de postulatione, ac nominatione? † De postulatione, vbi solemnis est (quæ fit, vbi aditur superior, qui & impedimentum postulati tollere, & postulationem factam confirmare potest) idem sentimus, quod de electione; nam eandem vim habet, quandoquidem admissa nullā electionē aliā requirit, vt dixit Abb. in c. 1. nu. 34. de postul. prælat. vbi & Romanam Cu-
15 riam sic seruare testatur, † Id quod & de solemni nominatione ob eandem rationem dicimus.

De postulatione autem simplici, ab excommunicato si fiat, valere ipsam censeo: est enim quid facti, quandoquidem admissa electione adhuc opus est; quod & de simplici nominatione concludimus: quæ autem solemnis, simplexuè postulatio sit, itemq; nominatio, declarauit Abb. in eod. c. 1. nu. 34. & in c. bonæ memoriæ. nu. 8. de postul. prælat. & in c. quòd sicut. §. super eo. n. 1. de elect. quò ad beneficia igitur ecclesiastica excõmunicatus si quid agit, nullum est. Excipiuntur tamen primò casus antea propositi. Postremò, vbi ea agit, quæ ius non conferunt, & ita facti tantùm sunt: quandoqnidem hæc ab excommunicato acta valent; nã ecce primùm si canonicus excommunicatus exempli graria quem in possessionem beneficij recipiat, cui beneficium canonicatus iam collatum erat, receptio hęc valet; nullnm quippe ius tribuit, vt probatur in c. pro illorum, & ibi not. Inn. & Abb. nu. 16. de præb. & idem Abb. in c. veritatis. nu. 42. vers. Nunc venio ad secundum membrum de dol. & contum. & Bald. in c. Capitulum. nu. 3. vers. Adde etiam de rescript. & Rebuff. in eod. c. postulastis. nu. 130. Item, si excõmunicatus prouisum, electumuè confirmatum, institutum in possessione ponat, positio hæc quoqne valebit, atq; sic dixit Abb. in eod. c. nu. 42. & Rebuff. eod. nu. 131. & Phil. Franc. in eod. c. 1. in verb. Possunt tamen de except. & Marian. Soc. Sen. in c. sacris. num. 41. vers. Quò ad primũm, ibi Sed in hoc, quæ sunt facti, nullum enim ius ex hoc confertur: imò, si hoc ei à superiore pręcipiatur, ad idq; faciundum obligatus sit, quod hominum communione vtitur, non peccabit. Postremò, si excommunicatus beneficium optet secundum formam cap. fin. de consuet. lib. 6. optio firma erit, vt sensit Rot. decis. 8. nu. 4. incip. Nota, ꝙ excõmunicato de sent. excom. in antiquis, & decis. 5. in fin. de concess. pręb. in nou. quamuis Add. ad ipsum contrarium sentiat: quæ mihi nõ probatur; nam optare quidem non potest, propterea qnòd hominum communione caret, at optio facta valet; quandoquidem
16 nil aliud est, quam quædam voluntatis declaratio. † Atqui an executor excommunicatus prouidere de beneficio possit? Rot. decis. 9. de sent. excom. in antiq. posse id existimauit, & sequitur eam Felin. in c. ad probandum in initio, & in fin. de re iud. & Add. ad Abb. in cit. c. pro illorum. num. 16. in litera c. Contrarium tamen sensisse videtur Abb. in c. fraternitatis. nu. 9. vers. Ex hoc deciditur de testib. Quid ergo concludendum? Ego sic distinguendum censerem, aut executor excommunicatus, denunciatus, notoriusuè est, & in hoc casu execntio facta non valebit; nam executor iurisdictionem habet, vt sensit Rot. decis. 4. de concess. præb. in antiquior. & decis. 16. nu. 2. de test in antiquis; at excommunicatus huiusmodi iurisdictionis vsum nõ habet; &, si quid agit, nullum est, vt habetur in c. ad probãdum de re iud. & ibi not. DD. ergo executor nihil agit: aut neque denunciatus, neque notorius est, & tunc executio ab ipso facta valebit arg. cit. c. ad probandum à contrario sensu, & ibi not. DD. & arg. l. Barbarius. ff. de off. pręt. & hac ratione repugnantes sententiæ conciliari inter se possunt; nam prior in hoc posteriori casu, posterior in priori locum sibi vindicabit: & hanc diuisionem sensit Rebuff. in eod. c. postulastis. nu. 130. sed de materia huiusmodi hactenus, ad alia transeamus.

S V M M A.

1 *Iudex laicus excommunicatus iurisdictionis vsu caret.*
2 *Forum laicorum excommunicationem etiam obseruat, & quamobrem.*
3 *Sententia ab excommunicato iudice, qui notorius, denunciatusuè est, lata non valet; sicut nec sequentia tria.*
4 *Decretum, autoritasuè in aliquo actu ab eodem interposita.*
5 *Lex itidem ab ipso promulgata.*
6 *Iudicum datio, ac delegatio.*
7 *Confinia ad ipsa positi reuocatio.*
8 *Iudice, qui ordinariam iurisdictionem dedit, excommunicato; an ordinarius ab ipso datus iurisdictionem exerceat.*
9 *Iudici in quacunque iudicij parte obijci excommunicatio potest.*
10 *Exceptio excommunicationis contra iudicem opposita qua ratione in capitulum redigenda sit.*
11 *Exceptio excommunicationis iudici obiecta, à quo cognoscatur.*

III.

1 § † Laicus iudex itidem excommunicatns, notorius, denunciatusuè iurisdictionis vsu caret;
2 (hoc enim alterum est, quod hic explicandum nobis proposuimus) † nam & in seculari foro excommunicatio vim suam obtinet, vt probatur in c. decernimus, & ibi not. DD. de sent. excom. lib. 6. & vt dixit Mar. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 245. de sent. excom. idq; merito; vitatur enim peccatum, in quod Christi fideles inciderent cum excommunicato versando arg. c. sacris de ijs,

quæ

quæ vi, metusuè; quo casu pontificium ius & in laicorum foro seruatur, vt not. Gemin. in cit. c.
3 decernimus vers. Nota, quòd iura canonica, & Phil. Fran. vers. Tertiò not. † Sententiæ igitur ab huiusmodi excommunicato iudice ferri non debent, & latæ nullæ sunt, vt probatur in c. ad probandum, & ibi not. Gloss. Abb. & Feliu. nu. 5. de re iud. idem inquit Abb. in c. veritatis. nu. 32. & nu. 45. vers. Si verò non erat excommunicatus de dol. & contum. & Add. ad eum in litera E, & in c. sciscitatus. nu. 12. vers. Adde ad prædicta de rescript. & Felin. in c. exceptionem vers. Item in quantum, & in c. fin. num. 7. vers. Not. etiam de except. & Gloss. in c. 1. in verb. Finita de lit. contest. lib. 6. & Gemin. in c. 1. §. siquis. nu. 8. vers. In temporalibus, & §. si verò. nu. 6. vers. Sed quæro indistinctæ, & Anchar. nu. 4. vers. Sed quæro, & Phil. Franc. in prin. vers. Circa tertium de except. lib. 6. & Ias. in l. 1. nu. 24. & Bal. nu. 10. C. de iur. & fact. ignor. & Vant. de nullit. sent. ex defect. iurisdict. nu. 137. & Add. ad Capell. Tholos. decis. 143. etenim, ex quo excommunicatus pu
4 blicus est, iurisdictionis vsu caret, quæ ad sententias ferendas postulatur. † Decreta itidem, autoritasq; alia ab ipso interposita non valent, vt Gemin. inquit in eod. c. pia. §. si quis. nu. 8. vers. In temporalibus, & Anchar. vers. In fin Gloss. de except. lib. 6. & Bald. in l. 1. & ibi quoq; Ias. nu. 25. C. de iur. & fact. ignor. & Add. ad Abb. in cit. c. ad probandum, & Nicol. de Mil. in suo repert. in verb. Excommunicatus potest aliquid speciale agere; ratio quippe eadem & hîc est, quæ & in sententia, ergo eadem iuris dispositio arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. Quarè, vel mixti imperij sint, vt dare veniam ætatis petenti, interponere autoritatem arrogationi, & emancipationibus infantis, & legitimationē per rescriptum, item restitutionem in integrum dare, in possessionem ex secundo decreto mittere, autoritatem in alienationibus, & transactionibus alimentorum ponere, de quibus omnibus egit Bart. in l. imperium. nu. 17. cum seq. & DD. ff. de iurisdict. omn. iud. nihil horum ab excōicato huiusmodi actum valebit; ac propterea, vel voluntariæ iurisdictionis acta sint, ob eandem rationem nihil horum ab excommunicato actum valebit; manumissionibus enim seruorum, liberorumuè arrogationibus autoritatem interponere, sicut & legitimationes concedere voluntariæ iurisdictionis sunt, vt habetur in l. 2. ff. de off. procons. & tradidit Ias. in l. 1. nu. 8. C. de summ. Trin. nulla igitur horum ab excommunicato huiusmodi acta erūt; sicut & sententiæ. Nec repugnat c. excommunicamus. 1. §. credētes de hæret. vbi, si iudex, propterea quod hæreticos fouebat, excommunicatus intra annum non satisfecerit, ab eo sententiæ latæ vt nullam obtineant firmitatem, statuitur. Non itidem c. aduersus de immun. eccl. vbi sententiæ à laicis iudicibus latæ, qui ob onera clericis imposita in excommunicationem inciderant, vt inanes, irritæq; habeantur, decernitur; quasi, ex quo in duobus his casibus sententię ab excommunicato latæ nullæ sunt, aliàs valeant arg. l. nā, ꝙ liquidè. §. fin. ff. de pen. leg. & l. cùm prætor. ff. de iud. & c. non ne de præsumpt. Nō, inquam, ea iura repugnat; nam ea iura locū habent, etiā si notoriè excommunicati non sint: id quod hinc probatur, ꝙ, si aliter sentiremus, ea iura nihil operarentur, cùm alibi ab excommunicato publico acta nulla esse habeamus, vt in c. ad probandū de re iud. à proposita igitur opinione non discedemus. Tertiò, quoniam, quæ iurisdictionis generatim sunt, partim ad merum imperium, partim ad mixtum, partim ad iurisdictionis speciem pertinent, vt Bart. ac DD. tradunt in cit. l. imperiū, & Abb. & Canonistæ in c. quòd sedes de off.
5 ord. omissis multis, quædam tantùm explicemus. † Neque leges igitur, statutaq; à publico excommunicato promulgata valent; sic enim tradidit Bart. in l. omnes populi. q. 7. num. 13. & Ias. nu. 44. ff. de iust. & iur. & Nell. in tract. suo de bannit. in 1. par. secundi temporis, vbi nec post absolutionem ipsa rata haberi, nisi confirmentur iterum, tradidit, & Anch. & Host. quos refert, ac sequitur Mar. Soc. Sen. in c sacris. num. 486. vers. Hic tamen subiungo de sent. excom. etenim ad iurisdictionem hoc etiam pertinet, vt de statuto dixit Bald. in auth quibuscunque. nu. 5. C. de sacrosanct. eccl. & vt nos probauimus in Tab. 1. c. 10. §. 1. Excipitur tamen, vbi neque notorius,
6 neq; denunciatus est, vt dixit Soc. eod. & facit c. ad probandum de iud. & extrauag. ad euitanda; nam statuta ab hoc lata valebunt. † Iudices itidem ab eodem dati ob propositam rationem iurisdictionem non consequuntur; nam & iudicis datio iurisdictionis est, vt habetur in cit. l. imperium, & notauit Abb. in c. licet. nu. 4. de off. deleg. excommunicatus ergo publicus nec iudicem dare, iurisdictionemuè delegare potest, atq; sic dixit Phil. Franc. in c. 1. de off. vic. lib. 6. in fin. & Anton. in c. Romana. nu. 8. eodem, & Franc. de Aret. in c. si quis contra clericum. nu. 18. de for. compet. atque sic dixit Nicol. de Mil. in repert. in verb. Excommunicatus non potest iurisdictionem delegare, & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. num. 277. vbi ait vicarij constitutionem ab excommunicato factam non valere, nec delegationem. nu. 280. vers. De quo dicto multum dubito. Verùm quid interim fiet, si iudice opus sit? vel superior adibitur, vel, ut absoluatur, qui iu-

dicis dandi potestatem habet, expectabitur arg.c.1.de suppl.negl.prælat.lib.6.iunct. c.si is, cui
7 de off.deleg.eod.lib. † Non deniq; eum reuocare potest, quem ad confinia posuit, quousque ipsum reuocaret; sic enim asseruit Alex.in l.continuus.§.si ita stipulatus.num.13.& Ias.ac DD. communiter ibi contra Bart.ff.de verb.oblig.nihil igitur horum, quæ iuridictionis sunt, ab excommunicato actum valet. Excipitur tamen casus, qui habetur in c.præsidentes de hæret.lib. 6.quem not.Gloss.ibi,& in c.1.in fin.de off.vic.eod.lib.id quod hæresis odio fit, vt ibi habetur.
8 † Quid verò, si is, qui ordinariam iurisdictionem contulit, in excommunicationem incidat, an iudex ordinarius iurisdictionis functiones exercere poterit? exempli gratia Dux, qui ante excommunicationem iudices ordinarios plures constituerat, modò in excommunicationem incidit, an iudices igitur iam ab ipso dati suum munus obibunt? planè, quòd hi iurisdictionem ordinariam habent, ac propterea in ipsis iudicibus iurisdictio nititur arg.l.& quia.ff.de iurisdict.omn. iud.ob eam rē magistratus gerere poterunt,& ab ipsis acta valebunt; nam nec, si mortuus esset ipse dux, iurisdictio ipsorum impediretur, vt probatur in c.2.de off.leg.lib.6.& l.& quia à contrario sensu,& ibi Castr.Alex.& Ias.num.18. Excipitur tamen episcopi vicarius; nam, sicut mortuo episcopo vicarij iurisdictio extinguitur, & ad Capitulum transfertur, vt habetur in c.vn.de maior.& obed.lib.6.& c.3.de suppl.negl.eod.lib.& vt asseruit Ias.in l.more.nu.18.ff. de iurisd. omn. iudi.ita, si episcopus publicè excōmunicatus sit, eius vicarij iurisdictio interim pendebit, vt tradidit Gloss.in c.1.& eam sequuntur communiter DD.de off.vic.lib.6. & Mar.Soc.Sen.in eod.c.sacris. num.277.etenim vicarij iurisdictio, vt accessoria ad iurisdictionem episcopi est, & eadem cum iurisdictione episcopi,& vt dixit Ias.eod.nu.18.& arg.c.2.de consuet.lib.6. ac propterea episcopi iurisdictione sublata, impeditauè,& vicarij iurisdictionem tolli, impediriuè cō-
9 cludendum est arg.c.accessorium de reg.iur.lib.6. † Atqui an exceptio hæc iudici in quacunq; iudicij parte obijci potest? planè id posse concludendum est; nam communiter receptum hoc esse testatur Feliu.in c.sciscitatus.nu.11.de rescript.vers.Limitatur primò: quod & ratione non caret; quādoquidem ob eam rem id fit, vt peccatum euitetur, quod excōmunicati communione vrendo quis committeret arg.c.exceptionem de except in antiq.& c.1.eod.lib.6.& Clem.1.
10 eod. † Item, quòd tunc iudicis ante acta nulla sunt, vbi publicè iudex excommunicatus probabatur, ob eam rem, dum Capitulum conformatur, qualitas illa Publicè inseri debet, vt tradidit
11 Abb.in c.fraternitati.nu.9.de testib.& Felin.in eod.c.ad probandum in prin. † Apud quem deniq; exceptionis huius cognitio fiat, declarauit Gemin.in c.1.§.si quis.n.3.vers. Sed si,& Phil. Franc.eod.vers. Quid autem si excipiatur de except.lib.6. sed de iurisdictione fori exterioris, tam ecclesiastici, quàm secularis hactenus, de iurisdictione pœnitentiæ fori iam agamus.

SVMMA.

1 *Pœnitentiæ in foro excommunicatus iurisdictionis vsu caret.*
2 *Sacramentum pœnitentiæ administrans iurisdictionem fori pœnitentiæ habere debet.*
3 *Parochus excommunicatus publicè suas functiones alteri mandare non potest.*
4 *Religiosi contra Clem.1.de priuil. faciunt, qui sacramenta ibi probibita administrant, licentia ab excommunicato parocho habita.*
5 *Ordines conferens alterius parochiano licentia tributa ab eius ordinario, qui publicè excommunicatus est, offendit c.cùm nullus de tempor.ordin.lib.6.& incidit in pœnam c.eos eod.*

IIII.

1 § † In pœnitentiæ foro iurisdictionis vsu excommunicatus etiam caret; id quod hinc proba-
2 batur, † quoniam ad sacramentum pœnitētiæ administrandum iurisdictio postulatur arg. c.omnis de pœnit.& ibi Abb.not.& in c.quod autem.num.2.& Zab.in Clem.vn.num.12. vers. Duodecimò quæro in fin.de off.vic.& Syl.in verb.Confessor.1.nu.1.& 2.ergo parochus excommunicatus parochiæ munera obire non poterit, ex quo iurisdictionis vsu caret arg.c.ad probandum de re iud.iurisdictionem autem fori pœnitentiæ hic accipimus, pro eo iure, quod parochus
3 quisque habet in sua parochia administranda: † ac propterea, sicut functiones iuris eius obire ipse non potest, ita nec alteri, vt ipsas obeat, mandare valet; quandoquidem & delegatio huiusmodi iurisdictionis est, vt probatur in l.imperium.ff.de iurisdict.omn.iud. quare, qui sacramentum pœnitentiæ ab huiusmodi parocho, vel excommunicationis inscius susceperit, absolutionem vi sacramenti non consequetur. An autem & alia sacramenta ab ipso recepta nulla sint,
4 id egimus cap.11.§.22.in 1.Tab. † Item religiosi, qui aut clericis, aut laicis vel sacramentum vnctionis extremæ, vel eucharistiæ administrant, vel, dum matrimonium fit, benedictionem tribunt,

buunt, in excommunicationem eam incident, quæ habetur in Clem. 1. de priuil. si à parocho sic affecto licentiam consecuti proposita sacramenta administrauerint; nam proprij parochi licentia postulatur, cuius dandæ excommunicatus parochus facultatem non habet, & data nulla est arg. l. quoties. ff. qui satisdare cog. Excipitur tamen, vbi religiosus non impudentia, sed simplicitate ductus sacramenta huiusmodi administrauit; nam, quòd dolo caret, qui, requiritur, vt in pœnam quis incidat cit. Clemen. 1. ob verbum illud Præsumpserint, eam pœnam euadet, vt sensit Zab. ibi, q. 39. num. 22. & sequitur Nauar. in Man. cap. 27. num. 102. vers. Tertia. † Qui ordines etiàm alterius viris confert, vbi ab ordinario publicè excõmunicato dimissorias literas ordinandi habent, cùm id sciret, pœnam non effugit ipsius c. eos de temp. ord. lib. 6. quandoquidem sine licentia ordines confert, quæ requiritur, vt dicitur in c. cùm nullus de temp. ord. eod. lib. nam dimissoriæ literæ ab hoc tributæ nullæ sunt; neque igitur parochus publicè excommunicatus, nec ab eo delegatus parochiæ munera obire possunt. Quid iuris tamen sit, si ea obierint, declarauimus in cit. cap. 12. §. 22. Excipitur tamen, vbi publicè excommunicatus non est; nam tunc & abipso acta, & ab eius delegato valebunt ob extrauag. ad euitanda, & arg. cit. c. ad probandum de re iud. atque idcirco sacramentum pœnitentię ab ipso administratum valebit, vt asseruit Viuius in com. opinionibus opin. 266. nu. 3. & Bartholomæus à Medina in sua Institutione Confessar. cap. 11. §. 3. vers. Octauò. ac de iurisdictione fori pœnitentiæ hactenus.

(5 is printed in the margin beside the line "sit Zab. ibi…")

SVMMA.

1 *Iudex delegatus publicè excommunicatus sententiam ferens, aliudue iurisdictionis agens nihil facit.*

2 *Delegatus eo, à quo delegatus est, excommunicato, an delegatam iurisdictionem exercere possit; & quid de subdelegato, subdelegante itidem excommunicato.*

V.

§. Quoniam, quæ diximus, in ordinarijs iudicibus locum habent; ob eam rem de delegato excommunicato iam agamus. † Sententia igitur ab excommunicato iudice delegato lata nulla est, si excommunicatus publicè sit, id est aut notorius, aut denunciatus, vt habetur in c. ad probandum, & ibi DD. not. de re iud. etenim delegatus sic affectus iurisdictionis vsu caret, ac propterea, si quid agatur ab eo, vt à non iudice actum, non valet arg. tot. tit. C. si à non compet. iud. non est igitur, quod hac de re dubitemus. † Verùm quid si is, qui delegauit, in excommunicationem incidat, an delegatus ab eo iurisdictionem exercebit? Gloss. in cap. licet in verb. Re integra de off. deleg. vbi quæstio hæc disputatur, & in c. 1. in verb. Ipsius de off. vic. lib. 6. non impediri delegati iurisdictionem existimauit, eandem opinionem sequitur Innoc. & Io. And. quos refert Abb. in cit. c. licet. Host. autem sic distinguebat, aut delegatus totam causam subdelegauit, & tunc veram opinionem Gloss. dixit, aut ex parte, & in hoc casu contrarium sensit; nam tũc iurisdictionem subdelegati suspendi ob has rationes censuit, & quòd is admittendus non videtur, cuius autor repellitur arg. c. licet ex quadam de testib. & quòd de eiusdem sententia idem forum & subdeleganris, & subdelegati quasi est. Cuius sententiam his rationibus non probari, ac rectè respondetur: non priori ratione, quoniam is, cui ex parte causa subdelegata est, subdelegato deinceps excommunicato, cognoscere tamen causam potest arg. c. si is, cui de off. deleg. lib. 6. nam, si appellari contingat, primum delegantem adeundum esse Rom. Pont. ibi ait; ergo & ex parte causam delegatam subdelegatus cognoscit, excõmunicato subdelegante, quod nollebat Host. neq; enim appellaretur sententia non lata, neque sententia ferretur, causa non cognita: non posteriori ratione itidem eius opinio probatur; quoniam, si idem forum, & subdelegantis, & subdelegati esset, nunquam à subdelegato subdelegans appellaretur arg. c. 2. de consuetud. lib. 6. cuius tamen contrarium probatur; postremò, si hoc daretur, subdelegantis morte subdelegati iurisdictio & re nõ integra interiret, sicut episcopi vicario cõtingit contra c. licet de off. deleg. & l. & quia. ff. de iurisdict. omn. iud. Quare Abb. diuisione hac alia vrebatur; dicebat enim ipse, aut res integra non est, & tunc delegati iurisdictio non impeditur arg. c. quamuis de off. deleg. lib. 6. aut res integra est, & tunc secus. Ego autem, quò rem hanc dilucidius explicem, quatuor conclusionibus materiam hanc concludo. Quarum prima hæc est. Delegati, subdelegatiq; iurisdictio non tollitur delegante excommunicato, vel ordinarius, vel delegatus sit; sic. n. sensit Gloss. in c. 1. in verb. Ipsius, ibi quæri solet de off. vic. lib. 6. & DD. quos refert Abb. in cit. c. licet. nu. 8. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 280. vers. Ego verò, ibi Et propter hoc suspenditur

eius potestas, licet in veritate non expiret; non enim excommunicatio ius adimit, quod quis habet, sed, ne ipso vtatur, impedit arg. c. 1. de except. lib. 6. & vt diximus in hac Tab. cap. 5. nu. 2. Altera cōclusio verò hæc, Vbi delegatio facta ab ordinario est, qui deinceps in excommunicationem incidit, si quid delegatus egerit, quàobrem res integra esse desierit, delegantis excommunicatione non impeditur, quò minùs causam prosequatur; nam nec eiusdem morte hic impediretur, vt habetur in cit. c. licet, & in l. & quia. ff. de iurisdict. omn. iud. Nec repugnat c. 1. de off. vic. lib. 6. vbi vicario episcopi excōmunicato acta ab eius delegato non valere dicitur; quandoquidè ibi vicarius delegauit, quando excōmunicatus erat; quo casu delegatio non valuit arg. c. ad probandum de re iud. atque sic Gloss. ibi probauit in verb. Recipiunt; hic verò ante excommunicationem delegatio facta valuit: delegatus ab ordinario igitur, si re non integra delegans in excommunicationem incidat, prosequi causam poterit, secus autem re integra, atq; sic dixit Abb. Quod de delegato autem conclusimus, & de subdelegato idem dicimus, quæ tertia conclusio erit; nam, si subdelegatione facta, & re non integra subdelegans in excommunicationem incidat, subdelegati cognitio non impedietur arg. c. si is, cui de off. deleg. lib. 6. iunct. c. licet eod. in antiq. nam in c. si is, cui, si delegatus à Rom. Pont. post subdelegationem ab ipso factam in excommunicationem incidat, à subdelegato, ne lis differatur, apostolicam sedem appellandum esse ibi dicitur; ergo subdelegante excommunicato subdelegatus causam cognoscere potest, alioquin appellatione opus non esset, si causa non cognosceretur; in eo autem c. licet, si subdelegatus viuo subdelegante iurisdictione vti cęperit, subdelegato deinceps etiam mortuo subdelegatum cognoscere causam posse dicitur; ergo idem in casu nostro asserendum est, atq; sic senserunt Host. & Io. And. in c. 1. de off. vic. lib. 6. quos refert, ac sequitur Soc. in eod. c. factis. num. 280. vers. Aut excommunicatio superuenit. Postrema cōclusio hæc erit, Vbi res integra est, quia scilicet subdelegatus iurisdictione vti non cępit, excommunicato subdelegante, cognoscere causam ipse non potest arg. cit. l. & quia, & eod. cap. licet, & cap. quàmuis eod. lib. 6. antequam enim subrogatus iurisdictione vtatur, iurisdictio in ipsum efficaciter non transiuit, vt dicitur in cit. c. quamuis; dum autem delegans excommunicatus est, transire non potest, nisi tota causa delegata sit, vt Host. asseruit. Contrariam opin. tamen communiter receptam testatur Soc. eod. num. 282. vers. Alij communiter; nam, licet iurisdictio subdelegati quò ad habitum dependeat à subdelegante, tamen secus quò ad exercitium; illud enim personam respicit ipsius exercentis, ac propterea per excommunicationem, quæ personæ inhæret, non impeditur: quæ tamen ratio mihi non satisfacit. Excipitur tamen, vbi delegans publicè excommunicatus non est; nam tunc delegatus, & re non integra iurisdictionis delegatæ munera legitimè obit arg. cit. cap. ad probandum de re iud. etenim & ab ipso delegante acta valent arg. cit. c. ad probandum à contrario sensu; sed de arbitro, arbitratoreq; iam agamus.

SVMMA.

1 *Arbiter, arbitratorq; excommunicati potestatis ipsis traditæ vsu carent.*
2 *Laudum ab arbitro publicè excommunicato latum nullum est.*
3 *Arbitramentum, seu sententia ab arbitratore lata, vbi publicè excōmunicatus est, valet.*

VI.

1 § † Arbiter, arbitratorq; excōmnnicati potestatis ipsis traditæ vsu itidem carent; nam, dum suum munus obeunt, hominum communione vtantur, necesse est; at omnis actus excōmunicato prohibitus est, vbi hominū cōmunione vti habet arg. c. illud de cler. excom. min. & vt tradidit Abb. quem refert, ac sequitur Anchar. in c. 1. §. si quis. 2. vers. Ponit tamen hic Abb. & Gemin. num. 8. eod. vers. de except. lib. 6. ergo arbiter, atque arbitrator potestatis ipsis traditæ
2 vsum non habent. Atqui, an ab eis acta valebunt? † De arbitro communiter concluditur laudum, idest sententiam ab ipso latam, vbi publicè irretitus excommunicatione tenetur, non valere; nam sic Speculator asseruit, quem refert, ac sequitur Abb. in c. ad probandum. nu. 2. de re iud. & Phil. Franc. in c. 1. in prin. vers. Circa tertium, & ibi quoq; Gemin. & communiter DD. de except. lib. 6. & idem Gemin. in c. decernimus. nu. 7. vers. Ad id, quod est dictum de sent. excom. eod. lib. & Alex. in l. si quis arbitratu. nu. 22. vers. Ergo non obstant. ff. de verb. oblig. & Add. ad Capel. Tholo. decis. 145. & Marian. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 453. vers. Pro cuius materiæ de sent. excom. vbi de communi DD. sententia testatur: sic quoq; ratione id probatur; nam arbitria ad iudiciorum normam redacta sunt, vt dicitur in l. 1. ff. de arb. at ab excommunicatis iudicibus publicè

publicè sententiæ latæ non valent, vt probanimus arg. cit. c. ad probandum de re iud. ergo nec ab arbitris arbitria lata, vbi publicè constricti excommunicatione tenentur, valebunt: de arbitro igitur quid sentiendū sit, non dubitatur; nam, & cōmuniter concluditur arbitrum eum esse non posse, vt testatur Marian. Socin. eod. nam nec iudex. † At de arbitratore variæ DD. sententiæ extiterunt, Io. And. & Imol. quos refert Alex. in cit. l. si quis arbitratu. n. 22. vbi quæstionem hanc disputauit, excōmunicatum nec arbitratorē esse posse concluserunt; eandē opinionem sequitur Abb. in c. Quintaualis. nu. 27. de iureiur. vbi & Specul. & Host. idem sensisse affirmauit, & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 454. vers. Secundò quæro de sent. excom. Probatur autem horum sententia, primò hac ratione, quoniam procurator, qui & infamis ad iudicium admittitur, vt dixit Imperat. in §. fin. in Instit. de except. excommunicatus tamen in iudicio pro alio non auditur secundum c. post cessionem de procur. ergo multò minùs arbitrator audietur, qui & in facto alieno, & vt vir bonus arbitrari debet; etenim nec vir bonus hic dici potest, cùm, ex quo in excommunicatione permanet, hæresis nomine suspectus sit arg. c. fin. de pœn. Hęc ratio mihi nequaquam probatur: nam primò, quatenus dicitur hæresis nomine suspectum ipsum esse, locum illud habet, vbi diutiùs in excommunicatione permansit, vt habetur in cit. c. fin. de pœn. excommunicatus enim ille, cuius mentio ibi fit, per duos annos, & plus eo in excommunicatione perseuerauit; ergo aliàs secus arg. c. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. non igitur illud obstat. non itidem quicquam facit, quod dicitur arbitratorem vt virum bonū arbitrari debere, excommunicatum verò virum bonum non esse; nam non necessariò postulatur, vt respectu habito ad se ipsum bonus vir sit (mali. n. iudices, quos potissimùm viros bonos esse decet, iudicare non possent, quod falsum est) sed respectu habito ad iudicandū sñam ferre debet, cuiusmodi vir bonus ferret, vel ipse vir bonus aliàs non sit: etenim Glo. inquit in l. 3. ff. de arb. arbitratorē eligi, vt bonū virum simpliciter, id est vt dicat id, quod quilibet bonus vir diceret, atq; ob eā rem, vt iudex arg. l. continuus. ff. de verb. oblig. nam, & vir iniustus iusta tamen in aliquo casu agere potest non ex iustitia, vt qui iustitiæ habitum non habeat, sed talia tamen, qualia is agit, qui iustitiæ habitum habet: non enim insta agere, & ex iustitia agere idem sunt, vt docuit Phil. cap. 4. lib. 2. moral. non denique illud officit, quod de procuratore obijcitur; nam procurator in iudicio esse debet, à quo excommunicatus excluditur arg. cap. solet de sent. excom. lib. 6. & c. 1. de except. eod. lib. at nos extra iudicium sumus, vnde vt à diuersis argumentum sumptum non valet arg. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Secundo loco Ioā. And. sic argumentatur, verba illa Arbitratu Titij exempli gratia, & cæt. qua verborum forma arbitrator quis constituitur, in seruum non cadunt, vt habetur in l. illa verba. ff. de verb. oblig. ergo neque in excommunicatum; nam ipse grauiori seruitute peccati, s. premitur, quandoquidem nemo nisi pro mortiferi peccati culpa excommunicatur arg. c. nemo episcoporum cum duobus seq. 11. q. 3. hæc ratio itidem firma mihi esse non videtur; nam nec aliàs peccatores iudices esse possent, cuius contrarium de Saule, & de Dauide post peccatum legimus: idq; meritò, etenim quamdiù ab ecclesia tollerantur, iudices esse non definunt arg. cap. fi. de cohab. cler. & mul. & c. ad probandum de re iud. à contrario sensu, & c. fi. de cler. excom. min. Tertiò Hostien. & Specul. hac ratione vtuntur, arbitramentum se habet, sicut contractus; ergo excommunicatus, sicut inire contractus non potest, ita nec arbitrator esse, nec arbitrium ferre poterit: hæc ratio etiam nulla est, quoniam, etsi excommunicatus inire contractus non debet, initi tamen valent, vt cōmuniter receptum id esse suo loco probabimus. Postremò pro hac sententia allegatur cit. c. ad probandū, ad quod facilè respondetur; nam ibi in iudicijs, hic extra iudicium sumus. Quare, cùm nulla probabili ratione horum sententia nitatur, contrariam, vt. s. excommunicatus arbitrator esse possit, amplexatus est Bar. in l. Pedius. ff. de arb. & in l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. & in l. illa verba. ff. de verb. oblig. & Alex. in l. si quis arbitratu. nu. 22. vbi & quosdam alios idem sentientes refert. ff. de verb. oblig. & Phil. Franc. in c. 1. vers. Circa tertium de except. lib. 6. & in c. dolo de reg. iur. eod. lib. & Add. ad Capell. Tholos. decis. 143. & Viuius, qui de communi sententia testatur in Syl. comm. opin. opin. 264. Probatur autem hac potissimum ratione; quoniam arbitramentum contractus quidam transactionis est, vt probatur §. 1. & ibi Gloss. in verb. Conuentum authen. vt differ. iud. & Abb. in c. Quintaualis. nu. 8. de iureiur. & citati autores eisdem in locis, ergo excommunicatus arbitrator esse potest; nam contractus ab excommunicato initi valent, vt magis communiter concluditur, de qua magis communi opinione testatur Alex. eod. num. 22. Confirmatur opinio hæc, quoniam contractus quid facti sunt; at ea, quæ sunt facti, ab excommunicatis acta valent, vt asseruit Abb. in c. veritatis. num. 42. de dol. & contum. ergo & arbitrator suum arbitrium validum

dum feret; arbitratorem enim facti cuiusdam potestatem habere ex eo constat, quod ius seruare non cogitur, sed suo arbitratu, quod ipsi videtur, declarare debet arg. §. pretium autem in instit. de empt. & vend. Accedit deniq; arbitramentum à consensu partium vim accipere, vt asseruit cit. Add. ad Capel. Tholos. excommunicatus igitur, vel publicus sit, arbitrator esse potest, & arbitramentum ab ipso latum valet ob ea, quæ proximè tradidimus. Excipitur tamen primò de sententia Raphael. quem refert, ac sequitur Alex. in cit. l. si quis arbitratu. nu. 22. vers. Limita prædictam conclusionem, vbi arbitrator, postquam creatus est, in excommunicationem incidit; nam tunc arbitramentū ab ipso ferri non poterit, sicut solutio fieri ei non debet, qui statum conditionem mutauit, vt dicitur in l. cùm quis. ff. de solut. Atqui contrarium in hoc ego sentio; nam, ex quo, qui eum arbitratorem fecerunt, reuocareq; ipsum possunt, non reuocant, perseuerare in priori voluntate videntur arg. l. sepe. ff. de re iud. non enim volūtas mutata esse existimatur, nisi probetur arg. l. eum, qui. ff. de probat. nec repugnat cit. l. cùm quis; nā ibi is, cui solutio erat facienda, capitis diminutionem passus erat, cuius contrarium hic est; quandoquidem excommunicatus nullam capitis diminutionem patitur: non enim libertatem, non ciuitatem, nō familiam deniq; ipse amittit, quæ capitis diminutione nobis auferūtur, vt habetur in Instit. de cap. dimin. nisi ergo expressè reuocetur, arbitrator esse non desinit, & ab ipso actū valebit. Postremò excipit Angel. vbi arbitramentum ex statuti forma, vt sententia, exceptionem paratam habet; nam in hoc casu arbitramentum ab ipso latum nō valere existimauit ob c. ad probandum de re iud. hæc itidem exceptio mihi non probatur; quandoquidem statutum illud non formam vllam tribuit, qua arbitrator hic quasi iudex esse videatur, sed post arbitramentum latum, atque idcirco postquam arbitrator officio suo functus est, operatur: quo casu, dum fertur, naturam contractus retinebit; latum verò, quod statutum cauit, executionem habebit; sic namq; donatio causa mortis, dum fit, contractuum naturam, deinceps verò vltimarum voluntatum sequitur, vt asseruit Bald. quem totum mundum sequi restatur Ias. in l. sciendum. nu. 11. ff. de leg. 3. & Michael Crass. in tract. recept. sent. in §. donatio causa mortis. q. 2. ab exceptione igitur hac discedemus; esto enim executio impediatur, non tamen consequitur arbitramentum nullum esse arg. c. 1. §. sed si post rem iudicatam de except. lib. 6. sed de arbitratore iam satis; quid verò de actis à publico scriba, qui vulgò tabellio, notariusq; dicitur? in proximo. §. id explicabimus.

S V M M A.

1 *Publicus scriba, id est tabellio, seu notarius excommunicatus sui muneris vsu caret.*

2 *Publicus scriba neque instrumenta conficere, neque iudiciorum acta conscribere potest, vbi excommunicatus est.*

3 *Instrumenta ab excommunicato tabellione confecta, nec non acta iudiciorum ab eodem conscripta an valeant.*

VII.

1 § † Publicus scriba, id est tabellio, seu notarius (sic enim vulgò nominatur) vbi excommunicatus est, sui muneris vsu etiam caret; nam eo vti non potest, nisi hominum communione vtatur; at eo casu omnis actus excommunicato prohibitus est arg. c. illud de cler. excom. min. & vt pro regula id nobis tradidit Abb. quem refert, ac sequitur Gemin. in c. 1. §. si quis. 2. num. 8. vers. Ponit tamen hic Abb. & Anchar. eod. §. & vers. de except. lib. 6. † quare ob hanc rem neq;
2 instrumenta conficere, neq; in indicijs causarum acta conscribere, publicus scriba excommunicatus poterit; etenim excommunicatus in iudicio interesse non potest, vt habetur in c. intelleximus de iud. & vt speciatim de tabellione not. ibi Abb. num. 2. & Franc. de Aret. num. 5. & Dec. nu. 4. & idem Dec. in c. 1. nu. 28. de fid. instrument. & Nicol. de Milis in repert. in verb. Excommunicatus non potest in iudicio esse, & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. num. 487. de sent. excom.
3 vbi ait excōmunicationē impedire, ne acta scribat, ad quæ scribenda destinatus erat. † Atqui, an, si nihilominus ab excōmunicato tabellione instrumenta conficiantur, causarumq; acta in iudicijs conscribantur, an, inquā, valebunt? hanc quęstionē disputauit Gloss. in c. decernimus de sent. excom. lib. 6. in eaq; tres DD. sententiæ extiterunt; non nulli enim existimarunt instrumenta confecta ab excommunicato tabellione valere. Probatur autem horum opinio potissimum per c. excommunicamus. 1. §. credentes de hæret. vbi, si excommunicati, propterea quod hæreticos ratione quapiam fouerunt, intra annum non satisfecerint, ne instrumenta ab ipsis conscripta valeant, decernitur; ergo, inquiunt hi, casu hoc excepto instrumenta à notario excommunicato confecta valent; exceptio enim contrariam regulam esse indicat arg. l. nam, quod liquidè. ff. de

ff.de pœn.leg.& l.cùm prætor.ff.de iud. & c.non ne de præsumpt. Præterea post annum, si non satisfecerint,ne instrumenta eorum valeant, statuitur; ergo à contrario sensu argumento sumpto,quod validissimum est,vt habetur in l.1.& ibi not.DD.ff.de off.eius,intra anuũ instrumenta,quæ confecerint, valebunt, atque idcirco excommunicatus valida instrumenta conficit; his igitur rationibus suam opinionem probare nitebantur eo.§.credentes. Atqui horum opinio iure hoc meâ sententia non probatur, non enim ibi de publico excommunicato agitur, quod ad hanc sñiam probandã requirebatur,sed de occulto:quasi legislator dicat,etsi aliàs acta ab occulto exeõicato vi publici officij valent arg. cap. ad probandum de re iud. & l.Barbarius.ff. de off. prætor. hæresis tamen odio decernimus, vt, si intra annum hi non satisfecerint, instrumenta deinceps ab ipsis conscripta nulla sint: namq; & è contrario, quamuis ab excommunicato publico iudice acta nulla sint, vt habetur in cit.c.ad probandum,ob hæresis causam tamen sic excommunicatus iudex ab inquisitoribus aditus si quid agat,illud valet,vt habetur in c.præsidentes de heret.lib.6.& vt not.Gloss.ibi,& in c.1.in fin.de off.vic.eod.lib.Et interpretationem hãc veram esse, ibi.s.de excommunicato non publico agi ex eo conuincitur, quòd,si de publico excommunicato ibi ageretur. Aut inutilis ea constitutio redderetur,ex quo in cit.c. ad probãdum satis iam constabat acta vi officij publici autoritate, atq; vtilitate(cuiusmodi tabellionatus officium est)à publico excommunicato non valere, quod absurdum est arg.l.quòd Labeo.ff.de ear bon. edic.& c.erit autem lex.dist.4.Aut per subauditos, ac tacitos intellectus, atq; interpretationes corrigeretur idem c. ad probandum; nam ibi habetur acta ab excommunicato publico vi officij publici non valere,in eo autem §.credentes, in hæresis causa contrarium statutum videretur:ex quo enim post annum,si non satisfiat,vt ibi dicitur, acta nulla sunt, ante annum acta valent argumento sumpto à contrario,vt dicebamus;quã tacita sententia, & subaudito intellectu ex parte correctum esset in eo.f.casu cit.c.ad probandum de re iud. quod itidem absurdum est,non enim per subauditos, tacitosq; intellectus corrigendæ leges sunt, vt dixit Gloss.not.in c.cupientes.§.quod si per viginti de elect.lib.6.& eo magis absurdum hoc esset, ꝙ Rom. Pont. augere eorum excõmunicatorũ pœnam voluit, hac autem interpretatione ea potius diminueretur,aliàs enim publici excommunicati acta nulla sunt,horum verò nisi post annum,quod etiã dicendum non est;inducta enim ad augendum diminutionem operari nõn debent arg. l.si mancipia in prin.ff.de fund.instruct.& vt not.Ias.in l.legara inutiliter.nn.8.ff.de leg.1.& eo magis in hoc casu, ex quo ob hæresim excommunicati sunt, quæ omnium criminum grauissima est; hac igitur ratione manifestò apparet eo iure horum sententiam non probari, & argumentationes inde sumptas nullas esse. Quare alij contrariam sententiã amplexati sunt, vt.s.instrumenta ab excommunicato tabellione confecta non valeãt,& hoc ob c.nullus.3.q.4. Nullus anathematizatorum,dicitur enim ibi,suscipiatur, nec à quoquam credantur, quæ ab eis dicuntur, vel conscribuntur.Hæc ibi;si ipsorum scriptis ergo fides haberi non debet,cur ea conficiant,causa nulla est.Horum sententia itidem simpliciter vera non est, nec eo iure probatur;nam ibi de excommunicato publico agitur,non de occulto,qđ postulabatur:id quod ex eo apparet,quoniam non dicitur. Nullus excommunicatorum, sed Nullus anathematizatorum, id quod mea sententia idcirco factum est,quò ostenderetur ius illud locum habere in eo,qui solemniter excommunicatur; anathema enim multis adhibitis cerimonijs fertur, multisq; præsentibus celebratur, vt habetur in c.debent. 11.q.3. ac deinceps per parochias statim denunciatur, vt ibidem dicitur, ac propterea vix fieri potest, vt hic publicus excommunicatus nou dicatur, ac sit, quo casu quis dubitet huius scripta nulla esse? ob cit.c.ad probandum. Accedit,quòd si de excommunicato publico ibi non agatur,de occulto agi dicendum est;at ab occulto excommunicato vi publici officij acta valent,vt DD.communiter not.in cit.c.ad probandum à contrario sensu; ergo,ne illud ius correctum dicamus,cap.illud de publico excommunicato agere asserendum est, & eo magis hodie ob extrauag. ad euitanda,cuius beneficio eum excommunicato occulto esse possumus,& ab eo etiam sacramenta suscipere: quæ omnia prohibita nobis essent per cit. c.nullus,si de occulto excommunicato ibi ageretur,quod absurdũ etiam est; posteriores enim leges prioribus derogant arg.l.non est nouum cum duabus seq.ff.de legib. neque igitur horum sententia amplexanda est. Postrema fuit quorundam sententia,quos refert eadem Gloss.in cit.c.decernimus,qui inter publicum,occultumq; excommunicatum distinguebant;priori enim casu ab hoc acta nulla esse,posteriori valere asseruerunt. Quid igitur concludendum? antequam quæstionem hanc dissoluam. Præmitto primùm tabellionis officium & vtilitate, & autoritate publicum esse, vt dixit Abb.in c.sicut te.nu.14.ne cler.vel mon.& Ias.in l.prætor ait. nu.2.cum seq. & num.6.

Mm s.de

ff.de edendo,& sensit quoq; Felin.in c.intelleximus in prin.de iud.& Nicol.de Mil.in suo reper. in verb. Excommunicatus publicè non potest instrumenta ; imò iurisdictionem voluntariam ipsum habere,vt tradidit Specul.quem refert Abb.in eod.c.sicut te.nu.21. & Bart. in l.3,nu.7. & num.10.C.vbi,& apud quem.Præmitto etiam in ijs muneribus, quæ publica autoritate, atq; vtilitate sunt,vbi quidpiam ab occulto excommunicato agitur,ob publicam vtilitatem valere, vt probatur in l.Barbarius,& ibi DD.communiter.ff.de off.prætor. vbi autem à publico, nullū esse,ne nimis censura ecclesiastica contemnatur,& hoc ob cit.c.ad probandū,& ibi quoq; DD. omnes not.de re iud.His præmissis, postremam sententiam, quæ verissima, communiterq; recepta est,vt testatur Mar.Soc.Sen. in c.sacris.nu.411. de sent.excom. vbi quæstionem hanc disputauit,amplector,vt.s.instrumenta,actaq; à tabellione excommunicato publico nulla sint,ab occulto autem valeant;quam & secutus videtur Nicol.de Mil.eod.vers.Et sequitur eā Soc.eod. & sic ego eam probo.Instrumenta à tabellione confecta,iudiciorum itidem acta ab eodem conscripta eius acta,atq; instrumenta sunt,qui officium autoritate,vtilitateq; publicum habet, imò & iurisdictionem,vt premisimus;at acta huiusmodi,si ab eo fiant, qui occultè excommunicatus est,valent ob publicam vtilitatem, ab excommunicato autem publicè, nulla sunt, vt id etiam præmissimus; ergo instrumenta à tabellione confecta, iudiciorumq; acta ab eodem conscripta ab excommunicato occulto profecta valent, à publico nulla sunt, atque sic DD.citati à Gloss. in eod. c. decernimus, asseruerunt,& tradidit Abb.in c.veritatis.nu.33.de dol. & cont.& Anch. in c.1.§.si quis.2.vers.In temporalibus,& Gemin.num.8.eod.vers.Et Phil.Franc.eod.in princ. vers.Circa tertium de except.lib.6.& Card.in Clem.vn.vers. Nonò quæro eod.& in repet.cap. perpendimus.nu.28.de sent.excom.& Soc. eod. & Bald.in l.1.nu.11. C.de iur.& fact.ignor.& Tiraquell.in Gloss.8.nu.150.de legib.connub.hanc eandem diuisionem de publico, & occulto excommunicato communiter receptam esse testatur Anchat.in eod.c.decernimus.num.8.vers. Secunda quæstio Gloss.de sent.excom.lib.6.sequitur quoque eam per pulchra Add. ad Abb.in proem.decretal.nu.17.in litera G, & Fed.de Sen.cons.74. vbi,& quinam publicè excommunicati dicantur, declarauit ; in hac igitur quæstione cum cōi sententia sic concludendū censetem.

De fructibus beneficij eccl. quibus excommunicatus caret, declaratione sexta eiusdem effectus. Cap. XII.

SVMMA.

1 *Fructus beneficij excommunicatus caret ; quæ regula multis modis & amplificatur, & coarctatur.*

2 *Fructuum nomine quidnam comprehendatur.*

3 *Fructus beneficij eccl. excommunicato adempti ad quem pertineant.*

4 *Fructus beneficij in quibus casibus ex communicatus recuperat.*



1 FRVCTIBVS † beneficiorum eccl. si quæ habeat, excommunicatus etiam ipso iure caret, vt habetur in c.pastoralis.§.verùm, & ibi not.Abb.Dec. ac DD.de appell.& vt sensit Rot.decis.8.in antiquis de sent.excom.& decis.5.de pœn.eod. & Viuius in Syl.com.opin.opin.884. nu.7. & Mar.Soc.Sen. in c.sacris.nu.109. cum multis seq. vbi rem hanc egit de sent. excom. & de communi sententia testatur Rip.in c.1.nu.27.de iud. & Put.decis.28.lib.1. ac nouissimè Mandos. in tract.de signatura gratiæ cap. Absolutio ab excommunicatione in fin.idq; meritò ; etenim, ex quo extra ecclesiæ communionem est,nihil,quod ecclesiæ sit,habere ipse debet,vt inquit Rom. Pont.in cit.§.verùm. Hæc autem regula sic posita latissimè patet ; nam primò locum habet in quocunq; clerico excommunicato,vel minor,maiorue sit; nam & episcopus hac pœna constrictus huiusmodi fructibus caret,vt dixit Inn.in c.1.in verb.Episcopatum de iud.Item excommunicatus hisce fructibus caret, vel iniuria excōmunicatum se asserat, ac propterea appellet arg. cit.§.verùm,ibi,enim,etsi appellatū erat, subtrahi tamen ei fructus Rom.Pont.respondit, at appellatio ad iniuriam illatam à iudice tollendam inuenta est,vt habetur in l.1.ff.de appell. atque sic not.Abb.ibi nu.6.Tertiò caret fructibus suorum beneficiorum, etiam si speciatim ipsis priuatus excōicatus non sit,sed simpliciter excommunicatus arg.cit.§.verùm,ibi enim à sententia excommunicationis tantùm excommunicatus appellauerat, & tamen non modò excommunicatio non suspenditur,verùm etiam nec fructuum subtractio,quod fieret,vt.s.fructuum subtractio,

ctio,suspenderetur,si separatim vt subtraherentur, necesse esset, ibiuè ea ratione priuatus esset, ex quo aliorum sententiæ appellatione pendēt arg.tot.tit.de appell.nam,etsi in eadem sententia & excommunicatio,& fructuum priuatio est,non vna tamen, sed plures sententiæ ob plures articulos dicerētur,ergo ipso iure beneficij eccl.fructibus,priuatus est.Præterea in cit.§.verùm idcirco fructus excommunicato subtrahendos esse Rom. Pont. ait, quoniam ei communio ecclesiæ denegatur; si ratione hac igitur ipsis priuatus est, ad id alia sententia non requiritur. Id quoq; & verbum illud Subtrahere positum ibi à Pontifice indicat; simplex enim factum, & non ius,id est sententiam significat,ac requirit;ipso iure igitur beneficij ecclesiastici fructibus excōmunicatus priuatus est,atq; sic dixit Gloss.in c.præter.dist.32.& Inn.& Specul. & non nulli alij, quos refert,ac sequitur Abb.in eod.§.verùm.nu.17.& Mar.Soc.in eod.c.sacris. num.111.cum multis seq.& de communi testatur Rip.in cit.c.1.nu.2.de ind.& Mandos. ac citati supra eisdem in locis. Quare opinio Gloss.eius.§.verùm, quæ contrarium sensit, improbanda est; non enim relegationis excommunicatio simile est, vt Abb. ibidem.num. 19.pluribus id probauit. Quartò,vel clericus hic egeat; nam nec tunc ex illis fructibus subueniendum ei esse dixit Gloss.in c. studeat in fin.dist.50.& Abb.in eod.§.verùm.nu.16.& Dec.nu.7.& Couar.lib.3. resol.cap.13. vers.Duodecimò,& P.Ficar.lib.1.com.opin.Syntagm.de sent.excomm.tit.12. num.73.qui de communi sententia testantur. Contrarium tamen dicendum videbatur; nam clerico subuenitur,qui ob crimen depositus,suspensusuè est, vt inquit Gloss.fin.in eod.c.studeat, & in c.vintoniensis in verb. Admiserant in fin.de elect.& ibi Abb.num. 10.vers.Vltimò not.idem Abb.in cit.§.verùm.nu.16.& Dec.num.7,ergo de excommunicato idem concludendū videtur. Atqui hoc conclusioni propositæ non repugnat; idcirco enim deposito, ac suspenso subuenitur, quoniam,etsi delicti eos pœnitet, recuperare tamen fructus nequeunt; ne igitur mendicent, quod in ecclesiæ dedecus redundaret, ob eam rem eis ecclesia opitulatur: at excommunicatus quocunq; tempore excommunicationis absolutionem consequi potest, atque ratione hac beneficij fructus percipere; sibi igitur tribuat, qui se absoluendum non curat; atq; sic Gloss. respondit in Clem.vt ij,qui in verb. Pars dimidia de ætat.& qualit.& cit. autores eisdem in locis; etenim,vbi homo sibimet prospicere potest,lex ei non prospicit arg.l.quàm diù.ff.de acquir.hæred.& l.fin. C.de pact. quare, si quis ob contumaciam suspendatur, quòd in manu sua tunc est,quando suspensione liberetur,ecclesia ei non subueniet,vt Abb.ac Dec.senserunt in eod.§.verùm. Quintò beneficij fructibus caret, etiam si nec notorius,nec denūciatus excommunicatus sit; nam, quòd hic priuata ipsius excommunicati vtilitas agitur, ob eam rem, quacunq; ratione excommunicatus sit,non curatur,vt tradidit Inn.communiter receptus in c.cùm dilectus de consuet. quamuis, antequam excommunicatus declaretur, auferendos illi fructus non censeam ob cap. cùm secūdum leges.§.fin.de hæret.lib.6.Sextò carebit etiam fructibus,quamuis, vbi collatum ei beneficium est,de more absolutus fuerit;consueuit enim Rom.Pont.vbi beneficium cuipiam confert,vt collatio valeat,eum à censuris absoluere,si qua constrictus tenebatur: quę absolutio solùm quò ad collationem prodest, ac propterea excommunicatus ob hanc rationem absolutus suos fructus beneficij collati non faciet,atque sic dixit Rebuff.in prax.benef.vers.Teq; absoluentes decl.non.prouis.quod idem & de suspenso à beneficio sensit. Septimò nec absolutus amissos fructus recuperat;absolutio enim excommunicationis vinculum tollit, non amissos fructus restituit: idq; meritò,restitutionis enim spe ducti contumaces in contumacia diutius perseuerarent arg.c.1.dist.50.etenim facilitas veniæ peccandi ansam tribuit, vt dicitur in c.est iniusta.23.q.4. accedit,quia, etsi pœna hæc sepius committitur,momentanea tamen est,ac propterea nec absolutus amissum recuperat,vt tradidit Abb.in c.ex literis.nu.10.de constit. atque sic

2 Gloss.fin.in eo.§.verùm conclusit vers.Sed nunquid absolutus,& Abb.ibi.num.22.†Postremò, quicunq; fructus ecclesiastici sint,excommunicatus ipso iure priuatur;eadem enim ratio in omnibus viget.Quare nec pensiones exigere,nec oblatas recipere,nec,quod ob ecclesiæ emphytrusim præstatur,habere poterit,& multò minùs quotidianas distributiones:quæ ijs,qui diuinis intersunt,tribuuntur,vt sensit Dec.eod.§.verùm. num.7.ac rectè;etenim,si ijs non dantur,qui studiorum causa absunt,vt habetur in c.licet vobis de præb. multò minùs ijs dari debent, qui sua

3 culpa diuinis faciendis non intersunt; minimè omniū ecclesiæ oblationes consequetur. † Atqui fructus huiusmodi ad quos pertinebunt? quò ad quotidianas distributiones,ipsę reliquis de collegio accrescent,vt asseruit Abb.in eod.§.verùm.num.22.& Dec.num.7.& vt de suspenso dixit Gloss.in Clem.2.in vers.Pars dimidia de ætat.& qualit.& in Clem.2.in verb.Suspensus de vit.& honest.cler.& Felin.in c.apostolicæ.nu.13.vers.Durante de except.& Dec.eod.num.7.id quod

locum habet, vbi, quod distribuitur, pro indiuiso est; tunc enim alijs accrescet, vel potiùs nō decrescet arg. l. 1. in fin. ff. de fruct. accrescendo, atq; sic dixit Card. in Clem. 2. in fin. q. 21. de ætat. & qualit. cuius opinio verior etiam mihi videtur, vbi & clericorum numerus incertus est, vt Lugi in æde S. Mariæ contingit; ibi enim omnes sacerdotes de ea parochia, qui diuinis quibusdā intersunt, portionem quandam consequuntur, quæ modò maior, modò minor est, pro anni tempore, ac fructuum vbertate, sicut etiam, vbi clericorum numerus incertus est: nam modò plures, modò pauciores sunt, ac propterea, sicut eorum portiones diminuuntur clericorum accessione, ita eorundem diminutione augeri debent arg. l. secundum naturam. ff. de regul. iur. Secus autem, si certa quantitas singulis tribueretur, qui diuinis interessent, vt audiui à Canonicis Arimini obseruari; nam, quòd nulla ratione coniuncti sunt, ac propterea ius accrescendi locum nō habet, portiones eorū, qui diuinis non intersunt, in eius ecclesiæ vsum distribuentur, cuius sunt, & in hoc casu locum sibi vindicabit quorundam opinio, quos refert, ac sequitur Anchar. in cit. Clem. 2. in fin. de ætat. & qualit. ob rationes, quas ibi reddidit, atque sic dissentientes inter se opiniones conciliauit Card. in cit. Clem. 2. in fin. ead. q. 21. & quæ diximus de excommunicato, eadem de suspenso, atq; interdicto sentimus. Quò ad alios verò ecclesiæ fructus, cuiuscunq; generis sint, primò per ipsos curabitur, vt quis eius ecclesiæ inseruiat, muneraq; ipsius obeat, ne detrimentum patiatur, diuinaq; intermittantur; demum, si quid reliqui ipsorum fuerit, in eiusdem ecclesiæ vsum alium vertetur arg. c. pen. & ibi Abb. de cler. non resid. & c. peruenit. 2. de appell. & c. cùm ex eo de elect. lib. 6. & c. 2. de off. ord. eod. lib. & eorum, quæ tradidit Gloss. in c. quia sæpe in verb. Officio de elect. lib. 6. & in c. 2. dist. 91. atque sic dixit Abb. in eod. c. pastoralis. §. verùm. num. 22. & Dec. nu. 7. & Felin. in c. Apostolicæ. nu. 13. vers. Durante, vbi & quosdam alios idem sentientes refert de except. Id quod & de suspenso dicimus; nam sic & Gloss. inquit in Clem. 2. de vit. & honest. cler. & Dec. ac Felin. in citatis locis: idq; merito, etenim & clerici morte fructus iam ab eo percepti apud ecclesiam remanere debent arg. c. 1. & c. cùm in officijs de testam. sed de his hactenus. Excommunicatus igitur beneficij fructibus caret. † Excipitur

4 tamen primò, vbi quis iniuria excommunicatus est; fructus enim vniuersos hic absolutus recuperabit, vt asseruit Gloss. fin. versic. Sed nunquid in cit. c. pastoralis, & Inn. ibidem nu. 3. & Bal. nu. 20. & Abb. num. 21. & Dec. num. 10. de appell. & Specul. in tit. de interesse. §. viso de communi in fin. vbi & de suspenso idem ait, & Felin. in c. Apostolicæ num. 13. versic. Suspensus autem, vel excommunicatus de except. & Petr. Foller. in prax. crim. canon. 3. par. cap. 33. nu. 111. idem Glos. in c. clericus. dist. 91. facit quoque Glos. in c. 2. in verb. occasionem de off. ord. lib. 6. & Conat. lib. 3. Var. resol. cap. 13. num. 8. versic. Duodecimò, vbi de cōi snia testatur. Id etiam probatur in c. super causa. 2. q. 5. & l. penu. ff. de re milit. idq; iure optimo, priuatio enim pœna est; qua, qui non delinquit, affici non debet. Quare fructus ei non adimentur, vt dixit Fel. in eod. c. Apostolicæ, sed in tuto loco collocabuntur, & adeptos post absolutionem recuperabit, vt tradidit Innocen. in cit. §. verùm. nume. 3. versio: Alij tamen aliter: excipio tamen in hoc casu, vbi se absoluendum non curaret; nam, quòd sua culpa tunc in excommunicatione iacet, eo tempore perceptos fructus meo iudicio non recuperabit. Item excipitur, vbi excommunicationis sententiam nullam esse probauit; quandoquidem eo casu sui beneficij fructus habebit, ex quo per huiusmodi excommunicationem nec ipsis priuatus fuit, atque ita sensit Foller. eod. nu. 111. Imò, vbi excommunicatus fructus recuperat, & quotidianas distributiones recuperabit, si tamen aliàs diuinis officijs interesse consueuisset, vt dixit Felin. in cit. c. Apostolicæ, num. 13. & sequitur Foller. eod. num. 111. nam & ægroto, qui, cùm valeret, ipsis interesse consueuerat, præstantur, vt DD. inquiunt in c. ad audientiam de cler. non resid. Mihi tamen horum sententia non placet, vbi alteri acquisitæ iam sunt, quod quando contingat, supra declarauimus; nam tunc ab ijs petendæ mihi uidentur, qui iniuria eum excommunicandum curarunt arg. c. sacro. §. caueant de sent. excom. & arg. eorum, quæ dixit Gloss. in cit. c. 2. in verb. Occasionem de off. ord. Tertiò fructus habebit, etiam si iure excommunicatus sit, vbi impeditur, quò minus absolutionem consequatur, huic enim subueniendum esse inquiunt Card. & Io. de Lign. quos refert Dec. in cit. §. verùm, num. 7. Quartò, vbi excommunicatus non habet, vnde se sustentet, suisque laboribus victum sibi honestè parare non potest, & summis angustijs detinetur; tunc enim ex illis fructibus subueniendum ei esse, ne pereat, conclusit Glos. fin. in fin. in cit. §. verùm, & Abb. num. 16. & Dec. num. 7. & Felin. in cit. c. Apostolicæ num. 12. versic. Adde, quòd, vbi suspensus; etenim excommunicatio fertur, quò quis à contumacia discedat, non autem, vt fame necetur arg. c. p. de except. lib. 6. & c. p. de sent. excom. eod. lib. postremò, qui his angustijs detinetur, ei subuenire

subuenire debemus arg.c.pasce, & c.non satis dist.86. meritò igitur ex illis fructibus ipsi subuenietur; non vniuersos tamen fructus, sed qui ad ipsum sustentandum opus erunt, ecclesia ei largietur; non enim, quod ex suo beneficio percepti sunt, si summo iure agatur, debentur, nam ipsis iam priuatus est, sed æquitate quadam illinc magis, quàm aliunde subueniendum ei videtur: id quod fiet, vel iure excommunicatus sit, vel in excommunicatione pertinax perseueret; atque sic Dec. sensit in eod.§.verum. num. 7. Quintò ea regula locum non habet in fructibus ante excommunicationem perceptis; nam, quod iam sui facti sunt, ob excommunicationem sequentem ipsos non perdit; ius enim omne retinet excommunicatus, quod habuit, vt inquit Innoc. in c.si verè de sent. excomm. & in c.p. versic. Nam adimi de iud. etsi eius vsu aliquando caret. Sextò excipiuntur fructus patrimonij pro titulo ipsi assignati; nam patrimonium illud spirituale annexum non habet, vt dixit Gloss. quam sequitur Abb. in c.tuis de præb. nō enim ecclesiasticum beneficium est; id quod hinc patet, quòd, posteaquàm beneficium ecclesiasticum consequutus est, alienare ipsum potest, vt sensit Trid. Syn. cap. 2. De refor. Sess. 21. quod non fieret, si spirituale quid esset. Et facit pro hac sententia, quod, quamuis clericus, qui elapsis sex mensibus post beneficium ecclesiasticum, pensionemue habitam officium non recitauit, ad restitutionem fructuum obligatus sit iuxta constitutionem Lateranensis Concilij vltimi, Sess. 9. & Bullam Pij Quinti, tamen qui ad titulum patrimonij ordinatus est, ad id obligatus non est, vt dixit Ioan. Bapt. Antonuctius in Catechef. Neapolitana cap. 3. lib. 4. Septimò, vbi ante excommunicationem fructus percipiendi creditori ipsius clerici assignati essent secundum tradita à doctoribus in c. peruenit de fideiussor. etenim alteri per alterum iniqua conditio fieri non debet, vt dicitur in c. non debet de reg. iur. lib. 6. & arg. tot. tit. C. res inter alios acta, & arg. c. peruenit de fideiussor, atque sic tradidit Abb. de suspenso in c. Apostolicæ. num. 7. de except. Quare & Pensionarij ex fructibus beneficij suas pensiones consequentur, & Episcopus charitatiuum subsidium: non enim de suo soluere excommunicatus debet; nam, etsi priuatus excommunicatus est fructibus ob suam culpam, tamen culpa ipsa non est causa immediata, quò minùs habeat fructus, sed excommunicatio; quo casu ad onera quis non tenetur, vt dixit Gloss. in l. inter quos. §. damni. ff. de damn. infect. & sequitur eam Bald. & Couar. viden. in citatis locis. Octauò fructibus beneficij excommunicatus non caret, vbi consuetudo est, vt excommunicati fructus non amittant, quam consuetudinem nunc esse testatur Rebuff. in repet. c. postulastis. notab. 2. num. 84. de cler. excomm. min. ibi enim consuetudine non obseruari inquit, vt clerici excommunicati beneficiorum fructibus priuentur, nisi quò ad distributiones quotidianas; his enim carebunt, quod dictum De consuetudine valde notandum est. Postremò, si fructus percipiat excommunicatus, esto, dicta consuetudo non esset, tamen nec irregularis fit, nec beneficio ob id priuari potest, nam & sic de suspenso asseruit Felin. in cit. c. Apostolicæ. num. 13. versic. Si autem suspensus ab officio, & beneficio de except. sed de his hactenus, ad alia transeamus.

SVMMA.

1 *Administratio rerum temporalium beneficij eccl. in quibus consistat.*

2 *Administrare patrimonium suæ ecclesiæ; ac beneficij eccl. res, inquam, temporales excommunicatus non potest.*

3 *Administrata ab excommunicato, quò ad temporalia beneficij an valeant?*

I.

§ Atqui an excommunicatus bona suæ ecclesiæ, ac beneficij eccl. res, inquam, temporales
administrare potest? † hæc administratio, vt interpretata est Gloss. in c. auaritiæ in verb.
1 temporalibus de elect. lib. 6. in ijs potissimum versatur, quæ facti sunt, vt exempli gratia iusiurandum, ac fidem à subiectis recipere, ut habetur in c. qualiter, & ibi no. Abb. de elect. census,
ac, quod ecclesię debetur, exigere; vt fructus percipiantur, ac seruentur, curam gerere; soluere
2 si quid ecclesia debeat, res eiusdem alienare, & id generis. † An igitur, inquam, excommunicatus clericus hæc administrabit? Innoc. hunc admiscere se administrationi non debere censuit
in c. ex tuæ. num. 6. in verb. Remoueat, ibi alij dicunt, & sequitur Abb. num. 7. versic. Octauò
not. de cler. non resid. idem Innoc. in c. veritatis in verb. Excommunicationem, & Abb. nu. 16.
& num. 34. de dol. & contum. idem Abb. in c. pastoralis. §. verùm, num. 18. de appell. communis
denique DD. sententia hæc est, quæ & ratione hac probatur. Nam excommunicatus beneficij
fructibus caret, vt supra asseruimus; ergò ipsos administrare non debet arg. c. 1. §. fin. de elect.

lib.6.ibi enim suspensus à beneficio, quo casu fructibus eius caret, si ei se ingerat, punitur; idem igitur de excommunicato ob eandem rationem concludendum est, ac propterea œconomus, vicariusuè ad tempus dabitur, qui interim administret, vt dixit Abb. in eod. §. verum nu.
3 18. † Verùm, quid si nihilominus quidpiam administret, an administratum valebit? communiter concluditur à citatis doctoribus non valere, idem sensit Dec. & quosdam alios idem sentientes refert in cit.§.verùm.num.8. & hoc ob cit.c.veritatis de dol. & contum. hæc sententia mihi omnino vera esse non videtur; quid enim si operam dedit, vt fructus perciperentur, seruarenturque? quid si æs alienum ecclesiæ soluit? Ego igitur sic distinguendum censerem. Aut quærimus, an hic administrando peccet, & sine dubitatione ipsum peccare existimo, nam interdictam sibi administrationem vsurpat: id quod eo magis sentio, vbi administrando communione hominum vtitur. Aut quærimus, an ab ipso administrata valeant. Et tunc, quæ simplicis facti sunt, quæque ecclesiæ præiudicium non generant, valere censerem, vt exempli gratia si, vt fructus colligerentur, collectiuè vt seruarentur, operam dederit, æs alienum, quod ecclesia debebat, soluerit arg. l. soluendò.ff. de negot. gest. atque sic de suspenso sentit Abb.in c.cùm vintoniensis.num.10.versic. Circa quod dubito de elect.etenim & aliàs, quæ facti sunt, in spiritualibus valere supra probauimus. In ijs verò, quæ præiudicium ecclesiæ faciunt, contrarium existimarem; quare alienationes rerum ecclesiæ ab excommunicato factæ non valebunt arg. cit.c.veritatis, & ibi DD.de dol. & contum. idem quoque not. Anch.in c.1.§.si quis.2.versi.In temporalibus, ibi & idem esset, si alienaret prælatus, & Gemin.num.8.versic. In temporalibus, de except.lib.6.idem Phil.Franc.eod.in princ.versic. Circa tertium, ibi & idem, si vt Prælatus alienaret bona; quod ecclesiæ debetur, recipere itidem non poterit arg.l.soluendo.ff.de nego. gest. & receptum debitorem non liberabit arg.l.vero procuratori.§.sed & si non vero.ff.de solut.atque sic sensit Add.ad Gloss.in verb.temporalibus in cit. c.auaritia de elect. Excipitur tamen, vbi clericus hic excommunicatus neque notorius, neque denunciatus est; nam tunc ab ipso administrata valebunt, vt de excommunicato tollerato dixit Innoc. in eod.cap. veritatis in verb.Excommunicationem, & Abb.num.33.versic.Ex quo infertur, & Mar Soc.sen.in c.sacris num.116. versic. & ex prædictis de sent.excom.id quod in primis hodie asserendum est ob extrauag. ad euitãda, cuius beneficio & spiritualia recipere ab ipso possumus: soluere igitur quis huic poterit, quod ecclesiæ debet, & præsertim, vbi ob contractum cum eo excõmunicato initũ solueret arg.l.si vrbana prædia, & eorum, quę inquit ibi Bart.num.4.ff. de cond. in deb. quem sequitur Abb.in c.qualiter.num.6.de elect.sic igitur concludendum in hac re censerem. An autem ob excommunicationem priuari ecclesiastico beneficio quis potest? id disputauimus in Tab.1.cap.14.§.3.num.5.& de his hactenus, ad reliqua veniamus.

De vsu communionis dignitatum excommunicato ipsi prohibito, declaratione septima eiusdem effectus, Cap. XIII.

SVMMA.

1 *Dignitates ecclesiasticæ, nec non & profanæ multiplicis generis sunt.*

2 *Dignitates excommunicatis conferendæ non sunt.*



VIDIMVS antea excommunicatum & ordinis, & iurisdictionis vsu, nec non, & beneficij eccl.carere: reliquum igitur est, vt hic duo contemplemur. Primùm, an dignitates ex ipsi excommunicato conferendæ sint, quas qui habet, aut ordinis, aut iurisdictionis functiones exercere debet, fructusq; percipere potest. Alterum, si conferantur, an collatio valeat: quæ duo in capite hoc explicabimus; explicato tamẽ priùs, quænam dignitates huiusmodi sint, cùm ecclesiasticæ, tum profanę, quatenus ad rem nostram pertinet. † Eccle-
1 siasticæ dignitates igitur multiplicis generis sunt. Partim enim vsum ordinis tàm episcopatus, quàm inferiorum ordinum, & iurisdictionis tàm fori contentiosi, quàm pœnitentiæ habent, cuiusmodi sunt episcopatus, archiepiscopatus, patriarchatus, & apostolica sedes; has enim dignitates qui habent, in suos subditos vtriusque iurisdictionis, nec non ordinum omnium functiones exercere queunt, vt de Romano Pont. probatur in c.cuncta per mundum.9.q.3.& de

episcopis

episcopis in tot. tit. de off. ord. lib. 6. & de temp. ord. in vtroque lib. hi enim omnes, quibus in per petuum huiusmodi dignitates tribuuntur, & quorumcunque ordinum, & cuiuscunque iurisdictionis functiones exercent ob iura proximè citata iunct. c. omnis de pœnit. In hoc eodem numero habentur etiam, qui ad tempus dantur, Legati scilicet è latere, de quibus agitur in tit. de off. leg. in antiq. & in lib. 6. & Visitatores, seu Administratores cathedralium ecclesiarum, de quibus habetur in c. is, cui de elect. lib. 6. & in c. fin. de suppl. negl. prælat. eod. lib. Partim vsum fori pœnitentiæ tantùm, & ordinis sacerdotij, atque inferiorum ordinum habent; & hæc beneficia eccl. curam animarum simpliciter habentia sunt, quæ & qui habent, parochi dicuntur, & suis subditis sacramenta legitimè conferunt arg. cit. c. omnis de pœnit. & tit. de paroch. & alien. paroch. in hoc eodem numero recensentur Vicariæ perpetuæ, de quibus agitur in tit. de off. vic. in antiq. & lib. 6. & in Clem. vn. eod. Vicariç quoque ad tempus, quas qui habent, vulgò Capellani dicuntur. Partim fori pœnitentiæ, & fori exterioris iurisdictionem habent, nec non sacerdotij, & inferiorum ordinum vsum, vt Ecclesiæ titulares Cardinalium, de quibus habetur in c. his, quæ, & ibi DD. de maior. & obed. item Abbatiæ regularium; nam & Cardinales in clericos suæ ecclesiæ titularis iurisdictionem habent arg. cit. c. his, quæ, & Abbates regulares in suos monachos; vt disputauit Abb. in c. cùm contingat de for. compet. sicut etiam Prouinciales, ac Generales fratrum Minorum, ac Prædicatorum, & aliorum ordinum. Partim fori ecclesiastici exterioris iurisdictionem tantùm habent; hæ autem sunt, quas, qui habent, aut ordinarij iudices sunt, vt vicarij episcoporum, de quibus in tit. de off. vic. lib. 6. Item vicarius à capitulo sede vacante constitutus, de quo egit Rebuff. in prax. benef. de deuolut. num. 62. & nouissimè Trid. Syn. Sess. 24. cap. 16. de refor. Tertiò Capitula cathedralium ecclesiarum mortuo antistite, vt habetur in c. vn. de maior. & obed. lib. 6. & in c. si episcopus cum seq. de suppl. negl. prælat. eod. lib. imò & ordinis vsum habēt, quamuis per alios id muneris exerceat, vt dixit Gloss. in cit. cap. si episcopus in verb. Spiritualibus. Multò magis igitur & Cardinalium collegium vacante apostolica sede. Quartò inquisitores hæresis, de quibus agitur in c. ne aliqui cum multis seq. & in tot. ferè tit. de hæret. lib. 6. & eodem in antiq. Quintò delegati etiam, de quibus habetur in tit. de off. deleg. in antiq. & lib. 6. In hoc loco seculares dignitates collocare etiā possumus, nam vnam iurisdictionem habent fori scilicet exterioris in profanis rebus, quæ dignitates plures etiam numerantur; quædam enim perpetuæ, quædam ad tempus sunt. Perpetuas eas dicimus, quas hi habent, qui territorij, atq; vniuersitatis domini sunt, cuiusmodi olim apud Romanos reges, ac Senatus, hodie in ecclesia Imperator, Rex, Dux, Marchio, & si qui alij alio nomine recensentur, vt habetur in l. 2 §. igitur constituto. ff. de orig. iur. & ff. de Senator. & in l. deprecatio. ff. ad l. rhod. & in tit. quis dicatur Dux, Marchio lib. 2. feud. In hoc numero habētur etiam Respublicæ aliquæ, vt Veneta, Lucensis, Samaritana; nam & hæ huiusmodi iurisdictionem perpetuam habent. Ad tempus autem qui iurisdictionem habent, apud Romanos olim hi habebantur, scilicet Consules, Præfectus Prætorio, Præfectus vrbis, Quæstor, Prætor, Præfectus vigilum, Proconsul, Præses, Dictator, & alij, de quibus agitur in tit. ff. de consul. cum multis sequen. hodie verò, cùm à Principe omnes pene magistratus dentur arg. l. vn. ff. ad l. Iul. de amb. tot sunt, quot principes, ac terrarum domini constituunt, varijsq; nominibus appellantur. A Romano enim Pont. qui dantur, alij Præsides, alij Gubernatores, alij Potestates, alij Vicarij, alij Commissarij dicuntur. A Rebus publicis etiam magistratus quidam creantur, qui varijs nominibus appellantur. Doctores discipulorum quoque in discipulos iurisdictionem habent: vt habetur in authen. habita. C. ne fil. pro patr. & vt inquit Abb. in c. quanto de magistr. & Bart. in 1. constitutione Codicis. num. 10. Duces militum etiam in suos milites iurisdictionem habent, arg. l. certi iuris. C. de iud. hi omnes ergo iurisdictionem in suos exercent. Partim nullam iurisdictionē habent: & hi duplicis generis sunt. Quidam, qui ius quoddam in beneficijs ecclesiasticis quò ad fructus consequuntur, & in horum numero pensionarij sunt, ac, qui simplicia beneficia possident, animarum curam non habentia. Quidam simplicem dignitatem habent, huiusmodi autem apud ecclesiam sunt Præposituræ; Archidiaconatus, extra ecclesiam Doctores, atque Equites; hi enim iurisdictionem nullam habent, honore tamen reliquos antecedunt. His præmissis iam, vt polliciti sumus, an dignitates huiusmodi excommunicatis conferendæ
2 sint, videamus. † Breuiter igitur concludendum est excommunicatis nullam dignitatem ex ijs, quas recensuimus, conferendam esse. Primò, quia excommunicatus vsu caret tam earum dignitatum, quæ ordinis, quàm quæ iurisdictionis sunt, vt supra probauimus; non enim ordinis, iurisdictionisuè munera exercere excommunicatus potest; at, qui vsu alicuius caret, eiusq; fun-

ctiones exercere non potest; huic illud conferri non debet, vt probatur in c. fin. versic. Si tamen scienter de cler. excomm. min. ergo dignitates huiusmodi excommunicato conferendæ nõ sunt, prohibito enim aliquo, & omne id prohibitum esse censetur, per quod ad illud peruenitur, vt not. Abb. in eod. c. fin. num. 3. & in c. postulastis. num. 1. eod. & facit l. oratio. ff. de spons. Præterea excommunicatus extra ecclesiam est, vt id etiam probauimus; ergo dignitatum, quæ in ecclesia tribuuntur, particeps esse non debet arg. c. pastoralis. §. verum in fin. de appell. Postremo excommunicati communione vti non possumus, vt habetur in c. sicut Apostoli cum multis seq. 11. q. 3. ergo propositæ dignitates excommunicato conferri à nobis non debent; nam ipsis conferendis eius communione necessariò vteremur, vt hoc per se patet; his igitur rationibus excommunicato nullam dignitatem conferendam esse concludimus; ac de priori quæstione hactenus ad alteram, an scilicet ab eo recipiantur, si ipsi conferantur, transeamus.

S V M M A.

1 *Collatio eccl. beneficij excommunicato facta non valet; quæ regula multis modis declaratur.*
2 *Collatio beneficij excommunicato facta in quibus casibus valeat.*
3 *Dispensare cum excommunicato, ut beneficium tunc ei collatum retineat, quis possit.*

§ Proposuimus nobis explicandum, an dignitates propositæ, beneficiaq; ecclesiastica excommunicatis collata valeant: sed, quoniam ex ipsis ecclesiasticas dignitates, ac beneficia, de quibus primò agendum est, consequimur, aut collatione, aut electione, aut postulatione, aut nominatione, aut præsentatione, aut commendatione, aut permutatione; ideo prius
1 de collatione, ac deinceps de reliquis agamus. † Collatio igitur beneficij eccl. dignitatisue huiusmodi in excommunicatum facta non valet. Consultationi vestræ respondemus, dicitur enim in c. postulastis de cler. excomm. min. quòd, cum excommunicatis communicari non debeat, & clericis excommunicationis vinculo innodatis ecclesiastica beneficia conferri non possunt, nec illi valent ea retinere licitè, nisi forsitam fuerit cum eis misericorditer dispensatum, cùm non canonicè consecuti sunt. Hæc Romanus Pont. si ergò excommunicati retinere beneficia ipsis collata non valent, ergo collatio non valuit; eorum enim, quorum collatio valuit, per excommunicationẽ fructus tantùm retinere prohibentur, non autem ipsamet beneficia, vt probatur in c. pastoralis. §. verùm, & ibi not. DD. de appell. & vt nos supra asseruimus: idq; meritò, nam beneficia huiusmodi dantur in primis propter officium arg. cap. cùm secundum de præb. & c. ult. de rescript. lib. 6. at excommunicatus officij executionem non habet, ut suo loco probauimus, ergo iure beneficia ei non conferuntur arg. c. fi. de cler. excom. min. atque sic dixit Couar. in cap. alma pars. 1. §. 7. num. 1. de sent. excomm. lib. 6. collatio igitur beneficij eccl. excommunicato facta non valet, atque sic not. Abb. in cit. c. postulastis. num. 1. & seq. & Rebuff. num. 43. & Mar. Soc. sen. eod. & Add. ad Abb. in eod. §. verum. num. 17. in littera C. & Anchar. in c. 1. §. si quis. 2. versic. In beneficialibus, & Gemin. num. 8. eod. versic. & Phil. Franc. in princ. versic. Circa primum de except. lib. 6. & Felin. in c. cùm dilectus. num. 1. versic. Pro quo vltimo facit de accus. & Put. decis. 78. lib. 6. & Rot. decis. 5. de sent. excom. in antiquis, & decis. 4. eod. in antiquior. communis denique DD. sententia hæc est, de qua testatur Couar. in c. alma pars 1. §. 7. num. 1. de sent. excõ. lib. 6. & sequitur Mar. Soc. in c. sacris. nu. 107. de sent. excom. non est igitur, quòd hac de re dubitemus. Hæc autem regula sic posita amplificatur, primò respectu habito ad eum, qui excommunicatus est; nam collatio beneficij non valet, etiam si occulto excommunicato facta sit, vt asseruit Abb. in eod. c. postulastis. nu. 3. in fin. ibi collatio tamen non tenet, & in cit. c. pastoralis. §. verùm, num. 15. versic. ex quo infero, & Cassador. decis. 1. de præb. num. 1. & Mar. Soc. eod. c. sacris. nu. 107. & in cit. c. postulastis. num. 8. in his enim, quæ ad excommunicati cõmodum pertinent, an notoriè, occultéue excommunicatus sit, nihil interest, vt tradidit Innoc. communiter receptus in c. cùm dilectus de consuet. & Abb. in citatis proximè iuribus; nam & beneficij collationem excommunicato factam, qui pro absoluto habebatur, non valere asseruit
Abb. in eod. §. verum. num. 15. Item non valet collatio, etiam si is, in quem beneficium confertur, se excommunicatũ esse ignoret, vt dixit de electione. Gloss. in c. apostolicæ in verb. Ignorantia, ibi non credo de cler. excom. min. & sequitur eum Abb. in cit. c. pastoralis. §. verùm. num. 15. versic. Ex quo infero, & Rebuff. in cit. c. postulastis. num. 62. vbi & de communi testari uide- 2

tur contra Gloss. quæ contrarium sentit in eod.§.verùm. Idem Put.decis.67.lib.1.de communi quoque testatur Couar.eod.§.7.num.3.versic.Decimò. hinc in Romana curia obseruatur, vt à censuris, cui beneficium confertur, literæuè ad beneficia dantur, ad cautelam absoluatur, sicuti Mandos.dixit in tract.Signaturæ gratiæ de absolutione excommunicationis; & Couar. eod. §.7.num.3.vers.Vndecimo in fine. Nec repugnat cit. c. apostolicæ; inscitia enim quem excusat, ne puniatur, non autem, vt actus valeat, vt dixit Put.decis.ead. & Couar. eod. §. num. 3. & Cassador.ead.decis.num.6. Quare opinio Rot. quæ habetur in decis.44.de rescript.in antiquis, recipienda esse non videtur, quæ beneficium impetrare posse illum ait, qui se excommunicatũ ignorat; nam primò hoc est contra cap.1.de rescript.lib.6.& contra Gloss.in cit.c.apostolicæ,& contra doctrinam Innoc. in c. cùm dilectus de consuet. quam antea retulimus: locum tamen habere poterit dictum Rot.in acceptione; acceptio enim beneficij ab excommunicato facta valet, modò post absolutionem beneficij collatio fiat, vt dixit Felin. in cap. cùm dilectus.num.1, vers.Pro quo vltimo de accusat. & Couar. eod. §. 7. vers. Duodecimò. Tertiò, etiam si nec denunciatus sit; non enim extrauag. ad euitanda ei prodest, atque sic dixit Couar. eod. num. 2, vers. Sextò. Quartò, et si iniustè excõicatus sit, vt conclusit Couar. in c.alma pars.1.§.7.nu.7, in fine vers.Hinc decimoquarto eod. Postremò beneficij eccle.collatio non valet, etiam si deinceps absoluatur; non enim, quod de iure in initio non subsistit, tempore firmatur, vt dicitur in c.non firmatur, & ibi Gloss.de reg.iur.lib.6.& l.quod ab initio, ff.eod. atque sic dixit Rebuff. in eod.c.postulastis.num.50. & Couar.eod.§.7.num.2.versic. Septimò. Item amplificatur proposita regula respectu habito ad ipsum excommunicatum; nam primò locum habet, vel ab homine, vel à iure excommunicatus quis sit; tùm quòd cit.c.postulastis simpliciter loquitur, nec distinguit, à quo quis excommunicatus sit, ergò nec nos distinguere debemus arg.l.de pretio. ff.de publ. tum quòd ratio eadem est, à quocunque quis excommunicetur; quæ ratio refertur in cit.c.postulastis, & in c.pastoralis.§. verùm de appell. ergo & eadem iuris dispositio esse debet arg.c.cùm dilecta de confir.vtil.vel inutil.& l.illud.ff.ad l.Aquil. atque sic sensit Rot. decis. 5.de sent.excom.in antiq.& Rebuff.in eod.c.postulastis.num.46.& Couar. eod.§.7.nu.2. vers. Tertiò constat. Non igitur recipienda est Add.ad Abb.in cit.c.postulastis. num. 1. in litera A. versic. Aduerte tamen, ne fallatis, & in eod.§.verùm, num.17. in litera C. quæ contrarium sensit, quandoquidem nulla ratione probabili ea nititur. Locum itidem habet, vel motu proprio collatio fiat, vt dixit Card.in Clem.1.§.1.q.4.de relig.dom.& Rebuff.in eod.c.postulastis. nu. 47.& Couar.eod.§.7.num.2.versic.Quarto, qui & de communi sententia testatur, & pluribus rem hanc agit. Tertiò vel ab eo, qui eum excommunicauit, vel ab alio ipsi excommunicato beneficium conferatur, vel in sua diœcesi, vel in alia; cùm ob rationes supra redditas, quæ hic locum sibi vindicant; tùm quòd vno in loco excommunicatus vbique excommunicatus est arg.c.cura fit.11.9.3.& vt nos alibi probauimus; atque sic asseruit Rebuff. eod. c. postulastis, nu.54.ex his optimè colligitur nec literas ad beneficium ab excommunicato impetratas ualere arg.c.1.de rescript.lib.6.& vt dicit Couar.eod.§.7. num. 3. versic. Vndecimò. Hæc regula sic
3 amplificata his exceptionibus coarctatur; † Nam primò beneficij collatio ei facta ualet, qui excommunicatus re vera non est, sed pro excommunicato habetur; quare, si excommunicationis sententia nulla esse probetur, vt potè quia post appellationem excommunicatio lata est, tunc beneficij collatio valebit, vt dixit Innoc.in c.dilectis de appel.& non nulli alij, quos refert, ac sequitur Rebuff. in cit.c.postulastis.num.66.& num.71.& Couar.in eod.§.7.num.5.versic. Decimotertiò. Valebit quoq;, vbi, excommunicatus sit, nec ne, dubitatur, ac deinceps ipsum excommunicatum non esse asseritur, ac probatur, atque sic dixit Rebuff.eod.num.63. facit quoque Gloss.fin.in c.solet de sent.excom.lib.6. vbicunque igitur vel excommunicatus non est, vel excommunicationis sententia nulla esse probatur, collatio ei facta valebit: idque meritò, excomunicatus enim hic non est; ergo excommunicatio ipsi obesse non debet arg.c.2. de constit. & c.2.de his, quæ fiunt à maior. part. cap. Probari ergo oportebit ipsum excommunicatum esse collationis tempore arg.c.proposuit de cler.excom.min. atque sic dixit Couar. in eod. c. alma pars.1.§.7.num.2.versic.Octauò de sent.excom.lib.6. Secundo loco excipitur etiam quò ad acceptionem; nam ab excommunicato facta valet, vt quæ ius, titulumque non tribuat, sed factum tantùm sit, atque sic dixit Felin. in cit.c.cùm dilectus.num.1. versic. Pro quo vltimo, & Rot.decis.5.de concess.præb.in nou.& decis.4.de sent.excom.in antiquior. & Couar. eod. §.7. num.4.vers.Duodecimo. Tertiò excipitur, vbi Romanus Pont. sciens excommunicato beneficium confert; nam, quòd ipsum excommunicatum absoluere, ac cum eo dispensare censetur arg.

arg.l.idem Vlpianus.§.fin.ff.de excus.tut.& l.quidam consulebant.ff.de re ind.collatio tunc valebit,vt dixit Couar.eod.§.7.num.2.vers.Quartò,& versic.Ex quibus illud,& Rebuff.in eod.c.postulastis.num.72.& faciunt,quæ dixit Abb.in c.cùm in cunctis.§.fin.num.8.de elect.& Bart.communiter receptus in l.Barbarius.num.12.in repet.de off.prætor.secus autem,si id ignoraret de eorumdem DD.sententia; quamuis hodie Romanus Pont. à censuris semper prius absoluat, vt alibi diximus. Postremò excipitur, vbi cum ipso dispensatum est; tunc enim tutò beneficium retinere poterit, vt dicitur in eod.c.postulastis.
3 † Hæc autem dispensatio à suo episcopo fieri poterit, nam sic Gloss.dixit in eod.c.postulastis in verb.Dispensatum, quam sequitur Abb.ibi.num.8.& non nulli alij,quos refert Add.ad eam Gloss.& de communi testatur Rebuff.in eod.c.postulastis,num.64. etenim,vbi dispensatio à iure permittitur, nec, quis dispenset, declaratur, episcopis dispensandi potestas permissa esse existimatur arg. c. nuper de sent. excom.& vt tradidit Innoc.in c. dilectus de temp. ord. & Gloss. in c. excommunicamus.§.credentes in verb.Apostolicæ de hæret.at dispensatio permittitur in eod.c. postulastis,nec,quis dispenset,declaratur;à quocunque igitur excommunicatus quis sit, cum eo proprius episcopus dispensare poterit: quo casu dispensatione facta nulla collatio alia postulabitur, vt inquit Abb. in eod.c.postulastis, tutius tamen esse ait Rebuff.ibi.num.70.vt fiat noua collatio,vel sub conditione clausula collationis ponatur. Excipitur tamen primò episcopus,qui huic sciens beneficium contulit; hic enim non dispensabit, vt Abb.ibi ait num.9.Et Rebuff.eod. num. 65. Item, vbi beneficium illud conferre non potest;nam nec dispensare poterit, atq; sic Rebuff. eod.num. 68.Tertiò,vbi collatio à Romano Pont. est facta,ita Rebuff.eod.num.66.& Couar.in cap.alma pars.1.§.7.versic.Decimoquintò de sent.excom.lib.6.Postremò,vbi Rom. Pont.dispensationē alteri reseruat arg.cit.§.credentes, & c.graue in fin.de præb.& c.cùm illorum de sent. excom, sed de collatione hactenus, ad alia veniamus; si hoc tamen addiderimus, quæ diximus,ad omnia ecclesiastica beneficia pertinere,

S V M M A.

1 *Eligi ad eccl.beneficium excommunicatus non potest; item nec.*
2 *Postulari.*
3 *Nominari.*
4 *Præsentari.*
5 *Commendari excōmunicato beneficium eccl.non potest.*
6 *Permutare beneficium eccl. excommunicatus non potest.*
7 *Impetrare beneficium eccl. excommunicatus non potest.*
8 *Pensionem in eccl.beneficio excommunicatus habere non potest.*
9 *Excommunicatus an fateri debeat se excommunicatum esse, vbi hoc ignoratur, si ad ecclesiam,dignitatemuè aliquam uel postuletur, uel eligatur,uel præsentetur.*

II.

1 § † Electio quoque de excommunicato facta ad beneficium, dignitatemque eccl.non valet vt probatur in c.constitutis.1.& ibi not.Gloss.& Abb.de appell.& in cap.cùm dilectus de consuet.& vt asseruit Rebuff.in c.postulastis.nu.85.de cler.excom.min.& Syl. in verb. Electio.1.versic.Decimoquartò & Angel.eod.num.23.& Nauar.in Man.cap.27.num. 21. & Couar.in c.alma pars.1.§.7.num.1.vers.Primùm de sent.excomm.lib.6.vbi & communiter receptum id esse testatur,& Mar.Soc.num.73.in c.sacris de sent.excom.& num.106.versic. Circa duodecimum dubium eod.& hæc itidem regula eisdem rationibus amplificatur, & coarctatur, quibus proposita regula de collatione: Nam primò respectu habito ad excommunicatum locum habet proposita regula,vel excommunicatus occultus sit ob ea, quæ diximus supra de collatione in huiusmodi amplificatione. Item, vel hic electus se excommunicatum ignotet; nam neque electio hęc valebit,vt dixit Gloss.in c.apostolicæ in verb. Ignorantia,ibi non credo,quòd electio de cler.excom.min.quam DD.communiter sequuntur, vt testatur Rebuff. in cit. c. postulastis. num.62.improbata Gloss.quæ contrarium sensit in c.pastoralis.§. verùm in verb. Cùm exceptionem prop.fin.de appell.idem de collatione beneficij dixit Cassador. decis.1. de præb. num. 3.cum seq. etenim,cùm hic de priuato electi commodo agatur, nihil interest, an excommunicatus occultus, manifestusuè sit; vt dixit Innoc. communiter receptus in c.cùm dilectus de consuet.& Cassad.eod.num.Tertiò,vel pro excommunicato non habeatur, vt asseruit idem Rebuf. in cit.c.postulastis.nu.61,Nec repugnat.l.Barbarius.ff.de off.prætor.nam nec ibi tenuit electio

eius

eius serui, vt magis ibi communiter concluditur, quamuis ab ipso acta ob publicam vtilitatem valuerunt; at hic de electione solùm agimus, quæ nec ipsa valet ob ea, quę de collatione supra diximus. Quartò, vel deinceps absolutus sit ob regulam. cap. non firmatur de regul. iur. lib. 6. & faciunt ad hoc dicta à Felin. in cap. eùm ex officij. nume. 40. versic. Octaua conclusio. vsque ad fin. de præscrip. & Rebuff. in eod. c. postulastis. num. 50. atque sic de collatione conclusit Cassad. decis. 1. num. 7. de præb. Respectu habito itidem ad excommunicantem eadem regula amplificatur; nam electio de excommunicato non valet, vel à iure, vel ab homine excommunicatus sit. Item vel ab eo eligatur, qui ipsum excommunicauit. Tertiò, vel in sua diœcesi, vel in alia electio facta sit, eædem enim rationes in omnibus his casibus sunt, nam & in vno loco excommunicatus, vbique locorum excommunicatus est arg. c. quisquis, & ibi no. Gloss. 4. q. 5. & vt inquit Innoc. in c. qualiter, & quando 2. num. 12. de accus. & Dec. in c. pastoralis. §. verùm. nume. 9. de appell. Postremò amplificatur in quacunque dignitate; siue igitur excommunicatus episcopus eligatur, siue Abbas, siue Prior, siue Prouincialis, Generalisuè fratrum Minorum, Predicatorumuè, aut aliorum, electio enim semper nulla erit. Excipitur tamen, vbi re vera excommunicatus non est, vt de collatione itidem diximus; vel igitur falsò pro excõmunicato habeatur; vel excommunicationis sententia nulla sit, & hoc constet; &, si dubitetur, an valeat, nulla esse pronuncietur, electio valebit, veritas enim opinioni præfertur arg. l. si pater. §. fin. ff. de manumiss. vindict. atque sic asseruit Rebuff. in eod. c. postulastis. num. 65. cum multis seq. & nu. 71. Atqui an, excommunicatus si pro Romano Pont. eligatur, electio valebit? Planè electionem hanc nõ valere dicendum videtur. Primò, quoniam, qui pro Romano Pontif. eligitur, ad ecclesiasticã dignitatem, eandemque supremam eligitur, vt habetur in c. licet canon de elect. in antiq. & in c. vbi periculum eod. lib. 6. & in Clem. ne Romani eod. at electio de excommunicato ad ecclesiasticam dignitatem facta non valet, vt asseruimus; ergò neque Romani Pont. electio valebit. Præterea, si excommunicatus pro Romano Pont. eligi posset, & electio valeret; ecclesiæ caput, quod est ipse Romanus Pont. extra ecclesiam esset (qui enim excommunicatur, extra ecclesiam eijcitur, vt habetur in c. omnis Christianus. 11. q. 3. & vt nos supra id probauimus) at repugnantia inter se hæc videntur, vt scilicet quis ecclesiæ caput sit, & idem extra ecclesiam sit; ergò &c. arg. l. repugnantia. ff. de reg. iur. atque sic sentiunt Host. & Pauorm. vt refert Syl. in verb. Excommunicatio. 9. num. 5. Contrariam tamen sententiam sequitur Rosel. & Syl. eod. num. 5. & Arch. Flor. in sum. Confes. vulgo inscripta Defecerunt cap. 2. versic. Si verò excommunicatus eligatur in Papam, de ordinario confessore quò ad eccl. person. vt scilicet electio Romani Pont. de excõmunicato facta valeat. Probatur autem primò p cit. c. licet versic. Ille absque vlla exceptione, & cæt. ibi enim Alexander Tertius, qui à duabus partibus Cardinalium concorditer electus est, vt absque vlla exceptione ab vniuersali ecclesia pro Romano Pont. habeatur, statuit; si absque vlla exceptione igitur sic electus pro Põt. haberi debet, excõicationis exceptione reijci nõ põt. atq; ideirco electio valet, alioquin non haberetur pro Pont. absq; vlla exceptione. Præterea idẽ probatur per Cle. ne Romani. §. cæterum de elect. ibi. n. summus Pont. vt nullus Cardinalis ob excõicationem, suspensionẽ, interdictumuè ab electione husmõi repellatur, cauit: ergò nec, qui eligitur, repelli debet; alioquin aliquis repelleretur contra eá constitutionẽ. Nec facit, si dicatur ibi de electoribus agi; nam, etsi verum hoc est non tñ negatur, quin & de electo ibi agatur: id qđ & ex uerbis, & ex rõne eius constitutionis probatur. Ex verbis, quia non dixit Ro. Pont. Nullus Cardinalium ob excommunicationem &c. ab eligendo expellatur, sed ab electione, ergo & ad ipsum electum pertinet, vt scilicet nec ipse ob excommunicationem expellatur; nam dictio hæc Electio verbale nomen est, ab eligendo quippe dicitur; at nomina verbalia & actiuè, & passiuè sumuntur arg. §. testamenti autem factio, & ibi not. Gloss. de hæred. qualit. & different. & vt habetur de electione in c. fin. vers. Si tamen scienter talis electus fuerit, eius electio est irritanda de eler. excom. min. verbum enim illud Electio passiuè ibi accipitur sine vlla dubitatione; ex quo igitur, vt nullus Cardinalium ab electione ob censuram vt expelleretur, Romanus Pont. ibi cauit, & dictio illa Electio tam actiuè, quàm passiue accipitur, & ad electum spectare dicemus; alioquin à verbis discederetur, quod fieri non debet arg. l. non aliter. ff. de leg. 3. Ratione itidẽ hoc probatur; nam ratio, quamobrem Cardinalibus censuram obiici summus Pont. noluit, ea ibi redditur, vt eo magis vitentur dissensiones, & schismata; at ratio hæc & in ipso electo locum habet, vt hoc per se patet; ergò & dispositio locum habere debet arg. c. eùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. etenim sicut lex ob rationem coarctatur, ita & ob rationem amplificatur, vt habetur in l. fin. §. pen. & ibi notatur. ff. de iur. & fact. ignor. Accedit, quòd vna

lex

lex aliam declarat,& prior posteriorem arg.l.non est nouum cum seq.ff.de legib.at in cit.c.licet
nullam exceptionem obiici electo posse Romanus Pont.voluit, & cuiusmodi exceptio hæc esset
ibi declaratum non est, hinc ex parte declaratum habebimus, vt scilicet nec censura ei obiicia-
tur;etenim,ex quo Nullam dixit,omnem exclusit,ac propterea & excommunicationem arg.l.
Iulianus à contrario sensu.ff.de leg.1.Postremò electoribus id conceditur ob ipsum electum,
seu eligendum,ergò multo magis ipsi electo concessum id esse dicendũ est; propter quod enim
vnum quodque est tale, & illud magis tale: cùm igitur & iuribus, & rationibus opinio hæc ni-
tatur; ipsam vt veram sequor. Nec rationes contrariæ,quas supra reddidimus,repugnant. Non
prior, quoniam in electionibus inferiorum locum habet,vt probatur in cit. c.constitutis de ap-
pellationib.& in c.cùm dilectus de consuet.à quibus iuribus Romani Pont.electio excepta est,
præcipuum enim hoc,& nouum eius electionis est, vt habetur in cit. c.licet in fin. & vt declarat
verbum illud Statuimus;quod nouum ius significat: id quod & summa ratione factum est,nam
huius prorogatio vniuersæ ecclesiæ detrimento esse poterat; quare,quò celeriùs res ageretur,
vt nulla exceptio electo obiiciatur,cautum est arg.cit.c.vbi periculum de elect.hinc ob eandem
rationem hic electus statim verè Romanus Pont. est, nec vlla confirmatione alia,nec consecra-
tione, nec in throni collocatione opus est,vt habetur in cit.c.licet,vbi & præcipua quædam alia
huius electionis Abb.recenset, quæ aliis electionibus condonata non sunt, vt inquiunt Gloss.ac
DD.in c.transmissam de elect.prior igitur ratio non repugnat. Non denique posterior, quate-
nus dicebatur excommunicatum extra ecclesiam esse; nam, quòd excommunicatio à iure posi-
tiuo quo ad modos est,ac propterea,vt habetur in c.proposuit de concess.præb.summus Pont.
ei iuri praeest, iure merito sicut, electoribus ne censura vlla obijceretur,statuit, ita ne electo of-
ficeret,decernere potuit; postremò excommunicatus,quatenus ad suum commodum spectat,
& non aliàs extra ecclesiam est,vt supra probauimus;iure igitur electio facta de ipso in Roma-
num Pont. valebit,ex quo absurdum illud dictum antea cessat; ab hac igitur sententia discen-
dendum non censerem. Qua ratione autem Romanus Pont. sic excommunicatus absoluatur,
alibi declarauimus; nam vel sententiam,statutumnè,à quo excommunicatus est, pro infecto se
habere velle declarabit, vel alteri authoritate præstita ab eodem absoluetur,vel ipso iure abso
lutus fortasse est; Romani Pont. electione igitur excepta aliorũ inferiorum clericorum electio-
nes nullæ sunt. Id quod locum etiam habet in prouisionibus,quas Romanus Pont.facit de ca-
thedralibus ecclesijs, quarum prouisionem sibi reseruat; nam summus Pont. pronunciando
quem episcopum perinde est,atque si ipsum eligat,atque confirmet, vt tradidit Abb. in c. cùm
in cunctis.§.cùm verò. nu.3.de elect.si ergo is, quem sic Romanus Pont.eligit,excommunica-
tus sit, & id ipse Pontifex ignoret,electio nõ valebit;aliàs secus,vt supra de collatione diximus;
tunc enim dispensare cum ipso videtur arg. eorum, quæ dixit Bart. communiter receptus in l.
Barbarius. nu. 12. in repe.quem sequitur & Abb.in eod.c.cùm in cunctis.§.fin.num.8.qua di-
spensandi ratione inferiores Romano Pontif. vti nequeunt arg.Clem.fin. iunct. Gloss. de sent.
excõ.& eorum, quę dixit Bar. ac Abb.in citatis locis: sed de electione hactenus, ad alia venia-
mus;si illud addiderimus nec confirmari excommunicatum posse,vel non excommunicatus ele-
2 ctus sit,vt sentit Socin. eod. nume. 106. † Postulatio itidem de excommunicato facta nulla est;
quandoquidem postulari non potest, vt probatur in c.1.de postul.prælat.& vt dixit Mar.Socin.
sen.in c.sacris.num.106.vers.Circa duodecimum de sent.excom. Nam si is, qui interdictũ non
seruauit,postulari non potest,vt ibi dicitur, multò minùs,qui excommunicatus est, postulabi-
tur. Præterea per postulationem ad electionem peruenitur, vt dixit Gloss.pen.in eod.c.1.ergo
prohibita electio excommunicati ex quo est, & facta non valet, & postulatio prohibita esse cen
setur;&,si fiat, nulla erit; nam prohibito aliquo,& omne id, per quod ad illud peruenitur,pro-
hibitum esse censetur arg.l.oratio.ff.de spons.& c.fin.& ibi not.Abb.de cler.excom.min.& idẽ
Abb.not.in cit.c.1.num.31. vers. In Gloss. fin. Postremò electio facta de excommunicato non
valet,vt vidimus,ergo nec postulatio; nam statuta de electione, & in postulatione locum habet,
vt tradidit Gloss.in c.si postquam in verb.Prouisione de elect.lib.6. quam sequitur Abb. in cit.
c.1.eod.num.& versic.de postul. prælat.& Rebuff.in eod.c.postulastis.num.95.Quid autem sit
postulatio, & quotuplex sit,docuit Gloss.in c.1.de postul.prælat.lib.6.& Abb.in cit.c.1.nu.34.
3 Postulatio igitur de excommunicato nulla est. † Denominatio itidem solemnis de eodem fa-
cta non valet; hac enim ratione ad dignitatem peruenitur,atque sic dixit Rebuff. in cit.c.postu-
4 lastis.num.118.† Præsentatio quoque de excõmunicato ob eandem rationem non tenet, vt in-
quiunt Lap.Archid.Barb.quos refert,ac sequitur Rebuff.eod.num.97.& Couar.in c.alma pars
1.vers.

1.§.7.num.1.versic.Secundò de sent.excom.lib.6.& Mar.Soc.sen.in c.sacris. nu. 117. de sent. excom.versic.Circa decimumquintum de sent.excom.nec facit, si dicatur præsentare esse quid facti,quod excommunicatis non prohibetur;nam,esto,verum hoc sit,præsentatio tamen est ius
5 quoddam spirituali annexum arg.c.quanto,& ibi not.DD.de iud. † Cõmendari excommunicato beneficium itidem non debet, & cõmendatio nulla est, sicuti & collatio; non enim minùs idoneus esse is debet, cui beneficium cõmendatur eo, cui beneficium confertur arg.c. nemo,&
6 ibi Gloss.ac DD.de elect.lib.6.atque sic dixit Rebuff.in eod.cap.postulastis.nume.213. † Item nec beneficij, quod habet, si cum alio illud permutet, permutatio valebit; nam permutatione nouum beneficium, nouumque ius acquiritur, quæ prohibita excommunicato sunt, vt vidimus; etenim & qui aliàs ad beneficium inhabilis ob delictum factus est, quod habet, ob proximam rationem permutare illud non potest, vt dixit Gloss.in Clem.1.in verb.Obtinenda, & Card.eod.vers.Tertiò quæro & Anchar.nu.10.vers.Quærit Gloss. vbi & quosdam alios idem sentientes refert de pęn. atque sic dixit Rebuff.in casu nostro in cit.cap.postulastis.num.115.&
7 Couar.in c.alma pars.1.§.7.num.2.versic.Quintò de sent.excomm.lib.6. † Impetratio itidem beneficij ab excommunicato facta non valet arg.cap.1. de rescript.lib.6.& ibi not.Phil.Franc. vers.Vltimò tene menti,& Rebuff.in cit.c.postulastis. num. 106. in omnibus igitur his casibus beneficia ecclesiastica, dignitatesque huiusmodi excommunicato collatæ non valebunt. Excipitur tamen quò ad acceptionẽ; nam beneficium collatum ei, qui excommunicatus non est, si deinceps excommunicatus accipiat, acceptio illa valet; acceptio enim hæc ius non tribuit, sed declaratio simplex quædam est, atque sic dixit Felin.in c.cùm dilectus.num. 1. versic. Pro quo vltimo de accus.& Rebuff.eod.c.postulastis.num.124.& Rot.decis.5.de concess.pręb.in nou.& decis.4.de sent.excom.in antiquior.& Couar. in cit.c.alma pars 1.§.7.num. 4. vers. Duodecimò,vbi & com.opin.hanc esse sensit; huiusce autem rei exemplum de promi potest ex c. si tibi absenti de præb. lib. 6. At qui an optare poterit? secundum c.fin.de consuet.lib.6.& c.referente de præb.Rot.ead decis.5.id posse asseruit.Contrarium tamen Add. ad ipsam tenet. Mihi tamen opinio Rot.placet in casu cit.c.referente;quandoquidem ibi non ius nouum tribuitur,sed, quod aderat, diminuitur:Additionis autem opinio mihi placet in cit.c.fin.de consuet. nam ibi ius nouum acquiritur & se habere videtur, sicut permutatio; in hac re igitur ita concludendum censerem: sed de dignitatibus ecclesiast. nec non beneficijs huiusmodi hactenus, ad dignitates
8 non ecclesiast.iam veniamus. † Si tamen illud priùs addiderimus nec pensionem eccl. et quando beneficium ecclesiasticum non est, excommunicato collatam valere; quoniam ecclesiastici
9 fructus tamen sunt, atque sic dixit Couar.eod.§.7.nu.2.vers. Nonò. † Atqui an, si excommunicatus quis sit,& ibi ignoretur,an,inquam,se patefacere debet,si ad beneficium ecclesiasticum eligatur,præsentetur,instituatur, postuletur,eiuè prouideatur? Planè concludendum est non debere,vt de communi sententia testatur Bonacos. lib.1.syntagm.tit.12.de sent. excom. nu. 104. & Mar. Socin.sen.in c.sacris num.488.versic.Sed circa prædicta, vbi hoc disputauit de sentent. excommunic.

SVMMA.

1 *Dignitates non ecclesiasticæ excommunicatis tributæ non valent.*

2 *Imperator,Dux, Marchio, Comesuè,qui excommunicatus est, eligi non potest, & electio facta non valet;quæ tamen regula multas exceptiones patitur.*

3 *Iudex, qui excommunicatus est datus, iudex non est; quæ regula exceptiones non nullas patitur.*

4 *Rescriptum impetratum ab excommunicato nullum est.*

5 *Tabellio, seu publicus scriba, qui excommunicatus est, si creetur, tabellio non erit.*

III.

1 § Sicut autem dignitates ecclesiasticæ excommunicatis tributæ nullæ sunt, † ita & non ecclesiasticæ eisdem excommunicatis tributæ non valent:&,quoniam dignitates huiusmodi partim perpetuæ sunt, partim ad tempus dantur, & in omnibus proposita regula locum habet;
2 ideo primùm de perpetuis,deinceps de aliis agamus. † Pro Imperatore igitur excommunicatus eligi non potest, & electio facta non valet, vt probatur in c.venerabilem,& ibi not. Gloss.in verb.Electus,& Abb.num.7.& num.11.de elect.& Dec.in c.dilecti in 1.notab.de excep.& Rebuff.in cit.c.postulastis.num. 87. de cler. excom. min. etenim ad iurisdictionem eligitur,quam

excommunicatus exercere non poteſt arg. c. ad probandum de re iud. ergo electio valere non debet arg.c.fin.verſ.Si tamen de cler.excom.min.Pro Duce itidem eligi non poterit, ſicut neq; etiam pro Marchione, & Comite; in omnibus enim eadem ratio eſt. Excipitur tamen, vbi aut ex teſtamento, aut ab inteſtato vniuerſitatem, locaque aliqua quis conſequeretur,quæ qui habet,iuriſdictionem itidem conſequitur; idque meritò, nam excommunicatus & ex teſtamento, & ab inteſtato ſuccedere poteſt, nec iura ſucceſsionis amittit, vt dixit Bald.in c. intelleximus in fin.de iud.& Iaſ.in l.fin. num. 7. C. qui admitti, ac propterea cum ipſa vniuerſitate iuriſdictio transfertur; ſic enim & ius patronatus eccleſiæ,quod per ſe vendi non poteſt,vt habetur in cap. quia clerici, & ibi nor.Gloſſ.& in c.de iure,vbi etiam Gloſſ.& Abb.de iur. patron.cum vniuerſitate vendita tranſit, ſicut dicitur in c.cùm ſeculum de iur.patron.& vt nor.Abb.in cit.c.de iure. Quare filius Regis, Ducis, Marchionis, Comitisuè in ſui patris locum ſuccedet, quamuis excommunicatus ſit, modò per ſucceſsionem eorum dominium transferatur; ſic enim & impuberes, qui ad magiſtratus eligi non poſſunt, hæreditario tamen iure parentum territoria conſequuntur vt DD. ac Zaſ. inquiunt in l.quidam conſulebant.num.30.de re iud. Idem,vbi quis titulo ſingulari vniuerſitatem excommunicatus comparaſſet, quam qui habet, iuriſdictionem etiam exercet;nam & ob eandem rationem iuriſdictionem conſequetur, etſi non vſum,& facit.l. quoties & ibi Iaſ.num. 10.viden.C.de iud.& l.1.ff.de auctor.tutor.Poſtremò excipitur,vbi Romanus Pont.ei, quem excommunicatum nouit, dignitatem huiuſmodi contulit; nam collatio tunc valebit; vbi enim ſummus princeps quem inhabilem ad aliquid ſcit, & nihilominus illud ei condonat, diſpenſaſſe cum ipſo exiſtimatur, vt dixit Bart.in l.Barbarius in repet.num.12.ff. de off.præt.& in cit.l.quidam conſulebant.num.2.& ibi Alex. num.12. & Caſtr. num. 3. & Zaſ. num.30.& Abb.in c.cùm in cunctis.§.inferioria.num.8.de elect. pro qua ſententia facit etiam l.quidam conſulebant,& l.idem Vlpianus.§.fin.ff.de excuſ.tut. facit quoque l.2.ff. de iuriſdict. omn.iud.& l.eius militis.ff.de milit.teſtam. ſecus autem,vbi excommunicatum ipſum non nouiſſet. Et hæc,quæ diximus de Romano Pont. in alijs locum non habent; non in laicis,quoniam ab excommunicatione abſoluere nequeunt, ac propterea nec cum ipſo diſpenſare non in clericis, quoniam ad arbitrium ſuum ab excommunicatione quacunque ratione abſoluere non valent, ſed adhibita iuris forma arg c.cùm deſideres de ſent.excom.& Clem.fin.iunct.Gloſſ. eod.iure igitur, ex quo dignitatem conferendo abſoluere nequeunt, ſi excommunicato dignitas ab ipſis conferatur, nulla collatio erit, & de prioribus dignitatibus ſatis. Non poſteriores etiam dignitates, quæ ad tempus dantur, ob eaſdem rationes excommunicato tributæ vale-
3 bunt. † Non igitur excommunicatus iudex datus, iudex erit,vt dixit Abb. in c. intelleximus. num.2.& Dec.num.1.de iud.& Add.ad Abb.in c.cùm dilectus.nu.38. in litera A. de ord. cog. & Butr.in cap.1.num.8.de off.vic.lib.6.& Vant.in tit.de nullit. ſent. ex defect. iuriſdict. ordin. num.137. & Mar.Soc.in c.ſacris.num.240.verſ.Secundo caſu de ſent.excom.& Syl. & Tab. in verb. Iudex.Quare nec magiſtratus,qui excommunicatus eſt, creatus magiſtratum accipit; ac propterea,ſi, vt Bononiæ obſeruatur,qui ciuitatis magiſtratus futuri ſunt, forte ex vrna excommunicati extrahantur, iudices non erunt ob rationes, quas ſupra reddidimus. Non, vel antequam iuriſdictionem exerceant, abſoluti ſint ob c.non firmatur de reg.iur.lib.6.& arg.c. ſi eo tempore de reſcript.lib.6.& eorum,quæ traddidit Gloſſ.in cap.ſtatutum in verb. Canonicis in fin.eod.tit. Non, ſi delegatus iudex etiam detur; vt dixit Mar.Soc.in c.ſacris num.242.de ſen. excom.nam nec hac ratione iudex erit; imò, ſi delegati plures ad vnam cauſam dentur,vnuſq; ipſorum excommunicatus ſit, nemo delegatus erit arg.c.vno delegatorum de off.deleg. in antiq. etenim iuriſdictionis vſus apud omnes delegatos ſimul,& non ſeparatim habetur,vt tradidit Hely.in c cùm plures de off.deleg. lib. 6. ex quo igitur vnus ipſorum excommunicatus eſt, ipſius vitio nec reliqui habiles iudices ſunt arg.c. ad probandum de re iud. Non, quæ excommunicationis vis eſt, iudex datus eo tempore, quo excommunicatione conſtrictus tenebatur, iudex erit,quamuis eo tempore,quo delegationem accipit, abſolutus ſit, vt dixit Felin.in cap. cùm dilectus.nume.2. de accuſ. Iudex denium non erit, & qui excommunicatus non eſt, ſi excommunicatus, vel à Romano Pont. vel ab inferiore ipſum imperret,vt probatur in c.1.de reſcript.lib.6.iunct.Gloſſ.quam DD. communiter ſequuntur, vt teſtatur Phil.Franc. eod. verſic.
4 In ea Gloſſ ibi impetto delegatum; † etenim reſcriptum impetratum ab excommunicato nullum eſt,vt habetur in cit.c.1.& vt pluribus id egit Mar.Soc.ſen.in c.ſacris.num.163.cum multis ſeq.de ſent.excom.vbi regulam hanc perbellè,atque vberrimè declarauit: his igitur rationibus propoſita regula amplificatur. Quæ & non nullis modis coarctatur; nam primò iudicis datio valet

valet, vbi à Romano Pont. iudex datur, quem excommunicatum nouit, videtur enim tunc cum ipso dispensare ob ea, quæ diximus in priori regula huius. §. vel igitur ordinarius, vel delegatus tunc iudex detur, iurisdictionem habebit; nam & ab excommunicatione priùs absolutus esse censetur, atque sic dixit Phil. Franc. in cit. c. 1. versic. Octauò quæritur de rescript. secus autem si excommunicatum illum non noscat, vt supra diximus. Secundo loco proposita regula locum non habet, vbi alicui Capitulo, Collegioue ecclesiastico mandata iurisdictio est, & aliqui de Collegio excommunicatione obligati tenentur; nam iurisdictio nihilominus ad collegium transfertur: tum, quod totum ius penes eos remanet, qui excommunicati non sunt, vel vnus sit arg. l. sicut. §. sed si vniuersitas. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine: tum quòd concessio hæc ipsi Collegio, seu Capitulo, non singulis, qui de illo sunt, facta est; Capitulum autem, seu collegium excommunicari non potest, vt dicitur in c. Romana. §. in vniuersitatem de sent. excomm. lib. 6. in hoc igitur casu delegatio valebit. Excipio tamen, vbi omnes de Capitulo excommunicati sunt; nam delegatio mea sententia tunc nulla erit arg. c. vn. in princ. ne sed. vac. lib. 6. nec repugnat, si dicatur, ergo Capitulum pro excommunicato habebitur contra id, quod proximè diximus; quando quidem, ex quo ius Collegij pendet (propterea quod singuli ex collegio excommunicati sunt) iurisdictioque delegata, vbi nitatur, non habet; ob eam rem delegatio tunc nulla est: quod dictum etiam probatur in c. si sententiam versic. Cùm verò de sent. excom. lib. 6. Postremò excipitur, vbi ab excommunicato delegatus iudex impetratus est super excommunicationis, appellationisnè suæ articulo, nam iudicis impetratio valebit, vt habetur in cit. c. 1. & ibi not. DD. de rescript. lib. 6. defensionis enim beneficio hoc ei conceditur, quæ defensio nemi-
5 ni aufertur arg. c. cùm dilecto de sent. excom. lib. 6. & l. vt vim. ff. de iust. & iur. † Non demùm excommunicatus creari tabellio potest; nam hic publicum officium habet, vt dixit Abb. in cap. sicut te. num. 14. ne cler. eccl. mon. & Ias. in l. prætor ait. num. 1. 2. cum seq. & num. 6. ff. de eden. item iurisdictionem voluntariam, vt inquit Specul. quem refert Abb. in eod. c. sicut te. num. 21. & Bart. in l. 3. num. 7. & num. 10. C. vbi, & apud quem; ergo creari tabellio non poterit arg. c. ad probandum de re iud. & c. licet de sent. excom. lib. 6. & creatus tabellio non erit, vt asseruit Dec. in c. 1. num. 28. de fid. instrum. & Marian. Soc. sen. in cap. sacris. num. 406. de sent. excom. versic. Circa quintum principale, & facit c. fin. versic. Si tamen sc. ienter de cler. excom. min. etenim prohibito consequenti, & antecedens prohibitū esse censetur arg. l. oratio. ff. de spons. sed iam ad reliqua veniamus.

S V M M A.

1 *Acta ab excommunicato nomine dignitatis, [illegible] ta est, vel ordinis, uel iurisdictionis sint, quæ excommunicationis tempore ipsi colla[illegible] an valeant.*

IV.

§. Diximus suprà dignitates excommunicato collatas, ecclesiasticæ, profanæuè sint, ab ipso
1 non recipi. † Quæritur modò, si, dum in earū dignitatum quasi possessione est, illarum nomine quidpiam agat, an nihilominus actum valeat; exempli gratia excommunicato beneficiū curam animarum habens confertur, hic excommunicatus beneficij possessionem adeptus sacramenta administrat, ac reliqua, quæ parochi sunt, exercet; item excommunicatus iudex creatur, qui deinceps multas sententias promulgauit, ac decreta, & auctoritates in multis interposuit: his sic constitutis, quæritur an, quæ à parocho, quæque à iudice acta sunt, valeant: Et videbatur dicendum ipsa non valere, ex quo nec iudex hic, nec parochus ille est, propterea quod eo tempore eas dignitates habuerunt, quo excommunicati erant. Verùm quòd hoc simpliciter verum non est, vt videbimus, ob eam rem quatuor dictis quæstionem hanc concludendam censuimus, quorum prius hoc erit. Ea, quę ordinis sunt, & ab ordine sic pendent, vt ad ea administranda iurisdictio necessaria non sit, cuiusmodi Eucharistiæ sacramenti confectio est, & Confirmationis, & ordinum collatio, ab excommunicato huiusmodi facta valent, etiam si notorius, denunciatusuè hic sit (modò, qui ordinis, confirmationisque sacramentum confert, & episcopus sit, vt probauimus in Comentario nostro de sacramentis, in Tab. de confirm. c. 2. num. 4. & in Tab. de ordine eod. cap. & num. & hoc ob c. 1. de ordin. ab episc. qui renunt. episc. &, qui Eucharistiam conficit, sacerdos sit) ex quo enim potestatem huiusmodi diuinitus traditam habent, nulla ratione prohiberi possunt, quò minùs ab ipsis acta valeant. Hinc episcopus, sacerdosque hæretici & sacramentum eucharistiæ conficiunt, & episcopus ordines confert, ut

supra vidimus; ac de priori dicto satis. Alterum dictum est, Valent itidem ab excommunicato huiusmodi acta, quæ ordinis sunt, etiam si iurisdictionem necessariò postulent, vt sacramentũ pœnitentiæ arg.cap.omnis de pœnit.modò tamen excommunicatus hic nec notorius, nec denunciatus sit; nam ad hæc agenda duo requiruntur, ordo scilicet, quem inesse facimus,& iurisdictio,quæ non desideratur: nam, etsi dignitatis collatio ob excommunicationem non valuit, quia tamen superioris autoritate in dignitatis illius possessione est,& communiter pro non excommunicato habetur,ideo ob publicam vtilitatem ab ipso acta valent ob l.Barbarius cum ibi not.ff.de off.præt.& ob ea,quæ dixit Innoc. & Abb. ac reliqui in c.nihil de elect. & vt dixit Ioseph.Angl.in tract. inscript.Flores Theol.q.de confess.art.8.sept.diff.concl.2. li.4. & Nauar. in Man.c.9.num.9.vers. Sextò & Caiet.in sum.in verb.Cõfessio sacram.qñ iteran.ex par. confess. Quare à parocho sic cõstituto sacra oĩa administrata,nec nõ reliqua munera parochiæ ab eodẽ exercita valebunt.Hæc autem locum habent etiam in iudiciis aliis omnibus respectu habito ad eorum acta,vt dixit Mar.Soc.sen.in c.sacris. nu.241.de sent.excom. & etiam in Tabellione, seu publico scriba;nam,si,vbi excommunicati erant,iudices,tabellionesuè creati sunt,quo casu creatio illa non valuit, tamen ab ipsis acta valebunt,quousque excommunicatio detegatur;atque sic de tabellione dixit Socin.in eod.c.sacris.num.407.modò publice pro tabellione habeatur. Tertiũ dictũ hoc est, Ea, quæ vel ordinis omnino sunt, vel præter ordinem iurisdictionem aliquam postulant, non valent, quamuis superioris autoritate in possessione sit,& pro non excommunicato communiter habeatur,si hic ordinem eum non habet, qui ad ea munera obeunda requiritur, vt pote sacerdotium ad eucharistiam conficiendam, vt diximus in Tab.de Euch. cap.2. nume. 3. & ad pœnitentiæ sacramentum administrandum, vt id quoque probauimus in Tab.de pœnit.cap.2.nu.3.& episcopatus ad ordinem conferendum, vt asseruimus in cit. Tab. de ord.c.2.nu.4.nam ad sacramenta hæc conficienda, ne singula persequar, potestas diuinitus p ordinationẽ tributa requritur, vt de sacerdotio diximus in Tab. Sacerdotij in effectu proprio, per se, ac proximo; atque idcirco vel pro sacerdote habeatur, qui sacerdos non est; vel pro nõ excommunicato censeatur, vel in possessione parochiæ sit, sacerdotij munera exercendo nihil agit:& in hanc sententiam accipiendum est, quod dixit Bald.in l.non mutant.C.de liber.caus.& Add.ad eum. & Ias. in cit.l.Barbarius.num. 69. & Angel. ab eo ibi citatus dispositionem scilicet eius l.Barbarius in spiritualibus locũ non habere; nam, esto,qs in possessione beneficij sit autoritate superioris, esto pro sacerdote habeatur, tamen nihil hæc prosunt, si reuera sacerdos non sit. Nec repugnat dictum Ias. ibi.num. 63. quatenus inquit absolutionem peccatorum tributam ab eo, qui sacerdos non est, communi tamen opinione pro sacerdote habetur,valere ob Gloss.in c.dudum. 2. in verb. Deceptæ, quam DD. cõmuniter sequuntur de elec. nam, primò Gloss. hoc non dicit, sed illud sanè eos non perituros, qui ab huiusmodi prælato absoluti sunt, non quòd ille ipsos absoluere possit; sed quod existimabant suum prælatum, & vi contritionis; non igitur inquit, quod voluit ipse Ias. Postremò, esto,id diceret, quod non concedimus, verum illud non est; quandoquidem sacerdotij character ad sacramentum pœnitentiæ administrandum necessariò postulatur, vt probauimus in Tab.de pœnit.cap.2.num.3. locum igitur hic sibi non vindicabit cit.l.Barbarius. Postremum dictum est, Ea,quæ iurisdictionis tantũm sunt, vel ecclesiastica, vel non ecclesiastica,iurisdictio sit, valent acta ab excommunicato huiusmodi; vt exempli gratia sentẽtiæ,decreta,& autoritates interpositæ,modò superioris autoritate in quasi possessione iurisdictionis sit, & communiter pro non excommunicato habeatur,& hoc ob cit. l.Barbarius, & ob ea,quæ tradidit Innoc.in cit.c.nihil; etenim iurisdictio ab homine tribui potest arg.l.& quia iunct.Gloss.ff.de iurisd. omn. iud. ac propterea ei, qui eã non habet, tribuere illam ipse potest; iure igitur in hoc casu ab ipso acta valent: secus autem si aut superioris autoritate in possessione non sit, aut excommunicatus esse publicè non sciatur; nam in hoc casu ab ipso acta nulla sunt ob cap. ad probandum cum ibi not. de re iud.atque sic in quæstione hac concludendum censerem.

SVMMA.

1 *Beneficium ecclesiasticum excommunicato collatum nec in conscientiæ foro retineri ab ipso potest.*

2 *Beneficio ecclesiastico curam animarum habente ipso iure caret excommunicatus, si illud habebat, alterum huiusmodi recipiendo, dum*

do, dum excommunicatus est.
3 Beneficium ecclesiasticum excommunicato con-
ferens qua pœna, & à quo puniatur.

V.

§. Beneficij ecclesiastici collatio excommunicato facta non valet, vt vidimus: hoc proposito de tribus quæritur, primò, an excommunicatus in foro conscientiæ beneficium in excommunicatione ipsi collatum retinere possit; deinde, an beneficium, quod priùs habebat, ipso iure priuatus sit, si posterius ipsi in excommunicatione collatum recipiat secundum formam c. de multa de præb. postremò, an beneficium ecclesiasticum conferens puniatur, & qua pœna.
1 † Quo ad primum igitur concludendum est nec in conscientiæ foro beneficium ecclesiasticum ab excommunicato retineri posse, vbi collatum illud ei excommunicationis tempore fuit; tum quòd id expressum habetur in c. postulastis de cler. excomm. miu. nam ibi simpliciter dicitur excommunicatos beneficia tunc sibi collata nō valere ea licitè retinere, nec de foro distinguit, ergo nec nos distinguemus, sed simpliciter, ac generaliter in quocunq; foro retineri ab his beneficia huiusmodi non posse interpretabimur arg. l. de pretio. ff. de publ. tum quòd nullum titulum habent; ergò, quasi per ostium non ingressi, vt fures, ac latrones existimantur, atque sic asseruit Henric. Bohic. quem refert, ac sequitur Rebuff. in cit. c. postulastis. num. 62. cum seq. retinere igitur excommunicatus beneficium huiusmodi non poterit. Excipitur tamen primò, vbi cum ipso dispensatum est, qua in re quis dispenset, diximus hoc cap. §. 1. Postremò excipitur, vbi
2 se excommunicatum esse probabiliter quis ignorat; hic enim interim beneficium retinendo nō peccat arg. c. apostolicæ de cler. excom. min. ac de priori quæstione hactenus. † Quò ad alterā quæstionem, an scilicet beneficium curatum habens ipso iure priuetur eo, si excommunicationis tempore aliud eiusmodi ipsi collatum sit, breuiter etiam concluditur eo priuatum esse ob c. eum, qui de præb. lib. 6. Quod tamen locum non habet, si probabiliter se excommunicatum esse ignoret, vbi postremum beneficium accepit arg. c. apostolicæ de cler. excom. min. at-
3 que sic dixit Rebuff. in cit. c. postulastis. num. 71. in Gloss. † An vero puniatur, qui excommunicato sciens beneficiū ecclesiasticū contulit, quod tertiò quærendum nobis proposueramus? Dicimus hunc puniri; nam, præter quam quod peccat, quod etiam not. Rebuff. eod. num. 166. à beneficiorum aliorum collatione suspendi debet; Illi verò, dicitur enim in cit. c. postulastis, qui scientes illa beneficia talibus, scilicet excommunicatis contulerunt, tam diu debent à beneficiorum collatione suspendi, donec super hoc veniam consequi mereantur, vt puniantur in hoc, in quo delinquere præsumpserunt. Hæc Romanus Pont. ex quibus apparet, qui excommunicato beneficia conferunt, à beneficiorum collatione suspendi debere: id quod à suo superiore fiet, vt sensit Gloss. in c. postulastis in verb. Mereantur, quam sequitur Rebuff. eod. num. 74. Quare, si inferior episcopo beneficium huic conferat, à suo episcopo suspendetur arg. c. cùm ab ecclesiarum de off. ord. si episcopus à suo archiepiscopo arg. c. 1. §. fin. de off. ord. lib. 6. si archiepiscopus, à patriarcha, à legato Romani Pont. & à Rom. Pont. arg. c. graue, & eorum, quæ ibi not. DD. de præb. & c. 1. iunctis notatis ibi de off. leg. atque sic declarauit Rebuff. eod. c. postulastis ibi num. 74. cum seq. in Gloss. In verb. Retinere: id quod dubitationem non habet, ex quo iurisdictio ad suspensionem inurendam postulatur; suspensionis pœna igitur sic conferens affici debet, & facit cap. graue de præbend. Imò ipso iure ab eius beneficij collatione suspensus est, quod tunc contulit argum. cap. cùm in cunctis. §. clerici de elect. sicut etiam, qui excommunicatum elegisset, atque sic sensit Rebuff. eod. cap. postulastis. num. 147. notab. 4. Excipitur tamen, vbi eum, cui beneficium contulit, excommunicatum esse probabiliter ignorauit ob uerbum illud Scientes, quod habetur in eodem capitulo postulastis, & facit capitulo apostolicæ eodem tit. quę tamen inscitia inesse non existimatur, nisi probetur vt eodem notab. 4. probauit Rebuff. num. 156. cum sequen. sed de dignitatibus, officiisque publicis cùm autoritate, tùm vtilitate hactenus; ad tutelam, curamque, & huiusmodi officia, quæ autoritate publica, vtilitate autem priuata sunt, veniamus.

De vsu communionis tutelæ, curæq́ nec non huiusmodi officiorum, quæ autoritate publica, vtilitate verò priuata sunt, excommunicato ipsi prohibito, declaratione octaua eiusdem effectus. Cap. XIV.

SVMMA.

1 *Tutor, curatorque sui muneris functiones exercere non possunt, vbi excommunicati sunt.*

2 *Tutoris, curatorisuè excommunicati acta nomine tutelæ non valent; quæ regula etiam declaratur.*



1 VSV † communionis tutelæ, curæq́ue excõmunicatus etiam caret, si tutor, curatorque sit; nam, ex quo hominum communione caret, quæ communio ad tutelæ, curæuè munera obeunda necessaria est, meritò obire illa non potest arg. cap. fin. de cler. excom. min. & l. oratio. ff. de spons. Hinc tutorem, sicut etiam alium legitimum administratorem, vt patrem pro filio in iudicio 2 esse non posse dixit Nicol. de Mil. in reper. in verb. excõicatus. non põt esse in iudicio. † At qui an acta ab ipso tutore, curatoreuè tutelæ, curæue nomine valent? Plane, vbi tutor, curatorue publicè excommunicatus est, & ita aut notorius, aut denunciatus, ab ipso acta non valent; nam tutela, sicut etiam cura autoritate munus publicum est, quamuis vtilitate priuatum sit, vt habetur in Instit. in princ. versic. Nam & tutelam de excus. tut. & ibi not. Gloss. in verb. Publicum, & Gloss. in l. athletæ. §. tutela. ff. eod. & in l. fœminæ, vbi quoque Bart. ff. de reg. iur. & Abb. in cap. prudentiam. num. 14. & Dec. num. 18. de off. deleg. at ea, quæ publici muneris, atque officij sunt, ab excommunicato manifesto acta non valent, vt probatur in cap. ad probandum, & ibi not. communiter DD. de re iud. & cap. fin. de procur. ergò à tutore, curatoreque huiusmodi acta non valebunt, atque sic tradidit Anchar. in c. 1. §. si quis. 2. versic. In fin. Gloss. ibi in temporalibus, & Gemin. eod. num. 8. versic. In temporalibus, & Phil. Franc. eod. in princ. versic. Circa tertium, ibi in temporalibus de except. lib. 6. si ergo tutor, curatorue quidpiam tutelæ, curæuè nomine alienet, alienatio non valebit; nam nec alienationes à prælatis excommunicatis factę in hoc casu valent, vt inquiunt citati autores eisdem in locis. Nec repugnat, si dicatur, contractus ab excommunicato initos valere, vt dixit Innoc. in cap. si uerè de senten. excomm. & Abb. in cap. veritatis de dol. & contum. & vt nos suo loco probabimus; nam, vbi vt priuata persona id facit, locum illud habet, secus si vt ex officio publico, cuiusmodi tutelam, atque curam esse proximè asseruimus. Non itidem, quòd pupilli, minoresuè ipsis autoribus agunt, ratum habebitur; nam autoritas ab huiusmodi excommunicatis interposita non valet, vt dixit Abb. in cit. cap. veritatis. num. 34. versic. Idem dico, & Bald. in l. 1. num. 10. & Ias. num. 25. C. de iur. & fact. ignor. & Add. ad Capell. Tholos. decis. 143. & Syl. in verb. excommunicato 3. art. 22. & Nicol. de Mil. in suo reper. in verb. excommunicatus potest aliquid spirituale agere, & in verb. excommunicatus non potest in iudicio esse tanquam iudex, & citati autores in eod. cap. 1. de except. lib. 6. vel igitur in iudicijs, vel extra authoritas ab ipsis interponatur, nihil fiet. Excipitur tamen primò, vbi tutor, curatorue occultè excommunicatus est; nam ob publicam vtilitatem ab ipsis acta valebunt, vt citati autores eisdem in locis communiter concludunt, & facit cit. cap. fin. de procur. & cap. ad probandum de re iud. à contrario sensu. Postremò excipitur, vbi quidpiam agunt, quod merum factum est, vt exempli gratia pupilli, minorisuè fundos colunt, colendosuè curant, fructus percipiunt, ac seruant, & id generis; hæc igitur valebunt arg. tot. tit. ff. de negot. gest. hinc Bald. in cit. l. 1. nu. 12. de iur. & fact. ignor. inquit, Quidam sunt actus administrationis rei priuatæ, & isti non sunt interdicti, quin post facta valeant: hæc Bal. de excommunicato, quæ & verissima sunt; nam huius generis acta ab excommunicato & in spiritualibus valent, & de communi sententia testatur Abb. in eod. cap. veritatis. nu. 42. Verùm, vbi tutor, curatorque administrare nequeunt, qua ratione pupillis, minoribusue subuenietur? Curator eorum periculo interim dabitur, vel actor arg. §. interdum cum duob. seq. in Instit. de curat. Et hæc, quæ de tutore, & curatore diximus, & de alijs, qui huiusmodi officia habent, sentimus ob easdem rationes argumen. capitul. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud

ff. ad

ff.ad l.aquil. At qui an excommunicatus tutor, curatorue datus tutor, curatorue erit? hoc in sequenti.§.explicabimus.

SVMMA.

1 *Tutor, curatorue an dari posit, qui excommunicatus est.*

I.

1 §. † An igitur excommunicatus tutor, curatorue esse potest? hoc enim inuestigandum nobis proxime proposuimus. Et videbatur concludendum, vt de tutela primò agamus, excommunicatum tutorem esse posse. Nam tutela onus est, vt dicitur in instit.de legit.patron.tutel.at, quæ oneris sunt, excommunicatus subire cogitur, vt sentit Abb.in cap.cùm causam.nu. 9.de iur.calum.& in c.intelleximus.num.3.viden.de iud.& Gloss.in c.1.in verb.Communibus de except.lib.6.& nos tradidimus in Tab.1.cap.13.§.13.ergò excommunicatus tutor esse poterit; nam & Bald.in cit.c.intelleximus.num.12.in fin.excommunicato tutelas legitimas deferri asseruit, quamuis earum administratio iudicis decreto excommunicatione durante interim ei non concedatur. Contrariam tamen sententiam amplexatus videtur Borgninus Caualcanus in tract.de tut. & cura. nam excommunicatum, nec tutorem, nec curatorem esse posse asseruit. Idem dixit etiam Iacob.de Graff.cap.14.num.9.versic.Sextus.lib.4. Decis. casuum conscient. & Viuius in Syl.comm.opin.opin.262.num.5.versic.Sed aduerte, & Mar.Soc.sen.in cap.sacris nu.455.vers. Tertio quæro de sent.excom. Et probari rationibus horum sententia potest. Primò,quia excommunicatus hominum communione caret, qua communione vti habet tutor in tutela administranda. Postremò,quoniam excommunicatus deportati similis est, vt dixit Glo. in cap.postoralis de appell.ergo hac quoque ratione tutor esse non poterit; nam deportatus nō modo tutor esse non potest, verùm etiam,si tutor sit, tutor esse desinit, vt habetur in §. sed & capitis in instit. quib.mod.tut. fin. Verùm hanc propositam sententiam non probant; non prior ratio, nam,etsi excommunicatus tutelam tunc gerere non potest, absolutus tamen poterit; sic enim & minor, imo & furiosus tutores dati, tutores sunt, quamuis tunc tutelam non administrent, vt habetur in §.furiosus in instit.qui test.tut.dar.poss.& in l.si hæreditas. §. si furiosus.ff. eod.non posterior denique ratio quicquam facit; quandoquidem deportatus ciuitatem amittit, vt docuit Imper.in §.minor.in instit.de cap.dimin.& pro impossibili habetur, cùm à principis voluntate id pendeat, vt ipsam recuperet arg. eorum, quæ dixit Couar. cap. 3. num. 8. in prin.2.p.de spons.vnde, cùm in ciuitate non sit, nec,vt esse possit, futurum speretur,iure tutor datus tutor esse desinit; secus autem in excommunicato est; nam nec ciuitatem ipse amittit,& vbi vult, absolutionem consequi potest arg.cap.ex literis de constit.& cap.qua fronte de appel lat.& c.1.de excep.lib.5. Quid igitur concludendum est? Ego sic distinguendum censerem. Aut de tutela legitima agimus, & sine dubitatione legitimæ tutelæ ad excommunicatum pertinebunt, & tutor erit, quamuis interim ante absolutionem tutelam non administret,& in hoc casu prior sententia locum habebit, & id quod dixit Bald.in cit. cap. intelleximus; etenim,sicuti successionis commodum habet, & incommodum tutelæ sentire debet, vt dicitur in Instit.de legit.patron.tut.in fin.& in l.secundum naturam.ff.de reg.iur. Aut de testamentaria tutela agimus,& hic quoque idem sentimus,quod proximè de legitima tutela sensimus; tum quòd tutela onus est, & onerum immunes excommunicati non sunt, vt diximus; tum quòd furiosus,vel minor viginti quinque annis tutor testamento datus tutor tunc est, cùm compos mentis, aut maior viginti quinque annis fuerit factus,vt habetur in cit.§.furiosus in instit.qui test.tut.dari poss. At quis interim tutelam administrabit? curator plane a iudice datus arg.§.sed etsi in testamento in instit. de Attil.tut.& §.fin.de curat.eod. Aut de tutore à iudice dato agimus,& in hoc casu posterior sententia,quam sequitur Borgnin. locum sibi vindicabit; etenim excommunicatus interim tutelam administrare non potest, iudex uerò ex tempore uel sub conditione tutorem dare non ualet, vt dixit iureconsultus in l.actus legitimi iunct.Gloss.ff.de reg.iur.& ut not.eadem Gloss in §.ad certum tempus in Instit.qui test.tut.dar.poss.quamobrē autem id fiat, DD. declararunt in cit.§.ad certum tempus;in hac igitur quæstione sic concludendum censerem. Excipio tamen,ubi tutor neque notorius, neque denunciatus est;nam in hoc casu tutor a iudice dari poterit ob extrauang.ad euitanda, atque sic dixit simpliciter Mar.Soc.sen.in c.sacris. num.455.versic. Tertiò quæro de sent.excom.vbi idem ait de curatore,orphanotrophio, leptosario,hospitalario, & huiusmodi.

De vsu communionis hominum excommunicato ipsi prohibito in iudicijs, vbi actor est, declaratione nona eiusdem effectus. Cap. XV.

SVMMA.

1 *Agere in iudicio excommunicatus non potest; quæ regula, quousque pateat, etiam declaratur.*
2 *Statuto, consuetudineuè excõmunicationis exceptio tolli non potest.*
3 *Reconuenire excommunicatus non potest; quæ regula etiam declaratur.*
4 *Præscriptio contra excommunicatũ an currat.*
5 *Procurator pro excommunicato actore interuenire non potest; quæ regula etiam declaratur.*
6 *Tutori, curatoriuè agenti an exceptio excommunicationis pupilli, minorisuè obsit.*
7 *Actor in iudicio esse non potest, qui excommunicatus est; etiam si offerat se probaturum excommunicationis sententiam aut aut nullam, aut iniustam esse.*
8 *Citatus instante actore excommunicato comparere non tenetur.*



EGIMVS huc vsque de sacramentorum, spiritualiumque communione ipsi excommunicato prohibita; reliquum igitur est, vt de communione hominum prohibita etiam idem agamus: &, quoniam in hac Tab. cap. 6. in princ. communionem han: in his esse diximus, in iurisdictione, in dignitatibus, in iudicijs, in contractibus, in vltimis voluntatibus, ac demum in quotidiano congressu, atque conuictu, & de iurisdictione, ac dignitatibus pertractauimus, vbi de ecclesiastica iurisdictione, & de ecclesiasticis dignitatibus egimus; ideo de reliquis, & primò de iudicijs agamus; sed prius de actore, deinceps de reo, tertiò de testibus, quartò de patrono, seu aduocato, postremò de procuratore, huiusmodi enim personæ præter iudicem, de quo iam a-
1 ctum est, in iudicijs interueniunt. † Excommunicatus igitur, vt regulam constituamus, vsu cõmunionis hominum in iudicijs caret, vbi vt actor interuenit, id est excommunicatus in iudicio agere non potest, vt probatur in c. exceptionem de except. in antiq. & in cap. 1. versic. Quod maioris excommunicationis exceptio, & ibi DD. communiter not. eodem lib. 6. & in Clem. vn. eod. & vt dixit Gloss. 1. in cap. intelleximus de iud. & Rot. decis. 7. num. 2. de except. in nou. & Viuius in Syl. com. opin. opin. 262. num. 1. & Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 283. versic. Igitur de sent. excom. ac denique DD. communiter: id quod meritò cautum est; hac enim ratione, vt inquit Roman. Pont. in cit. cap. 1. de except. lib. 6. censura ecclesiastica magis, magisque timetur, communionis periculum euitatur, contumaciæ virium comprimitur, ac demum excommunicati, dum à communibus actibus excluduntur, rubore perfusi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis effectum faciliùs inclinantur; excommunicatus igitur vt actor in iudicio interesse non potest. Quæ regula multis modis amplificatur, nam primò locum habet, vel ab homine, vel à iure excommunicatus quis sit, vt dixit Zab. in cit. Clem. vn. versic. Secundò quæro de excep. Item locum habet, vel coram iudice ordinario, vel coram delegato agat. arg. c. prudentiam. §. sexta, & ibi not. Abb. num. 1. de off. deleg. & vt tradidit Gloss. in cap. 1. in verb. Opponit de excep. lib. 6. etenim propositæ rationes & in huiusmodi casibus locum sibi vindicant, ac propterea & iuris dispositio idem sibi vindicare debet arg. cap. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. atque sic dixit Mar. Soc. sen in cap. sacris. num. 434. versic. Circa tertiũ de sent. excom. nã exceptionem hãc coram quocunque iudice actori opponi posse asseruit. Tertiò locum habet non solùm in iudicio ecclesiastico, verùm etiam in iudicio seculari; sic enim dixit Gloss. in cit. cap. 1. in verb. Ecclesiasticis, & in verb. Opponat de except. & Felin. in c. postulasti. num. 1. de accus. & Bald. in cap. intelleximus. nu. 4 de iud. & Gloss. in l. 1. in verb. Vti. C. de iur. & fact. ignor. quam sequitur Ias. ibi. num. 29. & Bald. in l. quoties. num. 6. C. de iud. & in l. placet. num. 5. vbi quosdam alios idem sentientes refert, & Bart. num. 4. in 2. lect. & Ias. in 1. num. 19. C. de sacr. sanct. eccl. Quare, si secularis iudex excommunicatum actorem non repellat, ab ecclesiastico iudice ad id cogi potest, ac debet, vt habetur in cap. decernimus, & ibi not. Phil. Franc. Anchar. & Gemin. ac reliqui omnes de sent. excom. lib. 6. etenim, cùm versando quis cum excommunicato peccet, arg. c. sacris de ijs, quæ vi, metusuè caus. fiunt & cap. sicut apostoli cum trib. seq. & cap. quoniam multi. 11. q. 3. meritò & in foro seculari excommunicatus ne

agat,

agat, prohiberi quoque ob communionis periculum debet; canones enim, vbi de materia peccati agitur, vbique seruari debent, vt citati autores eisdem in locis inquiunt. Episcopus ergo loci, vbi secularem iudicem excommunicatum actorem audire animaduerterit, ad id cum eom pellet, atque sic not. citati autores in cit. cap. decernimus, & facit quoque cap. fin. eod. tit. ac lib.
2 † Ex his apparet nec statuto, nec consuetudine exceptionẽ hanc tolli posse, quia & in seculari foro seruetur, vt dixit Dec. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 64. versic. Duodecimò non valet statutum, vbi & quosdam alios idem sentientes refert de constit. & Lap. alleg. 92. & Felin. in c. fin. num. 7. versic. Nor. etiam, ꝗ ista exceptio de except. & Soc. eod. versic. Et aduertas; nam, vt ibi ait, esset hoc inducere peccatum: quamuis contrariũ senserit, & malè Tiraq. de vtroque retract. Gloss. 9. num. 276. & consuetudine generali Galliç id non seruari testetur Add. ad Capell. Thol.
3 decis. 133. in quocunque foro igitur excommunicatus actor expelletur. † Quartò locum habet etiam in reconuentione; nam excommunicatus conuentus reconuenire actorem tunc non potest, qui eum conuenit, vt habetur in c. cùm inter priorem in fin. de except. & vt not. Gloss. ibi in verb. Reconuentione, & Abb. num. 7. versic. Nota, quòd reconuentio eod. & Gloss. summ. in verb. Sed an potest. 4. q. 1. & in cap. intelleximus in fin. de iud. & in cap. decernimus in verb. Agendo, & ibi DD. de sent. excom. lib. 6. & Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 315. versic. Quæro decimo sextò de sent. excomm. & Rot. decis. 7. num. 2. de except. in nou. & Ias. in l. libertus. ff. de in ius voc. etenim reconuentio oppugnatio quædam, & altera conuentio, & actio est, vt dicitur in cit. cap. cùm inter priorem in fin. & ibi not. Abb. num. 8. & in cap. 1. & 2. de mut. pet. & in cap. 2. de ord. cogn. at excommunicatus expugnare quempiam in iudicio, ac conuenire non potest, vt probauimus; nec reconuenire igitur excommunicatus poterit. Excipitur tamen, vbi exciperet de eo, quod ipsi debetur vi eius causæ, quãobrẽ conuenitur; nam, si exempli gratia quis ab excommunicato petat sibi dari equum actione venditi, excipere potest de pretio non soluto, atque sit asseruit Mar. Soc. eod. † Quintò locum habet proposita regula, vt excommunicatus agere non possit, etiam si actio tempore peritura esset; sic enim inquit Host. quem refert, ac sequitur Abb. in cit. cap. cùm inter. num. 13. & Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 292. de sent. ex-
4 com. versic. Quartò quæro. † An igitur præscriptio contra excommunicatum currit? videbatur planè dicendum ipsam non currere. Primò, quia non valenti agere non currit præscriptio, vt habetur in l. 1. §. fin. & ibi not. Bald. ac DD. C. de annal. excep. & vt inquit Bar. in l. senatusconsulto. num. 2. ff. de off. præs. & Ias. in rub. num. 5. ff. de acquir. possess. Postremò ob cap. quia diuersitatem de concess. præb. vbi sex mensium spatium ad eligendum, beneficiumuè conficiendum præstitutum contra suspensum non currit; ergò neque contra excommunicatum. Atqui ad rationes has responderi facilè potest; nam citata l. 1. §. fi. locum habet, vbi absque sua culpa quis agere prohibetur, excommunicatus verò sua culpa impeditur arg. cap. nemo episcoporũ cum duob. seq. 11. q. 3. iunct. cap. ex literis de constit. Non facit etiam cap. quia diuersitatem; quandoquidem eo tempore præscriptio non currit, ne ecclesia ob alterius culpam damnum patiatur contra cap. cùm venerabilis. §. intelleximus de except. atque sic respondit Bald. in c. 1. in fin. de præscript. Quare Anton. quem refert, ac sequitur Abb. in cap. cùm inter. num. 19. de except. & Add. ad Capell. Tholos. decis. 137. sic distinguebat. Aut iniuria hic excommunicatus est, & tunc dicebat ipse, vel audietur, si egerit; vel tempus non curret; vel saltem in integrum restituetur. Aut iure excommunicatus est, & tunc si se absoluendum non curat, tempus curret, & non restituetur, aliàs secus, si operam dederit, vt absoluatur; nam tunc, dicebat ipse, vel tempus non curret, vel restituetur: hęc Anton. ex quibus apparet nihil pro certo affirmasse. Ego autem in hac quæstione sic distinguendum censerem. Aut quis excommunicatus iure est, & se absoluendum non curat; item iniuria eadem pœna constrictus est, & absolutionem hic etiam non petit; & in his casibus præscriptionẽ currerre censeo: nam, ex quo hic se absoluendum non curat, facit ipsemet, nè possit agere; at, qui facit, vt non possit agere, posse dicitur arg. l. sed etsi per prætorem. §. 1. ff. ex quibus caus. maior. ergò huic præscriptio curret, ex quo agere poterat, & non egit, atque hoc sensit Anton. in sua illa diuisione, & qui eum sequuntur, & Bald. in cap. 1. in fin. de præscript. ibi enim ait excommunicato præscriptionem currerre, si fuit excommunicatus iustè, vel est in mora absolutionem petendi, & sequitur eum Felin. ibi. num. 14. versic. Dum dicit Abb. & Felin. in cap. ex transmissa. num. 3. versic. Pro quo facit dictum Bald. de præscript. & communiter receptum hoc esse videtur. Aut iniuria excommunicatus est, iureuè, sed operam dedit, quantum potuit, vt absolueretur, & in hoc casu præscriptionem huic non currerre censeo; nam hic verè impeditur, quò minus agat; at, qui iure impeditur, huic præscriptio non

currit

currit arg.l. 1.ff.de diuers.& temp.præscr.& vt tradidit Abb. quem sequuntur DD. ac Fel.nu. 14.versic. Inquantum verò ponit in cit.cap.ex transmissa de præscript. vel esto, currat, æquitatis tamen ratione restituetur; in hac igitur quæstione, quam disputarût Abb. ac DD. in cit.cap.cûm
5 inter, & Felin.in cap.placuit.num.8.de præscript.sic concludendum existimarem. † Sextò excommunicatus nec per procuratorem agere in iudicio potest, vt dixit Mar. Soc. sen.in cap.sacris.num.327.versic. Quæro vigesimoprimò de sent.excom. nam excommunicato actus, non modus agendi prohibitus est; ergo nec per procuratorem agere potest arg.eorum, quæ tradidit Gloss.in cap.cûm quid versic.Satis circa hoc de reg.iur.lib.6. Præterea hic excommunicatus, aut dat procuratorem, quando iam excommunicatus est, & datio non valet, vt probatur in cap.fin.versic.Vel aliàs eorum autoritate de procur.& vt not.Inn.ibi num.4.& Abb.num.1. & Butr.in cap.1.num.34.de rescript.lib.6.& Syl.in verb.Procurator versic. Vel constitutus ab excommunicato, & Capell.Tholos.decis.143.ergò, ex quo datio non valet, nec agere poterit arg.l.eius, qui in prouincia.ff.si cert.pet. Id quod locum habet, vel, qui procuratorem dedit, absolutus deinceps fuerit; nam nihilo magis agere poterit arg. capit. non firmatur.de regul. iur. libr. 6. & l. quod ab initio.ff.eod. atque ita sensit Innoc. in cit.cap.fin.num.4. de procurat. nouum igitur mandatum postulatur; sic enim & matrimonium nullum ob aliquod impedimentum, quamuis deinceps Romanus Pont. dispenset, non tamen valere incipit, nisi iterum contrahatur, vt dixit Nauar. in Man.cap.22.num. 86. Aut ante excommunicationem procuratorem dedit, sed in excommunicationem deinceps incidit, & in hoc itidem casu procurator agere non potest; nam nec ipsum constituens posset arg.l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur. atque sic dixit Host. quem refert, ac sequitur Abb.in cap.licet in fin. de off. deleg. & Capell.Tholos.decis. 385.& Add.ad eam decis.143.& Marian.Socin.sen.in cap.sacris.num.331.versic. Quæro vigesimosecundo de sent.excom. vbi ait procuratorem legitimè constitutum agere non posse, si constituens in excommunicationem deinceps incidat, modo actor sit; & hoc locum habet, antequã iudicium inchoetur. Idem, si pendente iudicio constituens eodem vinculo constringatur, vt aliter rit Soc.eo.n.332.acta nihilominus per hûc procuratorẽ valebunt, si admittat ob c. 1. de excep. lib.6.& vt dixit Soc.eod.ibi. Item locum id habet, etiam si procurator litem contestatus iam sit, quo casu instantiæ dominus procurator efficitur, vt habet in cap.1.§. 1. de procur. lib.6. quod enim commodum, incommodumque ad ipsum constituentem, & non ad procuratorem pertinet, ob eam rem ipsius constituentis, non procuratoris esse lis existimatur arg.§. biduum vers. Palam. 2.q.4.atque sic inquiunt Hostie. & Abb.in cit.cap.licet in fin.& eadem Add.ad Capell. Tholos. decis. 143. Item non aget, vel in rem suam procurator datus sit, si directam actionem constituentis nomine exerceat; sic enim dixit Abb. secutus Angel. in eod. cap.licet in fin. Excipitur tamen primò, vbi procurator in rem suam datus est, & vtilem actionem ad se pertinentem proponit, tunc enim audietur, ut citati autores proximè eisdem in locis asserunt; actio.n. illa procuratoris est, ac propterea alterius excommunicatio ei non obest: quando autem directa, vtilisuè actio in rem suam proposita dicatur, docuit Bart.in l.qui stipendia.C. de procurat. Item excipitur procurator ab vniuersitate constitutus, qui syndicus nominatur; nam, si eius cõstitutio in initio valuit, quamuis deinceps omnes de eo Collegio in excommunicationem incidant, syndicus tamen agere poterit; nam, postea quam datus est, à iure potestatem accipit, & vniuersitatis nomine (quæ excommunicari non potest, vt cauetur in cap.Romana.§.in vniuersitatem de sent.excom.lib.6.) non singulorum agit, atque sic dixit Inn.in eodem cap.fin.num.4. versic.Oeconomus de procurator.quem sequitur Anchar.in cap.1.versic.Item not.de off.vic. lib.6.& in cap.accessorium.num.11.versic.Et hinc sumpta occasione,& Marian.Soc.sen.in cap. sacris.nume.224.cum.seq. de sent.excom.vbi ait procuratorem, atque administratorem agere posse, & impetrare rescriptum, vbi à canone administrationem recipit, & proprio, ecclesiæuè nomine administrat, & non constituentis nomine, vt œconomus, visitator, syndicus, vel actor vniuersitatis. Oeconomus ergò, nec non vicarius, qui à capitulo sede vacante datur, vt statuit Trid.Syn.cap.16.de reform.Sess.24.suum munus exercere poterunt, vel deinceps singuli ex capitulo excommunicati sint; clericus quoq; excommunicato episcopo, qui ipsi ecclesiam contulit, suæ ecclesiæ nomine agere non prohibetur, quippe qui à iure vsum actionum recipiat, & suo, non episcopi nomine agat; idem de Prioribus sentimus, vt ipsis maiorum suorum excommunicatio non obsit, qui ipsos constituerunt; idem etiam concludimus de visitatore, & coadiutore: nam, quòd ecclesiæ nomine agunt, ob eam rem, vel in excommunicationem is incidat, cuius coadiutor, visitatorq; sunt, agere tamen poterût, vt dixit Inn.eodem. Et hæc, quæ de exceptione

ptione hac diximus,locum sibi vindicant, vbi procuratoris constitutio à Collegio facta valuit; secus autem,vbi constitutio nulla fuit ob excommunicationem eorum, qui ex Collegio sunt, vt potè vel quòd in mandato excommunicati de collegio exprimuntur,vel quòd excommunicatorum autoritate procurator datus videtur, vel quod ab alijs de Collegio ipsorum excommunicationis conscijs ad syndicum constituendum admissi sunt:quibus casibus syndici constitutio non valet,vt probatur in c.fin.de procur.& eorum,quæ dixit Abb.ibi.num.7.nam hic syndicus, ex quo eius constitutio non valuit, nihil agere potest. Nihil etiam procurator aget, vbi a pluribus tanquam à singulis, & non vt à collegio constitutus est, si vel constitutionis tempore ipsorum alter excommunicatus sit, vel deinceps in excommunicationem incidat; tum quòd potestatem indiuiduam à singulis habet, tum quòd nec ipsimet cum huiusmodi socio agere possent arg.cap.cùm super de off.deleg.& l.Pedius.ff.de arb.& eorum quæ tradidit Abb. in cit. c. fin.num.4.de procur. excommunicatus igitur nec per procuratorem in iudicio agere potest. Contrarium tamen dicendum videbatur, ex quo ratione hac communionis periculum vitatur, quamobrem,ne excommunicatus ageret, prohibitus videbatur arg.c. exceptionem de except. & cap. 1.eod.lib.6. atqui à proposita sententia discedendum non est, nam,etsi ea ratio cessat, reliquæ tamen remanent, quæ habentur in eod.cap.1.de except.& à nobis in initio huius cap. propositæ sunt, quæ singulæ per se ad hoc prohibendum sufficiunt; at,vbi ob plures rationes aliquid constitutum est, quarum singulæ per se sufficiunt, quamuis altera desinat, constitutio tamen valet argum.§.affinitatis in Instit.de nupt.& l.si non lex ælia sentia.ff.de hæred.instit.& vt not.Gloss.& Bar.in l.si ventri.§.in bonis.ff.de priuil.credit.Et hæc conclusio locum habet, etiã si is pro eo agat, qui sine mandato agere potest, vt persona coniuncta; tum quòd coniunctio illa operatur idem, quod mandatum; ergo, sicut per procuratorem constitutu ex mandato non agit,nec per ius,arg.l.si eum.§.qui iniuriarũ.ff.si quis caut.tum quòd non cessant rationes, quæ habentur in c.1.de excep. lib. 6. quamobrem actor excommunicatus agere non potest, addo futurum hoc contra cap.cùm quid vna via de reg.iur.lib.6. quamuis igitur de hoc dubitauerit Mar.Soc.sen.in c.sacris.num.335.cum seq.de sent.excom. tamen pro certo id ego habeo; nam non modus est prohibitus, sed actus. † Verum excommunicato pupillo, vel minore,vel filiofamilias, vtrum excommunicationis exceptio tutori, curatori, patriuè obstabit, quò minus in iudicio agant?Concludendum est breuiter,etsi tutor, curatorque administrationem à lege, à iudiceuè,qui eos dedit, habent arg.l.1.ff.de tut.excommunicationis tamen exceptionem ipsius pupilli,atque minoris, tutori, atque curatori in agendo officere; nam pupilli, minorisq; mentionem in agendo tutores, curatoresque facere debent, & eorum nomine agere: id quod & de patre in bonis filij sentimus ob eandem rationem, quamuis in ipsis pater usumfructum habeat: secus autem quò ad actionem de dote, exceptio enim excommunicationis filiæ patri non nocebit; tum propter communionem, quam pater habet in actione de dote, vt notatur in l.non solùm.ff.solut.matr.tum quòd vsus actionis de dote nititur in patre, & in filia accommodante consensum tantùm,vt habetur in l.2.§.voluntatem.ff. solut. matr. esto igitur consensum accommodare filia non possit (quod non concedimus, consentire namque excommunicatus potest, ac propterea matrimonium contrahere, in quo consensus requiritur arg. cap. cùm locum de matr.sicut etiam & reliquos contractus inire) quin tamen agat, impediri non potest arg.c.1.ne sed.vac.lib.6.& cit. §. voluntatem; atque in omnibus his proxime dictis sic asseruit Anchar.in cap.accessorium. num. 11. versic. Quid si excommunicato pupillo doli capace, vel adulto; excõmunicatus igitur, quod sepe diximus, nec per procuratorẽ in iudicio agere põt.
† Septimò excommunicatus in iudicio non auditur, vbi vt actor interuenit, etiam si offerat se probaturum excommunicationis sententiam in se latam nullam esse, vtpotè, vel quòd post appellationem legitimam se excommunicatum inquit;vel sententiam intollerabilem errorem cõtinere: nam interim, dum nullitatis causa cognoscitur, in alijs vt actor in iudicio euitabitur,atque sic statuit Roman. Pont.in cap.solet §.in secunda & ibi not.Gloss.& Gemin.& Phil. Franc. in princ.& in versic. Si verò quæratur,an ipse excommunicatus, & Anchar.versic. Nonò not.de sent.excom.lib.6.Octauò excommunicatus etiam in iudicio ante absolutionem non auditur, quamuis iniuria se excommunicatum esse quæratur, & se id probaturum offerat; sic enim habetur in cap.cùm contingat, & ibi not. Abb.de off.deleg.& in cap.per tuas, vbi quoque Abb.nu. 3.& Felin.de sent.excom.& sic asseruit Gloss.fin.in cap.significauit,& ibi quoque Abb. in fi. de off.ord.& idem Abb.in cap.fi.num.5.de except. etenim,quòd sententia hæc obligat, æqua, iniquaue sit arg.cap.2.11.q.3.& cap. facto de senten.excomm.ac propterea absolutio necessaria est, ob

est, ob eā rē priùs absolui debet; cùm, vel iniqua sententia probetur, absoluendus tamen sit, vt dixit Roman.Pont. in cit.cap.cùm contingat & in eod.cap.per tuas;vnde frustra expectaretur, vt causa cognosceretur,cùm, vt diximus,absolutio necessaria nihilominus sit. Excipitur tamen, vbi quis ob contumaciam excommunicatus, & deinceps absolutus est; nam, si deinceps in eandem contumaciam incidat,atque ob eam rem excommunicatione iterum afficiatur, non priùs deinceps absoluetur, quàm causæ cognitio cœpta sit, vt probatur in cit.cap.significauit, & ibi not.Host.& Abb.de off.ord. Nonò actor excommunicatus reijcitur à reo,etiam si & reus ipse excōicatus sit; nam reus se defendere potest,ac propterea & hac ratione,atq; sic pluribus id asseruit Marian.Soc.sen.in cap.sacris.num.428.de sent.excom.Decimò,etiam si reus cum excommunicato antea communicasset arg cap.à nobis de except.& vt dixit Mar.Soc.sen.in c.in præsentia.num.2.de sent.excom.qui & de communi sententia testatur,& in cap.sacris. nume.432. versic.Quarta declaratio eod.nam,etsi, quòd semel probaui,improbare non possum; tamen regula illa in eo locum non habet,quod à mea voluntate non pendet,vt hìc; non enim,quod eius communione vsus sum, ob eam rem habilem ad iudicium ipsum reddere potui, ita Soc. eod. Postremò nec extra iudicium,si à iudice quicquam petat,excommunicatus auditur, vt probatur in cap.cùm parati de appell.ibi enim,cùm extra iudicium à Romano Pont. nescio quid quis petijsset, & ab eo impetraturus id esset ; quoniam petenti excommunicatio obiecta est,ob eam rem petitionem summus Pont. ei denegauit,ergò nec extra iudicium excommunicatus petitor à iudice auditur, atque sic not.ibi Abb.num.1.& Præpos.& Imol.& Dec.ac DD.omnes, sicuti quoque Ias.in l.vlt.num.7.C.qui admitti: idque merito; etenim & ab ijs, quæ extra iudicium geruntur, excommunicatus repelli debet,vt dicitur in cap.licet de sent.excom.lib.6.& vt asseruit Abb.in cap.intelleximus.num.2.& Dec.num.4.de iud.sed de regula hac iam hactenus, ad
8 eius exceptiones iam transeamus. † Si illud priùs addiderimus citatū petente excommunicato ad comparendum non obligari, vt Innoc Ioan.Andr. & DD. communiter sentiunt in cap. 2. de dilat.& refert, ac sequitur Marian.Soc.sen.in cap.sacris de sent.excom.num.291.versic.Tertiò quæro,modò notorius sit, vel denunciatus; nam per eam citationem adueniendum non arctatur,& præceptū citationis vt cōtinens quid turpe est,vt vbi ait:quāuis ergo aliàs acta valeāt, hic tamen secus de actis absente citato, qui ob excōicationem nō comparuit, atq; ita Soc.ibid.

SVMMA.

1 *Agere potest excommunicatus, vbi impeditur facere, quod ei permissum est.*
2 *Debitor excommunicati vbi fugiturus existimatur, petere potest excommunicatus, vt capiatur.*
3 *Iudicijs in duplicibus an excommunicatus agere possit.*
4 *Nulla sententia excōmunicationis vbi est, ex communicatus auditur.*
5 *Superiore excommunicato an inferior agere possit de re, in qua vterque ius habet.*
6 *Agere excommunicatus ratione publici officij an possit, vbi alterius commodum in primis agitur.*
7 *Agere excommunicatus contra eum an possit, qui ob id, ne ageret, excommunicandum eum curauit.*
8 *Actor excommunicatus admissus in causa appellationis expelli non potest; quæ regula etiam declaratur.*
9 *Iudex appellationis an reum actori excommunicato condemnabit.*
10 *Supplicare excommunicatus potest, vbi supplicatio appellationis locum subit.*
11 *Cessionarius excommunicati an agere ex cessis actionibus possit.*
12 *Creditor excommunicati agere post contra de legatum ipsi ab excommunicato debitore.*
13 *Actor excommunicatus an compelli possit à reo, vt iudicium cœptum prosequatur; & an reus possit contra excommunicatum vti beneficio l.desamari.C. de ingen. man.*
14 *Iudex si nollit excommunicatum actorem actionem prosequi, reus autem vellit, quis audiendus.*
15 *Reus excommunicatus an petere possit,ut actor judicium cœptum prosequatur.*
16 *Actor excommunicatus in iudicio esse potest, vbi periculum animæ agitur.*

I.

1 § Quamuis excommunicatus in iudicio vt actor esse non possit, vt proximè vidimus;in quibusdam tamen casibus hoc ei conceditur. † Nam primò agere potest,vbi impeditur,quò minùs id agat, quod ei iure permissum est; nām, si exempli gratia in iudicio conuentus impediatur,

diatur, quò minus procuratorem constituat, quòd ei conceditur in cap. intelleximus de iud. si
Romam itidem proficiscatur, quò rescriptum super appellationem impetret, quod etiam ei li-
cet per cap. 1. de rescript. lib. 6. & hic quoque suum iter quis moretur, de hoc conqueri coram
iudice poterit, & audiri ab eo debebit, atque sic dixit Abb. in cap. intelleximus. num. 7. & Dec.
num. 8. & Felin. in fin. vbi & quosdam alios idem sentientes refert de iud. & idem Felin. in cap.
dilectus. 1. num. 17. versic. Fallit tertiò de rescript. & Anton. Corset. in tract. suo de potestate, at-
que excellentia reg. q. 72. versic. Fallit tertio, & Nicol. de Mil. in reper. in verb. excommunicatus
in omnibus causis, vbi ait in causis, in quibus potest esse in iudicio, in omnibus illis, si impe-
diatur, posse agere pro iniuria sibi illata. Item poterit agere, vt absoluatur ab excommunica-
tione, & super eam, rescriptum etiam impetrare, vt dicitur in cap. 1. de rescr. lib. 6. & Mar. Soc.
sen. in cap. sacris. num. 288. versic. Aduerte etiam de sent. excom. etenim, cùm quidpiam conce-
ditur, & id, sine quo haberi concessum non potest, concessum esse existimatur arg. cap. præte-
rea de off. deleg. & l. 2. ff. de iurisdict. omn. & vt id abunde not. Mars. in singular. suo. 175. in hoc
igitur casu excommunicatus vt actor audiri debet: si tamen impedimentum cesset, contra im
pedientem non aget; nam, vbi contra communes iuris regulas ratione suadente quidpiam con
ceditur, ea cessante concessio cessare debet arg. c. Deus, qui de vit. & honest. cler. & cap. trans-
2 missa de præscript. & vt dixit Abb. in cap. significauerunt. nume. 17. in fin. de except. † Item, vt
actor in iudicio excommunicatus esse potest, vbi probabiliter timet, ne debitor aufugiat, nisi
eum capiendum curet, vt asseruit Abb. in c. cùm inter. num. 13. & Felin. qui eum sequitur. num.
29. versic. Limita secundò de excep. & in cap. significauit. num. 21. versic. Ad idem facit eod. &
idem Fel. in c. dilectus. 1. nu. 17. vers. Fallit quartò de rescr. etenim à præiudicio, quod ei tunc
impendet, quodammodo oppugnatur; ergò, vt se tueatur, permitti ei debet, omnis namque
legitima defensio ei conceditur, vt habetur in eod. cap. cùm inter de except. hinc excommuni-
catus canonicus confirmationi sui episcopi ob graue præiudicium, quod imminet, se opponere
potest (quamuis contrarium cap. seq. asseruimus contra com.) & executioni in rem suam etiam
faciendæ, vt dixit Abb. in cap. dilecti de except. & Felin. in cap. exhibita. nume. 5. in fin. de iud.
idque meritò etenim, vbi periculum in mora est, à regulis iuris discedimus arg. l. de pupillo. §.
si quis riuos, & ibi not. DD. ff. de op. nou. nun. & Ias. in l. 2. num. 15. cum multis seq. ff. de iurisdic.
omn. iud. & facit quoque l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, qui in fraud. cred. & l. vt vim. ff.
de iust. & iur. cum ibi not. & cap. 2. cum seq. de homicid. nec repugnat, quod diximus supra. vbi
actio tempore peritura est, excommunicato non succurri; nam in illo casu id prouidere poterat,
non autem in hoc arg. l. quia poterat. ff. ad Trebell. exceptio tamen hæc locum non habet, vbi
tempus ei datur, vt priùs absolui possit, atque sic sensit Felin. in cit. cap. cùm inter eod. versic.
& in capitul. significauit eodem numer. 21. versic. Ad idem Quare & propria autoritate fugien-
tem debitorem capere poterit arg. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred. etenim, ex
quo periculum præsens adest, necessaria defensio videtur, atque sic asseruit Marian. Socin. sen. in
3 cap. sacris. num. 319. vers. Quarto de sent. excom. † Tertiò excommunicatus in iudicio esse pôt
in iudicijs duplicibus, vt famil. hæreis. comm. diuid. fin. regund. Vti possidetis, & vtrobi, de qui
bus agitur in §. tertia, & ibi Gloss. in Instit. de interd. & Gloss. in cap. ex literis de probat. nam in
huiusmôi iudiciis quisque & actoris, & rei partes sustinet, vt hr̃ in l. inter cohæredes. §. qui fami-
liæ. ff. fam. hærcis. & in l. iudicium comm. diuid. ff. fin. regund. atque sic dixit Iutr. in c. venerabi-
lem de except. & sequitur eum Felin. in cap. intelleximus. num. 17. versic. Quinta declaratio de
iud. Quæ tamen exceptio vera mihi omnino esse non videtur; nam excommunicatus actor non
auditur, vt probauimus, ergo & in his iudicijs, qui primo in ius vocauit, non audietur; quan-
doquidem hic actoris partes sustinet, vt dicitur in l. in tribus. ff. de iud. & in l. 2. §. fin. ff. comm.
diuid. nec iura citata repugnant, nam in initio ea locum habent, tunc enim quisque & agere, &
conueniri potest; non autem, vbi alter ipsorum ad iudicium prouocauit, & alter id poterit, quã
doquidem ius suum eodem iudicio consequi potest, atque sic declarat. Castr. in cit. l. in tribus,
& Nell. in 1. part. secundi temporis. q. 64. in fin. sensit in tract. de bannit. quare exceptio hæc lo-
cum tantùm habebit, vbi non apparet, quisnam primò ad iudicium prouocauerit, atque sic
dixit Felin. in cap. venerabilem in princ. vbi & ad rationes quasdam repugnantes respondit de
4 except. † Quartò in iudicio esse permittitur, vbi excommunicationis sententiam in se latã nul-
lam esse queritur; nam, quòd absolutione opus non est, si sententia nulla esse probetur, ob eam
rem, an nulla sit, ante absolutionem cognoscitur, vt tradidit Romanus Pont. in cap. cùm con-
tingat, & ibi Abb. ac DD. not. de off. deleg. & in cap. per tuas de sent. excomm. etenim pro non

excommunicato interim habetur arg.l.ordinata.ff.de liber.cauſ.nam,etſi ſeruus agere non poteſt, vt habetur in l.ſeruus.C.de iud.ſi tamen liberum ſe aſſerat, agere nou prohibetur ob cit. l. ordinata; ergò idem in caſu noſtro, atque ſic dixit Caſtr.in l.de pupillo.§.qui remiſsionem, nu. 4.verſic.Item aduerte diligenter.ff.de op.nou.nunt.quod tamen locum ſolùm habet in articulo illo nullitatis ob cap.ſolet de ſent.excomm.lib. 6. licet extra iudicium recipiatur ob cit. cap.
5 ſolet.† Quintò,vbi plures à lege alicuius rei adminiſtrationem habent,quorum alter ſuperior, alter inferior eſt; nam excommunicato ſuperiore Inferior,qui excommunicatus non eſt, agere poterit; idem erit & è contrario, atque ſic aſſeruit Gloſſ.in Clem.1.in verb.Coram; & ibi not. Imol.nu.26.& Anchar.num.5.cum ſeq.& Zab.verſic.Decimooctauò de reſcriptis.Quare Priore fratrum Prædicatorum excommunicato,eius Miniſter,& multo magis ipſe Generalis pro monaſterio eius Prioris agere poterit: itidem & è contrario, vterque enim à lege adminiſtrationẽ habet: ſecus autem,ſi Prior à ſuperiore adminiſtrationem habeat arg. cap. 1. de off. vic. libr.6.
6 † Sextò excipitur, vbi excommunicatus ius ſuum non proſequitur, ſed alterius ratione publici officij; nam, ſi exempli gratia epiſcopus pro ſua eccleſia agit, ratione publici officij auditur, modò notorius excommunicatus non ſit, vt inquit Anton. quem refert, ac ſequitur Felin. in c. intelleximus.num.24.verſic.Duodecimò declaratur: quæ tamen exceptio mihi non probatur; nam cuiuſcunque nomine hic agat, excommunicatus audiri non debet, ſicut nec etiam pro ſe ob rationes, quæ habentur in cap.1.de except.lib.6.nec repugnat dictum Innoc.in cap.ſi verè num.3.de ſent.excom.dum inquit in dignitate poſitum excommunicare poſſe,& literas impetrare,quamdiu tolleratur; nam non ibi agitur,an excommunicatus agere poſsit, ſed an valeat ab eo actum; & valere inquit, quod dubitationem non habet, nam & quouis priuato actore,antequam expellatur,acta in iudicio valent ob cit.cap.1.de excep.lib.6.exceptionem igitur hanc
7 non probo, nam reijci poterit,modò excommunicatus probetur. † Septimò excommunicatus agere itidem poterit, ſi eum conueniat, qui propterea ipſum excommunicandum curauit,ne contra ipſum ageret, ſic enim dixit Rom. quem refert Felin.in cap.intelleximus.num.23.verſ. Vndecima declaratio de iud.& Add.ad Alexand.in l.de pupillo.§.ſi procurator.num.4. in litera A.ff.de op.nou.nunt.Quæ itidem exceptio mihi non quadrat. Primò,quia excommunicatus in iudicio eſſe prohibetur,vt actor, non quia iure excommunicatus, ſed quia excommunicatus eſt arg.cap.decernimus de ſent.excom.lib.6.& cap.1. de except. eod. lib. ibi enim generaliter excommunicatus in iudicio vt actor eſſe prohibetur,idque meritò;nam vel iniqua ſententia ſit, timenda tamen eſt, vt dicitur in cap.1. & in cap.quibus epiſcopi.11.q.3. & facit. cap. ſolet de ſent.excomm.verſic.In ſecunda,vbi qui excommunicationis ſententiam nullam eſſe inquit, eo articulo excepto in aliis vt actor in iudicio vt euitetur,Romanus Pont. reſpondit, nec quem in ius vocet, diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus arg. l. de pretio. ff. de publ.in rem act. alioquin, vbicunque iniuria quis excommunicatus eſſet, idem dicendum videretur, quod abſurdum eſt. Præterea rationes,quamobrem excommunicatus actor in iudicio eſſe non poteſt, quas recenſuimus hoc cap. in prin.& hic locum habent. Poſtremò actor cum reo conuenire nõ poteſt, ne exceptio opponatur ob rationes,quæ habentur in cit.cap.1.de excep.lib.6. ergò nec tacitò,& ita ratione hac fieri ab ipſis id poteſt arg. cap.exceptionem in fin.de except. in antiq. & cap.1.in fin.eod.lib.6,nam iudex ipſe reo tacente excommunicatum à iudicio expellere poteſt, vt habetur in iuribus proximè citatis; quare nec Felin. exceptionem hanc ſuſtineri facilè
8 poſſe ibidem concluſit. † Octauò excipitur, vbi excommunicatus actor excluſus non fuit, & ſententia contra ſe lata eſt; nam, ſi deinceps appellet, excommunicationis vi à iudicio excludi deinceps non poteſt, quin appellationem,eiuſque cauſam proſequatur, ſic enim dixit Gloſſ.in cap.ſignificauit in verb.Defenſio de except.& Innoc.ibidem verſ.Et ita ex hoc eſt arg.& Abb. num.13.vbi communiter receptum id eſſe teſtatur, ac veriſsimum cenſet,ſicut etiam Mar.Soc. ſen.in cap.ſacris.num.345.de ſent.excomm.ſequitur etiam hoc Zab.in Clem.vn.verſ. Vndecimò de except.& idem Abb.in cap.cùm inter.num.15. eod. in antiq. Probatur autem communis hæc ſententia primò p cit.cap.ſignificauit; nam, cùm Capitulum Tornacenſe excommunicatum ab Archiepiſcopo Mediol. electionis à ſe factæ confirmationem non obtinuiſſet, appellatione interpoſita ab appellationis iudice confirmationem impetrauit: verùm, quòd aduerſarij ob hoc appellarunt,& iudex tunc datus Capitulo ob excommunicationem ei tunc obiectam non reſpondendum eſſe iudicauit, ob eam rem ſummus Pont. tertiò aditus non rectè iudicem hunc declaraſſe iudicauit, cùm à proſecutione appellationis ob excommunicationem Capitulum expelli non debuerit.Hæc ibi ſummus Pont. ex quibus appatet actorem excommunicatũ appellare

appellare posse, & appellationem interpositam prosequi; nam Capitulum ibi actor erat, ex quo primò confirmationem electionis petendo ad iudicium prouocauerat, quo casu actor quis dicitur, vt habetur in l. in tribus. ff. de iud. & l. 2. §. fin. ff. commun. diuid. & vt docuit Bart. in l. liber tus. 1. ff. de in ius. voc. & in l. de pupillo. §. si procurator. num. 3. ff. de op. nou. nunt. declarat id etiam sententia à primo delegato lata, quæ ad petitionem factam se conformare debet arg. l. fin. & ibi not. DD. C. de fideicomm. liber. & vt perbellè tradidit Ias. in l. vinum. nu. 23. ff. si cert. pet. nam electionem à Capitulo factam delegatus ille confirmauit; causam igitur eandem, quam vt actor Capitulum proposuit, appellans prosecutum est, atque sic Gloss. ibi. & Innocen. & Abb. & cõmuniter DD. interpretantur, vt Capitulum ibi actor fuerit, quicquid dixerit Host. qui contrarium, & non rectè sensit; actor ergo excommunicatus, qui ab agendo excludi potest, ab appellatione in ea causa, quam ipse mouit, non excluditur. Præterea probatur id etiam ratione; nam, qui appellat, à sententia contra se lata se absolui postulat; at hic reus dicitur, vt dixit Add. ad Abb. in cit. cap. significauit. num. 14. in litera B. ergò ipsam prosequi poterit, reus enim excommunicatus se defendere potest, vt habetur in cap. cùm inter de except. & vt in sequenti cap. id abundè probabimus: hæc sunt, quæ pro communi opinione potissimum dicuntur. Host. autẽ contrariam opinionem nihilominus secutus est, actorem excommunicatum appellantem audiendum non esse censuit. Nam, qui primò agit, vt ipse inquit, & in appellationis causa actor dicitur; at excommunicatus actor ante appellationem à iudicio excluditur, ergò & in appellatione, cùm actor esse non desinat. Postremò pro hac sententia ratio hæc redditur; exceptio excommunicationis in quacunque iudicij parte actori obijci potest, vt habetur in cap. 1. de except. lib. 6. ergò & in causa appellationis: hæ rationes, quæ præcipuè pro hac sententia reddũtur, nullæ sunt; nam, vt inquit Innoc. in eod. cap. significauit, & Abb. eod. ob eam rem actor ante sententiam excluditur; quoniam nullum damnum ob sententiam patitur, ex quo ad huc lata non est; sed post sententiam latam ius aduersario quæsitum est, & damnum excommunicatio irrogatum, nisi appellet, transiret enim in rem iudicatam arg. cap. quod ad consultationem de re iud. ne igitur reo vincente defendendi se per appellationem facultas actori denegetur, contra cap. cùm inter de except. actorem hunc appellare, & appellationem prosequi posse concludendum est; hæc Innoc. & Abb. Ego autem ob aliam rem id factum censeo, vt scilicet actor agens excludatur, appellans autem admittatur; quoniam, vbi actor excommunicatus agit, alios oppugnat, quod illi, quamdiu excõmunicatus est, prohibetur, vt in hoc cap. probauimus; at, vbi appellat, se defendit, quæ deffensio ipsi excommunicato permittitur arg. cit. cap. cùm inter, & vt in seq. cap. id confirmabimus; propositæ igitur rationes sententiam Host. non tuentur. Quare à communi opinione discendendum non censeo, vt scilicet actor excommunicatus, si appellet, ob sententiam contra se latam audiatur, & ut appellationem prosequatur. Quæ probatur primò p cit. cap. significauit; ibi enim Romanus Pont. iudicem reprehendens, qui Capitulum ab appellatione ob excommunicationem reiecerat, inquit, Quòd prætextu excommunicationis oppositæ à prosecutione appellationis non debet quis excludi: Ecce generaliter hìc Romanus Pont. loquitur respectu habito ad appellantem ob relatiuum illud Quis, quod de omni dicitur arg. l. 1. ff. de verbor. sign. & ita non distinguit quisnam appellet, an actor, reusuè sit, sed solùm inquit prætextu excommunicationis à prosecutione appellationis non debere quem excludi; ergò & nos generaliter id accipiemus, vt nemo appellans excommunicationis nomine excludatur, vel actor sit arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem action. & l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præst. Accedit, quòd sententia contra actorem lata ipsum tunc offendit; nisi enim appellet, causam perdit arg. cit. cap. quod ad consultationem; at excommunicatus offensus se defendere potest, vt habetur in cit. cap. cùm inter, & in cap. fin. eod. de except. ergo & appellare poterit, cùm appellatio defensionis modus quidam sit; firma igitur octaua exceptio hæc permanebit, cùm ob rationes citatas, tùm quòd communiter recepta est. Excipitur tamen, vbi sententia p ipso lata est (id enim potest, vt Rot. decis. 17. de re iud.) nam, si aduersarius appellet, sed appellationem interpositam non prosequatur, excommunicatus eam prosequi non poterit; quia nullum præiudicium ei fit, atque sic dixit Abb. in cap. cùm inter. num. 16. & Dec. nu. 18. de except. & Gem. in cap. 1. §. 1. num. 6. de rescript. lib. 6. quamuis aliàs secus ob cap. oblatæ de appell. Itẽ excipitur, vbi appellatur à sententia excommunicationis; nam, etsi excommunicatus appellare potest, non tamen appellationem prosequi, nisi priùs absoluatur; idque meritò, quoniam absolutione semper eget, vel appellationem iustam, ac veram probet, vt dixit Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 344. de sent. excomm. Postremò excipitur, vbi ab interlocutoria appellatum est;

nam ea absoluta, quo ad causam principalem expellitur, quia actor est, vt dixit Ioan. Andr. quẽ
9 refert, ac sequitur Mar. Soc. sen. in cit. cap. sacris. nu. 343. † Verùm quid, si contra excommunicatum actorem sententia iniquè lata probetur, an appellationis iudex simpliciter sententiam tollet, an verò & reum ipsi actori excommunicato condemnabit? exempli gratia actor excommunicatus ab eo centum petebat, reo absoluto actor appellauit, & iudici appellationis illa cẽtum sibi debere probauit; nunquid ergo iudex hic sententiam latam irritam reddet, an verò & reum excommunicato condemnabit, etto, appellanti excommunicatio obiiciatur? Gloss. in eodem cap. significauit in verb. Defensio de except. vbi quæstionem hanc disputauit, duas opiniones retulit. Quarum prior est sententiam solùm irritandam, non autem reum actori condemnandum esse; & hanc opinionem simpliciter sequitur Ioan. Cald. & Anton. diuisione quadam facta, quam Abb. & rectè refutauit in eod. cap. significauit. num. 16. eandem, si summo iure agatur, defendi posse existimat Abb. ibi. num. 17. Probatur autem hac ratione, quoniam causa, quamobrem excommunicatus oppugnatur, & quamobrem excommunicatus appellans auditur, sententia sublata cessat; ergò & effectus cessare debet arg. cap. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. etenim, cùm quid contra communes iuris regulas ratione quapiam conceditur, ratione cessante & concessio cessare debet arg. cap. Deus, qui de vit. & honest. cler. & cap. transmissa, vbi Abb. num. 17. de præscript. Posterior autem opinio, quam & Gloss. ibidem sequi videtur, ea est, vt actori excommunicato reus etiam condemnetur, hanc sententia sequitur Io. Andr. hanc veriorem, & minùs à iuris regulis discedentem inquit Abb. eod. num. 17. Probatur autem primò hac ratione, quoniam, si contrarium diceremus, & sententia solùm irrita redderetur, sententia ex parte ferretur contra l. in hoc iudicio. ff. famil. hercisc. Præterea iudicis officium deinceps cessat. Accedit postremò, quòd & aliàs reus ad impensas præstandas excommunicato actori condemnatur, vbi exceptionem hanc dolo non obiecit, vt habetur in cap. exceptionem de except. ergo idem & hic dicemus; hæc Gloss. & Abb. Quid igitur concludendum. Ego postremam opinionem hanc sequor, quam & sequitur Abb. in eodem c. exceptionem. num. 4. & his rationibus eam probo. Primò, quia iudex appellationis sua sententia aut malè iudicatũ, & benè appellatum, vel è contrario benè iudicatum, & malè appellatum aut æquam, iniquamuè sententiam esse pronunciare debet, vt asseruit Bart. ac DD. in l. eos. C. de appell. & Abb. in cap. cùm causa. num. 7. de re iud. at, quando sic sententia fertur; si iniquam sententiam dicit, beneuè appellatum esse, perinde est, ac si reum condemnandum pronunciet; eundemque tunc condemnet; sicuti, si contrarium pronunciet, perinde est, ac si reum absoluat; non enim, vbi aut iniquam, æquamuè sententiam, aut bene, maleuè appellatum iudex pronunciauit, vt deinceps condemnet, absoluatque, oportet; verùm eadem sententia in priori casu cõdemnatio, in posteriori absolutio tacitò continetur, vt communiter receptũ esse testatur Bart. in cit. l. eos. num. 7. & Ias. in l. qui Romæ. §. Seia. num. 18. ff. de verb. oblig. & Abb. in eod. c. cùm causa. num. 7. de re iud. hinc Card. quem refert, ac sequitur Felin in cit. cap. significauit. nu. 15. versic. Dum Abb. post multa, non necessariam condemnationem esse ait; quoniam sententiam irritando, vel bene appellatum, & malè iudicatum dicendo, condemnare actori reum tacitò intelligitur: si appellationis iudex ergò hac ratione iudicando & reum condemnare intelligitur, & expresse id poterit; expressio enim eius, quod tacitò inest, nihil officit, vt probatur in l. 3. & ibi not. Bart. Ias. ac DD. ff. de leg. 1. & Add. ad Abb. in cap. cùm dilecta. num. 12. de rescript. præterea declaratio quædam est, ergo id effici posse debet arg. l. hæredes palam prop. fin. ff. de testam. & expressè igitur appellationis iudex actori excommunicato reum condemnare poterit, ex quo & id tacitò potest. Postremò probatur opinio hæc, quia excommunicatus non solùm appellare, sed & appellationem prosequi potest, vt dicitur in cap. fin. de except. ergo iudex reũ excommunicato condemnabit, alioquin appellationem suam prosequi non posset contra cit. c. fin. de except. quare his rationibus opinionem hanc emplexandam censeo, vt appellationis iudex reum actori excommunicato condemnare etiam possit: obijci tamen excommunicatio potest, ne executio ante absolutionem fiat, vt probatur in cap. 1. §. sed si post rem iudicatam de except. lib. 6. atque sic dixit Abb. in cit. cap. significauit. num. 17. in fin. & in cap. exceptionem. num. 6. notab. 4. eod. de except. & facit dictum Innoc. ibi communiter receptum, qui, etsi in eo casu reus actori ad impensas condemnetur, executionem tamen differri, quousque actor excõmunicatus absoluatur, ait, ergo idem & hic, ac meritò; hac enim ratione excommunicatus à cõtumacia discedet, cùm liti finem impositum esse non videat, & ad suum peruenire nisi absolutus non possit; executio igitur non fiet, qua executione liti finis imponitur, vt dixit Bart. in l. si fideiussor.

fideiussor.§.si satisdatum in fin.& Ias.num.24.ff.qui satisdare cog. & Bald. in l.fin. in fin. C. de
ord.cog.ex his iam apparet prioris opinionis rationes non obstare, atque in hac quæstione sic
10 concludendum censerem. † Nonò supplicare itidem excommunicatus potest, vt dixit Add,
ad Abb.in cap.significauit.num.20.in litera B.de except. quòd enim supplicationē hic propriè
accipimus, eam scilicet, qua extraordinario quodā remedio læso subuenitur, vbi ex priuilegio,
prærogatiuauè iudicantis appellare ab eo non licet, vt exempli gratia à Romano Pont.ab Im-
peratore,& ab huiusmodi Principibus viris, vt probatur in l. si quis, & in auth.quæ supplicatio.
C.de præc.Imperat.offer.& ibi not.Ias.ac DD.& Gloss.in cap.ex literis in verb.Supplicare, vbi
quoque Abb.de in integr.restit.& Præpos.abundè in cap.ex ratione.num.73. de appell. & per-
pulcra Add.ad Capell.Tholos.decis.479.quòd,inquam,supplicationem propriè hic accipimus,
appellationis locum subit; at appellatio ab actore excommunicato proponi potest, vt probaui
mus, ergò & supplicatio; subrogatum enim eius naturam subit, in cuius locum subrogatur
arg.l.si eum.§.qui iniuriarum. ff. si quis caut. Decimò is, qui ab excommunicato actore cessas
11 actiones habet, agere poterit. † An igitur is, in quem aut donatione, aut venditione ab excom
municato actiones translatæ sunt, agere potest, quamdiu, qui eas transtulit, excommunicatus
manet? Hanc quæstionem disputauit Bart.Brix.q.16.in tit.de cess. in quæstionibus venercali-
bus, & hunc agere posse cum Tancred.asseruit, hanc eandem opinionem sequitur Specul. in tit.
de procur.§.fin.& Gloss.in cap.vn.in verb.Semestre, & ibi quoque Gemin.& Phil.Fran. de iur.
patron.lib.6.& Felin.in cap.intelleximus.nume.25. versic. Tertia decima declaratio de iud. &
Mantua in suo glossario class.1.Denarrati cap.33.& non nulli alij, quos refert Mar. Soc. sen. in
cap.sacris.num.320. versic. Quæro vigesimò de sent.excom. Probatur autem horum sententia
primò per cit.cap.vn.§.fin.ibi enim, si laicus ius patronatus in ecclesiam transferr, mutatione
personæ & ius mutari dicitur; nam ecclesia intra sex menses præsentare potest, cùm tamen lai-
cus intra quatuor menses offerri debeat; ergo mutatione personæ & ius mutatur: quamuis
igitur excommunicatus actor agere non possit, aget tamen, qui ab ipso cessas actiones habet.
Postremò eadem sententia ratione hac probatur; exceptio excõicationis personæ inhæret, ei .s.
quę excõcata est; ergo aliis obesse non debet; nam exceptiones personæ aliis non obsunt l. exce
ptiones.2.ff.de except.& l.4.§.de autore.ff.de dol. except. quæ rõnes taceri possent, si rõ ex-
ceptionis, quamobrem excõicatus à iudicio excluditur, cessaret, at hic non cessat; à contuma-
cia.n.non discedet,& sic ecclesiastica censura contemnetur, ex quo ad suum nihilominus se per
uenire posse videt, ergo. Quare contrariam sententiam, vt scilicet nec cessionarius agere pos-
sit, non nulli amplexati sunt. Probatur autem horum sententia primò hac ratione, quoniam, si
contrarium diceremus, is, cui actio cessa est, plus iuris haberet, quàm cedēns, contra cap. is,
qui de reg.iur.lib.6.& in l.is, qui in ius.ff.eod.& l.nemo plus iuris eod.& l.traditio.ff.de acqui.
rer.dom. hæc ratio mihi non probatur; nam absurdum non est ob varias conditiones cedentis,
& cessionarij, vt hic agat, quia excommunicatus non est, ille verò ob excommunicationem pro
hibeatur; sic enim laicus ius patronatus habens quatuor mensium spatium ad offerendum,
seu præsentandum habet, & tamen ecclesia ob suam conditionem, qua laicus caret, sex men-
sium spatium ad idem habet, si laicus ius illud suum in eam alienet, vt habetur in cap. vn.§. fin.
de iur.patron.lib.6.non igitur absurdum vllum in casu nostro sequitur. Præterea sic argumen-
tantur, non debet quis conditione meliori esse, quam autor, à quo ius habet, vt habetur in l. in
ijs officijs.§.fin.ff.de reg.iur. quod hic contingeret; item res cum sua causa, & vitijs transit, vt
dicitur in cap.cùm non sit in homine in fin.de dec.hæ rationes nihil etiam faciunt, nam locum
habent, vbi vitium rei inest, non autem, vbi personæ cohæret, cuiusmodi excommunicatio est;
atque sic sensit Gloss. in cit.§.fin.& facit l.an vitium,& ibi Gloss.ff.de diuers.& tempor. præscr.
neque igitur his rationibus horum opinio nititur. Postremò ratione hac vtuntur, successor pro
eo habetur, cui succedit arg.c.aduersus de immunit.eccl.ibi enim posteriores consules ob prio
rum consulum delictum puniuntur; ergò idem in casu nostro dicendum est: hæc ratio nulla e-
tiam est; nam posteriores consules non priorum vitio, sed suo puniuntur, scilicet si intra ipsis
præscriptam diem non præstiterint, quod eis ibi præceptum est; nihil igitur ad rem facit. Ter-
tia fuit opinio Dyn. qui sic distinguebat, aut cessionarius ex causa onerosa actionem habet, aut
ex causa lucratiua; in priori casu illam sententiam primò positam, in posteriori hanc locum
habere sensit, quam diuisionem sequitur etiam Bald.in l.si cùm dotem. §. si patri versic. Extra
inducitur.ff.solut.matr.eandem communiter receptam testatur in l.qui stipendia.num.2. in fi.
C.de procurat.quæ diuisio mihi nequaquam placet, ex quo, vbi cessio negatur, si permitteretur,

excommunicatus commodum non sentit, vbi verò commodum sentit, permittitur contra cap. intelleximus de iud. Quid igitur concludendum? Ego, vt casus minùs dubios proponam, primùm pro certo habeo, vbi ante excommunicationem cessio facta est, etsi cessionarius nondũ litem mouit, non tamen ob excommunicationem, in quam cedens deinceps incidit, impediri, quò minus agat, nihil enim rectè gestum per impedimentum consequens tollitur arg. §. præterea versic. Nam neque testamentum in Instit. quib. non est permiss. fac. testam. & l. patre furioso. ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. iur. Idem sentio, vbi excommunicatus cessit, sed neque notorius, neque denunciatus est, respectu enim habito ad alios, perinde habetur, ac si excommunicatus non esset; hinc & sacramenta ab ipso suscipere possumus, & hoc ob extrauag. ad euitanda, quam supra posuimus. His præmissis, reliqua dubitatio est, vbi excommunicatus aut notorius, aut denunciatus est, in quo casu à prima opinione non discedo, sed ipsam vt verissimam amplector. Primò ob rationes supra allatas, quæ re vera solidæ rationes sunt. Nec repugnat, quatenus dicebatur hac ratione in contumacia ipsum perseueraturum; nam, si cedat donando, suum profundit, quod nemo velle existimatur arg. l. cùm de indebito. ff. de cond. indeb. si verò cedat alienando, damnum etiam patitur, minus enim consequetur, quàm, si ipse exigat; postremò cogetur vendere, si suum vellit, atque idcirco beneficium ei adimetur eius l. nec emere. C. de iur. delib. & l. sicut. C. de act. & oblig. firmæ igitur propositæ rationes permanent. Præterea ego eam sic probo, qui ab excommunicato quidpiam emit, ea re vti sanè potest; valet enim contractus cum excommunicato initus, vt tradunt Innoc. ac DD. in cap. si verè de sent. excom. & in cit. cap. veritatis de dol. & contum. ergo & actiones ipsi ab excommunicato cessas in iudicio proponere poterit. Tertiò procurator in rem suam datus, si actionem vtilem proponat, agere potest, quamuis, qui eum dedit, excommunicatus sit; ergo idem hic ob eandem rationem. Accedit denique, quòd, qui cum huiusmodi excommunicato versatur, in minorem excommunicationem incidit, ergo alia pœna puniri non debet: ex his omnibus igitur priorem sententiã sequendam censeo; etenim & qui villam emit ab excommunicato, quæ ius patronatus habet, statim præsentare potest, vt dixit Bart. Brix. in cit. q. 16. in hac quæstione igitur sic concludendum censerem. Excipio tamen tres casus, in quibus locum non habebit. Primũ, vbi cessio dolo facta est, vt scilicet pecuniã exactã excommunicatus habeat; nam tunc nõ valebit arg. l. apud Iulianum. §. sed etsi mulier, & §. apud Iulianum. ff. de except. dol. Alterũ, vbi cessio facta non valuit, vt exempli gratia excommunicatus notorius beneficium ecclesiasticum contulit; nam qđ collatio non valet, vt supra vidimus, ob eam rem ex ea agere qs non pôt, atque sic excipit Phil. Franc. in cit. §. fin. versic. Tertiò limita de iur. patron. Postremũ, vbi cedentis nomine directa actione agit; nam neque hic audietur, vt dixit Phil. Franc. eod. versic. Secundò limita; & faciũt, quæ diximus supra de procuratore, atque sic sensisse videtur Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 326. versic. Distingue igitur de sent. excomm. vbi varias DD. sententias retulit; sed de exceptione hac iam satis, ad alias veniamus. † Vndecimò creditor excommunicati agere contra debitorem excommunicati ab eo ipsi delegatum potest, nec obijcere ipsi creditori agenti exceptionem excommunicationis delegantis potest; exempli gratia ego sum excommunicatus, quod tamen Deus auertat; tu, quod mihi debes, meo creditori per stipulationem promittis (hæc enim ad delegationem consotmandam requiruntur, primò, vt debitores duo sint, quorum vnus alteri, & ille alter tertio debeat, idest vt delegatus eius debitor sit, à quo delegatur, & delegans eius, cui debitorem delegat, vt probatur in l. delegare, & ibi Castr. & in l. si vsusfructus. num. 2. cum seq. ff. de nouat. postremò vt delegantis debitor consentiat, & per stipulationem ei promittat, cui delegatur, vt tradidit Gloss. in l. quàuis. §. 1. ff. ad Vel. & probatur in l. 1. & ibi not. Gloss. C. de inouat.) creditor igitur excommunicati contra ipsius debitorem ipsi delegatum agere potest, nec delegatus exceptionem excommunicationis, quam excommunicato creditori obijcere poterat, huic obiiciet; tum quòd nec directa, nec vtili actione delegantis nomine agit, sed noua actione ex stipulatione recenti orta; tum quòd contra ipsum excommunicatum delegantem agere creditor nõ prohibebatur, vt habetur in cap. intelleximus de iud. ergò neque contra delegatum, qui in excommunicati locum suffectus est, quin agat, prohiberi debet; subrogatus enim eius naturam accipit, in cuius locum subrogatus est arg. l. si eum. §. qui iniuriarum, & ibi not. Ias. ac DD. ff. si quis caut. atque sic sensit Bart. Brix. in quæstion. venereal. q. 16. in fin. & Zab. in Clem. 1. nu. 4. versic. Septimò quæro in fin. de except. † Duodecimò excipitur, vbi actor excommunicatus à reo compellitur, vt cœptam actionem prosequatur secundum formã auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex; in hoc enim casu excommunicatus actor in iudicio esse

cio esse poterit. † An igitur reus ad id actorem excommunicatum compellere potest? Planè posse concludendum est. Nam sic dixit Innoc. in cap. exceptionem in verb. Repellendus de except.& Abb. in cap. intelleximus.num.12.& Bald.num.7.& Felin.num. 14. versic. Secunda declaratio,& Fran.de Are.num.4.vbi opinionem hanc communem esse sensit de iud.idẽ Bal.in l.nulla.ff.de legib.& Anchar.sibi contrarius in Clem. 1. versic. Nota primò de except. Probatur autem hac potissimum ratione; quoniam,si contrarium diceremus, excommunicatio obesset non excommunicatis, ex quo contra excommunicatum vti nequeunt beneficio eius auth. qui semel; prodesset autem excommunicato, ex quo beneficio excommunicationis compelli ad agendum non potest,quod absurdum est,& contra cap.intelleximus de iud.etenim, quod in excommunicati odium introductum est, in eius fauorem verti non debet, vt probauit Bald. in cit.l.nulla.prop.fin.ff.de legib. Horum sententiam vti verissimam ego etiam amplector, quam & hac firmissima ratione probo;reus,qui vtitur beneficio cit.auth.qui semel,agit,vt sensit Bar. in l.vn.num.1.versic.Et quomodo,& quando iudex iunct.num. 6. versic. Secundò potest.ff. de cond.ex.leg.idem quoque Bald.ibidem; at agere contra excommunicatum non excommunicatus potest, vt dicitur in cit.cap.intelleximus,ergo & reus vti poterit beneficio eius auth. qui semel contra ipsum excommunicatum; & ad hac rationem quomodo liquidò respondeatur, non video. Contrariam tamen sententiam amplexatus est Anchar.in cap.1.§.sed si. num. 4. de except.versic.In eo, quod tenuit Innoc.eãdem opinionem sequitur Sicul.in cap.intelleximus, vt refert. Felin.ibi. num. 14.versic. Secunda declaratio,& ad quasdam rationes ab eo allatas optimè idem respondit. Potissimum autem horum ratio hæc est, quamobrem reo id non licere authumantur, periculum communionis scilicet cum excommunicato ob cap.1,de except. lib.6. quæ ratio mihi non probatur; nam, ex quo reus hic agit contra excommunicatum,vt diximus, & vi eius auth. qui semel, excommunicatus cœptam actionem prosequi compellitur, ac reus efficitur, vt dixit Bald.in cit.cap.intelleximus,num.7.ergo (ex quo reus hic agit,& actor excõmunicatus reus est effectus)& reus,& iudex cum eo sine offensa esse poterunt; quandoquidem, vbi agitur contra excommunicatum,communio in iudicijs cum excommunicato non negatur, vel per procuratorem saltem actionem prosequi cogitur, à communi opinione hac igitur discedendum non censeo; quæ præsertim locum habet, vbi neque notorius excommunicatus, neq; denunciatus est ob extrauag. ad euitanda. Quare reus contra excommunicatum actorem vti poterit etiam beneficio ipsius,l.diffamari.C.de ingen.manumiss.nam & sic dixit Innoc. in cap. exceptionem de except.& Fel.in cap.intelleximus nume. 16. versic. Quarta declaratio de iud.

14 † Verùm quid,si iudex excommunicatum admittere nolit, reus autem velit, an iudex illum admittere debet? nam reus ui eius auth. qui semel vt actor excommunicatus cœptam litem prosequatur, efficere potest, vt probanimus, ergo à iudice impediri posse non debet, & opinionẽ hanc sequitur Innoc.in eod.cap.exceptionem in verb. Repellendus de except. Contrariam tamen sententiam sequitur Abb.ibi in fin.quamuis dubius,& Anchar.in cap.1.§.fin.num.4.in fi. & Gem.num.6.eod.de except.& Dec.in cap.intelleximus.num.15.de iud. Probatur autem horum sententia primò per cit.cap.1.in fin.ibi enim iudici præcipitur, vt ex officio suo excommunicatum actorem repellat, quamuis reus ipse non excipiat; idem habetur in cit.cap.exceptionem.Postremò, si contrarium diceremus, dicebant ijdem, animæ salus periclitaretur, ex quo cum excommunicato, vbi non licet, versaremur. Quid igitur concludendum? Ego Innoc.sententiam sequor, & id ob hanc rationem,quoniam in hoc casu actor excommunicatus reus efficitur,ex quo reus agit ui eius auth.qui semel;at cum excommunicato reo esse nobis licet, & in hoc casu ipse in iudicio esse potest, ex qua ratione periculum illud communionis tollitur. Nec repugnat, quatenus dicebatur iudicem ex officio eum expellere debere; nam locum illud habet,vbi reus ipse non instat, vt iudicium prosequatur, sed tacet ob periculum fortasse probationum ipsius excommunicationis, ne non probando ad impensas soluendas condemnetur vt sensit Gloss.pen.in cit.cap.1.de except.lib.6.alioquin, si contrarium sentiremus, dicendum esset correctam esse cit.auth.qui Semel.contra l.præcipimus.C.de appell.& l.iubemus. C.de testam. Nec repugnat,si dicatur,ergo frustra præceptum illud iudici factum superuacaneum erit; nam imò vtile,quandoquidem locum habebit,vbi reus non excipit,quod contingere posse citata iura argumento nobis sunt: ab hac igitur opinione, quæ ius minùs corrigit, & beneficiũ reo non aufert,quod fieri non debet arg.c.indultum de reg.iur.lib.6.& iudici suũ ius tuetur, discedendum non censeo, etenim & hac ratione à verbis ipsorum iurium non abibimus, quę iudicẽ tunc excommunicatum expellere voluerunt, vbi reus ipse taceret; ergò aliter, vbi non tacet,

sed aut excipit, aut, quò cœptam litem actor prosequatur, agit, vt diximus, & de quæstione hac
15 satis. † At quid è contrario, an reus excommunicatus petere poterit, vt actor non excommunicatus actionem prosequatur? secundum formam cit. auth. qui semel quomodo, & quando iudex. Planè id ipsum non posse asseruit Abb. in cap. intelleximus. nu. 12. versic. Vel si actor, & Franc. de Aret. num. 1. & Felin. num. 14. versic. Secunda declaratio, vbi communem opinionem hanc esse sentit de iud. idem Abb. in cap. cùm inter. num. 10. versic. Vnde credo, & Felin. nu. 19. versic. Vtrum excommunicatus se defendens, vbi & suo tempore à Rot. sic conclusum testatur de except. & Alex. in l. libertus. nu. 5. ff. de in ius. voc. ac nouissimè de communi etiam testatur Ioan. Bapt. Auillalobos, in lib. commun. opin. in verb. Excommunicatus. num. 124. Probatur autem ab his hac potissimum ratione; quoniam excommunicatus reus voluntarius in iudicio esse non potest, vt à doctoribus communiter concluditur, & nos in seq. cap. id probabimus; ergo neque hic, ex quo voluntarius reus, est, vt per se patet. Addo ego in hoc casu reum hunc agere, vt supra probauimus, ergo neque ratione hac audiendus est; quandoquidem actor in iudicio esse non potest, vt in initio huius capitul. conclusimus. Contrariam tamen sententiam amplexatus est Anton. quem Felin. refert in cap. intelleximus. num. 14. versic. Secunda declaratio de iud. & in cap. cùm inter priorem. num. 19. versic. Vtrum excommunicatus se defendens de excep. Probatur autem hæc sententia, leuioribus omissis, primò p l. libertus. 1. ff. de in ius. voc. vbi libertus, qui contra patronum venia non petita in iudicio esse non potest, si à patrono in ius vocetur, instare sine venia potest, vt causa expediatur; ergo idem & de excommunicato reo sentiẽdum est: ad hanc l. libertus respondet Felin. in eod. cap. cùm inter priorem, ipsam locum habere, non in eo, qui nullo modo potest agere, cuiusmodi excommunicatus est, sed in eo, qui agere non potest, nisi venia petita: quæ responsio non omnino mihi satisfacit, nec contrarium tollit, si quis ipsam diligentiùs contempletur. Ego igitur ob eam rem in casu nostro eam legem locũ non habere censeo, propterea quòd excommunicatus petendo, vt causa absoluatur secundum auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex, ageret, vt supra vidimus, quod excommunicato prohibitum est, vt habetur in cap. intelleximus de iud. & in cap. decernimus de sent. excomm. lib. 6. sicut contra ipsi liberto id est concessum: quamobrem autem varietas hæc fit, libertatis fauor, & excommunicati odium id operãtur. Vnde postremò pro hac sententia allegatur cit. c. venerabilibus. §. 1. de sent. excommun. lib. 6. vbi, sicut permittitur excommunicato per appellationem de iniusta excommunicatione agere, ita & de iniuria contra iudicẽ quasi connexo quodam excommunicationis; ad hoc argumentum Felin. respondens ob causæ connexitatem id fieri ait, & eum casum præcipuum esse, in quo excommunicatus in iudicio esse potest: hæc responsio dubitationem etiam mea sententia non tollit; nam, si in connexis excõmunicatus in iudicio esse potest, multò magis in eadem omnino causa, vt in casu nostro. Ego igitur ius illud ad rem non facere respondeo; nam non ibi de prosecutione causæ agitur, sed de iudice, apud quem excommunicatus deponat querelam de iniusta excommunicatione, & de suo interesse, vt ex antecedentibus apparet; ergò hac ratione ad rem non facit arg. l. papinianus exuli. ff. de minor. præterea, si de causæ cognitione ibi agi vellimus, neque hoc esse potest; quoniam, antequã excommunicatus de iniusta excommunicatione audiatur, priùs absolui debet, vt dicitur in cit. c. venerabilibus. §. porrò, & in cap. cùm contingat de off. deleg. in antiq. & in c. per tuas de sent. excommun. si igitur, antequam absoluatur, nec de iniusta excommunicatione causa cognosci debet, ergò multò minùs de suo interesse; ex quibus apparet cit §. sed si excommunicatus nec ratione hac quicquam facere, quoniam excommunicatus non auditur nisi post absolutionem, vt probatur in cit. §. porrò, & in eod. c. cùm contingat, & responsio hæc notanda est; quandoquidem declarat cit. §. 1. Quare à communi opinione proposita nõ discedemus, vt scilicet reus excommunicatus agere contra actorem non possit, vt cœptam litem prosequatur. Non etiam ob eandem rationem excommunicatus reus vti poterit beneficio l. diffamari. C. de ingen. manumiss. nam & sic dixit Paul. de Castr. in cit. l. libertus, quem sequitur Felin. & in cit. cap. intelleximus. num. 14. versic. Secunda declaratio in fin. de iud. & in cit. cap. cùm inter priorem. num. 19. de except. Non denique, si excõicatus exceptionem aliam contra aliquem habeat, antequam conueniatur, implorare iudicis officium poterit, quò ea probata iudex actori silentium imponat, vt sensit Abb. in cit. cap. cùm inter. num. 27. & Dec. num. 28. de except. & Franc. de Aret. in cap. intelleximus. num. 3. de iud. & Add. ad Cappell. Tholos. decis. 137. & Castr. & Alex. num. 5. in l. si libertus patrono. ff. de in ius voc. quamuis non excommunicato id permittatur, vt tradit Gloss. in l. si contendat, & ibi Castr. ff. de fideiuss. & in l. Aurelius. §. certum. ff. de liber. legat.

& Bart.

& Bart. in l. si finita. §. eleganter. num. 3. ff. de damn. infect. & Abb. in cit. cap. cùm inter. num. 27. idque meritò, tum quòd excommunicatus, ex quo ipse ad iudicium priùs prouocat, actor dici tur arg. cap. forus. §. accusator de verb. sign. & in l. tribus. ff. de iud. & vt asseruit Bart. in l. de pu pillo. §. si procurator. num. 2. & seq. ff. de op. nou. nunt. & Dec. in eod. capitul. cùm inter in fin; & excommunicatum vt actorem in iudicio esse non posse iam vidimus; tum quòd, esto, reus sit, necessariùs tamen reus non est, ac propterea non auditur, vt in sequent. cap. probabimus. Nec repugnat quorundam ratio, qui contrarium sentiunt, excommunicato scilicet permissum esse, vt se tueatur; nam illud verum est, vbi in iudicium priùs ipse vocatur, non autem, vbi in iudiciũ ipse vocat arg. cap. cùm inter de except. iunct. cap. intelleximus de iud. à priori sententia igitur
16 nõ discedemus. † Decimotertiò excommunicatus esse in iudicio poterit, vbi periculum animæ uertitur, vt inquiunt Imo. Host. & Butr. quos refert, ac sequitur Felin. in cap. significauit. num. 21. vers. Et esto memor eius de except. etenim, & vbi rei periculum vertitur, excommunicato succurritur, vt inquit Felin. eod. num. 21. vers. Ad idem facit, & vt nos asserimus in 2. excep. qđ tamen locum non habebit, vbi priùs absolutionem consequi potest, atque sic dixit idem Felin. eod. sed de exceptionibus iam satis, ad alia transeamus.

SVMMA.

1 *Officium iudicis excommunicatus implorare non potest.*
2 *Nulla vbi est sententia contra excommunicatum lata, nullam dicere ipsam non potest excommunicatus.*
3 *Querelam inofficiosi testamenti, non numeratæ pecuniæ excommunicatus proponere non potest, neque quidpiam aliud huius generis.*
4 *Restitutionem in integrum excommunicatus petere non potest; quæ reg. ibi etiam declaratur.*

II.

1 § † Implorare iudicis officium excommunicatus etiam non potest, vt sensit Anch. in Clem. vn. num. 6. versic. Tertiò quæritur de restit. in integr. & asseruit Marian. Soc. sen. in c. sacris. num. 359. versic. Quæro trigesimosextò de sent. excommun. nam, quòd actionis vim habet; datur enim, vbi actio desideratur, vt dixit Anchar. in cit. Clem. vn. eod. versic. & Ias. in l. ius dicentis. num. 8. ff. de iurisdict. omn. iud. ob eam rem, sicut excommunicatus agere non potest, ita neque iudicis officium implorare; subrogatum enim eius naturam consequitur, in cuius locũ
2 subrogatum est arg. l. si eum. §. qui iniuriarum, & ibi Ias. ff. si quibus caut. † Quid autem, si sententia contra excommunicatum lata nulla sit, an nullam dicere, &, quò nulla declaretur, iudicis officium implorare poterit? Host. ipsum id posse existimauit, vt refert Alex. in l. in prouinciali. §. si procurator. nu. 9. cum seq. vbi quæstionem hanc disputauit. ff. de op. nou. nun. & Abb. in cap. quòd ad consultationem in fi. de re iud. tum quòd excommunicato, vt idem Hostien. ait omnis legitima defensio datur, vt habetur in cap. cùm inter, & in cap. dilecti, & in cap. significauit de except. & remedium, quo sententia nulla dicitur, defensionem dixit Bald. quem refert idem Alex. in cit. §. si procurator. num. 10. tum quòd, vbi sententia contra excommunicatum lata valet, appellando auditur, vt habetur in cit. cap. cùm inter, & in cap. significauit, & in cap. fin. eod. ergo multò magis audiri debet, vbi nulla sententia est. Hæc Host. quem secutus videtur Bald. in eod. cap. significauit. num. 5. versic. Quæro, si excommunicatus. Contrariam tamen sententiam, vt excommunicatus sentẽtiam nullam dicere posit, amplexatus est Io. And. in cit. cap. quòd ad consultationem, & Abb. in cap. significauit. num. 21. de except. & Alex. in eod. §. si procurator. num. 11. vbi eam communiter receptam esse testatur, eandem communem sensit etiam Felin. in cit. cap. significauit. num. 16. & Io. Bapt. Auillalobos in libr. commun. opin. in verb. Excommunicatus. num. 125. sequitur eam quoque Vant. in tract. suo de nullit. in tit. quis posit dicere de nullit. num. 29. & Rot. decis. 7. de except. in nou. & Marian. Soc. sen. in c. sacris. num. 306. versic. Quæritur vndecimò de sent. excommun. Probatur autem primò hac ratione; quia, si excommunicatus, vt sententia nulla declararetur, petere posset, & rescriptum delegatorium impetrare eidem liceret, sicut eidem appellanti conceditur, vt probatur in c. 1. de rescript. lib. 6. iunct. cit. cap. cùm inter, & cap. fin. de except. in antiq. at in hoc casu excommunicatus rescriptum huiusmodi non impetrat, vt dixit Gem. in eod. cap. 1. num. 22. versic. In Glos. pen. ibi significauit, & Felin. in cap. dilectus. 1. num. 18. versic. Sed vltra prædicta nota quædam de rescript. in antiq. non enim casus hic in eorum numero habetur, qui numerantur in cit. c. 1. de rescript.

de rescript. ergò, vt sententia nulla declaretur, iudicis officium implorare excommunicato nō licet. Præterea, qui iudicis officium implorat, hic agere, actorque esse dicitur, vt proximè vidimus, & tradidit Abb. in cit. cap. quod ad consultationem in fin. de re iud. excommunicatū verò agere non posse in initio huius cap. asseruimus; non igitur implorare iudicis officium hic poterit, quò sententia nulla esse declaretur. Non repugnant modò rationes pro contraria opinione allatæ, & primò quatenus dicebatur remedium dicendi sententiam nullam defensionem esse; nam defensio ipsi excommunicato tunc conceditur, vbi iam oppugnatur, præiudiciumq; iam infertur, non aũt, vbi hæc futura timentur, vt habetur in cit. cap. cùm inter. versic. Si actore impugnante de except. & vt id probabimus in seq. cap. at hîc sententia huiusmodi nec modò oppugnatur, nec præiudicium aliquod præsens ipsi creatur; quandoquidem in rem iudicatam non transit, licet non appellet, sicut habetur in cap. 1. de re iud. & in l. 1. & 2. C. quando prouocare non est necesse, & facit etiam l. sicut iunct. Gloss. in verb. Prosecutione. C. de præscrip. trigint. ann. At inquiet quispiam, exequendam sententiam iudex mandabit. Verùm neque hoc quicquam facit; nam, quòd tunc oppugnatur, præiudiciumque præsens timetur, obiici nullitas sententiæ tunc poterit, vt tradidit Abb. in eod. cap. significauit. num. 21. & in cit. cap. quod ad consultationem in fin. de re iud. & Alex. in eod. §. si procurator. num. 12. & num. 15. & Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 306. de sent. excommun. versic. Quæritur vndecimò. Non obstat etiam etiã aliud, quod de appellatione dicebatur; nam, præterquam quod excommunicatus appellare, & appellationem prosequi, & rescriptum impetrare potest, vt probatur in cit. cap. cùm inter. & in cap. fin. de except. & in cap. 1. de rescript. lib. 6. si appellationem proponere ipsi excommunicato non liceret, graue præiudicium ei tunc fieret; elapsis enim decem diebus sententia in rem iudicatam transiret, atque ob eam rem causam ammitteret, vt habetur in eod. c. quòd ad consultationem, & vt asserit Alex. in eod. §. si procurator; id, quod hîc non contingit, vt vidimus; nullam igitur sententiàm dicere excommunicatus non potest. Excipitur tamen, vbi iudex eam exequendam mandaret; tunc enim excipi poterit; quandoquidem in hoc casu rei partes agit arg. in Instit. in princ. de except. atque sic citati autores eisdem in locis concludunt. Ex his iam apparet excommunicatum nec iudicis officium implorare posse.

5 † Quare, quod querela iudicis officium quoddam est, vt tradidit Bart. in l. nam & postea. §. si minor. num. 3. ff. de iureiur. & in l. posthumus. §. si quis ex his, & sequitur etiam Castr. ff. de inoff. testam. & Alex. in l. si ab arbitro in fin. ff. qui satisd. cog. ob eam rem proponere ipsam excommunicatus non poterit; atque idcirco neque inofficiosi testamenti, neque non numeratæ pecuniæ, vt asseruit Bald. in cit. cùm inter in fin. & Mant. in suo Glossario in class. 15. Denarrati quæst. 25. in fin.

4 † Verùm, an restitutionis in integrum excommunicatus petere possit? Vt rem hanc breuiter expediamus, concludendum est excommunicatum ipsam petere non posse. Nam sic inquit Host. in cap. significauit de except. & sequitur eum Abb. ibi in fin. & Fel. in. num. 18. versic. & dum Abb. tangit de restit. in integr. vbi opinionem hanc communiter esse sentit, sicut etiam Sforz. Odd. q. 31. artic. 2. num. 12. par. 1. de restit. integr. eădem opinionem sequitur etiam Zab. in Clem. 1. nu. 11. versic. Secundò quæro, & Anchar. num. 6. versic. Tertiò quærit de restitut. in integr. Etenim, vt inquit Abb. subueniendum ei gratiosè non est, quò citius resipiscat arg. cap. 1. de except. libr. 6. Hæc sententia mihi etiam placet, sed ob hanc aliam rationem, quoniam excommunicatus agere nō potest, ac propterea nec iudicis officium implorare, quo officio restitutio in integrum petitur, vt declarauit Bart. in l. in causæ in prin. & vt sensit Anchar. in cit. Clem. eod. vers. & Sforz. Odd. de restit. in integr. q. 85. art. 6. pars. 1. nam officium iudicis actionis locum subit, vt supra diximus, atque sic sentit etiam Zab. in cit. Clem. vn. & Anchar. eod. versic. nec restitutionem igitur in integrum excommunicatus petere poterit. Quæ regula locum habet, vel ob excommunicationem, vel ob aliam causam læsus sit; quamdiu enim excommunicatus est, ipsam ob propositas rationes non petet. Item locum habet, vel actor, vel reus sit, quandoquidem actor sit, ex quo in primis, ac per se restitutionem in integrum petit. Tertiò vel per procuratorem restitutionem hanc petat; nam excommunicatum nec per procuratorem agere posse in hoc cap. in initio conclusimus, quippe quia ipsi non agendi modus, sed ipsum agere prohibitum est, vt habetur in cap. intelleximus de iud. & in c. decernimus de sent. excommun. lib. 6. quo casu, quacunque ratione agat, semper prohibetur, vt tradidit Gloss. in cap. cùm quid vna via de reg. iur. li. 6. & quamuis Sforz. Odd. ead. q. 31. art. 2. num. 2. versic. Et ad contrarium responde, & q. 7. art. 2. pars 1. de restit. in integr. contrarium senserit, eius tamen sententia mihi non placet cùm ob rationes, quas de procuratore reddidimus, tum quòd nulla ratione id probat, & citati autores

in allegatis

in allegatis ab eo locis id non dicunt. Non Abb. quem citat in c. 1. de præscript. nam contra potius inquit ipsi excommunicato tempus non currerre, ac propterea eum restitutione non egere, hoc Abb. inquit ibi. num. 8. versic. Sed ego formo quæstionem; id quod etiam inquit in cap. ex transmissa. nu. 13. versic. Vnde dicerem, quod aut quis eod. de præscrip. Non etiam Felin quem hoc dicere ait in cap. significauit de except. nã potius contrarium; quandoquidem solùm, vbi de periculo animæ agitur, restitutionem tunc petere posse ait ibi. num. 16. versic. Et considera, quòd stante ista consequentia, & num. 18. versic. Et dum Abb. tangit & num. 21. versic. Esto memor; ad rem igitur, ad opinionem suam scilicet probandã hæc non faciunt. Nec repugnat illud, quod de bannito ait; nam, etsi excommunicatus cum bannito, vt ita dicam, in aliquibus conuenit, vt probauimus infrà capitul. de effectibus per accidens, tamen in hoc dissentit, quòd excommunicatus hominum communione caret, nec per se, nec per alios eorum comertio vti potest arg. cap. excommunicatos cum tribus seq. 11. q. 3. alioquin, qui eius comertio vtitur, peccat, vt probatur citatis iuribus, quod periculum non subit, qui cum bannito versatur. Non igitur in vtroque ratio eadem est, ac propterea, nec iuris dispositio esse potest; cessat enim ob diuersam rationem argumentum à simili; nec per procuratorem igitur excommunicatus restitutionem in integrum petere poterit. Excipitur tamen, vbi animæ periculum vertitur; tunc enim id poterit, vt citati autores eisdem in locis inquiunt, & idem Felin. in cap. cùm inter versic. Vltimò, dum supra tactum est de except. & facit Gloss. in cap. inter dilectos in verb. Turpitudinem de donat. & de communi testatur Odd. ead. q. 31. art. 2. num. 15. pars 1. etenim, vbi de periculo animæ agitur, etiam agendo excommunicatus auditur, vt inquiunt Imol. Host. & Butr. quos refert, ac sequitur Felin. in cit. c. significauit. num. 21. versic. Et esto memor de except. & nos diximus supra in §. 1. in fin. quod tamen locum non habere censet ipse Felin. vbi excommunicatus se absoluendum curare potest, quod ratione non caret. Excipitur etiam, vbi incidenter in integrum restitutio ab excõmunicato peteretur; nam tunc ipsam excommunicato concedi sensit Rot. decis. 7. de except. in nou. & Anchar. in cit. Clem. vn. num. 6. versic. Tertio quærit, & Zab. eod. num. 11. versic. Tertiò quæro de restit. in integr. & Sforz. Odd. ead. q. 31. art. 2. num. 14. & pro ipsa facit communis DD. sententia, quæ habet excommunicatum, contra quem missio ex primo decreto facta est, reuocare ipsam posse, vbi in primis comparet, quò se in causa tueatur, aliàs secus, quam quæstionem in seq. cap. disputabimus; & de restitutione in integrum satis, si illud addiderimus post absolutionẽ restitutionem ipsum petere posse: id quod quando contingat, supra declarauimus; vbi, an præscriptio contra excommunicatum currat, disputauimus.

SVMMA.

1 *Interdicta excommunicatus proponere non potest.*
2 *Spoliatus re aliqua excommunicatus vbi est, ante absolutionem restitui ea ipsi nõ debet; quæ regula etiam declaratur.*
3 *Vsuras solutas excommunicatus repetere non potest.*
4 *Spoliatus vxore excommunicatus an eius restitutionem petere possit.*

III.

1 § † Interdicta, & quæ ipsorum loco sunt, excommunicato nec ẽt dantur; nam vim actionũ habent, & actores dicuntur, qui ea proponunt, vt probatur in Instit. in prin. & in §. tertia diuisio, & in §. fin. iuncta Gloss. de interdict. † Quare, etsi re quapiam spoliatus qui est, ante
2 omnia restitui ea ipsi debet, vt habetur in c. 1. cum trib. seq. 3. q. 1. & in c. ex conquestione de restit. spol. & Gloss. summ. inquit. 3. q. 1. & Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 134. ff. de acquir. possess. & Anton. Corsetus in tract. de potest. atque excel. reg. q. 72. vbi propositam regulam explicauit, excommunicatus tamen re quapiam spoliatus, si eam sibi restitui postulet, audiri non debet; nam excommunicatus restitutorium interdictum non habet, vt dixit Gloss. communiter recepta in c. ex insinuatione in verb. aliud, & ibi Abb. num. 8. de procur. & Gloss. in c. dilectus. 1. in verb. Excommunicationis, & ibi Abb. num. 7. & Add. ad eum, & Felin. num. 17. versic. Nota regulam, quòd excommunicatus, vbi & alios idem sentientes refert, de rescrip. & Gloss. in cap. 1. in verb. Audientia. dist. 23. & Innoc. in cap. veritatis. num. 3. versic. Item, si excommunicatus de dol. & contum. & in c. cùm nostris de concess. præb. & Abb. in cap. à nobis. num 4. & ibi quoque Felin. de except. & in cap. intelleximus. num. 8. de iud. & Marian. Soc. sen. in cap. sacris. num. 304. versic. Nonò quæro de sent. excommun. & Ias. ac DD. in l. de pupillo. §. si pro-

si procurator.ff.de op.nou.nunt.& Ioan.Nicol.in tract.de hæret.not.1.num.3.& Fed.de Sen.in consil.116.& Anton.Corset.ead.q.72.limit.17.& Put.decis.78.num.2.lib.3.& Rot. decis. 26. de re iud.in antiq.& Cassador.decis.1.num.3.de simon.Etenim rationes, quamobrem in iudicio excommunicatus actor ne sit, prohibetur,& hic locum habent, vt dixit Fed. de Sen. eod.& hoc per se patet. Postremò hic actor esset, at ratione hac excommunicatus in iudicio esse, restitutionemque petere non potest, vt asseruit Bero.in cap item cùm quis.num.40. de restit. spol.,
3 excommunicatus igitur spoliatorum beneficio non fruetur. † Quæ regula locum habet etiam, in vsuris ab eo præstitis; nam, etsi odij plenæ sunt, quò tamen ipsi restituantur, petere non potest, sed officio iudicis in æde sacra ab vsurario reponentur, vt dixit Gloss. in cap. peccatum in verb.Restituatur in fin.de reg.iur.lib.6.& in cap. nos sanctorum.15.q.6. & Felin. in c. dilectus, num.37.versic.Fallit sextò, ibi adde de rescript.& Add.ad Abb.in cap.dilectus filius.num.7.in litera l. eod.de rescript.Præterea omnibus eisdem modis amplificatur hæc eadem regula, quibus amplificauimus regulam de simplici actore, quam proposuimus in initio huius cap. Excipitur tamen primò, vbi vel spoliator fugitiuus, vel res peritura est, vt dixit Felin.in cit. cap. dilectus.num.17.versic.Fallit quartò; & pertinent huc,quæ in hoc cap.diximus in §.1. Tertiò excipitur,vbi spoliatio impediret actum excommunicato permissum, vtpotè Romam ire, quò absoluatur, atque sic dixit Felin.eod.num.17.versic.Fallit tertiò,& huc etiam pertinent, quæ diximus eod.§.1.in 1.except. Quartò,vbi excommunicatus, vt reus venit, exempli gratia passus est missionem ex primo decreto propter contumaciam,& nunc possessionem sibi restitui petit, cautionem offerendo de stando iuri, vt dixit Fel. eod. vers.Fallit sextò, quam tamen quæstionē nos disputauimus in seq.cap.idem quoque dixit Abb.in cap.ex insinuatione.num.8.de procur. & idem Anton.Corset. in eod. tract. vers.Fallit septimò. Quintò excipitur, vbi ab eo conuenitur, qui eum iniuria excommunicauit, excommunicandumuè curauit; antequam enim respondeat, petere potest, vt communio ipsi restituatur; vt dixit Felin.eod.nu.17.versic. Fallit secun-
4 dò, & vt nos id pluribus probabimus in seq.cap. † Sextò excipitur, vbi excommunicatus vxore spoliatus est; nam restitutionem ipsius petere hic poterit, vt dixit Hostié. in summ. de restit. spol.§.quando facienda versic.Quid si vir; etenim cum vxore maritus esse potest, & vxor cum marito excommunicato esse debet, vt dicitur in cap. quoniam multos.11. q.3. iunct. cap. inter alia de sent.excommun.& Soc.eod.num.305.Contrariam tamen sententiam sequuntur Io.An. Cald.& Abb.in cap.fin.num.12.de ord.cogn.& idem Abb.in cit.cap.inter alia num. 5. Et hoc ob eam rationem, quòd excommunicatus vt actor in iudicio esse non potest,ac propterea nec restitutionem vxoris petere.Nec repugnat, quod dicitur vxorem cum marito excommunicato esse debere; quandoquidem, & qui re alia ipsum spoliauit, restituere ipsam ei debet,& tamē si petatur,audiendus non est, atque sic not. Abb.in eod.cap.inter alias.num.5. quamuis iudicē ex officio suo nobili, vt marito huic vxor restituatur, asserant curare debere. Abb. & Cald. in cit.iur.& Gloss.in eod.cap.quoniam multos.11.q.3.& Felin.in cit.cap.dilectus.1.num.17.vers. Fallit quintò de rescript.& in cap.inter alia.num.3.de sent. excommun. & Anton. Corset. ead. q.72.limit. 17. vers.Fallit quintò. Contra sententiam hanc tamen facere vr,quòd vxor cum marito excommunicato esse cogitur, & à iudice ad id cogi potest,vt vidimus; at,nisi à marito ratione quapiam petatur, quomodo iudex id faciet? Præterea restitutio ei conceditur, vbi concessum habere non potest, vt vidimus. Accedit denique peccati periculum, quamobrem Host. sententia mihi non displicet. Nec repugnat, quod dicitur, qui excommunicatum re quapiam spoliauit, restituere ipsam ei debet, & tamen excommunicatus ipsam petere non potest; illud enim ob eam rem fit, quoniam, dum excommunicatus est,restituere ipsam ei ob communionis periculum non debet; vxor verò cum marito excōmunicato esse cogitur,vt vidimus. Nec repugnat, si dicatur excommunicatum repelli à spiritualibus,& à sacramentis; nā restitutio hæc actus profanus est,vt inquit Soc.eod.à proposita exceptione igitur non discedemus.Quæ tamē exceptio locum non habebit, primò vbi mulier ob consanguinitatem in gradu prohibito à marito discessit, & probationes se habere ad id paratas inquit; hoc enim casu quò ad torum restitutio non fiet, vt dicitur in cap.literas de restit.spol. Postremò, vbi grauior mariti seuitia esset, & cautione prospici huic non posset, vt ibidem dicitur; etenim in his casibus nec ei vxor restituitur, qui excommunicatus non est, vt habetur in cit.cap.literas de restit.spol. sed de accusatione iam agamus.

SVMMA.

1 *Accusare excommunicatus non potest, vel suá iniuriam prosequatur, vel excommunicatum accuset; vel de publico crimine, vel de priuato delicto accuset.*

2 *Accusator excommunicatus nec contra excõmunicatum auditur.*

IV.

1 § † Sicut autem excommunicatus agere non potest, ita nec accusare; A nobis ex parte tua fuit quæsitum, dicitur enim in c. 2. de except. vtrum is, qui excommunicato in locutione, vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum à sua possit accusatione repellere, cùm ille cõmunionē huiusmodi replicet contra eum. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd ipse ab accusatione illius poterit remoueri; cùm primus à communione fidelium sit exclusus. Hæc summus Pont. si maiori excommunicatione igitur obligatus à minori excommunicatione irretito remoueri ab accusatione potest, excommunicatus nec accusare poterit, atque sic not. Innoc. & Abb. ibi. num. 4. & Felin. num. 13. versic. Quòd excommunicatus etiam maiori, & communiter DD. idem habetur in cap. omnes 3. q. 4. idem quoque conclu sit Grat. dispntando, & ibi quoque Gloss. 4. q. 1. idem Gloss. in cap. pagani, & in cap. seq. 2. q. 7. & Abb. in c. intelleximus. num. 2. & Franc. de Aret. num. 5. de iud. & Bero. in cap. nulli episcoporū. num. 4. & ibi quoque Felin. num. 6. versic. Quartò limita de accus. & Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 289. versic. Quæro secundò de sent. excomm. & Bald. in rub. num. 5. C. qui accusare, & in l. pen. C. eod. & Syl. in verb. Excommunicatio. 1. num. 15. & Fed. de Sen. consil. 116. Ac planè, si in ciuilibus causis non auditur, multò minùs in criminibus audiri debet; excommunicatus ergò nec accusare potest. Quæ regula amplificatur primò, vt locum habeat, vel suam, suorumque iniuriam prosequatur; namque sic asseruit Gloss. in cap. 2. 4. q. 6. & in c. 1. in verb. Alio in fin. & ibi quoque Anchar. de rescript. lib. 6. & in cap. omnibus. 4. q. 6. & Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 294. versic. Quintò quæro de sent. excommun. & Abb. in cit. cap. à nobis. numer. 4. & Felin. num. 9. versic. Excommunicatus non potest prosequi, & idem Abb. in c. cùm inter in fin. eod. & Soc. eod. num. & Bero. in cit. c. nulli episcoporum. num. 4. sic itidem respondit Feder. hac de re consultus eod. consil. 116. & Mar. Angnisol consil. 39. num. 4. Idque meritò, nam rationes, quamobrem excommunicatus à iudicio excluditur, & hic locum habent. Præterea in cap. intelleximus de iud. in antiq. & in c. decernimus de sent. excommun. lib. 6. generaliter excommunicatus, ne vt actor in iudicio sit, prohibetur; ergo & vt accusator, quandoquidem hic actor quidam esse dicitur; quare Fed. de Sen. eod. hanc sententiam sic veram censuit, vt mirandum esse dixerit, si quis Canonista hac de re dubitaret: excõmunicatus ergò, vel suam iniuriam, suorumque prosequatur, non auditur; quamuis aliàs, qui ad accusandum non admittuntur, in hoc casu audiantur, vt habetur in l. qui accusare iunct. l. hi tamen omnes. ff. de accus. Absolutus tamen agere poterit, vt de cõi sñia testatur Socin. in eod. cap. sacris in cit. numer. 294. Sicut etiam, vbi
2 in hoc iniuria afficeretur, quod ipsi permissum est; ita Socin. ibidem. † Secundo loco amplificatur hæc regula, vt locum habeat, etiam si excommunicatum accuset. An igitur si is, quem accusare excommunicatus vult, excommunicatus etiam sit, accusator hic audietur? Videbatur sanè dicendum ipsum audiri debere. Primò, quia dolus dolo compensandus videtur arg. l. si duo. ff. de dol. & l. fin. §. sed si stipulator, & ibi Glo. & Ias. ff. de eo, per quem factum erit: verùm huic argumento sententia hæc non nititur; nam in casu nostro communionis periculum vertitur, excommunicatus à contumacia non discedit, & censura contemnitur; quæ in priori casu cessant: & hac ratione respondetur etiam ad cap. cùm ecclesiasticæ de except. & ad cap. nihil iniquius, cum trib. seq. 32. q. 6. & ad tit. ff. quod quisque iuris: Vnde postremò pro hac sententia citatur cap. à nobis de except. vbi Rom. Pont. consultus, an maiori excommunicatione affectus, si eum accuset, qui secum versatus in minorem inciderat, ab eo maioris excommunicationis exceptione reppelli queat, respondit excommunicatum maiori excommunicatione expelli ab eo posse, qui minori excommunicatione affectus tantùm erat; quandoquidem hic sacramentorum, ille hominum communione, priuatus est; ergò audiri excommunicatus debet, vbi excommunicatum maiori excommunicatione accusar argumento inde ducto à contrario sensu, quod firmissimum est, vt dicitur in l. 1. & ibi DD. ff. de off. eius: hæc ratio, quæ potissimũ pro hac sententia redditur, eam non probat; nam, etsi minori excommunicatione affectum excipere ibi posse dicitur; non idcirco tamen, si maiori constrictus teneatur, hoc illi negari summus Pont. respondit, quippe qui sciret reum etiam excommunicatum in iudicio esse posse, &

Pp quacunque

quæcunq; legitima exceptione se tueri valere ob c.intelleximus de iud.& c.cùm inter de excep. actorem verò omnino excludi ob cap.decernimus de sent.excommun.lib.6. nec argumentum adductum repugnat, quandoquidem illud locum non habet, vt DD.inquiunt in cit.l. 1. vbi aliter iure cautum est, vt in casu nostro, sicut proximè vidimus, & ob rationes, quas modò reddemus. Quare contrariam sententiam, vt excommunicatus nec alium excommunicatum accuset, amplexata est Gloss.& Innoc.in cit.cap.à nobis,& Felin.num.13. versic. Quod excommunicatus, & Bart.in l.seruos,& Add.ad eum.num.8.ff.de accus. & Bald. in l.si creditoribus. num.6. C.de seru.dat.pign.man.& Mantua in Glossar.q.33.num.2.clas.17.Denarrat.eandem communiter receptam esse testatur Abb.in eod.cap.à nobis.num.8.& Dec. num. 3. qui & ab ea discedendum non esse ait. Probatur autem horum sententia potissimum hac ratione, quoniam excommunicationis exceptio legitima defensio est, vt habetur in cap.1.de except,lib.6.& in cap. exceptionem eod.in antiq. & Clem.vn.eod. at defensio quæuis legitima reo excommunicatò datur, vt dicitur in cit.cap.cùm inter, & ibi not.Gloss.ac DD.& in c.dilecti filij, & in cap.significauit de except.ergò & exceptionem hanc excommunicationis contra accusatorem habebit, quamuis & ipse excommunicatus sit; non enim casum hunc à regula exceptum legimus, ergo neque nos excipiemus arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem. act. Postremò probatur communis hæc sententia in cap. dilecti filij de except. vbi, cùm quidam Marc. quosdam canonicos in ius vocasset; qui electioni de se factæ repugnabant, eique à canonicis obiectum esset, audiendum ipsum non esse, propterea quod excommunicatus erat; & è contrario idem Marc. obiecta vicissim canonicis excommunicatione eos reicere niteretur, non esse Marcum illum audiendum ibi decisum fuit; quoniam canonici se defendebant: quam decisionem Romanus Pont.ibi probauit, ergò, qui rei partes sustinet, vel excommunicatus sit, excommunicationis exceptione accusatorem expellere potest. Ab hac igitur communi sententia, quam ego etiam vti verissimam amplector discedendum non censeo; namque reus excommunicatus in iudicio esse potest, vt habetur in cap.intelleximus de iud.& in c.cùm inter de except.actor autem prohibetur ob cap.decernimus de sent.excomm.lib.6.& ob cap.1.de except.eod.lib.nec de reo, quamuis excommunicatus sit, quicquam immutatum legimus; ergò regulam sequemur. Postremò accusator reo excommunicationem obijcens replicat, vt hoc per se patet,& replicando agit arg. l.quæsitum.§.fin.iunct.Gloss.pen.ff.de pecul.& l.si pactum iunct. Gloss. C. de except.& arg.in Instit.de replic.atque sic dixit Bald.in c.fin.in fin.de ord. cogn. at excommunicatus actor non potest agere, ergò nec accusare, vt vidimus; excõmunicatus ergò nec excõmunicatum accusabit. Id, quod locum habet, vel publico crimine quem accuset, quo casu quiuis de populo admittitur, vt dicitur in Instit.de publ.iud.in priu.& vt not.Gloss.rub.ff.eod.hinc populares actiones ab excommunicato proponi non posse dixit Abb.in cap.exhibita.num. 7. de iud. Vel priuato delicto quem insimulet, vbi solùm ij audiuntur, quorum interest, vt tradidit Gloss. in l. fin. in verb.Pœnam.ff.de priuat.delict.& Bal.in rub.num.9. C. qui accus.non poss. excommunicatus, inquam, accusans non audietur. Item locum habet, vel hæreticum accuset, vt id pluribus asseruit Carer.in tract.de hæret.num.107.versic.Defectu autem diuino, & hoc ob communionis periculum;& facit cap.præsidentes de hæret.lib.6.vbi iudicibus excommunicatis in quibusdam tantùm casibus permittitur, vt iurisdictionem exerceant; ergo, ex quo in accusatoribus id cautum non reperimus, à communi iure non discedemus arg. l. iubemus. C. de testam.& l.præcipimus C.de appell.quamuis hoc ob criminis grauitatem non mihi facilè probetur. Et, quæ de accusatore excommunicato diximus, eadem & de actore ob easdem rationes concludimus, vt scilicet actor excommunicatus nec contra reum excommunicatum audiatur.

SVMMA.

1 *Denunciare excommunicatus non potest, quæcunque denunciatio sit.*

2 *Inquirere contra quempiam non debet index ex fama ab excommunicatis orta.*

V.

1 § † Denunciare excommunicatus neminem etiam potest, vt probatur in c.cū dilectus,& ibi not.Abb.de accus.& vt idem Abb.quoque dixit in cap.intelleximus.num.2. versic. Item nec vt promouens de iud.alioquin, quod vna via ei prohibetur, altera concederetur contra cap. cùm quid vna via de reg.iur.lib.6.Non igitur euangelica denunciatione denunciabit; quæ denunciatio, vt denunciatum peccati pœniteat, propositum finem in primis habet, vt tradidit

Dec.in

Dec. in cap.nouit. num.31. versic. Sed considerando de iud.nam ad denunciationem hanc non non admittuntur, qui in crimine perseuerant, quique infames sunt, sicut asseruit Gloss. fin. in eod.cap.nouit, & Abb.ibi.num.57.& Dec. num.25.& Gloss.in cap.cùm dilectus de accus.& in cap.cùm in tua in verb.Persona de spons.& ibi Abb.num.7.& idem Abb. in cap.cùm in tua qui matr.accus.poss. at excommunicatus infamia canonica laborat, vt sensit Abb.in c.quia diligentia.num.8.de elect.& in cap.testimonium.num.10.de testib.etenim ob mortiferum peccatum excommunicatio fertur, vt probatur in cap.nemo episcoporum cum duob.seq.11.q.3.& vt inquit Syl.in verb.Excommunicatio 1.num.11.& communiter DD. mortiferum verò peccatum quoduis quem infamem apud ecclesiam reddit, vt docuit Gloss.in §.porrò in verb.Infamia 3. q.7.quin igitur excõmunicatus à denunciatione hac exppellatur,nõ est, quod dubitemus. Nec, quòd iniuria fortasse quis excommunicatus est, idcirco audietur; nam, quamdiu excommunicatus manet,in contumacia esse existimatur, & hominum communione caret arg.cap.cùm desideres de sent.excommun.ex quo apparet aliam esse rationem in excommunicato,atque in eo marito,de quo habetur in cap. quemadmodum §.fin.de iureiur. etsi enim ipse accusare non poterat, denunciare tamen non prohibebatur; quandoquidem communionis periculum ibi non aderat; euangelica denunciatione igitur excommunicatus caret. Non etiam ad canonicam denunciationem admittitur; nam,vel denunciatio generalis fit (quæ fit exempli gratia, vbi impedimentum quodpiam legitimum denunciamus,quod matrimonium contrahendum impediat) vel specialis (quæ ab eo fit, cuius verbi gratia bonum antistitem, subiectumuè ipsi ob temperantem habere interest, sicut tradidit Abb.in c.nouit.nu.59.de iud.)non audietur:non in priori casu; quoniam prohibetur in cap.cùm in tua, & ibi not.Gloss.viden.de spons.non in posteriori ob cap.exhibita, & ibi Gloss.in verb.Excõmunicationem de iud. quamuis in hoc casu, si excommunicatus defensoris partes sustineat, audiatur ob cap.dilecti filij de except. Non itidem iudicialis denunciator esse poterit,vel publicus denunciator sit (cuiusmodi generis apud ecclesiam testes synodales sunt, de quibus egit Abb. in cap. præterea de rest. cog. apud laicos verò nostrati lingua Balidori, & Caudularij, qui itidem delicta in territorio commissa denunciant, de quibus pertractauit Bart.in l.diuus.ff.de custod.reor.& Abb.in eod.cap.præterea) vel priuatus denunciator sit (qui is est, qui, vbi aut ius petenti iustitia denegatur,aut alio remedio ad suum peruenire non potest, ecclesię denunciat eum qui suum detinet,in mortifero peccato morari,sicut Abb.tradidit in cit.cap.nouit.num.48.& Dec.num.30.)neuter horum igitur excommunicatus denunciator esse potest; non publicus, quoniam exceptiones omnes, quæ accusatori obijciuntur, & huic obijci possunt, vt asseruit Bart. in cit.l.diuus.num.7.& num.10. non etiã priuatus; nam, cùm prosequatur, quod sua interest, non auditur, sicut nec etiam, vbi agit,atq; sic asseruit Bart.vbi rem hanc egit in constit.ad reprimendam.§.denunciationem.num.8.nulla igitur denunciatio ipsi excommunicato permittitur; multiplex enim est, vt pertractauit Abb.
3 num.33.& DD.in cap.nouit de iud. † Postremò inquirere iudex ex fama ab excommunicatis orta in quempiam non debet, quò ipsum puniat, purgationemque indicat,vt asseruit Franc.de Aret.in cap.intelleximus.num.5.de iud.namque,vt id possit, fama huiusmodi à fide dignis orta esse debet arg.c.qualiter,& quando.2.& ibi Abb.num.29.vbi rem egit de accus.& c.cùm in iuuentute, & ibi quoque Abb. prop.fin.de præsumpt. & vt tradidit, ac declarauit Bart. in l. de minore.§.plurium.num.15.ff.de quæstion.at excommunicati minùs fide digni sunt; ergo, nisi aliud adminiculum accedat,iudex ad inquirendum contra quempiam venire non debet:ex his, quæ hactenus diximus, apparet nulla ratione excommunicatum in ius alios vocare posse, & actoris, accusatorisuè partes exercere. Hinc Nicol.de Milis in repert.in verb.Excommunicatus non potest in iudicio esse, dixit excommunicatum nec actori assistere posse, nec vel accusatorem pro publico interesse, nec inquisitionem prosequi, nec eam promouere,ac de his hactenus, ad alia veniamus.

SVMMA.

1 *Exceptio excommunicationis in quacunque iudicij parte obijci contra actorem potest; quæ regula multis modis declaratur.*

2 *Executor merus excõmunicationis exceptionem admittere debet.*

3 *Excõmmunicatus actor, vt sententiam pro se latam iudex exequatur, petere non potest, multò minùs, vt sententiam pro se ferat; idem & de reo excommunicato concluditur.*

4 *Iudex tempus præscribere non potest, intra quod dilatoria excommunicationis exceptio proponatur.*

5 *Exceptio excommunicationis an peremptoriè aliquando obijciatur; & vbi peremptoriè obijci dicatur.*

6 *Exceptio excommunicationis & contra iudicem, ac procuratorem obijci semper potest.*

VI.

1 § † In quacunque iudicij parte actori excommunicationis exceptio obijci etiam potest; Pia consideratione statuit mater ecclesia, dicitur enim in c. 1. de except. lib. 6. quòd maioris excommunicationis exceptio in quacunque iudicij parte opposita lites differat, & repellat agentes. Hæc ibi, ex quibus manifestò apparet exceptionem excommunicationis actori in quacunque iudicij parte obijci posse, atque sic not. ibi Phil. Franc. in 2. not. idem habetur in clem. vn. eod. & ibi not. Anchar. num. 3, versic. Tertiò not. & Zab. num. 1. versic. Tertiò quæro prop. fin. & in cap. exceptionem eod. in antiq. & Mar. Soc. sen. in c. sacris. num. 435. de sent. excomm. Idque meritò; hac enim ratione censura ecclesiastica magis timetur, communionis periculum euitatur, contumaciæ vitium reprimitur, & excommunicati, dum à communibus actibus excluduntur, rubore perfusi facilius resipiscunt, vt dicitur in eod. c. 1. de except. lib. 6. Ex hoc dicto sic posito consequitur primò exceptionem hanc & post litis contestationem obijci posse, vt probatur in citatis iuribus, atque sic dixit Felin. in cit. c. exceptionem. num. 13. versic. Fallit primo, & Mar. Soc. sen. in c. sacris. num. 429. de sent. excommun. versic. Sicut non excluditur reus, quamuis dilatoriæ exceptiones aliæ ante litem contestatam solùm obijciantur arg. l. fin. C. de except. & vt not. Anchar. in ead. Clem. vn. num. 4. versic. Quartò not. & Abb. in cit. cap. exceptionem versic. Nota tertiò, & num. 22. & Felin. num. 12. versic. Alia regula est. Item & post conclusum in causa, vt dixit Abb. in eod. cap. exceptionem. num. 12. versic. Quædam sunt, & Felin. nu. 13. versic. Decimò, etiam si conclusum esset in causa; idem Felin. in cap. cùm dilectus. num. 15. versic. Nonò limitat de fid. instrum. & in cap. pastoralis. num. 20. versic. Alius in exceptione excommunicationis de except. & in cap. significauerunt. num. 16. versic. D. rem postea subdit eod. & hoc ob cit. c. 1. de except. lib. 6. & Mar. Anguis. consil. 39. nu. 6. & Rot. decis. 26. de re iud. in antiquis, & Mars. vbi de cõmuni sententia testatur in Prax. crim. §. sequens. q. 9. n. 24. & si aliàs, postquam in causa conclusum est, nec allegari, nec probari quicquam possit, vt tradidit Abb. in eod. cap. exceptionem. num. 20. & Felin. in eod. cap. cùm dilectus. Probatur autem hac potissimum ratione; quoniam in quacunque iudicij parte obijci potest, vt asseruimus proximè. Contrariam tamen sententiam sequitur Zab. in cit. Clem. vn. versic. Oppono, quòd post peremptorium, vt scilicet post conclusum in causa proponi non possit, nam post id ferri sententia statim debet, quasi sic argumentetur ipse Zab. in hoc casu periculum communionis vitatur, quoniam excommunicati opera amplius non requiritur; ex quo solùm sententia ferenda est: hæc tamen ratio mihi non probatur; esto enim communio vitetur, non tamen rationes aliæ proximè allegatæ cessant, quamobrem exceptio hæc obijcitur; ergo nec dispositio cessare debet arg. §. affinitatis in Instit. de nupt. à communi sententia igitur non discedemus. Tertiò consequitur & post sententiam obijci eam posse, vbi scilicet executio petitur, & hoc ob cit. cap. 1. de except. lib. 6. Sed, si post rem iudicatam, dicitur enim ibi, talis exceptio proponatur, executionem impediet: hæc summus Pont. ergò & post sententiam obijci potest, atque sic not. ibi DD. & Inn. in cap. venerabilem de except. & in cit. cap. exceptionem, vbi quoque Felin. num. 13. versic. Septimo, etiam si esset lata, & Zab. in cit. Clem. vn. num. 11. versic. Decimoquartò & Rot. decis. 26. de re iud. in antiq. & Ias. in l. 1. num. 25. C. de iur. & fact. ignor. Hinc, si ab excommunicato monitorium purum impetratum sit pro re confessata iudicata, vel taxata; repelli tamẽ exceptione hac quẽ posse conclusit Capell. Tholos. decis. 137. etenim pro executione aut officium iudicis, aut actio in factum requiritur, vt dixit Innoc. in eod. cap. venerabilem; at excommunicatum a-

2 gere non posse iam conclusimus; ergò nec executionem petere. † Hinc quoque, etsi executor merus ad lites datus post scilicet explicatam, & cognitam materiam executionis, nullam exceptionem admittit, vt probatur in l. si vt proponis, & in l. executorum. C. de execut. re iud. & tradit Fel. in cap. de cętero. n. 5. vers. Secunda conclusio de re iud. exceptionem excommunicationis tamen admittere debet, vt asseruit Fel. eod. num. 5. versic. Secundus casus in exceptione

3 excommunicationis. † Excommunicatus actor igitur petens, vt sententiam pro se latam iudex exequatur, excludi potest, vt ex dictis patet, & vt dixit Abb. in cap. significauerunt. nume. 18. versic. Quærit Glosl. & Guid. Pap. decis. 329. in fin. Minùs autem, vt sententia pro se feratur, excom-

excommunicatus actor petere poterit, vt dixit Abb. in cap. cùm inter. num. 10. de except. ob ea, quæ diximus. Excipitur tñ, vbi in iudicio esset, quò absolueretur; quòd enim, in iudicio vt tunc adsit, ei permittitur, ergo &, vt sententia pro se feratur, peti potest, atque sic dixit Abb. in eod. c. cùm inter. nu. 10. & facit c. 1. de rescr. lib. 6. Non reus itidem excõicatus, vt pro se iudex sniam ferat, eamuè latã exequatur, petere põt, vt dixit Abb. in cit. c. cũ inter. nu. 10. & Fel. nu. 19. vers. Vtrũ excõicatus se defendēs; etenim ad id iudicis officiũ, actioue in factũ requiritur, vt asseruit Inn. in eod. c. venerabilem, quorum vtrumq; excommunicato prohibitum esse iam vidimus.

4 † In quacunque iudicij parte igitur actori excommunicationis exceptio obijci potest: quæ regu la locum habet primò, etiam si iudex ad dilatorias exceptiones proponendas tempus dedisset; ea enim dic elapsa nihilominus exceptio hæc admittetur, vt dicitur in cit. Clem. vn. & ibi not. DD. de except. & Felin. in cap. exceptionem. num. 13. versic. Primò igitur amplia. Item, vel expressè, ac nominatim ad excommunicationem obijciendam iudex tempus præscripsisset; eo. n. elapso obijci tamen poterit, vt asseruit Gloss. pen. in cit. Clem. vn. quam sequitur Zab. q. 16. & Felin. in cit. cap. exceptionem. num. 13. versic. Secundò etiam si specialiter, & Marian. Soc. sen. in cap. sacris. num. 429. vers. Nec per lapsum termini de sent. excommun. Item in replicatione obijci potest contra actorē replicantem; nam, si Titius exempli gratia petat à me decem, & ego excipiam de pacto de non petendo, ipse verò replicet de pacto de petendo; ego duplicando exceptionem excõmunicationis obijcere illi queo; nõ, quòd duplicatio hæc replicationem tollat, sed, quia obiecta contra actorem impedit, ne agat, atque ita Mar. Soc. sen. in eod. num. 337. versic. Quæro decimoseptimò, & Spec. in tit. de except. §. fin. versic. Item quæritur. Postremò, vel tres sententiæ conformes de alicuius commissionis validitate latæ sint; obijci enim nihilominus poterit ab excommunicato impetratam esse, ac propterea non valere ob cap. 1. de rescript. lib. 6. atque sic dixit Felin. eod. num. 13. vers. Nonò; in quacunque iudicij parte igitur actori obijci excommunicatio poterit. Excipitur tamen primò in causa appellationis; nam nec actori appellanti excommunicationis exceptio obstat, quò minus appellet, vt dixit Innoc. in cap. exceptionem in prin. de except. & Phil. Franc. in cap. 1. in initio vers. Aliquando ponitur exceptio contra appellantem eod. lib. 6. & Gem. eod. §. 1. num. 6. vers. Quæro, quid si appellatus, & Anchar. ibidem. eod. vers. & in Clem. vn. eod. nu. 3. vers. Tertiò not. & nos probauimus hoc cap. §. 1. vers. Octauò excipitur. Item excipitur, vbi actor ad cautelam se absoluendum curat; id enim potest in hoc casu, vt dixit Gem. eod. §. 1. num. 10. versic. An quando opponitur, & Philip. Franc. ibidem; idem Anchar. in cit. Clem. vn. in fin. & Zab. eod. Tertiò quæro; in hoc igitur casu

5 in iudicio esse poterit, quippe qui iam absolutus sit. † Tertiò excipitur, vbi excommunicatio peremptoriè obijcitur; nam tunc in quacunque iudici parte obijci non poterit, sed solùm intra præscriptam diem, vt dixit Phil. Franc. eod. §. 1. & vers. & Anchar. eod. cap. 1. in prin. nu. 3. vers. Nota argumentum, & Gem. eod. & notab. & idem Gem. in cit. cap. 1. §. 2. num. 9. vers. Gloss. super verb. opponit, & Felin. in cap. exceptionem. num. 13. vers. Decimò etiam si esset conclusum, & Abb. num. 22. de except. & Gloss. communiter recepta in cit. cap. 1. in verb. Opponit de except. lib. 6. & probatur etiam ibi primùm in verb. Differat, vbi & Gloss. id not. demum in fin. vbi per exceptionem hāc executionem differri voluit Roman. Pont. si probetur; ergo de excommunicatione ibi agitur, vbi loco dilatoriç obijcitur, non autem, vbi peremptoriç; quandoquidem peremptoria exceptio litem non differt, sed tollit, ac perimit, vt probatur in §. appellantur autem exceptiones in Instit. de except. idem habetur, & apertiùs in Clem. vn. eod. & ibi Gloss. 1. & Anchar. vers. Secundò not. in hoc igitur casu solùm vsque ad sententiam obijci poterit, modò vel in causa conclusum non sit, vel allegationibus salutē pars non dixerit, vt tradũt Gloss. & DD. in l. exceptionem. C. de probat. Peremptoriè autem opponi exceptio hæc dicitur, vbi opponitur, quò actus nullus esse inferatur; exempli gratia electus quis est ad aliquam ecclesiam, obijcitur ob excommunicationem electionem non valere, vel quòd electus excommunicatus erat, vel eligentes electionis tempore: hac igitur ratione peremptoriè opposita dicitur; ea enim probata actus non differtur, sed omnino tollitur, atque sic declarauit Gloss. in cap. 1. in verb. Opponit, & in cit. Clem. vn. in verb. Dilatoriæ, & ibi not. DD. nec quicquam prodest, si excommunicatus hic se absoluendum curet; quandoquidem actus nihilomagis valebit, ex quo in initio non valuit arg. l. non firmatur de reg. iur. lib. 6. & vt citati autores in eisdem iuribus cõcludunt, & nos antea probauimus, vbi de electione egimus. Postremò excipitur, vbi excommunicatio bis in eadem iudicij instantia opposita est, & non probata; tertiò enim ipsam opponere non licebit, vt dicitur in cit. capitul. 1. in verb. Prouiso de except. lib. 6. non dico non licere

opponi tertiò eandem excommunicationem bis iam oppositam, & non probatam, sed neque aliam. Probatur autem sententia hæc primo in cit. vers. Prouiso, dum dicitur Prouiso, quod vltra duas vices hæc non opponatur exceptio. Ecce non hìc dicitur, ne eadem excommunicatio opponatur, sed ne hæc exceptio, scilicet excommunicationis, de qua ibi agitur, & ita generaliter ibi accipitur. Probat id etiam exceptio sequens, dum inquit Præterquam, si excommunicatio noua emerserit; at excommunicatio ab excommunicatione emergere non potest; generatim igitur de quauis excommunicatione excipiendum illud est, atque sic asseruit Anch. ibi in §.si verò vers.Quæro, quia dixit text.& Phil.Franc.eod.§.in prin.versic.Tertiò not.& Gemin.eod.vers.Quæro, quia dixit text.Instantia iudicij autem, quatenus ad rem hanc pertinet, accipitur vsque ad sententiam exclusiuè, vt declarauit Gloss.in eod.§.si verò in verb.Iudicij, & ibi citati proximè doctores; posteaquam igitur excommunicatio bis in eodem iudicio opposita fuerit, & non probata, tertiò opponens non audietur. Excipitur tamen primò, si noua excõmunicatio emerserit; nam hanc opponere poterit, & bis ad eam probandam admittetur, & nouam dilationem ad id habebit, modò eam dolo non obijciat, atque sic Phil.Franc. in eodem §. vers.Tertiò not.& Gemin.num.7.vers.Sed quæro, quæ dicatur hìc noua, & Anchar. eod. versic. Deinde, vbi euidens, promptaque probatio superuenerit de antiqua; in hoc enim casu & tertiò audietur; siue antiqua iam bis proposita sit, vel nondum proposita, vt declarauit Gloss. ibi in verb. Antiqua, & Marian.Soc. sen.in cap.sacris.num.450.vers.Circa nonum de sent. excomm.
6 sed de actore iam satis. † Contra iudicem quoque, & procuratorem exceptio hæc in quacunque iudicij parte obijci potest, vt sensit Gloss.2.in cit.Clem.vn.de except. quam sequitur ibi Anch. num.2.vers.Secundò not.& in prin.vers.Quandoque opponitur, & Zab. numer.2. vers. Tertiò quæro, & Fel.in c.exceptionem nu.13. vers.Tertiò nedum si excommunicatio, vbi & communiter id receptum esse sentit de except. sed de re hac iam satis, ad reliqua transeamus.

SVMMA.

1 *Exceptio excommunicationis à reo obijci actori excommunicato potest; quæ regula etiã declaratur.*

2 *Impensæ factæ ab actore excommunicato quãdo ei restituantur à reo, qui dolo excommunicationem ei non obiecit; & quid si iudici excommunicato non eam obijciat.*

3 *Exceptio excommunicationis à iudice obijci actori potest.*

4 *Appellari an possit à iudice, qui excommunicationem actori non obiecit.*

5 *Exceptio excommunicationis an actori obijci ab alio, quàm à reo, & à iudice, possit.*

VII.

1 § A quocunque itidem excommunicationis exceptio actori obijci potest. † Nam de reo habetur in cap.à nobis, & in cap.exceptionem de except.& in c.1.eod.lib.6.& ibi DD.communiter not.& Mar.Soc.sen.in cap.sacris.num.427.vers.Circa primum membrum de senteut. excommun. Quæ regula locum habet, etiam si generatim dilatorias exceptiones reus se non oppositurum iurasset; nam nihilominus obijcere ipsam poterit, & periurus non erit, vt dixit Gemin.in c.1.§.1.num.11.vers.Quid si reus, vbi & Io.And.idem sentientem refert, & Felin. in eod.cap.exceptionem.num.13.versic.Quartò, etiam si pars, & Mar.Soc.eod.num.429. versic. Alia declaratio. Item locum habet, vbi & speciatim, ac nominatim excommunicationem se non obiecturum iureiurando affirmasset; nam de eorum sententia, quos proximè citauimus, obijcere ipsam nihilominus poterit, & hoc ob communionis periculum: quamuis communis hæc ratio generalis hodie non sit ob extrauag.ad euitanda; solùm enim per ipsam excommunicatum vitare cogimur, vbi aut excommunicatus notorius, aut denunciatus est; aliàs ergo, ne periurus sit, obijcere excommunicationem reus non poterit, quod notandum est. Tertiò auditur reus, etiam si exceptionem hanc dolo inchoata lite prætermiserit, quò actor superuacaneos sumptus faceret, vt dicitur in cit.c. exceptionem, & ibi communiter notatur de except.
2 † Atqui an ad impensas huiusmodi ab actore factas reus actori condemnabitur? Planè condemnandum ipsum esse dicendum est, modò tamen dolo eam prætermiserit, & actor se excommunicatum non nouisset, & sumptus facti inutiles essent. Hanc pœnam igitur impensarum primò reus effugiet, vbi iustam ob causam eam prætermisit, vtpotè quoniam ipsam probare minùs poterat, actoremuè excommunicatum ignorabat; etenim, ex quo dolo caret, ac propterea ei non conueniunt meus, verbaque eius cit. cap. exceptionem, nec ipsius dispositio conuenire ei debet

debet arg.l.4.§.toties.ff.de damn.infect atque sic dixit Innoc.in cit.cap. exceptionem in ver b.
Fatigetur, & Abb.num.24. vers. Sed extra Gloss. quæro. Secundò loco hanc eandem pœnam
reus effugit, vbi actor se excommunicatum nouit; nam,etsi reus culpa, doloque non caret,a-
ctor etiam dolo, culpaque non vacat: sibi igitur tribuat, qui in ius vocauit, cùm id non posset;
dolus enim cum dolo,& culpa cum culpa compensatur arg.c.pen.& cap.fin.de adult.& l.si duo
ff.dol.& l.si ambo.ff. de compens.& facit cap.scienti de reg.iur.lib.atque sic asserunt Hostien. &
Petr.quos refert, ac sequitur Abb.in eod.cap.exceptionem.num.24. & Felin. qui de communi
testatur.num.39.versic.Preterea obstat. Postremò reus impensas factas actori etiam non resti-
tuet, vbi impensæ factæ inutiles non sunt; quare, cùm acta omnia actore excommunicato ho-
die in iudicijs valeant ob cap.1.de except.lib.6.& vt infra hoc cap.probauimus, atque ideirco
impensæ factæ inutiles non sint, ob eam rem actori reus ipsas non restituet,atque sic sensit Glo.
in eod.cap.exceptionem in verb.Condemnandus, quam sequitur Abb.ibi.num.23.& commu-
niter DD.vt inquit Felin.eod.num.39.versic.Vnde vult Abbas. Solùm igitur pœna hæc locum
habet, vbi actor se excommunicatum minimè sciens iudicem impetrauit, & coram ipso dolo
tacente reo egit; nam, quòd acta coram hoc iudice nulla sunt, ex quo iudicis impetratio nulla
fuit ob cap.1.de rescript.lib.6.atque ob eam rem impensæ factæ inutiles sunt; ideo hìc sumptus
litis restituet, vt asseruit Io.And.quem refert Abb.in eod.cap.exceptionem.numer.23.Verùm
quid,si exceptionem hanc contra excommunicatum iudicem dolo non obijcit, an hanc impen-
sarum pœnam patietur? Planè, vbi iudex excommunicatus notorius est, quo casu ab ipso acta
non valent,vt habetur in cap.ad probandum de re iud.& actor id ignorat, reus id dolo præter-
mittens, exceptionemq; hanc non obijciens ad impensas actori restituendas condemnabitur.
vt dixit Abb.in eod.c.exceptionem.num.23,vers.Oppono,& de communi testatur Felin.num.
39.vers.Sed in excommunicatione iudicis notoria. Non igitur condemnabitur,si iudicem veri-
tus ei excommunicationem non obiecit. Sicut nec etiam, vbi iudex excommunicatus notorius
non est; quandoquidem impensæ factæ inutiles non sunt,ex quo acta coram ipso valent arg.cit.
cap.ad probandum à contrario sensu, & ibi DD.communiter not. & nos antea id egimus; reus
3 igitur excommunicationem actori obijcere potest. † Iudex itidem, si reus non excipiat, ex of-
ficio suo exceptione hac excommunicatum actorem excludere potest, vt dicitur in eod.cap.ex
ceptionem,modò excõmunicatus publicus sit,& iudex id nouerit,vt dicitur in c.1.in fin.de ex-
cept.lib.6.Eo tamen saluo, ait ibi summus Pont, vt,si actor excommunicatus sit publicè,& hoc
iudex nouerit; quandocunque, etsi de hoc reus non excipiat, iudex ex officio suo actorem re-
pellere non postponat: hæc ibi,ex quibus proposita sententia manifestò probatur, atque sic di-
xit quoque Mar.Soc.sen.in cap.sacris.num. 43 1.vers. Quarta declaratio de sent.excommun.&
nu.337.vers.Quero 26.Et id ẽt in executione. † At quid,si iudex ex officio suo excommunicatũ
4 actorem non repellat, an appellari ab ipso poterit? Communiter concluditur non posse, vt de
hoc testatur Abb.in cit.cap.exceprionem.num.8.Probatur autem hac potissimum ratione;quo
niam,vbicunque iudex ex officio suo aliquid facere potest, & non facit, ab ipso appellare non
possumus;hæc est sententia Specul.in tit.de off.iud.§.impedit vers.Quid, si iudex,quẽ DD.com
muniter sequuntur,vt inquit Abb.in cap.significauerunt.num.10. vers. Aduerte, quòd hæc est
subtilis de except.ergò nec hìc appellabitur, ex quo actorem hunc ex suo officio expellere po-
test,& facit.l.non quicquid.ff.de iud.etenim iudicem suum officium præstare non cogitur ad cõ
modum partis,nisi postuletur arg.l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damn.infect.Contrariam ta-
men sententiam amplexatus est Card.quem refert.Felin.in eod.cap.exceptionem.num.4.vers.
Sed contra Specul.& sequitur etiam ipsum ibi.num.7.vers.Quintus casus,& Io.Bapt.Feret.con
sil.35 1,num.10. Probatur autem hac præcipua ratione; quoniam non in arbitrio iudicis id
collocatum est, sed illi hoc iussum; declarat hoc primùm verbum illud Non postponat positũ
in eod.c.1.de except.quod cùm in imperandi modo collocatum sit,iudici imperat, non autem
in eius arbitrio ponit;declarat postremò hoc idem gerundiuum illud Excommunicatus autem
publicè notorius est officio iudicis repellendus positum in cit. cap. exceptionem, quod neces-
sitatem significat, vt Felin.ibidem inquit; si ergo, vt id faciat, ei præceptum est, & id minùs fa
cit, appellari ab eo poterit. Hæc sententia mihi etiam probatur, & hoc ob communionis peri-
culum; quod publicè interest, vt euitetur. Nec repugnat dictum Specul. nam eius dictum lo-
cum habet, vbi de priuata re agitur,& non de publica, vt in casu nostro, atque sic sensit Felin.
eod.Excipio tamen, vbi iudex actorem excommunicatum esse non nouit,vt dicitur in cit. cap.
1.de except.Item, vbi publicè excõmunicatus non est ob iura proximè citata, quæ de publico

excommunicato agunt,& multò magis hodie ob cit.extrauag. ad euitanda;cessat enim communionis periculum, ex quo eius cōstitutionis beneficio cum excommunicato huiusmodi esse possumus,vt alibi probauimus. Postremò, vbi reus ipse exceptionem hanc obiecit; iudex quoq;
5 igitur exceptione hac excommunicatum actorem expellere potest. † Postremò is demum, qui nec reus,nec iudex est, exceptionem hanc obijcere potest, vt probatur in cap. cùm parati de appell.ibi enim,cùm episcopus coram Romano Pont.petitiones quasdam per nuncium pro posuisset, Rom. Pont. qui ipsas admisurus erat, eas idcirco non admisit, quoniam Cardinalis quidam,contra quem non agebatur, episcopum excommunicatum esse obiecit: ecce igitur hic à tertio exceptionem hanc obijci posse, atque sic not.ibi Abb.& Dec. num. 2. & idem Dec. in cap.intelleximus.num. 20.& Felin.num. 13.in prima declarat.de iud.idem Felin. in cap. exceptionē in fin. & Add. ad Abb.eod.nu. in litera B.Probatur deinde horum sententia hac ratione; quoniam, vbicunque iudex ex officio supplet, quiuis alius ibi auditur, vt DD. sentiunt Car. Bar.Host.Io.And.& Dec.qui hos refert,ac sequitur in eod.cap.cùm parati,numer. 2.tunc enim vtilitas publica agitur, ac propterea quilibet admittitur arg.§.publica in Instit.de publ.iud. & vt inquit Felin.in cit.cap.intelleximus eod.num.13.at iudex ex officio suo excommunicatum ab agendo excludere debet, vt probauimus;ergò & quiuis alius exceptionem hanc obiicere poterit,ex quo ob communionis periculum de animarum salute agitur, quo casu quilibet audiendus est,vt inquit Archid. in cap.vt circa de elect.lib.6.quem refert,ac sequitur Felin. eod.num. 13.vers.Iste text.recipit nonnullas,& hæc potissimum ratio pro hac opinione allegatur. Contrariam tamen sententiam amplexatus est Specul.quem Felin.refert eod.num.13. & vers.& sequitur eum Gemin.in cap.1.num.12.vers.Quid si tu es excommunicatus de rescript. lib. 6. & Mar.Soc.sen.in cap.sacris.num.430.vers.Tertia declaratio de senten.excommun.Nam, ex quo excommunicatus contra hunc tertium non agit, excipere non potest;cùm exceptio actionis exclusio sit arg.l.2.ff.de except.& facit pro hac sententia dictum Compost. quod retulit Felin. in cap.nonnulli.§.sunt & alij prop.fin.versic.Expeditis ampliationibus,& falent; contra impetrantem rescriptum, inquit enim Compost. non admitti tertium, qui exceptionem ad impediendā impetrationem opponat, ob rationem proximè allatam; & hoc dictum multi sequuntur relati à Felin.eod.atque his præcipuè sententia nititur. Quid igitur concludendum? Ego sic distinguendum censerem. Aut excommunicatus hic actor denunciatus, notoriusuè est, quo casu nobis cum ipso versari non licet, & eius communionem vitare debemus, & hic priorem sententiam,quæ communis est,locum habere censeo; nam, si,vbi excommunicatus de pecuniario cōmodo contra nos agit, excipere idcirco possumus, quoniam nostra interest, vt supra probauimus, ergo multo magis hic, vbi salus animæ periclitatur, cùm iudicis,tum rei, aliorumuè, qui in iudicio intersunt, ob communionem excommunicati huius excipere poterimus,cùm de maiori damno nostro hic agitur; quandoquidem mortiferè peccat, qui mortiferum peccatū,cùm potest, non impedit arg.cap.qui alios, & ibi Gloss.de hæret.& cap.error.dist.80.& cap.neglige re.2.q.7.& vt asseruit Nauar. in Man.cap. 14.num.27.quod hic contingeret, si, vbi possumus, exceptionem hanc à iudice, à reouè omissam non obiiceremus; & ex his apparet de re nostra agi, nostraque interesse hunc non admitti,atque ob eam secundæ opinionis rationem hic cessare; ex quo patet & Notarium, & Aduocatum, etiam admittendos esse ad exceptionem hanc opponendam, quòd de notario dixit Mar.Soc.sen.in eod.cap.sacris.num.45.Aut excommunicatus hic actor neque notorius, neque denunciatus est, quo casu ob extrauag. ad euitanda cū excommunicato sine offensa esse nobis licet, & hic posteriorem sententiam ob allatam pro ipsa rationem locum habere concludo; cessat enim communionis periculum, ac propterea vtilitas publica, qua potissimum ratione communis sententia nitebatur; atque hac diuisione opiniones propositas conciliandas inter se censerem.

SVMMA.

1 *Exceptio excommunicationis vbi proponitur, speciem excommunicationis, itemque excommunicatoris nomen cōtinere debet;quæ duo hic declarantur.*

2 *Exceptio excommunicationis obscura si est,declarari debet.*

VIII.

1 § . † Forma, modusuè exceptionem hanc excommunicationis proponendi hæc continere debet. Primùm excommunicationis speciem, an scilicet maiori, minoriuè irretitus excommunicatione

communicatione actor sit, cui obiicitur: non enim necessariò concluditur excommunicatum actorem in iudicio esse non posse, si excommunicatio simpliciter obiiciatur; nam sic opposita, quòd excommunicatio genus est, tam de maiori, quàm de minori dicitur, at minori excommunicatione obligatus in iudicio esse potest; quandoquidem sacramentorum, & non hominum cõmunione caret, vt habetur in cap.pen.de senten.excommun.& in cap.Engeltrudam.3.q.4. atque vt not.Gloss.in cap.1.in verb.speciem de except.lib.6.ergo, ex quo simpliciter excommunicatio obiecta non necessariò actorem repellendum semper concludit, ob eam rem sic obiecta admitti non debet arg.l.non hoc.C.vnde legit.& l.neque natales. C. de probat. Videbatur tamen contrarium dicendum scilicet sat esse, vt excommunicatio simpliciter obijciatur; quoniam, vbi excommunicationis mentio fit, pro maiori accipitur ob cap.pen. de sentent. excom. atqui à priori sententia discedendum non est, cùm ob rationem prius allatam, tùm quòd id expressum habemus in eod.cap.1.§.si quis igitur,& ibi communiter notatur de excep.lib.6.Nec repugnat cit.cap.pen.de sentent.excomun.nam illud locum habet, vbi excommunicatio aut ab homine, aut à iure fertur, nam, quòd tunc medicinæ locum habet, ac propterea gratiosa est, in potiorem partem ecclesia eam interpretatur, vt maior excommunicatio sit; at, vbi in iudicio pronoñitur à reis, quòd rei sępius iudicium subterfugere, ac litem prorogare conantur, quò minùs condemnẽtur arg.l.properandum.§.1.iunct.Gloss.fugiẽte.C.de iud. ac propterea & minorem excommunicationem obiicere solent, quod odij plenum est, vt quod lites differat contra cap.finem litibus de dol.& contum.& cit.l.properandum; ob eam rem, vt horum malitiis, ac dolo ecclesia resistat, cauit, vt excommunicationis species proponeretur, vt dicitur in cit. c. 1.in vers.Dum enim in causis; non repugnat igitur cit.cap. pen. de sentent. excommun. atque sic DD. communiter respondent, & Marian.Socin.sen.in cap.sacris.num.436. vers. Circa quintum, ibi. Non obstat contrarium de sentent.excommun. Et ex his apparet non id propterea factum, quòd pro minori excommunicatio accipiatur, vbi in iudicio proponitur, quandoquidem exceptio hæc odiosa est, vt dixit Gemin.in eod.cap.1.§.si quis vers.Gloss.super verb.Speciem, & Anchar.eod.vers.& Phil.Fran.eod.vers.In Gloss.in verb.Speciem; nam, si in sententiam hanc acciperetur, nunquam reus auditus esset, cùm minor excommunicatio à iudicio non excludat, vt diximus; sed ob proximam rationem id cautum est, quòd reum simpliciter excommunicationem obijciendo & minorem obiecisse non nunquam probabatur, & sic lites differebantur: quod, ne deinceps contingeret, ecclesia, vt excommunicationis species obijceretur, prospexit; quo casu, si minor sit, non audietur, sed iudex incohatum iudicium prosequetur. Item eadem exceptionis forma excommunicatoris nomen continere debet; Si quis igitur excommunicationem opponit, dicitur enim in eod.cap.1.de except. lib.6. Speciem illius, & nomen excommunicatoris exprimat. Ecce hinc non species excommunicationis tantùm, sed & excõmunicatoris nomen exprimendum esse ab excipiente apparet, atque sic communiter ibi notatur, & à Mar.Soc.sen.in cit.cap. sacris. num. 437. vers. Sed quæritur circa prædicta, vbi & formã traditam à Speculatore ponit huius exceptionis. Id quod summa ratione factum est, quò scilicet sciatur, an excommunicandi facultatem habuerit, qui excommunicauit; nam, si ordinarius sit, admittetur exceptio, vel nihil aliud excipiens probet; si verò delagatus, nisi delegatæ iurisdictionis mandatum ostendat, vt habetur in c.cùm in iure, & ibi notatur de off. deleg. atque sic not.Gloss.in cit.c.1.in verb.Nomen, & DD.ibi communiter sequuntur, & Mar.Soc. eod.num.vers.Item quæritur. Nomen autem excõmunicatoris vel appellatiuum (si per illud explicetur excommunicator) vel nomen dignitatis exprimi debet, vt dixit Gloss. in eod. §. si quis igitur in verb.Nomen; modò enim appareat, quisnam excommunicauerit, nihil interest arg.l.certum.ff.si cert.pet.& cap.intelligentia de verb. sign. Hoc dictum Gloss. verum censeo, vbi nominis proprij, appellatiuiuè expressione apparet, qui nominatur, excommunicandi potestatem habere; alioquin, si id non exprimeretur, mea sententia nihil sit: si proprij nominis igitur, appellatiuiuè expressio id non præstabit, aliud, qđ id præstet, addemus. Verùm, quid si excommunicatio iuris obiiciatur, an eius autor, nomenuè canonis exprimi debet? breuiter concludendum est & canonis nomẽ exprimendum esse, vt sentiunt Host.Pet.& Arch.& Io.An. quos refert, ac sequitur Gemin.in eod.§.siquis.2.num.12.vers.Quid si opponatur excommunicatio lata à canone; etenim, vt dicitur in cit.§.siquis, excommunicatoris nomen exprimi debet; at excommunicator, & homo, & ius est, vt supra vidimus; ergo, sicut hominis excommunicatoris nomen exprimi debet, ita & iuris, canonisuè nomen exprimetur, vel id, quod tantundem operetur. Quare, si dicatur actorẽ excõicatum esse maiori excommunicatione, quia

clericum

clericum iniuriæ inferendæ causa percussit; quòd excommunicatio hæc notissima est, ob eam rem, esto canonis nomen taceatur scilicet cap.siquis suadente diabolo.17.q.4. tamen sat erit; notissima enim excommunicatio hæc est. Item, sicut,quando homo excommunicator est, nominis expressio non sufficit, vbi, quisnam ille iudex fuerit, ignoratur, vt diximus; ita & hic idē concludimus, si per simplicem canonis expressionem, quisnam canon ille sit, ignoretur: si igitur in excommunicationem latam à statuto episcopi, vel ab extrauag. Romani Pont.is inciderit, cui excommunicationem obiicio, excipiens dicam ipsum excommunicatum esse maiori excommunicatione latam à statuto episcopi Arimineusis posita sub tali titulo, & in tali cap.incip. &cæt.Quandoque autem & canonis autor nominandus erit, vt exempli gratia incidit in maiorem excommunicationem latam per extrauag. Pij V. incip. &cæt. ad summam sic exprimi debet,vt appareat, quo præcipuo iure maiori excommunicatione irretitus actor sit. Ex his iam constat, et si canonis autor semper nominandus non est, canonem tamen semper nominandum esse,atque sic sensit Io.And.& citati autores, & Anchar. eod. §. vers.Quid si opponatur excōicatio,& Phil.Fran.vers.In Glos.in verb.Nomen.Canonis nomē igitur exprimi quoq; debet,vbi canonis exceptio obijcitur,atque sic dixit Soc.in cit.cap.sacris.num.437.vbi Specul.Hostien.&
2 alios idem sentire ait. † At quid,si exceptio excommunicationis hæc non contineat, an iudex eam reiiciet? Non,sed ex officio operabitur, vt reus speciem, & qualitatem excommunicationis exprimat, vt dixit Abb.not.in cap. solitæ per eum canonem.num. 2.de restit.spol.quem sequitur,& commendat Felin.in cap.prudentiam.§.sexta in fin.de off.deleg.etenim exceptio declarari potest; sed iam ad alia veniamus.

SVMMA.

1 *Exceptio excommunicationis opposita à reo contra actorem intra octo dies probari debet.*

2 *Exceptio excommunicationis opposita contra iudicem, testemuè intra quod tempus probanda sit.*

IX.

Obiecta excommunicatione actori à reo, intra quod tempus reus ipsam probet,iam agamus; ad ipsum enim probare hoc pertinet,vt habetur in cap.pia de except.lib.6.nam pro regula habetur excipientem probare exceptionem debere in cap. in præsentia de prob. ex quo excipens in exceptione actoris partibus fungitur arg. l. 1.ff.de except. atque sic in re nostra di-
1 xit Mar.Soc.sen.in cap.sacris.num.439.de sent.excommun. † Concludendum igitur breuiter est à reo intra octo dierum spatium die, quo proponitur, non numerato probari debere; sic enim dicitur in cap.1.in §.siquis igitur de except.lib.6.& ibi communiter notatur; facit quoque Gloss.in c.1.in verb. Proponitur de restit.spol.lib.6.& Mar.Soc.eod.num.440.Quæ regula declaratur,ut locum habeat, etiam si iudex prorogare tempus vellit. Primò, quoniam id non potest; tum quòd id canon ibi non expressit, quod expressisset, si voluisset,sicuti multa alia speciatim ibi expressit; tum quòd actoris priuilegium hoc est, vt nisi reus intra diem hanc exceptionem probet, ad impensas actori condemnetur, vt ibi dicitur; at iudex priuilegium nemini adimere potest arg.cap.indultum de reg.iur.lib.6. & cap. de his in fin. dist. 28. Accedit, quòd reus bis exceptionem eam obijcere potest,vt ibi dicitur; meritò igitur diem hanc prorogare iudex non potest, atque sic asseruit Gloss.in eod.§. siquis igitur in verb. Octo dierum, & eam sequuntur ibi Phil.Fran.Gem.& Anchar.& communiter DD.& Soc.eod.cap.sacris. numer.445. Postremò hanc diem ad exceptionem probandam reus semper habet, vbi,& quoties exceptionem hanc obijcere potest: id autem quoties contingat, antea diximus; prorogare iudex igitur tēpus hoc non potest.Excipitur primo,vbi reus iusta causa impeditus probare exceptionē hanc non potuit, vtpotè,quòd uel iudex ius non dixit,vel reus graui morbo fuit detentus, vel actoris dolo impeditus,& ad summā probabili aliqua ratione;nā; qđ in initio iudex non potuit, diē prorogare modò poterit, atque sic dixit Innoc.in cit.cap.1.& Archid.& Io.And.& Phil. Fran. in ead.Gloss.vbi citatos refert,& in hoc casu locum habebit opinio Io. Mon. qui contrarium sentit, vt inquit Gloss.in verb.Octo dierum. Secundò excipitur, vbi exceptio hæc peremptoriè obiicitur; nam,quòd tunc grauius præiudicium agitur, ob eam rem plus spatij ad probandum datur, atque sic sensit Innoc.in cap.1.in verb. Octo dierum; aliàs ergò intra octo dierum spatium probabitur, vt dixit Innoc.in cit.cap.1.vers.Sed nunquid in octauo die, & Io. And. & Specul.& Archid.quos refert,ac sequitur Phil.Fran.in cit.cap.1.in Gloss.in verb.Computato,&

Anchar.

Anchar. & Gemin. eod. Tertiò excipitur, vbi negaretur iurisdictio iudicis ob excommunicationem, vtpotè quia dicitur rescriptum delegationis ab excommunicato impetratum, vt in cap. 1.
2 de rescript. lib. 6. nam hìc spatium octo dierum locum non habebit. † Quartò excipitur, vbi excommunicatio obiicitur iudici, aut testi; nam, quòd de his non loquitur cit. cap. pia, ob eam rem commoda dilatio dabitur, ratione habita rei, vt inquiunt Archid. & Io. And. & Gemin. in eod. cap. pia, quos refert, ac sequitur Soc. in cit. cap. sacris. num. 442. Postremò excipitur, vbi replicaretur, & interim dies octo laberentur; nam reo id non nocebit, vt dixit Soc. eod. nu. 443. His exceptis casibus aliàs intra octo dies exceptio hæc probabitur; non. n. sat est testes produxisse intra hanc diem, sed oportet exceptionem probasse, vt dicitur in eod. c. pia, & sensit Soc. in cit. c. sacris. nu 444. & currunt octo dies dicti ipso iure, & feriatis diebus post admissam exceptionē à iudice, vt Soc. ibidem dixit.

SUMMA.

1 *Probatur excommunicatio per confessionem ipsius excommunicati simplicem.*
2 *Probatur excommunicatio per confessionem factam ab excommunicato in respondendo ad positiones ipsi factas.*
3 *Positio hæc an admittenda sit, & ad eā respondere quis cogatur, si hac forma concipiatur Pono te excommunicatum esse.*
4 *Probatur excommunicatio per testes.*
5 *Iusiurandum an in supplementum probationis excommunicationis reo defferatur, vbi semiplenè eam probauit.*
6 *Probatio excommunicationis an fiat per vnū testem cum fama.*
7 *Probatur excommunicatio per exemplum authenticum sententiæ, qua lata est.*
8 *Sententiæ excommunicationis exemplum an dari cuique petenti debeat.*
9 *Probatio excommunicationis an fiat per literas excommunicatoris.*
10 *Probatio excommunicationis an fiat per acta in alio iudicio.*
11 *Probatio excommunicationis an per famam fiat.*
12 *Probatio excommunicationis quid operetur.*

X.

§ Quoniam, qua ratione à reo excommunicationis exceptio contra actorem probetur, agendum hìc nobis est; ideo de re hac septem in primis contemplabimur. Primùm, an exceptio hæc probetur per confesSionem ipsius excommunicati, vel simplicem, vel ad positionē factam. Deinde, an per testes, & quid si vnus testis adsit cum fama, iureiurandoue ipsius probantis, an sat sit ad probationem. Tertiò, an per exemplum authenticum sententiæ excommunicationis. Quartò, an per literas authenticas excommunicatoris. Quintò, an per acta in alio iudicio, per quæ vt excommunicatus exclusus est. Sextò an per famam. Septimò an per denun-
1 ciationem. † Quò ad primum igitur concludendum est per confesSionem ipsius excommunicati sine dubitatione excommunicationem probatam esse, modò legitima sit arg. l. vn. C. de confeſſ. & cap. fin. iunct. Gloſſ. extra eod. si actor igitur, dum excommunicationis exceptio ei à
2 reo obiicitur, simpliciter se excommunicatum esse fateatur, statim à iudicio excludetur. † Idē, si ipse actor excommunicatus factas ipsi positiones probet, quibus excommunicatum ipsum esse concluditur; exempli gratia Excipit reus actorem excommunicatum esse ob clerici percuSsionem, ac propterea ab agēdo repelli eū debere, & positiones sic format. Pono te percuſsiſſe talē Item in tali parte corporis, Item cum gladio. Item in tali loco. Item tali die. Item talibus præsentibus, Item te turbatum ex tali causa ipsum percuſsiſſe. Item animo iniuriæ ferendæ. Item percussum tunc clericum esse. Item in clericatus poſseſsione tunc fuiſſe; Item te sciuiſſe illum clericum esse. Item te vidiſſe illum tonsuram, & habitum clericalem deferentem. His sic positis, si actor eas confiteatur, probata est excommunicatio, vt dixit Spec. in tit. de position. cap. Qualiter fieri debeant positiones, & Gloſſ. in cap. 1. in verb. Statuimus verſ. Pone enim de conſeſſ. lib. 6. qua cum & DD. ibi transeunt: idque iure optimo; qui enim fatetur se clericum animo iniuriæ ferendæ percuſsiſſe, cùm clericum ipsum esse nouiſſet, in excommunicationem incidit ob cap. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. ionct. cap. si verò aliquis de sentent. excommun. in an-
3 tiq. † Verum an ob ea, quæ proximè diximus, ad positionē hāc Pono te excōmunicatum esse actor respondere cogetur? Bart. in l. Marcellus. §. qui rerum, num. 3. ff. rerum emot. ad respondendum huic positioni cogi hunc non poſse aſſeruit, eundem sequitur Marant. in septimo membro iud. num. 8. nam se infamare nemo debet. Atqui, vt rem hanc paucis expediamus; communiter sic concluditur. Aut ponitur à iure ipsum excommunicatum esse, & in hoc casu ad responden-

respondendum cogi non poteſt ; quandoquidem,ſi fateretur,ſe infamaret , vt qui pro certo fa-
teatur ſe delictum illud commiſsiſſe ; iuris enim ſententia ſemper iuſta eſt , & obligat ,
ac ob delictum fertur. Aut ponitur excommunicatum ab homine, & reſpondere cogitur ; non
enim hic ſe infamat , ex quo hominis ſententia iniuſta quandoque eſt, nec pro crimine ſemper
fertur, & quandoque nulla eſt arg.cap.à nobis. 2.& c.inquiſitioni,& c.per tuas de ſent. excom.
atque ſic aſſeruit Speculat.§in tit. de poſit.cap.Quibus modis poſitiones reprobentur.num. 19.
ibi.Quid ſi pono aduerſarium meum,& Capell.Tholoſ.deciſ.69. vbi ſic concluſum fuiſſe teſta-
tur, atque ſic in hoc caſu ſentiendum cenſeo. Quare , quòd reſpondere cogitur, vbi non ſe in-
famat, ob eam rem, ſi notoriè excommunicatus ſit excommunicatione iuris , reſpondere , &
hic debebit;quippe,qui iam infamatus eſt, atque ſic ſenſit Bart.in cit.l.Marcellus.§. 1. & Add.
cit.deciſ.69.vbi ergo ſe infamat, vt in priori caſu, reſpondere non cogetur . Nec repugnat, qđ
in initio per poſitionem allatam concluſimus excommunicationem probari; nam poſitiones il
læ non de excommunicatione ſunt, ſed de facto,propter quod in excommunicationem quis in-
cidit, quod licet,alioquin nunquam poſitiones fieri liceret : quod igitur directò non permitti-
tur, per obliquum habemus arg.l. 1.ff.de autor.tut. ac de priori modo exceptionis huius pro-
4 bandæ ſatis , ad alium veniamus. † Per teſtes quoque, qui præſentes fuerunt , vbi excommuni
catio in ipſum lata eſt,in excommunicationemnè incidit,exceptio hæc probari poteſt , vt ſenſit
Gloſſ.in cap. 1.§.ſiquis igitur in verb.Documentis,& ibi Phil.Fran.Anchar.Gem.ac DD.de ex
cept lib.6.& vt dixit Mar.Soc.ſen.in cap.de monialibus,vbi rem hanc egit.num.3.verſ.Quæro
igitur de ſent.excommun.& in cap.ſacris.num.446.eod. etenim præcipua probatio per teſtes
5 habetur arg.tot.tit.extra de teſt. † Verùm, quid ſi reus per vnum teſtem excommunicatum a-
ctorem probet, quo caſu ſemiplena probatio eſt, an ipſi reo iuſiurandum deſeretur, vt proba-
tio perfecta ſit? quod fieri ſolet,vt tradunt DD.in l.admonendi.ff.de iureiuran.In hoc caſu iuſ-
iurandum non deferri,nec ratione hac exceptionem hanc probari dixit Gem.in cap. 1.§. ſiquis
igitur verſ.Gloſſ.ſuper verb.Apertiſsimis,& Anchar.& Phil.Fran. eod. vbi & nonnullos alios
idem ſentientes refert,idem inquit Specul.in tit.de notor.crim.§. Fama eſt verſ. Quid ſi agen-
ti,& Iaſ.in cit.l.admonendi.num.284.in repet.idem ſenſit etiam Couar.in cap. alma pars. 1. §.
3. numer. 1. verſic. Sic licet alioqui : quorum ſententia mihi veriſsima eſſe videtur; nam exce-
ptio hæc excommunicationis apertiſsimis documentis probari debet, vt dicitur in eod. cap. 1.
§.ſiquis igitur; at,vbi apertiſsimæ probationes poſtulantur , iuſiurandum hoc non deſertur , vt
dixit Gloſſ.in l.fin.in princ.in verb.Præſumptione.ff.quod metus cauſa , quam ſequitur. Iaſ. in
cit.l.admonendi.num.282.verſ.Octauò principaliter non defertur ; etenim iuſiurandum huiuſ
modi probatio propriè non eſt arg.l.ſed ſi poſſeſſorem.§.fin.ff.de iureiur. ibi perinde que habe
ri,& vt ſenſit Gloſſ. 2.in l.cùm de indebito. ff. de probat. ſed probationis liberatio arg. l. eum ,
qui.ff.de iureiur.atque ſic inquit Iaſ.in cit.l.admonendi.num.283.ſi nec probatio propriè igi-
tur iuſiurandum eſt, ergò nec apertiſsima probatio erit, quod requiritur ob cit.§.ſiquis igitur.
Contrariam tamen ſententiam amplexatus eſt Imol.in cap.veniens . 1. de teſtibus . & quidam
alius, quem refert ipſe Felin.& etiam ſequitur in cap.prudentiam.§.ſexta.num.4. verſ. Vtrum
autem ſufficiat de off.deleg.& hoc ob eam rationem,quoniam,vbi & de pœna corporis agitur,
vſque ad pœnam,qua quis fuſtibus ceditur, per præſumptam probationem condemnari poteſt
arg.l.3.ff.de off.præfect.vigil,ergo multo magis hic , ex quo de leuiori præiudicio agitur : hæc
ratio mihi non probatur; nam,ſi præſumpta probatione Romanus Pont.exceptionem hãc pro-
bari voluiſſet,non cauiſſet, vt apertiſsimis documentis probaretur,quandoquidem præſumpta
probatio apertiſsima probatio non eſt : id quod eo magis dicendum , quò improbitas reorum
facilè excipientium comprimatur, quorum improbitati, ac facilitati Roman.Pont. mederi vo-
luit, non enim faciles ad obijciendam exceptionem hanc erunt,cùm quacunque probatione ſe
ipſam probare non poſſe viderint; alioquin verbum illud Apertiſsimis ſuperuacaneum eſſet ,
quod abſurdum eſt : à priori ſententia igitur , quæ communis eſt , diſcedendum eſſe non cen-
6 ſeo . † Atqui , ex quo per vnum teſtem, ac iuſiurandum exceptio hæc non probatur, an ſaltem
per vnum teſtem cum fama probari poterit ? Phil.Fran.in eod.cap. 1.§. ſiquis igitur in verſ. In
Gloſſ.in verb.Apertiſsimis, quamuis dubius ratione hac exceptionem hanc probari poſſe cen-
ſuit . Nam fama cum vno teſte in ciuilibus plenam probationem facit, vt dixit Bart.in l.admo
nendi.num.48.verſ.Item vnus teſtis,& fama,& ſequitur eum Iaſ.num.257.in repet.verſ.Quid
tenendum inter tot.vbi & de communi ſententia teſtatur.ff.de iureiur. ergò idem & hic . Con-
trariam nihilominus ſententiam & hic ſequi debemus,vt ſcilicet excommunicationis exceptio

ratione

ratione hæc non probetur; sic enim inquit Archid. in cap. si testes in verb. Item sępè 4. q. 3. & Specul. quem ipse refert, & Anton. in cap. veniens. 1. de testib. & Gemin. in eod. cap. 1. §. siquis igitur. num. 14. vers. Gloss. super verb. Apertissimis, & Felin. in cit. cap. veniens. 1. num. 13. vers. Et amplia istam conclusionem, & Ias. in cit. l. admonendi. num. 348. & Couar. in cap. alma pars 1. §. 3. nnmer. 1. vers. Vnde quibusdam de senten. excommun. lib. 6. & Marian. Socin. sen. in cap. sacris. num. 447. de sent. excommun. Quorum sententia nititur eadem ratione, quam proximè reddidimus, quoniam scilicet apertissimis documentis probari debet; nec quicquam aliud deinceps addunt. Quam sententiam ego etiam amplector, & apertiùs rationem eius declaro; nam probatio hæc, etsi plena est, tamen, quòd ex diuersis generibus probationum fit, propria probatio non dicitur, sed præsumpta, cui aliquando statur, aliquando non, vt dixit Bald. quem refert, ac sequitur Ias. in cit. l. admonendi. num. 265. vers. Item in tota ista materia; ergò, ex quo præsumpta probatio est, excommunicationis exceptio probari non potest, quæ apertissimis documentis probanda est; non enim præsumpta probatio huiusmodi est, & ex hoc apparet contrariam rationem non officere, & opinionem hanc verisimam esse, quam citati autores solùm

7 tetigerunt. † Tertiò probatur etiam excommunicatio per exemplum authenticum sententiæ, qua excommunicatus est, vt sensit Gloss. in cit. cap. 1. in verb. Documentis, & in c. prudentiam in verb. Quolibet de off. deleg. & vt dixit Mar. Soc. sen. in cap. de monialibus. nume. 3. vers. Quæro igitur de sent. excom. & hoc, vbi ab homine excommunicatus est; exemplo enim, vt diximus, sententiæ, quæ excommunicationem continet, prolato probabitur; vbi verò in iuris excõicationem incidit, per instrumentum, ac sententiam, quæ factum continet, quamobrẽ

8 in excommunicationem incidit, vt respondit Roman. consil. 349. † An igitur exemplum sententiæ huiusmodi, vt sibi edatur, reus petere poterit? & petitum edi debebit? Planè huiusmodi instrumentum edendum huic esse tradidit Bart. in l. 2. §. diuus. num. 1. vers. Resumo ergo. ff. de iur. fisci & in l. 1. §. editiones. num. 3. vers. Quæro iuxta hoc, & ibi Ias. num. 7. vers. Add. Bart. ff. de edend. & sequitur eum Abb. in cap. 1. num. 24. & Felin. num. 33. vers. limit. 8. & Dec. num. 61. vers. Secundò vt prædicta, & Bald num. 12. in fin. de probat. & Anchar. in Clem. 1. §. t. num. 6. vers. Secundò principaliter quæro de vsur. Et hoc ob eam rationem, quoniam cuiusque interest excommunicatum vitare ob communionis periculum, ac propterea quisque petere potest, vt exemplum sententiæ sibi tradatur arg. l. is, apud quem. C. de edend. vbi generaliter permittitur, vt acta huiusmodi ijs, quorum interest, edantur, & facit quoque l. si in fraudem. §. neque. ff. de iur. fisci, vbi speciatim cauetur, ne contra fiscum edantur; ergo contra alios secus arg. cap. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. idque merito, excommunicationis enim sententia ius quò ad omnes facit, atque idcirco eius exemplum quisque petere potest; & de hoc

9 tertiò hactenus, ad quartum veniamus. † An igitur per literas excommunicatoris, quibus scribit se talem excommunicasse, excommunicatio probabitur? Materiam hanc generatim pertractarunt Abb. Felin. ac DD. in primis in cap. post cessionem de probat. Ego autem, omissa longiori tractatione, quatenus ad rem nostram pertinet, breuiter concludo in his casibus per literas excommunicatoris excõicationem probari, primùm, vbi literæ authentico sigillo excommunicatoris signatę sunt, & subscriptę manu propria duorũ testium; nam p huiusmodi literas excommunicatio omnino probatur, vel, vt lites differat, actoremque excludat, obijciatur; vel, quò causam perimat, vtpotè & electionem, beneficijque collationem nullam reddat, atque sic conclusit, ac pluribus id probauit Abb. in eod. cap. post cessionem. num. 5. vers. Literis episcopi, seu alterius iunct. vers. Dixi quintò, & sequitur Felin. num. 7. vers. Prima conclusio, quando literæ, vbi pluribus rem hanc prosequitur, & quamplures idem sentientes refert; ac sanè, si in iudicijs, vbi publicus scriba non adest, duo testes substituti probant, vt habetur in cap. quoniam de probat. ergò multo magis hic. Secundo loco per literas excommunicatoris excommunicatio probatur, vbi sigillo authentico ipsius signatæ sunt, vel testibus munitæ, qui tamen non se subcripserunt; modo tamen obiecta excommunicatio graue præiudicium non faciat, vt potè, vbi obijcitur, quò excommunicatus euitetur, vt lisuè differatur arg. cit. cap. post cessionẽ, & cap. curæ. 11. q. 3. secus autem, vbi peremptoriè obiiceretur, quò scilicet verbi gratia electio facta, & collatio beneficij nulla sint; hic enim ob graue præiudicium, quod quis pateretur, excommunicatio non probatur, atque sic asseruit Abb. in eod. cap. post cessionem. num. 6. vers. Ego indistinctè, & Felin. num. 11. vers. Secunda conclusio literæ episcoporum iunct. nnmer. 17. vers. Sed circa istud nota duo, vbi & de communi sententia testatur, & faciunt, quæ dixit Abb. in cap. vn. de sagit. in his igitur casibus literæ sic conscriptæ probãt, vt diximus; aliàs non, nisi vt

10 priuatæ scripturæ, & de literis hactenus. † Verùm, an per probationes, & per sententiã, quibus alibi à iudicio ob excõmunicationem exclusus apparet, si exhibeantur, excommunicatio probata erit? hoc enim erat quintum, quod explicandum nobis proposueramus. Innocen. in cap. cùm dilectus. num. 8. vers. Item dicimus, quòd, si aliquis petit de ord. cogn. non probari excommunicationem censuit; nam, quò exceptio rei iudicatæ in vno iudicio in alio obstet, necessariò requiritur, vt eadem res, eadem causa, & eædem personæ sint, alioquin non obstat, vt habetur in l. cum quæritur cùm duab. seq. ff. de except. rei iud. quæ hic nõ adsunt, vt in facto proponimus; ergo hac ratione excommunicatio non probabitur. Contrariam nihilominus sententiam amplexatus est Host. nam inquit ipse, animarum salus hic agitur; ergo, quacunque ratione quis excommunicatus probetur, vitabitur, & Innoc. sententia in alio casu locum habebit: hæc breuis summa est eorum, quæ pluribus egit Host. quem refert Abb. in eod. cap. cùm dilectus. num. 39. cum seq. Tertia fuit opinio distinguentium, & primò Ioann. de lign. qui opinionem Inn. locum habere censuit in reo, vt scilicet per huiusmodi acta excommunicatum non excludat, Host. autem in iudice, vt scilicet ipse ex officio suo excludere posit. Altera fuit opinio Anton. qui, si excõicatio, vt lis differatur, opponeretur, per acta in alio iudicio probari eam posse censuit, secus autem si peremptoriè, quam sententiam improbauit Abb. ibi. Tertia fuit opinio Abb. qui de rigore iuris sententiam Inn. veram esse dixit, de æquitate verò opinionem Host. Quid igitur concludendum? ego sententiam Inn. amplector, vt non probent, quam & amplectitur Zab. in Clem. vn. num. 13. vers. Decimoseptimò de except. Et hoc ob hanc quoque rationem; quoniam, vt sæpè diximus, exceptio hæc apertissimis documentis probari debet; at testes examinati, & ita probationes, atque acta huiusmodi in vno iudicio inter alias personas nec semiplenè probant, vt dixit Ias. in l. si duo. num. 5. ff. de iureiur. ergo ratione hac apertissimis documentis probari nõ potest. Facit etiam cap. inter dilectos. § porrò de fid. instrum. Nec obstat communionis periculum, vt dicebat Host. nam aut actor hic excõmunicatus notorius, denunciatusuè est, & facilè excõmunicationẽ ipsam reus probare aliũde poterit, præterquàm quod iudex ex officio suo excludere ipsum debet, vt supra probauimus; aut neque notorius, neq; denunciatus est, & in hoc casu, vel ius vetus, vel recens spectemus, communionis periculum euadit; nam vereri iure, si quem excommunicatum probare non possum, publicè ipsum vitare non debeo, vt dicitur in c. cùm non ab homine de sent. excommun. & facit cap. 2. de off. ord. ergo ob communionem non peccabit, ex quo permittente iure communionẽ ipsius vtitur arg. cap. qui peccat. 24. q. 3. & l. Graechus. C. de adult. recentiori autem iure scilicet ipsius extrauag. ad euitanda excommunicatum nec notorium. nec denunciatum nulla in re vitare cogimur, & ex his apparet communionis periculum cessare: quæ sententia eo probabilior mihi videtur, quòd non faciles rei ad excipiendum venient, ex quo non quauis ratione excommunicationem se probaturos viderint, & sic lites non differentur, superuacaneique sumptus non fient, quamobrem Roman. Pont. statuit, vt exceptio hæc apertissimis documentis probaretur, vt dicitur in eõd. cap. 1. § si quis igitur de except. lib. 6. & hac responsione distinguentium opinionibus satisfactum satis mihi videtur; ab opinione Inn. ergo non discedemus.

11 † At quid de fama, an per ipsam exceptio excommunicationis probetur? hoc enim sexto loco explicandum nobis proposuimus. Bald. quem refert, & sequitur etiam Felin. in cap. prudentiam. §. Sexta. num. 4. vers. Vtrum autem, ibi & pro hoc fortiùs facit de off. deleg. quò excommunicatus à iudicio expellatur, per famam excõmunicationem probari existimauit, nisi vel se purgaret, vel famam contrariam, indiciauè contraria probaret. Citatur autem pro hac sententia primo cap. cùm desideres. §. secundæ de sent. excom. vbi dicitur, si publica fama sit quem verberasse clericum, nec episcopum, nec alium communicare ei debere, nisi ad arbitrium episcopi de hoc se purgauerit, ad cautelamuè se absoluendum curauerit: Ecce hic manifestò apparet eum, quem excommunicatum esse fama est, euitandum esse; ergò fama quem excommunicatum probat. Pro hac eadem sententia citatur etiam cap. illud de cler. excommun. min. vbi episcopum, qui per famam tantùm se excommunicatum sciebat, celebrare tamen non debuisse dicitur, vbi & Abb. num. 4. not. ibi famam plenam probationem facere, ergò idem & in casu nostro. Contrariam tamen sententiam communiter DD. amplexati sunt in cit. c. prudentiam. §. sexta, vt testatur ibi Fel. num. 4. vers. Vtrum autem sufficiat, ibi & pro hoc fortiùs facit. Quam communem opinionem ego etiam vti verissimam amplector, & ob eam rationem, quòd exceptio hæc apertissimis documentis probari debet, fama verò semiplenam probationem facit, vbi legitimè probata est, vt DD. communiter asserunt. Postremò exceptionem hanc vnus testis cùm fama non probat, vt cõclusimus; ergo multò minùs

id sola

id sola faciet; valet enim argumentum à maiori ad minus vt communiter DD. inquiunt. Nec repugnant iura proximè citata, & primò cap. illud, nam respondeo primùm in foro conscientiæ locum illud habere, in quo re dubia tutiorem partem sequimur arg. cap. iuuenis de spons. non autem in foro fori, vbi secundum allegata, & probata iudicatur arg. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid. Præterea aliter, ac rectiùs respondeo eo iure id non probari, ad quod citatur, sed potius contrarium; nam Romanus Pont. non dicit ibi per famam excommunicationem probari, sed episcopum, qui sacramenta pertractauit, non omnino culpabilem esse, propterea, quod per famam se excommunicatũ nouerat; at, si fama plenè probaret, omnino culpabilis fuisset, quod tamen pernegat ibi summus Pont. atque sic Gloss. ibi sensit in initio, ergo eo iure contraria sententia non probatur, sed potius communis. Non obstat etiam cit. cap. cùm desideres. §. secundæ; nam ob eam rem ibi vitatur, quoniam, ex quo per famam quem excommunicatum quis nouit, non omnino culpa vacat, si eius communione is vtatur arg. cit. cap. illud vers. Licet autẽ, cùm ad id non cogatur, periculum enim adit, si re vera excommunicatus sit, vel saltem contra conscientiam peccat, ubi dubius nihilominus à communione ipsius se non abstinet; at in casu nostro, nisi reus apertissimis documentis actorem excommunicatum probet, iure ipso permittente in iudicio esse potest, imò cogitur ob cit. c. 1. §. siquis igitur de except. lib. 6. atque idcirco non offendit, nec peccat, si cum eo versetur, quem fama excommunicatum solum nouit. Postremò ad hanc rationem etiam dico nihil contrariam opinionem probare cit. §. secundæ; nam Roman. Pont. inquit ibi neminem communicari ei debere, nisi ad arbitrium episcopi de hoc se purgauerit, vel ad cautelam absolutionis beneficium consequatur: ergo per famam publicam excommunicatio non probatur; nam, si purgatio indicenda est, ipsa indicitur, vbi probatum plenè non est arg. c. moniales iunct. Gloss. & trib. seq. de purg. canon. & vt dixit Abb. in c. 2. eod. & Petr. Foll. in prax. crim. canon. 3. pars. iudicialis cap. 34. num. 28. vers. Est tamen notandum; si absolutio itidem ad cautelam habenda, tantundem; quoniam absolutio hæc solùm tribuitur, vbi dubitatur, ac pro certo non habetur, an quis excommunicatus sit, & vbi excommunicatio nulla esse potius censetur, vt id abundè probauimus in Tab. 1. cap. 22. §. 1. contrariam sententiam igitur non modò non probat, sed contra potius ipsam oppugnat, & nostram tuetur cit. §. secundæ, & responsio hæc mihi verissima omnino videtur, & miror doctores id non animaduertisse; & de quęstione hac satis. Atqui an per denunciationem excommunicatio probatur? id absoluimus in Tab. 1. cap. 21. Illud autem sciendum sat esse probare quem semel excommunicatũ fuisse; nam, quòd semper excommunicatus præsumitur, qui semel excommunicatus est, ob eam rem probatio absolutionis ad excommunicatum transfertur, vt dixit Mar. Soc. sen. in cap. de monialibus. num. 4. vers. Sed circa predicta de sent. excom.
12 † Operatur autem probatio hæc, vt dixit idem Soc. in cap. sacris. num. 451. vers. Circa decimum membrum de sent. excom. hæc omnia. Primùm, si peremptoriè opposita excommunicatio sit ad actum tollendum, exempli gratia electionem, electio nulla erit. Item, si vt persona ab aliquo actu repellatur, vt testis à testimonio, & publicus scriba ab officio, ab his reppellentur, vt in cap. testimonium de test. & cap. 2. de ord. cogn. Tertiò, si vt litem differat, litẽ differet, vt habetur in cap. 1. de except. lib. 6. sicut etiam si vt iudicium declinet. Ad summam probata excommunicatione ab omnibus actibus excommunicatus repelletur, à quibus vt repellatur, excommunicatio obiecta est, modò actus illi excommunicato prohibiti sint.

SVMMA.

1 *Impensæ factæ ab actore, cui excommunicatio obiecta est, ei restituũtur à reo, qui eam exceptionem non probauit; quæ regula multis modis amplificatur, & coarctatur.*

2 *Impensæ quæ præstentur à reo actori, non probata contra ipsum exceptione, & quis eas moderetur.*

3 *Iniuriarum actione an agere possit actor contra reum, qui excommunicationem obiectã non probauit.*

XI.

§ Quoniam autem ius, æquumque non postulat, vt reus iniuria excommunicationis exceptionem contra actorem obijciat; ob eam rem, si obiectam excommunicationem nõ probet, quam pœnam patiatur, iam contemplemur.
1 † Reus igitur, vt regulam constituamus, si exceptionem excommunicationis in actorem obiectam non probet, ad impensas ab actore tunc factas ipsi restituendas condemnatur; Quòd, si non probauerit, dicitur enim in cap. 1. §. siquis

igitur de except.lib.6.iudex in causa procedere non omittat, reum in expensis, quas actor ob hoc diebus illis se fecisse docuerit, præhabita taxatione condemnans, Hæc ibi, ex quibus apparet reum actori ad impensas factas condemnari, vbi exceptionem hanc non probauit, atque sic nôt.inibi.DD.& Marian. Soc. sen.in cap.sacris.num.45 1. vers. Circa decimum, ibi est igitur quintus effectus de senten.excommun. Hæc autem regula sic posita locum habet, vel reus eam probauerit, vbi secundò ipsam obiecit; nam ad impensas factas, cùm primò obiecta est, & non probata, condemnabitur (bis enim obijci posse exceptionem hanc diximus) si prima vice igitur exceptionem non probauerit, ad impensas tunc factas obligabitur, quamuis vice altera eam probet arg.l.properandum.§.& si quidem.C.de iud.atque sic sensit Abb.quem refert, ac sequitur Anchar.in § siquis igitur vers.Quid si iste in secunda vice,& Gemin.num.6.& Phil. Franc.q & quosdam alios idem sentientes refert in fin.& Marian.Soc.sen. in cit.cap.sacris.nu.45 1.vers. Tertiò quæro. Item locum habet etiam, vbi reus exceptionem probauit, sed actor è contrario se absolutum docuit; nam, si absolutio sic nota erat, vt eam ipse noscere potuisset, ad impensas condemnabitur, vt inquit Phil.Fran.qui & Io.An.idem sentientem refert in eod §. siquis igitur vers.In Gloss. In verb.Condemnans,& Gem.n.3.vers.Quid si probat reus,& Anch.eod.vers.Secus autem, vbi absolutionem probabiliter non nouit de eorundem sententia; quamuis in hoc casu simpliciter rerum non teneri. Specul. velit ob iusiurandum calumniæ in causa, & malitiæ in hac exceptione: quem tamen improbat Anchar.& sequitur eum Phil.Fran.in cit.vers.quandoquidem, vt ipsi inquiunt, ad id condemnatur, quòd temerariè, non quòd dolo exceptionem hanc obiecit. Postremò reus ad eas præstandas obligatur, quamuis iudex ad ipsas non condemnauerit, vbi exceptionem non probatam pronunciauit; nam ab actore nihilominus officio iudicis petentur arg.l.sancimus,& ibi Ias.ac DD.no.C.de iud.& l.terminato.C.de fruct.& lit.expens.atque sic dixit Anchar.in cit.§.siquis igitur vers.Sed quid si iudex pronunciat, & Gemin, num.5.eod.vers.& Soc.eod.num.45 1.vers. Sed circa prædicta pro declaratione: hæc regula sic amplificata exceptiones non nullas patitur. Excipitur enim primò, vbi probabili ratione reus excusatur, vt exempli gratia actor excommunicatus quidem erat, sed absolutus fuit, & id publicè ignoratur; in hoc igitur casu ad impensas non condemnabitur arg. cap.sacro de senten. excom.& cap.1.in fin.de elect.lib.6.atque sic asseruit Gloss.in eod.c.1.§. siquis igitur in verb. Condemnans, & sequuntur eam ibi communiter.DD.& Soc.eod.vers. Secundo quæro; ac meritò, qui enim culpa caret, pœnam pati non debet arg.cap.2.de constit. Secundò excipitur, quoniam, etsi reus ad impensas condemnatur, actor tamen eas non recuperabit, nisi post absolutionem: casus autem hic contingit, vbi reus prima vice exceptionem non probauit, sed altera, atque sic dixit Inn.quem sequitur, ac communiter receptum testatur Abb. in cap. exceptionem.num.6.de except. Et facit pro hac sententia, quòd excommunicatus executionem sententiæ pro se latæ petere non potest, vt dicitur in eod.cap.1.§.fin.eod.lib.6. ad impensas igitur reus exceptionem non probans condemnabitur. † At inquiet quispiam; hæ impensæ quænam erunt? item quis eas moderabitur? Quò ad primum, hæ impensæ præstabuntur, quas ob hanc exceptionem actor fecit, vt dixit Abb.in cap.exceptionem. num. 25. vers. Si verò reus excõicationem de except.& probatur in eod.§.si quis igitur, dum dicitur condemnare iudicem reũ debere in expensis, quas actor ob hoc, idest ob exceptionem diebus illis, scilicet, quibus exceptionem propositam reus probare conatur, se fecisse docuerit; ex quibus dignoscitur, quæ impensæ præstandæ sint, & de priori quæstione satis. Quo ad alteram, iudex ipse eas moderabitur, ac deinceps tantas esse actor iurabit: non enim priùs actor iurare debet, & deinceps iudex eas moderari; ne actor periurus videatur, si leuiores impensas iudex moderatus sit, atque sic sensit Gloss.in eod.§.siquis igitur in verb.Taxatione, qua cum DD. communiter sentiunt; & facit c. fin.& ibi Abb.num.3.de ijs, quæ vi, metusuè causa fiunt; & de huiusmodi impensis hactenus.

3 † Verùm an iniuriarum actione actor agere contra reum potest exceptione hac turpi contra ipsum non probata? Videbatur dicendum ipsum agere non posse; permittitur enim, vt exceptio proponatur,&, si eam non probet, impensarum præstatione punitur, vt vidimus; ergò affici alia pœna non debet. Contrarium tamen sensit Oldr.consil.53.nam dixit hunc teneri, nisi probabilis causa eum excuset; & sequitur eum Mar.Soc. in cap. sacris. nu.45 1, vers. Septimò quęro de sent.excommun.nam existimatur calumniari, vt dixit idem Soc.in cap.fin.numer.25. de iniur. nec repugnat, quòd ad impensas sarciendas tenetur, nam illę respiciunt damnum pecuniæ, pęna verò hęc damnum honoris, ac famæ. Vide tamen de hoc Gemin.eodem.§. siquis igitur. numer.4.versic.Sed an teneatur iniuriarum; his iam sic positis, contemplandum hic nobis restat, an;

rat, an, si actor excommunicatus non excludatur, iudicij acta valeant, quam quæstionem in sequenti absoluemus.

SUMMA.

1 *Acta in iudicio valent, quæ actore excommunicato acta sunt; quæ regula etiam declaratur, quousque pertineat.*

2 *Acta omnia ab excommunicato valent, nisi contrarium specialiter cautum sit.*

XII.

§ Restat postremò, quatenus ad rem hanc pertinet, vt hic tractemus, an acta iudicij valeant, 1 quæ actore excommunicato non excluso acta sunt. † In quo, vt rem breuiter concludamus, pro regula ponimus, acta omnia valere; sic enim asseruit Gloss. in cap. 1. §. si verò in verb. Duraturis, & in verb. Obtinebit & not. etiam ibi Anchar. vers. Nota, quòd processus habitus num. 3. & Gemin. eod. vers. & Phil. Fran. eod. in fin. & Inn. in cit. verb. Duraturis, & ibi magis cõmuniter DD. de except. lib. 6. idem Gloss. sensit in cap. exceptionem in verb. Condemnandus, & sequitur ibi Abb. num. 21. & Felin. num. 39. vers. Item inquantum Gloss. vbi & communiter receptum id esse testatur, de except. in antiq. idem Inn. in cap. post cessionem in verb. Procuratorem de probat. & Abb. in cap. dilectus, num. 8. de rescript. & in cap. intelleximus. numer. 13. vers. Sed quæro, nunquid teneat, & Felin. num. 19. vers. Octaua declaratio, & Dec. num. 17. vers. Successiuè quæritur, vbi & ipse de communi testatur, & Mar. Soc. sen. in cap. sacris. numer. 284. vers. Est tamen aduertendum, qui etiam de communi sententia testatur de senten. excommun. Probatur autem per cit. cap. 1. de except. nam Romanus Pont. duo tollere, ac prohibere per cõstitutionem eam voluit, quæ per exceptionem excommunicationis obiectam sæpius contingebant; primum, ne ob eam lites differrentur; alterum, ne partes laboribus, & expensis fatigarentur. Declarant hæc verba ipsius Pont. Dum enim in causis ecclesiasticis frequentiùs hæc exceptio per malitiam opponitur, ait enim ibi, contingit interdum differri negotia, & partes fatigari laboribus, & expensis; proinde, quia morbus iste quasi communis irrepsit, dignum duximus communem adhibere medelam. Ecce hinc manifestò apparet his duobus, quæ diximus, medicinam afferre Roman. Pont. voluisse. Medicina verò, quam adhibet, hæc est; nam quò ad impensas reus nomen excommunicatoris, & excommunicationis speciem exprimere debet, &, si eam non probet, ad impensas condemnatur, vt dicitur in vers. Siquis igitur; quò ad litis prorogationem verò acta nihilominus valent, ac propterea inquit Roman. Pont. si probetur exceptio excommunicationis, actor in sequentibus excludatur, donec meruerit absolutionis gratiam obtinere, ijs, quæ præcesserunt, nihilominus in suo robore duraturis. Ecce hic prospectum esse, ne lites differantur; quandoquidem acta nihilominus valebunt, ex quò duratura sunt in suo robore. Idem probatur in vers. Sed si post rem iudicatam; vbi, si talis exceptio post rem iudicatam proponatur, executionem quidem impedit, sed sententia, quæ præcessit, non minùs robur debitum obtinebit, vt ibi dicitur; ergo acta valent: ac planè, si contrarium diceremus, ijs, quibus medendum Romanus Pont. sibi proposuerat, non mederetur; nam nihilominus lites differrentur, ex quo probata excommunicatione post acta iudicij, nihilominus acta nulla essent; quod quidem absurdum est; & contra mentem ipsius legislatoris. Confirmatur sententia hæc, quia lex de re dubia esse debet arg. l. quod labeo. ff. de carbon. edict. at, si acta, sententiaq; nulla essent, probata deinceps hac exceptione quis dubitaret p sententiã nullã executionem impediri? & tamen Romanus Pont. ipsam impediri voluit? ergò & acta, sententiaque priùs valent, non. n. per sententia executio impediretur, si nulla sententia esset, ex quo non entis nullæ sunt qualitates arg. l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. Præterea dictio illa Sed posita in vers. Sed sententia, antecedentibus & iure, & facto aduersatur, vt DD. communiter inquiunt; at supra quoad executionem sententiam impediri dicitur; ergò quò ad validitatem sententiam non impediri afferendum est: nam & ob hanc causam dicitur Sed sententia, quæ præcessit, non minus robur debitum obtinebit; alioquin à proprietate huius verbi Sed discederemus contra l. non aliter. ff. de leg. 3. Postremò non rectam sermonis rationem Romanus Pont. sequutus esset, dum dixit Nihilominus in suo robore duraturis, & Non minus robur debitum obtinebit; nam dictiones illæ Nihilominus, & Non minus non actum tollunt, sed in casu magis dubio illum confirmant; sic enim Marcus Cic. ad Figulum scribens inquit Nihilominus ijs conficior curis; ex quibus verbis apparet actum confirmari, non autem tolli. Accedit, quòd comparatiui

rationem habent dictiones propositæ Nihilominus,& Non minus: & in comparatiuo res comparata qualitate communicare cum eo debet,cui comparatur, vt Grammatici,& Guarinus de comparatiuis in fin.docuit; quando igitur Roman. Pont.inquit Iis, quæ præcesserunt, nihilominus in suo robore duraturis, & Sententia, quæ præcessit, non minus robur debitum obtinebit, vult significare, ꝙ sicut excõicatione non probata, acta omnia valent, ita eadem probata non minùs valere; alioquin bona comparatio non esset, sed perinde atque illa, quæ dicitur Nix est albior coruo; si sententia , atque acta nulla cum iis actis comparentur, quæ valerent: ex quo igitur & ex verborum , sermonisque proprietate, & ex mente ipsius Romani Pont. communis opinio probatur eo cap.1.contraria sententia, vt acta huiusmodi non valeant, quam amplexatus est Barbat.explodenda est, sicut etiam exploditur à Doctoribus,& à Felin.& à Dec.in cit.c. intelleximus de iud.idque meritò, vt quæ menti, ac verbis legislatoris omnino repugnet,vt vidimus: acta igitur ante excommunicationem probatam omnino valere concludendum est; & per ea, quæ diximus, colligitur responsio ad rationem eiusdem Barbat. Hæc autem regula sic posita locum habet, vel publicè actor excommunicatus sit, vt inquit Abb.in eod.cap.intelleximus.num.13.vers.Etiam prædicta procedunt, & Phil.Fran.in cit.cap.1.§.si verò vers. In gloss. in verb.Duraturis,& Mar.Soc.sen.in cap.sacris.num.284. cum seq. Nec obstat cap.ad probandum de re iud.nam ibi de iudice agitur,quo casu, vbi excommunicatus notorius est, acta corã eo, & ab eo non valent; secus hìc, quoniam exceptio odiosa est. Item locum habet, vel coram ordinario, vel coram delegato iudice excommunicatus agat, modò delegatus aut ab alio non excommunicato impetratus sit, aut ab ipsomet actore ante excommunicationem; valuit enim tunc iudicis impetratio arg.cap.1.de rescript.lib.6.à contrario sensu, atque sic asseruit Abb.in eod.cap.intelleximus.num.13.vers.Sed quæro,nunquid teneat iudicium,& Gloss.in cit. cap.1. §.si verò in verb.Duraturis,& in cap.1.in verb.Processus, ibi circa hanc igitur materiam de rescript.lib.6.qua cum doctores ibi transeunt, & Soc.in eod.cap.sacris.num.283.cum seq.Nonnulli voluerunt acta omnia valere vsque ad probationem exceptionis. Contrarium tamen sequuntur Inn.& Io.And.sibi repugnans, & Soc.ibidem.num. 287. & hoc vt ius vetus minùs corrigatur. Tertiò locum habet etiam in accusatore, nam acta valebunt, quousque repellatur; tùm quòd eadem ratiò & hìc est; tùm quòd accusator dicitur etiam actor in Tit. & in nigro. C.quando ciuil.act.præiud. crim.atque sic conclusit Socin.ibidem. num. 290. Postremò locum habet, vel pro actore sententia lata sit ob cit.cap.1.§.si verò de except.Excipitur tamen primò,vbi coram delegato excommunicatus actor egisset, quem ipse, vbi excommunicatus erat, aliusuè in in non permissis casibus impetrauit; nam, quòd delegatio non ualuit, ob eam rem acta omnia nulla sunt, vt habetur in cit.cap.1.& ibi not.Gloss.DD.de rescript.Item excipitur, vbi reus exceptionem probauit; esto enim iudex excommunicatũ actorẽ non repellat, tamen acta deinceps nulla erunt, vt asseruit Phil.Fran.in cit.cap.1.§.si verò in fin.de except.lib. 6. Postremò, etsi pro excommunicato sententia lata valet, executionem tamen petere non potest ob cit.cap.

2 1.vers.Sed si post rem iudicatam de except.& de quæstione hac satis. † Verùm generatim an ab excommunicato acta valent? Concludendum breuiter est,& pro regula habendum acta omnia valere, vel in iudicio, vel extra iudicium sint; nam specialiter in quibusdam tantùm casibus, ne valeant, cautum est, vt in cap.fin.de procur.& in cap.ad probandum de re iud. in c. excommunicamus.1.§.credentes de hæret.& in cap.1.de rescript.lib.6.& in cap.1.de off.vic.eod.lib. cum simil.ergò exceptis casibus expressis,aliàs ab excommunicato acta valent; exceptio enim contrariam regulam esse indicat arg.l.nam, quod liquidę.§.fin.ff. de pen.leg.sed de his hactenus, quandoquidem specialiter hæc suis locis pertractantur; & per hæc actoris excommunicati materia absoluta sit.

De vsu communionis hominum excommunicato ipsi prohibito in iudiciis, vbi reus est, sed non necessarius; & quid, vbi necessarius, declaratione decima eiusdem effectus. Cap. XVI.

SVMMA.

1 *Reus necessarius, & reus non necessarius quisnam dicatur.*

2 *Reus non necessarius in iudicio esse non potest, vbi excõicatus est; ꝙ regula est declaratur.*

3 *Reus*

3 *Reus non necessarius duobus modis quis dicitur.*

4 *Excommunicatus opponens se electo confirmationem petenti an audiatur.*



EGIMVS de excommunicato actore; iam de reo eadem pœna constricto agamus; sed, quoniam reus aut necessarius, aut non necessarius est, & de vtroque agendū nobis proposuimus; ideo, quisnam vterque sit, primò explicemus. † Reus necessarius igitur is dicitur, qui purè, ac speciatim in ius vocatur; nam, quòd venire in ius hic cogitur arg. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. oblig. & c. intelleximus de iud. ob eam rem necessarius reus dicitur; atque sic tradidit Innoc. in cap. cùm inter in prin. ibi Accusari autem, & conueniri, & in vers. Sol. illa loquitur in necessario reo, & sequitur eum Abb. eod. num. 12. & communiter DD. vt testatur Dec. num. 15. vers. Circa primam quæstionem, & Felin. num. 20. vers. Quotidie allegantur aurea verba de except. sequitur etiam eum Bart. Ias. atque omnes in l. de pupillo. §. 1. ff. de op. nou. nunt. & Castr. & Alex. ac reliqui in l. libertus, vbi Ias. de communi testatur. ff. de in ius voc. Reus autem non necessarius is dicitur, qui aut nominatim sub conditione, aut generatim edicto generali in ius citatus venire nō cogitur, vt citati autores eisdem in locis communiter concludunt, & sentit Fel. in c. exhibita num. 8. vers. & in specie de iud. ac meritò, nam, si reus necessarius reus is est, qui vocatus in iudicium venire cogitur, non necessarius erit, qui venire nôn compellitur; cognito enim altero ex contrarijs & alterum cognoscitur arg. in Instit. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. & de tutel. in prin. his breuiter sic præmissis de reo non necessario primùm agamus. † Reus non necessarius igitur excommunicatus vsu communionis hominum in iudicijs caret, idest in iudiciis esse non potest, vt sensit Inn. in cit. cap. cùm inter vers. Sol. illa loquitur, ibi Vnde hic primò reus voluntarius, & sequitur Abb. num. 12. vers. Circa primum, ibi si autem excommunicatus venerit, vt reus voluntarius, & Felin. num. 24. vers. Limit. 2. nisi citatio haberet clausulam, & communiter DD. de except. & Marian. Soc. sen. in c. sacris. n. 365. vers. Secunda principalis regula de sent. excommun. & iuris ciuilis interpretes proximè citati eisdem in locis. Etenim reus voluntarius vbi quis est, de suo commodo in primis agitur arg. l. diffamari. C. de ingen. manumiss. & auth. si omnes. C. si minor ab hęreditate se abstineat; at, vbi de commodo excommunicati in primis agitur, in iudicio esse non potest, nisi se defendat arg. c. intelleximus de iud. vbi excommunicatum conueniri posse dicitur, ne de sua malitia commodum reportet; atque idcirco. ob alterius, & non ob suum commodum in iudicio esse reus hic potest. Hæc regula sic posita declaratur, vt locum habeat primò, vbi reus ipse instat, vt quis contra se agat; nam tunc non auditur. Quare petere non potest, vt actor actionem, iudiciumque cœptum prosequatur secundum formam auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex, vt disputauimus in antecedenti proximo. cap. Non vti etiam beneficio poterit eius. l. diffamari. C. de ingen. manumiss. vt dixit Butr. in c. intelleximus, & ibi eum sequitur Felin. num. 14. vers. Secunda declaratio in fin. de iud. & idem Felin. in cap. cùm inter. num. 39. vers. Dum Abb. in fin. tenet contra Butr. de except. & Paul. de Castr. in cit. l. libertus, & Alex. num. 5. vers. Ex his infertur. ff. de in ius voc. Non itidem opus nouum nunciare valebit, vt sensit Bart. in cit. l. de pupillo. §. 1. in fin. & sequitur eum Ias. ibi. num. 5. vers. Quarta conclusio. Non denique, si excommunicatus exceptionem contra quempiam habeat, antequam conueniatur, implorare iudicis officium poterit, quò ea probata iudex actori silentium imponat, vt id quoque asseruimus in proximo cap. etenim in his omnibus casibus voluntarius reus est, ex quo in iudicium vocatur, quia ipse vult, & instat; iure igitur, quis vbi excommunicatus est, non audietur, cùm ab alio ad id non compellatur. Item proposita regula declaratur, vt locum habeat etiam, vbi ab alio excommunicatus ipse citatur, sed generaliter, & tacita conditione hac, expressaue Si sua interfit; nā & hic voluntarius reus erit, ac propterea nō audietur, vt sensit Innoc. in cit. cap. cùm inter, & declarauit eum ibi Bald. num. 1. vers. Non credo, ibi nisi dicas: qua ratione Bald. non dissentit ab Inn. &, si dissentit, vt voluit Dec. eod. nu. 15. eius tamen diuisio mihi non placet, qua nititur ipsos inter se conciliare, vt scilicet si citatio generalis eorum fiat, qui nec nominati certi sunt, perinde habeantur, ac si nominatim citentur, ac propterea rei necessarij sint, vt voluit Bald. si autem citatio per edictum de quocunque fiat, qui contradicere velit, in hoc casu reos non necessarios esse, vt sensit Innoc. Hæc igitur diuisio, vt dicebam, mihi non placet. Nam excommunicatus in iudicio, vt reus esse tunc potest, vbi actor quidpiam ab ipso excommunicato vult, vt probatur in cit. cap. intelleximus de iud. at generalis hæc citatio, certi, incertiuè sint, qui citantur, non ob eam rem fit, quòd, qui citat, velit

Qq 4 quidpiam

quidpiam à citatis, sed quòd veretur, ne citati aliquid ipsi velint. Præterea, qui sic citat, neminem cōparere vellet, ex quo ab ipsis citans nihil petit, sed cōtra potius, ne citati ab ipso aliquid petant, veretur, vt diximus; ergo, ex quo excōmunicatus, vt in ius veniat, à nemine cogitur, sed sponte ipse venit in primis pro suo commodo; vel certus, vel incertus sit, non audietur ob cit. cap. intelleximus de iud. Tertiò eadem regula declaratur, vt locum habeat, etiam si specialiter, ac nominatim expressa conditione hac citetur Si sua putauerit interesse; nam, quòd comparere hic non cogitur, reus necessarius non dicitur. Contrarium tamen sensit Alex. in cit. l. & pupillo. §. si seruo; nam inquit ipse, si citatus hic probet sua interesse, quòd conditione ad impleta perinde habetur, atque si purè citatus esset arg. l. f. §. 1. ff. de vulgar. & pupill. in iudicium venire cogetur, sicut si purè citatus esset. Dec. reiecta quorundam responsione sic ipse respondet hunc sic citatum, etsi sua interesse probauit, non tamen reum necessarium dici; quandoquidē non fuit citatus Si sua intersit, sed si sua interesse putauerit, & sic conditio ad voluntatem refertur, ac propterea perinde esse, ac si citatus sit, Si voluerit: hæc Dec. responsio mihi non probatur; tum quòd opinionem Alex. omnino non tollit; nam, si citetur si sua intersit, in hoc casu locum eius opinio habebit; tum quòd in verbis enim capere videtur contra cap. intelligentia de verb. sign. Ego igitur aliter respondeo, etsi citatus probauit sua interesse, & conditio ob eam rem adimpleta sit, tamen necessarium reum non esse; quandoquidem comparere, & in ius venire non cogitur; item de commodo eius in primis agitur, & non de citantis commodo, vt per se patet; ergò vt reus voluntarius non audietur, quicquid dixerit Alex. ¦eod. inficiari .n. nō possumus hunc ad ueniendum non compelli, cùm citans mallet citatum non comparere, quo casu necessarius reus esse non potest arg. cit. cap. intelleximus de iud. † Et ex his omnibus patet reum voluntarium duobus modis dici, primò eum, qui instat, vt quis contra ipsum agat, vt exempli gratia secundum formam l. diffamari. C. de ingen. manumiss. Item eum, qui ipso non instante generatim, speciatimuè citatur hac conditione expressa, tacitauè Si sua putauerit interesse, vt docuit Paul. de Castr. in l. libertus, & ibi DD. ff. de in ius voc. & Innoc. ac DD. in cit. c. cùm inter de except. quare ex his quæstiones plures dissolui possunt, quas tetigit. Mar. Soc. sen. in cit c. sacris. num. 366. Reus igitur voluntarius in iudicio esse non potest, si excommunicatus sit. † Excipitur tamen primò, vbi excommunicatus opponeret se electo confirmationē petenti; nam hic excommunicatus edicto generali etiam vocatus admittetur. An igitur excommunicatus sic vocatus electo confirmationem petenti se opponere potest? Host. in cap. dilecti filij de except. excommunicatum se opponere contra electum confirmationem petentem posse asseruit, eundem sequitur Abb. ibi. num. 6. & DD. communiter ibi, vt inquit Dec. numer. 5. vers. In Gloss. 1. & Felin. num. 3. vers. Est difficilis quæstio, quamuis opinionem ibi non sequatur; idem Abb. in cap. exhibita. num. 7. vers. Oppon. & videtur, & Felin. sibi contrarius. num. 7. vers. Et in specie de iud. hanc opinionem curiam seruare testatur Specul. de actore. §. 1. versic. Item quod excommunicatus, eam sibi placere ait quoque Mar. Soc. sen. in cit. c. sacris. num. 372. eod. vbi solùm hic venit ad defensionem, & non ad aliquid petendum. Probatur autem potissimum eo cap. dilecti filij, vbi, cùm canonici illi electo cuidam se opponerent, atque ob hanc oppositionem ab eo coram delegato vocati fuissent; iidem canonici electo excommunicationem opposuerunt, & quamuis electus contra ipsos excommunicationem, ac perinium replicasset, auditus tamen non fuit; quoniam ob hanc rationem à defensione ecclesię suę repelli non debent. Ecce hic canonici vltro se opponebant ab electo in ius non vocati, & tamen audiuntur, esto ipsis excommunicatio objiciatur; ergo rei voluntarij excommunicati pro defensione suæ ecclesiæ contra electum audiri debēt. Hoc iure opinio hæc mea sententia non probatur; nam canonici illi rei necessarij erant: id quod hinc conuincitur, quoniam, cùm canonici electo se opponerent, electus, ne molestia huiusmodi afficeretur, coram delegatis eos vocauit; declarat hoc verbum illud Traxisset, quod not. ibi Dec. ac cōmuniter DD. declarat etiam illud Replicatio excommunicationis, quæ electum actorem fuisse ostendit, ex quo replicatio actorum arma sunt, vt habetur in Instit. de replic. ar, qui purè, ac nominatim in ius vocantur, necessarij rei sunt, vt proximè declarauimus; ergò canonici, vt rei necessarij deffendere ecclesiam potuerunt: nec facit, quod dicitur canonicos priùs se opposuisse, ac propterea reos voluntarios esse; tum quòd non in iudicio se opponebant, vbi, an reus necessarius sit nec ne, cognoscitur, iudicij enim mentio nulla fit, sed extra; nam & ob hanc causam, vt à molestia cessarent, electus eos in ius vocauit; præterea, si coram ordinario, & in iudicio se opposuissent, vt sensit Dec. cur ordinarius electum non audiuit? eisque ius non dixit? &, si ius non dixit, cur electus non appellauit potius, quàm

quam simpliciter in ius eos vocauit? ob eam rem igitur factum est, quòd extra iudicium canonici electo se opponebant, atque ob eam rem coram delegatis ipsos vocauit; rei ergo necessarij erant, atque ob eam rem excommunicatione non impediebantur, quò minus ecclesiam suam defenderent. Non repugnat etiam, quod dixit Dec. ecclesiæ gratia id factum esse ob ea verba A defensione suæ ecclesiæ repellendi non essent; nam, si ob ecclesiam id concederetur, & agere pro ea defendenda excommunicatus posset, & tamen hoc est contra cap. exhibita, & ibi not. DD. de iud. postremò, etsi, vbi de periurio obiecto dicitur in cit. cap. dilecti filij, A defensione suæ ecclesiæ canonicos repellendos non esse ibi habetur, vbi tamen excommunicationis exceptionem commemorat, per replicationem excommunicationis nequaquam à defendendo ipsum repelli dicitur nulla ecclesiæ facta mentione, sed simpliciter defensionis, quò indicetur non speciatim quicquam excommunicato inibi ob ecclesiam concedi, sed commune ius defensionis ei non negari; hoc iure igitur communis hæc opinio non probatur. Vnde pro hac sententia ratio hæc redditur, graue est malum antistitem habere; ergò ob hanc rem excommunicatus etiam admitti debet. Hæc ratio etiam non concludit; nam hac ratione & agens excommunicatus audiri deberet, quod est contra cit. cap. exhibita. Præterea, esto, malus sit, confirmatus tamen, etsi difficiliùs, accusari poterit arg. c. accedens de accus. & vt dixit Felin. eod. cap. dilecti filij, num. 3. Quare, cùm nulla ratione sententia hæc probetur, contrariam amplexatus est Inn. in cit. cap. dilecti filij. num. 3. vers. Est difficilis quæstio, vbi & de communi veriorem esse ait. Probatur autem primò hac ratione, quoniam, vbi canonicus excommunicatus opponens se confirmationi venit, aut id facit, quia generali edicto vocatus est ob cap. si. de elect. lib. 6. aut speciatim, si sua putauerit interesse, ergò reus voluntarius est, ac propterea non audiendus, vt supra egimus: ad hanc rationem respondet Felin. in cit. cap. exhibita, num. 8. vers. Et in specie, vbi contrariam sententiam sequitur, non ob huiusmodi citationes, sed ob graue præiudicium, quod imminet, non repelli. Hæc responsio facilè tollitur per id, quod ipse Felin. ac DD. inquiunt in cit. cap. dilecti filij; nam si, vbi magnum præiudicium fit, excommunicatus, vt reus necessarius audiendus esset, & in alia causa audiri deberet; fieri enim potest, vt per edictum generale vocatus tantum præiudicij sentiat, quantum hic, & tanti eius intersit excipere in alia causa, quanti in hac; at in alia non auditur, vt inquiunt Innoc. ac DD. communiter in eod. cap. cùm inter, ergò neque in hac; firmissima igitur proposita ratio remanet, & per ipsam optimè probatur reum voluntarium excommunicatum nec contra electum confirmationem petentem se opponere posse. Quam opinionem ego etiam libenter amplector, vt quæ à regulis communibus non discedit, & commune ius non corrigit, Ac planè, si ecclesia in hoc casu, quò ad actorem excommunicatum nihil noui statuit, sed audiri ipsum noluit, vt habetur in cap. exhibita de iud. ergo nec in reo, quicquam statuere voluisse credendum est, cùm in vtroque casu eadem ratio vigeat; quare ab hac sententia discedendum non censerem, vt scilicet excommunicatus, ac reus voluntarius nec contra electum se opponere possit; secus autem, si vt necessarius reus venit, vt potè quia nominatim, ac pure vocatus est ob cit. cap. dilecti filij, & vt sensit Innoc. in eod. c. cùm inter de except. in hac igitur quæstione sic concludendum censerem; exceptio proposita ergo firmior esse non videtur. Postremò excipitur, vbi in mora periculum est; in hoc enim casu & reus voluntarius audietur, vt tradidit Abb. in cit. cap. cum inter. num. 12. vers. Circa primum, & Felin. num. 29. vers. Limit secundò de except. id quod quando contingerit, declarauimus in priori cap. ac de excommunicato reo non necessario hactenus; de ipso, vbi necessarius reus est, iam agamus.

SVMMA.

1 *Conueniri excommunicatus potest, &c.*
2 *Accusari.*
3 *Denunciari.*
4 *Inquiri contra ipsum.*

I.

§ Egimus de excommunicato, an in iudicio esse possit, vbi reus voluntarius est; iam de • eodem agamus, vbi reus necessarius habetur: de quo, ommisso quid sit (quandoquidē id declarauimus in initio huius cap) hæc contemplabimur. Primò, an contra ipsum quacunque ratione agi possit. Deinde, an ius vocatus venire debeat. Tertiò, an ad id respōdere cogatur, quā obrem in ius vocatus est. Quartò, an se defendere, & quibus armis, possit. Quintò, an per exceptiones, quæ dilatoriæ dicuntur. Sextò, an per exceptiones, quæ peremptoriæ nominantur,

Septimò,

Septimò, an appellare tam in iudicio, quàm extra iudicium queat. Postremò, an ipsemet in iudicio esse possit, an verò per procuratorem cogatur; his enim explicatis rei huius excommunicati materia, quatenus ad rem nostram pertinet, absoluta erit. † Quò ad primùm igitur pro
1 certo habendum est excommunicatum, vt reum necessarium à nobis conueniri, & contra ipsum agi posse; nam de commodo hic nostro agitur, ex quo actio nil aliud est, quàm ius persequendi in iudicio, quod nobis debetur, vt dicitur in Instit. in princ. de act. ergò alterius excommunicatione intercipi nobis non debet, quod nostrum est, vt dicitur in cap. intelleximus de iud. Postulasti à nobis, dicitur enim ibi, vtrum excommunicatus in iudicio stare possit. Respon. qđ conueniri potest, &c. ne videatur de sua malitia commodum reportare: hæc summus Pont. ex quibus proposita regula apertissimè probatur, atque sic not. ibi DD. Abb. Bal. in prin. & Dec. num. 6. & faciunt, quæ diximus de reo necessario in initio huius cap. Contra excommunicatum
2 igitur & agere, † & ipsum accusare, † & denunciare, † ac deniq; contra eum inquirere poterimus;
3 alioquin de sua malitia commodum reportaret contra cit. cap. intelleximus, & ibi Abb. num.
4 3. Dec. num. 5. & Felin. numer. 2. id abundè not. & contra cap. etsi necesse de donat. inter vir. & vxor. & l. relegatorum. §. fin. ff. de interdict. & releg. cum simil. & de quæstione priori hac satis, ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Excommunicatus in ius vocatus venire debet.*

2 *Possessionem ex primo decreto contra se datam an excommunicatus reuocare possit.*

II.

§. † Venire in ius vocatus excommunicatus debet; nam, ex quo conueniri potest, cum effe-
1 ctu id intelligi debet arg. l. 1. §. fin. & ibi Ias. ac DD. not. ff. quod quisque iuris, & l. pen. §. pen. ff. ne quis eum, qui & l. quoties. ff. qui satisdare cog. † Verùm, quid, si non veniat, & ob eā-
2 rem actor in bonorum possessionem ex primo decreto missus sit, vt habetur in cap. quoniam. §. in aliis vt lit. non contest. & tradidit Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. an veniens deinceps possessionem reuocare poterit? In hac quæstione, quam disputarunt. DD. in l. de pupillo. §. si procurator, & §. qui remissionem. ff. de op. non. nunt. & in cap. intelleximus de iud. & in cap. cùm inter de except. & Marian. Socin. sen. in cap. sacris. numer. 295. versic. Sextò quæro de sentent. excommun. tres Doctorum sententiæ, sunt. Quarum prima est Iacob. de Aren. qui simpliciter reuocari possessionem hanc ab excommunicato huiusmodi posse existimauit, eandem sequitur Bald. vt refert Ias. in cit. §. de pupillo. §. si procurator. num. 3. & Abb. in c. cùm inter. num. 14. de except. Probatur autem hac potissimum ratione, quoniam, si reuocare possessionem hanc excommunicatus non posset, contingeret excommunicatum iniuriam pati, si iniustè possessio data esset; at hoc inquum est arg. l. si longius. §. si filius. ff. de iud. ergo reuocare ipsam posse debet. Ad hanc ratione communiter respondetur sua culpa id fieri, qui se absoluendum non curat; nam & aliàs ob hanc rationem, vbi excommunicatus re sua non à iudice, sed ab alio excommunicatus spoliatus est, ante absolutionem restitutionem consequi deberet, quam tamen non consequitur, vt dixit Gloss. in cap. ex insinuatiōne de procur. & nos antea id probauimus in hac Tab. cap. 15. §. 3. ratio igitur hæc propositam opinionem non probat. Postremò prò hac sententia sic argumentantur, excommunicatus hic primò fuit prouocatus; ergo reus est arg. l. in tribus. ff. de iud. at reus se defendere potest, quamuis excommunicatus arg. cap. cùm inter de except. ergo & possessionem datam reuocare. Hoc argumentum etiam sententiam non tuetur; nam excommunicatus se tueri tunc potest, vbi in primis comparet, vt se defendat, non autem vt possessionem in primis reuocet, atque alium ipse oppugnet ob cit. c. cùm inter in fine, quandoquidem tunc non iudicium cœptum sequi velle videtur, ac propterea vt reus necessarius audiri non potest: & hæc sunt, quæ pro hac sententia potissimum referuntur. Altera fuit sententia Host. & Specul. & Lud. Rom. & Imol. quos omnes refert Ias. in cit. §. si procurator, vt scilicet hic nulla ratione reuocare ipsam possit. Pro quorum opinione, leuioribus omissis, præcipua ratio hæc redditur; quòd, vt inquiunt ipsi, ad eam possessionem reuocandam ipsum citari oportet, qui in eam missus est; cùm de eius præiudicio agatur arg. l. de vno quoque. ff. de re iud. & l. nam ita diuus. ff. de adopt. excommunicatus autem in ius vocare neminem potest, vt probauimus in hac Tab. cap. 15. in prin. Ad quam rationem responderi potest; ex quo excommunicatus in ius ab actore priùs vocatus est, eius personam habilem redditam esse arg. cap. intelleximus de iud. & cap. cùm inter, & cap. dilecti filij de except. ergò deinceps agere

agere posse videtur, sic enim & de liberto habetur in l. libertus patrono. ff. de ius voc. ad hanc tamen responsionem replicari posset veram eam esse, vbi excommunicatus veniret, vt se in primis defenderet, non autem vbi in primis, & solùm venit, vt possessionem reuocet, ex quo enim actionem primò propositam non sequitur, sed sibi ipsi ablatum prosequitur, audiri non debet, sicut nec alias spoliatus. Vnde tertia fuit opinio Bart. vera, vt inquit Ias. eod. §. si procurator. & communis, vt testatur Felin. in cit. cap. intelleximus. num. 6. vers. Et ex prædictis de iud. qui sic distinguebat. Aut excommunicatus in primis comparet, quò possessionem reuocet, & in hoc casu, quoniam in primis hic agit, quod excommunicato prohibitum est, non audietur. Aut in primis comparet, quò se in causa contra eum mota defendat, & impensas, & cautionem de iudicio sisti offert, & in hoc casu, quod iudicium cœptum sequi vult, audietur; nam reus est, atque ob eam rem in iudicio esse potest arg. cit. cap. intelleximus, & cap. cùm inter, & cap. dilecti filij cum simil. hanc Bart. sententiam secuti sunt Alex. in cit. §. si procurator. num. 17. & Angel. & Anton. & Gemin. & Ias. qui ipsos refert in eod. §. si procurator, & Castr. in cit. l. de pupillo. §. qui remissionem, & Dec. in eod. c. intelleximus. num. 9. vbi & alios idem sentientes refert, & ab ea discedendum non esse inquit in cit. c. cùm inter. num 17. & Felin. in eod. cap. intelleximus num. 6. eandem multùm æquam dixit Marian. Soc. eod. numer. 299. in fine, hanc eandem communem opinionem vti verissimam ego etiam amplector; nam, qui missionem in possessionem passus est, si deinceps comparens damnum omne resarciat actori, & fideiussorem de lite prosequenda præstet, hic se defendere velle à citatione facta videtur arg. l. si pupillus. §. fin. ff. de priuil. credit. at excommunicatus se defendens à citatione facta ipse audiri debet arg. cit. cap. cùm inter de except. ergo & possessionem reuocare posse debet arg. auth. & qui iurat in fin. C. de bonis auto rit. iud. posid. & cap. fin. §. in aliis vt lit. non contest. secus autem, si comparens simpliciter sibi possessionem restitui postulet. Confirmatur sententia hæc; quoniam, etsi excommunicatus qđ ipsi debetur, exigere non potest arg. cap. decernimus de sent. excommun. lib. 6. & DD. communiter inquiunt, tamen, si emptor ab excommunicato rem venditam petat, excommunicatus ad eam tradendam ei non cogitur, nisi precium ei detur, vt dixit Inn. in c. si verè de sent. excõ. & Abb. in cit. c. cùm inter, num. 21. vers. Vnum tamen notabis, & Add. ad Capell. Tholos. decis. 143. ergò idem & in casu nostro; nam, ex quo sic contumax audiri non debet, nisi cautione præstita de iudicio sisti, & satisfactione impensarum facta; si excommunicatus petat se audiri, actor autem obijciat, vt cautionem, & impensas priùs præstet, ipse è contrario, vt possessionem restituat, instabit, ac propterea audiri debebit. Accedit denique, quòd excommunicatus, statim atque cauit de iudicio sisti, & impensas restituit, sua autoritate possessionem recuperare posse videtur arg. cit. auth. & qui iurat ibi. Et res suas suscipiet, & in cit. §. in aliis vers. Possessionem recuperet, etenim possessio hæc facti est, vt not. Gloss. in verb. Possessionem. Postremò excommunicatus hic præstita cautione iam dicta, & impensis ipsi actori audiri debet ob cit. §. in aliis & cit. auth. & qui iurat; at, ex quo actori satisfactum est, nullam rationem habet, quamobrem in possessione actor remaneat; etsi enim rei fauor id suadet, iudicantis tamen æquitas id non postulat, ne omnia actor habeat arg. cit. c. cùm inter vers. In talibus de except. ab hac igitur cõmuni sententia discedendum non censerem, reiecta per ea, quæ diximus, diuisione quadam Aret. quam Felin. refert in eodem cap. intelleximus de iud. & de quæstione hac satis, ad aliam veniamus.

SVMMA.

1 *Excommunicatus respondere ad ea debet, quamobrem in ius vocatus est.*

2 *Excommunicatus in ius ab eo vocatus, qui eũ excommunicauit, excommunicandumuè curauit, respondere non cogitur, nisi priùs ab actore absoluendus curetur; quæ regula etiam declaratur.*

III.

1 §. † Respondere itidem excommunicatus ad ea debet, quamobrem in ius vocatus est, ex quo enim venire cogitur ob cap. intelleximus de iud. ergò & respondere arg. l. 1. §. fin. ff. quod quisque iuris. † Verùm quid, si excommunicatus ea de re conueniatur, pro qua conueniens ipsum excommunicauit, excommunicandumuè curauit; an, si probet excommunicatum se iniustè fuisse, excipere poterit se ad respondendum non obligari, antequa per actorem hominum communio ei restituatur? Gloss. 1. in cap. cùm inter de except. ante absolutionem ad id cogi

cogi non debere asseruit; eandem sequitur Bald.ibi.num.4.& Abb.num.20.& Dec.numer.13, qui & alios idem sentientes refert, & Fel. num.36.vers.In quantum dicunt Doctores, vbi communem opinionem hanc sensit; idem asseruit Gloss.in cap.nullus.2.q.2.& Felin.in c.dilectus.t: num.17.vers.Fallit.2.de rescript.& Phil.Franc.in c.1.§.fin.prop.fin.de restit.spol.lib.6.& Gemin.eod.& Lap.alleg.66.num.9.& Mandos.in Add.ad eum in litera Z.& Rot.decis.14. de sent. excommun.in antiquis, & Mar.Soc.sen.in cap. sacris.num. 400.vers. Dubitatur nonò de sent. excommun.etenim spoliatus re quapiam conueniri à spoliatore non potest; antequam res ei restituatur, qua spoliatus est, vt habetur in 2.q.2.& in cap.2.cum seq.3. q. 3. & hoc ob eam rem, ne spoliatus quodammodo armis nudatus contra armatum stet contra cit.cap.1.de restit.spol. Contrarium tamen dicendum videbatur. Primò, quia excommunicatus conuentus respondere cogitur, etiam si non absoluatur, vt dicitur in cap.intelleximus de iud. Postremò quæstio hæc superuacanea esse videtur; nam excommunicatus, antequam de iniquitate sententiæ audiatur, priùs absoluitur, vt habetur in cap.cùm contingat, & ibi not.Abb. de off. deleg. & in cap. per tuas de sent.excommun.etenim, ex quo excômunicatum se fatetur, absolutione semper eget; vel iniquè excommunicatus sit. Atqui à proposita sententia discedendum non est; nec rationes proximæ obstant. Non posterior; nam citata iura locum habent, vbi excommunicatus ipse de excommunicatione conqueritur, non autem, vbi ab alio conuenitur, vt in eis iuribus habetur; idque meritò, alioquin excommunicatus in iudicio nunquam esse posset, vt sensit in simili Fel. in cap.intelleximus.num.10.vers.Secundò no.quòd excommunicatus de iud. Non etiam prior ratio, locum enim ipsa sibi vindicat; vbi excommunicatus ab alio conuenitur; quæstio autem nostra est de excommunicato, qui ab eo conuenitur, qui eum excommunicauit, excommunicandumuè curauit; respondere igitur in hoc casu excommunicatus ante absolutionem non cogetur. Quæ regula locum habet, etiam si iure excommunicatus sit; sic enim tradidit Rot.quā refert.ac sequitur Add.ad Abb.in eod.cap.cùm inter.num.20. in litera A. Item locum habet, etiam si actor hic per procuratorem excommunicatum conueniat. Tertiò locum habet etiam in suspensione, vt dixit Gloss.in cit.c.nullus.2. q.2. quā citati autores sequuntur, & ob eandem rationem etiam in interdicto. Excipitur tamen primò, vbi excommunicatus ab alio conuenitur, qui eum non excommunicauit, quandoquidem alteri exceptionem hanc obijcere excommunicatus non potest arg.cit.c.1.de restit.spol.atque sic dixit Mar.Soc.eod. & DD. Item excipitur, vbi etiam ab eo conuenitur, qui eum excommunicauit, sed alieno nomine; nam nihilominus respondere cogetur arg.l. si procurator.ff. de dol. except. & eorum, quæ tradidit Phil. Franc. in cit.c.1.in prin.vers.De spoliatione verò facta. Postremò excipitur etiam, vbi de alia re conuenitur, quamobrem excommunicatus non fuit, vt citati autores sentire videntur; quamuis contrarium verius videatur ob cit.c.1.de rest.spol.lib.6.sed de quæstione hac satis, ad aliam, an scilicet excommunicatus se defendere possit, transeamus.

SVMMA.

1 *Excommunicatus se defendere potest.*
2 *Excommunicatus se defendere potest tàm armis, à natura ipsi datis, quàm à iure gentium ciuili, pontificioque inuentis.*
3 *Iusiurandum an excommunicato deferatur, tàm vbi de commodo eius agitur, quàm vbi de incommodo.*

IV.

§. † Defendere se excommunicatus in iudicio conuentus itidem potest, & ita vbi reus necessarius est; vt habetur in c.cùm inter, & ibi not.Gloss.& Abb.num.1.& Dec. num. 3. & in cap.dilecti filij, vbi quoque Gloss.& Abb.& in c.dilectæ, & in c.significauit de except.& vt DD. communiter in citatis iuribus not.& Glos.in c.testimonium eius in verb. In hoc casu de testib. & Marian.Soc.sen.in cap.sacris.num.361.vers.Circa tertium membrum de sent.excommun.& Ias.in l.de pupillo.§.seruo.ff.de op.nou.nunc.etenim, cùm iure naturali defensio detur, vt probatur in Clem.pastoralis.§.cæterum de re iud.& vt dixit Abb.in cit.cap. dilecti filij. nu. 13. & Dec.num.7.& Bart.in l.cùm mulier.num.6.ff.solut.matr.& Nell.de bannit.in 2.part.2.temporis.q.2.& Bos.in tit.de indicijs, & considerat.ante tortur.num.78.& de fauor.defens.numer.5. ob eam rem nemini denegari debet, nec diabolo, vt dixit Nell.in 1.part.2. temporis. num.62. eod.& Rot.decis.16.num.3.de dol.& contum.in nou.ac propterea nec excommunicato. Verùm, quòd de defensione excommunicati agendum hic est; ideo, vt facilius, quæ defensio excommu-

2 communicato detur, explicemus. † Defensio igitur à iure naturæ proficiscitur; nam animantibus omnibus natura indictū est, vt se tueantur; Principio generi animantium omni est à natura tributum, inquit enim Marc. Cic. lib. 1. Off. vt se, vitam, corpusque tueatur; ergo à iure naturæ proficiscitur, ex quo omni animantium generi tributa est arg. Instit. in princ. de iur. nat. gent. & ciuil. & l. 1. § ius naturale. ff. eod. atque sic habetur in l. vt vim. ff. eod. iunct. l. 2. §. cùm arie-
3 tes. ff. si quadrupes pauper. fecisse dicatur; à natura igitur defensio animantibus indicitur. † Iam de modis defendendi agamus, & primò de modis, qui à iure naturæ tributi sunt; partim enim ab hoc iure gentium, partim an iure ciuili, partim à iure pontificio dantur. A natura igitur animantibus arma hæc data sunt; hominibus quidem manus, pedesque, quamobrem hanc defensionem manualem fortasse appellauit Add. ad Felin. in c. dilecti filij. num. 10. vers. Dixit etiā Dom. in litera B. de except. & quòd in hoc casu non rationibus, sed factis, quis se defendit, defensionem facti appellauit Nell. in 2. part. 2. temporis. q. 2. vers. In defensione verò facti eod. & communiter DD. defensionem naturalem nominarunt; cæteris autem animantibus, cornua bobus, equis calces, leonibus vnges, apibus aculei, canibus dentes, auibus pennæ, & sic de alijs. A iure gentium autem modi, quibus nos tuemur, extra iudicium bella, atque arma sunt; in iudicijs iudex, contractus, pacta, testes, confessiones, & id generis; hæc enim à iure naturali gentium inuenta esse docuit Imperat. in §. ius autem gentium in Instit. de iur. nat. gent. & ciu. & iureconsultus in l. ex hoc iure gentium. ff. eod. & in c. ius gentium. dist. 1. A iure ciuili verò modi sunt, primò contractus quatuor, quos enumerat Gloss. in cit. §. ius autem gentium in verb. Penè, & in ead. l. ex hoc iure in fin. item exceptio rei iudicatæ, tertiò appellatio, quartò præscriptio, vt tradidit Abb. in cit. c. dilecti filij. num. 13. cum seq. & Felin. num. 10. vers. Dixit etiam, & Dec. num. 7. vers. Et quia de except. & idem Dec. in rubr. num. 8. vers. Tertia principalis quæstio de appell. & Phil. Franc. in c. 1. vers. Et dicit hic Arch. de rescript. lib. 6. & de præscriptione habetur in Instit. de vsucap. in princ. postremò iusiurandum arg. l. 1. ff. de iureiur. A pontificio autem, alijs omnissis, censuræ quo ad modos sunt arg. c. dilecto filio de sent. excom. lib. 6. iunct. c. quærenti de verb. sign. † Excōmunicatus igitur, vt in initio diximus, se defendere potest. Et primò
4 armis à natura tributis; nam, etsi hominum communione caret, non idcirco tamen prohibetur, quò minùs se tueatur arg cit. clem. pastoralis. §. cæterum, & cit. cap. dilecto. Item armis cùm à iure gentium, tum à iure ciuili, ac pontificio inuentis se tuebitur. Quare ad causam suam tuendam testes producere, instrumentaque poterit, nec non iusiurandum deferre secūdum formam l. 1. ff. de iureiur. idque meritò, ex quo enim defensio ei permittitur, & arma, quibus se tueatur, permissa ipsi esse debent arg. c. præterea de off. deleg & l. 2. & ibi DD. ff. de iurisdict. om. n. iud.
5 † Item ob eādem rationem in hoc casu nec iudex, qui ei ius dicit, nec publicus scriba, seu notarius, qui acta scribit, nec nuncius, qui eum citat, nec procurator, nec aduocatus, qui eum defendunt, eius excōicati communione vtendo peccabunt, vt dixit Mar. Soc. sen. in cap. inter alia. nu. 102. cum seq. de sent. excommun. quamuis, vbi iniustam causam fouerent eijdem, si scientes hoc
6 facerent, vel lis inchoata esset, culpa non vacarent, vt Soc. ibidem ait. † Atqui an iusiurandum ipsi deferri potest, vbi semiplenè probauit? quod fieri solet, vt tradunt communiter DD. in l. admonendi. ff. de iureiur. Gloss. in cit. cap cùm inter, deferendum ei non esse tacitò sentit, cuius sententia communiter recepta est, vt testatur Felin. ibi. nu. 35. vers. Verum beneficium probationis, & Dec. num. 22. vers. Secundò dicunt moderni, & Abb. in c. quod in dubijs vers. In Glo. 1. de sent. excomm. Nam iusiurandum hoc, quod honoris loco datur, infamibus, infimisque hominibus non defertur, vt dixit Ias. in repet. cit. l. admonendi. num. 296. vers. Trigesimosexto. Itē probatio hæc per huiusmodi iusiurādum extraordinaria est, quo casu is, per quem fit, omni exceptione maior esse debet, vt asserit idem Ias. in ead. l. admonendi, n. 297. vers. Confirmo, at excommunicatus omni exceptione maior non est, imò à testimonio ferendo repellitur, vt habemus in cap. decernimus de sent. excommun. lib. 6. & vt tradidit Nell. de santo Gemin. in tract. de materia testium. num. 20. in verb. Excommunicatus, ergo deferri hoc iusiurandum excommunicato non debet; à communi opinione igitur non discedemus. An igitur, si excommunicatus intra diem ipsi datam exceptionem non probauerit, non audietur, si aut noua exceptio emerserit aut iureiurando firmauerit, se tunc eam cognitam habuisse? ob cap. pastoralis de except. Felin. audiendum ipsum esse censuit in cit. cap. cùm inter eod. num. 35. & Modern. vt refert Dec. eod. num. 22. nam vt excipere possit, ad defensionem pertinet arg. in Instit. de except. ergò & vt iuret, modò post scilicet præteritam diem datam, exceptionem ad eius aures peruenisse, permissum ei debet, cùm defendere se possit, Dec. tamen dictum hoc non probat eod.

nu m. 22. quandoquidem iusiurandum hoc necessariò probationem non consequeretur. Ego autem sic distinguendum censeo. Aut excommunicatus iurare vult, vt probationem suppleat, & in hoc casu, quoniam de substantia probationis agitur, audiendum eum non esse censeo, vt supra conclusimus. Aut vult iurare exceptionem post diem ad exceptiones proponendas datā ad suam notitiam peruenisse secundum formam cit. cap. pastoralis, & in hoc casu, quòd non de substantia probationis agitur (nam & hoc permisso, probari exceptio ad huc debet) sed iusiurandum pòtiùs quoddam de malitia est arg. c. fi. iunct. Gloss. in verb. Iuramento, qui matr. accu. poss. & c. præsentium iunct. Gloss. Iuramento de testib: & quòd iuramentum huiusmodi malitiæ, sicut & calumniç excommunicato defertur, vt dixit Gloss. 1. in eod. c. cùm inter, & sequitur eam ibi Abb. nu. 20. & communiter DD. ergo, quicquid dixerit Dec. excõmunicatū hic iurare posse censeo. Vt regulā igitur constituamus, excommunicatus, quò probationem suppleat, iurisiurandi beneficium non habet, vt probauimus, quod & in quouis iureiurando locum habet, vbi honoris, seu commodi iurantis gratia defertur, vt de communi sententia testatur Mar. Socin. sen. in cap. sacris. num. 95. vers. Quò ad octauum de sent. excommun. Excipitur tamen primò casus, qui habetur in cap. pastoralis de except. quandoquidem iusiurandum illud malitiæ potius est, vt diximus. Item excipitur iusiurandum oneris; hoc enim excommunicatus non modò subire potest, verùetiam & debet, vt ait Mar. Soc. in cit. c. sacris. nu. 98. nam pœna immunitatem non tribuit. Quare & de calumnia iurare debebit, vt proximè asseruimus. Item, vbi ab excommunicatione absoluitur; nam, se ecclesiæ ob temperaturum ante absolutionem iurabit, vt habetur in cap. cùm in ecclesiis de maior. & obed. & in c. cùm desideres de sent. excommun. & not. Abb. in c. quod in dubijs. num. 3. de sent. excommun. & nos in Tab. 1. cap. 19. §. 5. Defensione naturali ergò, vt, vnde digressi sumus, eò reuertamur, & defensione legitima (sic enim defendendi modos DD. nominarunt) excommunicatus se defendere poterit, & tam extrà iudicium, quàm in iudicio: sed, quoniam modi se in iudicio defendēdi, quos reus habet, exceptiones dicuntur arg. in Instit. de except. & hæ partim dilatoriæ, partim peremptoriæ, nominantur, vt habetur in §. appellantur in Instit. eod. ob eam rem de dilatorijs primò, deinceps de peremptorijs, agamus; sic enim fiet, vt speciatim hæc acta res dilucidiùs, ac perfectiùs cognoscatur.

SVMMA.

1 *Exceptiones dilatoriæ obijci ab excommunicato reo possunt, & contra*
2 *Iudicem.*
3 *Actorem.*
4 *Procuratorem actoris.*
5 *Testes.*

V.

Quoniam autem excommunicatus se defendere in ius vocatus potest, vt probauimus, & præsertim per exceptiones; reorum enim arma contra actores sunt arg. in Instit. in princ. de except. & vt Gloss. rub. ibi tradidit, & in rub. extra eod. & Bart. in rub. ff. de except. ideo de
1 ipsis, vt proximè proposuimus, ac primò de dilatorijs agamus † Excommunicatus igitur in ius vocatus dilatoriis exceptionibus se defendere potest; quare, quòd partim contra iudicem, partim contra actorem, partim contra procuratorem actoris, testesque ab ipso productos obijciū-
2 tur; ob eam rem contra hos omnes eas obijcere excõmunicatus poterit. † Contra iudicem; nam, si suspectum eum habeat, recusare illum poterit, & , vbi coram ecclesiastieo agitur, probata suspicionis causa iudex alius dabitur; si coram non ecclesiastico, adiunctus tribuetur, vt traditur in cap. si quis contra clericum de for. compet. & in c. cùm speciali de appell. & in l. apertissimi, & in auth. si verò contingerit. C. de iud. Item, si suus iudex non sit, eius forum declinabit, vt habetur in l. fin. & ibi Bart. C. de except. & in l. non videtur, vbi quoque Bart. ff. de iud. & Alex. ac DD. in l. quidam consulebant. ff. de re iud. & Abb. ac reliqui in c. inter monasterium extra eod. etenim & hæc defensio quædam est, vt sensit iureconsultus in l. sed et si suscepit. ff. de iud. Iis reuocandi etiam domum habebit, de qua re egit Abb. in cap. fin. num. 4. & num. 48. & DD. de for. compet. & Anton. de Matthæis Roman. in tract. iudiciario. num. 48. Demum, ne singula persequar, si excommunicatus iudex sit, excommunicationem ei obijcet arg. c. 1. de except. lib. 6. & vt nos supra probauimus. Si ab excõmunicato actore fuerit impetratus, iudicem ipsum non esse allegabit ob cap. 1. de rescript. lib. 6. exceptiones igitur huiusmodi contra iudicem excommunicatus reus obijcet, atque sic sensit Innoc. in cap. cùm inter in initio, ibi Puta recusare iudicem de except. & Archid. & Dom. in cap. quod autem. 4. q. 1. quos refert, ac sequitur

tur Felin.in cit.cap.cùm inter prop.fin.num.39.versic.Et Adde,quòd excommunicatus, & Mar. Soc.sen.in cap.sacris.num.363. vers.tamē Goff.vbi de communi sententia testatur de sent.ex-
3 commun. † Contra actorem itidem reus huiusmodi exceptionibus se tuebitur; vnde, si actor excommunicatus sit,ne audiatur, excommunicationem ei obijciet ob cap.exceptionem de except.in antiq.& cap.1.eod.lib.6.cùm simil.nec è contrario, quòd reus excommunicatus itidē sit, replicare actor poterit, vt disputauimus c.15.§.4.in hac Tab.contra actorē igitur & hac ratione reus excommunicatus se tuebitur,atque sic inquiunt Archid.& Dom.relati à Felin.in cit.
4 cap.cùm inter.num.39.eod.vers. † Contra procuratorem actoris etiam sic obijcere poterit. Vt potè.Vel,quòd procurator non sit arg.cap.3.& cap.mandatum de procur.Vel,quòd, de mandato cùm omnino non constet, minimè cauerit, quod fieri debet,vt habetur in l.1.& ibi Bart. Ias.ac DD.C.de procurat.& Abb.in cap.1.eod.& in cap.cotam de off.deleg. Vel, quòd mandati tempore excommunicatus erat.Vel,quòd modò excōmunicatus est; exceptio enim hæc semper obijci poterit arg.c.post cessionem de probat.iunct. cap.1.de except.lib.6.& vt asseruit Abb.vbi & communiter id receptum esse testatur in cap.in nostra.num.9.versic.Et circa materiam huius Gloss.de procur.Vel,quòd excommunicati procurator sit,ab excommunicatoue cōstitutus ob cap.fi.de procur. huiusmodi enim modis contra procuratorem excipi potest,vt tradidit Bart.in l.licet.num.5.C.de procur.& Abb.in c.quoniam contra.num.37.de probat contra procuratorem igitur actoris reus excommunicatus sic etiam excipere poterit, atque sic dixit Archid.quem refert, ac sequitur Phil.Franc.in cap.1.versic.Et dicit hic Archid.de rescript.
5 lib.6. † Contra testes demum se defendere reum excommunicatum ratione hac posse non est, quod dubitemus, atque vt infinita propemodum omittam, quibus doctissimorum virorum libri referti sunt, si testis excommunicatus sit,excommunicationem ei obijcere poterit arg.cap. veniens.2.& ibi Gloss.& Abb.de testib.& cap.decernimus, vbi quoque Gloss.de sent.excom. lib.6.iunct.cap.1.de except.eod.lib.contra testes igitur, ac denique contra omnes se defendere excommunicatus reus poterit,ac propterea dilatoria etiam temporis feriati loci incongrui, rescripti subreptitij, inepti libelli,vt dixit Marian.Soc.eod. sed de exceptionibus dilatorijs hactenus,ad peremptorias transeamus.

SVMMA.

1 *Exceptionibus peremptorijs excommunicatus reus se tueri potest.*
2 *Compensare cum actore reus excommunicatus an possit.*
3 *Compensare fideiussor rei excommunicati cum actore an queat.*

VI.

1 §. † Peremptorijs exceptionibus se tueri excommunicatus reus etiam potest, vt communiter concluditur in cap.cùm inter de except.& vt asseruit Mar.Soc.sen.in cap sacris.num. 363.versic.tamen Goff.de sent.excommun.quare contra ipsum actorem obijcere poterit præscriptionem, solutionem, pactum de non petendo, rem iudicatam,vt inquiunt Archid.& Host. quos refert, ac sequitur Phil.Franc.in cap.1.vers.Et dicit hic Archid.de rescript. lib.6.& vt ait quoque Bald.in cap.intelleximus.num.10.versic Sed nunquid excommunicatus de ind. & Fel. in cit cap.cùm inter.num.39.vers.Et adde,quòd excommunicatus; exceptiones enim huiusmodi peremptoriæ sunt, quandoquidem ipsis probatis perempta causa omnino est arg.§.appella-
2 mus in Instit.de except. † Atqui reus excommunicatus an compensare poterit? exempli gratia decem ab excommunicato quis petit, excommunicatus compensare quinque vult, quæ ab actore ipsi ex alia causa debentur, an ergò id poterit? Hanc quæstionem disputarunt Gloss. ac DD.in cit.cap.cum inter de except.& in ea tres Doctorum sententiæ extiterunt. Quarum prima fuit ipsius Gloss.in eod.cap.cùm inter, vt scilicet excommunicatus compensare non possit; hanc opinionem sequuntur Innoc.ibi in fin.& Bald.num.5.& Vincent. Tancred. Goff. vt refert Abb.etiam ibi.num.23.& non nulli alij relati à Felin.num.37. vers.super dubio disputabili, & Oldr.& Iacob.de Aren.quos recenset,ac sequitur Bart.in l.amplius non peti. ff. rem ratam haberi,& Io.de Lign.de censur.eccl.§.decimusquartus vers.Nam quidam.num.4.& Bart. Brix.q. 27.in quæst.venereal.& Capell.Tholos. decis.1. eandem opinionem communem dixit Purpur. consil.184.num.12.& Dec.in eod.cap.cùm inter.num.25.& Abb.num.23.magis communem, & Viuius in Syl.commun.opin.opin.262.num.3.& Marian.Soc.sen.in cit.cap.sacris.num.380. versic.Aut aduersarius negat de sent. excommun. Probatur autem horum sententia primò hac

ratione,quia, qui compensat, hic petit, vt habetur in cit.l.amplius non peti,ibi enim,qui pet sti pulationem promisit se amplius non peti, si compenset, contra stipulationem facere dicitur; ergò quis compensando petit; at excommunicatus petere non potest ob cap. decernimus de sent.excommun.igitur nec compensare. Butr. qui rationem hanc oppugnare nititur, respondet iu cit. l. amplius non peti, ob eam rem dici, qui compensat,petere, quoniam solutio per compensationem fit, quæ per stipulationem prohibebatur; quòd igitur idem effectus per com pensationem consequitur, qui absolutione consequeretur, ob eam rem quem compensando pe tijsse videri, & hanc responsionem confirmat etiam Dec.nam inquit ipse illam stipulationem. Amplius non peti primò committi litis contestatione, deinde solutione, tertiò compensatione; non,quòd compensans petat,sed quòd ipsi solui existimatur: hæc responsio,nec non Dec. confirmatio propositam rationem non tollunt, quandoquidem re vera colligitur ex cit. l. amplius non peti,qui compensat, hunc petere.Nam iureconsultus(quod principium legis indicat)quan do quis non dicatur venire contra stipulationem sic conceptam Amplius non peti, declarare volens in ea lege tribus modis contra stipulationem non veniri docuit, primum si iudicio petitum non esset,& litis contestatio non facta, deinde si extra iudicium solutionem non recepisset, postremò,vbi non compensaret: hæc iureconsultus; si ergò nihil horum faciens petere non dicitur; ergò, qui contrariũ facit,hunc petere asserendũ est arg.l.fi.§.fi.ff.de leg.3. ac propterea, sicut, qui non compensat, petijsse non dicitur, ita è contrario, qui compensat rectè petijsse is videtur, vt dicitur in l.amplius non peti; non enim minus petit, qui compensat, eo, qui solutum accepit. Nec verbum illud Videri repugnat, quasi compensans non propriè petat; nã ob eam rem verbum illud vsurpatum est; qm̃ huiusmodi petitio, ac petiti solutio, necnon soluti restitutio non oculis cernũtur, sed animo tantùm videtur; animo enim videmus, & ocnlis cernimus, vt Marc. Cicer. significauit: idque meritò,quandoquidem non explicitè,sed implicitè petitur; perinde enim est, atque si reus conuentus ab actore illa quinque peteret, ac deinceps accepta illi eidem restitueret; quæ omnia, ne inutiles circuitus fiant, vno actu compensationis fiunt, ac comprehenduntur,vt sensit Bald.in l.fin.num.9.C.de compensat.& arg. l.singularia.ff.si cert.pet.ac propterea, quòd actus hi oculis non cernuntur, ob eam rẽ videri,quod animi est, iureconsultus dixit, cùm animo actus huiusmodi tantùm videantur. Declarat hoc etiam aduerbium illud Rectè, quod planè suam vim non teneret, si verbum illud Videri aliter acciperemus; hoc igitur iure, quicquid dixerint Butr. ac Dec.communem sententiam probari mihi videtur.Confirmat demum finis cit.l.amplius non peti; nam, vt ibi dicitur, si hæres, qui damnatus est non petere, quicquam horum fecisset, vtpotè quia compensauit, vt ait Gloss.fin. ibi, ex testamento tenetur; ergò, qui compensat, verè ac propriè petit, etiamsi contra petentem pœna inferatur, quod non fieret,si propriè petere compensans non diceretur arg.cap.odia de reg.iur.lib.6.eo iure igitur communis sententia probatur. Secundo loco pro eadem sententia ratio hæc facit, quia compensatio mutua petitio dicitur in l.namque.C. de compensat. mutua verò petitio reconuentio est, vt habetur in c. 1. & 2. de mut. pet. ergo excommunicatus ea vti non potest; nam nec reconuenire potest ob cap.cùm inter de except.& vt nos probauimus cap.15.in hac Tab. Dec. qui contrariam opinionem sequitur,compensationem reconuentionẽ proprie non esse dicit, quandoquidem compensans se non teneri ait, & nihil petit: hæc ratio Dec.vera non est; nam imò, qui compensare vult, & se obligatum esse fatetur, & etiam petit; alioquin, si neutrum horum esset, qua ratione compensatio fieret? Compensatio enim alicuius cum aliquo compensatio est, atque idcircò ad aliquid; ac propterea, vt hinc, inde obligatio sit, requiritur; non enim,quod non est, compensationem recipit arg.l.eius,qui in prouincia ff.si certum pet.Postremò,vt leuiora omittam, ratione hac alia communis opinio probatur, qui compensat,agere potest, quod excommunicato prohibitum est; ergo compensatio prohibita illi erit:nec repugnat l.etiam.ff.de compensat.vt Dec.existimauit;nam,etsi naturale debitum compensatur, & non petitur, illud tamen præcipuum quoddam est; antecedens verò regula,& id, quod sæpius fit, ergò id animaduertendum; firma igitur opinio communis hæc esse videtur. Contrariam nihilominus opinionem sequitur Phil.quem refert Abb.in eod.cap.cùm inter num.23. & Anton.& Dyn.quos Dec.recenset, ac sequitur eod.num.25.& Alex.& Bart.sibi cõtrarius in l.libertus.1.ff.de in ius voc.Probatur autem his potissimum rationibus.Primò, quia compensatio exceptio quædam est, ea enim actor expellitur, ac reus se tuetur; at exceptio huiusmodi excommunicato conceditur, vt habetur in cit.cap.cùm inter, & cap.dilecti filij de except. ergò &c. hæc ratio nihil facit, compensatio enim exceptio proprié non est; nam exceptio

propositam

propositam actionem oppugnat directò, si enim verbi gratia decem à me petas, quæ mihi pacto condonasti, exceptione pacti eius te reijcio, quod non fit compensatione; in ipsa enim, si tu exempto decem à me petas, ex alio contractu alia decem, quæ mihi debes, vt compensem, obijcio arg. in Instit. de except. & ff. de compensat. atque sic sensit Dec. in cit. cap. cùm inter. Postremò pro hac eadem sententia ratio hæc redditur, compensatio ipso iure fit, vt dicitur in l. verum, & in l. si ambo, & in l. postquam. ff. de compensat. ergò debitum ipso iure sublatum videtur; sicut igitur satisfactione, ita & compensatione se tueri potest: ad hoc tamen argumentum respondetur, etsi compensatio ipso iure fit, quò tamen à iudice id petat, necessario requiri; at excommunicatus petere non potest, ergò nec compensare: sic enim, etsi sententia ipso iure nulla est, quò tamen nulla declaretur, petere non potest, vt probauimus cap. 15. §. 2. quicquid hic dixerit Dec. etenim ipso iure compensationem fieri dicitur; non quòd hominis facto, id est petitione opus non sit, sed ob eam rem, quòd non requiritur, vt id, quod ab actore debetur, compensans recipiat, ac deinceps illud eidem restituat, sed ius voluit, quò circuitus inutiles vitarentur, perinde haberi, ac si hæc omnia intercessissent. Quare tertiò has inter se opiniones conciliare diuisione non nulli conati sunt. Nam primò Host. sententiam proximam locum habere censuit, vbi actor debitum non negat, & vt compensatio fiat, consentit ob l. fin. C. de compensat. & c. bona fides de deposit. non enim iudex, qua ratione actori satisfiat, curare debet arg. l. si rem. §. omnis. ff. de pignor. act. & in hoc sequitur eum Marian. Soc. sen. in cap. sacris. nu. 383. de senten. excommun. priorem autem sententiam locum habere, vbi actor compensationem non admitteret, & ab hac sententia nec in iudicando, nec in consulendo discedendum esse inquit Add. ad Capell. Tholos. decis. 1. nam eam ibi seruari consuetudine testatur, quæ consuetudo optima legum interpres est, vt dicitur in l. minimè, & in l. si de interpretatione. ff. de legib. & in cap. cùm dilectus de consuet. Abb. verò posteriorem sententiam ex æquitate veriorem, ex rigore autem priorem dixit. Fel. denique communem opinionem sequitur casibus quibusdam exceptis. Quid igitur concludendum? Ego, omissa diuisione Socin. in cit. cap. sacris. num. 382. vbi quæstionē hanc disputauit, vt dilucidiùs rem explicem, pro regula pono excōicatum compensare non posse ob rationes pro prima opinione allatas, quæ solidiores rationes sunt, nec liquidò tolli possunt. Hæc autem regula locum non habet, vbi actor ipsam admitteret; tunc enim compensare poterit, vt dixit Host. nec repugnat, si dicatur iudicem expellere excommunicatū compensare volentem posse, vt habetur in cap. 1. de except. lib. 6. nam sine ipso iudice id facere possunt. Item locum non habet mea sententia, vbi periculum est, ne perdat, quod ab actore ipsi debet, nisi cōpenset, vt exempli gratia, aut, ne actor ille decoquat; aut, ne fugæ se dedat, timet; nam, si antequam soluat, absolui ab excommunicatione non poterit, de compensatione audiri debet; in hoc enim casu se tueri videtur: hinc actorem excommunicatum contra fugitiuum debitorem agere posse conclusimus cap. 15. §. 1. in hac Tab. & facit Add. ad Bellem. decis. 586. Tertiò excipitur, vbi obijcitur compensatio iam facta; vt pote petit quis à Titio centum; ipse respondet se aliàs ea compensasse; in hoc igitur audiri debet, vt dixit Nell. de S. Gemin. in tract. bannit. in 1. parte secundi tēporis q. 66. & refert eum Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 381. de senten. excommun. idque meritò, nam exceptio hæc peremptoriæ vim habet, vt exceptio solutionis. Quartò, vbi iure ipso compensatio fit, vt asseruit Mar. Socin. sen. eod. num. 382. nam & tunc solutionis exceptio, & sic facti est, de qua egit Bald. in l. si constat, & in l. fin. C. de compens. Postremò excipitur, vbi compensatio intrinseca est, scilicet, vbi petitur, vt percepti fructus cū sorte compensentur; sic enim dixit Felin. in cap. cùm inter. num. 37. versic. Super dubio disputabili, & Bald. eod. in hac igitur quæstione sic concludendum censerem. † Verùm quid de fideiussore ipsius excommunicati, an compensare potest, si à creditore cōueniatur? Hæc itidem quæstio dubitationem non nullam habet. Videbatur enim dicendum compensare nec ipsum posse, id, quod ei debetur, pro quo fideiussit. Primò, quia, si hoc daremus, excōmunicato, quod vna via ipsi prohibetur, altera concederetur contra cap. cùm quid vna via de reg. iur. lib. 6. quæ tamen ratio nihil facit; nam regula eius c. cùm quid, tunc locum habet, vbi in vtroque casu ratio eadem est; secus autem, si alia arg. l. 1. ff. de autor. tutor. vt in casu nostro: idcircò enim excommunicatus compensare non potest, quia nec agere; fideiussor autem è contrario agere valet; ergo & compensare; ratione igitur hac conclusio proposita non nititur: Secundo loco ratio hæc alia redditur, fideiussoria cautio accessoria est principalis obligationis, vt dicitur in §. fideiussores in Instit. de fideiuss. at accessorium eius naturam sequitur, ad quod accedit, ob cap. accessorium de reg. iur. lib. 6. ergò, sicut excommunicatus compensare non pōt, ita nec eius fideiussor:

hæc ratio nec propositam opinionem tuetur, nam regula cap. accessorium locum sibi vindicat in accessorio necessario, at fideiussor non necessariò accedit obligationi arg.§.1. & §. fideiussor & præcedere in Instit.de fideiussor. Quare, cùm nullis rationibus opinio hæc nitatur, contrariam, vt fideiussor compensare posfit, amplexati sunt Io.And.Anton.Sicul.Ioann.Fabr.& Nell. de S.Gemin.quos refert, ac sequitur Add.ad Capp.Tholos.decis.1.hanc sequitur Abb. in cit.c. cùm inter.num.26.eandem communiter receptam esse testatur Dec.ibidem.num.26.quamuis diuisione quadam has opiniones inter se conciliare conetur, eandem sequitur Marian.Soc.sen. in cit.cap. sacris. vbi eam disputauit. num.384. vers. Tertiò dubitatur cum multis seq. Probatur autem primò hac ratione, quoniam fideiussor ex re debitoris soluere potest, vt probatur in l.si procuratorem.§.si ignorantes.ff.mandati; ergo & compensare poterit, cùm & hoc ex re debitoris solnere fit. Dec. qui contrarium sentit, tunc fideiussorem ex re debitoris soluere posse ait, vbi & debitor, soluere potest, quod hic non fit; nam debitor excommunicatus non compensat, vt diximus: hæc responsio rationem propositam non tollit; nam debitor excommunicatus propterea non soluit, quoniam petere non potest, nec in iudicio agere, vt probauimus; fideiussor autem hæc omnia potest, etenim excommunicatio personæ vitium est, vt probauimus in Tab.1.cap.de effectu per se; ergo vitium huiusmodi fideiussori obesse non debet. Præterea sic etiam opinio hæc probatur, fideiussor causam habet, quæ onus continet; ergò exceptio excommunicationis eius, pro quo intercessit, obesse illi non debet arg.l.apud.§.si cùm legitima.ff. de dol. except. alioquin innocens pro nocente puniretur contra c. sacris de sepult. & cap.quàm magnum.23.q.4.Dec.hanc rationem etiam improbat inquiens fideiussorem damnũ non pati; propterea quod id, quod soluet, à reo consequi poterit: quæ responsio mihi oĩno non satisfacit; quid enim, si reus non soluendo fiat? quid si solutum recuperare nisi litigando posfit? hoc enim sæpius contingere experientia rerum magistra docet; esto etenim suum tandem consequatur, molestias tamen iudiciorum effugere non poteſt; vnde ob ipsas satius est aliquando commodum amittere arg. §. neque tamen iunct. Gloss. in verb. Nullum in Instit. de autor tut. hinc compensationem idcirco necessariam esse dixit iureconsultus in l.3.ff.de compensat.quoniam nostra potius interest non soluere, quàm solutum repetere. Et ex hac solutione quorundam diuisio etiam sublata est; quam & Dec. sequitur, vt scilicet, si debitor soluendus sit, tunc non compenset, aliàs verò id queat; nam fideiussoris semper potius interest non soluere, quàm solutum repetere ob damnum, quod sentire potest. Tertiò probatur hæc sententia, quoniam exceptiones, quæ personæ debitoris cohærent, eique prosunt, fideiussorem non iuuant, vt habetur in l.exceptiones, quæ personæ.ff. de except. ergò & contra, quæ eidem debitori inhærent, cuiusmodi excommunicatio est, & eidem obsunt, fideiussori obesse non debent, vt quod operatur propositum in proposito, operetur oppositũ in opposito arg.l.fi.§.fi.ff.de leg.3.& facit ẽt l.secundum naturã.ff.de reg.iur.Pòstremò, vt reliqua omittam, quæ attulit Mar. Socin.in eod. cap.sacris.pro hac sententia.nu.389. hæc enim magis vrgent, ac sunt firmiora, compensationis exceptio rei cohæret, vt probatur in l.ex persona rei iunct.Gloss.fin.ff.de fideiuss.ergo fideiussori dabitur, nam exceptiones huiusmodi etiam inuito debitore fideiussori dantur, vt dicitur in cit.l.ex persona rei,& in l.omnes exceptiones.ff.de except. Dec. hoc verum respondet, vbi debitor ipse proponere illas potest: quæ responsio mihi non probatur; quandoquidem non ipsius excommunicati beneficio, sed iuris, vt proximè allegatum est, permissum hoc habet; ergò alterius culpa illud ipsi adimi non debet arg.cap.indultum de reg.iur.lib.6. communis igitur opinio contra Dec.verissima esse mihi videtur.Quam & hac ratione ego confirmo, nam procurator excommunicati agere in iudicio non potest, & tamen vbi in rem suam datus est, in iudicio vt adsit, ei permittitur, vt supra vidimus; ergo idem & de fideiussore concludendum, vt compensare posfit; de damno enim vitando agitur, suaque interest potius rem habere, quàm actionem.Item pæna rei ipsum egredi non debet arg.cap.2.de ijs, quæ fiunt à maior.part.cap. & l.sancimus.C.de pœn.hinc, si quid à fideiussore petatur, inquit iureconsultus in l.5.ff.de compensat.æquisfimum est eligere fideiussorem, vtrum quod ipsi, an quod reo debetur, compensare mallit. Hæc iureconsultus; æquitas autem illa est, vt de re debitoris potius, quàm de sua soluat, à communi opinione igitur non discedemus. Quæ tamen locum non habet mea sententia, vbi pro excommunicato, qui iam denunciatus, notoriusuè est, sciens interuenit; nam, quòd huius excommunicati commertio vti non possumus ob extrauagan. ad euitanda, ob eam rem, vt puniatur, in quo peccauit, beneficium hoc habere non debet, atque sic deinceps sensisse reperij Ioann.de Lign.de censur.ecclesiast.§.decimusquartus vers. Di-

cunq;

eunt aliqui num. 5. quamuis & huic succurrendum censerem, si periculum graue illi immineret; nam & ipsi actori succurritur, vt supra diximus: & de hoc satis, ad appellationem veniamus.

SVMMA.

1 *Appellare potest excommunicatus à sententia contra se lata; quæ regula etiam declaratur.*
2 *Appellare non potest excommunicatus, vbi cũ denegatione audientiæ excommunicatus est.*
3 *Appellare non potest excommunicatus, vbi appellatione remota excommunicatus est.*
4 *Appellare extra iudicium excommunicatus non potest.*
5 *Arbitratoris sententia vt reducatur ad arbitrium boni viri, petere non potest excommunicatus; quæ regula etiam declaratur.*
6 *Compromittere an excommunicatus possit.*

VII.

1 § † Appellare à sententia contra se lata excommunicatus etiam potest, vt habetur in cap. cùm inter, & ibi not. Abb. num. 15. & Dec. num. 16. ac DD. de except. & in cap. re vera, vbi quoque Gloss. 3. q. 9. & Marian. Soc. sen. in cap. sacris. num. 398. de sent. excommun. versic. dubitatur septimò; etenim per sñiam contra se latam oppugnatur, nisi appellet (post decẽ dies. n. nõ auditur arg. c. qđ ad consultationem de re iud.) at excõicatus, vbi oppugnatur, se defendere põt, vt dicitur in cit. c. cùm inter; ergo & appellare. Hæc regula multis modis amplificatur; nam excõicatus appellare potest non solùm ab actu facto à iudice in iudicio, sed etiam ab actu ab eodem vt à iudice extra iudicium facto, vt sensit Phil. Franc. in c. 1. paulò post principium vers. Et ex his patet, quòd in omnibus casibus de rescript. lib. 6. modò citatus purè, ac speciatim sit. Item excommunicatus à sententia contra se lata appellabit, etiam si actor ipse sit, & ab agendo non fuisset exclusus, vt probauimus cap. 15. §. 1. in hac Tab. Tertiò excommunicatus appellare potest à sententia excommunicationis contra se lata ob cap. per tuas de sent. excom. & cap. cùm contingat de off. deleg. quid autẽ appellatio hæc operetur, declarauit optimè Add. ad Capell. Tholos. decis. 298. & nos cap. 12. §. 7. in Tab. 1. Quartò non solùm appellare, verùm etiam & appellationem interpositam prosequi potest, vt habetur in cap. significauit de except. & in cap. fin. & ibi not. Gloss. ac DD. eod. ac meritò, quandoquidem nihil excommunicato appellare prodesset, si appellationem prosequi non posset, vt inquit Roman. Pont. in cit. cap. fin. Quintò literas, quibus causa delegatur appellationis, impetrare quoque poterit ob cit. cap. fin. de except. & ob cap. 1. vbi DD. de rescript. lib. 6. vel igitur pro causa, pro qua in iudicio est, vel pro alia excommunicatus sit, vt appellationis causa delegetur, impetrabit; etenim aliquo concesso, & vniuersa concessa esse existimantur, sine quibus illud expediri cõmodè non potest arg. cap. prudentiam, & cap. præterea de off. deleg. & l. 2. vbi Iaf. ac reliqui not. ff. de iurisdictione omn. iud. & ad summam pro omnibus, pro quibus in iudicio excommunicatus esse potest, delegationis rescriptum impetrare valet, atque sic dixit Phil. Franc. in eod. cap. 1. vers. Ex his patet de rescript. sicut è contrario rescriptum huiusmodi nullum est, quod de eo impetrauit excommunicatus, pro quo in iudicio esse non potest ob cit. cap. 1. & ibi DD. not. quamuis regula hæc exceptiones quamplures patiatur, quas coegit ibi Gemin. num. 22. & Felin. in cap. fin. num. 2. vers. Dum omnes hic allegant de except. Sextò hæc omnia excommunicatus potest, etiam si in excommunicatione perseueret, quamuis in cap. ab excommunicato de rescript. Cald. voluerit excommunicatum non audiri, qui absolutionem contemneret, vt Felin. refert. in cap. intelleximus. num. 19. versic. Septima declaratio de iud. & Gemin. in cit. cap. 1. num. 10. vers. Quid si excommunicatus impetrat de rescript. Cuius tamen sententia mihi non placet; nam quis est, qui se absoluendum ab excommunicatione curare non possit? arg. cap. qua fronte de appell. Præterea distinctione hac non facta excommunicato permittitur, quò se defendat, vt in eod. c. cùm inter, & in cap. dilecti filij de except. & in cit. cap. intelleximus; ergò neque nos distinguere debemus arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. His rationibus ergò regula hæc amplificatur: quæ tamen exceptiones non nullas patitur. Nam primò excommunicatus appellare non poterit, vbi appellat à sententia excommunicationis cõnquerens se iniustè excommunicatum; nam, quòd tunc fatetur se excommunicatum, contemnere excommunicationem videtur, si absoluẽ dum se non curet, secus vbi ab alia sententia appellat; atque sic dixit Nicol. de Mil. in repert. in verb. Excommunicatus, licet possit in causa appellationis.
2 † Item, vbi cum denegatione audientiæ quis excommunicatus est, cuiusmodi excõmunicationis species habetur in c. in nomine

domini dist. 23. sic enim dixit Archid. & Anton. quos refert, ac sequitur Felin. in eod. cap. intelle ximus. num. 18. versic. Sexta declaratio, & idem Felin. in cap. significauerunt. num. 19. vers. Vltimò in quantum dicitur de except. appellatio enim, vt à iure ciuili inuenta tolli potest, vt habetur in cap. vt inquisitionis de hære. lib. 6. & arg. §. sed naturalia in Instit. de iur nat. gent. & ciuil. & vt dixit Felin. in citatis locis proximè, & Dec. in rub. n. 9. de app. ex quibus & apparet sententiam Imol. minùs veram esse, qui appellationem, propterea quod defensio est, tolli non posse affirmauit; aliud. n. est defensionē tollere, aliud modū aliquē defensionis: vbi ergo quis cum
3 denegatione audientiæ excommunicatus est, appellare non poterit. † Quare, quòd clausula hæc Cum denegatione audientiæ eandem vim habet, quam illa Appellatione remota, ob eam rem, vbi à iure quis sic excommunicatur, nec in casibus, in quibus appellari iura permittunt, appellare poterit; secus si ab homine; hoc enim fit ob clausulā Appel. remota ob c. pastoralis de appell. atque sic dixit Host. in cap. pastoralis. §. fin. de off. deleg. & sequitur Felin. in eod. cap. significauerunt. num. 19. vers. Vltimò in quantum hic. Postremò, quoniam clausula hæc Appellatione remota ab inferiore ipso principe addi non potest arg. eorum, quæ dixit Gloss. in cap. fin. de haret. lib. 6. & vt inquiunt Salicet. & Imol. relati à Felin. in cit. cap. significauerunt. nu. 20. vers. Secunda differentia, ob eam rem inferiores Romano Pont. vt episcopi, ratione hac excommunicare non poterunt, vt Felin. inquit in eod. cap. significauerunt eod. versic. Nam nec causas appel
4 latione remota delegare possunt. † Tertiò excipitur, vbi extra iudiciū appellat; in hoc etenim casu non auditur: appellatio autem extra iudicium interponitur aut ob onus iam nobis illatū, aut ob onus inferendum non à iudice, sed vt à priuata persona, item & à iudice, sed vt priuata etiam persona, vt tradidit Abb. in cap. interposita de appell. Si exempli gratia igitur canonicus ex collegio ad electionem vocatus non sit, & electio facta eo excluso, si ab electione iàm facta hic appellet, extra iudicium hic appellasse dicetur; electio enim extra iudicium fit. Si itidem electio sit facienda, & aliquis electorum pertimescat, ne Titius verbi gratia eligatur. Item, si qs in possessione sit, &, ne quis eum molestia afficiat, vereatur, & ambo hi appellent, extra iudiciū appellasse hi dicentur, vt probatur in Clem. 3. & ibi Gloss. in verb. A futuro de appell. & in cap. bonæ memoriæ eod. in antiq. Extra iudicium igitur excommunicatus appellare nun potest, vt dixit Abb. in cit. cap. bonæ memoriæ, & in cap. cùm inter. num. 17. vbi quoque Innoc. sibi contrarius, & Dec. nu. 19. de except. Probatur autem sententia hæc ea potissimum ratione, quoniam excommunicatus in iudicium prouocare neminem potest; at, qui sic appellat, hic in iudicium prouocat, vt inquit Roman. Pont. in cap. cùm sit Romana vers. Solent de appell. ergo ratione hac appellare excommunicatus non potest. Postremò alia ratione sententiam hanc ego confirmo; nam excommunicatus aut ab onere iam illato, aut ab onere inferendo extra iudiciū appellat; at audiri neutro modo hic debet: non priori, quoniam nec, vbi spoliatus est, auditur, vt iam id probauimus; oppugnat enim ipse alium, quod non potest; non autem ipse tunc oppugnatur: non posteriori, quoniam necesse est, vt ipse in iudicium prouocet, quod etiam illi vetatur, ac propterea conclusimus antea agere ipsum non posse conditione l. diffamari. C. de ingen. manumiss. si igitur neutrum horum excommunicatus potest, extra iudicium appellare non valebit; valet enim argumentum à partium enumeratione arg. tot. tit. in Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu, & de oblig. quæ ex quasi delict. atque sic sensit etiam Phil. Franc. in cap. 1. paulo post principium vers. Et ex his patet, quòd in omnibus de rescript. lib. 6. Verùm quid, si quis non excommunicatus extra iudicium appellet, ac deinceps in excommunicationem incidat, an appellationem iam cœptam prosequi poterit? Innoc. in cap. cùm inter de except. vbi quæstio hæc disputatur, sic distinguit. Aut negocium ad iudicem delatum iam est, quia scilicet post appellationem ante tamen excommunicationem in eo offensus est, quamobrem appellauit; & tuc appellationem hunc prosequi posse affirmauit; nam in cap. fin. de except. simpliciter dicitur excommunicatum appellationem prosequi posse, ergò & de appellatione, quę extra iudicium fit, accipiendum est arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Abb. qui contrariam opinionem sequitur, rationem hanc improbat; quandoquidem in eo. cap. fin. non de appellatione quauis agitur, sed de illa, quæ in iudicio fit. Declarant hoc ea verba ibi posita Qui à iudicibus ex sufficienti grauamine ad Apostolicam sedem appellant; cùm igitur de appellatione ibi agatur, quæ in iudicio fit, ius illud ad quæstionem nostram traducere non possumus; quò ad hoc igitur Abb. à sententia Innoc. discedit. Aut, dicebat Innoc. ante excommunicationem nec damnum passus hic est, nec appellatio suum effectum est adepta, nec negotium ad iudicem translatū est, & hic appellationem hunc prosequi non posse ait, quem & Abb. in hoc sequitur. Pro hac tamen diui-

sione Innoc. Anton. rationem hanc reddit; hic excommunicatus in priori casu, vbi scilicet iam offensus est, prouocatus se tuetur, secus autem ante; ergò in priori casu, non in posteriori appellationem prosequi debet: hanc rationem refellit itidem Panorm. & vt eius responsionem omittam; sic ego responderem, si, quotiescunque quis offensus est, prosequi suam offensam posset, & spoliatus audiendus esset, quod antea negauimus. Vnde postremò Dec. qui & hanc opinionem sequitur, quique communiter eam receptam esse restatur in cit. cap. cùm inter. num. 20. sic argumentatur, excommunicatus, vbi se tuetur, in iudicio esse potest; at hic, ex quo iam in iudicio est, ob illatamque offensam ad iudicem causa iam delata est, se tueri videtur, nihil enim petit, sed vt illata iniuria tollatur, curat; ergò audiri debet: hæc ratio mihi non quadrat; nam, etsi excommunicatus se tueri potest, illud tamen locum habet, vbi ab alio iam in ius vocatus est, quo casu reus necessarius dicitur, vt probauimus hoc cap. in princ. at hic ipse prius prouocauit, ac propterea actor est; ergò & vt actor in quacunque iudicij parte hic expelli potest ob cap. 1. de except. lib. 6. Quare, cùm nullis rationibus, opinio hæc nitatur, opinionem aliam Abb. sequitur, vt scilicet nullo casu appellationem hic prosequatur, hanc etiam sequitur Phil. Franc. in cap. 1. paulo post principium vers. Et ex his patet de rescript. lib. 6. Probatur autem primò hac ratione, quoniam sic appellans ad causam prouocat, vt dicitur in cap. cùm sit Romana de appell. ergo actor est, ac propterea excludi semper poterit arg. cap. intelleximus de iud. Præterea hic appellationis causam inchoans actoris partes sustinet (iudex enim eo petente ipsum, quem prouocauit, in ius vocat, sicut tradidit Gloss. in cit. cap. cùm sit Romana; non enim sic prouocatus extra iudicium ab excommunicato venire in ius cogitur, vt inquit Abb. in cit. cap. cùm inter num. 18.) item appellationem prosequens, quòd agit, vt suum recuperet, semper vt actor in iudicio interest; si ergò & in appellatione hac incohanda, & in eadem prosequenda partes actoris sustinet; ergò, vel in excommunicationem deinceps incidat, non audietur arg. cap. prudentiam §. sexta de offic. deleg. & cap. exceptionem de except. & cap. 1. eod. lib. 6. Nec repugnant dicta à Dec. in in eod. cap. cùm inter, & primò hunc naturalem reum esse, quòd se tuetur, & onus passus est quandoquidem, an quis actor, reusuè propriè sit, non consideratur, quisnam damnum passus sit, sed quisnam ad iudicium priùs prouocauerit; prouocans enim actor propriè, prouocatus reus dicitur, ut in initio huius cap. probauimus: alioquim & spoliatus ageret, cùm hoc vnum studeat, vt suum recuperet, quod absurdum est. Non repugnat secundò aliud Dec. quatenus dicit actorem excommunicatum appellationem prosequi posse ob cap. significauit de except. illud enim idcirco permittitur, quoniam sententia in rem iudicatam transiret, vt habetur in cap. quod ad consultationem de re iud. & ac propterea damnum, quod non recuperatur, sentiret, nisi appellationem prosequeretur, quod damnum hìc cessat, vt per se patet. Non repugnat denique, quod etiam Dec. dicit, ex quo in iudicium prouocauit, in iudicio eum esse cogi ob auth. qui semel C. quomodo, & quando iudex; nã illud locum habet, vbi reus ad id eum compelleret, vt probauimus hoc cap. §. 1. firma igitur Abb. sententia remanet, quæ tamen mihi manca videtur; quid enim, si hic appellans adhuc offenderetur? planè huic subueniendum esse nemo inficiabitur. Ego igitur sic distinguerem. Aut offensa facta iam est, fierique desiit, & in hoc casu sententiam Abb. verissimam esse opinor, sic enim & spoliatus ante absolutionem non auditur. Idem quoque sentio, vbi solùm dubitatur, ne offensio fiat; nam & hic, vt priùs prouocet, necessariò requiritur, & ob eam rem conclusimus antea excommunicatum vti non posse beneficio l. diffamari. C. de ingen. manumiss. Aut adhuc offensa fit, & in hoc casu Innoc. sententiam verissimam sentio; hic enim re vera se tuetur, ex quo ab alio nunc oppugnatur, & facit ad hoc dicta per Abb. in cap. intelleximus. num. 7. quem & Dec. ibi. num. 8. sequitur de iud. casu igitur hoc excepto extra iudicium appellans appellationem non prosequitur, etiam si post cœptam appellationem in excommunicationem incidat. Excipitur demum, vbi appellatio extra iudicium omnino non est, sed mista, vtpotè quia ab executore, qui de beneficio alicui prouidere vult, excommunicatus appellat; in hoc enim casu audietur, atque sic asseruit Abb. in c. cùm inter. num. 17. & Felin. num. 31. vers. Ad illud, quod potest appellare & Dec. num. 19. vbi & communiter id receptum esse sentiunt de except. modò tamen ab executore nominatim, ac purè citatus sit, vt inquiunt Dec. ac Felin. quorum sententia mihi verissima videtur; nam, si, vbi generali edicto citatus est, venire non cogitur, ac propterea vt reus non necessarius in iudicio esse non potest, vt probauimus in initio huius cap. multò minùs hìc, si omnino non citetur. Nec repugnat, si dicatur appellationem hanc iudicialem fore, si citetur; nam vt respondit Dec. ac rectè, mixta est, vt quæ interposita à re sit, quæ extra iudicium facta, etsi ab eo, qui

iurisdi-

iurisdictionis beneficio confert. At inquiet quispiam, quid si præiudicium excommunicato fiat, vbi citatus non est? quo casu non auditur, vt inquiunt Felin. ac Dec. post absolutionem querelam proponat arg.cap.concertationi in fin.de appell.lib.6.si id minùs poterit, in integrū restituetur, modò in mora non fuerit absolutionis petendę; tunc enim sibi tribuat, vt dixit Fel. eod. his ergo duobus casibus exceptis extra iudicium appellans excommunicatus non audietur, & de appellatione hactenus. † Verùm quid de sententia arbitratoris, an excommunicatus

5 petere potest, vt ad arbitrium boni viri reducatur? Abb. petere excommunicatum id non posse sensit in cap.significauit.num.21.& sequitur eum ibi Felin.num. 17. versic. Item dum Abb. contra, vbi & Imol.idem sentientem refert de appell.& Bald.eod.num. 9. versic. Quæro, an excommunicatus, & Add. ad Capell. Tholos. decis. 1. Idque meritò; nam, vt inquit Abb.in cap. Quintauallis.num.17.de iureiur.de communi doctorum sententia reductio hæc per officium iudicis petitur, & quandoque per actionem, vt tradidit Bart.in l.si vt societatem.§.arbitrorum num.17.vers.Quæro, quo iure.ff.pro socio; at excommunicatus implorare iudicis officium non potest, nec agere, vt probauimus cap.15.in init.& §.2.eod.in hac Tab.reductionem hanc igitur excommunicatus non petet. Excipitur tamen, vbi statuto cauetur, vt arbitratoris sententia non petita reductione infra decem dies executioni mandetur; in hoc enim casu ob periculum, quod imminet, audietur. Item, vbi peteretur executio laudi, seu vbi excommunicatus conuenitur vi eius laudi, & citatus comparet, & opponit de iniquitate, & per accidens opponit reductionem ad arbitrium boni viri; nam hic audietur, vt dixit Mar. Soc. sen.in c.sacris.nu.309. versic. Quæro decimo tertiò: quæ opinio mihi placet, nā tunc se defendit, quod excommunicato licet. Item, vbi sententia non arbitratoris, sed arbitri esset; nam, quòd emologatur, si intra decem dies ei non contradicitur ob l.pen. C.de arb.ob eam rem & hic ob periculum audietur, vt dixit Felin.eod.sed de appellatione hactenus, ac propterea ad postremam quæstionem

6 iam veniamus. † Si illud addiderimus, qñ reus est necessarius, cōpromittere eū posse, vbi scilicet necessarij arbitri eliguntur, ita Marian.Soc.sen.in cap.sacris. nume. 473. versic. Tertiò quæro de sentent.excommun.

SVMMA.

1 *Deffendere se excōmunicatus an per se possit; an verò procuratorem ad id in iudicio constituere cogatur.*

2 *Procurator ab excommunicato constitui potest, vbi se defendere valet.*

3 *Cogere non licet de facto excommunicatorem, qui iniustè excommunicauit, vt absoluat.*

VIII.

1 § † Postrema quæstio est, quam in hoc cap.nobis explicandam proposuimus, an excommunicatus, vbi reus necessarius est, ipsemet, quò se tueatur, in iudicio esse possit, an verò per procuratorem id agere cogatur; quam quæstionem nunc aggredimur. Gloss. igitur in cap.intelleximus de iud. excommunicatum, vbi reus necessarius est, in iudicio esse, & per se ipsum tueri se posse existimauit, hanc opinionem sequitur etiam Innoc.ibi, & Abb.num.5.vbi & Host. & Pet.& communiter DD.idem sentire ait; sicut etiam Mar.Soc.sen.in c.sacris.num.392.vers. Quartò dubitatur de senten. excommun. qui & ipse hoc sequitur; eandem opinionem sequitur idem Abb.in cap.fin.num.2. de except. Probatur autem horum sententia primò hac ratione, quia, si excommunicatus ipsemet tueri se non posset, procuratorem constituere cogeretur contra cap.querelam de procur.vbi neminem ad id compelli probatur. Præterea, si contrarium sentiremus, sepisimè reus, vt dicebat Abb.condemnaretur, qui absoluendus esset; quid enim, si procuratorem non constitueret, impeditus inopia? quid, si vel non esset, qui constitueretur loci ratione, vel si adesset, sed minùs idoneus inscitia? at hoc est contra cap.cùm inter de except. Tertiò in cap.fin.eod.de except. excommunicatum appellare, & appellationem prosequi; & literas impetrare posse dicitur; nulla procuratoris mentione facta; ergò excommunicatus reus per se in iudicio esse potest: ad hoc argumentum respondetur imò per procuratorem ibi actum fuisse; ibi enim excommunicatus ille archiepiscopus erat, ac propterea verisimile est, per procuratorem litigasse arg.l.pen.cum seq.auth.C.de procur. Quartò ratio hæc redditur, per cap.decernimus de sent.excommun.lib. 6. excommunicatus solùm vt actor à iudicio excluditur; ergò vt reus interesse poterit arg.l.cùm prætor.ff.de iud.& cap.nonne de præsumpt. Quintò causa, quamobrem excommunicatus hominum communione caret, pœna excommunica-

tionis

tionis est, at si ob eandem excommunicationem à iudicio repelleretur, pœna descenderet à pœna contra cap. quia diuersitatem de conceß. præb. Dec. rationem hanc nullam esse ait; nam, si vera esset, excommunicatus & vt actor in iudicio esse posset: quæ responsio locum haberet, vbi contrarium iure cautum non haberetur; at vt actor à iudicio excluditur ob cap. decernimus de sent. excommun. lib. 6. ob eam rem Dec. responsio ad rem non facit. Sextò dicebat Abb. quid si criminis cã contra excommunicatum mota esset, quo casu per procuratorem litigari nõ pôt? Postremò excommunicatus ad suum commodum in iudicio esse non potest arg. cit. cap. decernimus; ergò secus alterius commodi gratia: quò ad hanc postremam rationem respondetur de commodo suo agi, ex quo impensas procuratoris facere non cogitur, & cautiùs per se, quàm per alium suam causam aget; quò ad illud autem de crimine incommodo illi est ob pœnam, quę ipsum sequitur, si crimen probatur, vt tradunt DD. in l. penul. §. fin. ff. de publ. iud. & hæc sunt, quibus opinionem hanc Abb. confirmauit, quibus partim satisfactum est præter ea, quæ dixit Dec. partim paulòpost satisfiet. Quare Cald. contrariam sententiam, vt per procuratorem excommunicatus respondere omnino cogatur, amplexatus est; eandem sequitur Gloss. sibi non constans in cap. pastoralis de iud. & Dec. in cit. cap. intelleximus. num. 7. & Aret. & Imol. & Modern. quos Dec. ibi refert, ac Barb. & Add. ad Abb. in eod cap. fin. num. 2. in litera C. de except. vbi contrariam opinionem communiter improbari testatur, ac denique Viuius in Syl. comm. opin. opin. 262. num 5. & hanc com. dixit Marian. Soc. sen. eod. num. 592. & eod. versic. Probatur autem hæc sententia præcipuè per cit. c. intelleximus de iud. Quia postulasti à nobis, dicitur enim ibi, vtrum excommunicatus in iudicio stare poßit? Respondemus, quòd conueniri potest; & debet per alium respondere in iudicio. Hæc ibi; si ergò excommunicatus conuentus per alium respondere debet, per alium respondere cogitur; verbum enim Debet necesitatem significat, vt inquit Gloss. in Clem. attendentes in verb. Debeant de stat. regul. si ergò per alium respondere cogitur, per procuratorem & non per se respondebit; ex quibus opinionem hanc optimè probari videtur. Repugnant tamen huic opinioni hæc. Primum, si excommunicatus inopia impediretur, quò minùs procuratorem constituat. Deinde, si idoneus procurator non sit; quid igitur concludendum? Ego, vt rem hanc dilucidiorem reddam, pro regula pono, excommunicatum in ius vocatum per procuratorem, & non per se respõdere debere. Quæ quidem regula probatur apertißimè per cit. cap. intelleximus; nam Romanus Pont. consultus, an in iudicio excõmunicatus stare poßit, rescripsit per alium respondere ipsum debere, vbi conuenitur; ergo non per se: ac planè, si contrarium legislator voluisset, non ne id dixisset? Præterea antecedentia declarant consequentia arg. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. at antecedens verbum illud Conueniri propriè accipitur, vbi scilicet excommunicatus ab alio in ius vocatur, ergò, & illud Debet propriè accipiendum est, vt per alium necessariò se defendat, ne à verborum proprietate nulla re id cogente discedamus contra l. non aliter. ff. de leg. 3. Confirmatur sententia hæc per cap. cùm inter, & cap. dilecti filij de except. vbi, etsi excommunicatum se tueri posse dicitur, per procuratorem tamen ibi semper id actum fuisse apparet, & ita obseruatum cit. cap. intelleximus. Quæ sententia eo magis amplexanda est, quoniam hac ratione excommunicati celeriùs resipiscent. Excipitur tamen primò, vbi excommunicatus inopia procuratorem constituere non potest; tunc enim se ipse per se tuebitur. Deinde, vbi aut procurator non est, aut idoneus non reperitur; nam in his casibus prior sententia locum habebit, vt dixit Franc. de Aret. in cit. cap. intelleximus. num. 16. & Dec. num. 7. & Felin. numer. 5. versic. In Gloss. 1. & sequitur id Io. Bapt. à Villalobos, vbi communem opinionem hanc ait in lib. comm. opin. in verb. Excommunicatus. num. 123. Tertiò excipitur mea sententia, vbi excommunicatus excommunicationis sententiam contra se latam nullam asserit; nam ad hoc probandum ipse admittetur ob cap. solet. §. in secunda iunct. versic. Extra iudicium de sentent. excommun. lib. 6. cogita tamen hoc. † Et ex hac quæstione sic absoluta probatur excommunicatum, vbi se defendere potest, & procuratorem constituere posse arg. cit. cap. intelleximus, & vt not. Abb. ibi. num. 6. versic. Sed nunc præsupposita, & Dec. num. 8. versic. Succesiuè, & Nicol. de Milis in suo repert. in verb. Excommunicatus in omnibus causis, vbi ait excommunicatum in omnibus causis, in quibus potest esse in iudicio, procuratorem constituere posse, & Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 472. versic. Secundò quæro de sentent. excommun. & in cap. inter alia. num. 103. versic. Et procurator eod. idque meritò, alioquin frustra ipsi pręciperetur, vt per alium se defenderet, si non esset, qui mandatum susciperet arg. cap. vbi periculum. §. pręterea, quia pœna de elect. lib. 6. & l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. quamuis aliàs constitutio procuratoris ab excommu-

communicato facta non valeat, vt habetur in cap.fin.de procur.nec procurator huius communione vtens peccabit, quoniam eccleſia permittente id facit arg.cap.qui peccat. 24. q. 3. & l.
8 Gracchus.C.de adulr. † Atqui an licet clericis, laicisnè adiuuare eos, quos credunt, ſciuntuè pro certo iniuſtè excommunicatos contra excommunicatorem cogendo eum factis, vt ſententiam excommunicationis relaxet? vel ne denunciet? planè concludendum eſt non licere, vt ait Innoc.in cap.dilecto de ſentent.excommun.lib.6.& ſeqnitur Marian.Socin.ſen.in cap.ſacro num. 183.verſic.Duodecimò eod.in antiq.nam,etſi proximos defendere nobis permiſſum eſt, vbi iniuſtè lædúrur,tamen illud intelligitur, vbi vis infertur corpori factis, & non verbis tantum.Et facit cap.1.de iis, quæ vi, metusuè cauſa fiunt lib.6.vbi,qui hæc agunt,in excommunicationem ſtalim incidunt; legitimis modis ergo rantùm eos iuuabimus,atque ita Innoc.& Soc. inquiunt ibid. ſed de reo hactenus, de excommunicato, an teſtimonium ferat, iam agamus.

De vſu communionis hominum excommunicato ipſi prohibito in iudicijs, vbi teſtis eſt, declaratione vndecima eiuſdem effectus.

Cap. XVII.

SVMMA.

1 *Teſtis in iudicio excommunicatus eſſe non poteſt; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Teſtis excommunicatus admittitur contra hæreticum.*

3 *Teſtimonium latum ab excommunicato in iudicio an valeat.*

4 *Teſti excommunicationis exceptio quando opponi poſsit.*



1 EXCOMMVNICATVS † itidem hominum communione in iudiciis caret, vbi ut teſtis interuenit; id eſt, excommunicatus in iudicio ut teſtis, eſſe non poteſt, recipique non debet, vt habetur in cap.decernimus, & ibi not. Gloſſ. in verb. Et teſtificando, & Phil.Franc.verſic.In Gloſſ.in verb. Teſtimonio de ſent. excom. lib.6.& in cap.veniens 2.in fin.& ibi quoque Gloſſ.& Abb.num.5.& num.18.& Felin.num.38.verſic.Quartò not.de teſtib.& in cap.nullus.3.q.4.& vt inquiunt Abb.in cap.intelleximus.nu.2.& Dec.num.3.de iud.& Io.Mon. in cap. in fidei de hæret. lib.6. & Specul.de teſtib.§.1.& Iacob.Egid. in tract.de reprob.teſt.num.9.& Nell.de ſancto Gemin. in tract.de teſtibus.num.12.incip.excommunicatus,& Syl.in verb.Excommunicatio 3.num.1. verſic.Vndecimò,& Purpur.conſil.199.num.5.& Marian.Socin.ſen.in cap.ſacris.num.401.de ſentent.excommun.& Nicol.de Milis in ſuo repert.in verb.Excommunicatus non poteſt in iudicio eſſe tanquam iudex, & Gabr. in commun.opin.concl.19.lib.1.de teſt.num.1,& ita communis doctorum ſententia hæc eſt, de qua teſtatur etiam Viuius in Syl.comm.opin.opin.260. & opin.977.Etenim hominum communione hic caret arg.cap.pen.de ſenten.excommun.iure, igitur ad teſtimonium ferendum recipi non debet. Et hæc regula ſic poſita non nullis modis amplificatur; nam primò non recipitur, etiam ſi excommunicatus excommunicationis ſententiam nullam eſſe aſſerat; antequam enim id probet,pro excommunicato habetur arg.cit. cap.
2 veniens 2. in fin.vbi teſtimonium laturus ad cautelam abſoluitur, quoniam excommunicatus eſſet nec ne,dubitabatur; ergò excommunicatus huiuſmodi ad teſtimonium ferendum recipi non debet, atque ſic aſſeruit Franc.de Aret.in eod.cap.veniens.nu.4.verſic.Octauò not.& Fel. num.5.verſic.In tex. ibi volumus, & idem Felin.in cap.1.in princ.de iud. & Dec. in eod. c. intelleximus num.3.vbi & Modern.idem ſentientes refert,& de communi teſtatur Gabr.ead.concluſ.19.nu.2.Nec repugnat cap.ſolet de ſentent.excommun.quod Aret.dubium reddidit, vbi, qui excommunicationem nullam ait, dum id probat, in iudicijs quò ad reliqua ut actorem vitari debere dicitur, quaſi ſecus ſit, ſi non vt actor in iudicio interſit; nam non ob eam rem ſummus Pont.illud adiecit, ſed ob reum, qui intereſſe in iudicio poteſt; declarat hoc finis illius c. ſolet,vbi, qui excommunicationem nullam dicit, extra iudicium euitandum hunc non eſſe ibi concluditur; neque igitur excommunicatus hic recipietur, niſi priùs ad cautelam abſoluatur, quod tamen fieri non debet, niſi vbi per alios haberi probatio non poteſt, atq; ſic aſſeruit Gabr.ead.concl.19.nu.3.Item excõmunicatus nec contra excommunicatum ferre teſtimonium,

poteſt

poteſt, ſic enim dixit Phil. Franc. in cit. cap. decernimus verſ. In Gloſſ. in verb. Teſtimonium, & Felin. in eod. cap. veniens. 2. num. 38. verſic. Quartò not. & ibi quoque Add. ad Abb. num. 18. in litera A. verſ. An autem excommunicatus; item Add. ad eundem in cap. illud. num. 7. de cler. excommun. min. & Specul. de teſtib. §. 1. verſ. Sed nunquid excommunicatus, & Gabr. ead. concl. 19. num. 4. etenim cit. cap. decernimus ſimpliciter prohibet excommunicatum à teſtimonio ferendo; ergò & ſimpliciter intelligi debet arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Tertiò teſtimonium excommunicatus non fert, etiam ſi occultus ſit, vt aſſeruit Put. deciſ. 4. num. 14. lib. 1. Quartò in quocunque foro, tam eccleſiæ, quàm alterius; & tam corā iudice ordinario, quàm delegato; & cotam etiam arbitro; & in quacunque cauſa à teſtimonio ferendo excommunicatus excluditur ob cit. cap. decernimus, quod ſimpliciter, ac generaliter id vetat. Poſtremò ad teſtimonium excommunicatus non admittitur, etiam ſi iudex id vellit, is verò, contra quem producitur, repugnet, vel è contrario arg. cit. cap. 1. in fin. de except. lib. 6. & cap. exceptionem eodem in antiq. atque ſic ſenſit Gemin. in eod. cap. decernimus. num. 6. verſ. Sed quæro, vbi aduocatum inuitis partibus repelli poſſe ait; ergo idem & de teſte ob eandem rationem; excommunicatus ergò vt teſtis in iudicio recipi non poteſt. Formā verò, qua exceptio hæc proponitur, poſuit ſummus Pont. in eod. cap. 1. de except. Tempus autem, quod ad exceptionem hanc probandam tribuitur, iudex rei, perſonæ, & eorum, quæ hæc circumſtant, rōne habita moderabitur, vt aſſeruit Archid. quem refert, ac ſequitur Gloſſ. in cit. c. 1. in verb. Ponit de except. & ſequitur etiam Phil. Franc. ibi in §. ſi quis igitur verſic. In Gloſſ. in verb. Ponat, ibi in ead. Gloſſ. in fin. † Hæc autem regula his rationibus amplificata exceptionem hanc patitur, quòd in hæreticos excommunicatus teſtis produci poteſt, vt habetur in cap. in fidei de hæret. lib. 6. modò aliud non obſtet, atque ſic not. ibi DD. & Gemin. in eod. cap. decernimus num. 3. & Anchar. nu. 3. verſic. Quartò not. & Phil. Franc. verſic. In Gloſſ. in verb. Teſtimonium de ſent. excommun. lib. 6. & Gabr. ead. concl. 18. num. 8. & Viuius in Syl. commun. opin. opin. 977. num. 2. & Mar. Soc. ſen. in cap. ſacris. num. 401. verſ. Aſſumo nunc de ſent. excommun. Verùm, quòd ibi de inquiſitione agitur, an, ſi accuſationis, exceptioniſque forma hæreſis cauſa tractetur, locum ſibi vindicabit illud cap. in fidei? Gloſſ. quæ hanc quæſtionem ibi diſputauit, in inquiſitione tantùm locum illud habere aſſeruit; idem ſequitur Add. ad cit. cap. in fidei, & Phil. Franc. & Gemin. eod. Probatur autem ſententia Gloſſ. his rationibus, primo quia pro regula habemus in cap. decernimus de ſent. excommun. lib. 6. excommunicatum pro teſte recipi non debere; ergò à regula diſcedendum non eſt, niſi vbi contrariū expreſſum eſt, vt tradidit Iaſ. id pluribus in l. ex quacunque. num. 33. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit; at in inquiſitione tantùm exprimitur, vt excommunicatus pro teſte recipiatur in eod. cap. in fidei; ergò in accuſatione excludetur. Præſertim, quòd accuſationi, vt quæ odij rationem habeat, non ita fauetur, vt inquiſitioni, quæ gratioſa eſt, ac propterea de inquiſitione ſtatutum in accuſatione locum ſibi vindicare non debet. Poſtremò probatur ſententia Gloſſ. quoniam ſi illud cap. in fidei in accuſatione locum haberet, verbum illud Inquiſitionis nihil operaretur, & ſuperuacaneum eſſet; at verba legis ſuperuacanea eſſe non debent arg. cap. ad audientiam de dec. & cap. ſi papa de priuil. lib. 6. ergò. Addo ego, ſi inquiſitionis nomine accuſatio etiam comprehenderetur, ex quo inquiſitio diuerſa ſpecie ab accuſatione eſt, verborum proprietatem non ſeruari cōtra l. non aliter. ff. de leg. 3. & contra ea, quæ not. Gloſſ. in cit. cap. ad audientiam: & hæc ſunt, quæ pro ſententia Gloſſ. afferuntur. Contrariam tamen opinionem amplexatus eſt Archid. eandem ſequitur Gundiſſalnus de Villadiego in tract. ſuo de hære. q. 13. n. 16. eandem vti veriſsimam ego etiam amplector, vt. ſ. & in accuſatione locum habeat illud c. in fidei. Primò, quia vt in cauſa hæreſis excōicatus teſtis recipiatur, fidei fauore id factum eſt, vt ibi dicitur; ergò, etſi illud c. in fidei, ius vetus corrigit, tñ & in accuſatione locum ſibi vindicabit; nam in corectoriis, vbi de fidei, fauore agitur, ſi eadem rō in caſu non expreſſo eſt, quæ in expreſſo, lex corrigens & in nō expreſſo locū habet, vt aſſeruit Hoſt. quē refert, ac ſequitur Abb. in c. 2. in fi. de diuor. & Iaſ. in l. cùm quidā, vbi rē hanc pluribus egit num. 25. verſ. Tertiò limita. ff de lib. & poſth. Præterea ius illud fidei fauore latum eſt, ergò, etſi deinceps hæretici puniuntur, tamen ius illud gratioſum dicitur, atque idcirco ampliandū; id enim ſemper inſpicitur in quacunque diſpoſitione, quod in primis agitur, & non quod deinceps conſequitur arg. c. cùm voluntate de ſent. excommun. & l. 1. §. 1. de autor. tut. & l. ſed an vltro. §. 1. ff. de neg. geſt. Poſtremò addo ego non ibi de augenda pœna, ſe de probando hæreſis delicto tractari; ergò & in accuſatione ius illud locum ſibi vindicare debet. Non repugnat autem verbum illud Inquiſitionis, vnde Gloſſ. vniuerſa argumenta de promſit; nam verbū In-

quisitio non accipitur ibi pro inquisitione vti specie ab accusatione seiuncta, quomodo accipitur in cap. inquisitionis iunct. cap. super his de accus. & cap. licet Hæly de simon. sed accipitur pro officio, quod exercent, qui hæresis causas cognoscunt, vt probatur in cap. ne aliqui, & in c. seq. & in cap. inquisitionis, & in cap. statuta quædam & in tot. ferè tit. de hæret. lib. 6. & qui inquisitores dicuntur, vt habetur in cap. inquisitores eod. tit. ac lib. & hæresis causas per accusationē etiam cognoscunt arg. cap. accusatus, & cit. cap. statuta vers. Iubemus eod. pro officio igitur hoc ibi accipitur. Declarant hoc multa, primùm, quòd in tot. eo tit. de modo quodā, & officio præcipuo inquisitorum agitur, qui causas hæresis cognoscunt, ratione non habita, an per inquisitionem, accusationemuè hęresis causa cognoscatur, vt habetur in cap. præsidentes, & in cap. vt officium, & in cap. ne aliqui, & in cap. vt commisi, & in cap. vt inquisitionis cum multis alijs; sicut ergo in citatis iuribus non distinguitur in modo, quem inquisitores adhibere debent, an per accusationem, inquisitionemuè agatur, ita neque hìc distinguere debemus. Declarat hoc etiā, quoniam verbum illud Negotium inquisitionis idem significat, quod officium inquisitionis, vt probatur in c. officium inquisitionis iunct. c. vt inquisitionis Negotium, & c. statutum eod. lib. 6. si igitur pro officio inquisitionis accipitur; ergò, quacunque ratione causa hæresis agatur, nihil interest; ac propterea & in accusatione locum habebit cit. cap. in fidei. Declarat hoc demum, quòd Roman. Pont. ibi non modum, an scilicet per inquisitionem, accusationemuè causa cognosceretur, sed rem, quæ agitur, considerauit, atque ob eam rem dixit In negotio inquisitionis, quasi diceret in causa, quam hæreticæ prauitatis inquisitores cognoscunt, &c. cùm igitur rem, & non modum considerauerit, iure merito, quacunque ratione hæresis causa cognoscatur, locum habebit cit cap. in fidei. Et ex his iam constat argumenta Gloss. ex eo iure deprōpta dissoluta etiam esse; testis excommunicatus igitur in iudicio, hæresis causa excepta, recipi
3 non debet. † At quid, si nihilominus recipiatur? Planè, si neque à reo, neque ab actore, neq; à iudice reijciatur, testimonium ab eo latum valere censeo arg. cap. 1. de except. lib. 6. Ac sanè, si acta iudicij valent ob cit. cap. 1. de except. vbi excōmunicatus actor interuenit, qui iudicij pars est, vt habetur in cap. foras de verb. sign. ergò, & vbi pro teste recipitur, valebunt; non magis enim à testimonio ferendo, quàm ab agendo excommunicatus excluditur in cit. cap. decerni-
4 mus de sent. excomm. lib. 6. † Quare, si, quo tempore iurat testis de veritate dicenda, excommunicatus sit, & excommunicato non fuerit obiecta; depositionis verò tempore sit absolutus, obijci excommunicatio ei non potest; nam iusiurandum obligat excommunicatum etiam ad veritatem dicendam, atq; sic asseruit Ioan. And. in cap. factum de reg. iur. in Mercur. lib. 6. & Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 402. de sent. excommun. obijci autem excommunicatio potest testi tempore iurisiurandi, & productionis, & depositionis, vt sensit Soc. ibidem. Atqui an exceptio excommunicationis obiecta examinationem testis morabitur? Non, sed in fine reseruabitur, nisi obijciens probationes paratas se habere dicat; rectiùs tamen fiet, si priùs absoluatur; atque sic asseruit Viuius in syl. commun. opin. opin. 977. num. 4. & de excommunicato, vbi testis adhibetur ad iudicia, an valeat, hactenus; an ad contractus, atque instrumenta adhibeatur, iam agamus.

SVMMA.

1 *Testis ad instrumenta, & contractus excommunicatus adhiberi non debet.*
2 *Instrumentum, in quo excommunicatus testis inscriptus est, valet.*
3 *Instrumentum suspectum probari non potest per testem in eo inscriptum, vbi excommunicatus est.*
4 *Testimonium ferre potest quis de eo, quod vidit, dum esset excommunicatus, post absolutionem.*

I.

1 §. † Ad contractus itidem, atque instrumenta excommunicatus adhiberi testis non debet; nam, cùm hominum communione careat, vt habetur in cap. cùm excommunicato cum seq. 11. q. 3. & ab ijs actibus repellatur, qui extra iudicium fiunt ob cap. licet de sent. excomm. lib. 6. & vt inquit Abb. in cap. intelleximus. num. 3. & Dec. num. 4. de iud. his de causis nec ad
2 actus, qui extra iudicium geruntur, excommunicati testimonium recipietur. † Atqui, an instrumentum valebit, in quo excommunicatus descriptus testis est? Planè ipsum valere concludendum est; sic enim traddidit Specul. de instrum. edit. §. instrumentum versic. Quid si testis descriptus in instrumento est excommunicatus, & Innoc. in cap. 1. num. 4. versic. Dicimus de except. lib. 6.

lib.6.& sequuntur Anchar.in cap.decernimus versic.Tertiò quæro,& Gemin.num.9. vers. Sed est dubium de senten.excommun. lib.6.& Felin. in cap. veniens. 2.nu. 38. versic. Quartò not. vbi quamplures alios idem sentientes refert de testib. & idem Felin.in cap.intelleximus in init. & Dec. num.3.qui & alios etiam refert de iud.& Bald.in l.1.num.17.C.de hęred.inst.& Vinius in Syl.commun.opin.opin.260.in fine.Etenim, ad iudicia tantùm ne testis recipiatur,prohibitum est in cit.l. decernimus de senten. excommun. ergò secus extra iudicium arg. cap. non ne de præsumpt.& l.cùm prætor.ff.de iud. Præterea in quibusdam casibus tantùm, excommunicatus ne testimonium ferat, prohibitum est, vt in cap. excommunicatus.§.credentes de hæret. & in auth.credentes.C.eod.& in cit.cap.decernimus,ergò aliàs secus; nam exceptio contrariã regulam esse ostendit arg.l.nam, quòd liquidæ.§.penul.ff de pœn.leg.Si quo tempore igitur in instrumento quis testis adscribitur,excommunicatus non est, instrumentum valebit, quamuis deinceps testis ille in excommunicationem incidat; nam nihil ab aliquo rectè gestum tollitur,si deinceps in excommunicationem incidat arg.§.præterea in Instit.quibus non est permissum facere testam.& arg.cap.si is,cui de off.deleg.lib.6.& arg.cap.1.de offic.vic.eod.lib. † Quamuis,
3 si instrumentum suspectum sit, testis in eo inscriptus, qui modò excommunicatus est, fidem ei non daret, vt dixit Gemin. in eod.cap.decernimus in fin.& Felin.in eod.cap.veniens. 2. num. 38.versic.Quartò not.& faciunt dicta ab Inn.& à Panorm.in cap. ex literis de transact. & idem
4 quoque sentiunt Specul.& cum eo citati proximè. † Si quo tempore itidem in instrumento quis inscribitur, excommunicatus sit, instrumentum valebit, ac,si absolutus deinceps sit, & instrumentum suspectum habeatur, fidem ei dabit;quippe quia de re, quam excommunicatus videt, testimonium ferre potest, vt asseruit Add.ad Abb.in eod cap.veniens.2.num. 18. in litera. A. versic.Dico, quòd etiam omnis contractus; etenim impubes pubes factus, & seruus libertate donatus de eo, quod hic in seruitute, & ille in pupillari ætate, vidit, testimonium ferre possunt, vt tradidit Gloss.in l.3.§.leg.Iulia in verb.Impubes.ff.de testib. quam sequitur Host. in summa de test.§.qui possit esse testis,& Add.ad Abb.in cap.fin.num.3.in litera D.de sent.excommun. & communiter id receptum esse de seruo libero facto testatur Michael.Crass. in §.testamentum q.57.num.10.in tract.de success. etenim, cùm testimonium fertur, an quis ad testimonium ferendum habilis sit, tunc inspicitur, vt dixit Specul. in tit.de testib.§.nunc videndum,& Archid. in cap.constitutionis.3.q.2.& Bart.in l.1.§.si seruus.num. 1. ff. de quæst.absolutus igitur testimonium ferre poterit, vt Specul.& cum eo citati supra sentiunt, modò crimen non obstet,quã-
5 obrem excommunicatus est, vt in prima Tab. diximus. † Si denique,quo tempore in instrumẽto testis inscribitur, excommunicatus est, ac nondum absolutus, valebit quidem instrumentũ; quandoquidem de consensu partium adhibitus est, ac propterea improbari non poterit, vt sentit Abb.in cit.cap.ex literis de transact.& Roman.& Alex.quos refert, ac sequitur Add.ad Gemin.in cit.c.decernimus.in fin.in litera C.quamuis,si instrumẽtum suspectum sit,fidem ei dare non possit, ex quo à iudicio expellitur ob cit.cap.decernimus.Instrumẽtum igitur, in quo excommunicatus testis descriptus est, valet, etsi viua voce, vbi suspectum habetur, adiuuare ipsum non potest, quamdiu excommunicatus est, vt inquiunt Specul.& cum eo citati supra.Contrarium tamen dicendum videbatur ob cap.licet de sent.excommun. lib.6.vbi,qui contra sententiam excommunicationis appellationem propositam non prosequitur, & extra iudicium à legitimis actibus vt remoueatur, ibi cauetur: si à legitimis actibus ergò excommunicatus remouetur; ergò & à testimonio ferendo in contractibus, atque instrumentis remoueri debet; atqui ob hoc à proposita sua discedendũ non est; nam p illud Legitimis accipiũtur actus,qui tã quò ad se, quàm quò ad ipsos facientem legitimi sunt, cuiusmodi iudicis, & publici scribæ officium est; non autem testimonij ferendi officium, quod, etsi per se legitimum est, non tamen quò ad ipsum ferentem,atque sic respondit Card.quem refert, ac sequitur Felin.in eod.cap.intelleximus de iud. & eo magis hoc dicendum est; quoniam pro regula habendum est omnia ab excommunicato acta valere, nisi speciatim contrarium cautum repetiamus; valebit igitur,vt diximus, instrumentum, in quo excommunicatus testis descriptus est, quamuis Marian. Socin.sen. contrarium sentiat in cap. sacris. numer. 405. versicul. Quartò dubitatur de sentent. excommunicat. & non rectè mea sententia; nam, etsi idoneus testis esse debet, tamen, ex quo à contrahentibus est probatus, satis idoneus est. Excipitur tamen primò, vbi instrumentum suspectum habetur; nam, si testis in eo inscriptus excommunicatus etiam tunc sit, adiuuare ipsum non poterit, vt proximè dicebamus, in iudicio enim hæc depositio fieret, & in iudicio à testimonio ferendo excommunicatus repellitur, vt vidimus. Item excipitur, vbi

excommunicatus quis eſt, propterea quod hæreticos fouet; huius etenim teſtimonium nec recipitur ob cap. excommunicamus. §. credentes de hæret. Poſtremò excipitur excommunicatus notorius denunciatus; nam, qui eum ſcientes adhibent, peccant, & in excommunicationem minorem incidunt, etſi contractus valet: ſed de hoc ſatis; an excommunicatus teſtis ad teſtamentum adhibeatur, iam contemplemur.

SVMMA.

1 *Teſtis ad teſtamentum adhiberi excommunicatus non poteſt, niſi communi opinione pro non excommunicato habeatur.*

2 *Teſtamentum non valet, ad quod excommunicatus teſtis adhibitus eſt; quæ regula etiam declaratur.*

3 *Teſtamentum improbare volens ob excommunicatum teſtem quid probare debet.*

II.

1 §. † Ad teſtamentum denique adhiberi teſtis excommunicatus non poteſt; tum quòd teſtamenti teſtes omni exceptione maiores eſſe debent, vt tradidit Michael Craſſ. in §. teſtamentum. q. 57. in tract. ſuo de ſucceſſ. cuiuſmodi excommunicatus non eſt; tum quòd excommunicatus in iudicio teſtis eſſe non poteſt ob cap. decernimus de ſent. excommun. lib. 6. & vt nos probauimus hoc cap. in iuit. ergò nec ad teſtamentum adhiberi teſtis poteſt; omnis enim, qui teſtis in iudicio eſſe vetatur, & in teſtamento eſſe prohibetur, vt dixit iureſconſultus in l. qui teſtamento. §. eum, qui, & ibi cõiter not. ff. de teſtam. atque ſic ſenſit Bart. in l. 1. n. 3. & Iaſ. n. 3. verſic. Item procedit iſtâ lex. C. de teſtam. Contra ſententiam hanc tamen duo facere videntur. Primum, quòd hæretici excommunicati ſunt, vt habetur in cap. excommunicamus. 1. de hæret. & tamen teſtes eſſe in teſtamento poſſunt, vt dicitur in l. quoniam verſic. Cæterum. C. de hæret. ergò excommunicati teſtes in teſtamento eſſe queunt: atqui ad hoc argumentum reſpondetur, vel eam legem correctam eſſe, vt inquit Bart. in l. qui teſtamento. §. eum, qui. ff. de teſt. pro qua ſententia facit cit. cap. decernimus iunct. eo. §. eum. qui, proximè citato; vel illud iure ciuili, ſecus autem iure pontificio, vt dixit Gloſſ. in cap. ſi hæreticus. 2. q. 7. quod ius ob communionis periculum ciuili præferendum eſt, vide tñ Add. ad Abb. in cap. veniens 2. num. 18. de teſtib. Alterum, quod contra eandem ſententiam facere videtur, habemus in cap. excommunicamus 2. §. credentes de hæret. vbi, qui hæreticis fauent, excommunicati ſunt, &, ne ipſorum teſtimonium recipiatur, eccleſia prohibet; ergò ob aliam cauſam excommunicati ad teſtimonium ferendum admittentur. Verùm neque ius hoc obſtat; nam non ibi de teſtimonio ferendo in reſtamentis agitur, ſed in contractibus: id quod hinc patet, quòd, ſi contrarium diceremus, ius illud nihil operaretur; nam, ne ad iudicia recipiantur, prohibitum eſt per cap. decernimus; ne itidem ad teſtamenta vetitum ob idem cap. decernimus iunct. l. qui teſtamento. § eum, qui; ergo de contractibus ibi agitur; ergo ad rem noſtram nihil facit. Poſtremò reſponderi poteſt, ſi ad iudicia, & ad teſtamenta referamus, ius illud vetus eſſe, quod, etſi ſpeciatim in huiuſmodi excommunicatis locum tantùm olim habebat, hodie tamen commune ius factum eſſe; ac propterea nec hac ratione propoſitæ opinioni repugnare.
2 † Excommunicatus ergo, vt regulam conſtituamus, ad teſtamentum adhiberi teſtis non poteſt, alioquin non valet. Excipitur tamẽ, vbi eo tempore, quo teſtamentum conficitur, ac teſtis adhibetur, pro non excommunicato haberetur; tunc enim teſtimonium ab eo latum valebit, ac propterea & teſtamentum, vt tradidit Bart. in l. 1. numer. 3. verſic. Quæro, quid infami, & Iaſ. num. 3. verſic. Item procedit. C. de teſt. Add. ad Abb. in cap. veniens. 2. num. 18. in litera A. verſic. Secundò limita de teſtib. & Felin. in eod. cap. veniens 2. num. 38. verſ. Secundò fallit; etenim nec ſeruus in teſtamento teſtis eſſe poteſt, & tamen, vbi ſeruus eſſe cõmuniter ignoratur, teſtimonium eius valet, vt habetur in §. ſed cùm aliquis in Inſtit. de teſtamen. & l. 1. C. eod. ergò idem de excommunicato ſentiendum; nam, vt ſenſit Gloſſ. fin. communiter recepta in l. cùm lege. ff. de teſta. diſpoſitio cit. l. 1. & §. ſed cùm aliquis nõn ſolùm in ſeruo locum habet, ſed etiam in alio teſte, qui habilis non eſt, ſed habilem non eſſe communiter ignoratur, atque ſic magis communiter receptum id eſſe teſtatur Iaſ. in cit. l. 1. num. 3. C. de teſtam. & Michael. Craſſ. in §. teſtamentum. q. 57. num. 17. in tract. de ſucceſsione.
3 † Verùm, qui improbare teſtamentum ratione hac volet, ſat ne ei erit, vt excommunicatum teſtem fuiſſe probet, quando teſtamentum conficiebatur, an verò oportebit, vt & pro excommunicato cõiter tunc habitum probet? Communiter concluditur ſat eſſe ab ipſo probari excommunicatum teſtem fuiſſe, vt de hoc teſtatur Iaſ. in cit. l. 1. num. 4. quamuis ipſe

Bartolum

Bartolum tueatur, qui contrarium sensit. C. de test. & Tob. in cit. §. sed cum aliquis; numer. 5. in Instit. eod. nam, quòd opinionem suam firmatam habet, qui excommunicatum testem probauit, ob eam rem, qui pro non excommunicato tunc habitum esse excipit, ad ipsum exceptionis probatio spectabit arg. l. in exceptionibus. ff. de proba. & eorum, quæ tradunt DD. in l. 1. ff. de reg. iur. Excipitur quoque mea sententia, vbi excommunicatus hic neque denunciatus, neq; notorius est ob extrauag. ad euitanda; nam per ipsam excõmunicati huius communione vti perinde possumus, atque si excommunicatus non esset, ergò & vt testis testamento nostro intersit, vocare ipsum poterimus: & exceptio hæc notanda est; quandoquidem à nemine positam inueni; per quam exceptionem limitatur sententia Alex. & Ias. in cit. l. 1. C. de testam. & Fabr. & Tob. in eod. §. cùm aliquis, qui testamentum non valere existimarunt, vbi inhabilis testis interesset, qui pro habili communiter habebatur, si testator ipse inhabilem eum nouisset; nam vbi nec notorius, nec denunciatus est, horum sententia locum non habebit, atque in his exceptionibus eorum sententia locum habebit, qui contrarium sentiunt, quosque refert Viuius in Syl. commun. opin. opin. 260. num. 4. Quæ autem de testamenti teste, eadem & de teste, qui ad codicillos adhibetur, dicta esse volumus; nam nec codicilli valebunt, ad quos excõmunicatus testis adhibitus fuerit, vt sensit Add. ad Abb. in cap. veniens. 2. num. 18. in litera A, vers. Dico, quòd etiam omnis; etenim pro forma testes quinque adhibentur, vt tradidit Imperat. in l. fin. C. de codicil. quo casu excommunicatum interesse non posse sensit cit. Add. imò nec ad contractus, vbi testes rogati esse debent, qui contractus recensentur in auth. rogati. C. de testib. & in l. nullum. ff. de diuort. excommunicatos testes adhiberi posse eadem Add. sensit, & de excommunicato teste hactenus, ad aduocatum iam transeamus.

De vsu communionis hominum excommunicato ipsi prohibito in iudicijs, vbi vt aduocatus est, declaratione duodecima eiusdem effectus.

Cap. XVIII.

SVMMA.

1 *Aduocatus esse excommunicatus in iudicijs non potest.*

2 *Aduocato excommunicato in iudicio si quid agatur, an valeat.*

3 *Sententia lata ad consilium sapientis, qui sapiens excommunicatus est, an ualeat.*

4 *Consilium datum in iure à iureconsulto excõmunicato an valeat.*

5 *Lucrum, vel premium potius & vt appellant honorarium, quod acquirit aduocatus, procuratorue, dum excommunicati sunt, an retineri licitè ab ipsis posit.*



1 VSV † communionis hominum excommunicatus etiam in iudicijs caret, vbi vt aduocatus interuenerit; idest excommunicatus in iudicio aduocatus esse non potest; vt habetur in cap. decernimus, & ibi Gloss. not. in verb. Patrocinando, & Phil. Franc. eod. & Anch. num. 2. & communiter DD. de sent. excommun. lib. 6. & vt inquiunt in cap. intelleximus Abb. ac Dec. num. 2. & Franc. de Aret. nu. 5. de iud. Et Nicol. de Milis in verb. Excommunicatus non potest in iudicio esse, tanquam iudex, & Mat. Soc. sen. in cap. sacris. num. 412. de sent. excommun. vbi & Specul. idem sentientem refert. Etenim aduocati munus est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere, sicut docuit iurecõsultus in l. 1. §. postulare. ff. de postul. & facit. l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraord. cognit. at in iudicio excommunicatus esse non potest ob cit. cap. intelleximus; ergo nec vt aduocatus pro se, si actoris partes sustineat, nec pro alio vlla ratione in iudicio interesse, in iureque causam tueri poterit. Nam & procurator prohibetur, qui acta, quæ in iudiciis fiunt, promouet; ergo multo magis aduocatus, qui in iure quid sit respondet, ac docet, vt dicitur in cit. l. 1. §. postulare in verb. In iure: non enim verbum illud In iure pro loco accipitur, vbi ius dicitur, vt existimauit Gloss. ibi & Bart. & Bart. & Abb. in rub. extra eod. sed quid sit in iure, id est quid ius postulet significatur; sic enim & Marc. Cic. hanc loquendi rationem vsurpauit. Quæsiui, inquit enim ipse, quid esset in iure, id est quid ius uellet. Accedit, quòd locus, vbi ius dicitur, satis per ea

verba Apud eum, qui iurisdictioni præest, significabatur;excommunicatus ergò in iudiciis aduocatus esse non potest. Prȩterea aduocatus egregia quædam persona est, vt Bart. inquit in l. 1.C.de aduoc.diuerſ.iud.eumq́ue sequitur Dec.in cit.cap.intelleximus.num. 2.excommunicatus verò turpis persona nominatur in eod.cap.intelleximus,& à Marian.& ab Anton.relatis ibi à Dec.nec bonus vir, nec honestus dicitur; ergò à iudicio repelletur: imò,quáuis, qui litigāt,id vel non curarent, vel expellere nollēt,iudex tamen ex officio eū repellet arg.c.1.in fi.de excep. lib.6.& cap.exceptionem eod.in antiq.atque sic asseruit Specul.in tit.de off.iud.§.1.in fi.quem sequitur Phil.Franc.in cit.c.decernimus verſ.In Gloſſ.in verb.Patrocinando,& Gemin.num.6. versic.Quæro,an iudex ex officio de ſent.excommun.lib.6. & iudex ecclesiasticus, vt seculares iudices idem faciant, compellere debet argum. cit.cap. decernimus. Contra ſentiam hanc tamen facere videtur cap.excommunicamus 1.§. credentes de hæret. vbi excommunicatus quidam si intra annum non satisfecerit, & aduocatus sit,præcipitur ibi, vt nullatenus ad suum officium admittatur; ergò, casu hoc excepto,aliàs contrarium dicendum est. Marian. Socin. sen. duobus modis ad hoc respondet, primò argumentum à contrario sensu propter absurdum, qđ sequeretur, non tenere arg.l.conuenticula.C.de episc.& cler. deinde speciale illud esse, scilicet vt post annum, tanquam insamis aduocatus esse nequeat, insra annum verò ob excommunicationem: hȩ responsiones mihi omnino satisfaciunt. Ego igitur dico ius illud nihil obstare;nam acta per excommunicatum aduocatum,quousque excludatur,valēt, vt paulopost probabimus, & sic secundum quid aduocatus esse excommunicatus potest, ex quo acta eo autore valent; at Romanus Pont.excommunicatum illum tantum temporis in excommunicatione perseuerantem punire volens, prohibuit, vt nullatenus admittatur, idest vt, etsi aliàs acta per aduocatum excommunicatum valent, nisi excludatur, per hunc tamen acta, nulla sint: etiam eo non excluso, ac propterea dixit Nullatenus admittatur;dictio enim illa Nullatenus omnimodam potentiam tollit: & responsio hæc verissima esse mihi videtur; non igitur ius illud obstat, excom-

2 municatus ergo aduocatus esse nō potest. † Verùm an hoc aduocato in iudicijs acta valebunt? quid itidem, si ad consilium sapientis, qui excommuuicatus est, sententia lata sit? quid de consilio ab eo dato extra iudicium? quid denique si ob aduocationem aliquid lucratus sit, an tuta conscientia retinere illud poterit? Quò ad primum breuiter concludo acta omnia valere, ac si pro se aduocati munus exerceat, reusq́ue sit ob c.cùm inter de except.in antiq.si actor ob cap. 1.eod.lib.6.modò non repellatur, vt ibidem habetur; idem, si pro alio intercedat ob idem c. 1.de except. atque sic dixit Marian.Soc.sen.in cap.sacris.num.413.de sent.excommun.quamuis contrarium nonnulli senserint, & quidam decisione Roman.Pont.egere dixerint, vt ait So-

3 cin.ibidem. † Quò ad alterum autem, an sententia lata de consilio sapientis,si sapiens ille excommunicatus sit,valeat (hoc enim modo sententia sæpius fertur,vt inquit Iaſ.in repe.l.admonendi.num.41.verſ. Addo etiam.ff. de iureiur.) & in hoc breuiter etiam respondemus sententiam valere; tum quòd sententia vim à iudice summit, non à consiliario, vt hoc per se, patet; tum quòd auctoritatem summit etiam à iuribus, ac rationibus, quę afferuntur, ac propterea ex ipsis etiam doctoris sententiam nos interpretamur, vt docuit Bart. in l.non solùm.§.

4 si liberationis verba.ff.de liber.leg. † Qua ratione ad tertiam quæstionem de consilio scilicet

5 extra iudicium dato respondetur,ſ. illud valere: † Quò ad quartam demùm quæstionem, an quod aduocatus, procuratorue excōmunicatus suum munus exercendo lucratus sit, illud pauperibus elargiri debeat. Hoſt.atque Ioan.And. quos refert, ac sequitur Phil.Franc. in cit.cap. decernimus de sent.excommun.lib.6.& Marian.Socin.sen.in eod.cap. num. 413. lucrum illud pauperibus elargiendum esse existimarunt: quorum sententia omnino vera mihi non videtur; nam,etsi elargiri lucrum id possunt, non tamen coguntur; quandoquidem restitutio, quæ pauperibus facienda est de eo, quod quis acquirit sic affectus titulo,tamen iusto non necessariò, sed ex consilio tantùm debetur, vt inquiunt Vercell.S.Anton.Angel.& Syl. quos refert ac sequitur Nauar.cap.27.verſ.Tertiò,quòd est regula, sicut nec acceptum ob turpem causam de uoluntate dantis, vbi ex vtraque parte turpitudo est, vt dixit Ludouicus de Beia Palæstelus in suo libro inscripto Responsiones Casuum conscientiæ in casu 27.verſ.Quòd verò attinet ad affictus. Aliàs autem secus: atqui,quòd aduocati munus ij exercent, qui iuris scientiæ laurea decorati, idest doctores sunt, an excommunicati doctores creari queunt? id explicabimus in sequenti.§.

SVM-

SVMMA.

1 *Doctor an excommunicatus creari possit.* 2 *Eques excommunicatus an creari possit.*

I.

1 § † An igitur excommunicatus creari doctor poterit? Hanc enim quæstionem inuestigandā nobis proximè proposuimus Bald. in 1.constit.C.§.ideoque in fin. excommunicatum doctorem creari non posse existimauit; eandem opinionem sequitur Iacob.Butrig. vt refert Bald. ibidem. Et hoc ob eam rationem, quia doctoratus dignitas est, vt dixit Bart.in ead. 1. constit. C.eod.& in l.fin.C.de iude.& in l.omnes.3.C.de decurion.lib.10.& Add.ad Bart.in l.si vt proponis.num.15.C.de dignit.lib.12.& Ias.in l.si quis in conscribendo.num.4.C.de pact.& Guid. Pap.decis.388.num.9.& de communi testatur Dec.consil.161.vt refert Mandos.in sua prax.signatur.grat.cap.de licentia doctorandi versic.Iudæis concedi solet, & probatur in cap.quanto de magistr.& in cit. 1.constit.C.vers. Magisterij dignitate; dignitates autem infamibus nec tribuuntur, nec tribui debent, vt habetur in cap.infamibus de reg.iur.lib.6.& in l.2.C.de dignit. lib.12.ergò dignitas hæc excommunicato tribui non potest; nam excommunicatus infamis est, vt probatur in cap.infames 6.q.1.& vt inquit Abb.in cap.quia diligentia.num. 8. de elect. & Dec.qui & Bald.idem sentientem refert in c.intelleximus.n.2. de iud. Huic argumento, qui contrariam sententiam amplexantur, sic respondent, doctoratum dignitatem non esse; quandoquidem dignitas administratio quędam cum iurisdictione fori contentiosi est, vt communiter receptum hoc esse testatur Abb.in cap.de multa.n.21.de præb.qui verò doctoratum consequuntur, iurisdictionem nullam habent. Nec repugnant cit.c. quanto, & prima constitutio. C. nam de doctoribus inibi agitur, qui pecunia publica docendi munus exercerēt, & ob id in suos discipulos iurisdictionem habent ob auth. habita.C.ne filius pro patre: hęc responsio mea sententia non tollit, quin doctoratus dignitas sit; nam, & senatores singuli iurisdictionem non habent, & tamen in dignitate positi sunt arg.tot.tit.ff.de senator.& C.de decurionibus lib. 10. & de dignit.lib.12.ac planè, cùm doctoris creandi facultas ad principē tantùm spectet, eiusdemuè autoritate ad vniuersalis studij collegium inquisitione rām doctrinæ, quàm morum priùs habita, vt tradidit Mandos.eod.cap.in prin. quis dignitatem hanc esse inficiabitur? Addebant ijdem, vt Innoc. & Rom.quos Dec.refert eod.cap.intelleximus.num. 2. excommunicatum infamem esse, quod an verum sit, infra suo loco id declarabimus. Quid igitur concludendum? Ego in hac quæstione, vt rem paucis perstringam; sic distinguendum censerem; Aut quærimus, an excommunicatus doctor creari debeat, & in hoc casu, quòd hominum communione caret, sine qua doctor creari quis non potest, ob eam rem doctorem creari ipsum non debere, & hic propositam sententiam locum habere censeo, Aut quærimus, an si doctor nihilominus creetur, dignitatem eam consequatur, & ipsam excommunicatum consequi omnino sentio, Nam & hanc sententiam amplexatus est Card. in cap. perpendimus.num.29.de sentent.excommun.& Ioan. And.quos refert, ac sequitur Dec.in cit. cap.intelleximus.num.2.de iud, vbi & veriorem opinionem hanc esse ait. Tum quòd multa facta tenent, quæ fieri prohibentur arg.l. patre furioso.ff.de ijs, qui sunt sui, vel alien.iur. Tùm quòd, si conferatur, iure cautum non reperitur, ne valeat; ergò ipsam valere concludendum est arg.l.ab ea parte.ff.de probat. nam,vbi ab excommunicato acta non valere ecclesia voluit, id expressit, vt in cap. fin. de probat. & in c. ad probandum de re iud. & in cap.postulastis de cler. excommun.min.& in cap. 1.de rescript.lib. 6. cum simil. Accedit denique, quòd matrimonij speciem quandam actio hæc habet, & ob eam rem anulus ei traditur, qui dignitate hac decoratur, matrimonium autem ab excommunicato contractum valere iam antea probauimus; excommunicatus ergo doctor creari non debet,
2 quamuis creatus doctor erit, vt probauimus. † Quæ autem de doctore diximus, eadem & de equite, & de aliis dignitatibus sentimus, quas, qui habent, alios honore antecedunt, iurisdictionem tamen nullam habent; & miles igitur hac ratione creari poterit arg. cap. sacris, & ibi Innoc.de sent.excommun. ac de aduocato hactenus, ad procuratorem iam veniamus.

De vsu communionis hominum excommunicato ipsi prohibito in iudicijs, vbi vt procurator interest, declaratione decimatertia eiusdem effectus.

Cap. XIX.

SVMMA.

1 *Procurator creari non debet, qui excommunicatus est.*

2 *Procuratoris constitutio non valet, si eius fiat, qui constitutionis tempore excommunicatus est.*



RESTAT, quatenus pertinet ad iudicia, vt & de ꝓcuratore agamus; de quo hæc contemplabimur, Primùm, an excommunicatus procurator esse posit, &, si constituatur, qui constitutionis tempore excommunicatus est, an constitutio valeat. Deinde, esto non valeat, an confirmetur, si in ea voluntate constituens permanserit, quousque excommunicatus absoluatur. Tertiò, quid, si constituens ipsum excommunicatum ignorasset. Quartò, quid, si quo tempore procurator constituitur, excommunicatus non sit, sed, quo mandatum suscipit, an constitutio valeat. Quintò, an excommunicatus pro consorte litis procurator esse posit. Sextò, an excommunicatus procurator constitutus cum substituendi potestate substituere posit, si constitutio non valuit. Septimò, an acta in iudicijs hoc procuratore, cuius constitutio nulla est, valeant. Octauò, an procurator rectè constitutus, si deinceps in excõicationem incidat, an inquã in iudicio esse posit, & quid si post appellationem interpositam excommunicetur, an appellationẽ prosequatur. Nonò, an hoc procuratore, qui rectè constitutus est, & constitutio valuit, sed deinceps excommunicatus est, in iudicijs acta valeant. Postremò communia quædam tam procuratori, cuius constitutio nulla fuit, quàm procuratori, cuius constitutio valuit, addemus.

1 † Quò ad primum igitur breuiter concludendum est excommunicatum esse procuratorem nõ posse, vt inquiunt Phil.Franc. in cap. 1. in prin. versic. In Gloss. in verb. A communibus, ibi itẽ actus communes, & Anchar. in §. si quis 2. vers. Gloss. super verb. Communibus, ibi communes verò, & Gemin. ibidem de except. lib. 6. & communiter DD. in cap. post cessionem de probat. per illud ius. Etenim excommunicatus hominum communione caret, vt habetur in c. pen. de sentent. excommun. & in c. Engeltrudam. 3. q. 4. qua communione procuratorem vti oportet; at omnis actus excommunicato prohibitus est, vbi hominum communione vti necesse habet, vt pro regula id tradidit Abb. quem refert, ac sequitur Anchar. in cit. cap. 1. §. si quis. 2. vers. Gloss. super verb. Communibus in fin. ibi ponit tamen hic Abb. vnam regulam, & Gemin. in eod. vers. & Phil. Fran. in ead. Gloss. vers. Item omnes alij actus de except. lib. 6. ergò excom-
2 municatus procurator esse non potest. † Verùm quid, si excommunicatus procurator nihilominus constituatur, an constitutio valebit, atque ob id exceptione opus erit, quò à iudicio expellatur? Innoc. in eod. cap. post cessionem, vbi quæstio hæc disputatur, constitutionem huius procuratoris valere sensit; eandem opinionem sequitur ibi Dec. num. 17. & Aret. quamuis dubius. Probatur autem horum sententia primò hac ratione; quoniam qui procurator esse non potest, is, si constituatur, procurator erit, & agere poterit, nisi exceptione repellatur arg. l. filiusfamilias. §. veterani, & ibi not. Bart. ff. de procur. ibi enim, etsi milites constitui procuratores nequeunt, si tamen ante litis contestationem non eijciantur, audiendos ipsos esse dicitur; idem probatur in l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. eod. ergò idem in excommunicato dicemus, vt, quamuis procurator esse non posit, si tamen non excipiatur, admittendus sit, & ob eam rem ipso iure eius constitutio valeat: hæc ratio ad rem non facit; tum quod citata iura de eo loquuntur, qui non suo vitio à procuratoris munere prohibetur, quod de excommunicato dici non potest, qui suo vitio à iudicijs excluditur arg. cap. intelleximus de iud. & cap. decernimus de sentent. excomm. lib. 6. cum simil. tum quòd citata iura in eo locum habẽt, qui alias pro se, pro alioue in iudicio esse potest; secus autem si nec pro se, nec pro alio ad iudicium admittatur, vt dixit Bart. in citatis iur. & in l. licet. C. eod. quod excommunicatus non potest; ergo illis iuribus sententia hæc non probatur. Postremò sic argumentatur Dec. excommunicatus ipso iure non repellitur, vbi pro se agit, sed exceptione opus est ob cap. 1. de except. lib. 6. ergò multo minus,

nũs,

nùs, vbi pro alio interuenit; quandoquidem minùs odiosum esse videtur pro alio intercedere, quàm pro se arg.l.furti.§.si quis alieno. ff. de infam. hoc argumentum propositam opinionem etiam non probat; nam imò maioris impudentiæ illius esse videtur, qui, cùm pro se agere non possit, pro alio agere non veretur. Id quod hinc probatur, quòd, etsi excommunicatus vt actor in iudicio interesse prohibetur, tamen quò se defendat, interesse aliquando potest arg.cap.cùm inter de except. & vt supra probauimus, cùm tamen pro alio excommunicatus nulla ratione admittatur arg.cit.cap.intelleximus de iud. ergò magis odiosum est pro alio interuenire, quã pro se. Pro qua sententia facit etiam, quòd, etsi quis accusare aliquando prohibetur, auditur tamen, vbi suam iniuriam prosequitur, vt habetur in l. qui accusare cum trib. seq. ff. de accus. nec repugnat cit.l.furti.§.si quis alieno, nam ob eam rem procurator ibi non infamatur, quoniam non suum vitium ibi intercedebat, sed domini: secus autem in excommunicato contingit; quandoquidem sua culpa excommunicatus est: hæc sunt, quę potissimum pro hac sententia allegantur. Quare, cùm ipsis proposita sententia non nitatur, contrariam, vt constitutio procuratoris de hoc facta non valeat, amplexati sunt Bern. Io.And. Anton. Cald. Specul. quos refert, ac sequitur Abb.in cit.cap. post cessionem.num. 10. & Felin.num. 29.vers. Prima conclusio, constitutio procuratoris, eandem communiter receptam esse testantur Abb. ac Felin. ibidem & Dec.num. 10. Probatur autem communis hęc opinio per cap.post cessionem de probat.vbi summus Pont.rationem reddens, quamobrem procuratorem quendam non andiuit, ob eam rem id à se factum rescripsit, quoniam per literas ordinarij ipsi constiterat, cùm procuratoris officium assumpsit, excommunicatum eum fuisse: hæc ibi summus Pont. si ergò procuratorem non admisit, propterea quòd assumptionis mandati tempore excommunicatus erat; ergò constitutio procurator non valet de excommunicato facta; nam si, quo tempore mandatum suscipit, habilis quis non est, procurator esse non potest, nec esse poterit, vbi constitutionis tempore excommunicatus est. Dec. qui contrariam opinionem sequitur, nòn ob eam rem non auditum asserebat, propterea quòd mandati susceptionis tempore excommunicatus esset; sed quòd tunc excommunicatus erat, ad quam excommunicationem probandam literas ordinarij allegatas dicebat, quibus literis significabatur assumptionis officij tempore excommunicatum illum fuisse, atque ob eam rem non auditum, quandoquidem de absolutione non constabat, & semel excommunicatus pro excommunicati semper habetur, nisi absolutus probetur, & ita Dec. pro excommunicàto etiam tunc habitum procuratorem illum volebat. Quæ noua Dec. interpretatio, recipienda non est; verbis enim ipsius legis, atque idcirco & menti legislatoris repugnat. Nam summus Pont. à se illum non admissum comprobauit, non quòd excommunicatus tunc esset, vt existimauit Dec. sed quòd, vbi procuratoris officinm sumpsit, tũc excommunicarus erat, id quod per literas ordinarij probabatur: hæc ibi expressa habentur. Ac planè, si tunc excommunicatus esset, quid oportebat assumptionis officij mentionem facere? nam, vel tunc excommunicatus non fuisset, tamen excludi poterat, si modo, vbi agit, excommunicatus esset argum. cap. decernimus de sentent. excommun. cùm ergo diuersa ratio hæc sit ab ea, quam reddidit Dec. ne à verbis legis discedamus contra l. non aliter. ff. de leg. 3. ac propterea nec à legislatoris mente contra l.ea est natura. ff. de reg.iur. à Romani Pont. ratione non abibimus, vt scilicet auditus ille non sit, non quòd excommunicatus tunc esset, sed quòd procurator non erat, quoniam mandati susceptionis tempore excommunicatus erat, & sic excommunicatio mandatum vitiarat. Confirmatur hoc etiam illis verbis Quibus standum est, donec probetur contrarium; nam summus Pont. non dixit standum esse illis literis, donec absolutus probetur, quod interpretatio Dec. postulat, sed donec contrarium probetur; at contrarium eius, quod literis illis probabatur, erat, vt probaretur assumptionis officij tempore ipsum excommunicatum non fuisse; hoc enim contrarium eius erat, quod illis literis continebatur. Accedit demum versiculus ille, & dictio illa Tanquam procuratorem, quæ habetur in cit. cap. post cessionem; nam, cùm premisisset Romanus Pont. rationem, quamobrem eum non admittendum duxit, quia scilicet per literas ordinarij sibi cōstiterat eum excommunicatum esse, vbi procurationis officium sumpsit, hæc concludens adijecit Igitur ipsum tanquam procuratorem non duximus admittendum: si ergò non admittendum illum duxit tanquam procuratorem, planè procurator non erat; dictio enim illa Tanquã similitudinem significat, vt inquit Gloss. in cap. solitæ in verb. Tanquam de maior. & obed. & Ias. viden. in l. 1. num. 2. C. de hæred. instit. ergò constitutio procuratoris de excommunicato non valuit, & ob hanc rem eum non admisit: nam si, propterea, quòd tunc excommunicatus esset, pro excommunicato ne habitus,

illum

illum non admiſiſſet, non dixiſſet illum tamquam procuratorem non duximus admittendum, ſed tanquam excommunicatum, vel vt excommunicatum non duximus admittendum: id quod cùm Romanus Pont. non dixerit, ſed pro procuratore eum non habitum; eius conſtitutionem nullam fuiſſe, ppea q̃ ſuſceptionis officij tempore excõmunicatus erat, cum cõi opinione concludendum eſt. Procuratoris igitur conſtitutio de eo facta, qui conſtitutionis, tpe excõicatione conſtrictus tenetur, nulla eſt, atque ſic dixit, & de cõi ſententia teſtatur Viuius in Syl. comm. opin. opin. 651. num. 1. Quæ concluſio multo magis locum habet, ſi & acceptionis mandati, & vſus eius tempore excommunicatus eſt. Item, ſi conſtitutionis, & ſuſceptionis mandati tempore eſt excommunicatus, vſus autem tempore eſt abſolutus, vt aſſeruit Marian. Socin. ſenior in cap. ſacris. num. 415. & num. 416. Tertiò, etiam ſi tempore conſtitutionis excommunicatus ſit, acceptionis verò mandati eſt abſolutus. Quartò, etiã vbi acceptionis mandati tempore tantùm excommunicatus eſt, ita Soc. ibidem. num. 418. cum. ſeq. Poſtremò, vel pro reo procurator ſit, vt comprobauit hoc idem Socin. num. 415. & num. 420. in his enim caſibus procuratoris conſtitutio nulla ſemper erit; & de quæſtione priori ſatis, ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Procuratoris conſtitutio de eo facta, qui conſtitutionis tempore excommunicatus eſt, non conualeſcit, etiam ſi excommunicatus ille abſolutus ſit, & conſtituens in eadem voluntate permanſerit, modò de abſolutione certior factus non ſit; aliàs ſecus.*

I.

1 § † Altera quæſtio eſt, an, ſi conſtituens procuratorem eum, qui conſtitutionis tempore excommunicatus eſt (quo caſu conſtitutio nulla eſt, vt diximus) in eadem voluntate permaneat, conſtitutio ea nulla conualeſcat. Et videbatur quidem dicendum conualeſcere; quoniam conſtitutio procuratoris conualeſcit, vbi in initio non valuit, ſi conſtituens in eadem voluntate permanſerit, quouſque impedimentum tollitur, vnde conſtitutio vitiata erat arg. cap. licet de procur. lib. 6. & l. obſeruare. ff. de off. procon. nã, vt dicitur in c. licet, ſi procurator cõſtitutus per abſentem mandatum ſuſcipere ſe nolle dixerit, mutare tamen voluntatem, & mandatum ſuſcipere poteſt, & idcirco procurator eſſe, quamdiu conſtituens in eadem voluntate permanſerit: idem probatur in cit. l. obſeruare; nam delegatio à proconſule facta, antequàm ſuam prouinciam ingrediatur, quo caſu ipſa non valet, eo prouinciam ingreſſo conualeſcit, modò ipſius voluntas mutata non ſit; ergo idem hic de excommunicato procuratore conſtituto dicendum videtur, vt eius conſtitutio conualeſcat, ſi abſoluatur, & interim conſtituentis voluntas mutata non ſit. Verùm contrariam opinionem amplexati ſunt Vin. Pet. Abb. Io. And. Specul. quos Panorm. refert, ac ſequitur in cap. poſt ceſsionem. num. 12. de probat. Quorum ſententia probatur per cit. cap. poſt ceſsionem; nam ibi conſtituentis voluntas mutata non apparebat, nec mutata exiſtimari poterat arg. cap. maiores. §. item quæritur vtrum de baptiſmo; & l. eum, qui. ff. de probat. impedimentum quoque, id eſt excommunicatio abſolutione ſublata erat, vt in priori q. probauimus; & tamen ſummus Pont. quia conſtitutus procurator tunc excommunicatus erat, vbi procurationis officium ſuſcepit, ipſum tanquam procuratorem non admiſit; ergò, etſi mutata conſtituentis voluntas non eſt, quamuis excommunicatio procuratoris ſublata ſit, procuratoris tamen conſtitutio non conualeſcit. Præterea confirmatur hoc etiam ratione, quoniã, vt voluntas actum nullum confirmet, legitimam eam eſſe oportet, at hæc voluntas hic deſideratur; nam, qui procuratorem huiuſmodi conſtituit, quòd, an excommunicatio ſublata ſit nec ne, ignorat, in eadem voluntate, in qua priùs erat, permanet arg. cit. l. eum, qui, & cit. cap. maiores eod. §. item quæritur vtrum, illa verò minus legitima eſt; ideo & excommunicatione ſublata inſcio conſtituente per huiuſmodi voluntatem procuratoris conſtitutio non reuiuiſcit. Hinc matrimonium, quod mulier cum alterius marito rei huius inſcia contraxit, priore vxore mortua, non confirmatur, ſi mulier eius mortem ignoret, quamuis cum viro ſit. Idem de matrimonio concluditur, quod quis cum ancilla inſcius contraxit, quo etiam caſu matrimonium nullum eſt arg. c. 2. & c. fi. de coniung. ſeru. eſto enim ancilla deinceps manumittatur, & maritus ab ea non diſcedat, ſi tamen id maritus ignoret, matrimonium hic etiam non confirmatur, vt aſſerit Gloſſ. quam ſequitur, & communiter receptam eſſe teſtatur Abb. in cap. fin. de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult. Hinc impetratio de iudice excommunicato facta non valet, quamuis tempore receptionis literarum abſolutus ſit, vt voluit Gloſſ. in c. dilectus. 2. de præb. quam

quam sequitur Specul.de iud.deleg.§.1.in prin.& Dec.in eod.cap.post cessionem.num.9.vers. Prima conclusio, vbi & alia ad id pertinentia tradidit. Non obstant modò iura proximè citata, & primò cap.licet, nam ibi procurator, qui in initio mandatum non accepit, recipere illud potest; quoniam voluntas domini, vt mutata non existimatur arg.cit.l.eum,qui,& cit.cap.maiores, legitima in initio fuit, vt quæ de persona habili esset; & is, qui mandatum respuerat, fine vlla mandantis opera voluntatem suam mutare poterat: quæ duo hic desiderantur; nam & mandantis voluntas in excommunicato constituta, vt in persona minus habili, pro legitima non habetur; & excommunicatione deinceps sublata in manu ipsius procuratoris non est, vt cõstituentis voluntas reformetur, nisi priùs de absolutione ipsum edoceat. Non obstat denique l.obseruare, nam ibi alia ratio est ab ea, quæ in casu nostro; vitium enim, quamobrem delegatio à proconsule facta non valuit, in ipso proconsule erat, ac propterea eo sublato id non ignorat; vnde, ex quo tacet, vbi prouinciam ingressus est, cùm delegatus habilis sit, & in initio etiam fuerit, confirmare à se delegationem factam videtur arg.l.sæpè,& ibi DD.not.ff. de re iud.at secus in casu nostro est; quandoquidem vitium in ipso procuratore erat, & eodem constituentis voluntas contaminata est, vnde taciturnitate solùm non expurgatur, verùm, vt de excommunicatione sublata edoceatur, quo vitiatam voluntatem reformet, necesse est: alioquin, vt, quæ mutata non existimetur arg.cit.l.eum,qui,& cap.maiores.§. item quæritur, vitiata permaneret, ac propterea procuratoris constitutionem nullam nequaquam confirmaret; ab hac igitur sententia, quæ & communis est, non discedemus, vt scilicet constitutio procuratoris eius facta, qui excommunicatus erat, quo casu non valuit, vt in initio huius cap. probauimus, non confirmetur, si excommunicatus ille absolutus sit, quamuis ipse constituens taceat. Excipitur tamen, vbi procuratorem constituens, postea quam absolutum illum nouit, eundem aut expressè, aut tacitò confirmauit, in vtroque casu enim procurator legitimus erit; in priori casu, quoniam, sicut iterum constituere ipsum procuratorem non prohibetur, ita, quòd minus eundem expressè confirmet, non vetatur; hoc enim dubitationẽ non habet, atque sic inquit Andr.quem refert, ac sequitur Abb.in eod.cap.post cessionem.num.13.& Marian.Soc.sen.in sacris.num.417.versic.Ex quo videtur inferendum de senten.excommun. in posteriori casu, quoniam & Abb.eod.num.13.idem conclusit,& sequitur eum Felin.num. 30. versic. Hanc conclusionem declara. & Socin.ibidem: idque merito; nam, ex quo, postea quam ipsum absolutum nouit, cùm id posset, eum non reuocauit, sed, vt causam suam ageret, permisit, confirmasse ipsum existimatur arg.cit.l.sæpè.ff.de re iud.& cap.fin.vers.Idem fiet de iniur.lib.6.Hinc, si dominus videt causam suam suo nomine per falsum procuratorem agi, & non contradicit, præiudicium sibi facit, vt dixit Innoc.in cap.ex parte decani.num.2.vers. Et ex hoc dico de rescript. quod dictum sequitur Abb.ibi.num.9.& quotidie id allegari ait, & Alex. in cit.l. sæpè.numer.87. cum multis seq.vbi illud pluribus declarauit; etenim de voluntate sua creditur agere, ex quo, ne agat, prohibere ipsum potest, & non prohibet arg.cit.l.sæpè; nam par virtus taciti,& expressi est arg.l. cùm quid, & ibi not.ff.si cert.pet. Atqui an in dubio constituens nouisse procuratorem absolutum existimatur? non sanè ob cap.præsumitur de regul.iur.lib.6.quare, quòd voluntas mutata non creditur, vt sæpè diximus, probare oportebit ipsum constituentem nouisse procuratorem à se datum absolutum esse; hoc enim probato cõstitutio procuratoris firma erit, atq; sic tradidit Felin.in eod.c.post cessionem.num.30.versic. Hanc conclusionem, ibi & adde; sed de quæstione hac etiam satis, ad tertiam veniamus.

S V M M A.

1 *Procuratoris constitutio de eo facta, qui excommunicatus est, non valet, vel constituens ipsum excommunicatum ignoret.*

2 *Procurator excommunicatus, cuius constitutio non valuit, ad impensas inutiliter factas à constituente sarciendas tenetur, si constituens ipsum excommunicatum non nouisset.*

II.

1 §. †.Tertia quæstio est, an constitutio procuratoris de eo facta, qui excommunicatus est, valeat, si constituens ipsum excommunicatum esse probabiliter ignoret: in qua quæstione dicendum videbatur constitutionem huiusmodi valere. Primò ob hanc rationem, quòd sententia ab excommunicato iudice lata, qui communiter excommunicatus ignoratur, valet arg.cap. ad probandum à contrario sensu, & ibi communiter DD.de re iud.ergo & constitutio procuratoris

toris de eo facta, qui excommunicatus ignoratur, valere debet: atqui ad hanc rationem respondetur, primò eam ad rem hanc non facere, quoniam non hic agitur de actis ab excõicato, vt in eod.cap.ad probandum; præterea ius illud locum habet, vbi quis aliquid agit ex officio, quod autoritate, & vtilitate publicum est, cuiusmodi iudicis officium habetur, tunc enim, ab occulto excommunicato si quid agatur, valet, vt asserunt communiter DD.in cit.cap.ad probandũ, & in l.Barbarius.ff.de off.prætor.secus autem,si quid ex officio agatur, quod, etsi autoritate publicum, vtilitate tamen priuatum est, vt procuratoris officium; tunc enim, occultè, publiceuè excommunicatus sit, actum ab eo non valet, vt tradidit Inno.communiter receptus in cap.cùm dilectus de consuet. ad rem nostram igitur ratio hæc non facit. Vnde secundò pro hac sententia citatur l.1.C.de testam. vbi testis, qui habilis non est, pro habili habetur, si in habilitas illa ignoretur, vel inhabilitas illa ab excõmunicatione proficiscatur, vt supra de teste conclusimus: ad hanc rationem respondet Felin.in cap.post cessionem.num. 34. versic. Et per istam conclusionem, ibi Respondetur dupliciter de probat. illud præcipuum quoddam esse testamenti gratia,atque idcirco ad alium casum trahi non posse arg.§.sed & quod principi vers.Planè ex his in Instit.de iur.nat.gent.& ciuil.etenim, quòd publicè intersit vltimas voluntates valere arg. l. vel negare.ff.quemadmodum testamenta aperiantur, ob eam rem,cùm priuilegium cit. l. 1. C. de testam. tùm alia,de quibus in l.1.C.de sacr.sanct.eccl.testamenta facientibus concessa sunt: quæ responsio taceri potest. Addo ego procuratorem impudentiùs agere, ac se habere,quàm testis, qui,cùm pro se agere, atque in iudicio esse nequeat, pro alio interesse non veretur; ac propterea accuratiùs de procuratore, quàm de teste prospicere ecclesiam debuisse. Tertiò pro hac sententia facere videtur extrauag. ad euitanda, per quã cum excommunicato occulto esse nobis licet, ergò & procuratorem illum constituere poterimus: hæc ratio etiam non facit; nam per extrauag.ad euitanda etsi permittitur nobis, vt sine offensa cum excommunicato huiusmo di versemur, non tamen permittitur, vt excommunicatum habilem ad munus aliquod excommunicato prohibitum, & sic ad iudicia reddamus, quod hic contingeret; quandoquidem hac ratione excommunicato per ipsam extrauag. subueniretur contra ipsammet constitutionem; neque igitur ratio hæc propositam sententiam tuetur. Postremò pro hac eadem opinione ratio hæc reddi potest, si constitutio procuratoris huius, quem excommunicatum constituens non nouit, minùs valeret, damnum iniuria constituens pateretur, si procurator impensam aliquam iam fecisset;at hoc iniquum est arg.cap.2.de constir.ergo constitutionem valere concludendum

1 videtur. † Hæc ratio eam opinionem etiam non tuetur; nam impensam à procuratore recuperabit, qui sciens se excommunicatum procuratorem se constitui passus est,vt sensit Ioan.And. quem sequitur Abb. in cit.cap.fin.de procur.& Felin.in eod.cap.post cessionem.num.33.vers. Secunda conclusio ibi & not. & Viuius in Syl.commun. opin. opin. 651.num.2. si verò procurator soluendo non sit, sibi culpam tribuat, qui eius conditionem diligenter expiscatus non sit, quo cum erat contracturus. Quare, cùm nullis rationibus opinio hæc nitatur, contrariam opinionem amplexatus est Abb.in eod.cap.fin.num.2.de procur. vt scilicet constitutio hęc de huiusmodi procuratore ab inscio facta non valeat, & Doctores non nulli alij,quos refert,ac sequitur Felin.in cit. cap.post cessionem.num.29.vers.Prima conclusio,constitutio procuratoris, ibi & sic mandatum erit. Probatur autem primò per cit.cap.post cessionem, vbi simpliciter habetur constitutionem procuratoris de excommunicato factam non valere, qui constitutionis tempore excommunicatus erat; nec distinguitur, an constituens id sciuerit nec ne; ergò nec nos distinguere debemus arg.l.de pretio.ff.de publ.in rem act. etenim inscitia constituentis excommunicationẽ non tollit, ac propterea nec habilẽ ad iudicia reddit, qui habilis non est. Accedit denique, quòd gesta cum procuratore excommunicato huiusmodi non valent, vt infrà probabimus;ergò ex his omnibus concludendum est nec in hoc casu procuratoris constitutionem valere: sed ad quęstionem quartam transeamus.

SVMMA.

1 *Procuratoris constitutio facta de eo, qui constitutionis tempore excommunicatus non est, non valet, si quo tempore constitutus mandatum accipit, excommunicatus sit.*

III.

1 § † Quarta quæstio est, an eius procuratoris constitutio valeat, qui non eo tempore, quo procurator constituitur, sed quo mandatum accipit, excommunicatus est. In qua quæstione

stione communiter concluditur constitutionẽ nullam esse, ac propterea ꝓ procuratore ipsum non haberi, vt de hoc testatur Abb. in cap. post cessionem. num. 14. & Dec. num. 20. de probat. Probatur autem primò sententia hæc per cit. cap. post cessionem; idcirco enim quendam tanquam procuratorem admittendum non duxit Roman. Pont. vt ibi ait, quoniam constiterat ipsi per literas ordinarij excommunicatum eum fuisse, cùm procurationis officium sumpsit; ergò constitutus procurator, si mandati susceptionis tempore excommunicatus sit, procurator non erit, alioquin supernacanea esset mentio eius temporis, si illud non obesset; constitutionis autem tẽpore eum, cuius mentio ibi fit, excommunicatũ non fuisse in prima quæstione probauimus. Præterea pro hac sententia sic argumentantur, contractus hic mandati se habet, sicut hæredis institutio, ergò, vt quis procurator sit, non solùm constitutionis tempore, verumetiam mandati habilis esse debet; nam & in hærede duo hæc tempora postulantur, vt habetur in §. in extraneis de hæred. qualit. & different. Dec. ad hanc rationem respondet, duo illa tempora in hærede propterea postulari, quò hæreditatem acquirat; secus autem hic: quæ responsio mihi etiam placet; nam non hic agitur, an procurator constitutus agere posſit, sed an constitutio ipsius valeat; etenim & testamentum legitimum est, & consistit, vbi hæres institutus institutionis tempore habilis est, quamuis deinceps inhabilis fiat, vt habetur in cit. §. in extraneis. Vnde postremò pro eadem sententia ratio hæc redditur, quò constitutio hæc valeat, & constituentis, & accipientis consensus requiritur (omnis enim contractus conuentio quædam est, vt probatur in l. 1. §. conuentionis. ff. de pact.) ergò, vt amborum voluntates eodem tempore legitimæ sint, necessariò postulatur, alioquin constitutione facta de procuratore inde obligatio statim orire-tur, etiam procuratore ipso mandatum non accipiente, & ita inuitus mandatum quis susciperet contra §. mandatum non suscipere in Instit. de mandato: quæ ratio mihi etiam probatur; nã &, qui in quampiam, vt in vxorem consensit per verba de præsenti, si antequam mulier itidem consentiat, impedimentum dirimens incidat, matrimonium non constat, etiam si deinceps mulier illa consentiat, impedimento cessante arg. eius, quòd dixit Gloss. communiter recepta in cap. fin. de coniugio seruorum. Nec repugnat, quod dicit Dec. satis amborum voluntates concurrerre, quòd constitutus procurator eo tempore absolutus est, quo agere vult, quamobrẽ tunc accipere mandatum existimatur arg. l. 2. ff. de iurisdict. omn. ind. & quod constituentis voluntas adhuc durat arg. cap. maiores. §. item quæritur de bapt. nam, statim atq; procurator consensit, mandatumq; accepit, voluntatem constituentis ob excommunicationem, qua tunc constrictus ꝓcurator tenetur, vitiauit arg. §. nec in pendenti in Instit. de inutil. stip. ac propterea reformare ipsam non potest, quamuis procurator deinceps absolutus sit, nisi constituens de absolutione priùs edoceatur, vt in altera quæstione conclusimus; quare à proposita sententia, quæ communis est, discedendum non censeo; quicquid dixerit Dec. sed iam quintam quæstionem aggrediamur.

SVMMA.

1 *Procurator nec pro consorte litis excommunicatus esse potest, etiam si pro se in eadem causa in iudicio esse posſit.*

2 *Procurator excommunicatus nec absolutionem excommunicationis petere pro eo potest, qui ob eandem causam est excommunicatus.*

IV.

§ 1 † Quinta quæstio est, an excommunicatus pro consorte eiusdem litis procurator in iudicio esse posſit, vbi pro se potest. In qua quæstione concluditur neque in hoc casu excommunicatum procuratorem admitti, vt asseruit Io. And. & Anton. quos refert, ac sequitur Abb. in cap. post cessionem in fin. de procur. & Mar. Soc. sen. in cap. sacris. num. 425. vers. Quæro vndecimò de sentent. excommun. Probatur autem primò hæc sententia, quoniam ratio, quamobrem impeditur, quò minùs in alia causa pro alio procurator fit, & hic locum habet (excommunicatum. n. hunc facimus, vnde procurator esse non potest) ergò & eadem dispositio locum habere debet, vt procurator non sit arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & cap. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. non enim per societatem excõmunicatio tollitur. Præterea hic faciliùs à contumacia discedet, quod in primis studet ecclesia, vt habetur in cap. 1. de except. lib. 6. hæc Abb. & Soc. eod. Addo ego pro hac sententia, quam vti veriſsimam sequor, excommunicatum voluntarium in hoc casu in iudicium venire; nemo enim procuratoris officium inuitus suscipit, vt di-

 citur

citur in §. pen. in Instit. mandat. at excommunicatus in iudicium voluntarius venire non potest, sed vbi reus necessarius est, vt habetur in cap. intelleximus de iud. & vt probauimus cap. 16.§.1.in hac Tab. ergò nec pro consorte litis excommunicatus procurator esse poterit. Nec repugnat Clem.religiosus de procur. vbi religiosus,qui pro relegioso procurator esse non potest, pro suo tamen litis consorte non vetatur; nam ratio,quamobrem religiosus pro alio esse in iudicio vetatur,ea est, ne à contemplatione auocetur, quæ ratio cessat,vbi pro consorte litis interuenit; ex quo enim in iudicio interesse necesse habet ,non magis a contemplatione auocatur, si pro consorte itidem intersit,quàm si pro se tantùm interueniat, cùm eadem lis sit: at hic non eadem ratio est, si pro se,ac pro alio interueniat; quandoquidē in priori casu,vt reus necessarius venit, quod ei permissum esse probauimus; in posteriori autem vt voluntarius , quod ei prohibitum esse itidem diximus: nec pro consorte litis igitur excommunicatus procurator esse poterit, quamuis sententia pro se lata & alteri proderit, vt dixit Abb.in cit. cap.post cessionem in fin.de probat.
2 † Imò nec ad petendam absolutionem excommunicationis excommunicatus admittitur pro alio, etiam si ob eandem causam vterque excommunicatus sit, vt dixit Soc. ibidem; & de quæstione hac satis,ad sextam veniamus.

SVMMA.

1 *Procurator cum potestate substituendi datus, cuius constitutio ob excommunicationem non valuit, substituere non potest; & si substituat, nihil facit, vel substituendus nominatus sit.*

V.

1 § † Sexta quæstio est, an procurator cum potestate substituendi datus,cuius constitutio non valuit, propterea quòd excommunicatus erat, substituere possit. In qua quæstione tres sunt doctorum sententiæ, quarum prima, & communis est procuratorem hunc substituere non posse, & substitutionem ab eo factam non valere; nam sic sensit Gloss.in Cle.pen.in verb.Com missa, & sequitur eam ibi Zab.num.8.vers.Decimo sextò quæro,& Anchar. eod. in fin.de procur. eandem sequitur Bart. in l.1.§.item acquirimus,& Ias.num.48. vers. Extra Gloss. & Alex. num.4.vers.Et inducitur, vbi & ipsam communiter receptam esse ibi testatur.ff.de acquir.possess.idem Bart.in l.si is,qui pro emptore.num.63.ff.de vsucap.& Bald. in l.institutio talis in fin. ff.de cond. & instit. sequitur eam itidem Abb.in c.post cessionem.nu. 18. & Felin. vbi & quosdam alios idem sentientes refert. num. 36. vers. Tertia conclusio,excommunicatus de probat. communis denique sententia hæc est, vt testatur Dec.in eod.cap.post cessionem.num.23. vers. Vltimò quæritur,& Viuius in Sylua com.opin.opin.651.nu.7. & vt nos in initio diximus. Probatur autem primò per cap.iudex in fin.de off.deleg.lib. 6. vbi, si recusatum legitimè iudicem pronuncietur, recusatus iudex,vel recusator consentiat, causam deinceps committere non potest, & hoc ob eam rationem,quoniam,vt inquit ibi summus Pont.iudex omnino esse desiit;ergò multò minùs procurator hic,cuius constitutio numquam valuit, substituendo operabitur arg.c.quemadmodum de iureiur.& l.patre furioso.ff.de ijs, qui sui,vel alien.iur.ad hanc tamen rationem responderi potest ob eam rem recusatum iudicem committere causam non posse, quoniam hoc iurisdictionis est arg.l. imperium in fin. ff. de iurisdict. omn. iud. non est igitur mirandum, si commissio non valet, quia vt à priuata persona facta censetur arg. cap. fin. de constit.lib.6.& l.fin.ff.de iurisdict.omn.iud.Postremò pro hac sententia ratio hæc reddi potest, procurator hic procurator non est, ex quo eius constitutio non valuit, vt probauimus; ergo, vt procurator nec substituere potest , quod enim non est, nihil operari valet arg.l.eius,qui in prouincia.ff.si cert.pet.Contrariam nihilominus sententiam amplexatus est Anton. vt scilicet substituere procurator hic possit, probatur autem huius opinio his rationibus.Primò,quia substitutio hæc fit per contractum; at contractus ab excommunicato initus valet, vt communiter concluditur in cap.veritatis de dol.& contum. ergò & substitutio valere debet: hanc rationem sibi non placere ait Abb. quandoquidem acta in iudicio per huiusmodi procuratorem non valent, & tamen in iudicio quasi contrahitur; ergò argumentum hoc de contractu non concludit. Aret.ac Dec.responsionem hanc improbant, ac rectè; nam locum ipsam habere dicunt,vbi idē ius de quasi contractu est, quod de contractu, id quod hìc non contingit; quandoquidem excommunicatus magis à iudicio, quàm extra iudicium excluditur arg.cap.licet de sent.excom. lib.6.& sic Anton.ratio per responsionem hanc non tollitur. Quare Dec. alio modo eam rationem tollere nititur; nam dicit primò, si ratio Anton. vera esset, procurator excommunicatus ad iu-

ad iudicia semper constitui posset, quoniam constitutio per contractum fit, & tamen idem Anton. ac reliqui omnes communiter concludunt, & nos id antea disputauimus, constitutionem non valere. Preterea dicit idem Dec. ob eam rem procuratorem hunc substituere non posse, quamuis contractus ab excommunicato initi valeant, quoniam contractus alij non fiunt, quo quis in iudicio agat, sicut hic substituendi; vnde, sicut excommunicatus ipse in iudicio esse prohibetur, ita, qui in iudicio intersit, substituere neminem potest; prohibito enim fine, & ea, quæ ad ipsum ducunt, prohibita esse censentur arg. l. oratio. ff. de spons. his rationibus Dec. rationem Anton. refellit: quæ tamen mihi non satisfaciunt; nam, si veræ essent, substitutio ab excommunicato procuratore facta nunquam valeret, & tamen communiter concluditur, vt ipsemet Dec. fatetur in eod. cap. post cessionem num. 23. versic. Vltimò quæritur, substitutionem ab excommunicato procuratore factam, cuius constitutio valuit, firmam esse. Ego igitur aliter respondeo scilicet ob id ipsam Anton. rationem non facere, quoniam hic re vera procurator non est, ex quo constitutio non valuit; ac propterea nec contractum procuratoris nomine initum dominum obligari magis, quàm si à quouis alio initus esset arg. tot. tit. ff. quod falso tutor. & germana responsio hæc esse mihi videtur. Vnde secundo loco pro hac sententia non nulli sic argumentantur; substitutio hæc perinde est, atque si à domino procuratoris facta sit arg. cap. qui per alium de reg. iur. lib. 6. & l. 1. §. deieceisse. ff. de vi arm. ergò valere debet, ex quo ab ipso domino facta valeret: ad hoc argumentum respondetur ipsam non facere; quoniam re vera factum hoc in procuratore nititur, vt sensit Dec. in eod. cap. post cessionem. num. 23. versic. Sed tamen est aduertendum: ego verò ad hoc argumentum eadem ratione respondeo, qua ad priùs respondi, scilicet per aliùm tunc quem dici facere, vbi mandatum valuit; hic verò nullum esse mandatum facimus: sicut ergò, si quiuis alius substituisset nullo mandato intercedente, substitutio non valeret, ita nec hic valere debet, ex quo mandatum, quod intercessit, nullum est; quò ad iuris effectum enim in his legitimis actibus idem est non esse, & esse, sed nullum, & inutile arg. l. quoties. ff. qui satisdare cog. & cap. inter corporalia de translat. episc. Postremò Dec. pro hac sententia sic argumentatur, procurator hic se habet, sicut hæres institutus non capax, qui de restituendo rogatus est, ergò substituere procurator hic poterit; nam & hæres non capax hæreditatem adire potest, & hæreditatem restituere cogitur, vt habetur in l. cogi. §. ij, qui in solidum. ff. ad Trebell. ergò & hic idem concludendum videtur. Atqui neque hoc argumento sententia proposita nititur; idcircò enim in cit. §. ij, qui in solidum, hæres non capax restituere potest, ac compellitur, quoniam eius institutio valuit, etsi totius hæreditatis capax non erat; at hic ab initio procuratoris constitutio nulla omnino fuit; cùm igitur non eadem ratio in vtroque casu sit, mirandú nō est, si aliud ibi in eo hærede, aliud in procuratore hoc sit. Confirmatur responsio hæc, quoniam & vbi hæres omnino incapax est, ac propterea eius institutio nihil valuit, rogari nec ipse potest, vt fideicommissum restituat, vt tradidit Gloss. fi. & communiter DD. in l. eam, quam. C. de fideicōmiss. sicut nec etiam legatarius, vt asseruit Gloss. in l. in codicillis. ff. de leg. 2. quam communiter receptam esse testatur Alex. in cit. §. ij, qui insolidum. ff. ad Treb. atque sic sensit in eod. cit. cap. post cessionem in fin. nulla ratione igitur opinio hæc nititur. Io. Cald. qui tertiam opinionem attulit, sic distinguit; dicit enim ipse, aut, qui substituendus est, nominatus non erat, & in hoc casu communis opinio locum habet; aut nominatus erat, & tunc Anton. sententia locū sibi vindicabit; tunc enim à domino substitutus videtur, & id Abb. quoque sensit ob l. cùm pater. §. hæredem. ff. de leg. 2. vbi deportatus eligendi, nominandique potestatem non perdidit: verùm eo iure opinio hęc non probatur, quod & Dec. animaduertit in cit. cap. post cessionem; nam ibi actus ab initio valuit, hic verò procuratoris constitutio nulla fuit: præterea ego aliter respondeo, nam aut volumus substitutionem valere factam ab hoc, veluti à procuratore, aut veluti à nuncio; neutro modo valet; non priori modo, quia procuratoris constitutio non valuit, vt iam probauimus; non posteriori, quia vt nuncius creatus non est arg. l. non codicillum. C. de testam. imò vel procurator esset, sed vt nuncius fecisset, non valeret arg. l. multùm. C. si quis alteri, vel sibi, & vt Gloss. ibi not. in verb. Comparasti, & in verb. Potest, quam communiter receptam esse testatur Bald. ibi. num. 3. idemquoque sensit Batt. vers. Si verò, & in l. qui autem. §. constituere. num 5. ff. de constit. pecun. non enim, qui procurator est, is nuncius proprie dici potest; nam per nuncium quis quodammodo ipsemet, vt per bucinam, per literasuè agit, vt asseruit Gloss. in cit. l. multum in verb. Potes, & Bald. ibi. num. 7. & Bart. in ead. l. qui autem. §. constituere. num. 2. cum seq. & in l. si Titio. ff. de vsufruct. leg. cum è contrario procurator in se factum concipiat, quamuis domini nomine, vt

citati autores eisdem in locis inquiunt,& Bart.in l.si is,qui pro emptore.num.56.cum seq.ff.de vsucap.Quid igitur concludendum? Ego,vel nominatus substituendus sit, vel generali mandatum de substituendo intercesserit, à communi opinione discedendum non censeo, vt scilicet substituere procurator hic non possit,&,si substituat, substitutio nulla sit. Et hoc ob eam rationem, quoniam procurator non est, ac propterea nihil vt procurator agere potest arg.l.eius,qui in prouincia.ff.si cert.pet. & arg.tot.tit.ff.quod fals.tutor. Accedit,quòd ipsemet dominus excommunicatus substituere non potest arg.cap.fin.de procur.ergò nec eius procurator, qui excommunicatus est, quicquid dixerint non nulli, quos Felin. refert in cit. cap. post cessionem in fin. qui procuratorem hunc substituere posse existimarunt, vbi ad certum substituendum datus esset, & omissa distinctione longa Mar. Soc. sen.in c.sacris. num. 424. de sent. excommun. sed ad septimam quæstionem iam veniamus.

SVMMA.

1 *Procuratore, cuius constitutio ob excommunicationem non valuit, acta in iudicio, nulla sunt.*
2 *Ratihabitione acta iudicij non confirmantur; quæ procuratore eo acta sunt, cuius constitutio ob excommunicationem non valuit.*
3 *Procurator nec pro reo quis esse potest in iudicio, vbi excommunicatus est.*

VI.

1 §. † Septima quæstio est, an iudicij acta eo procuratore,cuius constitutio ob excommunicationem nulla fuit, valeant. In qua quæstione Io.And. Specul.& Anton.de Butr. quos refert, ac sequitur Abb.in cap. post cessionem.num.17.de probat. & Felin.qui alios ibi etiam refert.num.33.vers. Secunda conclusio,gesta cum procuratore, acta huiusmodi iure ipso non valere asseruerunt;hanc sententiam communiter receptam esse testatur ibidem Dec.nu.21.& Viuius in Syl.commun.opin.opin.651. num.4.& Mar.Soc.sen.in cap.sacris.num.417.vers. Quæro tertiò de sentent.excommun.eandem vti verissimam ego etiam amplector. Etenim,ex quo procuratoris constitutio non valet, nec, quod inde sequitur, valere debet arg.cap.accessorium de reg.iur.lib.6.& facit l.1.cum sua materia.ff.quod falso tutor. vbi gesta cum falso tutore,qui verus tutor existimabatur,rata non habentur,nisi iudex aliud decernat; id quod & ad procuratorem Bart.transfert, quem sequitur Felin.in cit.vers.Secunda conclusio. Idque merito, quod enim nullum est,nihil operari potest arg.l.eius,qui in prouincia.§.quod si stipulatus,& ibi DD. not.ff.si cert.per.& l.si seruum.ff.de act.empt.& §. si aduersus ea in instit. de nupt. Contrarium tamen videtur acta scilicet procuratore hoc valere. Primò, quia & acta ab actore excommunicato valent, nisi à iudicio excludatur, vt habetur in cap.1.de except.lib.6. Item, quia Cald. propositam sententiam veram esse censuit,vbi excommunicatus publicus procurator hic esset, secus autem si occultus, nam, quòd procuratoris officium publicum est, ob eam rem occulto excommunicato acta valere censuit arg.c.ad probandum de re iud.& l.Barbarius.ff.de off.prætor.Atqui à communi opinione discedendum non est: nec obstant rationes redditæ; non prior, quoniam actori excommunicato ecclesia non ius agendi, quod habet, sed vsum tantùm adimit, & ita in excommunicato actore fundamentum, & ius agendi adhuc inest; ac propterea, nisi excludatur, acta valent; at excommunicatus hic, quòd procurator non est, nō modò usum agendi procuratoris nomine non habet,sed neque ius,ex quo procuratoris constitutio non valuit; ac propterea ipso auctore acta nulla sunt, fundamento enim sublato omnia corruunt arg. cap.principatus.1.q.1.& cit.c.accessorium cum simil. non posterior itidem ratio Cald. obstat, nam, etsi procuratoris officium autoritate publicum est, vtilitate tamen est priuatum, vt dixit Abb.in eod.cap.post cessionem,num.17.& Fel.num.33.cum seq. vers.Secunda conclusio; imò & autoritate priuatum esse dixit Abb.in c.prudentiam.nu.14.vers. Tertium membrum de off, deleg.& Bart.in l.feminæ.ff.de reg.iur.& in l.1.§. si plures, & ibi Add. ad eum in litera C. quæ de communi testatur.ff.de exercit.act. at actum ui huiusmodi officij nullum est, publicè,occultéue excommunicatus quis sit, vt tradidit Innoc.communiter receptus in cap.cùm dilectus de consuet. ergò acta in indicijs hoc procuratore non valebunt, vel occultè excommunicatus sit, atque sic asseruit Felin.eod.vers.Secunda conclusio. Hæc autem conclusio locum habet,vel occultè excommunicatus ad impetrandum rescriptum procurator constitueretur; nam impetratio non valebit, vt inquiunt Abb.in c.consulti de procur.& Gloss.in cap.1. in verb. Ab alio, & ibi Ioann.Mon. & Io.And.de rescript.lib.6.& Felin.in eod.cap.post cessionem,num.25.versic.

Secundò

Secundò responde: quamuis Cald.& nonnulli alij, quos Felin. refert ibidem, contrarium senserint, & malè; etenim constitutio procuratoris non valet,& procurator impetrare rescriptum non potest, nisi in quibusdam casibus, in quorum numerò hic non est, ob cit.cap. 1. de rescrip. Postremò conclusio hæc locum sibi vindicat,vel, qui procuratorem constituit, damnum patiatur; nam, si huius rei inscius eum procuratorem constituit, contra procuratorem aget,vt dixit Io. And.in cit.cap.consulti, & sequitur eum ibi Abb.de procur.& Felin.in eod.cap post cessionem.num.33.vers.Secunda conclusio, & nos id etiam supra asseruimus; si non nescius,sibi tribuat arg.c.damnum de reg.iur. lib. 6. atque sic dixit Viuius in Syl. commun.opin. opin. 651. num. 2. † Verùm, quid, si dominus,qui procuratorem hunc constituit,acta huiusmodi rata habeat, an valebunt? Abb. & Cald.ab eodem relatus in cit.cap.post cessionem.num.13. confirmari asseruerunt. Et hoc ob eam rationem, quoniam nomine meo gestum, vel in delictis ratū habere possum, vt habetur in l.licet.ff. de iud.& in cap.ratum à contrario sensu de reg. iur. lib. 6.& in cap.cùm quis de sent.excommun.eod.lib. Contrarium tamen verius esse censeo, vt scilicet nec ratione hac huiusmodi acta confirmentur. Primò, quia hic dominus mandare non potest excommunicato, vt causam suam agat, sicuti iam probauimus; ergo nec per ipsum procuratorem in iudicij acta habere rata potest; nam ratihabitio id operari non potest, nisi quod mandatum expressum, vt tradidit Gloss.in cap.ratihabitione vers.Item fallit.ff.de off.proconf. de reg.iur.lib.6.Præterea ratihabitio excōmunicatum habilem ad iudicia reddere non potest, quippe, quia iurisdictionis est, qua reus,actorque carent; quò autem ratihabitio valeat, necessariò postulatur, vt causam, quamobrem procurator habilis non erat, ipsa omnino tollat, atq; id, quod desideratur, vt suppleat; ergo ratihabitio hæc non valebit, atque sic Bald. tradidit in l.obseruare.§.post hæc, vbi materiam ratihabitionis tractauit. q.1.& 2.ff. de off. proconf. Postremò, si ratihabitione acta huiusmodi confirmarentur, ratihabitio retrotraheretur,vt dicitur in cit. cap. ratihabitione; at, vt retrotrahatur,sicut inquiunt Bart.Ias.& communiter DD.in l. si is, qui pro emptore. ff.de vsucap. duo postulantur; & vt terminus à quo, & vt terminus ad quem habiles sint, quorum alter hic omnino desideratur; esto enim terminus à quo (qui est, cùm ratihabitio fit) habilis sit, terminus tamen, ad quem retrotrahitur, habilis non est, quoniam excommunicatus tunc erat; iure igitur acta hæc ratihabitione non confirmabuntur, & hæc sententia mihi verisima videtur; quamuis Felin. id cogitandum reliquerit in cit. cap. post cessionem vers.Secundò declara. Excipio tamen acta post absolutionem; hæc enim rata haberi posse sentio; & in hoc casu Abb.sententia, nec non Cald. locum sibi vindicabit. Nihil igitur actum in iudicijs eo procuratore, cuius constitutio ob excommunicationem nulla fuit, valet. Id quod locum habet,etiam si, quo tempore agit, absolutus sit,modò eius absolutionem ignoret, qui eum constituit, vt supra diximus: † Postremò locum id etiam habet, vel pro reo procurator constitutus sit, nam nihilominus excluditur, & constitutio non valebit,vt communiter id receptum esse testatur Abb.in cit.cap.post cessionem. num. 16. de probat. Nec, quòd reus excommunicatus admittitur, ergo & rei procurator excommunicatus admitti debet; nam reus ob eam rem admittitur, quoniam coactus in iudicium venit arg.c. intelleximus de iud. iudiciū enim in inuitum redditur arg.l.inter stipulantem.§.1.ff.de verb.oblig.& l.quoties.§.1.ff.de nox al.& dixit Alex. in l.sæpè.num.90.ff. de re iud. at procurator voluntarius in iudicium venit, nemo enim procuratoris munus suscipere cogitur, vt dicitur in §.pen.in Instit.mandati, & in l.inuitus. C.de procur. ob hanc rem igitur reus excommunicatus auditur, procurator autem excluditur,vt probauimus cap.16.in init.& § 1.eod.in hac Tab. Addo,vbi reus excōmunicatus auditur, per procuratorem se defendere debere, casibus quibusdam exceptis,vt disputauimus eod.cap.16.§.fin.sed de quæstione hac iam satis, ad octauam veniamus.

SVMMA.

1 *Procurator, cuius constitutio valuit, si deinceps in excommunicationem incidat, nec pro actore, nec pro reo esse in iudicio potest.*

2 *Procurator legitimè datus, si post appellationem in excommunicationem incidat, appellationem prosequi non potest.*

VII.

1 § † Octaua quæstio est, an procurator, cuius constitutio valuit, in iudicio esse possit, si in excommunicationem deinceps incidat. In qua quæstione, vt ipsam paucis absoluamus,

procuratorem hunc in iudicio esse non posse concludimus. Non, si pro actore interueniat, quoniam nec excommunicatus esse in iudicio potest, vt habetur in cap. decernimus de sentent. excõmun. lib. 6. & in cap. 1. de except. eod. lib. 6. & vt nos egimus abunde supra cap. 15. huius Tab. Non etiam, si pro reo, sic enim dixit Felin. in c. post cessionem. num. 32. vers. Tertiò declara, ibi & nota, quòd excommunicatio, & communiter id receptum esse testatur Abb. num. 16. de probat. & Marian. Soc. sen. in cap. sacris. num. 420. de sent. excommun. Nec repugnat, si dicatur reum in iudicio esse posse ob cit. cap. intelleximus, & ob cap. cùm inter de except. ac propterea & procuratorem ab eo constitutum esse posse debere, quamuis deinceps in excommunicationem incidat; nam alia ratio in ipsomet reo, alia in procuratore est; reus enim necessariò in iudiciũ venit, quo casu in iudicio esse potest, vt probauimus cap. 16. §. 1. huius Tab. procurator autem voluntarius venit arg. §. pen. in Instit. mandati & l. inuitus. C. de procur. & ob eam rem excluditur, vt id etiam asseruimus eod. cap. 16. atque sic respondit Abb. in eod. cap. post cessionem. num. 16. & Bald. in sua margarita in verb. Excommunicatus non potest se defendere. Non etiam obstat, si dicatur reo permitti, vt per procuratorem se tueatur arg. cap. intelleximus de iud. & §. sin autem in Instit. de satisdat. ergò & per excommunicatũ, qui in initio legitimus procurator erat; nam, quamuis hoc ei permittatur, permisio hæc in eam sententiam accipitur, vt procuratoris persona habilis sit arg. l. si quando. ff. de inoff. testam. etenim generalis lex de personis loquens de habilibus loqui intelligitur, vt inquiunt Bart. & Ias. viden. in l. 1. §. nnnciatio. num. 5. cum seq. ff. de op. nou. nunt. à proposita conclusione igitur non discedemus.

2 † Verùm, quid, si procurator legitimè constitutus appellet, ac deinceps in excommunicationem incidat, an appellationem prosequi poterit? Ioan. quem refert, ac sequitur Abb. in cap. significauit. nu. 19. de except. & Anton. relatus ab Add. ad Abb. eod. num. 19. in litera A. appellationem hunc prosequi non posse existimarunt. Nam excommunicatus in iudicio esse non potest, vbi cogitur arg. cap. intelleximus de iud. & vt nos id antea disputauimus c. 16. §. 1. huius Tab. at procurator appellationem prosequi non compellitur, vt habetur in l. inuitus, & ibi DD. C. de procur. & in c. non iniustè, & ibi Abb. num. 5. extra eod. ergò nec hac ratione in iudicio esse hic poterit; quod enim appellationis causa in alio iudicio cognoscitur, ob eam rem procurator ad id se obligasse non videtur: imò nec vt procurator audiendus est sine nouo mandato, si appellationem prosequi velit, vt tradidit Bart. in ead. l. inuitus in fin. & Castr. in l. si procurator. ff. an per alium causæ appellationis reddi possint. Hanc sententiam non nulli, vt Innoc. veram esse censent, vbi procurator se prosecuturum appellationem non promisit; aliàs secus, & hoc, ne fidem datam fallat. Verùm Io. And. opinionem huiusmodi improbat; nam dicit ipse, aut procurator appellationem se prosecuturum simpliciter promisit; aut hoc adiecto Etiam si excommunicaretur: & neutro modo promissio valet; non priori, quoniam, cùm eius conditio mutata sit, vnde in iudicio esse non potest, promissio etiam iureiurando tollitur, rebus enim sic se habentibus concepta esse existimatur arg. cap. quemadmodum de iureiur. non posteriori modo; quoniam, cùm animarum fauore, ne excommunicatus in iudicio sit, cautum habeamus per cap. decernimus de sent. excommun. lib. 6. iunct. cap. 1. de except. eod. lib: & cap. exceptionem eod. in antiq. ac ius publicum priuatorum pacto tolli nequeat arg. cap. si diligenti de for. compet. & ob l. ius publicum. ff. de pact. contraque bonos mores promissio non seruetur arg. cap. in malis 22. q. 4. ob eam rem promissio illa infirmatur, atque sic Io. And. & Abb. opinionem hanc tollunt: quorum ratio mihi omnino non satisfacit; quid enim, si excommunicatus hic neque notorius, neque denunciatus sit? planè animæ salus hic non agitur, quandoquidem huiusmodi excommunicati communione, vel in diuinis vti possumus ob extrauag. ad euitanda. Ego igitur aliter responderem, ob eam rẽ. s. hunc admittendum non esse; quoniam vt voluntarius in iudicium venit, & ab aduersario expelli potest arg. cap. 1. de except. lib. 6. non enim extrauag. ad euitanda excommunicato quicquam subuenit, vt in ipsa dicitur. Nec repugnat iusiurandum; nam per illud adimere beneficium hoc aduersario non potest, quò minus excommunicatum huiusmodi à iudicio expellat arg. cap. exceptionem in fin. de except. & cap. 1. in fin. eod. lib. 6. & cap. Indultum de reg. iur. eod. lib. à priori sententia igitur non discedemus, quam & secutus est Marian. Soc. sen. in cap. sacris num. 421. vers. Quæro septimò de sent. excommun. At quid, si ad appellationem prosequendam compellatur? hoc autem contingit, cùm procurator aut generalis est, aut cùm ab interlocutoria sententia appellat, vt inquiunt Bart. Ias. ac DD. in cit. l. inuitus. C. de procurat. an igitur hic appellationem prosequi poterit? Planè, quòd ad id compellitur, audiendus esse videtur arg. c. intelleximus de iud. nam & actor excommunicatus appellare potest, & appel-

appellationem prosequi, vt communiter id receptum esse antea conclusimus, quamuis aliàs excludatur. Ego autem, etsi hucusque non inueni, qui quæstionem hanc attigerit, tamen neque hunc audiendum esse censeo; nam excommunicatus in iudicio tunc esse potest, vbi sua res agitur, vt probatur in eod. cap. intelleximus de iud. & cap. cùm inter, & cap. exceptionem de except. idque merito, alioquin iniuria damnum pateretur arg. cap. dilecto de sent. excomm. lib. 6. procurator autem non propriam rem agit; vt per se constat, non igitur locum in eo habebit cit. cap. intelleximus; ac propterea nec, quod de actore appellante dictum est, sicut nec illud, quod dicebatur ad appellationem prosequendam ipsum compelli; nam & aliàs ad mandatum susceptum exequendum procurator compellitur arg. l. filiusfamilias. §. fin. ff. de procur. & §. pen. in Instit. mandati, & tamen ex causa remouetur, sicut dicitur in cit. §. fin. cum multis legibus seq. ergò & hic, cùm legitimè impediatur, appellationem prosequi non poterit, præsertim, quòd supra probatũ est per procuratorem defendere se excõmunicatum debere; procurator igitur, qui legitimè datus est, cuiusque constitutio valuit, si in excõmunicationem incidat, prosequi causam non poterit, quamuis procurator remaneat, & mandatum non tollatur, vt inquit Abb. in cit. cap. post cessionem. num. 15. & Felin. num. 32. vers. Tertiò declara dè probat. sed iam ad nonam quæstionem descendamus.

SVMMA.

1 *Procuratore eo excommunicato, cuius constitutio valuit, acta in iudicio valent, antequam excludatur, ac propterea & substitutio ab eo facta.*

VIII.

§. † Nona quæstio est, an acta iudicij eo procuratore valeant, qui in initio legitimè constitutus valuit, sed postea in excommunicationem incidit. Abb. in cap. post cessionem, nn. 17. & Felin. num. 32. vers. Tertiò declara, vbi & id communiter receptum esse sensit, sicut etiam Viuius in Syl. commun. opin. opin. 651. num. 4. & Marian. Soc. sen. in cap. sacris. num. 417. vers. Et hæc procedat de sent. excommun. acta iudicij hoc procuratore excommunicato valere inquiunt. Nam potestatem ipsi traditam per excommunicationem non amittit, vt in antecedenti. §. in fin. vidimus, quamuis vsu careat; at acta in iudicio ab excommunicato huiusmodi valent, antequam excludatur arg. cap. 1. de except. lib. 6. ergo & procuratore hoc in iudicijs acta firma erunt. Quare & substitutio facta ab ipso valebit, si hæc potestas ei tributa sit, quamuis deinceps in excommunicationem incidat, vt asserit Io. And. quem refert, ac sequitur Abb. in eod. cap. post cessionem. num. 17. vers. Sed quæro de quæstione, & Felin. eod. num. 36. vers. Tertia conclusio, excommunicatus de facto constitutus, & Dec. num. 23. vbi de communi sententia testatur, & Viuius in Syl. commun. opin. opin. 651. num. 7. idem sensit Gloss. communiter recepta in Clem. pen. in verb. Commissum de procur. & hoc ob cap. iudex de off. deleg. lib. 6. Vel pro actore igitur, vel pro reo procurator hic interuenerit; item vel constituens in excommunicationem ipsum incidisse nouerit, ignorauerit ué, acta iudicij hoc procuratore valebunt ob cit. cap. 1. de except. lib. 6. iunct. eod. cap. iudex de off. deleg. lib. 6. Excipitur tamen, si excõmunicatio contra ipsum probetur; nam, vel iudex exceptionem non admittat, illius tamen exceptionis virtute acta deinceps hoc procuratore non valebunt arg. cit. c. 1. de except. à contrario sensu, atq; sic tradidit Vant. in tit. de nullit. ex defect. inhabil. num. 136. cum seq. vers. Secus, si excommunicatio; sed de quæstione hac satis, ad decimam veniamus.

SVMMA.

1 *Syndicus an creari possit, qui excommunicatus est, vel Actor,*

2 *Personæ, quæ sine mandato pro alijs in iudicio esse possunt, excommunicatæ excluduntur.*

IX.

1 §. † Decima quæstio est, an, quæ de procuratore à priuato, à singulisque dato diximus, eadem & in aliis procuratorũ generibus locum habeant. In qua quæstione breuiter concludimus vniuersa prædicta in alijs locũ habere, non solùm vbi cõstitutio non valuit, sed vbi valuit,
2 sed deinceps in excõmunicationem inciderũt, & hoc siue syndicus sit, siue actor, † siue personæ, quæ sine mandato in iudicijs pro alio esse possunt; ratio enim eadem & in his est, quæ in procu-

ratore, ac propterea idem iuris dispositio esse debet arg. cap. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. Syndicicus autem & ipse procurator quidam est à collegiis, ab vniuersitatibusque tamen constitutus, vt dixit Abb. in rub. de Synd. & in cap. vn. eod. num. 2. & Gloss. 1. in vers. Si quis erga. 2. q. 7. & in cap. Imperatorum in verb. Oeconomum de iur. calum. Actor autem & ipse procuratoris personam sustinet, sed ab eo constituitur, qui adhuc motæ causæ dominus non est; quare, quod tutor, curator, ac Syndicus, qui ante litem contestatam, litis domini non sunt, atque idcirco procuratorem constituere nequeunt ob l. 1. ff. de procurat. hi actorem constituunt, vt habetur in l. neque tutores, & ibi Gloss. magistr. ac DD. C. de procur. eadem Gloss. in l. nec ciuitatis. ff. eod. Personæ demum, quæ sine mandato pro aliis in iudicio interesse queunt; habetur in l. sed & hæ personæ, & ibi Gloss. Bart. & Add. ad eum. ff. de procurat. & in l. 1. §. vlt. cum l. seq. ff. de postul. & de ipsis egit Abb. in cap. non nulli. §. fin. numer. 10. cum seq. de rescript. & Bart. Ias. ac DD. in l. 1. C. de procur. Verùm quid, si procurator legitimè constitutus sit, & non ipse, sed ipsum constituens in excommunicationem incidat, an in iudicio esse tunc poterit? de hoc egimus cap. 15. in hac Tab. sed de procuratore ad lites hactenus, de procuratore ad negotia postremò agamus.

S V M M A.

1 *Procurator ad negotia excommunicatus dari non debet.*

2 *Procuratoris constitutio ad negotia valet, quàmuis constitutus procurator excommunicatus sit, & ab ipso gesta valent.*

3 *Institor, exercitorque nauis eodem iure censentur, quo procuratores ad negotia, si excommunicati sint.*

4 *Procurator ad negotia ab excommunicato constitutus procurator est.*

X.

§ Restat, vt de procuratore ad negotia agamus; de quo procuratore tractatur in cap. 1. §.
fin. & in cap. qui generaliter. §. fin. & in cap. vlt. de procur. lib. 6. & nos de eo duo contem-
plabimur. Primùm, an, si excommunicatus sit, constitui procurator debeat, deinde, si consti-
1 tuatur, an constitutio firma sit, & ab ipso gesta valeant. † Quò ad primum igitur breuiter con
cludimus procuratorem huiusmodi constitui non debere; quandoquidem omnis actus ei pro-
hibitus est, qui sine hominum communione fieri non potest arg. cap. illud de cler. excommun.
2 min. & cap. pen. de sent. excommun. & vt nos alibi diximus. † Quò ad alterum autem an, si ni-
hilominus constituatur; eius constitutio ualeat, planè ipsam valere Innoc. ait in cap. veritatis
num. 1. in verb. Excommunicationem, & nonnulli asserunt, vt inquit Abb. in eod. cap. veritatis
num. 35. de dol. & contum. quorum sententiam sequitur etiam Dec. in cap. post cessionem. nu.
23. vers. Nec obstat de probat. eandem vti verissimam ego quoque amplector; tum quòd pro-
curatoris constitutio contractus quidam est, & omnis contractus ab excommunicato initus va-
let, vt DD. communiter concludunt in cit. cap. veritatis, & nos in seq. cap. id disputabimus; tum
quòd à iudicio tantùm excluditur, & eius constitutio non valet, vt supra vidimus, ergo extra
iudicium secus arg. cap. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. Contrariam tamen sen-
tentiam amplexatus est ibi Abb. nam excommunicatus, vt ait ipse, quasi contrahere non po-
test; à iudiciis enim excluditur ob cap. decernimus de sentent. excommun. lib. 6. cum simil. &
in iudicio quasi contrahitur arg. l. 3. ff. de pecul. ergo multò minùs contrahere poterit, ac pro-
pterea nec procurator constitui: hæc Abb. quem sequitur Socin. sen. in cap. sacris. nu. 415. vers.
& prædicta procedunt de sent. excommun. at qui ratio hæc, quod & Dec. animaduertit, propo
sitam sententiã non tollit, idcirco enim hic ad iudicia procurator constitui non potest, quoniam
in iudiciis excommunicatus esse prohibetur ob cit. cap. decernimus; fine igitur prohibito, &,
quæ ad ipsum finem ducunt, prohibita esse existimantur arg. l. oratio. ff. de spons. secus autem in
ijs, quæ extra iudicium fiunt; à priori sententia igitur non discedemus, ex qua etiam probatur
3 ab ipsis gesta valere, quod & contemplandum nobis proposueramus. † Et hæc, quæ de pro-
curatore huiusmodi generatim diximus, de institore, ac magistro nauis dicta esse volumus.
Institor autem est is, qui negotiationi vniuersali in terris gerendæ ad lucrifaciendum propon-
tur; magister nauis autem naui præficitur, quò exportet, vt habetur in l. 3. & in l. institor. ff. de
institor. act. & in l. 1. §. magister. ff. de exercitor. act. & vt not. Ias. in l. creditor. §. si institor. ff. si
4 cert. pet. † Et ex his colligitur procuratorem ad negotia constitutum ab excommunicato vale-
re, vt dixit Viuius in Syl. commun. opin. opin. 651. in fine, vbi & opinionem hanc commun.

sensit;

sensit; sed de iudiciis hactenus, ad ea, quæ extra iudicium fiunt, & primò ad contractus ipsos veniamus.

De vsu communionis Christi fidelium excommunicato ipsi prohibito in contractibus, declaratione decimaquarta eiusdem effectus.

Cap. XX.

SVMMA.

1 *Contractus iniri ab excommunicato non debent.*

2 *Contrahendo excommunicatus peccat; & quid de iis, qui cum ipso contrahunt.*

3 *Votum facere excommunicatus potest.*

4 *Votum solemne excommunicatus facere non debet, factum tamen valet.*

5 *Professio facta ab excommunicato in aliqua religione valet, casu vno excepto.*



EGIMVS de iis, quæ ab excommunicatis in iudicio aguntur; iam de iis, quæ iidē extra iudicium gerunt, ac primùm de contractibus agamus: de quibus hæc contemplabimur. Primùm, an excommunicato contrahere liceat. Deinde, si contrahat, an contractus valeat. Tertiò, an ex contractu inito in excommunicatione excommunicatus agere possit. Postremò, quid de quasi contractibus.
1 † Quò ad primam quæstionem igitur, vt breuiter me expediam, dubitatione quippe caret, vniuersi, qui hac de re conscripserunt, excommunicato contrahere non licere sentiunt, atque in primis Marian.Socin.sen.in cap. si uerè.num.15. vers.Ex quo infertur de sent.excommun.Probatur autem communis hæc sententia hac potissimum ratione, quoniam nullus contractus iniri à nobis potest, nisi hominum communione vtamur arg.l.1.§. conuentionis, versic. Adeò autem.ff.de pact.& in Instit. in princ.de oblig. & vt hoc per se patet; at omnis actus excommunicato prohibitus est, in quo hominum communione vti necesse habet, vt pro regula hoc tradidit Abb.quem refert, ac sequitur Anchar.in cap.1.§.si quis.2.vers. Gloss. super verb. Communibus,ibi ponit tamen hic Abb.vnam regulam, & Gemin.eod.§.& versic.& Phil.Fran. in eod.c.1.in init.in ead.Gloss.ver. Item omnes alii actus de except. lib. 6.& probatur in cap. illud de cler. excommun. min.ergo inire contractus excōmunicato non licet,vt regulam constituamus. Quę regula locum sibi vindicat, etiam si excommunicatus nec denunciatus, nec notorius sit; non enim extrauag. ad euitanda quicquam ei prodest,vt in ipsa dicitur. Item,quòd contrahere non potest, quin delinquat arg.cit.cap. illud versic. Non vitare si quidem, ob eam rem puniri potest, vt qui hominum communione contra ecclesię prohibitionem vtatur; atque sic dixit Anchar.in cap.decernimus.num.8.versic.Non obstat.Host. de sent.excommun. lib.6.
2 & Phil.Franc.in c.1.in prin.vers.In contractibus verò de except. lib. 6.† Imò &, qui cum ipso contrahunt, peccant, vbi excommunicatus ille notorius, denunciatusuè est; non enim cit. extrauag. ad euitanda hic nobis excommunicati communionem cōcedit, atque sic dixit Viuius in Syl.commun. opin.opin.265.contrahere excommunicatus igitur non potest. Quare, si quis obligatus esset vendere excōmunicato, & ille peteret contractum fieri,potest excipere de excommunicatione, vt dixit Mar.Soc.sen.in cap.sacris.num.463.versic. Ad tertium argum.de sent. excommun. Excipitur tamen, vbi necessitas vrget, vt potè famis; tunc enim, quæ ad uictum necessaria ipsi sunt, quacunque contractus specie parare sibi potest; nam, quod iure licitum non est,necessitas licitū facit c. quod non est,& ibi not.Gloss.de reg. iur.& in cap.sicut 32. q.4.Gloss.& DD.in cap.querelam de iureiur.Secundò excipitur,vbi hominum cōmunione non vtitur; cessat enim tunc communio,ac propterea,& prohibitio arg.cap.cùm cessante de appell.
3 & l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patron.† Vouere igitur excommunicatus poterit;votum enim contractus quidam est, quo quis obligatur Deo arg.eorum,quæ dixit Abb.in cap.literarum de
4 uoto,& Nauar.in Man.cap.12.num.24.† Atqui, quòd voti mentionem hic fecimus, an solemne votum facere excommunicato licebit? Planè concludendum est hoc ei non licere; nam votum huiusmodi duobus modis fit, aut per sacri ordinis susceptionem,aut per professionem expresse, tacitouè factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam probatis, vt dicitur in c.

vn.de

vn. de voto lib. 6. ac excommunicatus nec ordines sacros, nec minores suscipere debet arg. c. cùm illorum de sent. excommun. & vt nos probauimus cap. 7. in hac Tab. non itidem in religionem ingredi, professionemque ibi facere atg. cit. c. cùm illorum. Verum an, si ordo ei nihilominus conferatur, eum suscipiet? item si professionem faciat, an professio valebit? Quò ad ordinem sine dubitatione asserendum est ab excommunicato ipsum suscipi, vt id probauimus eod. 5 c. 7. §. 2. † Quò ad professionem itidem concludimus eam factam valere; nam sic asserit Abb. in cit. cap. cùm illorũ. nu. 4. vers. Quintò noto, & Inn. in verb. Prælatis, & Felin. nu. 5. vers. Nota, vbi quamplures idem sentientes refert, & Rebuff. in repet. cap. postulastis notab. 1. num. 16. de cler. excommun. min. & Gemin. in cap. decernimus. num. 7. vers. Item valet professio, & Anchar. eod. num. & vers. de sent. excommun. lib. 6. & Archiep. Florent. in tract. de cens. cap. de caus. fin. vers. Septimò excommunicatus, & Marian. Socin. in cap. sacris. num. 118. de sentent. excommun. communisque doctorum sententia hæc est; etenim obligatio quædam est, ac propterea valet. Receptio igitur excommunicati in monacum, ac professio ab eodem facta valet; nec peccabit eum recipiens, si excommunicationis inscius eum recepit, secus si sciens, vt dixit Rayn. quem sequitur Archid. vt refert Socin. eod. quamuis nonnulli contrarium sentiant, quorum sententia mihi nõ probatur; quandoquidẽ à contumacia discessisse non videtur. Excipitur tamen, vbi per rescriptum receptus est; nam tunc professionem factam non valere dixit Cald. quem refert, ac sequitur Gemin. in cap. 1. num. 18. de rescript. lib. 6. & Felin. in eod. c. cùm illorum. num. 5. & Marian. Socin. in eod. cap. sacris. num. 174. ex quo enim rescriptum nullum est ob cit. c. 1. de rescript. & receptio, ac professio eiusdem rescripti virtute facta nulla erit arg. cap. accessorium de reg. iur. lib. 6. quamuis professionem generatim factam valere quidam senserit, vt inquit Gemin. eod. sed de quæstione hac satis, ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Contractus ab excommunicato initus valet; quæ regula etiam declaratur.*

1.

§ † Altera quæstio est, an contractus ab excommunicato initi valeant. In qua quæstione variæ sunt Doctorum sententiæ. Quarum prima est Innoc. in c. veritatis de dol. & contum. & in cap. si verè de sent. excommun. vt scilicet contractus ab excommunicato initi valeant. eam sequitur Abb. in cit. cap. veritatis. num. 35. vbi alios idem sentientes refert, & ibi quoque Bald. num. 8. & in eod. cap. si verè. num. 8. vbi quoque Felin. & ibi vterque communiter receptam testatur, sicut etiam Viuius in Syl. commun. opin. opin. 265. & Couar. in c. alma pars. 1. §. primus num. 9. vers. Qua in re illud est in controuersia de sent. excommun. lib. 6. & Mar. Soc. iũn. in cap. sacris. nu. 456. cum multis seq. vbi q. hanc disputauit de sent. excommun. & communiorem dixit. num. 454. eandem sequitur idem Abba. in c. significasti. nu. 4. de eo, qui dux. in matr. quã poll. per adult. & Phil. Franc. in c. 1. in prin. vers. In contractibus verò, & Gem. in eod. §. quis 2. nu. 8. & Anchar. eod. de except. lib. 6. & Rebuff. in c. postulastis. notab. 1. num. 15. cum multis sequẽ. de cler. excommun. min. vbi & de communi sententia testatur, & Ioann. de Lign. de censur. eccl. §. decimus quintus, & Rot. decis. 5. de concess. præb. in nou. & perpulchra Add. ad Capell. Tholos. vbi & opinionem hanc communem ait decis. 143. & Paul. de Castr. in l. sicut §. in decurionibus. num. 2. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, & Alex. in l. si quis arbitratu num. 22. ff. de verb. oblig. qui & ipsam magis communiter receptam esse inquit, sicut etiam Io. Bapt. à Villalobos in lib. commun. op. in verb. Excommunicatus. num. 122. hanc demum sententiam sequitur Fed. de Sen. consil. 74. incip. Vetus querela, & Thobias Non. consil. 53. num. 13. cum seq. Probatur autem communis hæc sententia primò hac ratione, quoniam donatio, & matrimonium ab excommunicato inita valent, vt probatur in cap. inter dilectos de donat. & in cap. significasti, de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult. at matrimonium, & donatio contractus sunt, vt per se patet; ergò contractus ab excommunicato initi valent: ad hanc rationem responderi potest, ex quo speciatim de duobus illis contractibus id cautum est, in reliquis contrarium esse arg. cap. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. idque merito, duo enim hi contractus gratiosi admodum sunt, vt de matrimonio probatur in cap. fin. de re iud. & ex ijs, quæ tradidit Felin. in rub. num. 15. vers. Postremò vt ista, de spons. & de donatione in l. si quis argentum. §. fin. C. de donat. mirandum igitur non est, si contractus hi valent. Secundo loco pro hac sententia sic argumentantur, si contractus ab excommunicato initi non valerent,

frustra

frustra speciatim de hæreticorum contractibus id caueretur; satis enim ipsos non valere constaret, ex quo heretici excommunicati sunt ob cap. excommunicamus 1. & 2. de heret. at speciatim de ipsis cautum est in eod. cap. excommunicamus. §. credentes iunct. Gloss. in verb. Sit etiā intestabilis, & in l. manicheos. C. eo. ergò ab aliis excōmunicatis initi cōtractus valent, exceptio enim facit regulam in contrarium arg. l. nam, quod liquidæ. §. pen. ff. de pen. leg. ad hoc argumentum etiam respondetur, ob eam rem contractus ab hæreticis initos non valere, quoniam hæretici ipso iure suis bonis priuati sunt, vt habetur in cap. cùm secundum leges, & in cap. 2. §. fin. de hæret. lib. 6. exceptio igitur illa ad hæresim, & non ad excommunicationem respectum habet. Tertiò pro hac sententia citatur celebre cap. fælicis. §. cùm autem de pen. lib. 6. vbi excommunicatus absolutus pro contractibus in excommunicatione initis agere posse dicitur; ergò contractus excōmunicati valent: hoc ius etiam ad rem facere non videtur; quandoquidē id ei ex pietate potius quadam condonatū est, vt ꝓbat hoc ibi versiculus ille Indulgeatur ei licentia. Quartò Abb. ratione hac vtitur, acta in iudicijs actore excommunicato valent, nisi excludatur arg. cap. 1. de except. lib. 6. & in iudicio quasi contrahitur arg. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. ergò multo magis extra iudicium initi contractus ab excommunicato valebunt arg. c. licet de sent. excommun. lib. 6. hæc ratio necessariò non concludit; nam nec contractus ergo valebūt, si excommunicatio ei obijciatur, quod contingit, vbi in iudicio agit, Quintò dicit idem Abb. contractus à iure gentium sunt, vt habetur in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & deportatis non prohibentur arg. l. quidam. ff. de pæn. ergò multò minùs ipsis excommunicatis, ex quo deteriori conditione deportati sunt ipsis excommunicatis; hæc ratio mihi etiam non satisfacit; nam deportati hominum communione non carent, quæ communio ad contractus ineundos postulatur, excommunicati verò ea priuati sunt arg. cap. illud. de cleric. excom. ministr. quamuis ergò deportati aliàs deteriori conditione sint (quod tamen non conceditur ob damna, quæ patitur excommunicatus) hoc tamen casu meliori conditione sunt ipsis excommunicatis, qui hominum communione carent. Sextò citat Inno. c. quoniam multos. 11. q. 3. vbi permittitur nobis necessitate impellente ab excōmunicatis, quæ ad victum necessaria sunt, camparare, & citat c. si verè. de sent. excom. quæ duo iura communem opinionem non probāt; non cit. c. quoniā multos, quandoquidē speciatim ibi ob necessitatem concessum est, ne quis fame pereat, & facit c. quod non est licitum de reg. iur. non c. si verè, quandoquidem contractus ante excommunicationem ibi initus erat; ac planè iura hæc allegari non merebantur. Postremò pro hac sententia sic dicit Felinus si contractus ab excommunicato initus non valeret, delinquendi materia daretur, contingeret enim, quò contractus nullus esset, quem à iudice impetrare, vt quis excommunicaretur, quod absurdum est: hæc ratio quanti valeat, nemo non videt; nam primò est contra c. dudum. in fin. iunct. Gloss. fin. vbi quilibet bonus existimatur, & contra c. vn. iunct. Gloss. fin. de scrutin. item dolus præsumeretur contra l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. postremò esto, id fieret, tamen & contra iudicem remedium habetur in c. sacro. de sent. excom. & c. 1. eod. lib. 6. immo & contra eum, qui iniuria eum excommunicandum curauit arg. cap. 1. §. quòd si non probauerint. de except. lib. 6. apparet igitur per hæc cōmunē opinionem non probari; Quare contrariam opinionem amplexatus est Host. vt. s. contractus non valeat, quatenus pertinet ad ipsum excōmunicatum. Probatur autem opinio hæc primò hac ratione, quia excommunicatus contrahendo hominum cōmunioni se miscet contra c. pen. de sent. excom. & c. Engeltrudam. 3. q. 4. ac propterea contra legem facit; ergo eius gratia, & ad suum commodum contractus ab ipso initi non valent; acta enim contra legem, etiam si lex id non dixerit, nulla sunt, vt dicitur in l. non dubium. C. de legib. & in c. quæ contra ius. de reg. iur. ex his enim contractibus ciuilis obligatio non oritur, & naturalis inficitur excommunicatione: hęc ratio opinionem Host. non probat; primò, quia lex non expresse prohibet excommunicato contractum, & ita non resistit contractui ab excommunicato inito, quo casu locum habet cit. l. nō dubiū, & tunc nec ciuilis, nec naturalis obligatio nascitur, vt sensit Bar. in l. si non sortem, ff. de cōd. ind. & Add. ad eum in litera A. incip. Quæro qū lex resistit, sed simpliciter extra ecclesiæ cōmunionem excommunicatus eicitur; ergò contractus & in excōicati cōmodum valere debet, vt inquiunt Bar. atq; alij in cit. l. non dubiū: præterea prohibita est cōmunio cum excommunicato sub excommunicationis minoris pœna, ergo contractus ab excommunicato initus valere debet; vbi enim lex quidpiam sub pœna prohibet, si fiat, illud valet, sed in penā faciens incidit, vt dixit Cyn. & alij in cit. l. non dubiū; & pertinent huc dicta à Gemin. in c. statuimus. num. 9. de sent. excom. lib. 6. accedit, quòd, vt animaduertit Abb. in eod. c. veritatis. num.

num.17. nec ex eius parte, qui excommunicatus non est, contractus valere deberet, quoniam & ipse peccat, ex quo excommunicati communione vtitur contra c. sicuti Apostoli cum tribus seq. 11.q.3. etsi ob extrauag. ad euitanda hodie id semper non contingeret; non igitur ratio hæc propositam opinionem probat. Secundo loco dicit Host. excommunicatus ipsi debita ex contractu ante excommunicationem exigere non potest arg.c. decernimus. de sent. excomm. lib.6. ergò multò minùs nouos contractus inire, aliosq; sibi obligare poterit: ad hoc argumentum respondet Abb. etsi excommunicatus contrahere non potest, contractus tamen initos valere arg.l.patre furioso.ff.de ijs, qui sunt sui, vel alien.iur. hæc responsio argumentum mea sententia non tollit; nam, si debitum ex contractu ante excōmunicationem exigere deinceps excommunicatus non potest, & ita contractus validi quodammodo per excommunicationē consequentem tolluntur, multò magis contractus, qui in ipsa excommunicatione fiunt, tolli debēt arg.cap.quemadmodum.de iureiur. ego igitur ad argumentum aliter respondens dico per ipsum communem opinionem magis confirmari; nam, esto, debiti exactio ipsi excommunicato prohibeatur, si tamen exactio fiat, ipsa valet arg.c.1.de except.lib.6.ergo & in casu nostro, etsi contrahere excommunicatus non potest, contractus tamen ab ipso initi valebunt; ratio enim, quamobrem excommunicatus non exigit, quod ipsi debetur, eadem, & ne contrahat, ipsum prohibet, cōmunionis.s.hominum priuatio; ergo idem in vtroq; casu statui debet arg.cap.cùm dilecta.de confirm.vtil.vel inutil.& l.illud. ff.ad l. Aquil. Tertiò dicit quoq; Hostien. si contractus ab excommunicato initi valerent, deterior fieret, & censura ecclef. non timeretur, contra cit. cap. 1. de except. Abb. hoc non consequi respondet; quandoquidem ex contractu sepius damnum percipitur: præterea excommunicatio medicina est; ergo naturalem consensum in contractibus impedire non debet: hæ responsiones mihi non quadrant; non prior, esto,n.damnum consequatur, non tamen vitio contractuum id contingit, quandoquidem ab ipsis vtilitas potius, ac commodum proficiscitur,& necessitatibus hominum subuenitur, quamobrem contractus inuenti sunt, vt habetur in §.ius autem gentium.in Instit.de iur. nat. gent. & ciuil. non posterior de medicina, quandoquidem à contumacia celeriùs discedet. Ego igitur aliter responderem, s.non ob hăc rem excommunicatos deteriores fore; quandoquidem non facilè inuenient ob animæ salutem, qui cum ipsis contrahant; præterea, si deteriores fient, alijs pœnis afficientur arg. c.2. de re iud. lib. 6. Vnde postremò citatur l.apostatarum.C.de apost. & cap. quoniam.11.q.3.nam in priori iure apostatas nec donare, nec emere posse dicitur, & apostatæ excommunicati sunt; in posteriori verò iure cum excommunicatis contrahi nobis solùm permitti, vbi in ipsorum terris sumus, aliundeq; necessaria nobis comparare non possumus, ergo aliàs prohibitum esse cum ipsis contrahere videtur arg.c.non ne.de præsumpt.cum sim. Atqui neq; iura hæc communē opinionem tollunt; non cit.c.qm,nam ibi non agitur,an contractus cū excōicato initus valeat,sed declaratur quando cū eo quis contrahens non peccet, vbi.s.aliunde ad vitā necessaria cōparare non possumus, & ita pro certo potius habetur contractū ab excōicato initū valere, quamuis peccetur; non deniq; l.apostatarum, tùm q.cùm speciatim in eo casu id cautum sit, pro regula contrariū habebimus arg.l.nam, quod liquidæ §.pœn.ff.de pœn.leg. tùm q ab apostatis initi contractus non valent, quoniā ob sceleris immanitatē suis bonis priuati sunt, qua pœna excommunicatus non afficitur, sed rerum suarum dominium retinet; ergo inde ad excommunicatum duci argumentum non potest arg.l. Papinianus exuli.ff.de mino. opinio igitur hæc his rationibus non nititur. Tertia fuit opinio Cald.qui has opiniones hac ratione conciliare nitebatur, vt.s.communis opinio locum habeat, vbi contractum de re sua quis inijsset; posterior autem, vbi de re ecclesiæ ob c.veritatis.de dolo, & contum. cuius diuisionis posterior pars non consentit opinioni Host.quandoquidem secundum hanc sententiam quò ad non excommunicatum contractus valeret, quod est contra cit.c.veritatis. Quid igitur concludendum? Ego à communi opinione discedendum non esse censeo,vt.s.contractus ab excommunicato initus etiam ad excommunicati commodum valeat; quam opinionem, & his rationibus probò. Primùm, quoniam ecclesia communionem excommunicato prohibet, quatenus ecclesiæ communio est; id quòd hinc probatur, quòd excommunicatio priuat nos primò vsu cōmunionis Sacramentorum, vt dicitur in c.pœn. de sent. excom. & in c. Engeltrudam. 3. q. 4. & communio huiusmodi ecclesiæ solius est, vt per se patet; item priuat vsu communionis Christianorum arg. cap. 3.11.q.3.& c.nihil sic deber.ead.q. nam in c.3. quædam, quæ excommunicata erat, ab omni contubernio Christianorum sequestrata dicitur; & in c.nihil à Christi corpore excommunicatum separari etiam dicitur, Christi autem corpus huiusmodi ecclesia est, vt habe-

habetur in eod. c.Engeltrudam. ergo, ex quò excommunicatus ab ecclesia separatur, à communione Christianorum separatur; nil aliud enim ecclesia est, quàm populus fidelis per vniuersum orbẽ dispersus, vt tradidit S.August. quem refert Cat.in explicatione eius partis Symboli Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam; quamobrem etiam fit,vt,qui Christi fidem baptismi susceptione professus est,excommunicari non posit, vt probauimus in Tab. I. priuat igitur excommunicatio nos ecclesiæ communione, quatenus ecclesiæ communio est. At contractus inire ecclesię communio propriè non est, nec de iure huiusmodi ecclesiæ: nam, si de iure, atq; communione ecclesiæ hoc esset, qui Christiani non sunt, contrahere non possent; quandoquidem eorum,quæ sunt eccl. baptismo excepto,participes non fiunt,qui in ecclesiam recepti non sunt, vt declarauit Catechis. in expositione eius partis Symboli Credo sanctorum communionem; non igitur contractus inire de cõmunione ecclesiæ est,sed de iure gentium, quo iure contractus inuenti sunt, vt dicitur in §.ius autem gentium.in Instit.de iur.nat.gent. & ciuil. & in l. ex hoc iure.ff.de iust.& iur.ex quo igitur de iure ecclesię propriè non est, ac propterea ad communionem ecclesiæ non pertinet, ob eam rem per excõmunicationem ecclesia contractus non tollit, quamuis,quòd Christiani contrahere inter se nequeunt, nisi ecclesiæ communione vtantur, ob eam rem excommunicati,& qui cum ipsis contrahunt, peccent, vt habetur in c.illud.de cler.excom.min.& in c.sicut.cum trib.seq. 11.q.3. Et hæc est ratio, quamobrem in c.significasti. de eo, qui dux.in mat.quam poll.per adult. quod pro hac opinione citatur, Rom.Pont. solùm considerauit, quò ad eius matrimonij validitatem, an impedimentum criminis adesset, non autem excõmunicationẽ,qua contrahens constrictus tenebatur; quippe,qui optimè nosset matrimoniũ nõ tantũ sacramentũ esse, sed & contractũ,&quatenus contractus est, de iure gent. esse, sicut & nos probauimus in cõment.nostro de matr.cap.15. ac propterea inde ad hanc sententiam ratione hac argumentũ duci potest. Idem fecit Rom.Pont. in c.inter dilectos.de donat. Et hæc ratio est, quamobrẽ ecclesia,vbi quempiam pœna huiusmodi afficere voluit,vt.s.cõtractus nõ valeret, speciatim id cauit, vt in c.excõmunicamus. 1.§.credentes.iunct.Gloss.fit etiam intestabilis,de hæret.nam cõmuni iure ab excõmunicatis contractus initi valent. Hæc ratio itidem est, quamobrem testamenta ab excõmunicatis facta valent,quod probabimus in seq.cap. nam nec testamenti factio ad ecclesiæ communionem propriè pertinet; sed de iure gentiũ est, vt de communi sententia testatur Ias.in repet.l.cunctos populo.nu.89.C.de sum.Trinit.& Anton.de Butr.& Sicul.in rub.de testam. quamobrẽ etiã factũ est,vt,vbi testamentũ valere noluit, id etiã speciatim eccl.cauerit,vt in eod.c.excõmunicamus.1.§.credentes,& in c.felicis.de pœn. lib.6. id quod,& de iudicijs dicimus arg.c.1.de except.lib.6.iunct.c.ad probandum.de re iud. in antiq. Hęc demum ratio est, quamobrem S. Thom. in quodlibet 11. artic. 9. dixit quem duob. modis cum excommunicato communicare,s.directè, & indirectè; directè, vbi quis cõmunicat in ijs, quæ propriè ad ecclesiæ communionem pertinent,vt in diuinis,ac spiritualibus, & sic in ijs, quæ sunt fidelium; indirectè autem, vbi quis communicat in iis, quæ sunt hominis, sicut in verbo, & in cibo,& in ijs, quę sunt humanæ conuersationis, cuiusmodi contractus sunt, vt diximus: ac propterea ibidem ait idem S. Thom. in priori casu mortiferè peccari, non autẽ in secundo,nisi contemptus interueniat; quandoquidem in priori fit directè contra præceptum ecclesiæ, in posteriori præter. Idẽ quoq; sensit Nauar.in Man.cap. 27. in fin. & D.Diony. Cartus. d. 18. q. 4. vers. Ad secundum respondet, ibi porro præceptum lib. 4. vbi ait communicare excommunicato in spiritualibus tantùm mortiferè peccari, aliàs non, quoniam præceptum ecclesiæ directè concernit spiritualia, & ex consequenti actus legitimos; ac propterea in priori contra præceptum fieri, in posteriori præter, atque idcirco in hoc leuiter, in illo mortiferè peccari, idem ait quoque S.Thom.in cit.loc. quem refert,ac sequitur Gabriel.Biel.d.18. q.2.art.1. vers. Ad tertium, quòd excommunicans. lib. 4. Hinc è contrario, quòd ad ecclesiæ communionem propriè pertinent ipsæ postulationes, electiones,præsentationes,institutiones, ad beneficia ecclesiastica,ob eã rem pasiuè factæ nullæ sunt, sicut etiam actiuè in aliquibus,vbi ab occulto excõmunicato factæ sunt,vt antea suis locis vidimus. Quare Rom. Pont.in c.pastoralis.§.fin.de appell.excõmunicato prouentus ecclesiasticos ob eam rem subtrahendos meritò ait,quoniam ecclesiæ cõmunio ei denegatur: nec facit,si dicatur,ergo sacramenta,quę ecclesiæ propria sunt, ab excommunicatis suscepta, tribut auè nulla esse omnia deberent,& tamen contrarium in non nullis supra conclusimus; nam respondeo, etsi quò ad susceptionem,administrationemq; ad ecclesiam propriè pertinent, quò ad institutionem tamen de iure diuino sunt, ac propterea eą valẽt, ad quæ recipienda, administrandaq; per excõmunicationem inhabilis quis

omninò non redditur, atq; sic ét dixit Nauar. eod. Quò ad ecclesiæ communionem igitur propriè, ac directè contractus non pertinent, & ob eam rem, nisi aliud speciatim iure caueatur, ab excommunicato initi & ad suum commodum valent; & hæc ratio germana mihi esse videtur, & ex natura, ac medullis rei deprompta, quam perobscurè tetigisse videtur Couar. in cap. alma. par. 1. §. 1. num. 10. vers. Contractus tamen valet. de sent. excomm. lib. 6. & apertiùs eod nu. 1. vers. Hinc deducitur, ibi enim ait per Euangelicam legem prohiberi communionem cum excommunicatis in ijs, quę ad diuina pertinent, in alijs autem lege humana; tetigit eam quoque Mart. Alfon. de Vìual. in Candelab. q. 5. de excom. maior. nam ibi inquit excommunicationem & ciuili communione priuare, quæ etiam est communis alijs gentibus, qualis est communio in contractibus, & in commercijs; & ob eam rem communionem hanc propriè fidelium non esse, quatenus fideles sunt. Confirmatur secundo loco communis opinio per hęc, quæ diximus, per duas. s. doctrinas, & primùm per eam, quòd, vbi legislator expresse aliquid nòn prohibet, & actui non resistit, si illud fiat, valet, vt inquiunt Bart. & alij in cit. l. non dubium. C. de legibus, quod in casu nostro est: deinde per aliam, quòd, vbi lex quidpiam sub pœna prohibet, si illud fiat, tamen valet, vt tradidit Cyn. ac reliqui in cit. l. non dubium; contractus igitur ab excommunicato initi & ad eius commodum valent. Excipitur tamen primò, vbi speciatim contrariũ cautum est, vt in eo c. excommunicamus. §. credentes. iunct. Gloss. in ver. fit etiam intestabilis. de hæret. Secundò excipitur, vbi contractus ratione publici officij initus est; nam non valet, si contrahens excommunicatus notorius, denunciatusuè sit arg. c. ad probandum. de re iud. atq; sic sensit de Prælato, tutore, curatore, & similibus Mar. Soc. sen. in c. sacris. nu. 467. de sent. exc. & Gabr. Biel. d. 18. q. 2. art. 3. vers. Item non valent contractus. lib. 4. Tertiò excipitur, vbi ob id crimen excommunicatus est, quod ipsum inhabilem ad contrahendum reddit, vtpotè ob hæresim, tunc enim bonis ipso iure priuatur, vt habetur in c. cùm secundum leges. de hæret. lib. 6. Postremò excipitur contractus, per quem quis obligatur communicare ipsi excommunicato; nam, quòd contra excommunicationis naturam est, ob eam rem non valet, vt dixit Soc. in eo. c. sacris. nu. 489. sed de quæstione hac satis, ad tertiam veniamus.

SVMMA.

1 *Contractu inito per excommunicatum, ex eo agere non potest, quamdiu excommunicatus est.*

2 *Iureiurando qui promisit aut excommunicato, aut ei, qui deinceps in excommunicationem incidit, se daturum quidpiam, soluere ei promissum non debet, quamdiu excommunicatus est; quæ regula non nullas exceptiones patitur.*

II.

1 §. † Tertia quæstio est, an excommunicatus ex contractu in excõmunicatione inito, ex quo, & ad suum commodum valet, vt proximè asseruimus, agere possit. Et communiter concluditur, quamdiu excommunicatus est, ipsum agere non posse; sic enim dixit Inno. in c. veritatis. num. 2. eum seq. & sequitur eum ibi Abb. num. 35. & Sicul. de dol. & contum. & Phil. Fran. in c. 1. in initio vers. In contractibus verò, & Anch. in §. si quis. 2. vers. In fin. Gloss. prop. fin. & Gemin. eod. vers. de except. lib. 6. & idem Anchar. in c. decernimus. vers. Similis est altercatio. de sent. excom. eod. lib. & perpulcra Add. ad Capell. Tholol. decis. 143. & Nicol. de Milis in suo repertor. in verb. excommunicatus non perdit propter excõicationem: idq; meritò, nam nec ex contractibus ante excommunicationem initis excommunicatus agere potest arg. c. decernimus. de sent. excom. lib. 6. & vt nos probauimus cap. 15. in initio in hac Tab. non est igitur, q̃d hac de re dubitemus. Excipitur tamen, vbi aduersarius ab excommunicato peteret, quod ex contractu ipsi debet; nam & è contrario, quod ipsi excommunicato ex eodem contractu debetur, præstandum est, si excommunicatus velit, vt dixit Inno. in c. si verè. de sent. excom. quem DD. communiter ibi sequuntur, & citati à me proximè eisdem in locis: quæ quidem exceptio dubitationem non habet; quandoquidem hoc est se defendere, quod excommunicato permittitur arg. c. intelleximus. de iud. & c. cùm inter. de except. & vt nos egimus cap. 16. §. 1. in hac
2 Tab. Postremò excipitur post absolutionem, quod etiam dubitatione caret. † Verùm quid, si iureiurando promisi me intra talem diem centum tibi daturum, interim verò in excommunicationem incidas; an, ne periurus sim, intra dictam diem ea centum tibi excommunicato dare debeo? Hanc quæstionem disputarunt Gloss. in c. nos sanctorum. 15. q. 6. & Inno. in eod. cap. veritatis. nu. 3. & Abb. n. 39. Inno. consuluit promissum dandum esse, etiam, si simpliciter quis promisit

promisisset; & hanc opinionem sequitur Gloss. in eod. c. nos sanctorum, & Phil. Franc. in c. 1. in princ. vers. In contractibus. de except. lib. 6. & Archid. & Pisan. & S. Thom. quos refert, ac sequitur Syl. in ver. excommunicatio. 5. n. 20. probatur autem sententia hæc ab Inn. his rationibus. Primò, quoniam iusiurandum hoc sine salutis interitu seruari potest; ergò seruari debet argu. c. si verè. de iureiu. ad hanc rationem ipsemet Inn. respondet, contrarium verius videri; quoniam, ex quo excommunicatus est, cum ipso versari quis nõ debet ob c. sicut Apostoli. 11. q. 3. alioquin peccat arg. c. sacris. de ijs, quæ vi, metusuè caus. fiunt: hanc responsionem vti verissimã ego sequor, quandoquidem ipsa nec replicatione Inn. tollitur. Secundò sic argumentatur Inno. nobis licet ab excommunicatis emere, & eisdem vendere, & contrahere pro nostra necessitate, vt habetur in c. si verè, & in c. inter alia. de sent. excom. item ex pietate aliquid excommunicato dare ob cap. quoniam multi. in fin. 11. q. 3. ergo & per consequens ea facere licebit, quæ in contractibus conuenimus; hæc ratio mihi non placet; nam, si ob necessitatem id nobis licet, id propterea fit, quòd necessitas legi non subijcitur ob c. quod non est de reg. iur. præterea, si necessitate hoc licet; ergò aliàs secus arg. c. nonne. de præsumpt. item, si causa pietatis permittitur nobis aliquid excommunicato dare, hoc locum habet, vbi vrgetur inopia, vt probatur in eod. c. quoniam. in fin. ibi In sustentationẽ humanitatis; ergò secus, si inopia non prematur. Tertiò, si contrarium vellemus, dicit Innocen. ansam periurijs ecclesia daret contra citat. c. si verè, & fraudem faceret, ac mendacium fingeret, quod etiam absurdum est arg. c. cùm humilitatis. 22. q. 2. cum alijs citatis ab eodem ibi: hæc ratio etiam non facit; nam ecclesia nec fraudem, nec mendacium fingit, sed vtriq; consulit; excommunicato, quoniam hac ratione à contumacia celeriùs resipiscet, & suum interim non amittet, sed absolutus illud recuperabit; debitori autem, quòd nec peccabit, nec in excommunicationem minorem incidet, ex quo excommunicati communione non vtitur: nec periurus erit, quandoquidem sine salutis interitu iusiurandum seruari non potest, quo casu ad ipsum seruandum non obligamur arg. c. si verò. de iureiur. Quartò dicit Innocẽ. seruiens alicui, si in excommunicationem deinceps ille incidat, seruire tamen ei debet, ex quo obligatus est, vt dicitur in eod. c. quoniam multi, & in c. inter alia. de sent. excom. ergò & debitor, quod debet, soluet: hæc ratio etiam propositam sententiam non probat; nam ob eam rem seruus seruiendi obligatione non liberatur ob domini excommunicationem, quoniam speciatim id ecclesia cauit in cit. c. quoniam multi, & in c. inter alia, quod non fecit in debitore, excommunicato creditore, sed contrarium potius voluit, s. exigi tunc non posse, quò à contumacia discedat arg. cap. decernimus. de sent. excom. lib. 6. iunct. c. 1. de except. eod. lib. alioquin improbandum hoc esset, ex quo statutum est, vt excommunicatus actor à reo per exceptionem excludatur: præterea seruis excommunicatus etiam post excommunicationem eget: item de commodo seruorum agi quoque põt, atq; idcirco ecclesia id permisit; at non ita creditor eo, quod ipsi debetur; sic enim & excommunicato egenti aliàs subuenitur arg. cit. c. quoniam multi. in fin. & vt suo loco id probabimus. At inquier quispiam, creditor suo fortasse eget: hoc nihil est; nam, quod tunc necessitas legi non subijcitur ob c. quod non est. de reg. iur. ob eam rem licitè ei à debitore soluetur, quippe quia huiusmodi egentibus de nostro subuenire etiam debemus arg. c. pasce. d. 86. Quintò addit Innocẽ. nos debemus apostatis de omnibus suis iuribus respondere arg. c. Iulianus, & c. Imperatores. 11. q. 3. & hi excommunicati sunt, ergo & alijs excommunicatis suum præstabimus: ad hæc iura respondetur ipsa correcta esse per c. nos sanctorum cum seq. 15. q. 6. quibus iuribus probatur per excõicationem debitũ fidelitatis ipso facto suspendi; addo ego ibi agi, vbi necessitate belli premebatur Imperator, quo casu potest, ne suum amittat, se & per alios tueri arg. c. cùm inter. de except. at hic extra necessitatem sumus. Postremò pro hac sententia Gloss. in cit. c. nos sanctorum, allegat cap. debitores. de iureiur. vbi, qui vsuras iureiurando se soluturum promisit, soluere ipsas debet, quamuis soluendæ non sint, & solutę recuperentur; ergò idem hic: hæc ratio nihil etiam facit; nam cum vsurarijs versari non prohibemur, sicut cum excommunicato. Quare, cùm nullis rationibus opinio hæc nitatur, contrariam, vt debitor hic soluere non debeat, amplexati sunt nonnulli, quos refert Abb. & sequitur in eod. c. veritatis. quamuis diuisione quadam vti videatur, idem Abb. in c. fin. & ibi Gloss. de hæret. & in c. inter alia. in fine, & ibi etiam Felin. & Angel. in verb. excom. 8. nu. 12. & Supplem. & Roscel. relati à Syl. eod. 5. nu. 21. & Iaco. de Graff. c. 13. nu. 2. lib. 4. Decis. casuum conscient. & Viuius in syl. com. opin. opin. 262. nu. 4. Probatur autem primò hac ratione, quoniam per me non stat, quò minùs præstem, quod tibi debeo, sed per te, quo cum ne verser, ecclesia prohibet. Præterea faciunt allegata per Gloss.

De vsu communionis Christi fidelium excommunicato ipsi prohibito in vltimis voluntatibus, declaratione decima quinta eiusdem effectus. Cap. XXI.

SVMMA.

1 *Testamentum excommunicatus facere non potest.*
2 *Testamentum ab excommunicato factum an valeat.*
3 *Testamentum faciens excommunicatus peccat.*
4 *Testes, qui excõmunicati testamento intersunt, peccant, si testator ille publicus, denunciatusuè sit.*
5 *Codicilli ab excommunicato facti valent.*
6 *Legata, ac fideicommissa ab excommunicato facta valent.*



EGIMVS de contractibus; iam de vltimis voluntatibus agamus: de quibus tria hæc in primis contemplabimur, primùm an excommunicatus testamentum facere posit, & ab eo factum an valeat; deinde, an hæres institui posit; postremò, an hæreditatem adire, legataq; capere queat. † Quò ad primam quæstionem igitur breuiter concludimus excommunicatum testamentum facere non posse; nam, vt sæpè diximus, excommunicato omnis actus prohibitus est, vbi hominum communione vti necesse habet arg. c. illud. de cler. excom. min. & vt probauimus in superiori cap. in initio, ergo testamentum facere posse ipse non debet; quoniã hominum communione vti necesse habet, rogandis testibus, ipsisq; præsentibus testamentum conficiendo, sicut habetur in l. hæredes palam. ff. de testam. & l. hac consultissima. C. eod. non est igitur, quod hac de re dubitemus. † Verùm an, si excommunicatus testamentum nihilominus faciat, illud valeat? Hæc planè quæstio maiorem dubitationem habet, quam disputandam hìc nobis proponimus; in hac igitur quæstione, quam Iuris Pontificij interpretes potissimum disputarunt in c. veritatis. de dol. & contum. & in c. decernimus. de sent. excom, lib. 6. & DD. in l. si quæramus. ff. de testam. & Marian. Soc. in c. sacris. 474. de sent. excom. cum multis seq. tres fuerunt Doctorũ sententiæ. Quarum prior fuit Host. in c. 1. de except. lib. 6. & Ioã. Mon. in c. quanquam. de vsur, lib. 6. & non nullorum aliorum, quos partim refert Gloss. & sequi etiam videtur in cit. c. decernimus. in ver. Et testificando, & partim Gabr. lib. 4. comm. opin. de testam. concl. 1. nu. 1. qui excommunicatũ testamẽtum facere non posse existimarunt, eam communem saltem apud Iuris Pontificij interpretes esse dixit Alber. in l. 1. nu. 4. C. de hæred. instit. eandem plurium, grauiorumq; autoritate fultam dixit Fed. de Sen. conf. 74. Probatur autem primo hac ratione, quia excommunicatus à communione ecclesiæ separatus est arg. c. pen. de sent. excom. & c. Engeltrudam. 3. q. 4. ergo omne legis beneficium, ac propterea testamenti factio interdicta esse ei debet: hæc ratio mihi non probatur, nam pro certo id ponit, de quo quæstio est; quæritur enim, an, ex quo quis excommunicatus est, ac propterea ecclesiæ communione caret, factionem testamenti amiserit; & hi factionem testamenti hunc non habere inquiunt, ex quo excommunicatus est. Secundo loco sic argumentantur, si excommunicatus testamentum facere posset, & hominum communione vti ei liceret; nam, vt testes ad testamentum adhibeat, ipsisq; præsentibus, vt illud faciat, oportet, sicut habetur in cit. l. hæredes palam, & in l. hac consultissima; at hoc est contra c. sicut Apostoli: cum trib. seq. 11. q. 3. & c. cùm desideres, & c. pen. de senten. excom. ergò testamentum facere non posse debet: hæc ratio itidem necessariò non concludit; nam nec in iudicio excommunicatus actor esse potest, & tamen acta valent ipso actore, si non excluditur ob c. 1. de except. lib. 6. ergo ratio hæc corruit arg. § pauonum. in Instit. de rer. diu. non enim probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse arg. l. non hoc. C. vnde legitimi, & l. neque natales. C. de probat. Tertiò dicunt, excommunicatus deportato similis est, ergo testamentum facere non potest; nam & deportatus hac facultate caret ob l. eius, cui. §. 1. ff. de testa. hæc ratio propositam opinionem etiam non probat, quandoquidem, quomodo deportato similis sit, non docent, nec id etiam queunt; nam deportati ciuitatem perdunt, vt dicitur in §. minor. in Instit. de capit. dimin. quam excommunicatus retinet, atq; sic tradidit Abb. in rubr. de testamen. Quartò videtur etiam ob id testamentum non valere, quia testes in minorem excommunicationem incidunt, ex quo excommunicato communicant, ac propterea idonei non videntur: hoc tamen etiam nihil est; nam minor excommunicatio non hominum communione, sed sacramentorum nos priuat, vt habetur in c. fin. de cler. excom. ministr. Hæ sunt potissimum

mum rationes, quæ pro hac sententia redduntur, quibus cùm ipsa non probetur, contrariam, vt excommunicatus facere testamentum posſit, & vt ab eodem factum valeat, amplexati sunt Innoc. in c. cùm voluntate. de sent. excom. & Abb. in c. ad probandum. nu. 9. vbi alios idem sentientes refert de re iud. & Gemin. & Anchar. in eod. c. decernimus, vbi quæstionem hanc disputarunt de sent. excomm. lib. 6. & Bart. in l. si quæramus. nu. 8. ff. de testam. & in Auth. credentes C. de hæret. & Bald. in l. 1. nu. 11. & Ias. nu. 27. C. de iur. & fact. ignor. idem Bald. in l. 1. num. 6. vers. Septimò quæritur. C. de sacrosan. eccl. & in l. 1. nu. 7. C. si à non compet. iud & Ias. in l. fin. nu. 7. C. qui admitt. & Zab. in Clem. vnic. vers. Octauò quæro. de except. & Io. de Lign. de cens. eccles. §. decimus sextus. & Socin. in tract. fall. in verb. Excommunicatus. regul. 133. & Mathesillan. in tract. de success. ab intest. nu. 39. in 3. artic. prin. & Feder. de Sen. cons. 74. incip. Vetus querela, & Thob. Non. cons. 53. nu. 13. & Rot. decis. 5. de concess. præb. nu. 1. in nou. ac nouissimè Petrus Dominicus Capiferreus in tractatu suo de numero testium in testamēto requisito. secundæ Part. c. 4. n. 116. vbi & ad piam causam excōicatū testari posse ex çō probat, quòd & ad non piam causam testatur, eandem communiter receptam esse, & ab interpretibus iuris pontificij, & iuris ciuilis testâtur Matth. Nerut. in rub. nu. 31. extra de testam. & Abb. eod. nu. 5. & Felin. in cit. c. cùm voluntate in fin. & Did. Couar. in tract. de testam. nu. 18. part. 2. Rub. & Io. Dilect. in tract. de art. test. cautel. 10. & Fernand. Vasq. de controuers. illustr. c. 102. nu. 5. & Micha. Cras. in tract. vltim. volunt. in §. testamentum. q. 24. & Gabr. lib. 4. comm. opin. nu. 3. de testam. concl. 1. & Bapt. à Villalobos in lib. suo comm. opin. in ver. Excommunicatus. nu. 120 & Viuius in Syl. com. opin. opin. 260. n. 5. qui omnes partim de communi, partim de magis communi testantur. Probatur autem communis hæc sententia multis rationibus, & Iacob. Beluis. in tract. de excom. pro hac sententia vigintiquatuor rationes attulit. Ego autem, leuioribus omissis, quæ habentur cùm apud eundem Beluis. eod. tùm apud Anchar. & Gemin. in eod. c. decernimus, grauiores tantùm referam. Probatur igitur primò sententia hæc huiusmodi ratione, excommunicatus à testamenti factione generaliter iure non prohibetur, ergo testamentum facere potest; omnis enim, qui non prohibetur, testamenti factionem habet, vt dixit Gloss. in ead. l. si quæramus. ff. de testam. & sequitur eam ibi Bart. & dictum hoc cōmuniter receptum esse inquit Matthæ. Nerut. in ead. rub. nu. 22. etenim & omnia licita de iure intelliguntur, quæ prohibita expressè non sunt arg. l. statuas. C. de relig. & l. necnon. §. sed quod eis. ff. ex quibus caus. maiores: ad hoc argumentum responderi potest satis prohibitum excommunicato id esse, ex quo priuatus est hominum communione; prohibito enim antecedente, & consequens prohibitum esse intelligitur; & è contrario arg. l. oratio. ff. de spons. Secundo loco pro hac opinione sic argumentantur, excommunicatus in aliquibus tantùm casibus testamentum facere prohibetur, & tunc testamentum factum non valet, vt in c. excommunicamus. §. credentes. de hæret. & in Authen. credentes. C. eod. & in c. felicis. de pœn. lib. 6. ergo aliàs excommunicatus testamentùm facere poterit, atq; sic asserunt hoc argumento citati autores Bart. in d. l. si quæramus. de testam. & in cit. Auth. credentes, & Michael Crass. & Couar. & Nerut. & Fernand. Vasq. eisdem in locis; etenim exceptio facit regulam in contrarium arg. c. nam, quod liquidæ. §. fi. ff. de pœn. leg. & l. cùm prętor. ff. de iud. & c. non ne. de præsumpt. Accedit, quòd in cit. c. felicis. Bonifacius quædam detrahit constitutioni Honorij, quædam ad eam addit contra Cardinalium percussores, & insecutores, & vtitur verbo Sancimus, quo verbo nouum ius constitui significatur; ergo, ex quo testamenti factio percussoribus Cardinalium adimitur, veteri iure hi factionem testamenti habebant, quamuis excommunicati essent ob c. si quis suadente diabolo: hæc Nerut. ad quod argumentum responderi tamen potest, verbum illud Statuimus ad alia, quæ denuo ibi instituta sunt, propriè referri; ex quo, quatenus ad factionem testamenti pertinet, satis per communionis ablationem testamenti factio ablata erat. Tertiò pro hac sententia sic dicebatur, excommunicatus sua bona non àmittit, sed retinet, nec vllam capitis diminutionem patitur; ergo testamenti factionem habet: hæc ratio priori minùs firma mihi esse videtur; nam nec actiones perdit, & tamen ab agendo excluditur arg. c. decernimus, & c. 1. de except. lib. 6. Quartò sic argumentâtur, excommunicatus contrahere potest, vt vidimus; ergo multo magis testamentum facere arg. c. cùm dilecti. de donat. & arg. l. 1. C. de sacrosanct. eccl. & arg. §. fin. Instit. quibus ex causis manumittere non licet. Accedit, quia excommunicato actore acta in iudicio valent, nisi excipiatur ob cit. c. 1. de except. lib. 6. ergo & testamentum ipsius valere debet arg. c. qui generaliter. §. fi. de procur. lib. 6. & c. solet. in fi. de sent. excom. eod. lib. hæc ratio communem opinionem non probat, nam ob eam rem acta valent, quoniam id cautum est per cit. cap.

1.vt not.ibi Gloss.in verb.Duraturis, & in c.exceptionem.in verb.Condemnandus.eod.in antiq. aliàs autem & acta huiusmodi nulla erant; at hoc, vt testamentum ab excõmunicato factũ valeat, iure prospectum non est. Vnde tertia fuit opinio distinguentium,& primò Bart.in cons. 238. incip. Existens Petrus, quem sequitur Castr.in l.is, cui. ff.de testam.& non nulli alij, quos refert Gabriel.lib.4.comm.opin.de testam. concl. 1. nu.2. qui, vbi excommunicatus publicus est, priorem opinionem locum habere sensit, posteriorem, vbi occultus, secundum quam sententiam Bar.etiam ibi consuluit.Nam, dicebat ipse rationes pro vtraq; sentẽtia redditæ id suadent; quandoquidem prioris opinionis rationes de manifesto excommunicato, posteriores de occulto loquuntur: hæc ratio mihi non probatur; nam in priuatis actibus; an occultè, publicèue quis excommunicatus sit, nihil interest, vt ait Inn.cõmuniter receptus in c.cùm dilectus. de consuet. Præterea dicebat Bar. excommunicatus occultus vitari non debet, quippe qui pro non excommunicato habetur arg. c. cùm non ab homine.de sent.excom. Secus autem, vbi publicus est, ergo publicus testamentum facere prohibetur, occultus autem non vetatur: hæc ratio itidem mihi non placet; primò, quia veteri iure & occultus excõmunicatus vitandus erat; etsi non publicè ob cit. c.cùm non ab homine; præterea, esto, in præsenti excommunicatus occultus vitari non debeat ob extrauag. ad euitanda, ipse tamen excommunicatus, vel occultus sit, vitare hominum communionem debet, quandoquidem ei non subuenitur per cit.extrauag. ad euitanda; non igitur ratio hæc quicquam facit. Postremò hæc addit Bart. rescriptum ab excommunicato impetratum, beneficium ab eodem collatum, instrumentum ab eo itidem confectum, vbi publicus scriba est, non valent, si excommunicatus publicè sit; secus autem, si occultè; ergo idem de testamento excommunicati concludendum est: hæc ratio nihil etiam facit; nam de rescripto, casibus quibusdam exceptis, contrarium communiter concluditur, vt impetratio nulla sit, vel occultè constrictus excommunicatione teneatur in c. 1.de rescript. lib.6. de beneficio itidem, atq; de instrumento, illud præterea fit, quoniã & beneficij conferendi, & instrumenti conficiendi munus authoritate, & vtilitate publicum est, vt suo loco probauimus, quo casu ab excommunicato acta valent, si occultus sit, secus, si publicus arg. c.ad probandum, ibi DD.communiter de re iud. at testamenti factio vtilitate publica non est arg.l. 1.ff.testam. ergò diuisio illa de occulto, ac publico locum habere hìc non potest ob doctrinam Inno.communiter receptam in cit.c.cùm dilectus. Quare contrariam opinionem, vt excommunicatus publicus, occultusuè sit, testamentum facere possit, secuti sunt Couar. eod.n. 18.vbi & communem opinionem hanc esse sensit, & Gabr.lib.4.comm.opin.de testam.concl. 1.nu.5.& Abb.in cit.c. ad probandum.nu.9.& Fed.de Sen. cons. 118.incip.Factum tale, & hoc ob has potissimum rationes, quòd acta per actorem publicè excommunicatum in iudicio valent, nisi excludatur ob c.1.de except.lib.6.ergo multo magis extra iudicium valere debent arg.c.solet.de sent.ecom. lib.6.& quòd aliorum fauor hic potius agitur, quàm testatoris: hæ rationes sententiam horum probare mihi non videntur; nam, quatenus pertinet ad iudicij acta satis supra responsum est; illud quoque de aliorum fauore non repugnat, nam ipsius testatoris fauor in primis agitur, & non aliorum arg.§.fi.in Instit.quibus ex causis manumittere non licet, & §.neq; tamen.de autor.tutor.eod.& §.1.in Auth.de hæred.& Falc. Altera fuit opin. Bal.in l.3.C.si pendente appellar. qui sic distinguebat, aut quis simpliciter excommunicatus est, aut anathematizatus, priorem, non posteriorem testamentum facere posse ipse dicebat: quam diuisionem improbauit Aret. ac rectè in l.si quæramus.ff.de testam. quandoquidem re ipsa idem est excommunicatus, & anathematizatus, vt in fi.huius Tab.probabimus. Quid igitur concludẽdum? Ego in hac opi-

8 nionum varietate sic distinguendum censerem. † Aut quæritur, an excommunicatus testamentum faciendo peccet, & in hoc casu ipsum peccare existimo; quandoquidem rogandis testibus, vt testamento intersint, hominum cõmunione vtitur, quæ ipsi prohibita est arg.c.illud.de cler. excom.min. & c.pen.de sent.excom. & hac ratione testamentum fieri ab excommunicato non posse dici potest, vt in initio huius cap. etiam conclusimus, & in hoc casu prior opinio locum habebit; nàm & eius rationes vniuersæ propemodum ad communionem hanc respectum habent.

9 † Aut quæritur, an testes, qui testamento intersunt, peccent, & in hoc casu diuisio illa de publico, occultouè excommunicato ipsius Bart. locum sibi vindicabit; nam, si publicè testator excommunicatus sit, denunciatusuè, peccabunt, cùm ipsius cõmunione vtantur; aliàs secus argum.cit.c.cùm non ab homine, & præsertim ob extrauag. ad euitanda. Aut quæritur, an testamentum ab excommunicato quocunq; factum valeat, & quatenus pertinet ad excommunicationem, testamentum omnino valere censeo, & à communi opinione proposita secundo loco

discedendum non puto; nam & argumenta omnia pro opinione hac allata spectare huc videntur. Probatur autem primò hac ratione, quoniam contractus ab excommunicato initi valent, vt in superiori cap. couclusimus; ergo multò magis testamenta valere debent arg. §. fin. in Instit. quibus ex caus. manumitt. non licet. Pręterea ad hoc faciunt c. felicis. de pęn. lib. 6. & c. excommunicamus. §. credentes. de hæret. in antiq. & Auth. credentes, C. eod. & c. 2. de vsur. lib. 6. vbi speciatim cauetur, vt quidam excommunicati testamenta facere non possint; ergo regula in alijs excommunicatis contraria est arg. l. nam, quòd liquidæ. §. fi. ff. de pœn. leg. Addo ego factionem testamenti propriè de iure ecclesiæ non esse, nec de ciuidem cõione, vt probauimus in superiori cap. §. t. ac propterea ecclesiam, vbi testamentum facere quempiam noluit, id cauisse, vt in citatis proximè iuribus; ergo testamenti factio per excommunicationem non prohibetur, nam per excommunicationem ecclesiæ communio propriè prohibetur. Pertinent deniq; hùc, quæ diximus in superiori cap. §. t. vers. Quid igitur concludendum, & præsertim in fin. Testamentum igitur ab excommunicato factum valet. Quæ regula locum habet ob propositas rationes, vel publicè excommunicatus, denunciatusuè sit. Item tam in foro ciuili, quã in pon-
5 tificio, & sic vtroque iure † Tertiò codicilli quoq; ab eodem facti valebunt; nam, ex quo testamentum ab hoc factum valet, & codicilli valebunt; cùm, qui testamenti factionem habet, is & codicillos facere possit, vt dicitur in l. diui. §. codicillos is demum. ff. de iure codicill. & in l. 2. ff. de leg. 1. etenim, cui, quod plus est, conceditur, &, quod minus, concessum esse ei debet ar-
6 gum. §. fi. in Instit. quibus ex causis manumitt. non licet, & l. non debet, cui. ff. de reg. iur. † Quare ob id & hæredes instituere, & fideicommissa, ac legata relinquere excommunicatus poterit, & facta valebunt. Hæc enim & in codicillis, & in testamentis fiunt arg. §. antę hæredis institutionem in Instit. de leg. Postremò legata donationes sunt, vt probatur in §. 1. in Instit. de leg. & l. legatum. ff. de leg. 2. at excommunicatus donare potest, contractus quippe donatio est, ergo & legata relinquere, atque sic dixit Gemin. in c. decernimus. nu. 7. & Anchar. nu. 5. de sent. excomm. lib. 6. de relicto ad piam causam ab excommunicato egimus cap. 9. §. 4. in hac Tab. Excipitur tamen primò, vbi speciatim contrarium cautum esset; tunc. n. testamenta ab excõmunicatis facta non valebunt, atq; ob eam rem testamentum factum ab excommunicato aut ob hæresim, aut ob Cardinalis persecutionẽ, aut ob vsuras, non valebit, ac demum, vbi ob id est excõmunicatus, q; factionẽ testamenti tollit, vt habetur in cit. c. felicis. de pœn. lib. 6. & in c. excõmunicamus. §. credentes. de hæret. in antiq. & in Authen. credentes. C. eod. & vt dixit Bal. in l. & in priuatorum, nu. 7. C. si à non compet. iud. & Socin. in tract. fallent. in verb. Excommunicatus, reg. 133. & Marian. Socin. sen. in c. sacris, nu. 483. de sent. excom. & Fed. de Sen. in cons. 74. vers. Præterea casus sunt speciales, & Iacob. de Graff. c. 14. nu. 11. lib. 4. Decis. cas. consc. sed non excommunicationis vi id efficitur, sed ecclesiæ prohibitione præcipua. Secundò excipitur, vbi ex priuilegio testamenti factionem quis haberet; nam, si hic xcommunicetur, testamentum ab eo factum non valebit, vt dixit Bald. in c. intelleximus. num. 12. de iud. quem Felin. refert in c. ad probandum. nu. 3. vers. Et dixit Bald. de re iud. & Gabr. lib. 4. com. opi. de testam. concl. 1. n. 9. cuius sententia mihi non placet; nam iura quacunque ratione acquisita excommunicatus non amittit, ac propterea, vt à quouis alio excommunicato, sic ab hoc testamentum factum valebit; de hoc vide multa apud Gabr. ibid. vbi supra; sed de quæst. hac satis, ad alterã veniamus.

SVMMA.

1 *Hæres institui excommunicatus potest, & institutio valet.*

2 *Succedere ab intestato excõicatus potest.*

3 *Legatum excommunicato relictum valet.*

I.

1 §. † Altera quæstio est, an exommunicatus hæres institui possit; &, si ipse instituatur, an institutio facta valeat. In qua quæstiõne Hostien. vt refert. Archid. in c. pia. de except. lib. 6. excommunicatum hæredem institui non posse existimauit, eandem opinionem sequuntur Ioã. Monac. & Steph. quos refert, non tamen sequitur Mar. Soc. sen. in c. sacris. nu. 484. vers. Sed circa hanc materiam. de sent. excom. & Angel. in summa in verb. Hæres. nu. 22. & Tab. eod. nu. 20. & Syl. in verb. Hæreditas. 3. nu. 2. & Armil. eod. n. 26. Probatur autem horum sententia hac vna ratione, quoniam excommunicatus institutionis capax non est; nam, qui hæres instituitur, & testamenti facti tempore, & mortis testatoris, & adeundæ hæreditatis capax esse debet, vt dicitur in l. si alienũ. §. in extraneis. ff. de hæred. inst. & §. in extraneis in Inst. de hæred. qualit. & differen.

fer. & hæc ratio colligitur ex iuribus, quæ à citatis autoribus allegantur: quæ ratio nihil planè facit; nam ab ipsis pro certo proponitur excommunicatum hæreditatis capacem non esse, & de hoc quæstio nostra est. Quare contrariam sententiam, vt excommunicatus hęres institui possit, & institutio de excommunicato facta valeat, amplexati sunt Bald. in l. 1. nu. 17. C. de hæred. instit. & Ias. in l. fi. nu. 7. C. qui admitti, & Fed. de Sen. conf. 118. incip. Factum tale, & Gemin. in c. decernimus. nu. 8. de sent. excom. lib. 6. & Marian. Soc. sen. eod. nu. ac vers. eandem communiter receptam esse testatur Barbat. quem refert Durand. in tit. 1. de art. test. cautel. 10. & Fernand. Vasq. de controuers. illustr. cap. 102. & Ioã. Bapt. à Villalobos in libell. commun. opin. in verb. Excommunicatus. num. 121. & Gabriel. lib. 4. commun. sent. de testam. & Viuius in Syh com. opin. opin. 260. nu. 6. Probatur autem communis hæc opinio hac ratione, quia solùm quibusdam excommunicatis prohibitum est, ne ex testamento capiant, vt potè ijs, qui excommunicati sunt, aut quod hæreticis fauent, aut quòd in hæreticorum numero habentur, aut quòd Cardinales insequuntur, vt habetur in c. excommunicamus. §. credentes. de hæret. & in l. credentes, & in l. Manicheos. C. de hæret. & in c. felicis. de pœn. lib. 6. ergo aliàs excommunicati hæredes institui possunt, & hæreditatis capaces sunt; exceptio enim facit regulam in contrariũ arg. l. nam, quòd liquidæ. §. fin. ff. de pęn. leg. & vt not. communiter DD. in l. 1. ff. de reg. iur. Præterea excõmunicatus testamentum facere potest, & testamentum ab eo factum valet, vt sup. probauimus, ergo multo magis hæres institui poterit; multo plures enim prohibentur, ne testamentum faciant, quàm, ne hæredes instituantur, vt probatur in tot. tit. in Instit. quibus non est permissum facere testam. & in l. si quæramus cum Gloss. iunct. §. testamenti autem factionem in Instit. de hęred. qualit. & differ. Addo ego omnes hęredes institui posse, qui speciatim prohibiti non sunt arg. in Instit. in prin. de hæred instit. & exceptis propositis cásibus excommunicatum non reperiri prohibitum; quò minùs hæres instituatur; ac propterea institui posse arg. l. statuas. C. de relig. & l. nec non. §. sed quod eis. ff. quibus ex caus. maior. Item, vbi ecclesia quidpiã excõicato prohibere oĩo voluit, id expressit, vt habetur in cap. 1. de rescript. lib. 6. & in c. decernimus. de sent. excomm. eod. lib. & in c. postulastis. de cler. excom. min. quod hic non fecit. Postremò probatur communis hæc opinio hac ratione, quoniam excommunicatus ecclesiæ communione tantùm priuatus est arg. c. pen. de sent. excommun. & c. Engeltrudam. 3. q. 4. ergo excommunicatus hæres institui potest, cùm ad institutionẽ excommunicati faciendam huiusmodi communione vti necesse non habeamus arg. §. fin. in Instit. de hæred. instit. Excommunica-
a tus ergo hæres institui potest, & institutio de eo facta valet. † Hæc, quæ diximus de successione ex testamento, & in successione ab intestato locum habent; nam & ab intestato excõicatus succedit, vt sentiũt Bal. in c. intelleximus. de iud. in fi. & Ias. in l. fi. n. 7. C. qui admitti, & Matthæsyll. de succ. ab intest. in 3. art. prin. nu. 39. vers. Adde fautor hæreticorum; etenim successionis iura,
b sicut & reliqua bona excõicatus retinet. † Postremò legata, ac fideicommissa multo magis excommunicatis relicta valebunt. Excipitur tamen, vbi speciatim contrarium cautum est, vt in c. excommunicamus. §. credentes. de hæret. & in c. felicis. de pęnis lib. 6. sed de quæstione hac satis, ad postremam veniamus.

SVMMA.

1 *Adire hæreditatem excommunicatus an possit.*
2 *Possessionem adipisci an queat.*
3 *Agnoscere bonorum possessionem an excommunicatus valeat.*
4 *Legatum capere excommunicatus an possit.*

II.

a † Postrema quæstio est, an excommunicatus hæres hæreditatem adire possit. In qua quæstione breuiter concludimus hæreditatem ipsum adire posse, vbi hominum communione non vtitur; hoc autem contingit, cùm animo quis hæreditatem adit, quo casu sat est, vt vel tacitò suum animũ declaret arg. l. potuit. C. de iur. delib. & vt tradidit Bart. in l. gerit. ff. de acquir.
b hæred. Secus autem, si iudicis opera vtatur, quamuis aditio nihilominus valeat. † Verùm, quæsita hæreditate, etsi iura omnia in hæredem transeunt, possessio tamen non transfertur, quæ facti est, nisi apprehendatur, ob eam rem, an possessionem hanc adipisci queat, etiam considerremus. Si in possessione igitur nemo sit, ac per se possessionem ingredi velit, quod posse probatur, & in l. cùm hæredes. ff. de acquir. possess. & dixit Bart. in l. 3. nu. 16. & Ias. eod. num. C. de indict. vid. toll. id ipsum facere posse non dubitamus; non enim & hic hominum communione

vtitur; at, si ad id iudicis opera vti velit, ac propterea vel ad petitionem hæreditatis, vel ad remediũ cit.l.3.C.de edict.diu.Adr.toll.vel ad interdictũ quorũ bonorum confugiat, quibus possessionem facti adipiscimur, vt tradidit Bar.in l.1.n.7. & Ias.in cit.l.3.n.8.& n.28. & DD.communiter C.de edict.diu.Ad.toll.quãuis alias hæc inter se differant, quod tñ tunc aut iudicis officiũ implorandum, aut in alios agendum est, vt habetur in l.1.& in tot.tit.ff.quorum bonorum, & vt inquit Bart.in cit.l.1.eod.nu.7.& in ead.l.3. planè possessionem adipisci non poterit, si excipiatur, quandoquidem excõmunicatus ab agendo excluditur ob cit.c.decernimus.de sent.excomm.lib.6.& c.1.de except.eod.lib. etenim nec possessionem, quam amisit, recuperare excõmunicatus potest, vt supra vidimus; si tamen excommunicatio obiecta ei non sit, habita possessio rata erit arg.cit.c.1.de except.

3 † Atqui an idem excõmunicatus agnoscere bonorũ possessionem poterit? eadem enim cum hæreditatis aditione propemodum est arg. §.quos autem in Instit.de bon.poss.& vt sensit Ias. in l.fin.n.2. C. qui admit. Et videbatur quidem dicendum ipsum id posse. Primùm, quoniam agnitio hæc sine causæ cognitione fit ob l.fin.C.qui admitti: hæc tamen ratio nihil facit; nam, ex quo excõicatus hominum cõmunione in iudicijs præsertim caret ob c.decernimus. de sent.excom. lib.6. vel de plano agatur, agnoscere bonorum possessionem non poterit. Vnde secundo loco pro hac sententia argumentum hoc facere videtur, excommunicatus se habet, sicut relegatus, vt inquit Gloss. in c.pastoralis.§.1.de appell. at relegato bonorum possessio non denegatur ob l.edicto.ff.de bon. pssess. ergo nec excommunicato denegabitur: hoc argumentum etiam nihil facit; tum quòd relegatus hominum communione non caret, tum quòd per procuratorem agere potest, quę duo in excommunicato desiderãtur, vbi agit, sicut iam vidimus. Tertiò dicit Bald. in c.cùm inter in fin. de except. & sequitur eum Ias.in l.fin. nu. 6. cum seq. C. qui admitti, in hoc casu excommunicatum nihil petere, sed animum suum tantùm declarare, quod excommunicatus potest: hoc etiam parum ad rem facit; nam nihilominus hominum communione vtitur, quæ ipsi prohibita est. Postremò sic argumentatur Ias.ibidem, excõicatus & ex testamento, & ab intestato patri succedit (non enim excommunicatus patrimonij iura, agnationisuè amittit) ergo & bonorum possessionem agnoscere ei licebit: hoc itidem argumentum propositam sententiam probare mihi non videtur; nã nec actiones excommunicatus amittit, & tamen agere non potest ob cit. c. decernimus.& c.1. de except. Quare contrariam sententiam non nulli amplexati sunt, hac ducti ratione, quòd iudex excommunicatum audire non debet ob c.exceptionẽ.de except.in antiq. & c.1.eod.lib.6. cum simil. horum ratio non necessario tamen concludit, quò minùs, si admittatur, agnitio facta valeat; nam nec agere potest, & tamen, si non excipiatur, ipso actore in iudicijs acta valent ob cit.c.1.de except.lib.6. Ego igitur sic distinguendum censerem. Aut quærimus, an excommunicatus agnoscere bonorum possessionem possit, & id non posse ipsum censeo. Nam agnitio illa coram iudice, & in iudicio fit, vt habetur in l.fin.& ibi Bart.nu.5.& Ias.nu.2. C. qui admitti.& vt inquit Bart.in l.bonorum.nu.11.& Ias.nu.31. & idem Ias. in l.emancipata.C. eod. alioquin nihil fieret; at excommunicatus in iudicio esse non potest, vt agens, & vt ius suũ prosequens ob cit.c.decernimus, & cit.c.1. de except. immo nec extra iudicium excommunicatus à iudice quicquã petere valet arg.c.cùm parati, & ibi DD.communiter not. de appel. ergo nec bonorum possessionem agnoscere poterit, cùm iudicis officium præsertim implorandum ei sit, vt sensit Alex.in cit.l.bonorum.nu.2. Accedit, quòd hominum communione necessariò vteretur, qua excommunicatus caret. Aut quærimus, an bonorum possessio agnita valeat, si contra ipsum non excipiatur, & ipsam valere omnino censeo, & hoc ob cit.c.1.de except. lib.6. & hac ratione has opiniones inter se conciliarem, quę conciliatio & verissima etiam esse mihi videtur. Agnita verò bonorum possessione, quod adhuc possessio facti non habetur, an excommunicatus eam adipisci possit, ex ijs dignoscitur, quæ de hærede post aditam hæreditatem diximus.

4 † Demùm quid de fideicommissario, ac legatario dicendum? eadem planè, quæ de hærede, ac bonorum possessore diximus; nam quò ad legatum, etsi à testatoris morte cedit. vt habetur in l.à Titio.ff.de furt.& vt docuit Bar.in l.vn.C.de caduc.tol.quòd tamẽ ab hærede illud petere debet ob l.1. ff. quorũ legatorum, alioquin eo priuatur, si post aditam hæreditatem sua autoritate illud capiat ob l.non est dubium, & ibi Gloss.ac DD.not.C.de legat. & vt tradidit Ias.in l. talis scriptura nu.43.ff.de legat.1.ob eam rem illud consequi non poterit; non extra iudicium, quoniam hominum communione ipsi prohibita vteretur; non in iudicio, quoniam ageret argum.l.1.C.commun.de leg. & §.nostra autem constitutio, in Instit.eod, quod itidem ei prohibitum est ob cit.c.decernimus. quamuis, si legatum ei præstetur, & audiatur, præstatio valeat ob cit.

ob cit.c.1.de except.lib.6. peccabit tamen ob hominum communioné, qua vtitur. Excipitur, vbi testator in testamento licentiã legatario dedisset, vt autoritate sua ipse possessionem legati relicti apprehenderet; id enim potest, vt dixit Glo. in l.Titia cùm testamento. §.Lucius, & ibi Bart.ff.de leg.2.& idem Bart.in l.legitimos.ff.de legit.tutel.& Angel.& Bal.quos refert, ac sequitur Ias.in l.iustè posidet.nu.18.ff.de acquir. possess. hic enim communione non vtitur: sed de materia huiusmodi iam hactenus; de quotidiano congressu, an excommunicato prohibitus sit, agamus.

De vsu quotidiano communionis Christi fidelium excommunicato ipsi prohibito, declaratione decimasexta eiusdem effectus. Cap. XXII.

SVMMA.

1 *Communionis Christi fidelium vsu quotidiano caret excommunicatus, vel*
2 *Per famam se excommunicatum nouerit, vel*
3 *Cum excommunicato versetur, vel*
4 *Ad tempus excommunicatus sit.*



1 † Xcommunicatus deniq; non solùm hominum vsu caret in ijs, quæ diximus; verum etiam & in quotidiano congressu, vt probatur in c. pen. de senten. excommun.ibi enim excommunicatum à communione separari dicitur, nec distinguitur à qua cõmunione, ergo ab omni separatus erit; nam, vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus arg. l.de pretio. ff.de publ.in rem act. & indefinita oratio in iure vniuersalis vim habet arg.l.si pluribus,& ibi nor.ff.de leg.2. idẽ probatur in c.illud.de cleric.excomm.minist.& in c.Engeltrudam.3.q.4. cum simil. Obligat enim excommunicatio ipsum excommunicatum,vt alios vitet, vt dixit Adrian.in tit.de clauib. art.tertio vers. Pro huius solutione est præmittẽdum, quid sit excommunicatio lib.4.atq; sic dixit Marian.Soc.sen.in c.inter alia.nu.12.vers.Secunda declaratio.de sent.excom.Accedit,quòd excommunicatio à communione secretio est, vnde nomen etiam sibi comparauit; at communio hæc in quotidiano Christi fidelium conuictu, ac cõmertio etiam versatur,vt tradidit S.Tho. dist.18.q.4.art.1.lib.4.& Thom.Ab Argent.d.19.q.1.art.4. in responsione ad quartum argumentum eod. iure igitur & in reliquis omnibus hominum communione excommunicatus caret. Hæc autem regula sic posita multis modis amplificatur; nam primò in omnibus casibus locum habet, quos recensuimus cap.13.§.1.cum multis seq.Tab.1.
2 †Itẽ locum habet,vbi per famã tantùm se excõicatum esse nouit, vt probatur in cit. c. illud, ꝙ Abb. notandum admonuit, quandoquidem, sicut ipse inquit, contingit episcopos absentes in curia excõicari, & excommunicationem per famam tantùm ad ipsorum aures peruenire; idem Marian.Soc.sen.ait num.7. cum seq.vers.Nor.quartò. hinc Gloss.2.in c.apostolicæ in fin.de cleric.excom.minist. ignorantiam illius crassam esse conclusit ob.cit.c.illud, qui per famam se excõmunicatum nouit, si hoc se ignorasse dicat, & Abb.ibidem eam Gloss. secutus hunc probabilem ignorantiam allegare non posse collegit. Contrarium tamen dicendum videtur, tum quòd excommunicatio apertissimis documentis probanda est ob cit. c.1. de except. lib. 6. fama verò tantùm semiplenè probat, vt inquit Bart.in l.de minore.§.plurium.nu.3. ff. de quæstionibus, & Ias. in l. admonendi. nu.242.vers.Tangit hic etiam, & ibi DD. alij. ff. de iureiur. tum quòd fama nec cum vno teste plenè probat, vt asseruit Archid.in c. si testes.4.q.3.& Butr. ac Specul. quos refert, ac sequitur Ias. in cit.l.admonendi.nu.248. ergo per famam excõmunicatio non probatur. Atqui à priori sententia discedendum non est: nec contraria absunt; nam ipsa locum habent, vbi in iudicijs excommunicatio obijcitur, secus autem extra iudicium, vt disputauimus cap.15. §. 10. in hac Tab. nam,quòd in iudicio sæpius proponitur,vt lites differantur arg.c.1.de except.lib.6.quod est contra c.finem litibus de dolo, & contum. & l.properandum. C. de de iud. ob eam rem, vt hac in re improbitas huiusmodi coerceretur, Romanus Pont. exceptionem obiectam apertissimis documentis probari voluit in cit.c.1.de except.at hic extra iudiciũ sumus,& in foro conscientiæ, ob eam rem, vel per famam nos excommunicatos noscamus, communionem vitare debemus, vt habetur in cit.c.illud,& in c.cùm desideres, §. secundæ quæstioni. de sent. excõ. etenim,vbi dubij sumus, tutiorem partem eligere debemus arg.c.iuuenis de spons.& cit.c.illud & cit.

& cit.§.ſecundæ quæſtioni. Hinc, qui dubitat, an aut excommunicatio in ſe lata valeat, aut abſolutio eius tributa ſit, potius ſe excommunicatum, & non abſolutum exiſtimare debet, vt dixit Marian.Soc.ſen.in c.perpendimus.nu.126.cum ſeq.verſ. Quæro vigeſimo quarto de ſent. excom. excommunicatus ergo, vel per famam ſe excommunicatum nouerit, communionem eccleſiæ vitabit. † Tertiò excommunicatus nec excommunicati communione vti poteſt. An igitur excòmmunicatus & excommunicati communione priuatur? Gloſſ.in cap.deuotam.27. q.1. excòmmunicatum cum excommunicato eſſe poſſe exiſtimauit ob illud ius; ibi enim mulier quædam Deo dicata, ſi excommunicata ſit, antequam in eccleſiam adorationem recipiatur, ne ad mulieris Chriſtianæ conuiuium accedat, prohibetur; ergo à cõtrario ſenſu ſecus eſt, ſi Chriſtiana mulier non ſit, quæ ad conuiuium ipſam recipit arg.l.1. & ibi DD. ff. de offi.eius. idem igitur & hìc concludendum videtur, vt.ſ. excommunicatus communione non excommunicati careat, non autem excòmmunicati. Hæc ibi Gloſſ. quæ tamen ratio ſententiam eius non probat; nam argumentum à cõntrario ſenſu locum non habet, vbi contrarium iure cautum eſt, ſicut DD.communiter inquiunt in cit.l. hìc verò contrarium cautum habemus, ſimpliciter enim prohibetur, ne quis excommunicati communione vtatur in c.excõmnnicatos, cum duobus ſeq.11. q.3. nec excommunicatus excipitur, ergo nec nos excipere debemus argum. l.de pretio. ff.de publ. in rem act. argumentum igitur hoc nihil facit; & hac ratione reſpondetur & ad c.ſi hæreticus.2.q.7.quod Gloſſ.citat in eod. c.deuotam. Præterea pro hac opinione ego ſic argumentor, excommunicatus à fraterna ſocietate, & à Chriſti corpore, quod eſt eccleſia, ſeparatur, vt dicitur in c.Engeltrudam. 3.q.4. ergò excommunicatus cum excommunicato eſſe poteſt; quoniam de fraterna ſocietate, & de Chriſti corpore, & ſic de ipſa eccleſia non eſt, ſed extra ipſam excluſus manet arg.c.qui merito,& c.omnis Chriſtianus. 11. q.3. Verùm contrariam opinionem amplexati debemus.ſ.vt excommunicatus nec excommunicati communione vtatur; hanc enim amplexatus eſt Hoſtien. in ſumm.nu.11.verſ. Illud etiam notandū.de ſent. excom. & Ioan.de Lign.de cenſur.eccl.§.vigeſimus ſeptimus.nu.2. & Felin. in c.nulli.de ſent. excom. eandem ſequitur Abb. ibi, & in c.illud.nu.7.de cler. excom. min. & in vtroq; loco cõmuniter receptam eſſe teſtatur, ſicut etiam Marian. Soc.eod.num.71.& Bonacoſſ. lib. Syntag. com.opin.tit.12.de ſent.excom.nu.94.& num.98. eandem opinionem ſequitur etiam Felin.in c.à nobis.nu.13.verſ.Quod excommunicatus etiam maiori,vbi & Archid.& Butr.idem ſentientes refert de except. Probatur autem primò hac ratione, quoniam nec ij, quibus priuilegium hoc ſine cauſa conceſſum eſt, vt cum excommunicato verſentur, cum excommunicato verſari queunt arg.c.nulli,& ibi communiter notatur, de ſent.excom,ergò nec excommunicatus id poterit; alioquin plus delictum, quàm priuilegium prodeſſet; quod abſurdum eſt; atq; ſic dixit Abb.in c.illud.nu.7.de cler.excom.min.& in cit.c.nulli, vbi quoq; Felin. Præterea opinionem hanc ego ſic probo,excõmunicatus extra eccleſiam non eſt,quò ad ea, quæ oneris ſunt,vt probauimus cap.13.§.13.Tab.1.iunct.§.6. cap.8.Tab.2. at hoc oneris rationem habet non poſſe alicuius communione vti; ergo nec cum excommunicato excommunicatus eſſe poterit. Poſtremò generali eccleſiæ præcepto cauetur in c.ſicut Apoſtoli.11.q.3.ne quis cum excommunicato verſetur, & ab hoc præcepto excommunicatus exceptus non eſt, ergo & ipſe obligatus eo tenetur, ne excommunicato communicet; nam, quando aliquid generaliter prohibitum eſt, quod expreſsè non conceditur,intelligitur denegatum, vt dixit Roman.Pont.in Clem.1.§.porrò. verſ. Nam, vbi de verb. ſign. & ex his ad rationem à nobis pro contraria opinione allatam ſatis reſponſum apparet; excommunicatus ergo nec excommunicati communione vti poteſt.

4 † Quartò ad tempus etiam excommunicatus, quamuis tempus illud elapſum ſit, ante abſolutionem tamen hominum communionem vitabit; quippe qui adhuc excommunicatus ſit,vt diſputauimus infra cap.31.§.4. Excõmunicatus ergo neminem alloquetur, cum nemine comedet, cum nemine habitabit, cum nemine dormiet, cum nemine ambulabit, cum nemine ludet, nihil denique cum alijs aget: ſed de his actenus, iam caſus,quibus hominum communione licitè vtitur, contemplemur.

SVMMA.

1 *Abſolutionem excommunicationis vt conſequatur, excommunicatus Chriſtianorum communione vti poteſt.*

2 *Ignorans ſe excommunicatum eccleſiæ communione licitè vtitur.*

3 *Neceſſitate oppreſſus Chriſtianorum communione*

nione, excommunicatus licitè vtitur. 4 *Cōmunione infideliū excōmunicatus vti pōt.*

I.

§ Posita regula, vt vidimus, iam exceptiones eius contemplemur. Excommunicatus igi-
tur in his casibus hominum communione sine offensa vtitur. † Primùm, vbi eorum com-
1 munione vtitur, quibus cum agit, vt absoluatur; nam, cùm absolui sine hominum commu-
nione non possit arg. cap. cùm desideres, & c. à nobis. 2. in fine. de sent. excom. & ecclesia hoc
in primis studeat, vt excommunicatus à contumacia resipiscat, ac propterea velit, vt absolua-
tur, meritò hîc hominum communionem excommunicato permisit arg. c. responso. & c. cùm
voluntate. de sent. excom. etenim aliquo concesso, & id omne concessum existimatur, sine quo
haberi concessum non potest arg. c. præterea. de offi. deleg. & l. 2. & ibi DD. not. ff. de iurisdict.
omn. iud. Hinc rescriptum, etsi pro alia causa impetratum ab excommunicato nullum est, pro
absolutione excommunicationis tamen habenda obtentum valet, vt dicitur in c. 1. & ibi not. de
rescript. lib. 6. Hinc, etsi agere in quempiam itidem non potest arg. c. decernimus. de sent. excō.
lib. 6. vbi tamen impeditur, quò minus absoluatur, agere non prohibetur, vt alibi diximus;
in hoc igitur casu hominum communione vti excommunicatus potest. Quare & licitè, & sine
peccato concioni interesse potest, vt dixit Gabriel. Biel. d. 18. q. 1. dub. 5. vers. Item potest au-
2 dire verbum salutis lib. 4. † Secundo loco hominum communione vti excommunicatus pōt,
vbi probabiliter se excommunicatum esse ignorat; nam iniquum esset me ob id puniri, quod
an mihi vetitum sit, ignoro arg. c. 2. de constit. cum ibi not. Contrarium tamen dicendum vide-
batur; nam censura ecclesiastica ignorātem etiā obligat, vt inquit Gloss. & Abb. in c. aposto-
licæ. de cler. excom. min. & vt alibi probauimus. Atqui à priori sententia discedendum non est:
nec repugnat proximum argumentum, quandoquidem locum illud habet quò ad censuræ vin
culum, non autem quò ad pœnas, quas patiuntur, qui censuras ipsarum inscij violant arg. cit.
c. apostolicæ, & vt ibi animaduertit Abb. nu. 2. modò igitur inscitia facti probabilis sit, excom
municatus non offendet, si hominum cōmunione vtatur, de qua inscitia egimus etiam cap. 1.
§. 8. Tab. 1. vbi de iuris inscitia etiam agitur. Verùm an ab excommunicato acta valent,
quæ agit, dum se excommunicatum ignorat? breuiter concludendum est omnia valere. Exci-
pitur tamen primò, vbi contrarium speciatim cautum est; hinc rescriptum ab excommuni-
cato huiusmodi impetratum pro alia causa, quàm pro absolutione excommunicationis non va
let ob cit. c. 1. de rescript. lib. 6. & vt communiter ibi not. quamuis Gloss. contrarium senserit in
eod. c. apostolicæ, & Felin. in c. sicut. de simon. Postremò excipitur, vbi ex officio priuato aliqd
ab occulto excommunicato fit: nam nec in hoc casu acta valebunt ob doctrinam Inno. com-
3 muniter receptam in c. cùm dilectus. de consuet. sed de re hac alibi quoq; actum est. † Tertiò
excommunicatus hominum communione sine offensa vtitur, vbi necessitate quampiam pre-
mitur. Vt potè aut famis, quia non habet, vnde viuat, nisi aliunde id paret. Aut morbi, vnde
medicinis, Medicíq; opera eget. Aut, quia in ius vocatus est, quo casu ad respondendum cogi-
tur; in his enim casibus sine offensa eorum hominum communione vtitur, quorum opera eget.
Sicut etiam, si cum ijs versetur, quorum communionē vitare vix potest, cuiusmodi sunt vxor,
liberi, ac reliqua familia; qui cum excommunicato esse possunt ob c. quoniam multos. 11. q. 3.
& in c. inter alia, de sent. excōm. & de quibus paulò post agemus, atque sic dixit Gabriel. Biel.
eod. quæ tamen locum habere censeo, vbi per ipsum non stat, quò minus absoluatur. Immò,
vbi cum hominibus esse potest, cautè, ac strictè id facere debet, & cum animi dolore arg. c. si
verò, de sent. excom. iunct. c. illud, de cler. excom. min. Atqui an excommunicatus communi-
care in omnibus cum alijs poterit, in quibus alij cum ipso communicant? Gabriel ibidem exi-
stimat in his casibus excommunicatum cum alijs communicare posse, in quibus alij cum eo li-
citè communicant; & hoc ob eam rationem, quoniam cōmunicare est relatio quædam, & cum
excommunicato quis non communicaret, nisi & excommunicatus id posset: hæc Biel. Ego au-
tem contrarium sentio ob extrauag. ad euitanda, quæ nobis communionem eius permittit,
nostram autem ei denegat. Quare, his exceptis casibus, quos hîc posuimus, alias Christi fide-
lium communione vti non potest; idq; meritò in manu enim sua est, vt absoluatur: etsi ergo à
nostro parocho excommunicato licitè Sacramenta suscipimus, non tamen ea licitè ipse admi-
nistrat. Excipitur tamen in ciuili communicatione; nam in casibus, in quibus excommunica-
ti communione vtimur, à nobis prouocatus communicare poterit, alioquin frustra nobis facul
4 tas communicandi permitteretur, & in hoc casu sententia Biel. locum habebit. † Quartò eorum
communione vti potest, qui Christiani non sunt; id quod multis rationibus probatur. Primò,

quia per excommunicationem à fidelium communione quis separatur, vt habetur in c.pen. de sent.excom. Si quem sub hac forma verborum excommunico, inquit enim ibi Rom. Pont. dicendum est eum non tantùm minori, quæ à perceptione sacramentorum, sed etiam maiori excommunicatione, quæ à communione fidelium separat, esse ligatum. Hæc ibi; si à fidelium communione igitur excommunicatus separatur, ergo ab infidelium communionem non seiungitur arg. cap. non ne, de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. idem habetur in cap. 5. ibi ab omni contubernio Christianorum. 11. q. 3. & in cap. deuotam, ibi ad nullius conuiuium Christianæ mulieris. 27. q. 1. Præterea per excommunicationem quis separatur à Christi corpore, quod est ecclesia, vt dicitur in cap. Engeltrudam. 3. q. 4. & in cap. qui merito, & in cap. omnis Christianus, cum seq. 11. q. 3. at infideles nec de Christi corpore sunt, nec de ecclesia, cùm baptismum non susceperint; iure igitur ipsorum communione excommunicatus non priuabitur. Postremò per alias leges speciatim prohibemur, quò minus infidelium communione vtamur, vtpotè: ne domi cum ipsis habitemus; ne ipsorum azima, cum ipsisue comedamus; ægroti ne ad nos ipsos accersamus; medicinamuè ab eis capiamus; ne cum ipsis in balneo nos lauemus, ac denium in alijs ne frequentes cum ipsis simus; vt habetur in c. nullus, & in cap. omnes, cum multis seq. 28. q. 1. & in c. iudæi; 2. & in c. multorum, & in c. & si iudæos, & in c. ad hæc. de iudæ. ergò, cùm speciatim cautum sit, in quibus infidelium communione non vtamur, meritò generali hac priuatione per excommunicationem facta infideles non comprehenduntur; nam & generalis clausula in fine posita; licèt communi iure ad antecedentia omnia referatur arg. l. talis scriptura, & ibi DD. ff. de leg. 1. & in c. secundò requiris, vbi & communiter id not. de appellat. secus tamen est, vbi speciatim prouisum fuit, atq; sic asserit Iás. in l. cùm post. nu. 9. vbi & alios idem sentientes refert C. de lib. præter. & facit regula l. in toto iure. ff. de reg. iur. exceptis casibus igitur speciatim prohibitis, excommunicatus eorum communione licitè vtitur: sed de communione Sacramentorum, atq; Christianorum excommunicato prohibita satis; iam de excommunicati communione nobis è contrario prohibita tractemus. 2

De vsu communionis excommunicati Christianis prohibito, declaratione decima septima eiusdem effectus. Cap. XXIII.

SVMMA.

1. *Communione excommunicati vti nulla iure possumus.*
2. *Communione excommunicati vti non debemus, vel iniuria excommunicatus sit, & in multis alijs casibus, qui sub hoc eodem numero comprehenduntur.*
3. *Romanus Pont. an priuilegium concedere possit, vt excommunicati cõmunione vtamur.*
4. *Metus mortis si nobis inijciatur, an licitè excommunicati communione vtamur.*
5. *Episcopo præcipienti, vt excommunicato cõmunicemus, an parendum sit.*
6. *Furiosi excommunicati communione non licitè vtimur.*
7. *Absolutum se ab excommunicatione si quis dicat, an fides ei adhibenda sit; & quid in foro conscientiæ.*
8. *Mortui excommunicati communione non licitè vtimur.*
9. *Infidelis communione vti cur magis nobis licet, quàm excommunicati Christiani communione.*

1 SICVT autem excommunicatus Christianorum communione caret, vt supra vidimus; † ita Christiani è contrario excommunicati communione vti nequeunt, vt habetur in c. sicut Apostoli. cum 4. seq. & in c. quibus, & in c. si quis episcopus cum seq. 11. q. 3. & in c. multi. 2. q. 1. & in c. omnis. 24. q. 1. & probatur in c. cùm non ab homine. de sent. excom. & in c. illud. de cler. excom. min. & vt pluribus id asserit Couar. in c. alma. pars 1. §. 1. in princ. de sent. excom. lib. 6. & Adrian. de clauibus art. tertiò principaliter, vers. Pro huius solutione est præmittendũ, quid sit excõmunicatio. ibi & afficit, ac ligat lib. 4. ibi enim ait excommunicationem facere, vt non excommunicati vitent excommunicatum, & excommunicatus alios. & Marian. Soc. sen. in c. inter alia. nu. 10. de sent. excom. & nu. 12. Etenim, cùm excommunicato prohibitum sit, ne Christianorum communione vtatur, iure merito & Christianis prohibitum esse censetur, ne vtantur ex-

com-

communicati communione; nam, quod de vno correlatiuorum statuitur; & de altero statutum esse existimatur arg. l. fi. ff. de acceptillar. & vt asserunt Bart. Ias. ac cōmuniter DD. in l. fi. C. de indict. vid. tollen. & idem Bart. in l. 1. C. de cupress. lib. 10. & Abb. in c. qui clerici. nu. 7. de iur. patron. Excommunicatum igitur, vt regulam hic constituamus, nos semper vitabimus, quæ regula multis modis declaratur. Nam primò eum vitabimus in omnibus casibus, in quibus hominum communionem excommunicatus ipse vitare debet, quos casus explicauimus cap. 6. cū sexdecim seq. in hac. Tab. ac propterea in diuinis, & in profanis; in publicis functionibus, & in priuatis; in iudicijs, & extra iudiciū; in contractibus, & in vltimis volūtatibus, ac demum in
2 quotidiano congressu. † Item vitare ipsum debemus in omnibus casibus, quos recensuimus, ac declarauimus cap. 13. §. 2. cum multis sequentibus in Tab. 1. nam, vel iniuria excommunicatus sit, vel post excommunicationem excōicatus appellauerit, vel consuetudo permittat, vt cum excōmunicato versemur, vel ei subiecti non simus, qui excommunicationem tulit, vel nos eum excōmunicauerimus, vel excōmunicatus extra locum sit, vbi excommunicatus est, semper eius communionem fugiemus, vt in citatis locis probauimus. Tertiò vitare excommunicatum debemus in omnibus casibus, quos posuimus cap. 6. vers. Item amplificatur in hac Tab. & ita vel contumaciæ ipsum excommunicatum omnino pœnituerit, vel pro ea causa satisfecerit, quamobrem excommunicatus est, etenim adhuc excommunicatus est, quandoquidem satisfactione excommunicatio non tollitur arg. c. quamuis, & ibi Gloss. de sent. excom. & c. ad aures, & ibi not. Abb. de Simon. & vt dixit Gloss. in Clem. p. in verb. Donec de decim. & in Clem. præsenti in verb. Donec de cens. & Abb. in c. p. num. 6. & Dec. num. 11. de iud. & Mar. Soc. Sen. in c. inter. alia num. 26. de sent. excom. & Crot. cons. 59. num. 10. lib. 1. Quartò, quacunq; dignitate præditi simus; excommunicati cōmunionem vitabimus arg. c. cùm desideres, de sent. excom. vbi nec episcopum excommunicati communione vti ante absolutionem posse, significatur; ergo, quacunq; dignitate quis præditus sit, excōmunicati communionem vitabit, atq; sit not. Abb. ibi, & Felin. idq; merito, nam generaliter prohibitum est, ne quis excommunicati cōmunione vtatur in c. sicut Apostoli, cum duobus seq. 11. q. 3. ergo & generaliter, quacunq; dignitate præditus quis sit, eius iuris vinculo obligatur arg. c. 1. & fin. de constit. non ergo Episcopus, non Archiepiscopus, non Patriarcha, non Cardinales, non Reges, non demum Imperatores licitè vti excommunicati communione poterunt. Quintò, etiam si quis priuilegium quodpiam habeat à Rom. Pont. vt potè, quia exemptus est; nam nihilominus excommunicati communionem vitabit, vt probatur in c. nulli. de sent. excom. etenim generali priuilegio concesso concessum non intelligitur, vt censuras non seruemus arg. c. cùm & plantare. §. excommunicatos de priuil. & c. permittimus. vers. Excommunicatis. de sent. excom. & c. fi. §. adijcimus, ibi excommunicatis, & §. in festiuitatibus, ibi excommunicatis eod. lib. & Clemen. 1. vers. Quatenus religiosi eod. quāuis non nulli, propterea, quod aut exempti, aut priuilegio alio præditi essent, contrarium conarentur, vt probatur in eod. c. cùm & plantare, & in hanc sententiam accipiendum mihi videtur illud cit. c. nulli ob cit. c. cùm & plantare, quamuis DD. aliter
3 ipsum interpretati sint. † Verùm quid, si Romanus Pont. concedat, vt quis excōmunicati communione vtatur, an concessio valebit? Videbatur quidem dicendum concessionem valere; nā in multis casibus id concessum est, & concessio valet, vt in c. quoniam multos. 11. q. 3. & in cap. cùm voluntate, & in c. responso, & in c. quod in dubijs. de sent. excom. Atqui contrarium communiter concluditur, vt. s. generale priuilegium huiusmodi non valeat; si in corpore iuris conclusum non sit, nec speciatim priuilegium sine causa, & hanc communem opinionem sequitur Abb. in eod. c. nulli. Et hoc ob eam rationem, quoniam hoc esset tollere vniuersalem statum ecclesiæ, & scandalum in animis aliorum generare: hanc rationem improbat ibi Felin. ac rectè, quandoquidē, si vni, alteriuè concedatur, vt excommunicati communione vtatur, ecclesiæ status non perturbatur; quare ob aliam rationem id fieri ipse inquit, quoniā lex positiua cum lege diuina hìc concurrit, ac propterea Rom. Pont. eam tollere non potest, sicuti nec legem positiuam, vbi cum naturali concurrit: quæ Felin. ratio mihi omnino non satisfacit; nam etsi diuinam legem tollere non potest, pœnam tamen ab hominum lege iniustam tollere non prohibetur arg. c. proposuit. de concess. præb. Quid igitur concludendum? Ego sic distinguerem. Aut quæritur, an Rom. Pont. concedere possit, vt sine peccato quis excommunicati communione vtatur, & in hoc casu, si sine causa id facit, hoc non posse ipsum censeo; nam Christus Dominus præcepit, vt qui ecclesiā non audiret, esset nobis, vt Ethnicus, & Publicanus, quorum etiā communione sine causa vti non possumus; at Christi præceptum, vt diuinum ius sine cā laxare

Rom. Pontif. non potest; & in hoc casu locum habebit communis opinio, & ratio etiam Felin. Aut quæritur, an cum causa id possit, & sine dubitatione hoc eum posse sentio, & hic locum habet cit. c. quoniam multos, & c. cùm voluntate, cum supra citatis; nam ex causa per ea iura nobis conceditur, vt excommunicati communione vtamur: huc demum pertinet, quod DD. inquiunt in cit. c. nulli, per priuilegiũ generale iuris corpore conclusum id concedi posse, quia priuilegium hoc rationem legis habet, & lex sine ratione non fertur arg. c. erit autem lex. d. 4. & pro hac sententia faciunt, quæ dixit Felin. in c. fin. cum multis seq. vers. Et vt plerunque dixi, de maior. & obed. & in c. si quis, vers. Primò, quòd Papa eod. & c. quæ in ecclesiarum. nu. 25. vers. Secunda conclusio cum multis seq. & ibi DD. de constit. Et hæc conclusio locum habet etiam in diuinis, probat hoc extrauag. ad euitanda, quæ & in diuinis communionẽ nobis cum excommunicato permittit; in aliquibus casibus ergo sententia Couar. tenenda non est, qui contrarium sensit in diuinis in c. alma. par. 1. §. 1. nu. 2. vers. Vnde solet. de sent. excom. lib. 6. Aut quæritur, an Rom. Pont. pœnas à iure positiuo iniustas contra vtentem excommunicati communione tollere possit, vt potè ne in excõmunicationem maiorẽ, minoremuè quis incidat, & id generis, & id quoq; facere posse censeo, etiam sine causa arg. c. proposuit de concess. præb. & in hoc Couar. rectè sensit; in hac igitur quæstione sic concludendũ censerem. Pro qua facit etiam, quod dixit Glo. in eod. c. nulli, quæ Rom. Pont. in excommunicationem non incidere ait, si excommunicati communione vtatur, quamuis malè faciat. Ex his manifesto apparet inferiorem Rom. Pont. facultatem hanc præstare non posse, vt quis impunè excommunicati communione vtatur, vt dixit Iacob. de Graff. c. 12. nu. 7. lib. 4. decis. cas. consc. & Host. de episcopo in summa nu. 16. vers. Quid, si episcopus aliquem. de sent. excom. & Marian. Soci. sen. qui de cõmuni sententia restatur in c. inter alia. nu. 81. eod. etenim inferior superioris legem tollere non potest, vt
4 habetur in c. cùm inferior. de maior. & obed. † Sextò excommunicati communione vti non debemus, etiam si metus nobis inijciatur. Verùm quid, si mortis metus sit? nec in hoc casu huius communione vtendum est, vt habetur in c. sacris, de ijs, quę vi, metusuè causa fiunt, vbi in excommunicationem incidit, qui per metum inductus excommunicato communicauit. Contra quam tamen sententiam duo facere videntur. Primum, quia, ne quis fame pereat, per loca excommunicatorum transiens ab ipsis ad victum necessaria emere potest, vt dicitur in c. quoniã multos, & in c. inter alia de sent. excom. ergo & hìc, ne morte afficiatur, excommunicati communione licitè vtetur. Alterum, quòd, vt meum consequar, excõmunicatum in ius vocare possum ob c. intelleximus de iud. ergo multo magis, ne vitam perdam. Doctores in hac quæstione ob has rationes variè interpretati sunt illud cit. c. sacris. Nam quidam dixerũt locum ipsum habere, vbi quis cum excommunicato in crimine communicare cogitur; tunc enim mortem potius obeundam, quàm mortiferè peccandum inquiunt, & hanc sententiam sequitur S. Tho. quem refert, ac sequitur Tab. in verb. Excommunicatio. 8. nu. 11. vers. Decimò, & Franc. à Victor. in summ. Sacram. de excommunicatione concl. 12. qui & illud ius locum habere censuit, vbi in contemptum ecclesiæ id fieret, mortifereuè peccaretur. Horum interpretatio, etsi per se vera est, ad illud tamen ius non accomodatur, vt id etiam animaduertit Abb. nam illud nimiũ coarctat, & illis terminis tantùm circumscribit, cùm tamen, quòd simpliciter loquitur, simpliciter, ac generaliter interpretandum sit arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Alij locum habere existimarunt cit. c. sacris, vbi metus inijceretur, qui in constantem virum non cadit. Quorũ interpretatio, præter quam quod tollitur eadem ratione, qua superior, repugnat verbis eius citati c. sacris; nam pro nullo metu quem mortiferè peccare debere ibi dicitur, ac propterea nec cùm excommunicato versari debere, ergo etiam nec metu, qui in constantem virum cadat. Quidam, vt Io. And. idcirco ob famem, & quò nostrum consequamur, excommunicati communione vti nos posse inquiunt, quoniam id iure permissum est, secus autem hìc; ac proptereà casum hunc ad eos trahi non posse, quam interpretationem etiam refellit Abb. ibi. Quidam dicunt idcirco, ne quis fame pereat, excommunicati communionem permissam esse, quoniam aliàs quis se ipsum interficeret, cùm principium, & causa intrinseca sit. s. fames; at in alio casu causa extrinseca, quoniam ab alio interficeretur, & ita hìc non peccaret, in priori verò casu sic: quam tamen sententiam refellit optimè Abb. nam, etsi fames intrinseca causa est, non tamen voluntaria, vnde Abb. ait idcirco excommunicati communione vti ob famem nobis licere, quoniam id in primis fit, quò quis se fame liberet, hìc autem in primis id agi, vt cum excommunicato communicetur. Hæc ratio etiam mihi non omninò placet, quandoquidem quiuis horum in primis communione vtitur, ne pereat. Caiet. in summ. in verb. Participatio cum excõ-

muni-

municato in diuinis locum habere existimauit cit.c.sacris, quæ interpretatio eadẽ ratione, qua
priores primæ, tollitur. Quid igitur concludendum? Ego in tanta Doctorum varietate sic sen-
tio; idcirco ne fame quis pereat, & vt suum consequatur, excommunicati communione vti pos-
se, quoniam ecclesia id permisit, vt apparet ex iuribus supra citatis; idcirco autem ob metum
excommunicati communione vti non posse, quoniam ecclesia id vetuit arg. cit. c.sacris.iunct.
c.sicut Apostoli, cum trib. seq. At inquiet quispiam, cur magis hoc, quàm illud prohibitũ, cùm
in vtroq; casu mortis periculum adsit? ad hoc respondeo iure optimo id factum esse, quoniam,
etsi finis in vtroq; casu vnus est, medium tamen, per quod ad eum finem peruenitur, est diuer-
sum; nam, ne fame pereat, quis ab excommunicato aut emit, aut eleæmosynam petit, & id ge
neris agit, quæ vi sua permissa, ac licita sunt; ne verò interficiatur, excommunicati commu-
nione vtitur, quod vi sua prohibitum est ob cit. c.sicut Apostoli, & iura allegata in initio huius
cap. & ob hanc rationem illud permissum; hoc verò prohibitum. Quare, si quis carcere inclu-
sum quem retineret, & fame eum moriturum minaretur, nisi excommunicato communicaret;
hunc potius mortem opetere, quàm communicare illi debere dixit Adr.art.3. vers.Sed pleniùs
respondendo lib.4. Hæc autem conclusio locum habet, vbi quis metu induceretur, vt excom-
municato vel in crimine communicaret, vel in contemptum ecclesiæ; aliàs enim cùm commu
5 ni sententia contrariũ sentiendum censerem. † Septimò excõmunicati cõmunione nõ vtemur,
vel id nobis episcopus præcipiat; nam, ex quo nec ipse vti excommunicati communione potest
arg.c.cùm desideres, & ibi not.de sent. excom. nec alij præcipere id potest arg.l.nemo plus iu-
ris.ff.de regul.iur. At quid, si excõmunicationem latæ sẽtẽtiæ in me ferat, nisi in hoc ei obtem-
perem, an non obtemperando in excommunicationem incidam? Planè, si in sententia causa
hæc exprimatur, nulla erit, vt quæ intollerabilem errorem contineat arg.c.per tuas. de sentẽ.
excom. & c.venerabilibus.§.pen.& fin.eod. lib.6. aliàs verò, nisi appellet, excommunicatione
obligabitur, atque sic sensit Specul.de sent.excom.& Vincen.& Ioan. Andr.& Mariam.Soc.sen.
qui eos refert in c.inter alia.n.24.vers.duodecima declaratio.de sent.excom. Excipitur tamen,
vbi Romanus Pont. id præciperet; nam vel excommunicatum absoluisse existimabitur arg.l.
quidam consulebant.ff.de re iud. ex quo quacunque ratione absoluere potest arg. Clem.fin. &
ibi not.de sent. excom. vel ex causa id ei præcepisse, quo casu & priuilegium ab ipso concessum
valere supra conclusimus. Octauò excommunicati communionem vitabimus, vel Romanus
Pont. eius excommunicati communione vsus sit; non enim ipse cum excommunicato versan-
do eum absoluere censetur, nisi speciatim hoc exprimat, vt dicitur in cit.Clem.fin.de sent. ex-
com. idq; meritò, quippe quia hoc esset plenitudine suæ potestatis vti, quod non creditur, nisi
id constet, vt asserunt Anton. quem refert, ac sequitur Abb. in c.fi.de matr. contract.contr.in-
6 terdict.eccl.& Dec.in c.1.nu.11.de iud. † Nonò excommunicatum vitabimus, vel furiosus sit,
atque sic sensit Zab.in Clem.1.vers.Decimò quintò quæro, & Anchar.nu.6.vers. Sextò not. de
sepult. idq; iure optimo; tum quòd, vt in excõmunicationẽ incidamus, excõmunicati cõsensus
nõ requiritur, alioquin eũ alloquendo nõ offenderemus, si ipse nõ responderet, vt inquiunt Zab.
& Anchar.eod.tũ quòd furiosus se habet, sicut dormiens arg.c.maiores.§.item quæritur, vtrum
dormientibus, de bapt. at cum excommunicato communicare nec dormiendo possumus, vt
citati autores eodem in loco asserunt, & nos infra in §.1. id probauimus: Excipitur tamen is,
qui eius excommunicati furiosi curam gerit; nam sine offensa eius communione vtetur, ne al-
teri damnum det, ipseuè se in periculum inijciat; sic enim excommunicato, ne fame pereat,
7 sine offensa ei subuenitur arg.c.quoniam multos.in fin.11.q.3.† Decimò excommunicati com-
munionem vitabimus, etiam si se absolutum dicat, modò absolutionem non probet; Frater-
nitati tuæ respondemus, dicitur enim in c.sicut nobis. de sentẽ.excom. quòd, nisi excommuni-
cati à te super absolutione sua literas nostras, vel illius, cui vices nostras in hac parte cõmisi-
mus, reportauerint, aut alio modo legitimè de illorum absolutione tibi cõstiterit, tu ipsos pro
excõmunicatis, vt priùs habeas, & facias euitari: hæc ibi Summus Pont. Idẽ habetur in c.mi-
ramur, & ibi not.Gloss.viden.24.q.1.ergo, si se absolutũ dicat, & id aliter non probet, aliunde-
uè id non constet, fides ei adhibenda non est; atq; sic Gloss. concludit in c.proposuit. in verbo
De absolutione, & Inno.& Abb. ibi nu.4.de cler.excom.minist.& eadem Gloss.in c.cùm in iu-
re. in fin.& ibi quoque Abb.de offi.deleg. & Anchar.in Clem.1.de priuil. & Rom.in cons.387.
nu.1.vers.Non enim, & Add. ad eum in verb.Credendum, quæ alios idem asserere ait, & Ioã.
Crot.cons.59.nu.6.cum seq.lib.1. quare & Anchar.in cit.Clem.1.& in c.cùm in iure. in fin. &
Add.ad eum absolutionis literas seruandas suaserunt. Etenim, cùm excommunicatio tempo-

ris lapsu non tollatur, ob eam rem, nisi quis se absolutum probet, semper excõmunicatus existimabitur, vt quamplurium autoritate id probauit Gabr, lib. 1. cõmun, opin, de testib. conclus. 19. nu. 6. & Couar. qui de cõi sententia testatur in c. alma. pars. 1. §. secundus. nu. 6. vers. Verùm, si constiterit semel quẽ excõmunicatũ fuisse, de sent. excõm, lib. 6. & Mart, Alfon. de Viualdo in Candelab. de excom. nu. 103. Qualitas enim semel apposita, quæ tempore non tollitur, inesse perpetuò existimatur arg. l. semel malus. de reg. iur. lib. 6. & vt inquit Abb. in cit. c. proposuit. nu. 4. & Marc. Ant. Blanc. in tract. de indi nu. 135. hinc Rot. decis. 11. de probat. in antiq. sat esse asseruit probare quẽ ante electionẽ excõmunicatũ fuisse, quamuis electionis tempore excõmunicatus nõ probetur. Excipitur tamẽ, vbi excõmunicatio sub cõditione lata est; potuit. n. ante tẽpus satisfecisse, atq; sic dixit Alciat. & nõ nulli alij, quos refert, ac sequitur Couar. eod. nu. 6. vers. Qui tamen hanc opinionem. Verùm, quid in foro conscientiæ, an, si excõmunicatus se absolutum dicat, fides ei habebitur? Planè fidem ei habendam non esse hic etiam videtur ob §. super confessione autem facta in extrauag. 1. de priuileg. ibi enim, et si fidem habere sacerdotem ei debere dicitur, qui fratribus illis peccata se confessum ait, ab hac tamen regula casum hunc Roman. Pont. excipit, vbi sacerdos eum excommunicatum asserit; ergo quæstio hæc per eam constitutionem dissoluta esse videtur, ibi. n. in conscientiæ foro sumus, & tamen dicenti se absolutum credendum non esse concluditur. Atqui contrariam opinionem amplexari debemus, vt in conscientiæ foro excõmunicatus se absolutum dicens audiatur, ac fides ei habeatur. Nam sic dixit Gloss. in c. significasti, & ibi Abb. n. 7. de homicid. & idem Abb. in c. sicut. n. 4. de sent. excomm. Et id probatur etiam ratione, primò, quia in huiusmodi foro mentiri nemo creditur, quippe, quia nemo salutis suæ immemor existimatur, vt dicitur in c. sancimus. 1. q. fin. & in cit. c. significasti. 2. & ibi Gloss. & Abb. not. Postremò, quoniam mentienti in conscientiæ foro ipsius præiudicium tantùm agitur; ergo fides ei adhibenda est, vt habetur in cit. §. super confessione autem facta. Non obstat modò contrarium argumentum propositum: nam ibi pœnitens non se ab excommunicatione absolutum dixerat, sed fratribus illis se peccata sua confessum: cùm igitur hæc inter se differant absolui à peccatis, & absolui ab excõmunicatione, inde ad rem hanc argumentum duci non potest arg. l. Papinianus exuli. ff. de minor. nec repugnat, si dicatur, vi Sacramenti absolui à peccatis non potuisse, nisi priùs ab excommunicatione absolutus esset arg. c. pen. de sent. excom. nam, ex quo fratres illi vberiorem facultatem simplicibus parochis non habent, vt tradidit Rom. Pont. in Clem. 2. §. per huiusmodi autem concessionem, de sepult. ab ipsis absolutum ab excõmunicatione credendum non erat, cùm id contra ius esset; non ergo propositum argumentum repugnat: in foro conscientiæ igitur dicenti se ab ex-
8 communicatione absolutum, non aliàs, fides ei habebitur. † Vndecimò excõmunicati cõmunione nõ vtemur, vel excõmunicatus mortuus sit; ita enim dixit Gloss. in c. ad hæc, & ibi Abbas nu. 2. & Add. ad eum de priuileg. & idem Abb. in c. mulieres, nu. 7. in fin. & Felin. nu. 3. de sent. excõ. & idem Felin. in c. à nobis. 2. nu. 7. vers. Et infert, & Soc. in c. inter alia nu. 18. eo. etenim, cuius cõmunione viui non vtimur, nec eiusdem mortui vti debemus, vt dicitur in c. sacris, & ibi not. de sepult. & in c. 1. & in c. 3. 24. q. 2. & vt inquit Gloss. in eo. c. ad hæc; hinc, qui, dum viueret, in ciuitate morari nõ poterat, nec mortuus eò deferri potest, vt tradidit Bart. in l. 2. per illud ius. ff. de cadauer. punit. vel igitur ad sepulturam excommunicatum mortuũ associemur, vel alias ipsum contrectemus, contra ecclesiam faciemus, atque sic asseruit Roman. singul. 709. vbi hoc disputauit, & Paul. Fusc. in suis singular. in verb. Excommunicatus. nu. 47. & Rip. in tract. de peste in 3. par. nu. 107. Contrarium tamen dicendum videbatur, quoniam homo mortuus homo propriè non est. Atqui à communi opinione non discedemus, quandoquidem excommunicatio & post mortem permanet arg. c. à nobis. & c. sacris. de sent. excom. & excommunicatio non solùm animam, sed & corpus afficit, ac propterea ecclesiastica sepultura donari non potest, vt suo loco probauimus; excommunicati mortui ergo communionem etiam vitabimus. Excipitur tamen is, qui in profano loco eum sepelit, quiq; in hoc opem fert, ne cadauer illud inhumatum aerem corrumpat; hi enim non offendunt, nec in minorem excõmunicationẽ incidunt, vt dixit Felin. in eod. c. mulieres, & Rip. in eo. tract. de preseruat. rem eod. contra pest. nu. 145. Duodecimò, etiam si à nobis excommunicatio lata sit, vt DD. cõmuniter concludunt, & Couar. in c. alma. pars 1. §. 2. nu. 2. de sent. excom. lib. 6. Decimò tertiò, etiam si excommunicatus nobis subiectus sit ob easdem rationes. Quare episcopus canonicos excommunicatos vitabit, vt dixit Socin. Sen. in c. inter alia. nu. 15. de sent. excom. Decimò quartò nec cõsuetudine induci potest, vt quis cõmunicet excommunicato, vt dixit Soc. in cit. c. inter alia. nu. 81. In omnibus

igitur his casibus excõmunicati cõmunionẽ vitabimus; immo & ad communionẽ huius vitandam quis cogi potest arg. c.si quis frater.q. 3. & c. quod in dubijs. de sent.excom. & ibi not. &
9 c.fin.de cler.excom.min. † At inquiet quispiam, cur ecclesia, vt omnino excommunicati communionem vitemus, nobis prohibuit, non autem sic infidelium communione nos priuauit? Illa planè ratio est, quoniam excõmunicatus iam Christianus est, ac propterea non est, quòd eius communione vtamur, quò ad baptismum suscipiendum veniat; at in infidelibus contrarium est, si.n.eorum cõmunionem omnino vitaremus, ipsos Christo lucrari non possemus; Infideles non possumus Christo lucrari (inquit.n.S.August. in c.infideles.23.q.4.) si colloquiũ eorũ vitamus, & conuiuium; vnde Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducauit, & bibit. In his verò, qui intus sunt, idest in fidelibus putredo resecanda est: hæc ibi. Accedit, quia infideles hoc parum curarent, si eorum cõmunione nos non vtemur; secus autem in excommunicato ob tumorem, quo afficitur: & hæ rationes sunt, quamobrem excommunicati, & non infideliũ, communionem vitamus, atq; sic dixit Gloss.in c.ad mensam.11.q.3.& Zab. in Clem.1. vers.Sextò quæro de testib. idem sensit Gloss. in c.2.in verb.Interuentu.p.q.2. At roget quispiam rursus, cur beneuolentia non nititur ecclesia excommunicatos ad bonam frugim reducere, sicut infideles? ad hoc etiam respondemus ecclesiam in excommunicatum etiam benignitate vsam esse; nam, antequã quempiam excõmunicet, aut assiduè ipsum admonet, ne offendat, quod in excommunicationibus iuris facit; lex.n.semper loquitur arg.l.Arriani.C.de hæret. aut sepius, qd per iudicem exequitur, vt habetur in c.sacro.de sent.excom. qua benignitate cùm ecclesia ipsum abuti videt, vt pœna compulsus id faciat, in eum excommunicationem promulgat: & in excommunicatum igitur ecclesia benignitate vtitur. Sed de re hac generatim hactenus, de ca speciatim magis iam agamus.

S V M M A.

1 *Loqui cum excommunicato non debemus, nec*
2 *Clam, palamuè, vel*
3 *Non respondeat, vel*
4 *Nos prouocet.*
5 *Salutanti nos excõmunicato an respondeamus.*
6 *Loquisse velle cum ipso si quis excommunicato dixerit, an in excommunicationem incidat, si deinceps cum illo non loquatur.*
7 *Loqui cum excommunicato non debemus, nec per literas, scilicet scribendo literas ad eum, aut suas legendo.*
8 *Nec per nuncium,*
9 *Nec per nutus.*
10 *Assurgere excommunicato non debemus, nec*
Nudare caput, nec
Declinare caput, nec
Salutare, nec
Osculari, nec,
Amplexari.

I.

§ Generatim vidimus excommunicati communione nobis vti non licere; iam, quò id dilucidiùs explicetur, speciatim tria contemplemur. Primùm, an colloqui cum excommu-
1 cato possimus. Deinde, an cum eodem operari. Postremò, an cum eodem esse. † Quò ad primum igitur pro regula habebimus cum excommunicato nos colloqui non debere; nam prohibitum hoc habetur in c.sicut Apostoli, cum tribus seq. 11.q.3.& in c.nuper.de sent.excom.& in c.à nobis, & ibi not.Dec.de except. Idq; iure optimo, etenim, ex quo excommunicatus Christianorum communione caret, & è contrario Christiani ipsius excommunicati communionem non habent, ac propterea cum ipso colloqui nec debebunt: nam, à quo genus remouetur, & quælibet eius generis species arg.l.si quid earum.§.inter emptum.ff.de leg.3.& vt tradidit Ias. in l.filius cum patre.nu.10.ff.de lib.& posth.& communis denique sententia hæc est. Hæc autẽ
2 regula sic posita multis modis amplificatur; † nam primò, cùm excommunicato colloqui non debemus non modò palam, sed neque etiam clam, vt dicitur in c.cùm excõmunicato 11.q.3.
3 † Item, vel excommunicatus non respondeat, vt dixit Zab. in Clem.1.vers.Decimò quintò.de
4 sepult. † Tertiò, cùm excommunicato non colloquemur, vel ab ipso prouocemur; sic.n.dixit Syl.in verb.excõmunicatio.5.n.2.ver.Os.& Armill.eod.nu.39.& Caiet.in summ.in verb.Com
5 munio, seu participatio cum excõmunicato quibus casibus omnino sit illicita. † Quare, si excommunicatus nos salutet, vtemur verbis, quæ ad ipsum conuertendum pertineant, vt citati autores inquiunt, & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.36.de excõ. in verb.Vale, & Martin. Alfon.de Viual. in Candel.de excom.nu.87. Exempli gratia, vel Deus

te adiuuet, vel Deus te illuminet; eteuim sic & Rom. Pont. vbi ad eos scribit, qui Apostolicæ Sedis gratia carent, vt ad schismaticos, & huiusmodi, loco salutationis inquit Spiritum sanioris, vt Felin. refert in procem. decret. num. 20. Mihi tamen plus placet, vt ei non respondeamus; quandoquidem nec Aue ei dicendum est, vt habetur in c. excommunicatos. 11.q.3. & tamen per verbum illud salutem ei precamur. Nec repugnat dictum Felin. nam Rom. Pont. non sine probabili causa vtili, ac necessaria scribere creditur, quo casu excommunicatum alloqui nobis licet arg. c. quoniam multos. 11.q.3. & c. si verè. de sent. excom.
6 † Verùm quid, si quis dicat excommunicato, Ego volo tecum colloqui, an in excommunicationem hic incidit, si deinceps cum eo excommunicato non loquatur? Videbatur dicendum in excõmunicationem hunc non incidere; tum, quòd, si quis moniali dixerit Volo tecum matrimonium contrahere, in pœnam non incidit eorum, qui cum moniali matrimonium contrahunt, vt inquit Zab. in Clem. vn. vers. Vigesimò quæro. de consanguin. & affin. tum, quòd non legit, qui se legere velle dicit, nec arborem ascendit, qui ascendere se velle inquit; ergo & hic, atque sic dixit Felin. in c. nuper. nu.3. vers. Quid, si aliquis dicit excommunicato, vbi & quendam aliud idem sentientem refert de sent. excom. & Add. ad Abb. in eod. c. nuper in litera A. nu. 1. Contrariam tamen sententiam vti veriorē amplector, quam & amplexus est Dec. in c. à nobis. nu. 2. de except. Et hoc ob eam rationem, quoniam hic tunc alloquitur excommunicatum, vbi se cum ipso loqui velle ait, id quod inficiari non possumus. Præterea verbis his, quasi proœmio quodam excommunicatum ad audiendū sibi parat; ergo, sicut proœmium orationis pars ipsius est, ita & verba hæc Volo tecum loqui, pars collocutionis sunt, quamuis deinceps cum excommunicato non colloquatur. Facit postremò c. quid est hoc. d. 50. vbi, qui dicit Sta supra pedes tuos, & loquar tecum, hunc loqui dicitur, ergo idem hic; quamuis pro contraria opinione allegetur, & malè, cit. c. quid est hoc, quod etiam animaduertit Dec. in eod. c. à nobis. nu. 2. de except. Non obstat modò cit. Clem. vn. quandoquidem per ipsam prohibetur, ne quis cum moniali re vera matrimonium contrahat, non autem, ne dicat se matrimoniū contrahere velle; at hic & dictum prohibetur, quamuis deinceps nō dicat, quæ se dicturū existimabat. Qua ratione respondetur etiā ad exempla duo proposita, quò n. quis legat, arboremuè ascendat, facto opus est; hic verò &
7 dicto offenditur; in excommunicationem igitur & hic incidet. † Quartò cum excommunicatis non solùm nos ipsimet nō colloquemur, verùm etiā nec per literas ad ipsos scribēdo, atque suas legendo, sic n. inquiunt non nulli, quos refert, ac sequitur Gloss. 2. in c. constitutionem. de sent. excom. lib. 6. & idem quoque ait Gemin. in c. vbi periculum. §. nulli. nu. 1. & Anchar. §. hoc sacro. nu. 4. vers. Item not. in vers. Nulli per illud ius. de elect. eod. lib. idem Anchar. in Clem. fin. nu. 5. & Imol. nu. 3. & Zab. vers. Tertiò not. de sent. excom. & Archid. in c. cùm excommunicato. 11.q.3. & Dec. in cit. c. à nobis. nu. 2. & in c. præterea. nu. 9. de appell. & Caiet. & Syl. & Armil. in locis supra cit. & Tab in verb. Excommunicatio. 8. nu. 4. vers. Tertiò, & Sot. dist. 22. q. 1. art. 4. concl. 2. vers. Item dicitur deinde Os. & Nauar. in man. cap. 27. n. 20. & Iacob. de Graff. cap. 12. nu. 2. lib. 4. decis. cas. conf. & Couar. in c. alma. pars 1. §. 2. in prin. de sent. excom. lib. 6. & Mart. Alfon. de Vival. in Candelab. de excom. min. nu. 82. & Marian. Socin. sen. in c. inter alia. nu. 42. vers. Insuper not. de sentē. excom. & communis deniq; Theologorum, & Pontificij Iuris interpretū sententia hæc est: ac iure meritò; etenim idē est aliquid per literas fieri, ac per verba arg.
8 l. 1. ff. de contrahen. empt. & l. qui autem. in fin. ff. de constitut pecun. † Quintò nec per nuncium cum excommunicato loquemur, vt citati autores eisdem in locis communiter concludunt.
9 † Postremò nec etiam per nutus, ac signa de eorundē autorum sententia. Etenim nihil interest, qua ratione animum nostrum explicemus arg. l. certum. ff. si cert. pet. Præterea, si contrariū diceremus, quod vna via prohibetur, alia fieret contra. c. cùm quid vna via. ff. de reg. iur. lib. 6. & sic legi fraus fieret arg. l. fraus. ff. de legib. & l. non dubium. C. eod. & c. certum. de reg. iur. lib. 6. Postremò nec esse, nec dormire, ne orare cum excommunicato possumus; ergo multò minùs
10 nutibus, ac signis cum eo colloqui. † Quare excommunicato aduenienti non assurgemus, non caput declinabimus, illudue aperiemus. Pro qua sententia facit etiam c. omnis, qui 24.q.1. atque ita sic inquiunt Laud. & Zen. quos refert, ac sequitur Anchar. in cit. Clem. fin. nu. 5. vers. Secundò not. & Imol. nu. 6. & Zab. nu. 3. vers. Quartò quęro. de sent. excom. & Syl. in verb. Excommunicatio. 5. nu. 3. vers. Et tertiò. & Martin. Alfon. de Vival. in Candel. de excom. nu. 86. vbi communiorem opin. hanc ait, quamuis titubet: nam signa hæc communicationis sunt. Hinc mutū, qui scit quem excommunicatum esse, si eum signis, nutuuè alloquatur, peccare, & offendere dixit Soc. in eod. c. inter alia. nu. 42. vers. Tamen mutus. Contrariam tamen opinionem sequitur

Ange.

Angel. in verb. Excommunicatio. 8. nu. 5. & Sot. d. 22. q. 1. art. 4. concl. 2. lib. 4. & Iacob. eod. c. 12. nu. 3. lib. 4. Et hoc ob eam rationem, quoniam id iure cautū non est; ac propterea, ex quo in pœnis sumus, quod de collocutione dictum est, ad nutus, ac signa huiusmodi trahere non debemus arg. c. odia. de reg. iur. lib. 6. & l. interpretatione. ff. de pœn. Atqui à proposita sententia discedendum non est: nec contraria ratio obstat; nam, etsi speciatim id cautum non est, generatim tamen id cautūm habemus, ex quo excōmunicati communio nobis prohibita est, vt habetur in c. sicut Apostoli, cum trib. seq. 11. q. 3. quod sat est; sublato. n. genere, & quæuis eius species sublata intelligitur arg. l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de leg. 3. Addo, etsi in pœnis sumus, excommunicationem tamen medicinæ rationem habere, vt dicitur in c. cùm medicinalis. de sent. excom. lib. 6. & vt hot. Abb. in c. pœn. eod. in antiq. hinc Sot. in cit. loco, etsi opinionem hanc postremam ipse amplexatus est, scrupulo tamen ipsam non carere dixit, priorē igitur, vt communem, & vt, quæ scrupulo caret, sequemur. Addo, quæ diximus de collocutione, eadem & de salutatione, & de huiusmodi alijs nos intelligere; quare excommunicatū nec osculabimur, nec amplexabimur, vt inquiunt Syl. & Tab. & citati autores supra; & de priori quæstione hactenus, ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Agere quidquam cum excommunicato nobis non licet.*
2 *Comedere cum excōmunicato nobis non licet.*
3 *Comedere cum excommunicato quot modis contingat.*
4 *Ambulare, iterūq; facere cum excommunicato nobis non licet, & quando quis dicatur cum excommunicato ambulare.*
5 *Operari cum excommunicato nobis non licet.*

II.

1 §. Altera quæstio est, an operari, quicquamuè facere cum excommunicato possimus: † quæ in re ob communionem, quæ nobis cum excommunicato prohibita est, breuiter concludimus, nec in hoc casu cùm excommunicato quicquam agere nos posse. † Non igitur cum excommunicato comedemus, vt dicitur in c. excommunicatos, & in c. seq. 11. q. 3. & in c. nuper. de sent. excom. & in Clem. fin. innō. Gloss. Quouis modo eod. etenim hoc esset excommunicati communione vti, qua, vt dixi, nos caremus. † Simul autem cum excommunicato comedere multis modis dicimur. Primò, vbi eodem tempore in eadem mensa communibus cibis propositis vescimur, & hoc communiter DD. sentiunt. Item simul comedere cum excommunicato dicimur, vbi in eadem mensa eodem tempore comedimus, quamuis separatim singulis sua portio tribuatur, qui modus à monacis obseruatur, singulis. n. monacis separatim suæ portiones tribuuntur; hoc autem etsi sæpius fit in caupona, tamen secus est. Quare, si, dum ipse comedo in caupona, excommunicatus aduenerit, & ad eandem mensam accubuerit, inde abire non debeo; nam re vera ipsius cōione in mensa non vtor, cùm hoc animo affectus non sim, & cauponarius separatim cibum ei paret, atque sic sensisse videtur & Mart. Alfon. de Viualdo in Candelab. de excom. nu. 89. Id quod multo magis locum habet, vbi ad aliam mensam accumberet; nam, vel in eodem cubiculo sit, inde tamen abire non cogor, quandoquidem eius communione in mensa non vtor; licēt. n. mihi in eodem cubiculo comedere, in quo & excommunicatus comedit, modò eadem mensa non sit, atque sic dixit Inno. in c. nuper. in vers. Et alijs prohibitis, de sent. excom. & S. Thom. d. 18. q. 6. art. 1. lib. 4. & Archiep. Floren. in tract. de excō. cap. incip. Iuxta prædictos casus, & Syl. in verb. Excōmunicatio. 5. nu. 3. vers. Et quintò mensa, & Syl. eod. 8. nu. 5. vers. Quartò, ibi non licet mihi, & Caiet. in summ. in verb. Communicatio cum excommunicato quibus casibus omnino sit illicita, & Nauar. in man. cap. 27. nu. 20. vers. Per mensa, & Marian. Socin. sen. in c. inter alia. nu. 42. vers. Quinimò. de sent. excom. vbi ait, si haberemus cōe cubiculū cum excōicato, nos posse in eo esse, comedere, bibere, & dormire separatim; etenim non vnum conuiuium est, ac propterea cum excōicato in mensa non cōmunicatur. Tertiò cum excōmunicato comedere dicimur, vbi eodem tempore, & in eodē conuiuio vescimur, quamuis non in eadem mensa, vt exempli gratia in refectorio fratrum mensæ plures sunt, eædemque separatim positæ; fratres ergo, etsi in separatis quadris comedunt, simul tamē comedere dicuntur; quandoquidē vnum conuiuiū illud est, quod declarat cōmunis vocatio, communiterq; ab ipsis facta benedictio, ac demum à prandio communis gratiarum actio: si quis excommunicatus igitur accubuerit; alij, qui & ad aliam mensam accubuerint, vel abibunt, vel

excommunicatum eijcient, alioquin excommunicato in mensa communicarent, ex quo vnum conuiuium est; sic.n.& vbi ad conuiuium plures inuitati sunt, si vnus excommunicatus sit, alij tamen inde abire debent, quamuis ad aliam mensam ipsi, excommunicatusuè accubuerit, atque sic concludunt citati autores eisdem in locis S. Thom. Archiep. Florent. Sylu. Caier. Tab. & Nauar. Et hæc, quæ diximus, locum habent non solùm, vbi in initio excommunicatus nobis cum accubuit; verumetiam, vbi nobis comedentibus interuenit. Item vel in nostra, vel in alterius æde comedamus; cum excommunicato igitur nec comedemus. † Secundo loco cum excommunicato, nec deambulabimus, nec iter faciemus; ita.n.sensit Gloss.in cit. Clemẽ.fin. in ver. Quouis modo, qua cum DD.ibi transeunt de sent.excom.& dixit quoq; Marian.Soc. in cit.c.inter alia.nu.42.vers.Aduerte tamen; & hoc ob communionem. Simul autem ire, atque ambulare dicimur, vbi communi consilio iter, deambulationemuẽ ingredimur. Item, si, dum iam in itinere sumus, comites efficimur, quod fieri solet, atq; sic sensit Inn.io cit.c.nuper, vers. Et alijs prohibitis, & sequitur Iacob.de Graff.cap.12.nu.4.lib.4.decis.cas.consc. Quare, sicut non prohibemur in eodem cubiculo separatim comedere, vbi excommunicatus comedit, ita nec per eandem viam iter facere prohibemur, quamuis excommunicatus per eandem iter faciat, neque nos antecedat, neque consequatur, modò ipsum comitẽ nobis eum non adhibeamus. † Postremò, ne singula persequar, nihil deniq; cum excommunicato operabimur; quare, si plures operarios, quò simul operentur, quis conduxerit, & inter ipsos excommunicatus sit, aut excommunicatum expellent, aut alij ab opere abibunt: secus autem, si plures eiusdem fundi partes colendas separatim conduxissent; nam, etsi in eodem fundo eodem tempore operantur, non tamen offendent, quandoquidem rem suam quisq; agit, atq; sic sensit Inno. in c. nuper. eodem vers. de sent. excommun.

SVMMA.

1 *Esse cum excommunicato nobis non licet, nec*
2 *Dormire, nec.*
3 *Sedere, nec.*
4 *Habitare.*

III.

1 § Postrema quæstio est, an quis cum excommunicato esse possit: † quam vt breuiter absoluamus, concludendum est nec in hoc casu ob communionis periculum cum excõmunicato esse nos posse. † Primùm igitur cum excommunicato quis in eodẽ lecto non dormiet, vt dixit Inno.in c.nuper.nu.4.vers.Et alijs prohibitis.de sent.excom.& Syl.in verb.Excommunicatio.5.nu.3.vers.Et quintò mensa, & Tab.eod.8.nu.5.vers.Quartò,& Archiep.Florent. in tract. de excom.cap.incip.Extra prædictos casus, vers. Quartò, & Naua. in man. cap.27. nu.20. ibi per Mensa, & sensit etiam Marian.Socin.sen.in c.inter alia.nu.42.vers.Quinimò.de sent.excõ. Excipitur tamen, vbi in eodem cubiculo plures lecti essent; nam, si excommunicatus in vno sit, esse in altero ego possum, quandoquidem hac ratione cum excõicato non communico, sicut nec etiam, vbi in diuersa mensa comedimus, & non in eodem conuiuio, vt supra vidimus, atque sic dixit Inno.in eod.c.nuper, & Soc.eod.vers.Et ex his apparet, si vel amplum cubiculũ paleis sterneretur, quò inibi aduenturi milites dormirent, si excommunicatus interesset, dormiri ab ipsis non debere; secus autem, si quis in eodem cubiculo separatim locum ad dormiendum sibi pararet, vel super nudum solum dormiret. † Item nec cum excommunicato sedere debemus; sic.n.dixit Gloss.qua cum DD.communiter sentiunt in Clemen. fin. in verb. Quouis modo.de sent.excom. † Tertiò nec habitare cum excommunicato possumus, vt dixit Syl.eod.5.vers.Et quartò, & Nauar. eod.vers. Per Communio. Excipitur tamen, quando quis habitaret ibi, vbi excommunicatus habitat, non tamen eum ipso, aut dormiret, aut colloqueretur, aut comederet, & id generis ageret; tunc.n.habitare possumus, vbi excommunicatus habitat, ne iure nostro priuemur arg.c.intelleximus.de iud. atque sic dixit Inno. in eod.c.nuper. Nec obstat c.omnis, qui. 37.q.1. quandoquidem, qui in eodem balneo se abluere noluit, vbi hæreticus abluebatur, id sua sponte fecit, vt sensit Inno.in eod.c.nuper: quæ tamen responsio mihi non probatur, sed ob eam rem id factum est, quoniam balneum, sicut mensa vna, fortasse se habet; præterea non id damni in balneo quis patitur, si eo non vtatur, quod fortasse pateretur, si non habitaret; in his igitur casibus, sicut in huiusmodi alijs, cum excõicato esse non debemus: sed de his hactenus; iam casus, vbi cũ excõicato esse possumus, contemplemur.

SVM-

S V M M A.

1 *Communione excommunicati, nec denunciati, nec notorij vti nobis licet.*

2 *Communione excommunicati, & notorij, ac denunciati vti nobis licet in omnibus casibus, qui hoc versiculo comprehenduntur, Vtile, Lex, Humile, Res ignorata, Necesse.*

IIII.

§ Hactenus egimus, quando excommunicati communione vti non possimus; modò, vbi ea
licitè vtamur, nobis agendum est. Et, quoniam casus, in quibus hoc contingit, partim cō-
munes, partim non communes sunt; ob eam rem primò de cōmunibus, deinceps de reliquis
agamus. Si illud vnum primò proposuerimus in omnibus casibus, vbi permittitur nobis excō-
municati communione vti, id nobis etiam licere; si excommunicatus sit cum omnibus, qui ei
communicant, vel speciatim hoc prohiberetur; nam inferior superioris priuilegia ad id tollere
non potest; Romanum tamen Pontificem excipio, vbi priuilegium hoc adimere ipsum velle
constaret. Communes autem casus eos dicimus, in quibus cuiq; vti communione excommu-
1 nicati licet; non communes autem, in quibus aliquibus tantum licet. † Excommunicati com-
munione igitur licitè omnes vtimur primò, vbi excommunicatus pro excommunicato denun-
ciatus non est ob extrauag. ad euitanda. Item, vbi notorius non est; nam in his duobus casi-
bus, vbi. s. nec notorius, nec denunciatus est, excommunicati communione & in profanis sine
offensa vtimur ob cit. extrauag. ad euitanda. Tertiò, vbi quis excommunicatum quempiam
denunciatum esse ex confessione sacramentali nouit, vt potè, quia excommunicatus ille con-
fessus est se denunciatum esse; nam ob confessionis sigillum ipsum vitare non debet, nisi aliun-
de id nouerit, vt colligitur ex ijs, quæ dixit Couar. in c. alma. pars 1. §. 2. nu. 3. de sent. excōmu.
lib. 6. & Marian. Socin. sen. in c. inter alia. nu. 115. eod. in antiq. Quartò, vbi per priuilegiū hoc
quis habet, vt dixi in hoc cap. §. 11. in fine. Sed, quoniam hic explicandum esset, quisnam ex-
communicatus denunciatus sit, & quis notorius dicatur, de quorū priore egimus cap. 21. §. 2.
2 Tab. 1. & de posteriori cap. 13. §. 7. eiusd. Tab. † Ideò, his omissis, ad casus alios non cōmunes,
in quibus excommunicato communicare aliquibus licet, veniamus: qui, quoniam eo vulgari
versiculo comprehenduntur Vtile, Lex, Humile, Res ignorata, Necesse, quem refert Gloss. in
c. cùm desideres. de sent. excom. & DD. communiter sequuntur; ideò eo ordine à nobis expli-
centur, quò in eo versiculo continentur.

S V M M A.

1 *Vtilitatis nostræ gratia, idest, vt consequamur, quod nobis ipse debet, excommunicati communione vti licitè possumus, vel denunciatus, vel notorius sit.*

2 *Vtilitatis animæ excommunicati gratia eius communione licitè vtimur.*

V.

§ Excommunicati communione igitur vti nobis licet, vel denunciatus, vel notorius excō-
1 municatus sit, cùm vtilitatis nostræ, tum ipsius excōmunicati gratia. † Ob nostram vti-
litatem, vt. s. id, quod nobis excommunicatus debet, ab eo consequamur; nam & extra iudiciū,
& in iudicio agere ob id cum ipso possumus arg. c. si verè. de sent. excom. & c. intelleximus. de
iud. & vt nos egimus cap. 16. huius Tab. idq; iure meritò, tum quòd aliter excōmunicatio cre-
ditori, qui culpa caret, damnū afferret contra cap. 1. de const. & l. sancimus. C. de pœn. cum q.
excōmunicatus, qui in culpa est, commodum reportaret, quod non minus iniquum, cùm nemo
conditionem suam ex delicto meliorem faciat arg. c. legi. 16. q. 1. & c. sicut. in fin. de simon. &
c. si verè. de sent. excom. & l. 3. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. ac propterea non modò à con-
tumacia non discederet, sed contra potius pertinax magis, magisq; in dies redderetur contra
c. 1. de except. lib. 6. Quæcunque nobis ergò excommunicatus debet, atq; idcirco & decimas,
exigere ab eo possumus, vt dixit Inno. in c. cùm voluntate. de sent. excom. Item, vbi societatē
aliquam cum ipso habemus, cum eo licitè negotiamur, quamuis societas incunda tunc non sit,
et si inita valet, vt dixit Iacob. de Graff. cap. 13. nu. 4. lib. 4. decis. cas. cons. sed de nostra vtilitate
2 hactenus, nō. n. latiùs hæc patet. † Ob vtilitatem animæ excommunicati quoque ipsius cōmu-
nione licitè vtimur. Quare concionem ad excommunicatum habere possumus, vt dicitur in c.
responso. de sent. excom. quò à contumacia discedat, ecclesiæq; obtemperet: quò itidem ab-
soluatur, vt studeat, licitè ei suadebimus; nam in huiusmodi casibus, esto, alia verba ad rē non
perti-

pertinentia interueniant, non offendimus, modò animus noster eò spectet, vt habetur in cit c. cùm voluntate, & ibi DD. communiter not. & vt dixit Sot. d. 22. q. 1. art. 4. concl. 5. lib. 4. & Adr. de clauib. art. 3. vers. Sed quoniam. ibi tertia exceptio lib. 4. & pluribus id asseruit Couar. in c. alma. pars 1. §. 1. nu. 10. de sent. excom. lib. 6. & Gabriel Biel. d. 18. q. 3. not. 3. lib. 4. Etenim nec in pœnã à statuto latam contra eos, qui cum exulibus versantur, is incidit, qui propterea cum ipsis est, quò eos ad satisfaciendum rei publicæ inducat, vt conclusit Abb. in cit. c. cùm voluntate. nu. 4. qua ratione nec in excommunicationem à Romano Pont. in eos promulgatam, qui cum exulibus versantur, incidet, qui hoc animo cum ipsis versatur: secus autem, si id fingat; nam tunc in excommunicationem minorem incidet, vt dixit Hostien. in summa num. 15. vers. Vtile. de sent. excom. Solùm igitur ob duplicem hanc vtilitatem, vt. s. consequamur, quod nobis excommunicatus debet, eiusq; animæ saluti consulamus, licitè cum excommunicato versamur, vt inquiunt Gloss. in c. cùm desideres. in verb. pœnam. de sent. excom. & Marian. Socin. sen. in c. inter alia. nu. 85. eod. & S. Thom. q. 23. art. 1. in 3. par. & Archip. Florent. de cens. eccles. cap. de minori excommun. & Sylu. in verb. Excommunicatio. 5. nu. 4. vers. Sciendum est secundò, & Tab. eod. nu. 8. vers. Septimò, & Gabr. Biel. ibid. & Caiet. in summ. cap. participatio cum 3
excommunicato quibus casibus impunè permittatur, communis denique DD. sententia hęc est: sed de his hactenus, ad alia transeamus.

S. V M. M A.

1 *Vxor cum marito excommunicato esse potest; qua regula, quatenus pateat, declaratur.*

2 *Vxor à marito excommunicato coniugale debitum petere potest.*

3 *Maritus excommunicatus an ab vxore debitum coniugale petere possit.*

4 *Sponsa cum sponso excommunicato esse non potest.*

5 *Dotem an repetere vxor ab excommunicato marito possit.*

6 *Maritus an cum excommunicata vxore esse possit.* 5

VI.

1 § † Vxor cum marito excommunicato esse potest, vt habetur in c. quoniam multos. 11. q. 3. & in c. inter alia. de sent. excom. & vt inquiunt DD. in citatis iuribus, & Gloss. in c. cùm desideres. in verb. Pœnam. de sent. excom. & Anchar. in c. statuimus. nu. 4. eod. lib. & S. Thom. q. 23. art. 1. in 3. par. & Sot. d. 22. q. 1. art. 4. concl. 5. vers. Secunda causa. lib. 4. & Sylu. in verbo Excommunicatio. 5. nu. 4. vers. Secundò, & Angel. eod. 8. nu. 7. & Caiet. in summ. cap. participatio cum excommunicato quibus casibus impunè permittatur, & Felicianus episcopus Scalensis cap. 38. in verb. Lex de excom. & Iacob. de Graff. cap. 13. nu. 6. lib. 4. decis. cas. consc. Idq; merito; nam, vt inquit Imperat. in l. possessionum. C. communia vtriusq; iudicij; quis ferat liberos à parentibus, à fratribus sorores, à viris coniuges separari? facit quoq; §. item is, qui ædium. in Instit. de vsu, & hab. iure igitur vxor mariti excommunicati communione vtitur, atq; illi obedire tenetur, vt d. 18. art. 12. q. 4. lib. 4. dixit Ricard. de Media Villa. Quę regula multis modis declaratur; nam primò vxor cum marito excommunicato esse potest, non solùm, vbi 2
re vera matrimonium inter ipsos constitit; verum etiam, vbi matrimonium, vt ita dicam, præsumptum tantùm extat, quia. s. in facie ecclesię ab ipsis contractum quidem est, sed tamen non constitit ob impedimentum, quod ipsi contrahentes ignorābant; quamdiu. n. impedimentum ab ipsis ignoratur, hi matrimonij priuilegijs fruuntur, ac propterea vxor hoc, ex quo culpa caret; nam & filij ab ipsis nati legitimi sunt, vt dicitur in c. 2. & in c. prolatum, & in c. peruenit, & in c. ex tenore, qui filij sint legitimi. Item vxor cum marito excōmunicato esse potest, vel cū tali matrimoniū contraxerit, quem excōmunicatū nō nouerat arg. c. 1. de eo, qui dux. in matr. quā pollen. per adult. Tertiò vxor cum marito excōmunicato esse potest, etiam si sciens ipsum excommunicatum ei nupserit; nam matrimonium nihilominus valet arg. cap. significasti. eodem; &, vt suo loco probauimus, vxor re vera est; at vxor cum marito excōmunicatio esse potest ob cit. c. quoniam multos, ergo & hæc esse poterit; cui. n. verba legis conueniunt, eidem & legis dispositio conuenire debet arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Præterea legislator in cit. c. quoniam multos, vxoribus permittit, vt cum maritis excommunicatis sit, nec distinguit, an ante, postuè excommunicationem vxores factæ sint; ergo neque nos distinguere debemus, arg l. de pretio. ff. de publ. in rem act. nec repugnat, si dicatur ipsam contra legē facere, quæ excommunicato nupsit, ac propterea legis beneficiū non mereri arg. c. in audientia. de sent. excō.

nam,

nam, quòd contra canonem facit, punitur, quia in minorem excommunicationem incidit; at,
posteaquam nupsit, vxoris hoc priuilegio fruetur arg.c.quemadmodum.de iureiur. & l. patre
furioso.ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien.iur. Quartò vxor cum marito excommunicato esse po-
test.quò ad omnia obsequia, quæ vxor marito debet, vt probatur in cit.c.inter alia.de sent.ex-
commun. ibi.n. vxori communio mariti excommunicati simpliciter permittitur, ergo simpli-
citer, & quò ad omnia communio permissa esse ei debet arg.cit.l.de pretio. ff. de publ. Præte-
rea omnis communio cum excõmunicato nobis prohibita est, vt habetur in c. sicut Apostoli,
cum multis seq. 11.q.3. à qua regula vxor excipitur per cit.c.quoniam multos, ergo vxor om-
ni legitima cõmunione mariti vti poterit; exceptio enim de regula esse debet, vt asseruit Dyn.
in rub. de regul. iur. libr. 6. & Bart. in l.si eum. §. qui iniuriarum.ff.si quis caut. atque sic dixit
Gabriel.Biel.d.18.q.3.art.1.not.3.vers.Lex.lib.4. vbi ait vxorem vti posse communione ma-
riti excommunicati non solùm in debito reddendo, sed etiam in alijs obsequijs domus. † An
2 igitur & debitum coniugale marito excommunicato petenti reddere debet? Antequam quæ-
stionem hanc dissoluamus, altera priùs breuiter explicanda est, an.s.vxor ab excõmunicato ma-
rito debitum huiusmodi petere queat. In qua quæstione breuiter concludimus vxorem à ma-
rito id petere posse, & à marito reddi ei illud debere; nam & sic dixit Gloss. in cit. c. quoniam
multos, quam sequitur Archid.ibi.nu.2.& alij, & Nicol.Plou.in tract.de excõmunicatione cap.
de particip.cum excom.nu.15.vers.Secundò, & Archiep.Floren.eod.cap.76.nu.22.& Ioan.de
Lign.in tract.de censur.eccl.§.vigesimus quintus nu.14.vers.Quadragesimò octauò, & Hostië.
in summ.§.lex.de sent.excom.& Iacob.de Graff.cap.13.nu.6.lib.4.decis.cas.consc.& Marian.
Soc.sen.in c.inter alia. nu. 66. de sent.excom. communis deniq; Doctorum sententia hæc est;
quæ & ratione probatur. Nam quisque ab excommunicato petere potest id, quod ipsi ab eo
debetur, vt dicitur in c.intelleximus. de iud. & nos suo loco probauimus, ergo & vxor debitũ
huiusmodi petere poterit; alioquin sine culpa damnum pateretur, quod iniquum est, & contra
3 c.2.de constit.& c.2.de ijs, quæ fiunt à maior.par.cap.& de quæstione hac satis; † iam priùs p-
positam explicemus. Citati autores igitur proximè maritum excommunicatum debitum hu-
iusmodi ab vxore petere non posse inquiunt, & in primis Gloss. in eod.c.quoniam multos, hac
fortasse ducti ratione, quòd excommunicatus ipsi debitum petere non potest arg. c. decerni-
mus. de sent.excom.lib.6. Ego autem contrarium sentio.s.maritum excõmunicatum ab vxo-
re debitum huiusmodi petere posse. Primò, quia vxor marito excommunicato ad obsequia ea
præstanda tenetur, ad quæ ante excommunicationem obligata ei erat, vt probatur in cap.inter
alia.de sent.excom. inter quæ obsequia præcipuũ hoc est, & propriè coniugum, quatenus con-
iuges sunt (ab alijs.n.licitè haberi hoc non potest; secus autem alia) ergo licitè maritus excõ-
municatus debitum huiusmodi ab vxore petet, ex quo ad illud ei præstandum obligata est.
Præterea serui dominis excommunicatis inseruire debent, & consueta obsequia eis præstare ob
cit.c.inter alia; at huiusmodi domini, quò serui obsequia debita præstent, petere possunt, alio-
quin, quod seruorum ingenium est, ea non præstarent; ergo & mariti excommunicati ab vxo-
ribus debitum hoc licitè petent: præsertim, quòd ipsæ vxores ingenuo quodam pudore ab hu-
iusmodi petitione sæpius auocantur. Accedit postremò, quòd, si aliter diceremus, lex permit-
tens vxori, vt excommunicati mariti communione vtatur, si prohiberet, ne maritus coniuga-
le debitum peteret, rete, vt ita dicam, animabus tenderet, in quod facilè inciderent; nam ma-
ritum esse cum vxore, & ab ea debitum huiusmodi petere non posse persimile videtur pro-
pe ignem esse, & non calefieri. Hinc, vt probauimus cap.15.§.3. in hac Tab. maritum excom-
municatum vxoris restitutionem petere posse conclusimus; &, qui contrarium senserunt, iudi-
cis tamen officio vxorem marito excommunicato propter fornicationis periculum restituen-
dam existimarunt, atque sic dixit Add. ad Capell. Tholos.decis.171.& ob periculum fornica-
tionis igitur debitum coniugale excommunicatus maritus ab vxore petere poterit; in hac igi-
tur quæstione sic sentiendum censerem, quod & sensisse videtur Felicianus episcopus Scalensis
in Enchiridio de censur.cap.38.in verb. Lex.de excom. quare & vxor debitũ ei reddere debet,
vt inquiunt plures, quos refert Marian.Socin.sen.in c.inter alia.nu.66.de sent.excom. Quintò
vxor cum marito excommunicato esse potest, vel ipsa excommunicata sit, & hoc cùm ob for-
nicationis periculum, tum quòd simpliciter vxori permittitur, vt cum excommunicato marito
sit, nec distinguitur, an ipsa excommunicata sit nec ne in cit. c.quoniam multos. Sextò vxor
cum marito non modò esse potest, verùm etiam & debet, vt declarauit Rom.Pont.in cit.c.inter
alia; nam per c.quoniam multos.11.q.3. non modò cum maritis vxores esse posse, verumetiã

& ad id compelli debere interpretatus est in eod.c.inter alia: & hoc ob eam rationem, quoniã
ante excommunicationem vxor cum marito esse debebat, ad obsequiaq; ei præstanda obliga-
batur, quæ per excommunicationẽ nec quò ad vsum sublata sunt beneficio eius cap. quoniam
multos, vt explicauit idem Rom. Pont. in cit.c.inter alia.vers.vt igitur. Postremò locum habet,
vt cum marito esse possit, etiam si cum ijs, qui secum communicant, maritus excommunicatus
sit, vt de communi sententia testatur Socin. ibidem nu. 69. etenim, si inferior excommunicet,
priuilegium hoc superioris tollere non potest arg.c.cùm inferior. de maiorit. & obed. si Rom.
Pont.nisi aliud exprimat, ad terminos iuris excommunicasse censetur, atque sic asseruit Socin.
ibid.nu.69.& nu.125. vers.Secunda regula. His ergo rationibus regula hæc amplificatur; ex-
4 ceptiones tamen non nullas patitur. † Nam primùm sponsa cum sponso excommunicato esse
non potest; tum quòd sponsa vxor adhuc non est, nec vxoris appellatione continetur, vt pro-
batur in l.si qua.§.1.& seq.ff.de ritu nupt.& vt tradidit Ias.in l.Gallus.§. instituens.nu.12.ff.de
lib.& posthu. vxori autem tantùm facultas hæc tribuitur, vt cum marito excommunicato esse
possit per cit.c.quoniam multos; tum quòd sponsa nec cum sponso etiam non excommunica-
to habitare potest, vt cauit Trident.Synod.cap.1.vers. Præterea eadem sancta Synodus de re-
form.matr.Sess.24.Præterea cum marito excommunicato esse non potest, vbi cum marito ex-
cõmunicatus alius esset, & hoc, ne alterius excommunicati communione vtatur, cuius commu
nio permissa ei non est; ex quo.n.cum suo marito vt sit, ei conceditur, cum alijs excõicatis ne
sit, prohibitum esse existimatur; nam inclusio vnius alterius exclusio est arg.c.non ne. de præ-
sumpt.& l.cùm prætor. ff.de iud. & limitata causa limitatum producit effectum arg. l.in agris.
ff. de acquir. rer. dom. Tertiò vxor cum marito excommunicato esse non potest, vbi diuortio
separati essent; nam, quòd ab obsequijs mariti ob id liberata est, meritò in ipsa locum non ha-
bet dispositio cit. c. quoniam multos, & c. inter alia; etenim cessante causa legis & ipsa lex
cessare debet arg.c.cùm cessante.de appel.& l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patron. atq; sic di-
xit Ioan.Andr.quem refert, ac sequitur Anchar.in c. statuimus.num.4.vers.Aduerte etiam. de
sent.excom.lib.6.& Marian.Soc.sen.in c.inter alia.nu.68. vers. Et idem dicũt. de sent. excom.
Quartò vxor cum marito excommunicato non communicabit in ijs, quamobrem excommu-
nicatus est; esset.n.hoc communicare in crimine, atque sic dixit Rom.Pont.in eod.c.inter alia.
de sent.excom.etenim in delictis versari nec cum non excõmunicato licet, atque sic dixit Soci.
eod.nu.69.vers.Item prædicta,& nu.124.vers.Prima, quòd in omnibus; vbi ait in omnibus ca-
sibus, in quibus ob aliam rationem cum excommunicato esse permittitur, nunquam hunc ex-
cusari, qui in crimine communicat. Quintò vxor cum marito excommunicato non versabitur,
vbi ob hæresim excommunicatus est argu. c.decreuit. de hęret.lib.6. & hoc ob eam rem, ne &
ipsa eo vitio inficiatur. Postremò simul cum marito excommunicato esse non potest, vbi excõ-
municatio lata est, propterea quod matrimonium inter ipsos contractum illicitum est, & hoc
ob fornicationis periculum, atq; sic dixit Syl.eod.5.vers.Secundò, & Gabriel Biel.eod.& facit
c.inquisitioni.de sent.excom.his ergo exceptis casibus, alias vxor cum marito excommunica-
5 to esse poterit, & omnia vxoris obsequia eidem præstare. † Atqui an vxor ob mariti excom-
municationem dotem petere potest? Planè concludendũ est id ab vxore non posse, ex quo vxor
cum marito excommunicato esse cogitur, vt probauimus, atque sic tradidit Ioann. Camp. in
tract.de dot. q.24. p.3. Verùm quid, si in contumacia perseuet? In hoc casu repeti posse dixit
Ioan. Andr.in Add.ad Specul.in tit.de donat.inter virum,& vxor. §.fin. vers.Quia hic de ban-
nito; eum sequitur Alex.cons.78.nu.20.lib.5.& Phil.Prob.in Add.ad Ioan.Mon. in c.fi.nu.13.
de sent.excom.lib.6. Roffred.autem in suis quæstionibus Sabatin. q.21. vbi quæstionem hanc
disputauit, Iure Ciuili repeti posse dixit, sicut repetitur, vbi maritus deportatus est; secus au-
tem Iure Pontificio. Ego verò pro regula habendum censeo ob mariti excommuniationem do-
tem repeti ab vxore non posse; quandoquidem vxor cum marito esse cogitur, vt probauimus,
& habetur in c.inter alia.de sent.excom. nec ibi distinguitur, an in excommunicatione perseue-
ret, nec ne; ergo nec nos distinguere debemus arg. l. de pretio.ff.de publ. Excipio tamen, vbi
in excommunicatione tamdiu perseuerauit, vt pro hæretico condamnatus sit; nam, quòd tunc
hæretici ipso iure iure suis bonis priuantur, vt habetur in c.cùm secundum leges. §.fi.de hæret.
lib.6. ob eam rem tunc suam dotem repetere poterit, sicut etiam posset, vbi ob hæresim in ex-
communicationem maritus incidisset arg.c.decreuit. de hæret. lib. 6. sed de quæstione hac, vbi
6 maritus excommunicatus est, satis. † Iam è contrario, vbi vxor excõmunicata est, an cum ipsa
maritus esse possit, contemplemur. Goff.Rayn.Pisan.Rof.Ioan.Mon.quos referunt Hostien.in

summ.nu.15.vers.Lex.de sent.excom.& Syl.in verb. Excommunicatio.5. nu.4.vers. Secundò, & sequitur, sicut etiam Anchar.in c.statuimus.nu.4.vers.Quid è contra. de sent.excom.lib.6. & Add.ad Abb.in cit.c.inter alia.nu.3.in lit.D.eod.in antiq. maritum cum excõmunicata vxore versari non posse concluserunt. Primò, quia in cit.c.quoniam multos.11.q.3.à communi regula, qua prohibetur, ne quis excommunicati communione vtatur, vxor tantùm excepta est respectu habito ad maritum excommunicatum, vt cum ipso esse posit; non autem maritus, vt cum excommunicata vxore sit, ergo neque nos maritum excipere debemus arg.l.si seruum.§. non dixit prætor.ff.de acquir.hæredit. hæc tamen ratio mihi non probatur; nam Roma. Pont. ob eam rem vxores tantùm excipit, quoniam frequentiùs mariti, idest viri, quàm vxores, idest mulieres, excommunicantur, vt experientia rerum magistra id docet, ergo & mariti excepti esse intelligi debent; nam, vbi lex mentionem cuiuspiam facit, propterea quod frequentiùs illud accidit, similes casus minùs frequentes non excludit, vt dixit Gloss.in Clem.1.in verb.Præsidentes.de rescript. & Gloss.in l.1.in prin.C.de ijs, qui ad eccl. confugiunt, & in l.vn. in verb. Sponsam.C.de rapt.virg. Secundo loco pro eadem sententia ratio hæc redditur, clericus pater cum filia esse non potest, vbi Deo dicata matrimonium contraxit, vt dicitur in c.de filia. 27.q.1. ergo nec maritus cum excommunicata vxore versari poterit: ad hanc rationem responderi potest; primò ibi de excommunicatione non agi, ac propterea ad rem nostram non facere arg.l.Papinianus exuli.ff.de minor. præterea ius illud intelligi, quod & Gloss.ibi animaduertit, & sequitur Adrian.de clauibus art.3.vers.Si petas secundò. lib.4. vbi pater in eo errore filiam foueret; declarat hoc vers.ille Si eam pater, vel mater in affectum receperit, verbum enim illud Affectum parentum eius filiæ fauorem quodammodo indicat; at nos non agimus de marito, qui mulieri excommunicatæ in eo faueat, quamobrem excõmunicata est, hoc enim apertè prohibetur in cit.c.quoniam multos, & in cit. c.inter alia. Postremò sic argumentantur, maritus vxoris caput est, vt habetur in c.hæc imago.33.q.5. ac propterea corrigere ipsam debet; vnde, cùm mulier delinquenti non repugnauerit, assensus esse ei videtur, ac propterea permitti ei non debet, vt cum ipsa versetur, ita dixit Gloss.de patre, in cit.c.de filia: quæ tamen ratio mihi non placet; quandoquidem aliter punietur: & hæc sunt, quæ potissimum pro hac opinione referuntur. S. Thom. verò q.23. art.1. in 3. par. in ijs, in quibus vxori maritus obligatus est, cum vxore habitare ipsum posse sensit; nã, sicut inferiores obligantur ad obsequia inferiorum, ita superiores ad prouidentiam inferiorum, eundem sequitur Caiet. in sum. cap. participario cum excommunicato in quibus casibus permittatur, & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.38. in verb.lex.ibi & contra.de sent.excom.& Mart. Alfons. de Vival. in Candelab.de excom.nu.100.vbi in omnibus communicare maritum cum vxore posse dixit. Angel.autem in verb.Excommunicatio.8.nu.8.qua ratione cum marito excommunicato vxor esse potest, eadem ratione maritum cum excommunicata vxore versari posse dixit, hanc opinionem simpliciter sequitur Nauar.in man.cap.27.nu.27.& sequi etiam videtur Sot.d.22.q.1. art.4.concl.5.vers.Secunda causa lib.4.& Iacob.de Graff.cap.13.nu.6.lib.4.decis.cas.consc.& Couar.in c.alma.pars 1.§.1.nu.9.vers.Est.n.responsum.de senté.excom. lib.6. Et hoc ob eam rationem, quoniam eadem conditione maritus, & vxor esse debent, sicut igitur vxor cum marito excommunicato esse potest, ita & maritus cum vxore excommunicata esse posse debet argum. c. gaudemus. de diuort. ad hoc argumentum respondetur à quibusdam pari conditione maritum, & vxorem esse quò ad debitum coniugale reddendum, & in iudicijs, vbi de diuortio agitur, aliàs secus: hac responsione non sublata ratio, sed confirmata potius mihi videtur; nam, si ob debitum huiusmodi reddendum maritus, & vxor pari conditione sunt, maritus vxori excommunicatæ debitum reddet; quia & vxor marito excommunicato ad id obligatur, vt vidimus. Quid igitur concludendum? Ego ab hac postrema opinione discedendum non censeo, vt maritus cum excommunicata vxore, vt priùs, esse posit; non autem solùm in debiti petitione vt Host.ibid. scripsit; nam & sic dixit Gabriel Biel.d.18.q.3.art.1.not.3.vers.Lex.lib.4. Primò, quia in correlatiuis dispositum in vno & in altero locum habet, vel lex corrigat, vel pœnam inferat, vt inquiunt Bart. Ias. ac communiter Doctores in l.fi. C. de indict. vid. tollen. at maritus, & vxor correlatiua sunt; ergo, ex quo permissum est vxori, vt cum marito excommunimunicato sit, idem & marito permissum esse, vbi vxor excommunicata est, interpretabimur. Præterea pro hac sententia facit, quòd diximus proximè, vxores exceptas esse, quoniam frequentiùs viri in excommunicationem incidunt. Accedit, quoniam maritus, vbi excommunicatus ipse est, obsequijs vxoris non priuatur ob cit.c.quoniam multos, & c.inter alia, ergo multò

minùs hic obsequijs eiusdem priuari debet, alioquin sine culpa puniretur contra c. 2. de constitut. Item vbi eadem ratio, ibi idem statui debet arg. c. cùm dilecta. de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. at ratio, quamobrem vxori permittitur, vt cum marito excommunicato sit, multiplex est, primò propter obsequia præstanda marito, propter difficilem separationem, & propter fornicationis periculum arg. cit. c. quoniam multos, & c. inter alia, & l. possessionum. C. commun. vtriusque iudicij; quæ rationes, vel vxor excõmunicata sit, locum habent. Item cum excommunicato, quocum societatem coiuit, esse quis potest, ergo multo magis maritus cum vxore, atque sic dixit de socio excommunicato Gloss. in c. 1. dist. 41. & de casu nostro Conar. eod. nu. 8. & Iacob. ibid. Postremò vxor excommunicata necessariò cogitur esse cum aliquo; at satius est, vt cum marito, quàm cum alio sit, vt hoc per se patet. Ex his omnibus igitur concludo cum excommunicata vxore maritum esse posse. Excipio tamen, vbi maritus efficere posset, vt à cõtumacia discederet, atque absolueretur, & id non curaret; nam, quòd tũc fouere ipsam in cõtumacia existimatur, peccabit, nõ tamen in excõmunicationẽ incidet, vt probatur in cit. c. quoniam multos, & in eo. c. inter alia, & vt dixit Iacob. eo. & Couar. eo. vers. Est enim responsum, & Biel. eod. Item vbi ob hæresim excommunicata esset, vt supra de marito excõmunicato ob eandem causa diximus; sed de quæstione hac (quæ significatur per verbum illud Lex comprehensum in versiculo supra posito, quæ idcirco per legem significatur, quia de vxore agitur, quæ sub lege viri est arg. c. 1. & 2. de secundis nupt.) hactenus; ad alias quæstiones, quæ sub verbo illo Humile eiusdem versiculi continentur, transeamus.

SVMMA.

1 *Filij cum parentibus excommunicatis esse possunt, vel filij sint.*
2 *Legitimi, & naturales.*
3 *Legitimi tantùm.*
4 *Legitimi facti, idest legitimati.*
5 *Fœmina.*
6 *In primo, vlteriori uè gradu.*
7 *Emancipati.*
8 *Filiorum loco habiti, vt nurus, & priuigna, priuignusq;.*
9 *Post excommunicationem creati.*
10 *Inuiti.*
11 *Filij in aliquibus casibus cum parentibus excommunicatis esse nequeunt.*
12 *Filij spirituales cum patribus spiritualibus esse non possunt.*
13 *Pater cum filio excommunicato esse potest; quæ regula etiam declaratur.*

VII.

1 S. † Filij quoque cũ excõmunicatis parentibus esse queunt, vt habetur in c. quoniã multos. 11. q. 3. & vt inquiunt S. Thom. q. 23. art. 1. in 3. par. & Sot. d. 22. q. 1. art. 4. concl. 3. versic. Tertiò. Humile. lib. 4. & Abb. ac Felin. in c. nulli. de sent. excom. & Angel. in verb. Excommunicatio. 8. nu. 10. & Sylu. eod. 5. nu. 4. vers. Tertiò, & Caiet. in summ. cap. participatio cum excommunicato, quibus casibus impunè permittatur, & Iacob. de Graff. cap. 13. nu. 8. lib. 4. decis. cas. consc. Id quod summa ratione factum est; graue. n. esset filios à parentibus separari, vt dicitur in l. possessionũ. C. commun. vtriusque iudicij. Præterea filius est portio patris, ergo, sicut ipse versari potest, ita per filium, atque sic dixit Ric. d. 18. art. 31. q. 3. lib. 4. Hæc autem regula sic po-
2 sita multis modis declaratur; nam primò locum habet, cuiuscunque conditionis filij sint. † Vel
3 legitimi, & naturales. † Vel legitimi tantùm arg. l. adoptiuũ. ff. de in ius voc. † Vel legitimi fa-
4 cti arg. §. fin. in Instit. de nupt. & c. tanta, qui filij sint legitimi; hi. n. omnes filiorũ nomine cõ-
5 prehenduntur, vt in citatis iuribus probatur. † Item vel fœminæ sint; nam, etsi filiorum mentio tantùm fit in eod. c. quoniam multos, filiorum tamen appellatione & fœminæ continentur arg. l. 1. & ibi not. ff. de in ius voc. & vt tradidit Ias. in l. si quis id, quod. ff. de iurisd. omn. iud. & Dec. in l. fœminæ. ff. de reg. iur. etenim ratio eadem & in fœminis est, quæ & in maribus; immo
6 grauius esset, ac magis periculo subiectũ fœminas à parentibus separari, quàm mares. † Item locum habet proposita regula non modò, vbi patres, verumetiam vbi & auus, & abauus, ac deinceps excõmunicati sunt, nam nepotes, pronepotes, ac reliqui cum ipsis parentibus excõicatis esse possunt; quippe, quia filiorum nomine & nepotes comprehenduntur, vt dicitur in l. filij appellatione, & in l. liberorum. §. & Papyrius. ff. de verb. sign. & priuilegium concessum parentibus, ne in ius à filijs sine venia vocentur, nõ primi gradus filios tantùm, sed & vlterioris
7 comprehendit, vt habetur in l. 4. §. prætor ait. ff. de in ius voc. † Tertiò eadem regula locum habet, vel filij emancipati sint, & sic patria potestate liberati; nam & omnino extranei cum ex-

com-

communicatis esse queunt, immo debent, modò antea obligati ipsis essent, vt dicitur in eod. c. quoniam multos. 11.q.3.& in c.inter alia.de sent.excom. ergo & filij emancipati cum parentibus excommunicatis esse poterunt; quandoquidem emancipatione non tollitur, quin filij ad obsequia parentibus præstanda obligati sint arg.tot.tit.ff.de obseq.à lib.prestan.& l.adoptiuū. ff.de in ius voc. Cōtrarium tamen sentiunt S.Thom.ead.q.33. art.1.in 3.part.& Sot.d.22.q.1. art.4.concl.5.vers.Tertiò Humile. & Host.in summ.nu.15.in verb.Humile.de sent.excomm.& Gabriel Biel.d.18.q.3.art.1.not.3. vers. Quæ tamen sic moderanda sunt. lib.4. Angel.verò,& Sylu.in citatis locis,& Armil. in verb.Excommunicatio.nu.46.cum excōmunicato patre emācipatos filios esse posse inquiunt, vbi commensales eius sunt. Mihi tamen prior sententia simpliciter placet, vt .s. emancipati filij cum excommunicatis parentibus sint; tum quòd simpliciter filijs permittitur, vt cum excommunicato patre sint in eod.c.quoniam multos, nec distinguitur, an emancipati filij sint necne, ergo nec nos distinguere debemus arg.l. de pretio. ff. de publ.in rem act. tum quòd, si requireretur, vt cōmessales essent, filiatio, vt ita dicam, nihil quò ad hoc operaretur, quandoquidem & hac ratione extranei cum excommunicato esse possunt, vbi commessales sunt ob cit.c.quoniam multos; à priori sententia igitur discedendum non est: quamuis in adoptiuis filijs emancipatis ipsorum sententia locum habere possit; quandoquidem emancipatione omne ius tollitur, vt probatur in §.adoptiui. in Instit.de exheredat.liber. nam tunc, si cōmensales eius non sint, cum ipso esse non poterunt, vt dixit S. Thom. & Sot. in citatis locis, secus autem si cōmessales sint, vt inquiunt Angel.Sylu. & Armill. qua ratione opi-

8 niones omnes inter se conciliantur. † Quartò proposita regula locum habet etiam in ijs, qui affinitatis ratione filiorū loco sunt, vt nurus, & priuigna, nec non priuignus; hi ergo cum vitrico, illa cum socru excōmunicato esse possunt; nam filiorum loco habentur, vt dicitur in §. affinitatis. in Instit. de nupt. Præterea beneficium hoc principis est, ergo perquamlatissimè est interpretandum arg.c.cùm dilecti.de donat.& c.olim.de verb.sig. & l.beneficium. ff.de const.

9 prin. † Quintò locum habet non solùm in filijs ante excōmunicationem natis, sed etiam post excommunicationem: vel igitur ei filij nascantur procreatione, vel adoptione, vel legitimatione, hi cum parentibus excommunicatis esse poterunt; nam ad obsequia parentibus præstanda ipsi obligantur, ergo cum eis legitimè erunt arg.cit.c.quoniā multos,& c.inter alia. Quamuis post excōmunicationem adoptati in minorem excōicationem incidant, vbi rationis vsum habent, ex quo excōmunicato adoptandos se dederunt; inuitus.n.quis nec adoptatur, nec arrogatur, vt habetur in l.in adoptionibus.ff.de adopt.& in l. fin. ff.de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. Sextò eadem regula locum habet, non solùm, vbi pater excōicatus est, & auus, verumetiā & vbi mater, auia, ac deinceps huiusmodi mulieres excōicatæ sunt; nam, quòd & ad obsequia his præstanda filij obligati sunt, atque idcirco ratio hic locum habet eius c.quoniam multos; & c. inter alia; ob eam rem & dispositio eorundem locum habebit, & sic filij cum matre, atque auia excōicatis esse poterunt arg.c.cùm dilecta.de confirm.vtil.vel inutil.& l.illud. ff.ad

10 l.Aquil. † Postremò filij, ac liberi cum excōicatis parentibus non modò esse possunt, verumetiam & debent, vt declarauit Rom.Pont.in eod.c.inter alia. In omnibus igitur his casibus proposita regula locum sibi vindicat; etiam si parentes sint excōicati cum ijs, qui secum communicarent, vt dixit Marian.Soc.sen. in c.inter alia.nu.125. de sent.excom. nam nihilominus pa-

11 rentum cōione filij legitimè vtuntur. Quæ tamen exceptiones has patitur. † Nam primò filij cum parentibus excōicatis cōmunicare in his non possunt, pro quibus excōmunicati sunt, ac propterea in criminibus, vt dicitur in cit.c.inter alia.in fin.& ibi not. Gloss.de sent.excommu. Item, vbi eorū consilio, & autoritate fulti in contumacia perseuerant ob cit.cap.quoniam multos. vers.Vt eorum consilio.11.q.3. Tertiò filius cum excōmunicato patre esse non debet, vbi ob hæresim excōmunicatus est, & hoc ne eo vitio ipse inficiatur arg.c.fin. & ibi not.Abb. vers.Sed quæro quid de famulis.de hæret. & facit c.quicunque.§. fin.eod.lib.6. Quartò filij cum parentibus excōmunicatis esse non possunt, vbi secum non habitant, vt non nulli sentiunt,& Nauar. in man.cap.27.nu.26.vers.Per Humile, dum inquit filij, quos secum habet: quorum sententia mihi non probatur. Primò, quia simpliciter permittitur filijs, vt cum excōicatis parentibus sint in cit.c.quoniam multos, nec distinguitur, an cum parentibus habitent nec ne; ergo nec nos distinguere debemus arg.l.de pretio. ff. de publ. in rem act. Præterea ratio, quamobrem filijs permittitur, vt cum excōicatis parentibus sint, ea redditur in cit.c.inter alia, quoniam ad obsequia ipsis præstanda obligati sunt; at obligatio hæc non tollitur, quamuis filij cum parentibus non habitent, ergo nec tollitur, quin & cum ipsis sint. Postremò, si hoc daremus, filiatio, vt ita

dicam nihil operarentur; nam ob habitationem &, qui filij non sunt, cum excommunicato esse possunt, vt habetur in cit. c. quoniam multos, & in c. inter alia, vel igitur cum patre filius non habitet, cum ipso tamen excõmunicato esse poterit. Quintò spirituales filij excipiuntur; nam cùm spiritualibus parentibus esse non possunt; hi autem fiunt per administrationem baptismi, atque confirmationis; itemq; per susceptionem in eisdem, vt dicitur in c. fi. de cogn. spir. lib. 6. Sextò in diuinis; quare, si filius patris parochus sit, nec ei administrabit Sacramenta, nec eo præsente diuina faciet, non enim communio hæc conuenit ipsi, quatenus pater est: sed de ex-
12 communicato patre iam satis; de excõmunicato filio iam agamus. † An igitur parer, materq; cum excommunicato filio esse, eidemq; communicare possunt? Gloss. in cit. cap. quoniam multos, in verb. Vxores pro certo quicquam affirmare ausa non est. Rayn. Guil. Goff. & Host. parentes non excusari inquiunt, si cum filijs excõicatis versentur; quandoquidem eos corrigere deberent, atque sic refert Archiep. Flore. cap. de minori excõmunicatione incip. Secunda species. vers. Sextò excusantur. Quorum sententia mihi non probatur; quandoquidem sępius sine parentum culpa filij in excommunicationem incidunt. Quare contrariam sententiam, vt parẽtes cum excommunicatis filijs esse possint in his, in quibus filijs obligati sunt, amplexatus est S. Thom. q. 23. art. 1. vers. Quidam autem in tertia parte, & Sot. d. 22. q. 1. art. 4. concl. 5. versic. Tertiò Humile, ibi & eadem ratione, & Archiep. Florent. eod. vers. Sextò, & Armill. in verbo Excommunicatio. nu. 46. in fi. & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 38. in verb. Humile. de excom. & Iacob. cap. 13, nu. 9. lib. 4. decis. cas. consc. At Nauar. simpliciter parentes cum excõmunicatis filijs esse posse existimauit in man. cap. 27. num. 27. vers. Nobis tamen verius, sensit hoc etiam Adr. q. de clauibus artic. 3. vers. Si peras secundò lib. 4. Quid igitur concludendum? Ego postremam hanc sententiam sequor, vt simpliciter parentes cum excommunicatis filijs esse possint. Primò, quia ecclesia filijs permittit, vt cum excõicatis parentibus sint, ergo idem & è contrario sentiendum est; dispositum. n. in vno ex correlatiuis & in altero locum habet, vt inquiunt DD. communiter in l. fin. C. de indict. vid. toll. Præterea filij cum parentibus excommunicatis esse queunt propter obsequia, quæ ei debent, ergo & parentes ob eandem rationem cum excommunicatis filijs erunt; quandoquidẽ & ad obsequia quædam filijs præstanda obligati sunt, vt porè ad ipsos alendos, pijs, Christianisq; moribus imbuẽdos arg. rit C. de alen. lib. id quod & sensit S. Thom. eod. art: 1. & citati autores, qui eum sequuntur. Ac planè, cùm in excõmunicationem pueri quoq; incidant, vt habetur in c. 1. & in c. fi. de sent. excom. non ne absurdum esset huiusmodi filios à parentibus deseri? Addo, si parentes cũ filijs habitẽt, faciliùs ipsos impulsuros cùm paternis admonitionibus, tum patris imperio, vt à contumacia discedant, & absoluantur. Postremò, si contrarium diceremus, parentes, qui excõmunicati filiorum obsequijs non priuantur, vt vidimus, non excommunicari, & sic sine causa ipsis priuarentur contra c. 2. de constit. & sic deteriori conditione parentes non excommunicati essent ipsis parentibus excommunicatis. Ex his omnibus igitur concludo parentes cum excõmunicatis liberis esse posse. Et quoniam in ijs, quę ad filios pertinent, parentes cum filijs esse non possunt, nisi & in alijs rebus cum ipsis communicent; ob eam rem & in alijs esse cum filijs poterunt; sic. n. &, vbi de excommunicati salute agitur, alia inferi possunt, vt dicitur in c. cùm voluntate. de sent. excomm. quæ dicta esse volumus & è contrario, vbi pater excommunicatus est respectu habito ad filios. Excipiuntur tamen casus, quos excepimus in filijs quò ad parentes. Item, vbi operam non darent, vt absoluerentur; hoc. n. esset quodammodo ipsos in contumacia fouere contra cit. c. quoniam multos, & c. inter alia, & in hoc casu locum habebit sententia Rayn. & qui eum sequuntur: sed de filijs iam hactenus, ad seruos transeamus.

SVMMA.

1 *Serui, ancillæquè cum excommunicatis dominis esse possunt; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Domini cum seruis excommunicatis esse possunt; quæ regula itidem declaratur.*

3 *Fratres cum excommunicatis fratribus an esse possint.*

4 *Serui an esse possint cum conseruis excõicatis.*

VIII.

1 § † Serui etiam, & ancillæ cum excommunicatis dominis esse queunt, vt habetur in c. quoniam multos. 11. q. 3. & ibi communiter not. & vt inquiunt Archiep. Florent. cap. de min. excom. incip. Secunda species. vers. Quartò, & Syl. in verb. Excommunicatio. 5. nu. 4. vers. Tertiò, &

tiò, & Angel.eod.8.nu.11.& Sot.d.22.q.1.art.4.concl.5. verſ. Tertiò. lib.4. idq; meritò, nam ſeruus eſt de poſſeſsione domini, itē organū dñi, vt dixit Phil. quem refert, ac ſequitur Ricard. d.18.art.11.q.3.lib.4.ergo æquū eſt, vt eo vtatur, ſicut poſſeſsione aliarum rerum ſuarum. Hæc autem regula ſic poſita non nullis modis amplificatur; nam primò locū habet, quacunq; ratione, & quocunq; iure quis ſeruus ſit; & ita vel iure gentium, vel Ciuili, vel Pōtificio, ſeruus factus ſit, totidem.n.iuribus ſeruus quis efficitur, vt traditur in §.ſerui autem.in Inſt.de iur.perſ.iuncto c. ita quorundam. extra de iudæ. nam eadem ratio in omnibus eſt; ergo & eadem diſpoſitio eſſe debet. Item locum habet, vel poſt excommunicationem in exommunicati poteſtatem aduenerit; nam, quòd domino priori, quin ipſum alienaret, prohibere non potuit arg.§.in poteſtate.in Inſtit.de ijs, qui ſunt ſui, vel alien.iur. ob eam rem excuſatur, quòd in excōmunicati poteſtatem venerit; pati.n.magis, quàm agere videtur arg.c.factis de ijs, quæ vi, metuſuè cauſa fiunt. Nec repugnat c.inter alia.de ſenté.excommu. vbi de ſeruis ijs agitur, qui antea ſerui erant, quaſi contrarium dicendum ſit, ſi poſt excommunicationem ſerui fiant; nam ratio, quāobrem ſerui cum dominis excommunicatis eſſe debent, ea eſt, quoniam ipſis dominis obligati ſunt: quæ obligatio, vel poſt excommunicationem interuenerit, idem operari debet; nam & filium poſt excommunicationem natum eſſe poſſe cum excommunicato patre ſupra probauimus. Item locum habet regula hæc etiam, ſi dominus ſit excōmunicatus cum omnibus, qui ei communicant, vt tradidit Marian.Socin.ſen.in c.inter alia.nu.125.de ſent.excom. Excipitur tamen primò, vbi homo liber excommunicato ſe vendi paſſus eſt, quò pretij particeps ſit; de qua venditione habetur in §.pen. in Inſtit. de iur. perſon. nam, quòd, qui ſic ſe vendi patitur, rationis vſum habeat, neceſſe eſt, vt ſenſit Glo.in eod.§.pen.in verb.Maior.ob eam rem, ſi ſciēs id permittat, & peccabit, & in minorem excommunicationem incidet; & faciunt, quæ dixit Anchar.in c.ſtatuimus.nu.4.verſ.Aduerte etiam.de ſenten.excom.lib.6. Excipitur etiam, vbi ſeruus ille cum eo domino communicaret, qui in eo proprietatem tantùm habet; nam, quòd cum eo domino eſſe non cogitur, ob eam rem eius cōmunione vtens peccabit, quandoquidem cum domino vſusfructus eſſe debet argu. §.de ijs autem, in Inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur, & §.item per liberos.cum ſeq. per quas perſonas nobis obligatio acquir.eod. quamuis, vbi domino proprietatis acquireret, ſecus tunc eſſet. Tertiò excipitur in delictis, & in contumacia, quamobrem dominus excōmmunicatus eſt; nam in his caſibus cum domino ſeruus eſſe non poteſt, ſicut nec etiam filius cum patre, nec vxor cum marito ob cit. c.quoniam multos, & c.inter alia. Quartò in diuinis, vt ſenſit Hoſt. de clerico, qui cum epiſcopo moratur, ac viuit in ſumm. nu.15.verſ.Humile.prope finem.de ſenr.excom. nam cōmunicare in illis non tenetur cum eo. Poſtremò excipitur, vbi dominus ob hæreſim excommunicatus eſt arg.c.fi.vbi & hoc nor Abb. verſ.Sed quæro.de hæret.& de regula hac iam ſatis. Ex qua etiam patet nos de ijs ſeruis agere, qui alterius dominio ſubiecti ſunt.† At quid è contrario, an dominus cum huiuſmodi excōmunicato ſeruo eſſe poteſt? in hac quæſtione idem concludimus, quod de filijs excōmunicatis reſpectu habito ad patres ſupra concluſimus, ſ.dominū cum huiuſmodi ſeruo eſſe poſſe; nam ſic dixit Nauar.in man.cap.27.nu.27. Et ratione id etiam probatur; quoniam ſeruus cum domino excommunicato eſſe poteſt, vt vidimus, ergo idem de domino dicendum eſt reſpectu habito ad ſeruum; nam diſpoſitum in vno ex correlatiuis & in altero locum habet, vt tradunt DD. in l.fin.C.de indict.viduit. toll. Poſtremò ſeruus cum excommunicato domino eſſe debet, quò debita ei obſequia præſtet, ergo multo magis nunc cum domino erit: alioquin ſine culpa domi nus damnum pateretur contra c.2. de conſtit. ſeruus autem commodum ſentiret, quod etiam iniquum eſt; namque daretur anſa, vt diutius in contumacia perſeueraret, ne domino ſeruiret, vt dixit Hoſtien. ibidem. Excipio tamen, vbi dominus efficere poteſt, vt à contumacia ſeruus diſcedat, & vt abſoluatur, ſed id minùs curat; nam, quòd fouere ipſum in contumacia tunc videtur arg.c.quantæ.de ſent.excom. ob eam rem tunc dominus peccabi:, & in minorem excommunicationem fortaſſe incidet; etenim hac ratione nullius excōicati communione vti debemus, quò.ſ.eum in contumacia foueamus, in crimineq; verſemur, vt dicitur in cit. c.quoniam multos, & in c.inter alia.de ſent.excom. Excipitur etiam, vbi.ſ.extra obſequia debita dominus cum ſeruo excommunicato verſari vult; nam non poterit, vt ſenſit S. Thom. q. 23.art. 1.verſ.Sed ad minus.in 3.par.& Sot.d.22.q.1.art.4.verſ.Tertiò Humile. concl.5. & Archiepiſ. Florent.eod.cap.verſ.Sextò: quod tamen mihi non omnino placet, vt dixi ſupra de patre erga filium; & de ſeruis huiuſmodi hactenus reſpectu habito ad dominum. At quid de ſeruo excōmunicato quò ad alium ſeruum, qui excommunicatus non eſt? quid itidem de excommunica-

to fratre respectu habito ad alios fratres, an non excommunicati cum excommunicato esse po
3 terunt? † Quò ad postremam quæstionem fratres cum excõmunicato fratre esse non posse dixit Felin. in c. inter alia, ibi nota vlteriùs. Contrarium tamen mihi concludendum videtur; tum quòd pater cum filio esse potest, ergo & frater, quando quidem filius eadem persona cum patre esse censetur arg. l. fi. & ibi not. C. de impuber. & alijs substit. tum quod necessitate compelli videtur, ex quo simul habitant: locum tamen habebit opinio Felin. vbi separatim fratres habitarent, aliàs verò simul esse poterunt, non solùm, vbi cum patre habitant, verumetiam & mortuo patre ob proximam rationem, & ne nimis graue damnum fratres patiantur separatione.
4 † Quò ad seruos autẽ simpliciter dicimus eos cum excõmunicato secum esse posse; vel necessitate, quia abire non possunt, ex quo alterius dominio subiecti sunt; vel etiam vtilitate, si domino non subijciuntur, ex quo conditionem comodiorem non habent, quamobrem suas operas locent: hi tamen omnes, quò excõicatus rubore perfusus resipiscat, ipsum, quantũ possunt, euitabunt: sed iam de alijs agamus, qui cum excõicatis habitant, an cum ipsis esse possint.

SVMMA.

1 *Communione excommunicati vti possunt, quicunq; de familia eius sunt,*
2 *Coloni partiarij.*
3 *Famuli, qui mercede seruiunt.*
4 *Aulici.*
5 *Monaci.*
6 *Famuli, qui post excommunicationem ad inseruiendũ excommunicato se dedunt, an eius communione licitè vtantur.*
7 *Clerici an licitè episcopi sui excõmunicati communione vtantur.*
8 *Subditi an suorum dominorum, qui excommunicati sunt, communione licitè vtantur.*

IX.

§ Egimus de filijs, ac seruis, an cum suis parentibus, ac dominis excõicatis esse possint; reliquum est, vt de alijs agamus, qui, etsi nec filij, nec serui sunt, ratione tamen quapiam subiecti sunt. In horum autem numero recensentur primùm famuli, qui suas operas cuipiam ad tempus locant, rationeuè alia inseruiunt; item aulici, tertiò coloni partiarij, quartò monaci; quintò clerici diœcesis, sextò Regum, atque aliorum Principum subiecti. An igitur hi omnes
1 cum suis dominis excommunicatis esse poterunt? † Breuiter concludendum est, quicunque de familia alicuius sunt, excommunicati domini communione tunc ipsos vti posse, sicut etiam coloni partiarij, & hoc ob c. quoniam multos. 11. q. 3. ibi enim, postea quam Rom. Pont. excepit vxores, filios, seruos, ancillasq; ab excommunicatione, in quam incidunt, qui cum excommunicatis versantur; vxores respectu habito ad maritos excommunicatos; filios respectu habito ad parentes; seruos respectu habito ad dominos itidem excommunicatos; excipit etiam rusticos, & seruientes, nec non & omnes alios, qui non adeò curiales sunt, vt eorum consilio scelera
2 perpetrentur. † Si ergo rustici excepti sunt, ergo coloni partiarij excepti intelliguntur, hi enim rustici sunt, ac propterea sui domini excommunicati communione vti poterunt; non. n. quicunque rustici excepti intelliguntur, vt cum quocunque excõicato versentur, sed ij solùm, qui ex-
3 communicato domino inseruiunt ruri, cuiusmodi partiarij coloni sunt. † Si seruientes quoque excepti sunt, & de seruis, ac mancipijs, qui dominio alterius subiecti sunt, iam Sum. Pont. egit. ac propterea per verbum illud Seruientes ipsi accipi nequeunt; ergo alij, qui aut mercede ducti, aut gratis inseruiunt, accipi debent, cuiusmodi famuli sunt, qui suas operas ad tempus
4 locant, † nec non non etiam aulici, qui in curijs seruiunt; hi. n. omnes eorum cõmunione vti po
5 terunt, quibus inseruiunt, si excommunicati sint. † Si demùm omnes alij excepti sunt, qui non adeò curiales sunt, vt eorum consilio scelera perpetrentur, ergo monaci cum suo Abbate, Priore uè excommunicato esse poterunt; hi. n. quoque per ea verba Nec non & omnes alios, &c. excepti videntur, atq; sic inquiunt Archiep. Florent. de minori excõicatione cap. incip. Secunda species, vers. Secundò, & vers. Quintò, & Syl. in verb. Excommunicatio. 5. nu. 4. vers. Tertiò, & Sot. d. 22. q. 1. art. 4. concl. 5. vers. Tertiò, lib. 4. & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 38. in verb. Humile. de excõmm. & Hadr. de clauibus. art. 3. vers. Petes fortasse tertiò. lib. 4. Et hæc quidẽ locum habent sine dubitatione, vbi ante excommunicationem cum huiusmodi dominis esse cepissent; nam exceptis casibus, quos posuimus supra, vt criminis, & hæresis, cum illis & inniti esse coguntur, quò debita obsequia ei præstent, vt declarauit Roman. Pont. in c. inter alia. de sent. excom. Sicuti è contrario ipsi domini cùm huiusmodi seruientibus

excom-

6 excommunicatis esse possunt, vt de vxore, ac filijs supra probauimus, † At quid, si post excommunicationem quis ad inseruiendum se dedat, an hic offendet? Sylu. eod. & Armill. in verbo Excommunicatio.n.46.& Anchar.in c.statuimus.n.4.vers.Aduerte etiam.de sent.excom.lib.6. id non posse fieri senserunt. Ego autem sic distinguendum censerem, Aut excommunicatus, qui ei inseruiat, opus hebet, & sine huiusmodi seruis esse non potest; & in hoc casu necessitatis beneficio ad inseruiendum huic se dedere posse quem sentio arg.cit.c.quoniam multos.in fi.alioquin nec molitor frumētū ei molere, nec pistor ei panem coquere deberet. Accedit, quod hoc rei publicæ detrimentum esset; quid enim, si non haberet, qui eius fundos coleret? planè hoc in detrimentum commune redundaret; publicè nanq; interest, ne re sua quis malè vtatur, & locupletem quemque esse, vt dicitur in §.considerauimus. Auth. vt iudices sine quoq; suffrag. & in §.fi.in Instit.de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. atq; sic sensit Adrian.de clauib.art.3.vers.sed quoniam multis casibus, ibi, Quarta exceptio.lib.4.nam ait nobis licere communicare excommunicato, vt damnum vitet; secus autem in lucro, nisi lucrum esset pro sustentatione; quare excommunicati opera licitè vtimur, quò se sustentet. Aut excommunicatus his opus non habet; & tūc eū citatis proximè sentio. Verùm, quid de clericis alicuius diœcesis dicēdū, si eorum episcopus excommunicatus sit? quid itidem de subiectis alicui, vt Regi, Duci, Præsidiq;, si &
7 excommunicati sint? † Quò ad priorem quæstionem, exceptis clericis, qui de familia episcopi sunt, ob proximè dicta; reliquos clericos cum episcopo excommunicato esse non posse sentio argum.c.miratus.d.93.& vt inquiunt Hostien.in sum.nu.15.vers.Humile.propè fin.de senten.excom.& Archiep.Florent.in vers.Tertiò,& Sylu.& Armill.eod. etenim casum hunc exceptum nō habemus in cit.c.quoniā multos, nec alibi; ergo nec nos excipere ipsū debemus; quādoquidem regulæ standum est, donec exceptio probetur, vt dixit Alber. quem refert, ac sequitur Ias. in l.ex quacunque.nu.33.ff.si quis in ius vocatus non ierit, & Bald.in l.si tutor.in fi.C.
8 de seru.man.pign.dat.& Bart.in l.quoties.ff.si quis caut. † Quò ad alteram itidem quæstionem, exceptis etiam ijs, qui de familia eorum sunt, ipsisq; inseruiunt, subiectos alios suorum dominorum communione vti non posse concludo, vbi excommunicati sunt arg.c.nos sanctorum.15.q.6.& c.fin.& ibi not.Abb.de pœn.& vt inquiunt quamplurimi citati à Syl.eod. nu.18. etenim nec hi excepti sunt, ergo ipsorum communionem vitabunt arg.c.sicut, cum multis seq.11.q.3. & c.nulli.de sent. excōm. Quare è contrario nec episcopus cū clericis suæ diœcesis, nec Reges, Duces, ac Præsides cum suis subiectis versabuntur, vbi excommunicati sunt: & hi omnes sub nomine illo Humile expresso in eo versiculo Vtile, Lex, Humile res ignorata Necesse, comprehenduntur, filij.f.& quacunq; ratione seruientes, de quibus etiam hactenus; ad aliū casum veniamus, vbi.s.excommunicatio ignoratur, an tunc excommunicati communione vti possimus, Si illud priùs addiderimus & alios omnes, qui de familia excommunicati sunt, cum excōicato esse posse, vt potè consanguinei, atq; idcirco frater cum fratre, nutrix, & alij, qui inde victum
9 sibi parant, vt dixit Hostien, ibidem. In his tamen, quæ ad officium iurisdictionis pertinēt, nec clerici episcopo, nec monaci suo abbati obedient; nam per excōmunicationem officij vsu carent, atque sic inquiunt Adr.eod.vers.Petes fortasse tertiò, in fi.& Richard.de Mediauil.d.18. art.11.q.2.cum seq.lib.4.& Marian.Socin.sen.in c.sacris.nu.235.de sentē.excom. vbi ait subditos non teneri obedire dominis excommunicatis: hoc tamen locum habet, vbi episcopus, & abbas excommunicati notorij, denunciatiuè sunt ob extrauag. ad euitanda.

SVMMA.

1 *Ignorans quem excommunicatum notorium, denunciatumuè esse cum ipso communicans non offendit; qua regula etiam declaretur.*
2 *Dubitans, an excōmunicatus denunciatus sit: vitare eum debeat.*
3 *Ignorantia, seu inscitia hæc, an scilicet excōmunicatus, notorius, denunciatusuè sit, an præsumatur; & ad quem probatio spectet, & qua ratione probetur.*

X.

1 §. † Nihil itidem offendimus, vbi eius excōmunicati cōmunione vtimur, quem excōicatum quidem nouimus, sed, an notorius, denunciatusuè sit, probabiliter ignoramus arg.c.quoniam multos.vers.Et eos, qui ignoranter excommunicatis communicant, 11. q.3. & c.sicut.§. illis.de homicid.& c.Apostolicæ.de cler.excom.min.iunct.extrauag.ad euitanda, quam alibi in Tab.1.cap.13.§.7.declarauimus; nam & si olim requirebatur, quò excommunicati commu-

nion-

nione quis vteretur, ne ipsum excommunicatum nouisset, vt in citatis iuribus probatur, & vt dixit Ioan. de Lign. de censur. eccl. §. vigesimus septimus. nu. 2. vers. Sextò; nunc tamen ob cit. extrauag. ad euitanda excõmunicati communione licitè vtimur, vel ipsum excommunicatum nouerimus, modò ipsum nec notorium, nec pro excommunicato denunciatum probabiliter ignoremus, atque sic dixit Nauar. in man. cap. 27. nu. 27. vers. Nunc autem dicitur iusta ignorãtia. Quare excusatur, qui cum eo excommunicato versatur, qui pro absoluto communiter habetur, vt dixit Abb. in c. proposuit. nu. 5. de cler. excomm. min. & sequitur Couar. in cap. alma. pars 1. §. 2. nu. 6. vers. Et præter istũ casum. de sent. excom. lib. 6. Excusatur etiam, qui cum eo excommunicato versatur, quem verisimile est absolutum esse, vt potè multum temporis abijt, ex quo excommunicatus fuit, est vir integer vitæ, aiæ suæ curam gerit, ità inquiunt Abb. ac Doctores in eod. c. proposuit, & Couar. in eod. nu. 6. vers. Item, vbi esset elapsum, & Marian. Socin. sen. in c. inter alia. nu. 116. vers. Sed quæritur. de sent. excom. etenim in alienis factis curiosus valde esse quis non cogitur arg. c. præsumitur. de regul. iur. lib. 6. Excipitur tamen, vbi quis à fide dignis audiuit hunc, illumuè pro excommunicato denunciatum esse; nam tũc vitare ipsum debebit arg. c. illud. de cler. excom. min. & vt dixit Nauar. in eod. vers. Nunc autem dicitur. Item excipitur, vbi quis per famam nouit excommunicatum notorium, denunciatumuè esse; nam & hunc etiam vitabit arg. c. cùm desideres. §. secundæ. de sent. excom. & c. illud. de cler. excom. min. iunct. cit. extrauag. ad euitanda, atque hoc sensit etiam Host. in sum. nu. 15. vers. Res igno-
2 rata. de sent. excõ. † Eum verò nõ vitabimus palàm, præsentibusq; alijs, quẽ, an denunciatus, notoriusuè sit, dubitamus; esset. n. hoc iniuriam ei facere; atque infamare, secus autem clam, vt sensit Nauar. vbi, & alium idem sentientem refert eod. vers. Nunc autem dicitur, & sequitur eum Iacob. de Graff. in cap. 13. nu. 11. lib. 4. decis. cas. consc. & Adr. de clauibus art. 3. vers. Sed
3 quid, si dubius fuerit. lib. 4. & facit c. cùm non ab homine. de sent. excom. † Atqui an inscitia hæc denunciationis, ex quo facti inscitia est, in dubio p̃sumetur? Planè ipsã nõ præsumi concludendum est, ex quo notorium publicum est, & denunciatio etiam publicè fit, vt probatur in c. 1. de postul. prælat. & c. fi. de jis, qui matr. accus. poss. & vt dixit Gloss. in eod. c. præsumitur. qui ergo asserit se non nouisse quem pro excommunicato denunciatum esse, ad ipsum huius probatio pertinebit. Probatur autem inscitia hæc iureiurando priùs præstito, s. se, vbi excommunicatus ille denunciatus est, aut absentem exempli gratia fuisse, aut vi morbi in furorem incidisse, vt habetur in cit. c. fin. & ibi not. Abb. de ijs, qui matr. accus. poss. & vt tradidit Gloss. in cit. c. p̃sumitur. de reg. iur. lib. 6. sed de ignorãtia facti hactenus. Quid verò de iuris inscitia dicẽdũ? exempli gratia notissimum est clericum à Titio percussum; notissimum quoque est id ab ipso sine causa factum; ego autem pro huiusmodi delicto à iure inustam excommunicationem esse ignoro, & ob eam rem eius Titij communione vtor, an in excommunicationem incidã? hanc rem egimus cap. 9. §. 8. Tab. 1. & de ignorãtia huiusmodi hactenus; quæ & ipsa significatur, per ea verba Res ignorata comprehensa eo vers. Vtile, Lex, Humile, Res ignorata, Necesse restat igitur, vt illud Necesse explicemus, quod præstabimus in sequenti §.

S V M M A.

1 *Necessitate compellente licitè vtimur excommunicati denunciati, notorijuè communione; siue necessitas sit.*
2 *Animæ,*
3 *Corporis,*
4 *Famæ,*
5 *Rei familiaris.*
6 *Necessitate cõstricto subuenire possumus excommunicato cuicunque, vel sit necessitas.*
7 *Animæ,*
8 *Corporis,*
9 *Famæ,*
10 *Rei familiaris.*
11 *Necessitate famis oppressis duobus, quorum alter est excommunicatus, alter non; cui magis subueniendum.*

XI.

1 §. † Necessitate compulsi demùm excommunicati notorij, denunciatiuè communione vti possumus, vt dicitur in c. inter alia. §. illud autem. de sent. excom. & in c. quoniam multos. 11. q. 3. & ibi communiter not. ac meritò, etenim, ne excommunicati communione vtamur, & ius cauit in c. sicut Apostoli, cũ multis seq. 11. q. 3. at iuri necessitas non subijcitur, vt dicitur in c. quanto. de consuet. & in c. 2. in fin. de obseruat. ieiun. & in c. quod nõ est. de regulis iuris; ergo ob necessitatem excommunicati notorij, denunciatiuè communione vti possumus; etiam

si ex-

si excommunicatus esset cum omnibus, qui communicarent; nam & in hoc casu eius commu-
munione licitè vtimur; tum quòd inferior superioris præceptum tollere non potest, arg.c.cùm,
inferior.de maior.& obed.tum quòd superior in dubio priuilegium reuocare non censetur arg.
c.1.de constit.lib.6. atq; sic tradidit Marian.Socin.sen.in c. inter alia.nu.125. de sent. excom.
vbi & in omnibus casibus id verum esse ait; in quibus excommunicati communione licitè vti-
mur. Et, quoniam necessitas hæc inesse potest, aut salutis animæ tuendæ gratia, aut corporis,
aut famæ, aut rei familiaris, huiusmodiq; bonorum, & tàm ex parte nostra, quàm ex parte ex-
communicati; ideò ob quamcunq; causam necessitas hæc interueniat, excommunicati cõmu-
nione licitè vtemur; id quod vt dilucidiùs appareat, hæc primùm, vbi nos necessitate premi-
2 mur, deinceps vbi excommunicatus, explicemus. † Ex parte nostra ergo vti excommunicati
communione possumus primùm, vbi salutis animæ tuendæ necessitate premimur; nam, si de
re quapiam dubitemus, & nemo alius sit, vel æquè idoneus, qui dubitationem nostram tollere
possit, cum excommunicato esse poterimus, vt dixit Caiet. in summ.cap.participatio cum ex-
communicato quibus casibus impunè permittatur, vers. Quintò ratione necessitatis, & Gabr.
Biel.d.18.q.3.art.1.not.3.vers. Vtilitas duplex.lib.4.& Marian.Socin.sen.in c.inter alia.nu.99.
vers. Sed quæro.de sent.excom. Ac planè, si ipsius excommunicati salutis huiusmodi gratia cum
eo esse possumus ob c.cùm voluntate,& c.responso.de sent.excomm. multo magis ob salutem
nostram esse cum excommunicato poterimus arg.l.præses.C.de seruit. & aqua. hinc huiusmo-
di necessitate oppressi, & baptismi; & pœnitentiæ sacramentum ab excommunicato suscipere
possumus, vt probauimus cap.13.§.17.Tab.1. Immo & pro alterius animæ salute; quid enim,
si puer baptizandus sit, & morti proximus; nemo verò inueniatur, qui eum baptizet præter
excommunicatum? planè ipsi excommunicato ipsum baptizandum offerre possumus, ac de-
3 bemus. † Item ob corporis tuendi necessitatem excommunicati communione licitè vtimur;
quare ab ipso necessaria ad victum emere, eleemosynamq; petere possimus, vbi aliunde hu-
iusmodi hæc comparandi facultas nobis non tribuitur, vt habetur in cit. c. quoniam multos, &
in eod.c.inter alia; etenim excommunicatio ad animam seruandam, non ad perdendum cor-
pus fertur arg.c.1.de sent.excõ.lib.6. Verùm quid, si eleemosynam petendo necessaria mihi ad
victum parare possum, an eadem emere ab excommunicato mihi licebit? Planè, quòd necessi-
tas hìc non adesse videtur, dici posset id non licere arg.c.cùm cessante.de appell.& l.adigere.§.
quamuis.ff.de iur.patron. Contrarium tamen sentiendum censeo. Primùm, quia, quod quis fa-
cere non potest, ad illud faciendum non obligatur arg.l.impossibilium.ff.de reg.iur. at, ego vt
eleemosynam petã, conditio mea id non patitur, ex quo de meo viuere possũ, & eleemosynam
petere non honestè; ergo non posse dicor non.n. dicimur facere posse, quod commodè, hone-
steq; non possumus arg.l.Nepos Proculo.ff.de verb.sign.& l.filius.ff.de condit. instit. & vt not.
Gloss.in c.faciat.22.q.2. Præterea ad eleemosynam petendam confugere remedium extraordi
narium est, quamdiu.n.de nostro viuere possumus, eleemosynas, quæ pauperum sunt, petere
non debemus, ergo neque hìc eam petemus; nam extraordinario remedio locus non est, vbi
ordinarium locum habere potest arg.l.in causæ.2.ff.de minor.& vt tradunt Bart.Ias. ac DD. in
l.in prouinciali.ff.de oper.nou.nun.ab excommunicato igitur ad victum necessaria emere po-
terimus, vbi ab alijs nõ possumus. Et hoc locũ hẽt, vel quis in extrema necessitate nõ sit; nam,
esto, transiens per loca hæreticorum ad victum necessaria secum ferre possit, licitè ab illis tamẽ
ea sibi emit, vt sensit Adr.de clauibus.art.3.vers. Octaua exceptio.lib.4. Item locum habet non
solùm pro nobis, sed & pro alijs, qui eadem necessitate premuntur. Postremò, ne nos mor-
bo, alijuè etiam, conficiamur, & vel alterius medici, vel non æquè boni potestas nobis datur, ex-
cõmunicatum medicum adire, & medicinas ab eodem accipere nobis licebit; nam & hìc ea-
4 dem ratio est, vt sensit Caiet.eod.vers. Tertiò.ratione necessitatis. † Tertiò, vbi periculum im-
minet, ne famam perdamus, in hac etiam necessitate, si alius non adsit, qui nobis opem ferat,
ad excommunicati auxilium confugere poterimus; quippe, quia & ad rem familiarem tuendã,
excommunicati cõmunione vti nobis licet arg.c.sacris.de sent. excom. & vt modò videbimus.
5 † Quartò excommunicati communione licitè vtimur, vbi rei nostræ, statusq; nostri tuendi ne-
cessitate premimur; nam, ex quo, vt nos, nostraq; tueamur, iure nobis permissum est, vt ha-
betur in c.significasti.2.& ibi not.Gloss.de homicid.& in c.dilecto.de senten.excom.lib.6. & vt
tradunt Doctores in l.vt vim.ff.de iust.& iur.& ea, quæ ad nos tuendum pertinent, permissa es-
se asserendum est arg.c.præterea, & ibi not.ff.de offi.deleg. & l.2. ff.de iurisd.omn.iud. Quare
si lis cum aliquo nobis est, &, quem consulamus, non habemus, excommunicati consilium re-
quire-

quirere possumus, vt dixit Marian. Socin. sen. in c. inter alia. nu. 99. de sent. excom. An autem ne-
cessitas sit, iudex id arbitrabitur, vt Soc. ibidem ait. Si quoque inimicorum, hostiumq; ar-
mis oppugnemur, ab excommunicatis, vt ipsi opem ferant, petere nobis licebit, si aliunde non
habeamus, vnde nos tueamur arg. c. sacris. de sent. excom. nam & vt damnum excõicati vitët,
opem eis ferre possumus, vt dixit Adr. de clauib. art. 3. vers. Sed quoniam multis, ibi quarta ex-
ceptio. lib. 4. item; vbi ob aliorum pacem communio cum excõmunicato necessaria est, ea vti
poterimus, vt dixit Adr. eodem vers. Quinta est, & arg. c. antecessor. & c. quod prædecessor. 11.
q. 3. immo eorundem communione licitè vtimur; si ad pacem excommunicatorum communio
admodum vtilis esset, vt dixit Adr. eod. vers. Sed quid, si excommunicatorum; quare & his ra-
tionibus fortasse excusantur Christiani, qui in hæreticorum locis sunt, si eorum communione v-
tuntur, modò in diuinis eos vitent. Postremò excõmunicati communione sine offensa vtimur,
vbi cum ipsis inuiti omnino detinemur arg. c. sacris. de ijs, quę vi, metusuè causa fiunt, atq; sic
dixit Soc. in cit. c. inter alia. nu. 82. cum seq. sed de necessitate, qua nos premimur, hactenus; iam
de excommunicati necessitate agamus. † Quotiescumq; igitur & excommunicatus necessitate
6 quapiam premitur, licitè ipsius communione vtimur, quò ei subueniamus: id quod hinc pro-
7 batur. † Nam primò, si animæ eius salus pereclitetur, cum ipso esse possumus, vt habetur in c.
8 responso, & in c. cùm voluntate. de sent. excõ. & vt diximus hoc cap. §. 5. † Si itidem fame vrgea-
tur, nec habeat, vnde sustẽtetur, & sic de corporis salute agatur, licitè opem ei ferre poterimus,
cum quòd, ne quis fame pereat, subueniẽdum ei est, ut habetur in c. pasce, & in c. non satis. d. 86.
Pasce, dicitur enim ibi, fame morientem; quisquis. n. hominem seruare poteris, si non paueris,
fame occidisti: hæc ibi, ergo & excommunicatum fame pereuntem pascere debemus; non. n.
ibi distinguitur, an excõmunicatus sit nec ne, qui fame pereat, ergo nec nos distinguere debe-
mus arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. tum quòd id habetur in cit. c. quoniam multos. in fin.
11. q. 3. iure igitur huic excommunicato opem feremus, atq; sic dixit Archiep. Florent. de mi-
nori excom. cap. incip. Secunda species. in fin. & Syl. in verb. Excommunicatio. 5. nu. 5. vers. Et
dico generaliter. in fi. & Nauar. in man. cap. 27. nu. 27. in fin. & Gloss. in cap. pastoralis. §. fi. in fi.
& sequitur eam ibi Abb. nu. 16. & Dec. nu. 7. vers. indistinctè, vbi & communiter receptam eam
esse testatur de appell. & Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 12. ff. de liber. & posthum.
& Marian. Socin. in cap. sacris. nu. 146. de sent. excom. nam, &, si Romam petat, vt absoluatur,
licitè eum in itinere quis hospitio recipiet, vt ait Soc. eod. nu. 148. Immo, quocunque vadat; li-
citè eum recipi concludo, vel gratis, vel mercede ob eandem rationem. Ac plane, si iniuria ex-
cõmunicatus est, & quantum potuit, vt absolueretur, elaborauit, dubitationẽ hoc habere non
videtur, sicut, vbi iure excõmunicatus est; atqui & in hoc casu, ne fame pereat, excommunica-
to subuenimus, nam & sic asseruit Dec. in cit. §. fin. n. 7. & probatur in eod. c. quoniam multos.
in fin. Et si quis excommunicatis in sustentationem non superbiæ, sed humanitatis causa, dici-
tur enim ibi, dare aliquid voluerit, non prohibemus: ecce hic de iustè excommunicato agitur,
quod uerbum illud Superbiæ significat, & tamen subueniendum ipsi esse dicitur, ergo & excom-
municatis iure licitè opem ferimus, nã & res ecclesię alienari queunt, quò redimantur ob de-
licta captiui, vt conclusit Gloss. in c. sacrorum 12. q. 2. quam sequitur Alex. uiden. in l. quamuis.
ff. soluto matr. Præterea excommunicatio medicinalis, non mortalis; disciplinans, non era-
dicans est, ut dicitur in c. 1. sent. excom. lib. 6. ob hanc quoq; rationem igitur excommunica-
to huic subueniemus. Nec facit, si dicatur, lex ei non subuenit, qui in necessitatem sua culpa se
coniecit arg. l. si fideiussor. §. si necessaria, & l. de die. §. fin. ff. qui satis quare cog. & l. si mulier
ff. de eo, quod metus causa, & §. item tria in instit. de excusat. tutor. nam ibi de necessitate iu-
ris agitur, hic verò de necessitate facti, quod iuri non subijcitur, vt probatur in c. discipulos de
consecr. d. 5. & ibi not. Gloss. & c. quod non est licitum de reg. iur. a proposita sententia igitur
non discedemus. Imò etiam, si extrema necessitate non prematur, subuenire ei possumus; non
enim expectandum est, vt in periculo sit fame pereundi; modò igitur pauper sit, licitè ei subue-
niemus, ut probatur in cit. c. quoniam in fi. & faciunt, quæ dixit Gabriel. d. 18. q. 3. vers. necesse
lib. 4. Quare &, ne morbo conficiatur, medicus medicinam excommunicato licitè faciet, vt
dicit Caiet. in summ. eod. uers. Tertiò ratione necessitatis. Postremò, si quis clericum excom-
municatum non defenderit, quò minus percuteretur, cùm id posset, in excommunicationem
incidet. c. quantæ de sent. excomm. non enim excommunicatus sua priuilegia amittit, vt alibi
diximus. ne igitur interficiatur, mutiletur vè, ei opem feremus, ut dixit Mar. soc. sen. in c. inter
9 alia nu. 99. de sent. excomm. in fine. † Si quoq; nè grauiter infametur, periculum est, ut pote ex-

communi-

communicatæ mulieris pudicitiæ quis insidiatur, planè & huic licitè subueniemus; nam in hoc
10 casu & animæ saluri consulimus. † Si demum excommunicatus timet, ne res familiaris ipsi auferatur, &, vbi Rex, Dux, Marchioue est, ne hostes suum Regnum inuadant, ijs quoq; licitè opē feremus, modò regnum iure obtineant, & iniuria bellum eis inferatur; secus autem, si iure bellum contra ipsos motum sit, non iureuè regna possideant, vt probatur in c. Iulianus. 11.q. 3. vbi, cùm Iulianus apostata Christianis militibus iuberet, quos secum habebat, vt pro defensione rei publicæ arma sumerent, ei parebant; non autē, vbi contra Christianos, & hos comendat ibi S. Ambr. atque sic dixit Ricar.d.18.art.11.q.1.vers. Ad secundum.lib.4.& Mar.Socin. sen.in c.inter alia.nu.91.de sent.excom. Nec repugnat c.nos sanctorum, cum cap.seq.15.q.6. vbi quem fidelitatis vinculo obnoxiū excommunicato non teneri dicitur; quandoquidem ibi agitur, quādo excōicatus extra necessitatē est: non.n.de necessitate ius propriè fertur, ex quo iuri non subijcitur; etenim & hac ratione, ne in iudicijs ius suum excommunicatus perdat, vbi reus est, eius procurator, & aduocatus esse possumus, vt habetur in c.intelleximus, & ibi not. Abb.nu.7.& Bald.nu.2.vers.Item concedo, & Marian.Socin.sen.in c.inter alia.nu.102.de senten.excom.de iud.& vt id etiam docuit idem Abb. & Marian.Soci.sen. eod.nu.19.in c.proposuit.de cler.excom. min. quamuis, si iniustam causam ipsum fouere nouerimus, tunc minùs cū ipso esse nobi liceat, vt alibi diximus; nam, si lis de eo crimine sit, quamobrem excommunicatus est, in maiorem excommunicationem incidemus, si de alio, in minorem, vt dixit Abb. in eod.c.proposuit.in fin. Ex his ergo colligitur nos ad colendos agros excommunicatis, ne damnum huiusmodi patiantur, nostras operas locare posse, item panem ei coquere, & id generis; nam, ne damnum patiantur, eis subuenire possumus, vt dixit Adrian.de clauib.art.3.vers.Sed
11 quoniam multis casibus, ibi quarta exceptio. lib. 4. † At quid, si & excommunicatus, & non excommunicatus eadem necessitate premantur, & vtrique opem ferre non possimus, cui magis subueniemus? Planè ei, qui excōmunicatus non est; quandoquidem & naturali, & ecclesiastica communione nobis coniunctus est, qua postrema communione excommunicato non iungimur arg.c.qui merito.11.q.3. Excipitur tamen, vbi excōmunicatus consanguineus est; magis.n.tunc huic excommunicato, quàm extràneo non excommunicato subueniemus: etenim, tunc duplici naturali ratione cum consanguineo coniungimur, ac propterea subueniri illi magis debemus; in hac igitur quæstione sic concludendum censerem, quandoquidem & sic sensisse mihi videtur Zabar.in Clem.vn.vers.Ideoq;, ibi quæro in eo. de reliq. & venerat. Sanct. & facit etiam Gloss.not.in c.1.d.30. Atqui, an in his casibus prohiberi potest, ne personæ huiusmodi excommunicatorum communione vtantur, vbi deteriores fiunt? Plane id posse censeo arg.c.constitutionem.de sent.excom.lib.6. nam & sic dixit Gabriel Biel. dist.18.q.3. notab.3. vers. Necesse lib.4. vbi & Palud.idem asserere ait. Excipitur tamen ea communio, quæ aut diuino, aut naturali iure præcipitur; quare, etsi prohiberi potest, ne vxor cōmunione mariti vtatur, ne filius patris, tamen quin vxor matrimonij debitum marito reddat, filijuè parentes honorent, eisq; subueniant, prohiberi non potest, quandoquidem hæc de eorundem sententia diuino, naturaliq; iure iubentur; idem & è contrario. Verùm quid, si Romanus Pont. sub excōmunicationis pœna præcipiat, ne quis bannitis excommunicatis subueniat, an in extrema necessitate constitutis subuenire poterimus? Planè id non posse censeo; nam, sicut ad mortē damnatos è manibus iudicis eripere non licet, vbi ad mortem ducuntur, ita, ob eandem rationē nec hos à fame liberare licet, quandoquidem & ad hoc mortis genus summus princeps eos condēnasse censetur, quæ condemnatio legitima ob publicā vtilitatem est; qua ratione nec filios, nec vxores excusari sentio cùm ob publicam vtilitatem, vt dixi, cum quod & patria loco parentis est, & parentibus anteponenda, vt habetur in l.minimè, & ibi Bartol.ac DD. not.ff.de relig. & sumpt.fun.& not.Abb.in c.2.de immun.eccl.& dixit Marc.Cic.lib.1.offi.cap.incip.Gradus autem plures in fine. Vbi ergo Rom. Pont. nec parentes liberis bannitis, nec liberos parentibus subuenire vult, subuenientes in excommunicationem incident; sicuti etiam in omnibus alijs casibus, in quibus alimenta parentibus à liberis non debentur, quos casus recensuit Ant. Cordub. in commentario ad l.si quis à liberis.§.sed vtrum.ff.de lib.agnosc. & exceptionē hanc habui à doctissimo, atque amantissimo fratre meo Io.Baptista Vgolino, quo cum sæpius difficillimas quæstiones has contuli. Et ex his explicatum apparet, in quam sententiā illud accipiatur, quod dici solet, & eo versiculo continetur, Vtile, Lex. Humile, Res ignorata, Necesse, ob necessitatem excommunicati communione nobis vti licere: & hi omnes casus sunt, in quibus cum excōmunicato esse nobis permittitur; reliquum igitur est, vt contemplemur, quatenus offen-

dat, qui

dat, qui in non permiſsis caſibus excommunicati communione vtitur: id quod in ſeq.§.præſtabimus; ſi tres tamen caſus priùs addiderimus, in quibus excõicati communione licitè vtimur. Primus autem eſt, vbi de Romani Pontificis electione agitur; nam, ſi ex Cardinalibus, qui in conclaui ſunt, quiſpiam excommunicatus ſit, reliqui tamen Cardinales in eo caſu eius cõmunione licitè vtentur, vt probatur in Clem.2.§.cæterum. iunct. Gloſſ.1.de elect. nam & hic maxima neceſsitas ineſt, eùm eccleſia Vicario careat, quo nihil magis neceſſarium, vt ead. Gloſſ. ibi ait. Alter, vbi hæreſis iudices ſine moræ diſpendio, negotijue periculo ſuperiores adire nequeunt; nam, ſi præſidem loci, prouinciæ, regniuè excõmunicatum & notorium adeant, vt contra hæreticos, eosuè, qui ipſos ratione quapiam fouent, iuſtitiam, officiumq; ſuum exerceat, nec in hoc caſu eius præſidis excommunicati communione vtendo ab his offendetur, vt probatur in c.præſidentes.de hęret.lib.6.& ibi not.Glo. & Doctores. Tertius, vbi alicui per priuilegium à Romano Pontifice ex cauſa conceſſum hoc eſt, vt inquiunt Inno. Abb. Hoſt. & Io. An. quos refert, ac ſequitur Mar. Soc.ſen.in c.inter alia.n.74.cum ſeq.verſ.Quintò fallit.de ſenten. excom. & facit c.cùm & plantare.verſ.Quid ſi templarij.de priuil. & in dubio ex cauſa conceſſiſſe id exiſtimatur; nam in his, quæ poſitiui iuris ſunt, re dubia in principe cauſa ineſſe cenſetur, vt dixit Socin.eod.nu.79. non igitur epiſcopus, inferiórq; Romano Pontifice priuilegium hoc condonare poteſt, vt de communi DD. ſententia teſtatur Socin. ibid. num. 81. ſed iam ad promiſſa præſtanda veniamus.

SVMMA.

1 *Minorem in excommunicationem incidit, qui excommunicati communione vtitur; qua regula etiam declaratur.*

2 *Mortuum excommunicatum ſi quis contrectet, rationeuè quapiam eius cõmunione vtatur, in minorem excommunicationem incidit.*

3 *Romanus Pontifex excommunicati communione vtẽdo in minorem excommunicationem non incidit; & an peccet.*

XII.

§ Egimus hucuſque, quatenus excommunicati communio nobis prohibita ſit, quatenuſq; eadem permiſſa; modò, vbi quis in caſibus non permiſsis excommunicati communione
1 vtitur, in quas pœnas incidat, iam agamus. † Primùm igitur, vt more noſtro regulam conſtituamus, qui in prohibitis caſibus excommunicati communione vtitur, in minorem ex commu nicationem hic incidit, vt habetur in c.à nobis.de except.& in c.nuper.de ſentẽ.excom. & in c. ſtatuimus, & in c. conſtitutionem, & in c. ſtatutum. eod. lib.6. & vt Doctores in citatis iuribus not.& Inn.in c.2.de cler.excom.miniſt.& in c.1.de ſent.excom.& Abb. in c.ſacris.nu.3.de ijs, quæ vi, metusuè cauſa fiunt,& in c.ſignificauit.de ſent. excõm.& S.Thom.q.23.art.2.in 3.par: & Couar.vbi pluribus id aſſeruit, in c.alma. par.1.§.tertius.n.3. verſ. Sed ſi quis cum excommunicato.de ſent.excom.lib.6.& Marian.Socin.ſen.in c.cùm deſideres.nu.4.verſ.Quartò not. de ſent. excom. & communiter diuinarum rerum ſcriptores. Quare, vel eius excommunicati communione quis vtatur, quem ipſe excõmunicauit, in excommunicationem hanc incidet, vt aſſeruit Anchar.in Clem.fin.de ſent.excom.& Ioã.de Lig.de cenſur.eccl.§. vigeſimus ſeptimus. nu.4.verſ.Decimò,& Inno.in cit.c.nuper.nu.4.verſ.Dic hunc ligari,& Abb.eod. verſ. Quamuis enim, & de cõmuni ſententia teſtatur Couar.in c.alma.par.1.§.ſecundus.nu.2.de ſent.excom.
2 lib. 6. † Item, vel poſt mortem excommunicati eius communione vtatur, vt potè ipſum lauando, rationeuè alia ipſum contrectando; ſic.n.dixit Gloſſ. in c.ad hæc, & ſequitur eam ibi Abb. nu.2.& Add.ad eum de priuil.& idem Abb.in c.ſacris.de ſepult.& in c.conſuluiſti.de conſecra. eccl.vel alt.& in c.mulieres, nu.7.de ſent.excom.& Felin.in c.à nobis.2.nu.5.in fi.eod.& Anch. in Clem.1.n.6.& Zab.verſ.Decimò quintò.de ſepult.& Syl. in verb.Excommunicatio.5.n.29. & communis deniq; Doctorum ſententia hæc eſt. Etenim & hac ratione excõmunicati communione quis vtitur, vt aſſeruimus in cap.23.n.8. in hac Tab. nam, etſi mortuus eſt, adhuc tamen excõmunicationis vinculo conſtrictus tenetur, vt probatur in c.à nobis.2.& c.ſacris.de ſenten. excom.& vt ſentiunt Gloſſ. Abb. ac DD. in cit.c.ad hæc. Accedit poſtremò, quoniam, quibus viuis non communicamus, nec eiſdem mortuis communicare debemus, vt dicitur in c.1. cum duobus ſeq.24.q.2.& in c.ſacris. de ſepult.& qui excommunicati igitur mortui communione vtitur, in minorem excommunicationem incidet. Contrariam tamen ſententiam, vt quis excommunicati mortui communione vtendo in minorem excommunicationem nõ incidat, amplexa-

plexisunt Host. & non nulli alij, quos tefert Zab. in Clem. 1. uerf. Decimoquinto de sepult. Probatur autem horum sententia his rationibus, primò, quia prohibitum nobis est, ne cum homine excommunicato versemur hac pœna proposita; ergo cum excommunicato mortuo versando hanc pœnam non subibimus; homo enim mortuus homo non est, cùm homo ex anima rationali, & corpore constet, cuiusmodi mortuus non est: hæc ratio hanc sententiam non probat, quoniam ecclesia non modò cauit, ne excõmunicati viui, sed & ne mortui cõmunione vtamur, vt habetur in cit. c. 1. cũ duob. seq. 24. q. 2. & cit. c. sacris de sepult. & Clem. eos eod. ergò, an excommunicatus mortuus sit nec ne, nihil interest. Secundo loco sic argumentatur Host. cum mortuo communicare non possumus; ergo nec propter mortui communionem in pęnam incidere: hoc etiam argumentum hanc opinionem non tuetur; nam ecclesia, cui adhærendum est, contrarium sensit, scilicet & mortuis communicare nos posse, Quibus enim uiuis non communicamus, ait ipsa, nec mortuis communicare debemus; ergo & cum mortuo communicamus, vt pote cum contrectando, lauando, sepeliendo: & quamuis non omnis communicatio cum mortuo sit, quam cum viuo habemus, tamen sat est, ut aliqua adsit, omnis enim communio prohibita nobis cum excommunicato est, vt probatur in cap. sicut Apostoli cum trib. seq. 11. quæst. 3. & vidimus antea. Postremò rationem hanc aliam ipse addit, causa, quamobrem excommunicati communionem vitare debemus, ea est, vt rubore perfusus à contumacia discedat, vt dicitur in cap. 1. de except. lib. 6. at post mortem causa hęc cessat, nõ enim mortuus erubescere, atq; idcirco à contumacia discedere potest, ergò & effectus cessare debet arg. cap. cùm cessante de appell. atqui nec ratione hac huius opinio nititur; nam non ob unam rõnem, quam retulit Host. excommunicati communione non utimur, verùm etiam & ut ecclesiastica censura pertimescatur, & ut alij eius exemplo perteriti ecclesiæ obtemperent, ut dicitur in cit. cap. 1. de except, ergò, etsi ratio una illa cessat, adhuc tamen reliquæ remanent, quod sufficit: nam, vbi plures rõnes à lege redduntur, licet una cesset, si tñ alia vigeat, adhuc dispositio procedit arg. §. affinitatis iunct. Gloss. in Instit. de nupt. & l. si non lex ælia sentia. ff. de hæred. instit. & vt tradit Ias. in l. more. num. 18. ff. de acquir. hæred. à communi opinione igitur proposita non discedemus. Item in excommunicationem minorem quis incidit, uel quis furiosi excommunicati communione utatur, vel dormientis, vt pote si in eodem lecto cum ipso dormiat, atq; sic dixit Zabar. in Clem. 1. uers. Decimo quinto, & Anchar. vidend. num. 6. de sepult. & hæc, quæ diximus de his casibus, eadem & in alijs omnibus dicta esse volumus. Excipiuntur tamen casus omnes, quos recensuimus cap. 13. §. 4. cum septem seq. in hac Tab. nam, quòd in illis excommunicati communione licitè utimur, ob eam rem in minorem excõmunicationem non incidimus arg. cap. 2. de constit. & cap. qui peccat 23. q. 4. Item excipitur, ubi quis scit quẽ excommunicatum esse, sed, ubi ei communicat, excommunicationis non recordatur, nec id animaduertit; nam nec hic in excommunicationem incidit arg. c. Apostolicę de cler. excom. min. & vt di-
3 cit Iacob. de Graff. c. 9. n. 29. lib. 4. decis. cas. cõsc. † At quid de Romano Pont. an, ubi excommunicati communione vtitur, in excõmunicationem minorem & ipse incidit? Videbatur quidem dicendum in pœnam hanc et eum incidere; nam, ne quis excõmunicati communione utatur, diuino iure prohibitum esse uidetur; Si peccauerit in te frater tuus, & cęt. & Ecclesiam non audiuerit; inquit enim Christus dominus apud Matth. cap. 18. sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, atq; sic sensit Cosmus, quem refert, ac sequitur Couar. in cit. cap. alma pars 1. §. 1. nu. 1. vers. Hinc deducitur de sent. excom. at iuri diuino & Romanus Pont. subiectus est arg. cap. sunt quidam 25. quæst. 1. Contrarium tamen asserendum est scilicet Pontificem maximum excommunicati communione vtendo in minorem excõmunicationem non incidere. Nam sic asseruit Gloss. in cap. nulli, & ibi quoq; Abb. nu. 4. & Add. ad eum uiden. in litera. C. & Felin. & Zab. de Sent. excom. & in c. si aliquando in uerb. Salutationis in fin. & ibi quoq; Abb. ac Felin. eod. & in Clem. fin. in verb. Participet, & eam doctores ibi sequuntur eod. & in cap. si inimicus d. 93. & idem Abb. in cap. cùm desideres de sent. excom. & ibi quoq; Mar. Soc. sen. nu. 51. & Couar. eod. §. 1. nu. 3. & Burgas. cap. quomodo sciamus aliquem esse excommunicatum q. 21. pars. 6. de irregular. & alij, quos refert Mar. Soc. sen. in cap. inter alia nu. 80. de sent. excom. cõmunis deniq; D.D. sententia hæc est, ut testatur Imol. in cit. Clem. fin. In minorem excommunicationem igitur Romanus Pont. non incidet. Idq; meritò, nam pœna hæc à iure positiuo est, cui iuri summus Pont. non subijcitur, ut dicitur in cap. proposuit de concess. præb. & in l. digna uox. C. de legib. & in l. princeps. ff. eod. & ut cit. Gloss. & autores eisdem in locis inquiunt. Atqui, an saltem peccet? Glo. ipsum malefacere dixit in cit. cap. nulli, & sequũtur eam ibi Felin. & Abb. in c.

cùm desideres. num. 3. de sent. excommun. & Couar. eod. numer. 3. ubi Rom. Pont. peccare pluribus probauit, quãdo sine causa excommunicati cõmunione utitur tam in diuinis, quàm in profanis, idem etiam dixit. ibidem nu. 8. propè finẽ: hoc intelligendum est, ubi in crimine diuino, naturalivè prohibito communicaret, ut dixit Soc. ibid. vers. quòd, quandoquidem & contra ius diuinũ facit, ut dixit Abb. eod. cui & ipse subiectus est arg. cap. sunt quidam 25. quæst. 1. Excipitur tamen, vbi ex causa id faceret, atq; sic excepit Abb. in eod. c. cùm desideres. nu. 3. & facit. cap. si aliquando eod. & Clem. fin. eod. quæ causa in dubio esse existimatur in principe, vt not. DD. in cap. quæ in ecclesiarũ de constit. & Soc. in cit. cap. inter alia nu. 79. vers. in dubio de sent. excommun.

S V M M A.

1 *Communicans excommunicato in maiorem excommunicationem aliquando incidit.*

2 *Communicãs cum excommunicato in crimine, quamobrem excommunicatus est, quãdo in excommunicationem maiorem incidat; & quid si cum suspenso, interdictoué in eo cõmunicet, quamobrẽ interdictus, suspensusuè ille fuit, an in eandem pœnam incidat.*

3 *Episcopus, qui cum excommunicato à se in eo delicto communicat, quamobrem eum excommunicauit, in maiorem excommunicationem incidit.*

4 *Communicans cum excommunicato in crimine, quamobrẽ in excommunicationem incidit, an excommunicatus ab homine, à iureuè sit.*

5 *Communicans excõmunicato in crimine, quo casu in maiorem excommunicationem incidit, an & in minorem incidat.*

XIII.

1 §. † In maiorem excommunicationem item in pluribus casibus incidit, qui excommunicati communione vtitur. Quorum primus habetur in cap. significauit de sent. excom. nam, si clericus sciens, sponte, in diuinis excommunicato speciatim à Rom. Pont. communicauerit, his quinq; intercedentibus in maiorem excõmunicationem hic incidet, vt ibi habetur, & ut Abb. ac. DD. senserunt, & Gloss. in cap. statuimus in verb. Constitutionibus de sent. excom. lib. 6. & Couar. cum citatis ab ipso in c. alma, pars. 1. §. tertius num. 4. de sent. excom. lib. 6. & Mar.
2 Soc. sen. in cap. inter alia nu. 57. de sent. excom. † Alter casus est, vbi quis excommunicato cuipiam communicat in crimine, cuius gratia excommunicatus ille est; nam & hic communicans in eandem excommunicationem incidit, ut habetur in cap. si concubinæ, & in cap. nuper de sent. excom. & in cap. statuimus, & ibi not. Gloss. ac. DD. eod. lib. 6. & vt tradit Gloss. fin. in c. à nobis de except. & in c. præsidentes de hęret. lib. 6. & Abb. in cit. c. significauit. nu. 3. & S. Thom. d. 43. q. 2. art. 4. lib. 4. & Couar. eod. §. tertius nu. 5: si ergò mulier simpliciter excommunicata sit, propterea quod meretricaretur, quicunq; cum ea rem habuerit, ipso iure in maiorem excommunicationem incidet; si autem ob eam rem, quòd cum clericis rem haberet, clerici; & non alij cum ea rem habendo excommunicatione obligabuntur; si ob aliquem clericum tantùm, ille solus communicando incidet, vt dixit Mar. Soc. sen. in c. inter alia nu. 45. vers. sed quarto de sent. excomm. duo igitur necessariò postulantur, quò ob hanc causam in excommunicationem quis incidat. Primùm, vt is, cui communicat, ob crimen iam excõmunicatus sit. Deinde, vt ei in eodem crimine communicet, quamobrem excommunicatus est, sciens eum ob id denunciatum excõmunicatũ, vt tradunt Abb. & Felin. qui Fel. de cõmuni doctorũ sententia testatur in cit. c. si concubinæ, & DD. in eod. c. statuimus, & Nauat. in Man. cap. 27. nu. 32. & nu. 112. vers. Declaratio prima, & Couar. in eod. §. Tertius nu. 5. Non ergo, qui cum excõmunicato versatur, in maiorem excommunicationem incidet, vbi in crimine huiusmodi ipsi non communicat, vt dicitur in cit. cap. nuper. Non item, si in eo crimine ei communico, quamobrem excommunicatus non est; quare, si cum muliere quis rem habet, quæ propter furtum excõmunicata est, in excõmunicationem non incidet. Tertiò non etiam, si in crimine ei communico, quamobrem excommunicatus est, sed non propter me est excommunicatus, vt pote Titia excommunicata est, quia cum Seio rem habuit; nam, si alius cum ipsa rem habuerit; in maiorem excommunicationem non etiam incidet. Postremò nec in huiusmodi excommunicationem incidet, vbi non directè, sed indirectè sic excommunicato communicaret; quamuis igitur, qui ei communicat, qui excommunicatus est, propterea quod in ecclesiam bellum mouit; opem ferendo excommunicatus fit, si tamen contra alium in bello excõmunicatum adiuuet, maiorem excommunicationem effugiet,

vt dixit

vt dixit Inn. in eod. c. nuper nu. 4. in verb. Cõicet; his igitur exceptis casibus, aliàs excommu-
nicato in crimine communicans eadem excommunicatione constringitur, vt ex dictis patet, &
vt tradidit Anchar. in eod. c. statuimus num. 3. vers. Quintò not. Communicare autem alicui in
crimine quis dicitur non solùm, vbi quis cum illo crimen illud commirit, sed etiam, si cõsilium,
fau orem, auxiliumuè impendat, vt habetur in cit. c. nuper vers. in secunda. Animaduertendum
tamen est, vt quis in excommunicationem incidat ob fauorem, & auxilium datum requiri, vt
directò ad crimen cõmittendum datum sit, propter quod, cùm committitur, in excommunica-
tionem incurritur, vt inquiunt Io. An. & D. Ant. quos refert, ac sequitur Mar. Soc. sen. in capit.
inter alia nu. 45. vers. sed quæro circa prædicta, ibi Item aduerte. Quare, si tibi, qui ob clerici
percusione exc õicatus es, opem, auxiliũ, fauoremuè, præstem, vt laicum verberes, &, dum laicum
verbero, clericum etiam percutio, in excommunicationem tamen ob id non incidam, quando-
quidem non præsto tibi sum, & opem fero in primis, vt clericũ verberes, quamobrẽ excõicatus
es, sed laicũ, propter quem excõicatus non teneris; directè igitur opem tulisse quis debet, quò in
excommunicationem ob hanc rem incidat, non autem indirectè, atq; sic asseruit Soc. ibidem. Si
itidem excommunicatus est Titius, quia iniustè contra te bellum gerit, non dicor ei opem ferre,
si ego contra te bellum moueo, quia rem meam iniustè retines; quamuis infirmior fias ob id
contra Titium, ex quo diuidere exercitum cogeris, nam non directè ei opem foro, atq; sic dixit
Ricard. de med. uill. d. 18. art. 9. quæst. 2. lib. 6. At quis absoluet eum, qui in crimine communi-
cans excommunicato in excommunicationem incidit? Is, qui excommunicatum absoluit, cui
communicauit; nam huic speciatim lex absoluendi facultatẽ tribuit in cit. c. nuper de sent. excõ.
Hæc autem, quæ de cõmunione in crimine diximus, in suspensione, atq; interdicto locum non
habent; tum quòd id iure cautum non est; tum quòd interdicti, suspensiq; communionem pro-
hibitam non habemus; si ergò quis cum interdicto, suspensoуè in crimine communicet, quam-
obrem ille suspensus, atq; interdictus est; non idcirco tamen & ipse in suspensionẽ, interdictuуè
incidet, atq; sic dixit Gemin. in c. is, cui §. fin. num. 7. vers. Istud vltimum de sent. excom. lib. 6.
in crimine igitur excommunicato ob illud communicans & ipse eadem excõmunicatione ob-
3 ligatur. † Verùm quid, si episcopus exempli gratia, qui ob crimen quempiam excommunica-
uit, excommunicato in illo crimine communicet, an in maiorem excõmunicationem incidet?
Gloss. quæstionem hanc disputauit in eod. c. statuimus in verb. Constitutionibus, & DD. in eod.
cap. nuper, & in ipsa duæ fuerunt DD. sententiæ. Gloss. in eod. verb. Constitutionibus, in ex-
communicationem episcopum non incidere sensit. Et hoc ob eam rationem, quia, qui in excom
municationem ob hanc rem incidit, ab eo absolui debet, qui primò excõmmunicauit, vt dicitur
in cit. c. nuper, & ita episcopus se ipsum absoluere deberet; at se ipsum absoluere quis nõ potest,
vt supra probauimus, ergo in excõmunicationem non incidet: hæc tamen ratio tolli põt, nã in
cit. c. nuper nõ simpliciter dicitur, vt ab excommunicatore absolutio hęc petatur, sed aut ab eo,
aut ab eius superiore; etsi ergo à se non poterit, à superiore tamen absolutionem consequetur
ob alternatiuam illam Aut arg. l. si hæredi plures ff. de hæred. instit. & §. si plures in instit. eod.
postremò ab excommunicatore ibi absolutio tribuitur, quoniam Rom. Pont. absolutionẽ ei re-
seruauit, vt respondent Abb. ac DD. in eod. c. nuper, & in cit. c. statuimus. Vnde postremò pro
hac sententia ratio hæc alia redditur; excommunicatio hæc, in quam quis incidit communican-
do in crimine ipsi excommunicato, est excommunicatio lata ab eo, qui primò excõmunicauit,
& ita ab homine, ergò episcopus in ipsam non incidet; nam, ex quo ab ipso lata existimatur, se
ipsum excommunicaret, quod non potest arg. l. pen. ff. de arb. & l. Iulianus. ff. de iud. & vt nos
probauimus antea: ad hãc rationem communiter respondetur negando excommunicationem
illam hominis esse; nam iuris est, vt communiter concluditur. Quare contrariam sententiam, vt
episcopus in hoc casu in excommunicationem incidat. DD. communiter amplexati sunt, vt Inn.
in c. quod in dubijs de sent. excom. & Abb. in eod. c. nuper, & Ray. quẽ refert, ac sequitur Host.
4 in sum. num. 16. vers. quid si episcopus, ibi sed quid si episcopus de sent. excõ. † Verùm, quòd
quæstionis huius dissolutio ab alia pendet, an scilicet excommunicatio, in quam quis incidit
communicando in crimine cum excommunicato, ab homine, à iure vè sit; ideo, vt dilucidiùs
proposita quæstio dissoluatur, hanc priùs explicemus. Gloss. igitur in eod. c. nuper in verb. Tũc,
hominis, & non canonis excommunicationem esse sensit, eandem opinionem sequitur Gloss.
in cit. c. statuimus in verb. Constitutionibus. Et hoc ob eam rationem, quam etiam supra dixi-
mus, quoniam hic excommunicatus absolui ab eo debet, qui excommunicationem in eum tu-
lit, cui communicando in excommunicationem incidit, ergo excommunicatio hæc ab homine

est; alioquin à suo ordinario absolui posset: atqui ad rationem hanc respondetur communiter
& à Panor.& à Felin.in cit.c.nuper,& a Gemin.in eod.c.statuimus lib.10.vers.Nec obstat ratio
Gloss.idcirco.s.excõmunicatorem absolutionem tribuere,quoniam canon absolutionem ei re-
seruauit,ex quo ipse excommunicator per eam communionem offensus est,vt dicitur in eod.c.
nuper. Quare contrariam opinionem, ut scilicet excommunicatio hæc à canone sit,amplexati
sunt Inn.& Host.eod.vers.& Mar.soc. sen. num.21. vers.& ideo concludendum est, vbi & alios
quosdam idem sentientes refert, & in c.inter alia num.52.eod.& DD. communiter, vt testatur
Abb.in eod.c.nuper nume.9. Probatur autem in cit. c.nuper,nam ibi Romanus Pont. docens,
à quonam absoluatur, qui in minorem excommunicationem incidit communicando excom-
municato in oratione, inquit ipsum absolui vel à suo episcopo,vel à proprio sacerdote: &,quia
potuisset quis ipsi obijcere, imò ipsum ab excommunicatore, eiusue superiore absolui debere,
qui eum excommunicauit, cui communicando in minorem excommunicationem incidit, quia
& ab eodem absoluitur, qui maiori excommunicatione irretitus est, propterea quod in crimi-
ne excommunicato communicauit; ideo ad hanc obiectionem respondens Summus Pont. in-
quit ob eam rem id factum,quia specialiter conditor canonis absolutionẽ sibi non retinuit,quã-
uis & tunc non iudicis, sed iuris sententia excommunicato communicans ligatus sit: quasi di-
cat, etsi non solùm, vbi ob communionem excommunicati in maiorem excommunicationem
quis incidit, non iudicis, sed iuris sententia ligatus est,verũ etiã & tunc, id est vbi in minorẽ ex-
communicationem ob communionem incidit, non iudicis, sed iuris sententia obligatur, & cæt.
Ecce igitur hìc apertè probatum ob copulam illam Et,qui maiori excõmmunicatione obuolui
tur ob communionem in crimine, à iure,& non ab homine excommunicari, dictio enim illa Et
coniungit superiorẽ casum cum inferiori in eadẽ qualitate; at minor excommunicatio ob com
munionẽ à iure contrahitur,ergo & maior ob communionem in crimine contrahetur; alioquin
copula illa Et nihil operaretur contra c.erit autem lex.d.4. & ex hoc dissoluta quæstio est, qua-
tenus quæritur, an excommunicatio,quæ contrahitur ob communionem cum excommunica-
to, à iure,ab homine nè sit, nam à iure est, vt probatur eo.c.nuper,& ibi.DD.communiter not.
At quæstione hac sic dissoluta,quid de priori dicemus? an Episcopus communicando in crimi-
ne excommunicato à se in excommunicationem incidet? Sanè concludendum est in excommu-
nicationem ipsum incidere. Nam excommunicatio hæc à iure est, vt proximè asseruimus, er-
go & episcopus in eam incidet; iuri enim omnes subiecti sunt,vt dicitur in c.1.& in c.fin,de con-
stit.& ibi communiter not.atq; sic Doctores communiter inquiunt Abb.in eod.c.nuper nu.10.
& Felin.nu.8.vers.In Gloss.in verb.Absolutio,& Inn. in eod.c.quod in dubijs, & Anchar. in c.
statuimus num.4. prop.fin. & Gemin.nu.10.vers. In ea Gloss.& Phil.Franc.ac reliqui, & Host.
& Mar.soc. sen. qui de cõmuni. sententia testatur in c.inter alia n.52.de sent.excõ. Absoluetur
autem episcopus hic de eorundẽ autorum sententia à suo superiore: id quod etiam habetur in
eod.c.nuper, se ipsum enim absoluere non potest; in hoc igitur casu episcopus in excommuni-
cationem incidet: secus autem,si quempiam excommunicasset, & omnes, qui ei opem ferrent
ad aliquid; nam in excommunicationem à se latam non incidet,vt dixit Inn.in eod.cap.quod in
dubijs,& Gemin.in cit.c.statuimus in fin.num.10. idem Soc.in eod.c.inter alia num.54.in fine,
& Hostien. eod. vers. vbi. ait, si participat episcopus cum eo, quem excommunicauit cum suis
participibus in crimine, episcopũ in excõmunicationẽ iuris incidere, nõ in sentẽtiam hominis,
aliũ autẽ in duas. Et nõ subditus igitur excõmunicantis cõmunicando ipsi excõmunicato in ex-
cõmunicationem incidet,vt dixit Mar.Soc. sen. in c.inter alia nu.50.vers.sed circa prędicta de
5 sent.excom.nam in excõmunicationẽ iuris cõis incidit,cui iuri oẽs subdicti sunt.† Atqui an,qui
excõmunicato cõmunicat in crimine,ex quo maiori excõmunicatione obligatur,vt vidimus,&
in minorem excommunicationem incidet? Breuiter concludendum est quem in eam non in-
cidere; sic enim sensit Gloss.pen.in c.præsidentes de hæret.lib.6.& probatur in cit.c.nuper; nã,
si in crimine quis excommunicato communicet, maiori; si in alio, minori excommunicatione
obligari dicitur, ergo non simul & maiori, & minori excommunicatione quis obligatur. Et fa-
cit c.at,si clerici in fin.de iud. Sed de maiori excommunicatione,in quam quis incidit, vbi excõ-
municato in crimine quis communicat, hactenus; ad alios casus veniamus. Tertius casus est in
Clem.2.de sent.excom.nam domini terrarum,qui prohibent, ne excommunicati publicè mo-
niti de hoc ab ijs,qui missæ sacrum faciunt, ab ecclesijs exeant, ipso iure excommunicati sunt,
vt ibi dicitur. Quartus casus habetur in Clem.1. de sepult.nam,qui excommunicato in sepultu-
ra communicant cum sepeliendo, hi quoq; eo iure maiori excommunicatione obligantur: qui

tamen casus locum habebunt, vbi excommunicati illi aut notorij, aut denunciati sunt ob extrauag. ad euitanda, quam in Tab. 1. retulimus, atq; sic de comunicante ipsi excommunicato in crimine asserit Nauar. in man. cap. 27. nu. 112. vers. Declaratio prima Quintò in excommunicationem maiorē quis incidit, vbi lata est in cōicantes excōicato secundū formā c. statuimus, & c. constitutionem de sent. excō. lib. 6. atque sic not. Couar. eod. §. Tertius num. 5. vers. Tertius, & Mar. soc. sen. in c. perpendimus num. 232. cū multis seq. de sent. excōicationis. Item tunc toties communicans excommunicato in illis casibus in excommunicationem incidet, quoties ei communicabit; modò communicatio illa non vna, sed multiplex sit, vt dixit Nauar. eod. & nos cap. 16. §. 3. in Tab. 1. id quod & de communicante in alijs casibus sentimus, vbi in minorem excōmunicationem quis incidit: sed de his hactenus; iam, communicando excommunicato quis an peccet, contemplemur.

SVMMA.

1 *Peccat, qui excommunicati communione vtitur in casibus non permissis.*

2 *Peccet mortiferè nec ne, qui excōmunicati communione vtitur.*

3 *Exempti recipiendo ad diuina, & ad sepulturam excōmunicatos, interdictosuè notorios, denúciatosuè ingressum in ecclesiam interdictum habent; & quid de non exemptis.*

XIIII.

1 §. † Peccat demum, qui excommunicati communione in casibus non permissis vtitur, & in hoc Doctores omnes consentiūt, ac meritò; nam contra ecclesiam facit, quod non debet arg. cap. 2. de maior. & obed. & c. nam concupiscentiam, & ibi Abb. & Felin. ac reliqui not. de

2 constit. † An autem mortiferè peccet, Doctores inter se dissentiunt, quare quæstionem hanc disputandam hìc nobis proponimus, præmissis tamen priùs non nullis casibus, in quibus mortiferè peccari communiter concluditur. Mortiferè igitur peccatur excommunicati communione vtendo primùm, vbi in crimine illi communicamus. Deinde, vbi in diuinis. Tertiò, vbi incōtemptum clauium, ecclesiæq;. Quartò, vbi excommunicato ei communicamus, qui à Romano Pont. cum omnibus excommunicatus est, qui ei communicarent; in his igitur singulis casibus excommunicato communicando mortiferè peccatur, vt tradidit Io. an. in c. sacris, vbi quæstio hæc disputatur, de iis, quæ vi, metusvè causa fiunt, & sequuntur eum ibi communiter. DD. & Phil. Franc. in c. statuimus vers. Quartò not & Gemin. num. 8. vers. quæro, & apertiùs Anchar. num. 2. vers. Tertiò not. de sent. excom. lib. 6. & Couar. in c. alma par. 1. §. 3. num. 7. vers. peccat tàmen, & num. 8. vers. attamen de sent. excomm. lib. 6. & Gabriel. Biel dist. 18. q. 3. arti. 1. nu. 4. cum seq. & Ricard. de med. villa dist. ead. art. 6. q. 2. lib. 4. & Mar. soc. sen. in c. inter alia nu. 44. vers. Prædictis igitur omnibus de sent. excom. eandem opinionem sequitur quoque S. Thom. q. 23. artic. 3. in 3. part. & d. 18. quæst. 2. arti. 3. lib. 4. & ibi reliqui alij, & Archiep. Flor. in tract. de excommun. cap. incip. secunda species, vers. Nota tamen, quòd propter, & Syl. in verb. excommunicatio 5. nu. 6. vers. Quartò participando, & Nauar. in man. cap. 27. nu. 28. cum multis seq. & Sot. d. 22. q. 1. art. 4. concl. 1. vers. Quò ergo colligamus lib. 4. communiter deniq; Doctores sentiunt, vt dixi, & facilè communis hæc opinio in singulis casibus probari potest, & probauit etiam Nauar. eod. cap. 27. num. 30. cum seq. His ita præmissis, vt quæstionem aggrediamur, quæritur modò, an, si excommunicato in re alia quis communicet, mortiferè peccet; in qua quæstione tres doctorum sententiæ sunt. Quarum prima fuit Goff. in Summ. & Rof. qui mortiferè peccari existimarunt, hos refert, ac sequitur Abb. sed dubius in eod. c. sacris; sequitur etiam Felin. in cap. à nobis nu. 14. vers. Communicans excommunicato, vbi Card. & Imol. idem sentire ait, de except. sequitur etiam Rayn. vt inquit Syl. in verb. Excommunicatio 5. n. 5. Probatur autem horum sententia potissimum per illud c. sacris; ibi enim Summus. Pont. eum, qui excommunicato communicat inductus metu, excommunicationis labe inquinari ait: & hoc ob eam rationem, quia ob metum culpa non caret; nam pro nullo metu, vt ibidem inquit, quis peccatum mortale incurrerre debet; si ergo in excommunicationem incidit communicans excommunicato ob hanc rationem, quòd pro nullo metu quis debet mortale peccatum incurrerre; manifestò constat communicantem excommunicato mortiferè peccare, alioquin ratio illa non concluderet. Host. qui contrariam opinionem sequitur, dicit illud cap. sacris, loqui de eo, qui communicat ei excommunicato, qui cum ipsi communicantibus excommunicatus erat, quo casu mortiferè peccatur; loqui autem de hoc sic probat, quoniam illud cap. sacris asserit partem esse eius

cap. sacris, qui habetur in tit. de sent. excom. vbi de tali excommunicato agitur: hæc responsio propositam rationem non tollit; tum quòd de huiusmodi excommunicato hìc tantùm nõ agitur, nec pars est eius cap. sacris de sent. excom. quandoquidem nõ ad eundem vtrunq; scribitur, vt ex inscriptione conspicitur; tum quòd hoc c. sacris simpliciter loquitur, nec distinguit, quisnam excommunicatus ille sit, sed potius de omnibus loquitur; Distinguimus autem, dicitur. n. ibi, vtrum is, qui communicat excommunicatis inuitus. Ecce hìc non de vni excommunicato communicante, sed de communicante simpliciter excommunicato dicitur; ergò simpliciter de communicante cuique excommunicato ius illud accipi debet arg. l. de pretio ff. de publ. in rem act. accedit, quòd si Romanus Pont. de excommunicato, quem dicit Host. ageret, & aliud in ipso, atq; in alio esse censuisset, id dixisset, sicut de metu etiam fecit; sublata igitur ratio hæc mihi non videtur. Secundo loco pro hac sententia sic argumentatur Abb. excõmunicatus minori excommunicatione, propterea quod excommunicato communicauit, celebrando grauiter peccat, vt dicitur in c. fin. de cler. excom. min: ergò communicando cum excommunicato mortiferè peccatur, nam, si leuiter tantùm peccaretur, non diceretur ibi illum celebrando grauiter peccasse; præsertim, quòd leuiora peccata & per orationem dominicam, & per generalem confessionem in initio missæ à sacerdote factam tolluntur, vt notatur in proœmio lib. 6. decret. & in c. quotidianis de pœnit. d. 3. hæc ratio mihi non satisfacit; nam non idcirco ille celebrando peccat, propterea quòd cum excommunicato versatus sit, sed quòd sacramẽtorum susceptione ob minorem excommunicationem priuatus celebrat, vt ibi dicitur; ratio igitur hæc ad rem non facit. Tertiò pro eadem opinione ratio hæc redditur; ne quis excommunicato communicet, prohibitum est à Christo domino illis verbis Si ecclesiã non audierit, sit tibi, sicut ethnicus, & publicanus, vt refertur in c. si peccauerit 2. q. 1. & in c. nouit de iud. Item ab Apostolis, vt dicitur in cap. sicut Apostoli 11. q. 3. Item per Romanorum Pontificum canones, vt habetur in c. excõmunicatos cum duob. seq. ead. q. 3. cùm igitur tot, tantorumq; sanctionibus id vetitum sit, qui fiat, vt is mortiferè non peccet, qui Christo domino non obtemperat? qui Apostolorum præcepta non audit? qui pontificios canones non seruat? planè id non video arg. cap. qui resistit. 11. q. 3. & c. 2. de maior. & obed. hoc etiam argumentum propositam sententiam non probat, nam pro certo habet id, quod nos quærimus; hoc enim est, quod quærimus, an, ex quo excommunicati communio vetita est, qui ea vtitur, ob eam rem mortiferè peccet. Postremò citatur cap. fi. 11. q. 3. vbi, qui ex causa excommunicato communicat, minùs puniri iubetur; qui verò sine causa, grauiter; ergò communicando excõmunicato sine causa grauiter offenditur, & sic mortiferè peccatur: ad hoc responderi posset ob eam rem sic grauiter eum puniri, quò ecclesiastica censura magis pertimescatur. Quare contrariam opinionem, vt excommunicato communicans mortiferè non peccet, amplexatus est S. Thom. in citatis locis supra, & in art. 9. quodlibet 11. & cũ ipso diuinarum rerum scriptores propemodum vniuersi, & Io. an. in eod. cap. sacris, & citati omnes in initio huius §. & Adr. de clauibus artic. 3. vers. Pro huius solutione libr. 4. vbi ait cõem opin. theologorũ omnium hanc esse, item & Theologorũ, & Canonistarũ dixit Gabr. Biel. d. 18. q. 3. art. 1. not. 5. vers. Alia est opinio cõis lib. 4. vbi quæstionem pluribus disputauit, hoc etiam sensit Sot. d. 22. q. 1. art. 4. concl. 3. vers. Vnde Sanctus Thom. lib. 4. probatur autẽ cõmunis hæc opinio his potissimũ rationibus. Primò, quia non magni momenti esse videtur, sed leuioris potius excommunicatum salutare, ipsumve in mensa non vitare, præsertim, si communis amicus te, excommunicatumq; ad cęnam inuitauerit; ergò, ex quo leuiora hæc sunt, mortiferè quem peccare dicendum non videtur, leuiora enim à iure non curantur arg. l. scio. ff. de integr. restit. hæc ratio mea sententia opinionem hanc non probat; tum quòd hæc leuiora censenda nõ sunt, ex quo ecclesia speciatim prohibuit, ne cum excommunicato edamus, ne ipsum salutemus, & ne Aue quidem ei dicamus, vt habetur in c. excommunicatos, & in c. seq. 11. q. 3. & in c. omnis, qui recedit 24. q. 1. iunct. c. erit autem lex d. 4. tum quòd finis excõmunicationis & per hæc habetur, quia scilicet excommunicatus sic vitatus rubore perfusus à cõtumacia fortasse discedet, & censura ecclesiastica magis timebitur, quod in primis ecclesia per excommunicationem studet, arg. cap. 1. de excep. lib. 6. & sic cessat dispositio cit. l. scio. Secundo loco, qui opinionẽ hanc sequuntur, sic argumentantur, opinio hæc benignior est, ergò est amplexanda arg. c. odia & c. in pœnis de reg. iur. lib. 6. & l. interpretatione. ff. de pœn. hæc ratio mihi non probatur; nam, vbi de salute animæ agitur, vt hìc, ea benignior opinio dicitur, etsi grauior, quæ tutior est arg. c. illud de cler. excom. min. & vt not. Abb. in c. audientiam de homicid. at opinio contraria, vt scilicet, quis mortiferè peccet communicando excommunicato tutior est; quandoquidem communionem

nionem excommunicati magis vitabit; vel si minùs, peccatum hoc sacramentum penitentiæ suscipiendo confitebitur, quæ duo in contraria sententia non sunt. Tertiò pro hac sententia sic argumentatur Io. an. si quis excommunicati communione vtendo mortiferè peccaret, nec ob famem, nec ob aliam causam, & sic nunquam excommunicati communione vti nobis liceret, & tamen contrarium cautum habemus, vt in c. quoniam multos 11. q. 3. hæc ratio itidem communem sententiam non probat, nam excommunicatio quò ad modos à iure positiuo est, vt alibi diximus; at iuri positiuo Romanus Pont. præest, vt dicitur in cap. proposuit de concess. præbend. ergò ex causa, vt quis sine offensa excommunicati communione vteretur, permittere potuit, vt in cit. c. quoniam multos; ob hanc igitur ratione in illis casibus non peccatur, neq; ratione hac ergò communis hæc opinio sustinetur. Host. in summ. de sent. excom. §. si. vers. Sed nunquid, has opiniones sic conciliabat, vt scilicet opinio communis locum habeat, vbi à iure quis excommunicatus est, altera verò, vbi ab homine; nam, vt ipse ait, mitiùs cum lege, quàm cum homine agitur arg. l. Celsus. ff. de arb. hæc sententia mihi non quadrat; quandoquidé, vel ab homine, vel à iure quis excommunicetur, extra ecclesiam eijcitur; & eiusdem speciei est excommunicatio ab homine lata, cuius est, quæ à iure; accedit, quia, si præcipuum quoddam habere excommunicationem hominis ecclesia voluisset, id expressisset; vt alias fecit arg. c. sacro de sent. excó. & c. 1. eod. lib. 6. Quid igitur concludendú? Mihi prior sententia verior videtur, vt scilicet communicando ipsi excómunicato mortiferè peccetur. Primùm ob cit. c. sacris de iis, quæ vi, met. ve causa fiunt, ad quod respenderi liquidò non potest, ex quo simpliciter de communicante excommunicato agit. Deinde ob c. exceptionem de except. nam ibi ob animæ periculum vitandú in quauis parte litis vt excommunicatus actor expelleretur, ecclesia cauit; at, si leue peccatum ob excommunicati communionem committeretur, quod animæ periculum Christi fideles excommunicati communione vtendo adirent? planè hoc non video; nam per leuia peccata Dei gratiam quis non ammittit, quæ ad æternam vitam consequendam sufficit, gratia enim Dei vita æterna est; mortiferè igitur peccari concluditur, nam sic animæ salus periclitatur, quãdoquidem huiusmodi culpis Dei gratia quis priuatur, & fieri potest, vt quis è vita decedat, antequam eius culpæ ipsum penituerit; Nescitis enim diem, neq; horam, vt inquit Christus dominus. Idem probatur in c. si verè vers. Et excusabiles eritis apud Deum de sent. excom. ex quibus iuribus optimè probatur generaliter accipiendum esse cit. c. sacris, non autem in quibusdam casibus locum tantùm habere, vt non nulli existimarunt. Tertiò pro hac sententia facit, quia ecclesia omnem communionem cum excommunicato nobis prohibet, imò, ne Aue ei dicamus, vt habetur in c. sicut Apostoli cum trib. seq. 11. q. 3. & c. omnis, qui recedit. 24. q. 1. atq; idcirco præceptum hoc prohibens est, vt inquit Abb. in cap. nam concupiscentiam de cóstit, & Syl. in verb. Præceptum nume. 2. ergò mortiferè peccatur, nisi probabilis causa excuset, vbi præcepto huic non obtemperatur; nam transgressio præcepti humani, canonici, ciuilis per se mortiferum peccatum est, vel contéptus absit, vt inquit S. Thom. quem refert, ac sequitur Syl. in verb. Lex nu. 8. & de communi testatur Nauar. in man. cap. 23. num. 53. & pertinent ad hoc dicta per Felin. in cit. cap. nam concupiscentiam in initio. Quartò sententia hæc sic probatur; quoniam, si leuiter tantùm peccaretur, homines, quòd leuia peccata paruipendunt, vt experientia id docet, excommunicati communionem vel nunquam, vel raro vitarent, & sic excommunicatus in contumacia perseueraret, ex quo vt priùs eius cómunione homines propemodum vterentur, & ecclesiastica censura contemneretur, quod est contra finem ecclesiæ, vt habetur in c. 1. de except. lib. 6. at, vbi finis legislatoris sine probabili causa impeditur, mortiferè peccatur, vt inquiunt S. Thom. & Archid. quos refert, ac sequitur Syl. eod. nu. 8. ergo & ob hanc rationem hic mortiferè peccabitur: id quod eo magis dicendum hic est, quoniam per hæc minima effectus excommunicationis haberi in primis potest; ac sanè excommunicatus ipse, cùm viderit Christi fideles vniuersos ipsum fugere, se obuium illis factum ab ipsis non salutari, nec, quod minimum est, Aue ab eisdé ipsi dici, nó ne sibi ipse displicebit? pudore perfusus latebras, vt ita dicam, ne digito monstratus irideatur, quæret? ac demum à contumacia sibi discedendum, & ecclesiæ obtemperandú videns absoluendum se curabit? planè, si, non dico Christianũ, sed vel hominem se esse non omnino oblitus fuerit, hæc faciet: quod non facilè in grauissimis rebus contingit, cùm non sic illa frequenrentur, vt quotidiana communio arg. c. omnis de penit. & c. missas, & c. omnes fideles de consecr. d. 1. quamobré etiam factum censeo, vt leuia hæc sacri canones specia tim prohibuerint, vt in cit. c. sicut Apostoli cum multis seq. 11. q. 3. Addo demum iure cautum non reperiri, quem pro leuiori peccato minori excommunicatione irretitum esse, sed pro grauiori, vt

niori, vt exempli gratia ob sacrilegium, ob simoniam, ob peccatum graue notorium, sicut dixit Syl. in verb. Excommunicatio 4. nu. 2. & facit Gloss. in c. si inimicus 11. q. 3. ergo, ex quo communicando cum excommunicato in minorem excommunicationem quis incidit, ob hanc communionem mortiferè peccatur; his igitur rationibus opinionem hanc veriorem censeo. Excipio tamen, vbi quis de improuiso obuiam factus excommunicato hoc non omnino animaduertens ipsum salutaret; tunc. n. in culpam huiusmodi incidere hûc non censerem, & hoc ob eam rationem, quoniam non est actus cũ electione factus, sed de improuiso, & à nõ omnino id animaduertente, & de quæstione hac satis. Ex his, quæ diximus, regulæ duæ colliguntur, quarum prima hæc est, in profanis qui excommunicato communicat, in casibus non permissis, peccat, & in minorem excommunicationem incidit; altera regula eadem cũ prima est in diuinis. † Atqui

3 an alijs pœnis quis afficiatur, si in diuinis excommunicato communicet? Planè asserẽdum est & alia pœna communicantem excommunicato affici; nam secularis, regularis vè quantumcunq; exemptus, qui excommunicatum denunciatum, notorium vè aut ad diuina recipit, aut ad sacramenta, aut ad ecclesiasticam sepulturam, ingressum in ecclesiam interdicto prohibitum habet, donec de transgressione huiusmodi ad arbitrium eius, cuius sententiam contempsit, satisfecerit, vt dicitur in c. episcoporum de priuil. lib. 6. Quę pœna locum habet non solùm, vbi ab homine; verùm etiam vbi à iure excommunicatos ad prædicta recipit; sic enim inquit ibi Anchar. in fin. & Gemin. nu. 7. vers. Quæro, an iste textus, & Phil. Franc. prop. fin. Quam opinionem vti verissimam ego quoque sequor. Primò, quia Summus Pont. punit ipsos seculares, ac regulares exemptos, qui ad prædicta diuina excommunicatos publicè recipiunt, nec distinguit, qua ratione excommunicati sint; ergò nec nos distinguere debemus arg. l. de pretio. ff. de publ. in rẽ act. etenim, si id voluisset, id expressisset, sicut expressit de publicè excommunicato. Præterea facit, quoniam eadem pœna eos afficit, qui in locis interdictis diuina faciunt, & eos, qui excommunicatos publicè ad diuina iam dicta recipiunt; ergo, sicut celebrantes in locis interdictis, pœnam eandem patiuntur, vel ab homine, vel à iure locus interdictus sit, ita & de recipiente excommunicatum dicendum est, à quocunque excommunicatus sit; vna enim determinatio respiciens plura determinabilia æquè illa determinare debet arg. l. quæuis, & l. hæreditatem C. de impub. & alijs substit; & vt tradidit Ias. in l. miles. §. decem nu. 4. ff. de re iud. Tertiò ab episcopis, & alijs ecclesiæ præsidibus excommunicationes non solùm per sententias, verùm etiam & per statuta feruntur arg. c. fin. de constit. lib. 6. at, si in recipientibus excommunicatos à iure locum non haberet pœna cit. c. episcoporum, non plenè satisfactum esset querelis episcoporum, quandoquidem excommunicationes per sua statuta lata, quæ & iuris excommunicationes dicuntur, non facilè ab exemptis seruarentur; ne igitur hoc contingat, pœna illa & in recipientibus excommunicatos à iure locum habebit. Id quod eo magis dicendum est hodie ob extrauag. ad euitanda; quandoquidem excommunicati à iure denunciandi sunt, si excommunicati notorij nõ sint, vnde denunciationes huiusmodi, ac propterea autoritas episcopotũ facilè ab his exemptis cõtemneretur: ex his omnibus ergo asserendum est exemptos in eam interdicti pœnam incidere, etiam si excommunicatos à iure recipiant. Verùm an, qui exempti non sunt, si excommunicatos ipsi recipiant, pœnam hanc patientur? Gloss. in eod. c. episcoporum in verb. Ingressum, & ad non exemptos eam pęnam pertinere dixit, eam sequuntur Archid. & Phil. Franc. ibidem & hoc ob dictionem illam Quantumcunq;. Contrariam tamen opinionẽ amplexatus est Io. mon. & ea vt vera sit, se optare inquit. Io. an ob multorum periculum; eandem, vt verissimam ego sequor; & omissis rationibus allatis à citatis autoribus, his duabus potissimum illã probari mihi videtur. Primò, quia de exemptis ibi tantùm agitur, vt verba ibi sonant, ergò, ne à verborum proprietate discedamus, in non exemptis ea pęna locum non habet arg. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. & l. non omnis. ff. si cert. pet. Etenim & de exemptis episcopi questi erãt, ergò de ipsis tantùm Romanum Pont. egisse interpretari debemus; nam responsionem secundum interrogationẽ interpretamur arg. §. preterea in instit. de inutil. stip. Postremò episcopi iure merito questi erant coram Romano Pont. ob id, quòd excõicationes non seruarentur, quoniam ipsi prospicere huic ob exemptionem cõmodè nõ poterãt arg. c. 1. de priuil. eod. lib. at, si de nõ exemptis ibi agi vellemus, iniusta quodãmodo, & superuacanea querela ad Romanũ Pont. facta esset, quippe quia quò ad nõ exemptos ipsimet prospicere poterant, cẽsuris, alijsq; pęnis in ipsos ferendis, qui censuras non obseruarent, arg. c. quod in dubijs de sent. excom. & superuacaneum est id precibus à Principe impetrare conari, quod quis à cõmuni iure habet arg. l. 1. & ibi not. Gloss. in verb. Parentibus. ff. ad mubicip. & c. cùm in iure de elect. Nec repugnat dictio illa Quãtumcunque,

tumcunque, quandoquidem quantitatem simul cum qualitate significat, quasi Romanus Pont. dicat, Habeat quis quot, & qualescunque exemptiones, volumus tamen, ne excommunicatos publicos ad diuina recipiat, alioquin in interdictum illud incidat; implicat igitur dictio illa quantitatem, & qualitatem exemptionis (non enim vna, & vnius generis exemptio est arg. c. si Papa de priuil. eod.) non autem & non exemptos, vt existimauit Gloss. pœna igitur hæc interdicti in non exemptis locum non habebit, vt ex dictis patet. Item locũ non habet in episcopis, & maiorib. ecclesiæ præsidibus; quandoquidẽ speciatim ipsorum mentio quo ad ipsum præceptũ non fit, & episcopi neq; interdicto, neq; suspensione obligantur, vbi speciatim de ipsis non cauetur, vt habemus in c. quia periculosum de sent. excom. lib. 6. & c. si compromissarius. §. huiusmo di de elect. eod. lib. atq; sic dixit Phil. Franc. in cit. c. episcoporum in fin. Postremò locum non habet in recipiente ad diuina obligatum minori excommunicatione, sic enim dixit Io. an. quem refert, ac sequitur Gemin. in cit. c. episcoporum nume. 6. vers. Quid de excommunicato, & Phil. Franc. vers. Nec etiam haberet locum; namq; quò ad se tantùm, non quò ad alios à diuinis excommunicatus hic suspensus est arg. c. fin. de cler. excom. min. prioribus igitur terminis pœna hæc concluditur, & de hac pœna satis. Aliam quoq; pœnam patitur, qui excommunicati communione vtitur, quoniam in quibusdam casibus in excommunicationem maiorem incidit, quos retulimus in hoc cap. §. 13. sed de effectibus per se iam hactenus, ad effectus per accidens eiusdem excommunicationis iam transeamus.

De effectibus excommunicationis maioris per accidens, declaratione decima octaua eiusdem effectus. Cap. XXIV.

SVMMA.

1 *Metum iustum, qui in constantem virum cadat, an excommunicatio maior inferat.*



EGIMVS de effectibus per se excommunicationis maioris; iam de effectibus eiusdem per accidens agamus: de quibus quatuor contemplabimur. Primùm, an excommunicatio maior iustum metum inferat, qui in constantem virum cadat. Deinde, an infamet. Tertiò, an excõicatus semper hæreticus fit. Quartò, an excõmunicatus pro alia causa, quàm pro hæresi, si per annum, aut plus eo in excom-
1 municatione pertinaciter perseuerauerit, pro hæretico habeatur. † Quò ad primam quæstionem igitur, cuius contemplatio inutilis non est, cùm huiusmodi metu acta rescindantur, & quãdoq; nulla sint, vt habetur in instit. in prin. de except. & in c. cùm locum de spons. & in c. 1. de iis, quæ vi, metusuè caus. fiunt lib. 6. cum simil. Gloss. in c. olim. 3. in verb. Timorem de restit. spol. excõmunicationem iustum metum inferre, eum scilicet, qui in constantem virum cadat, existimauit; eam sequitur Host. vt refert Abb. in c. cùm dilectus nu. 6. de iis, quæ vi metusuè caus. fiunt, & Io. Bapt. Ferret cons. 171. in fin. eandem receptissimam esse testatur Bursat. cons. 72. nu. 54. lib. 1. Probatur autem hac potissimum ratione, quia excommunicatio non solùm corpori, sed & animæ detrimentum affert argum. c. audi deniq. 11. q. 3. ergò iustum metum afferet arg. cit. cap. cùm dilectus: hæc ratio mihi non probatur; nam aut iustè excommunicatur, & tũc sibi tribuat arg. l. si mulier. ff. quod metus causa, alioquin iudex excommunicationem ferendo iustum metũ semper inferret, quod absurdum est; aut iniuria excommunicatur, & tunc quò ad Deũ non operatur, sed contra potius meretur excommunicationem patienter tollerando arg. c. à nobis 2. de sent. excom. & c. 1. de re iud. lib. 6. & c. si quis non recto iudicio 24. q. 3. opinio igitur hæc ratio ne hac non nititur. Gloss. verò in cit. c. cùm dilectus in verb. violentia, excommunicationem iustum metum nõ inferre existimauit; eam sequũtur Archid. & Barbat. in cap. ab excommunicato de rescript. & Tanc. Vinc. Phil. & Gof. quos refert Maria. Soc. sen. in cap. sacris nu. 505. vers. Circa vigesimã tertiã principalem quæstionem de sent. excom. & hoc ob eam rationem, quoniã excommunicatio medicina est arg. c. 1. de sent. excom. lib. & c. multi. 2. q. 1. hac ratione sententia Gloss. mihi probari non videtur; quid enim, si contra non contumacem feratur? planè, quòd medicinæ rationem habere tunc non potest, ex quo contumacia non adest, cui excommunicatio medeatur, opinio Gloss. locum non habebit. Quare Io. an. quem refert Abb. in cit. c. cùm dilectus num. 6. sic distinguit. Aut excommunicatio iure fertur, & in hoc casu metum huiusmodi non inferri

non inferri cenſuit, ſibi enim excommunicatus tribuere debet, qui metui cauſam dedit arg. cit. l. ſi mulier. Aut excommunicatio iniuria fertur, & tunc metum hunc inferre cenſuit. Maxima.n. pœna eſt, & in eccleſia maior non reperitur, vt dicitur in c. ſacro de ſent. excõ. & in c. corripiantur 24. q. 3. Item graue eſt inter homines eſſe, & hominum cõmercio carere, vt dicitur in l. hi, qui ſanctam C. de Apoſt. quod fit excommunicatione. Poſtremò infamem excõmunicatio reddit, & infamia iuris iuſtum metum infert, vt dicitur à Gloſſ. in l. iſti quidem in verb. infamia. ff. quod metus cauſa. Hæc Io. an. cuius diuiſionem ſequitur Rot. deciſ. 10. de ſent. excom. in nou. & deciſ. 32. eod. in antiq. eam cõmuniter moderni ſequuntur, vt teſtatur Abb. in eod. c. cùm dilectus, & Roman. in conſ. 368. num. 10. & Add. ad eum in verb. Sequũtur, & Maria. Soc. ſen. eod. num. 505. Contra quam tamen facere videntur, quæ diximus ſupra reſpondendo ad rationem aliorum; contra ipſam quoque obiecit Compillator in ead. deciſ. 10. num. 2. nam dicit ipſe, excommunicatio, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit, ſemper timenda eſt, vt dicitur in c. 1. & in c. nemo contemnat. 11. q. 3. & in cap. ſacro de ſent. excomm. ergo ſemper timorem hunc afferre videtur: ad quam tamen obiectionem, etſi ipſe duobus modis reſpondet ibidem, ego tamen aliter reſpondeo .ſ. obiectionem illam nihil facere; nam quæſtio noſtra eſt de minante excommunicationem, & de timente, ne excommunicatio cõtra ſe feratur, an ſcilicet, qui quidpiam facit ob timorem, ne excommunicetur, iuſto metu hic facere dicatur, vnde audiatur deinceps, ſi ob timorem illũ reſcindi à ſe factum petat; at iura citata locum habent in excommunicatione iam lata, & ita vbi quis iam excommunicatus eſt, vt ex ipſis conſpicitur, & Gloſſ. etiam ſentit in eod. c. 1. quandoquidem tunc re vera timenda eſt, ne contra ipſam faciat, vt qui grauiter offendat arg. c. illum de cler. excom. min. & c. ſacris de ijs, quæ vi, metus uè cauſa fiunt, & vt ſuo loco probauimus; obiectio igitur hæc nulla eſt. Abb. demùm primam diuiſionis partim ſimpliciter ſecutus eſt, alteram verò partem ſequitur, vbi aliter proſpicere ſibi quis non poſſet; ac propterea ad iudicis arbitriũ hoc pertinere ait, cuius opinionẽ ſequitur quidam, quẽ refert, nec improbat Mar. Soc. ſen. in eod. c. ſacris nu. 505. verſ. ſed d. meus, & Syl. in verb. Metus nu. 5. & Tab. eod. Quid igitur concludendum? Ego hanc quæſtionem duabus regulis explicandam cenſeo, quarũm prima hæc erit. Excommunicatio ex iuſta cauſa cõtra quempiam lata, vt aliquid faciat, quod de iure facere debet, iuſtum metum non affert, quamobrem, ſi iuſſum fecerit, petère queat, vt à ſe factum ob eum timorem reſcindatur. Id quod hinc probatur, quoniam, ſi contrarium diceremus, iudex ferendo excommunicationem ob iuſtam cauſam in aliquẽ, quò aliquid faceret, vt exempli gratia niſi intra decem dies Titius centum, quæ re vera debet, Seio creditori præſtet, excommunicatus ſit, iuſtum metum inferret, quod abſurdum eſt, & contra c. præterea 2. de appel. non enim iudex metum inferre dicitur, cùm iure quidpiam agendũ præcipit, vt habetur in l. 3. §. 1. ff. quod metus cauſa; vbi ergò iudex excommunicationem interminatur, vt iudex, niſi quid fiat, quod iure fieri debet, excommunicatio iuſtum metum nunquam inferet. Imò, neq; ſi ut priuata perſona, quò ius ſuum tueatur, excommunicationem minetur; hac enim ratione excommunicationẽ ferri poſſe probatur in c. dilecto de ſent. excõ. lib. 6. & vt probauimus c. 2. §. 24. Tab. 1. Nec repugnat cit. c. olim. 3. de reſtit. ſpol. vbi Romanus Pont. inquit epiſcopum quendam nullam iuris parochialis poſſeſsionẽ adeptum, propterea quod populus quidam timore ſuæ ſententiæ à diuinis per aliquot dies ſe abſtinuerit, quaſi timor ille impedierit, quò minus poſſeſsionem adipiſceretur; nam non illa fuit cauſa, ſed quòd ſolùm abſtractionem illam à diuinis probauit, non autem ſimul & patientiam Abbatis ſui aduerſarij, contra quem poſſeſsionem acquirere volebat, quæ duo ſimul ad iura huiuſmodi acquirenda poſtulantur, vt probauit Abb. ibi & ob eam rem Summus Pont. inquit Nos attendentes, quòd ex eo ſolo, quòd nomen Solo indicat id, quod diximus, non probatã fuiſſe patientiam huius aduerſarij; & in hac regula locum habebit opinio Gloſſ. in cit. c. cùm dilectus, & qui eam ſequuntur, & prima pars diuiſionis Io. an. Altera regula hæc erit Excommunicatio ex iniuſta cauſa lata iuſtum metum etiam non infert, & hoc ob eam rationem, quia per appellationẽ ſe tueri poteſt ſtatim appellando, vbi iudicem ipſi excommunicationẽ interminantem videt, nam appellatione interpoſita excommunicatio deinceps lata non valet, vt habetur in c. per tuas de ſent. excõ. & in c. ſolet, & in c. venerabilibus. §. ſi. eod. lib. 6. ſibi ergò tribuat, vbi non appellauit arg. l. ſi mulier. ff. quod metus cauſa; atq; ſic ſenſit Abb. in cit. c. cùm dilectus num. 6. verſ. Ego acquieſcerem, & in eod. c. olim num. 11. verſ. Et hoc intellige, & Add. ad eum, ibi in litera B. in verb. Non audet, videu. & in hoc caſu locum etiam habebit cit. Gloſſ. in eod. c. cùm dilectus. Excipitur tamen, vbi ob iuſtum timorem appellare non audet, tunc enim ei ſuccurretur, vt aſſeruit Abb. in citatis iuribus; etenim æquũ eſt legem ei ſuccerrere,

qui per

qui per se sibi subuenire non potest, & sicut non subuenit, vbi per appellationem se tueri potest, sic è contrario subueniat, vbi appellatione non subuenitur arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. metus autem, qui ab appellatione excusat, & qua ratione probetur, Abb. ac DD. tradiderunt in c. fin. de appell. & Specul. in tit. de appell. §. 1. vers. Porto, & §. sequitur hoc etiam; & in hoc casu locum habebit opinio Gloss. in c. olim. 3. & secunda pars diuisionis Io. an. & qui ipsos sequuntur. Excipitur tamen & hic, vbi sub excõmunicationis pœna quidpiam præciperetur, quod si fieret, mortiferè peccaretur, nam in hoc casu, vel appellare non audeat, iustus tamen metus esse nunquam existimatur; etenim pro nullo metu mortiferè peccare quis debet, vt dicitur in c. sacris de ijs, quæ vi, metus vè causa fiunt, sed, vt quæuis alia pœna, sic & excommunicatio æquo animo tolleranda, vt dicitur in c. inquisitioni, & ibi not. de sent. excom. in hac quæstione igitur ita concludendum censerem; iam ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Infamet excommunicatio nec ne.*
2 *Instituto excommunicato hærede, an Frater testatoris, querelam in officiosi testamenti habeat, tanquam infamem, turpemque personam instituerit.*

I.

1 § † Altera quæstio est, an excommunicatio infamet. Abb. in c. qnia nu. 8. de elect. excommunicationem infamare sensit; idem Bald. qui in c. intelleximus. nu. 6. & nu. 8. de iud. excommunicatum turpem personam, & infamem dixit, & Rol. à Vall. cons. 95. nu. 24. cum seq. lib. 4. & Menoch. de arbit. iud. cap. 69. num. 10. & non nulli alij relati à Rebuff. in repet. c. postulastis. num. 43. notab. 2. de cler. excom. min. Probatur autem opinio hęc potissimum p c. infames. 6. q. 1. ibi enim Summus Pont. enumerãs, qui infames sint, in illis anathematizatos, vel proprijs sceleribus ab ecclesia repulsos, enumerat, ergò excommunicati quoq; infames sunt; nã anathematizati, & ab ecclesia expulsi excommunicati sunt, vt probatur in c. Engeltrudam 3. quæst. 4. & cap. qui merito, & cap. omnis Christianus 11. q. 3. Contrariam sententiam tamen, vt excommunicatio non infamet, nisi excommunicatio ob crimen fit, quod infamiam inurat, amplexatus est Rom. sibi contrarius, vt refert Dec. in eod. cap. intelleximus, & Inn. & Abb. in cap. testimonium. num. 10. de test. & Bald. sibi etiam contrarius in l. quid ergo. §. pœna grauior. nu. 15. vers. Vltimò quæro. ff. de ijs, qui not. infam. in repet. & Rebuff. eod. notab. 2. num. 45. vbi & communem opinionem hanc esse sentire videtur; idem sensit Iacob. de Graff. cap. 14. nu. 13. lib. 4. Dec. cas. consc. & Bonacoss. in lib. 1. Syntagmat. de sent. excom. tit. 12. nu. 49. Probatur autem horũ sententia his rationibus. Primò, quoniam excommunicatio ob contumaciam in primis fertur arg. cap. 1. de excep. lib. 6. & vt suo loco probauimus; at ob contumaciam infamis nemo efficitur, vt not. in l. 1. C. de mod. multan. & Bald. in l. 1. ff. de ijs, qui not. infam. Præterea, si infamis excommunicatus esset, non statim absolutus pristinam statum recuperaret, & tamen contrariũ fit, imò & ad nouas dignitates admittitur arg. c. ex literis de constit. Postremò excommunicatio medicinæ loco fertur arg. c. 1. de sent. excom. lib. 6. ex his omnibus igitur concluditur ab his excommunicationem non infamare; cui tamen repugnat valde cit. c. infames. Quid ergo concludendum? antequam quæstionem absoluamus, præmittendum est infamiæ species tres esse; nam altera est iuris, altera facti, & tertia canonica, vt tradidit Abb. in eod. c. testimonium nu. 6. vers. Ego in hac materia. Infamia iuris ea dicitur, quam ius ob factum aut simpliciter, aut iudicis etiam opera intercedẽte irrogat arg. l. 1. iunct. Gloss. & ibi Bart. Bald. ac DD. not. ff. de ijs, qui not. infam. Infamia verò facti ea est, per quam quis non apud legem, sed apud homines infamatus est arg. l. interlocutionem, & l. verbũ C. ex quibus caus. infam. irrog. & vt dixit Glos. in cit. l. 1. ff. eod. Canonica demum ea dicitur, quam quis ob mortiferum peccatum contrahit, quouis enim mortifero peccato canonicè quis infamatur, vt inquit Gloss. in c. omnes 1. 6. q. 1. & in cap. infames in verb. Fures ead. q. & Abb. in cit. cap. testimonium. nu. 6. vers. Secunda infamia. His ita præmissis, quò quæstionem iam dissoluamus, sic distinguẽdum censerem. Aut quærimus, an excommunicatio infamet infamia iuris, & in hoc casu ipsam non infamare sentio, cũ ob rationes allatas pro secunda opinionẽ, & quòd id iure cautum non est; tùm quòd in quibusdam casibus speciatim cautum est, vt excommunicatio infamet, vt in cap. excommunicamus. 1. §. credentes de hæret. & in c. Felicis vers. Perpetuò sit infamis de pœn. lib. 6. ergo aliàs excommunicatio non infamat; exceptio enim contrariam regulam esse facit arg. l. nam, quod liquidæ.

§.fin.ff.de pen.leg.& c.non ne de præsnmpt.Excipitur tamen,vbi contrariũ speciatim iure cau-
tum est,vt iucitatis iuribus.Item,vbi ob delictum,quod ipso facto infamaret, excommunicatus
quis esset; quod tamen accipiendnm est,vt declarauit Abb.in eod.c.testimonium nn. 10.de te-
stib. sed hoc non vi excommunicationis,sed delicti cõtingit, atqne sic dixit Mar. Soc. sen. in c.
sacris n.37.vers.octaua cõcln.ibi aut loquimur de infamia de sent. excõ. his ergo exceptis casi-
bus, excommunicatio iuris infamia non infamabit. Aut quætimus, an excommunicatns infa-
mia canonica afficiatur; & sine dubitatione excommunicatum ratione hac infamẽ reddi asse-
rendũ est,quandoquidem infamia hæc per quoduis mortifernm peccatum contrahitur, ac pro-
pterea & ob coutumaciam, quamobrem quis excõmunicatur arg. eorum,quæ dixit Glos.sum.
4.q.1.atq; sic sensit Gloss.in cap.2.vers.Est etiam quædam 6.q.1.& Abb.in cap.quia nu.8.vers.
Solue clariùs de elect.& in eod.c.testimoniũ nu.10.& Mar.soc.in cap.proposuit nu. 7.vers.not.
sextò de cler. excõ. min.& hic locum habebit cit.c.infames,& prima opinio proposita.Aut quę
ritur, an excommunicatus infamia facti infametur, & hac ratione infamari hunc etiam sentio;
quippè qui ab omnibus euitetur,& huius cõmercium omnes fugiant, & qui ab omuibus deniq;
digito monstretur arg.cap.1.de except.lib.6.& c.sicut Apostoli cum tribus seq.11.q.3.& vt an
tea multis in locis id probauimns, atq; sic dixit.Mar.Soc.sen.in cit.c. sacris num. 37. vers. ego
arbitror distinguendum,quẽ uideas;in his igitur casibus omnibus excõmunicatus infamis erit.
Excipitur tamen, vbi excõmunicatus absolutus est; nam per absolutionem infamia canonica
tollitur, vt tradidit Gloss.in cit.cap.2.uers.Item infamia contracta,& in cap. seq.6.q.1.& Abb.
in eod.cap.quia nu.8.vers.In Gloss.fin.& de communi testatur in cit. cap. testimonium nnm.6.
vers.Secnnda infamia, sicut etiam infamia facti saltem quò ad iuris effectum, vt dixit Abb.eod.
nu.6.vers.Nec obstat: quæ tamen exceptio locum non habet,vbi ob crimen, quod infamat,ex-
communicatus est, non enim absolutione iuris infamia tollitur,vt sensit Abb.in cap. cùm te de
re iud.& Bart.in l.infamem.num.13.ff.de publ. iud. in hac igitnr quæstione sic concludendum
censerem. † Verùm quid, si excommunicatus institntus hæres sit, frater autem testatoris in of-
8 ficiosi testamenti querelam mouere velit,quasi infamis,ac turpis persona hæres instituta sit, an
id poterit? secundum formam l.fratres C.de in off.test. Planè dicendum videtur id posse; nam
excõmnnicatus & facti,& canonica infamia infamis est,vt asseruimus; at contra infamem hunc
querela hæc obijci potest, vt dixit Bald.in l.1.nn.5.vers.In ea.ff.de ijs, qui not.infam. & in cit.
l.fratres.nu. 3.vers. Tertiò uot.& speciatim de excommunicato sic dixit Roll. à Vall. cons.95.
num.24.cum seq.lib.4.hæc conclusio mihi non omnino probatur; quid enim,si excõmunicatus
hæres institutus ante aditam hęreditatem absolutus fit? sanè pœnam hanc pati eum non debe-
re videtur, ex quo excommunicatus absolntus infamis deinceps non est, vt probanimus. Ego
igitur, quò rem hanc totam absoluam, ac dilucidiorem ipsam reddam, pro regula hoc pono,
Contra excõmunicatum hæredem institntnm tęstatoris frater in officiosi testamenti querelam
mouere potest; nam excommunicatus infamis, ac turpis persona est, vt vidimus; ac propterea
contra ipsum huiusmodi querelam proponere licet arg.cit.l.fratres,atq; sic citati autores proxi
mè sentiunt, & hìc eorum sententia locum habebit. Excipitur tamen primò is, qui ante institu-
tionem excommunicatus,& absolutus fuit; nam antecedentis excommunicationis vi, cuius in-
famia per absolutionem sublata,est,vt diximus, qnerela hæc moueri non potest.Item, vbi iniu-
ria excommunicatus est. Excipitur demum, vbi institutionis tempore excommunica-
tus hæres erat, sed tempore hæreditatis adeundæ absolutus est,nam tunc etiam, in-
famia sublata, quęrela hęc locum non habebit; etenim nec contra personam
aliam turpem ipsa datur, vbi ad meliorem frugim se conuertit, vt dixit
Bald.in cit.l.fratres.num.5.vers. Quæro, quid si institutus, & in l.si
filiam. ff. eod. & facit, quod dixit Ias. de filia ingrata in auth.
non licet in fi.C.de lib.& post.& Michael. Crass.in tract.
Success.§.testamẽtũ.q.42.n.9.Quę tamẽ exceptio-
nes locũ nõ habent,vbi ob delictũ excõmuni-
catus est,& eius infamia per absolutionẽ
nõ est sublata;ad huc.n.vt cõtra in-
famẽ quærela proposita mo
ueri potest:sed de qõne
hac satis,ad tertiã
veniamus.

SVMMA.

1 *Excommunicatus non semper est hæreticus; quæ regula etiam declaratur.*

II.

1 §. †Tertia quæstio est, an excommunicatus hæreticus propriè sit. Quam quæstioné vt faciliùs absoluamus, quisnam hæreticus propriè sit, explicandam priùs est. Hæreticus ergo is propriè dicitur, qui edoctus de fide pertinaciter tamen sciens contra ipsam est, vt communiter id receptum esse sensit Syl.in verb. Hæresis 1.nu.1. Videbatur igitur dicendum excommunicatum esse propriè hæreticum. Et hoc ob.c.fi.4.quęst.1. Hæreticos autem, ait enim Sũmus Pont. ibi, dicimus tam eos, qui olim ab ecclesia proiecti sunt, quàm qui posthac à nobis anathematizati sunt. Hæc ibi, si ergò ab ecclesia proiecti, & anathematizati hæretici dicuntur, iure merito & excommunicatos hæreticos dicemus; nam & hi extra ecclesiam abiecti sunt, & anathematizati dicuntur, vt habetur in c.qui merito, & in c.omnis.11.quæst.3.& in cap. Engeltrudam 3.quæst. 4. hæreticus ergò excommunicatus propriè dici videtur. Contrariam sententiam tamen vt excõicatus nõ semper sit hæreticus, ac propriè, amplexati sunt Card.in Clem.2.§.cæterũ de elect. & Gundissaluus de villadieg.in tract.de hæret.quæst.1.nu.3.& Syl.in verb.Hæresis.1.nu.1.eandem sententiam vti verissimam ego etiam amplector, quam & his rationibus probo. Primùm, quia excommunicatio ob quamcunque contumatiam fertur arg. c.1.de except. lib.6.& vt suo loco probauimus; hæresis verò in ijs tantùm versatur, quæ Christianæ fidei repugnant, vt ex definitione tradita conspicitur. Præterea excommunicatio pęna est, vt dicitur in c.sacro de sen.excom.& c.corripiantur.24.quæst.3.hæresis autem vitium arg.c.in fidei fauorem, ibi hęreticæ prauitatis, & c.præsidentes eod.vers.& c.accusatus in verb. De hoc crimine de hæret.lib.6. Itẽ materia excommunicationis proxima est Christianus cõtumax in non parendo ecclesiæ; hęresis autem materia huiusmodi est Christianus contumax in non credendo illa, quæ illa docet. Postremò in hæresim quis per se incidit, nulla legis, iudicisq; opera in primis intercedente; in excommunicationem autem secus, nemiuem enim se ipsum excommunicare posse iam vidimus: si excõicatio igitur hæresis nõ est, nec excõicatus hæreticus erit, valet.n.arg.à cõiugatis. Ac planè, si idẽ hæresis, atq; excõicatio essent, eodem in loco de ipsis actum esset, & eodem nomine appellarentur, quæ facta cùm non sint, apparet excommunicatum hæreticum non esse arg.l.si idem. C.de codicill. Postremò, si excommunicatus in excommunicatione per annum, aut plus eo contumax perseuerat, hæresis nomine suspectus esse dicitur in cap.fi.de pœn. ergò antea hæreticus non erat. Ex his igitur constat excõicatum nõ semp, ac propriè hæreticũ esse. Nec repugnat cit. c.fin.4.q.1. nam ibi excommunicatus, etsi hęreticus dicitur, non tamen propriè, atq; sic respondit Syl.in verb.Hæresis.1.nu.1. vers. Sed est locutio, & Gundissal. eod. à priori sententia igitur non discedemus. Excipitur tamen, vbi per annum, aut plus eo in excommunicatione perseuerauit, tunc enim hæresis nomine suspectus est, vt probauimus cap.14.§.3.in Tab.1. Item excipitur, vbi quis excommunicatus, propterea quod contumax in respondendo fuit super hæresi, cuius nomine suspectus est; post annum enim vt hæreticus cõdemnari potest, vt asseruimus in cit.§.3. Postremò excipitur, vbi ob hæresim in excommunicationem incidit, nam tunc & hæreticus est, vt habetur in c.excommunicamus.1.& 2.de hæret, quamuis ob excommunicationem hæreticus non sit, sed ob hæresim in excõmunicationem inciderit: & de quæstione hac sat is; ad postremam veniamus.

SVMMA.

1 *Excommunicatus pro alia causa, quàm pro hæresi, si per annum, aut plus eo in excommunicatione pertinaciter perseuerauerit, contra ipsum, vt de hæresi suspectum agi potest ab hæreticæ prauitatis inquisitore.*

III.

1 §. †Postrema quæstio est, an excommunicatus pro certo habeatur pro hæretico, qui in excommunicatione per annum, aut plus eo perseuerauit. In qua quæstione neq; hunc pro hæretico haberi concludimus; nam sic dixit Gloss.in cap. excommunicamus.1.§.qui autem in verb.Condemnentur in fin.de hæret.& sequitur eam Abb.ibi.nu.7.& Add.ad Gloss.fin.in cap. cùm contumacia de hæret.lib.6. Probatur autẽ primò per rationes allatas in superiori quæstione, quæ & hìc locum sibi vindicant. Probatur quoq; per cit.cap.cùm contumacia, nam excom-

 municatus,

municatus, propterea quod non respondit super hæresim, cuius nomine suspectus erat, post annum vt hæreticus damnatur; atq; sic not. Inn. in cap. ad Apostolicę. nu. 5. de re iud. ergò secus, si pro alia causa excommunicatus quis sit arg. l. quod liquidæ. §. fin. ff. de pen. leg. & l. cùm prætor. ff. de iudic. Postremò addo ego hanc rationem, quòd excommunicatus hic in excommunicatione perseuerans pro conuicto habetur, & non auditur amplius ea de re, pro qua excommunicatus est, vt habetur in cap. rursus, & in cap. quicunq; 11. quæst. 3. at excõmunicatus pro alia re, quàm pro hæresi, pro conuicto de hæresi haberi nõ potest; ergo nec hæreticus hac ratione erit, quamuis hæresis nomine suspectus sit, vt probauimus cap. 14. §. 3. Tab. 1. ac propterea contra eum tamquam de hæresi suspectum procedi possit, vt Trid. Syn. decreuit in cap. 3. in fine de reformat. sess. 25. Excommunicatus verò quicunq;, dicitur enim ibi, si post legitimas monitiones non resipuerit, nõ solùm ad sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur; sed, si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum tãquam de hæresi suspectum procedi possit. Hæc ibi; ex quibus patet, quæ de excõicatione diximus, & in alijs censuris locum habere: & de quæstione hac, sicut etiam de effectibus excõicationis maioris, tam per se, quàm per accidens hactenus; ad materiam eiusdem, & primò ad eam, quæ ad genus pertinet, transeamus.

De materia communi maioris excommunicationis, quæ ad genus spectat. Cap. XXV.

SVMMA.

1 *Excommunicatio genus dicitur de minori, & de maiori excommunicatione.*

2 *Definitio excommunicationis, quæ genus est, quænam sit.*

3 *Definitio maioris excommunicationis quænam sit.*



EXPLICATIS effectibus maioris excommunicationis, materiam eiusdem communem, quæ ad genus spectat, more nostro iã explicemus; & in hoc capite hæc contemplabimur. Primùm, materia communis hæc quænam sit; & excommunicationis, quæ genus est, nec non maioris excommunicationis definitionẽ ponemus. Deinde, excommunicationis simpliciter mentione facta, an maior, minorue excommunicatio sit. Tertiò, excommunicatio maior an aquæ, ignisq; interdictioni, seu deportationi, relegationiq; similis sit. Quartò, an excommunicatio sententia, pœna uè sit. Postremò, an excommunicationis sententia post decem dies in rem iudicatam transeat.

1 † Quò ad primam quæstionem igitur materia cõmunis maioris excommunicationis, quæ ad genus spectat, hæc scilicet excommunicatio est, nam maiorem, minoremuè excommunicationem definiamus, excommunicationem, vt proximum genus, quod de utraque dicitur, sumemus. Verùm, quòd hic, quid excommunicatio maior sit, ponendum nobis est, & excommunicatio maior excõmunicationis species est, vt sensit Gloss. in cap. 1. in verb. Speciem de except.

2 lib. 6. ideo priùs, quid excommunicatio genus sit, deinceps quid maior, explicemus. † Abb. igitur in tub. de sent. excomm. explosa definitione Goff. & Host. ac rectè, excõmmunicationem hanc sic definit. Excommunicatio est censura à canone, vel à iudice ecclesiastico prolata priuãs legitima communione sacramentorum, & quandoq; hominum: hæc Abb. quem sequitur Syl. in verb. excommunicatio. 1. nu. 3. vers. Si tamen volumus. Hęc definitio meo iudicio stare non potest; primò quia excommunicatio non priuat propriè communione ecclesiæ, sed vsu cõmunionis, vt probauimus cap. 6. in prin. in hac Tab. postremò hæc de qualibet eius specie non dicitur. Non de maiori; nam ea & sacramentorum, & hominum communionis vsu non quandoq;, sed semper priuat, vt probatur in cap. pen. de sent. excom. & in cap. Engeltrudam. 3. quæst. 4. & vt constat ex illis, quæ de effectibus eiusdem diximus. Non etiam de minori quacunque, nam non de illa, qua quis sacramentorum communione priuatur, & de qua agitur in cap. fin. decler. excom. min. quoniam per eam hominum communione quis non priuatur; non itidẽ de altera specie, qua quis quorundam hominum communione caret, quoniam excommunicatione hac non quandoq;, sed semper ea hominum communione priuatur; at generis definitio, & de qualibet eius specie dici ac semper dẽt, vt Aristoteles, ac phisophi docẽt; definitio igitur hæc teneda mihi non

bi non videtur; quibus rationibus definitio etiam allata à Sot. dist. 22. quæst. 1. art. 1. vers. Igitur, si excommunicationem, scilicet Excõmunicatio est ecclesiastica censura, qua homo ab aliqua cõmunione ecclesiæ separatur, tolli posse videtur; nam non ab aliqua, sed ab omni exteriori maior excommunicatio separat, vnde minori excommunicationi conuenire tantùm videtur. Ego igitur sic eam definiendam censerem. Excommunicatio est censura ecclesiastica, qua Christianus vsu communionis exterioris ecclesiæ priuatur: hæc definitio, vt quæ ex proximo genere, proprijsq; differentijs constet, amplexanda esse mihi videtur. Nam, quatenus dicitur Censura ecclesiastica, sub quo genere collocetur, id est sub censura, declaratur; excommunicatio enim censura est, vt dicitur in cap. quærenti de verb. sign. per illud genus etiam ab illis separatur, quæ censuræ ecclesiasticæ nõ sunt. Quatenus autem dicitur Qua Christianus vsu communionis exterioris ecclesiæ priuatur, per verba illa Vsu cõmunionis ab omnibus alijs censuris separatur. A suspensione, quoniam suspensio non ecclesię communione nos priuat, sed vsu officij ecclesiastici, quatenus officium ecclesiasticum est arg. cap. 2. de cler. excom. min. nam per suspensionem vt ministet ecclesiæ vsu eo quis priuatur, & sic actiuè tantùm, non autem passiuè: quod fieret, si vt communione ecclesiæ eo vsu priuaretur; communio enim hæc & actiuè, & passiuè dicitur. Ab interdicto ecclesiæ itidem separatur, quoniam interdictum ecclesiæ communione nos non priuat, sed diuinis ecclesiæ tantùm, quatenus diuina sunt. Quatenus demum dicitur Communionis exterioris, separatur hac ratione quoq; ab excõmunicatione illa, qua quis interiori cõmunione ecclesiæ priuatur, quæ per gratiam, & charitatem est, & quæ per censuram ecclesiasticam non adimitur, sed solum per mortiferum peccatum, vt probatur in cap. à nobis. 2. de sent. excom. & vt nos hìc asseruimus c. 9. §. 7. Postremò definitio hæc cuilibet excommunicationis speciei conuenit. Minori; nam, si sacramentorum communione per minorem excommunicationem quis priuetur, verè hic dicitur ecclesię communione priuatus, communio enim hæc ecclesiæ tantùm est; si itidem aliqua Christi fidelium communione priuetur, quod fit altera minoris excommunicationis specie, & hic ecclesiæ communione verè caret. Maiori verò definitionem hanc conuenire ex iam dictis satis, satisq; per se cõstat; definitio igitur hæc excõmunicationis, quatenus genus est, mihi verissima videtur; iam definitionem maioris excommunica-
3 tionis afferamus † Excommunicatio maior igitur est excommunicatio, qua quis vsu communionis omnis exterioris ecclesiæ priuatur. Hęc definitio bona est. Primò, quia ex genere proximo constat, item ex proprijs differentijs; nam sicut per genus, sub quo genere sit, nõ solùm declaratur, sed etiam ab omnibus alijs seiungitur, quæ sub excommunicationis genere non sunt; ita per differentiam illam, qua dicitur quem priuari vsu communionis omnis, & cet. ab vtraque specie minoris excommunicationis, quæ sub eodem genere sunt, separatur; species enim illæ ab aliqua tantùm communione separant, aut sacramentorum tantùm, aut aliquorũ tantùm hominum, vt probatur in cap. fin. de cler. excom. min. & in cap. episcopi. 11. quęst. 3. maior autem excommunicatio ab vtraque communione, & ab omni separat, vt probatur in c. pen. de sent. excom. & in c. Engeltrudam. 3. quæst. 4. Communio autem illa exterior quænam sit, declarauimus hic c. 6. Postremò conuertitur cum suo definito, quod definitio facere debet, vt communis philosophorum schola docet; & sequitur iureconsultus in l. 1. ff. de dolo, & Bart. ibi in §. dolum, & Gloss. in l. nihil est aliud, & in l. fin. ff. de verb. sign. & Gloss. in rub. extra de summ. trin. definitionem hanc igitur vt rectam sequemur; & de quęstione hac satis, ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Excommunicatio simpliciter lata pro maiori excommunicatione accipitur; quæ regula etiam declaratur.*

2 *Ratio, quamobrem excommunicatione simpliciter lata, maior lata intelligatur.*

I.

1 § † Altera quæstio est, an, si excõmunicatio simpliciter feratur, maior, minor vè excõmunicatio sit. In qua quæstione dicendum videbatur minorem excõmunicationẽ latam intelligi debere. Nã excõicatio pęna est, vt habetur in cap. corripiatur. 24. quęst. 4. & vt not. Glos. in cap. nemo episcopus 2. quæst. 1. & vt nos in hoc cap. probauimus; at in pœnis, vbi dubij sumus, minorem eligere debemus arg. cap. odia, & cap. in pœnis de reg. iur. lib. 6. & l. interpretatione. ff. de pœn. & l. semper in dubijs. ff. de reg. iur. ergo minorẽ excõicationẽ latã esse interprętabimur. Præterea, vbi in iudicijs à reo actori excõicatio obijcitur, si maior obiecta intelligeretur, non

oporteret excõicationis speciẽ exprimere, & tamen, quò exprimatur, Romanus Pont. cauit in cap. 1. de except. lib. 6. Postremò excõicatio genus est, & tam de maiori, quàm de minori dicitur arg. cit. cap. 1. iunct. Gloss. in verb. Speciem; ergo ex his omnibus aut minorem, aut nullam latam intelligendũ esse videtur. Verũ contrariam sententiã DD. cõiter amplexati sunt, & communis vsus interpretationem hanc iam diu recepit, scilicet exõicationem simpliciter latã pro maiori accipi, vt testatur Couar. in cap. alma pars 1. §. 8. num. 5. vers. Duo sunt, de sent. excom. lib. 5. Et hoc ob eam rõnem, quoniam id iure cautum est; Si quem sub hac forma verborũ, dicitur enim in cap. pen. de sent. excom. illum excõmunico, vel simili à iudice suo excommunicari contingat, dicendum est eum non tantùm minori, quæ à perceptione sacramentorũ, sed etiam maiori excõicatione, quæ à cõione Fideliũ separat, esse ligatum: hæc ibi summus Pont. ait; si ergo, vbi quis simpliciter excõicatur, maiori excõicatione affectus intelligitur, ergò excõicationem simpliciter latam maiorem excõicationem esse interpretabimur. Non repugnant modò rationes contrariæ. Non prior, quoniam in pœnis minorem eligimus, vbi dubij sumus, vt in citatis iuribus probatur; at hic iure id declaratum est excõicationem simpliciter latam pro maiori accipiendã esse, ac ppea dubij nõ sumus. Non ẽt illud de reo; nã ob eã rẽ, vbi excõicationẽ actori obijcit, pro maiori nõ accipitur, qm̃ reus, cuius propriũ est iudiciũ subterfugere, & litẽ differre arg. l. properandũ. §. 1. in verb. Fugiente, & ibi not. Gloss. C. de iud. exceptiones nõ concludentes sæpius proponit, & excipiẽdi rõne abutitur, qđ odiosũ est, & cõtra cit. l. properandũ, & c. finẽ litibus de dol. & contũ. ne igitur hoc fieret, excõicationẽ à reo obiectã pro maiori accipi Ecclesia vetuit, vt probatur in cit. c. 1. de except. Non repugnat demũ tertia rõ, quatenus dr̃ excõicationẽ & de maiori, & de minori æque dici; nã verũ hoc illud est respectu habito ad eius naturam; non autem quò ad hoc, ex quo speciatim id cautum habemus. Excõicatio igitur, vt regulam ponamus, simpliciter lata pro maiori excõicatione accipitur, vt habetur in eod. cap. pen. & ibi not. Abb. Felin. ac DD. de sent. excom. & idem Abb. in cap. quod indubijs. nn. 1. cod. & in c. illa quotidiana. nu. 9. de elect. & Felin. in cap. prudentiam. §. Sexta. nu. 4. vers. Videtur præterea de off. de leg. & Bero. in c. præterea de iur. patron. Et hæc regula locũ habet non solùm, vbi excõicatio ab homine fertur, vt dicitur in cit. c. pen. verùm etiam, & vbi a canone, nam & sic dixit Gemin. in cit. cap. 1. §. 2. vers. Gloss. Super verb. Speciem de except. lib. 6. & Felin. in eod. §. Sexta. nu. 4. eod. vers. & in cit. cap. pen. vers. Tertiò pono, & Nauar. in tract. de dat. & promiss. not. 4. nu. 8. & Couar. in c. fin. pars. 1. §. 8. nu. 5. vers. secundum de sent. excom. lib. 6. vbi cõiter receptũ id esse testatur, etenim eadem ratio & hìc locum habet, quæ & in superiori casu, vt videbimus. Item eadem regula multo magis locum sibi vindicat, vbi anathema in quẽ fertur, seu quis anathematizatur; nam anathematis nomine maior excõmunicatio semper intelligitur, vt probatur in cap. cùm non ab homine, & ibi sentit Abb. num. 23. vers. Nunc venio ad Gloss. secun. & Dec. nu. 16. de iud. & in cap. Engeltrudam. 3. quæst. 4. atq; sic dixit etiam Nauar. eod. not. 4. nu. 9. & Couar. in cap. alma pars. 1. §. 8. nu. 6. de sent. excom. lib. 6. Postremò locum habet etiam in suspensione, vt scilicet simpliciter suspensus ab officio, & à beneficio suspensus sit, non autẽ ab officio tantùm, atque sic dixit Abb. in cit. cap. illa quotidiana. nu. 9. de elect. & nos probauimus in Tab. 4. cap. de forma, vbi quæstionem hanc disputauimus: quamuis contrariũ senserit Gloss. & malè mea quidem sententia in Clem. 1. §. cæterum in verb. Suspensionis de priuil. & Felin. qui eam sequitur in cit. c. pen. de sent. excom. Quæ autẽ diximus de suspensione, eadem & de interdicto dicta esse volumus, nam interdictus simpliciter oĩbns caret, quæ per interdictum prohibentur, vt dixit Nauar. in man. c. 27. nu. 170. & nos suo loco; his rationibus igitur regula hæc amplificatur; quæ tamen & exceptiones non nullas patitur. Excipitur enim primò, vt pro maiori excõicatione non accipiatur, vbi à reo actori obijcitur, & hoc ob cit. cap. 1. de except. lib. 6. Item pro minori accipiemus, vbi verba minorem excõicationẽ sonant; sic namq; dixit Abb. in cit. cap. illa quotidiana. nu. 9. ex quo enim tunc de animo eam ferentis constat, ab eo non discedemus arg. l. non omnis. ff. si cert. pet. & c. cùm volũtate de sent. excom. Quare, si dicatur Excõico te simplici excõicatione, minorẽ excõicationẽ latam esse interpretabimur, vt dixit Hieronymus de Zanet. cons. 65. nu. 6. Tertiò, vbi in aliqua dispositione excõicationis, & anathematis mentio fit; tunc enim, ne superuacanea verba sint, excõicationis verbum pro minori exõicatione accipiemus, vt probatur in cit. cap. cùm non ab homine cum ibi not. de iud. quod verũ est, vbi mentio vtriusq; fit respectu habito ad vnum, in quem fertur, vt habetur in cit. cap. cum nõ ab homine, & in eod. c. Engeltrudã. 3. q. 4. aliàs secus, vt dixit Bero. in cit. cap. præterea nu. 7. Postremò excipitur, vbi materia ad vtranque excõicationẽ accomodata est; nam tunc excõica-

tionis mentione facta vtranque accipiemus. Quare, quòd absolutio excõicationis obtenta per metum non valet, vt dicitur in cap. 1. de ijs, quę vi, met. vè cauſ. fiunt, nec minoris absolutio valebit, vt doctores ibi cõiter inquiunt, & Felin. in cap. pen. de ſent. excom. prohibita ergo absolutione excõicationis, & minoris absolutio prohibita esse intelligitur. His igitur quasi cancellis regula hæc concluditur. † At inquiet quiſpiam, cur, his exceptis his casibus, aliàs excõicationis mentione facta pro maiori accipitur? & sic quæ ratio decisionis est dispositionis eius. c. pen. de ſent. excom. Abb. ibi multis modis respondit; ſenſit enim primò, ob eam rem id factũ, quoniã excõicatio maior medicina potius, quàm pœna est: hæc ratio nec satisfacit Nauar. in eo tract. de dat. & promiſſ. notab. 4. nu. 8. quamuis huius rationem non reddat, nec etiam mihi, nam & minor medicina est; item & in medicinis à leuioribus est incohandum, vt probatur in cit. cap. cùm nõ ab homine de iud. & in eod. cap. Engeltrudam. Secundò dicit Abb. ob id fieri, quoniam in ijs, quæ pertinent ad salutem animę, tutior interpretatio facienda est arg. c. iuuenis de ſponsalibus; ergò, vt tutiores simus, excõicatione ſimpliciter lata, maiorẽ excõicationẽ eam esse interpretabimur: hanc rationem improbat Nauar. eod. nec ego ipſam ſequor; nam & in iudicijs locum ratio hæc habet, & tamen pro maiori non accipitur, vt habetur in cit. c. 1. de except. lib. 6. Tertiò dicit Abb. ob eam rem maiorem excõicationem latam intelligi, quoniam cõiter appellatione excõicationis intelligitur de maiori; ex quo igitur conſuetudo hæc est, ab ea non discedemus arg. c. literis de ſponſ. & l. Labeo. ff. de ſuppell. legat. hanc rationẽ nõ omnino improbat Nauar. mihi tamen non probatur, adhuc enim quæro huius conſuetudinis rationem. Quartò Nauar. eod. notab. 4. nu. 8. verſ. Addo quintò, rationem decisionis eius cit. c. pen. esse dicit hanc, quoniam iudices nunquam in foro exteriori ſola minori excõicant, & ſolùm pro peccato mortali: hæ rationes eodem morbo laborant, quo proximæ; nam adhuc quæro, quamobrem illud fiat. Postremò dicit Anchar. in c. ſtatuimus de ſent. excom. lib. 6. & ſequitur eum Felin. in eod. c. pen. in verſ. Tertiò opponitur, ibi tum etiam, vt excõicatio aliquid operetur, & Couar. in c. alma pars. 1. §. 8. n. 5. uerſ. deinde & illud est adnotandũ de ſent. excom. lib. 6. ob eã rem id fieri, quoniam, ſi excõicatione ſimpliciter lata pro minori acciperemus, nihil excõicatio operaretur; nam excõicatio minor ſacramentorum cõione priuat, id quod etiam facit mortiferum peccatum; ſi ergò pro minori acciperemus, nihil operaretur, ex quo per mortiferum peccatum ſacramentorum cõio iam adempta est: hæc ratio mihi non quadrat, nam imò alia operatur, vt habetur in c. ſi. de cler. excom. min. Quid igitur concludendum? Ego ob duas rationes id decisum ſentio in cit. cap. pent. vt excõicatione ſimpliciter lata, pro maiori accipiatur. Primò, quoniã excõicatio de maiori, & de minori excõicatione dicitur, vt probatur in cit. cap. 1. iunct. Gloſſ. in verb. Speciem de except. ergo, ex quo ſimpliciter excõicatio fertur, de vtraq; intelligi debet, cũ contrarium aliud non ſuadeat, genus enim æque de omnibus ſuis ſpeciebus dicitur, vt Philoſophi cõiter concludunt; at excõicatio maior, & minorẽ comprehendit, iure igitur Romanus Pont. ob eam rem pro maiori excõicationem ſimpliciter latã accipi voluit, & hoc est, quod dixit Dicendum est eum non tantùm minori, quæ à perceptione ſacramentorum; ſed etiam maiori excõicatione, quæ à cõione ſeparat, esse ligatum; ex quibus patet ob eam rem ſic excõicatum maiori excõicatione constrictum intelligi. Præterea ob aliam rationem id est factum; nam quis excõicatur, propterea quod iudicem audire noluit, & ita ob contumaciam, vt probauimus antea in Tab. 1. ergò, vt pœna peccato reſpondeat, ſi excõicatur, ea excõicatione excõicatum intelligi debet, qua nec ipſe à iudice audiatur, ſi eius opera egeat, vt contraria contrarijs curentur; at per minorem excõicationem hoc effici non poteſt, non enim excõicatus minori excõicatione à iudicio excluditur, ſed à iudice audiri debet, ergo maiorem excõicationem latã esse accipiendũ est; hac enim ratione, ſicut ipſe iudicem non audiuit, ita nec ipſe à iudice audietur, & pęna peccato reſpõdebit, excõicatus enim vt actor à iudicijs arcetur arg. c. decernimus de ſent. excom. lib. 6. & c. 1. de except. eod. lib. & c. exceptionem eod. in antiq. His igitur rationibus factũ ſentio, vt excõicatio maior, & non minor accipiatur, vbi ſimpliciter prolata est: & hæc vera ſunt, ſtante cõi illa opinione, vt ſimpliciter excõicatus maiori excõicatione excõicatus ſit. Quę tamẽ opinio etſi vera est, tamen negari non debet, quin & minori excõicatione hic irretitus ſit, quãdoquidem in cit. c. pen. ſic excõicatum & minori, & maiori excõicatione ligatum esse Romanus Pont. ait; Dicendum est eum, ait enim ibi de ſic excõicato, non tantũ minori, quæ à perceptione ſacramentorum, ſed etiam maiori excõicatione, quæ à cõione fidelium ſeparat, esse ligatum: ſi ergò non tantùm minori, ſed etiam maiori ligatum hunc esse inquit; ergò non maiori tãtùm, ſed & minori ligatum esse dicendum est: idq; iure merito, nam, ex quo excõicatio ſimpliciter

 est lata,

est lata, & excõicatio est genus, non magis de hac, quàm de illa specie dicitur, vt proximè diccebamus; de vtraq; igitur intelligi debet: & interpretatio hæc, nec non eius rationes notandę sunt, quoniam verisimæ esse mihi videntur, & à nemine tactas adhuc reperij. Cõmuni tamen interpretatione stante, quæ vsu recepta est, iam quæstionem tertiam aggrediamur.

SVMMA.

1 *Excommunicatio an similis sit Aquæ, & ignis interdicto, Deportationi, Relegationi.*

II.

1 § † Tertia quæstio est, an excõicatio similis sit his tribus pęnis scilicet Aquæ, ignisq; interdicto, & Deportationi, quæ in locum prioris interdicti successit, & Relegationi. Gloss. igitur in §.minor, in verb. Interdictum in Instit. de cap. dimin. excõicatos ijs, quibus aqua, & igni interdicitur, similes esse sensit; nam huiusmodi interdicto affectos instat excõicatorum habitos esse dixit; eandẽ opinionem sequuntur Angel. Imol. & Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posth. & refert eos ibi Ias. n. 2. Et hoc ob eam rationẽ, quoniã, sicut is, cui aqua, & igni interdictum erat, recipi non poterat omnino, ex quo nec aqua, nec ignis ipsi dari poterant, quę elementa duo necessaria maximè sunt, ita nec excõicatus recipi debet: hæc similitudo mihi non quadrat; tum quòd elementa hæc excõicato non adimuntur; tum quòd, ne excõicatus pereat, & de nostro subueniendum ei est, vt suo loco diximus, quod non contingit interdicto huiusmodi affectis; non igitur excõicatio interdicto huic ratione hac similis est. Quidam excõicatum deportato similem dixerunt; quandoquidem, sicut deportatus ciuitatem amittit, & à suis recipi non debet, vt dicitur in l. quidam. ff. de pęn. ita nec excõicatus arg. c. sicut Apostoli cum trib. seq. 11. q. 3. horum sententiam Abb. refutauit in c. pastoralis. §. fin. nu. 19. de appell. Et hoc ob eam rationem, quòd deportatus iura ciuilia amittit, vt dicitur in cit. l. quidam, vnde nec testamentũ facere, nec ex testamento capere potest, vt habetur in l. 1. §. ij, quibus, & in l. si deportati seruo. §. 1. ff. de leg. 3. & vt tradidit Gloss. in cit. l. quidã, & Ias. in l. 1. C. de hæred. instit. quæ omnia excõicatus retinet, vt suo loco vidimus; nec deportationi ergò similis excõicatio videt, atque sic dixit quoq; Mar. Soc. sen. in c. monachi n. 12. vers. sed tu aduerte de sent. excom. Restat, vt videamus, an relegationi similis sit. Gloss. igitur in cit. c. pastoralis. §. verùm, in verb. Subtrahuntur de appell. relegato excõicatum cõparauit. Nam relegatus, etsi excluditur à ciuitate, iura tamen ciuilia retinet, vt habetur in l. 4. & in l. relegatorum. §. hęc est differẽtia. ff. de interdictis, & relegat. sic & excõicatus, etsi recipi non debet, iura tamen sua retinet: hanc comparationem improbauit etiam Abb. nam excõicatus in vno loco, vt inquit ipse, in omnibus vitari debet arg. c. curæ. 11. quæst. 3. quod de relegato non fit, vt probatur in tot. tit. ff. de interdict. & releg. atq; sic dixit quoq; Soc. eod. vbi nec Bannito comparari ait, quoniam banniti certam naturam non habent, sed eorum pęna ex locorum varietate varia est, vt ibidẽ asserit. nu. 15. comparationes igitur hæ tres recipiendæ non videntur. An igitur omnino improbandæ? Planè his rationibus si comparationes fiant, improbandæ sunt; nam comparationes hę tam respectu habito ad excõicationem, quàm respectu habito ad interdictum illud, & ad deportationem, & relegationẽ quò ad temporalia, vt ita dicam, factę sunt; & non rectè, nam, etsi tria hęc his temporalibus quem priuat, excõicatio tamẽ propriè vsum cõionis ecclesię adimit, vt suo loco probauimus, quę cõio est spiritualis, vt vidimus: qua ratione igitur recta comparatio fiet? Hac planè, si, quæ operantur tres hę pęnę in tẽporalibus, ex cõicationem in cõe ecclesiæ operari ostẽdemus. Nã ecce primũ, sicut excõicatus extra ecclesiã eijcitur, ita & deportati, & relegati, & aquę ignisq; interdicto affecti extra suã patriã eijciuntur. Itẽ, sicut excõicatus ecclesię fructibus frui, eiusdẽq; muneribus fungi non põt, modò ex illis cõmodũ consequatur, ita nec prædicti in eisdẽ locis, vnde eiecti sunt. Postremò, sicut excõicatus in nullã ecclesiæ partẽ recipitur, ex quo ab ipsa exclusus est, ita nec ijdẽ ibi recipi debẽt, vnde deiecti sunt. Hac igitur ratione, si tẽporalia, quibus priuantur illis pęnis affecti, cũ spiritualibus, quibus per excõicationẽ quis caret, cõparẽtur, cõparatio recta erit, & pœnæ hmõi inter se similes erunt; non autẽ, si fiat, vt in initio propositũ est. Verùm an ex illis pœnis argumẽtũ ad excõicationẽ duci põt? Autores proximè citati, qui excõicationẽ cũ illis pœnis cõpararũt, argm̃ summi posse senserunt, sicut & Roff. in qõnibus sabbat. quæst. 21. nu. 2. Contrariã tñ sententiã ego sequor; qñquidẽ pœnæ illæ in profanis puniũt, excõicatio autẽ in spiritualibus in primis; ergo, diuersa cùm inter se sint, argumẽtũ ab altera ad alterã sumi non põt arg. l. Papinianus exuli. ff. de minor. sed de qõne hac satis, ad alteram veniamus.

SVM-

SVMMA.

1 *Excommunicatio pœna, & non ſententia, eſt.*
2 *Excommunicatio per ſententiam fertur.*
3 *Sententia, per quam fertur excommunicatio, an definitiua, interlocutoria vè ſit.*

III.

1 §. † Quarta quæſtio eſt, an exeõicatio ſententia, pœna vè ſit. In qua quæſtione Abb. in rub. de ſent. exeom. nu. 2. ſententiam dici poſſe exiſtimauit. Nam, vt ipſe inquit, excõieatio in Rubr. ſentẽtia nominatur, in ea enim dicitut De ſentẽtia exeõicationis, ergo ſententia dici poteſt; valet enim argumentum à rub. vt inquiunt. DD. in l. 1. ff. de cert. pet. hanc opinionem ego nõ ſequor, nec per allatam rationem probatur; nam in Rubr. dicitur De ſentẽtia excõicationis, qua ratione ſignificatur non excõicationem ſententiam eſſe, ſed ſententiam aliquid, quod ad excõicationem pertineat, eſſe ob vim eius genitiui Excõicationis arg. eorum, quæ tradunt DD. in rub. ff. de op. nou. nunt. Archid. autem in c. vt animarũ de conſtit. lib. 6. excõicationem propriè ſententiam non eſſe, ſed pœnam dixit. Nam excõicatio potius punit, quã cauſam definiat, quod ſententiæ propriũ eſt arg. l. 1. ff. de re iud. Præterea in re ſua ſententia ſerri non poteſt arg. tot. tit. C. ne quis in re ſua, excommunicatio autẽ ſic, vt habetur in cap. dilecto de ſent. excom. lib. 6. hæc Archid. quem & non nulli alij ſequuntur, quos Felin. refert in rub. de re iud. nu. 30. verſ. Exeõicatio eſt interlocutoria. Quid igitur concludendum? Ego tria inneſtiganda eſſe cenſeo, vt materia hæc dilueidior ſit. Primùm, qnod in initio propoſitum eſt, an exeõicatio ſententia ſit nec ne. Deinde, eſto ſententia non ſit, ſed pœna, an per ſentẽtiam feratur. Poſtremò, ſi per ſententiam fertnr, quæ ſententia hæc ſit, definitiua ſcilicet, an interlocutoria. Quò ad primum igitur ſine dubitatione excõicationẽ ſententiã non eſſe ſentio. Primùm, quia excõicatio cenſura eſt, vt dicitur in e. quærenti de verb. ſign. ergo ſententia eſſe non poteſt; nã cenſura eſt pœna, vt probauimus cap. 14. Tab. 1. Præterea ſententia pœnã promulgat arg. l. 1. ff. de re iud. at exeõicatio contumaeiam eoercet, ac pnnit, vt aſſeruimns cap. 12. §. 1. Tab. 1. ergò hac qnoq; ratione pœna, & non ſententia eſt. Poſtremò in rub. eod. De ſentẽtia excõicationis dicitnr, ergo aliud excõicatio, aliud ſententia eſt; nemo .n. ſui ipſius qnis eſſe poteſt arg. l. ſic eueniet. ff. de adulter. & l. homo liber. ff. de acqnir. rer. dom. excõicatio igitur non ſententia, ſed pœna erit; & de quæ-

2 ſtione hae ſatis. † Quò ad alteram antem, an per ſententiã feratur, concludendum breuiter cenſeo per ſententiã ipſam ferri. Nam hoc probatur in e. 1. de ſent. excom. lib. 6. §. ſi quis, dũ dicitnr, Quàm graue ſit excõicationis ſententias ſine maturitate debita fulminare, & in eap. a. eod. dum dicitur In ſe latam excõicationis ſententiã, & in c. Romana eod. ibi Excõicationis ſententias latas cum ſimil. Præterea rub. inſcripta eſt De ſententia excõicationis, & in multis iuribus, mentiõ ſententiæ excõicationis fit, vt in citatis iuribus proximè, & in c. venerabilibus. §. porro, & in e. dilecto de ſent. excom. lib. 6. ergò, ex qno ſentẽtia exeõicationis dicitur, & excõicatio ſententia non eſt, per ſententiam ipſam ſerri neceſſariò aſſeramus, oportet. Poſtremò excõicatio eſt pœna, vt proximè diximus; at pœnæ per ſententiã fernntur, nam ad pœnas quis eondemnatur arg. l. qui vltimo, & l. ad beſtias, & l. capitalinm. ff. de pœn. ergo, ex quo excõicatio pœna eſt, per ſententiam ſeretur; nam condemnatio per ſententiam fit, vt dicitur in l. 1. ff. de re iud. ſine dubitatione igitur concludendum mihi videtur excõicationẽ, ſicut etiam cenſuras alias, per ſen-

3 tentiam ferri. † Quò ad poſtremam deniq;, an ſententia hæc definitiua, interlocutoria uè ſit. Abb. in Rubr. de ſent. excõ. propriè nec definitiuã, nee interlocutoriã dici poſſe cenſuit. Nõ definitiuam, quoniam cauſam nõ definit; & quotieſcunq; quis abſolutionẽ petit, anditur, vt habetur in c. ex parte. 1. de verb. ſign. Non interlocutoriam, quoniam & extra iudicium fertur arg. c. dilecto de ſen. excom. lib. 6. interlocutotia verò inter prineipium, finemq; cauſæ à iudice profertur. Hæc Abb. euius ſententia mihi non probatur. Nam primò ſibi non eonſtat, paulò enim ante excõieationem ſententiam dici poſſe dixit, modò nec definitiuam, nee interlocutoriã eſſe ait, quod abſurdum eſt arg. l. vbi repugnantia. ff. de reg. inr. Præterea, quatenus inquit definitiuam non eſſe, quandoqnidem abſolutionem petere ſemper poteſt, hæc ratio nõ concludit, nam & in matrimonij ſententia hoc contingit, vt habetur in cap. lator de re iud. Item eſt contra c. fin. 24. quæſ. 2. vbi poſt mortem excõieatus abſolutionem nunquam conſequitur, ex quo contumax mortuus eſt. Non illnd etiam argumentum de interlocntoria facit; nam, etſi extra iudicium fertur, ſentẽtia tñ eſt, vt dieitur in eod. c. dilecto, ibi Sententiam tulerit interdicti. Poſtremò excõicatio pœna eſt, vt probanimus, pœna verò fertur per ſententiam aut interlocutoriam, aut definitiuam arg. eorùm, quæ tradidit idem Abb. in c. ex literis de cõſtit. nu. 10. cum ſeq. ergò & ſen-

tentia,

tentia, per quam excommunicatio fertur, aut interlocutoria, aut definitiua erit. Quare Gloss. summ. 2.q.1. sententiam hãc interlocutoriam esse sensit, eam sequitur Felin. in Rub. de sent. excomm. vers. Sed dic, quod dicitur, & in Rubr. de re iud. num. 30. vers. Excommunicatio est interlocutoria, vbi & multos alios idem sentientes refert, & Rebuff. in repet. l. quod iussit notab. 1. num. 11. vbi & alios idem sentientes recenset. ff. de re iud. Quid igitur concludendum? Ego ab hac postrema sententia discedendum non censeo, vt scilicet interlocutoria sententia sit. Tum ꝙ inter principium, & finem causæ sepius fertur, vt pote quia vel pro contumacia tantùm lata est, quoniam scilicet citatus stare noluit iuri, vel etiam pro offensa, quoniam scilicet iussus noluit maleficium emendare, vt dicitur in c. ex parte 1. de verb. sign. quo casu interlocutoria sententia nominatur, vt asseruit Gloss. communiter recepta in Clem. vn. in verb. Definitiua de sequestr. possess. Tum ꝙ pœna hæc non plenè causa cognita fertur arg. c. venerabilibus cum seq. de sent. excom. lib. 6. at pœna, quæ sic inuritur, per sẽtẽtiã interlocutoriã inuri dicitur, vt sensit Abb. in cit. c. ex literis. num. 10. vers. Primò casu aut fuit apposita sine causæ cognitione de constit. & c. fin. nu. 9. ff. de off. leg. & DD. in l. fin. ff. de pœn. ergò his rationibus sententia excommunicationis interlocutoria erit; etiam si extra iudicium lata sit. Excipio tamen, vbi excommunicatio pro pœna solùm fertur, quod contingere potest, vbi post mortem quis excommunicatur, cuiusmodi casus habetur in c. fin. 24. q. 2. nam, si causa cognita hæresis nomine post mortem quis condemnetur, ac propterea excommunicetur, definitiua sententia tũc erit; etenim, vbi ob delictũ, & causa cognita pœna infertur, per definitiuam sententiam illata dicitur, vt sensit Abb. in eod. c. ex literis. nu. 10. & in c. fin. nu. 9. de off. leg. & DD. in cit. l. fin. ff. de pœn. Pertinent etiam huc, quæ dixit Gloss. in l. 1. in verb. Ob tempora vers. Tu dic. C. de postul. ergo idem & hic asserendũ est, ex quo ob delictum excommunicatio lata est; in hac quæstione igitur sic concludendum censerem. Quid vtilitatis autem sit, an definitiua, interlocutoriaué sententia sit, declarauit Felin. in rubr. de re iud. nu. 30. vers. Excommunicatio est interlocutoria, & Abb. in c. sacro. nu. 5. de sent. excom. nam quandocunq; iudex reuocare ipsam potest, & appellans ab excõmunicatione causam exprimere debet, vbi interlocutoria est, vt dixit Inn. in c. per tuas de sent. excõ. & Io. And. quem refert, ac sequitur Mar. Soc. Sen. in c. sacro. num. 166. vers. Octauò quæro de sent. excom. vide tamen DD. citatos eisdem in locis. Et hæc, quæ diximus, in suspensione, atque in interdicto locum habent; sed de quæstione hac satis, ad postremam veniamus.

SVMMA.

1 *Sententia censuræ an post decem dies in rem iudicatam transeat.*

IIII.

1 § † Postrema quæstio est, an excommunicationis, alteriusq; censuræ ecclesiasticæ sententia post decem dies in rem iudicatam transeat, sicut reliquæ sententiæ, vt habetur in c. quod ad consultationem de re iud. In qua quæstione, vt eam paucis absoluamus, duas regulas ponimus. Quarum prima hæc est, sententiam excommunicationis in rem iudicatam nunquam transire, quin excommunicatus absolutionem semper petere possit, vt dixit Gemin. in c. venerabilibus. §. porrò. nu. 5. vers. Quæro de qua querimonia de sent. excom. lib. 6. & vt nos probauimus cap. 13. §. 5. in Tab. 1. Id quod & de suspensione, atque interdicto sentimus, modò pro contumacia lata sint; nam contumacia cessante, vel absolutio nulla interuenerit, interdictum, ac suspensio cessant; secus autem, si pro pœna, vt suis locis videbimus. Altera regula hæc est, excommunicationem quò ad reliqua, sicut etiam interdictum, ac suspensionem, id est sententiam, per quam censuræ latæ sunt, in rem iudicatam post decem dies transire; id ꝙ hinc probatur. Nam primò instantia iudicij extinguitur, vt dixit Archid. & Butr. quos refert, ac sequitur Felin. in c. consanguinei. nu. 3. vers. Fallit quartò. Item ad appellandum deinceps non admittitur, vt hoc etiam probauimus in eod. §. 5. Tertiò, vbi ob contumaciam excommunicatus est, non ob id auditur, si contumacem se non fuisse probare velit, quò pœnam contumaciæ vitet, & impensas nõ soluat, vt dixit Gemin. eod. & nos in cit. §. 5. Quartò quò ad factum ipsum, si causa cognita sententia lata sit; quare, si cognita causa furtum quem fecisse iudex sententia declarauerit, & propterea quod ille fur non satisfaciebat, eũ excõmunicauerit, post decem dies non audietur, si iniuria furti se condemnatum probare velit; idq; meritò, etenim & non excommunicatus post decem dies non auditur arg. cit. c. quòd ad consultationem: secus autem, si causa minùs cognita excommunicatio lata sit; nam, si exempli gratia iudex Titio mandauerit, vt Sempronio, quòd ei debet,

ei debet, soluat; alioquin, nisi intra præscriptam diem satisfecerit, excommunicatus sit; esto, postea quã Titius in excommunicationem incidit, appellandi tempus elapsum sit, non tamen pro conuicto habebitur, quò minùs excipere possit se Titij debitorem non esse; & hoc ob eam rem, quoniam de ipso debito sententia lata non est, atque sic dixit Gloss. in c. ex parte 1. in verb. Pro contumacia vers. Et tunc sufficit de verb. sign. & Anton. quem refert, ac sequitur Abb. in cit. c. consanguinei. nu. 9. & Felin. nu. 2. vers. Fallit primò, ibi nisi esset lata de re iud. Postremò quò ad sententię iustitiam; nam post decem dies iusta esse censetur, vt dixit Inn. in c. bonæ. 1. nu. 8. vers. In sententia autem excommunicationis de elect. & Abb. in cit. c. consanguinei. nu. 10. & Felin. nu. 3. vers. Fallit secundò, & idem Abb. in c. ad reprimendam. nu. 13. de off. ord. in quibus duobus iuribus quæstio, de qua hic agimus, in primis pertractatur; ad excõmunicatum igitur probare pertinebit excommunicationem iniustam esse, vt citati autores eisdem in locis inquiunt. Excipitur tamen quò ad monitiones; nam, ꝙ censuræ sepius in absentes feruntur, ob eam rem ipsarum probatio ad excõmunicatorem pertinebit, vt probatur in c. sacro, ibi & personis præsentibus de sent. excom. & vt dixit Abb. in c. ad reprimendam, nu. 13. & in eod. c. consanguinei. nu. 11. vbi & Inn. & Anton. & Fed. de Sen. idem sentientes refert, sicut etiam Felin. in c. eod. nu. 3. vers. Fallit tertiò, vers. Item secus respectu monitionis; & faciunt pro hac exceptione, quæ traduntur per Abb. Felin. ac DD. in cap. tenor. de re iud. sed de hac materia satis, ad materiam circa quam veniamus.

De homine materia communi circa quam excommunicationis maioris; & de ijs, quæ necessariò inesse ipsi debent tam communibus, quàm proprijs, quò excommunicetur. Cap. XXVI.

SVMMA.

1 *Homo excommunicari potest.*
2 *Homo singularis esse debet, qui excommunicatur; & quisnam hic sit.*
3 *Collectiuum nomen quodnam sit.*
4 *Vniuersitas, quatenus vniuersitas est, excõmunicari non potest, & quamobrem.*



1 EXPLICATA materia maioris excommunicationis, quę ad genus spectat, de materia circa quam eiusdem iam agamus. † Materia igitur circa quam maioris excommunicationis Homo est; homo enim excõmunicari potest, vt sentiunt Phil. Franc. Gemin. Anchar. & communiter DD. in c. Romana. §. in vniuersitatem de sent. excom. lib. 6. & Mar. Socin. Sen. vbi rem hanc egit in c. mulieres nu. 15. cum seq. de sent. excom. vbi ait creaturam veram esse debere, quæ excommunicatur, & Syl. in verb. Excommunicatio. 1. nu. 7. & Archiep. Flor. de censur. cap. de materia incip. Nota, quòd excommunicari, & Bonan. d. 18. q. 1. concl. 1. vbi id pluribus probauit lib. 4. & nos generatim cap. 17. Tab. 1. Verùm, quòd necessariò inesse ipsi quædam debent, quò excommunicetur, quæ partim communia, partim propria sunt, & de communibus egimus eod. cap. 17. ideo illis omissis, pro-
2 pria hic agamus. † Homo igitur hic singularis homo esse debet, quò excommunicetur, vt exempli gratia Titius, Socrates, hic, illeuè, ad summam homo hic persona singularis esse debet, quæ & indiuiduum à logicis dicitur, vt probatur in c. pen. ibi Si personæ fuerint singulares de cens. lib. 6. & in extrauag. si fratrum vers. Excommunicationis in singulares personas ne sed. vac. & in extrauag. sanè vers. Nos enim, ibi Si sint singulares personæ de immun. eccl. & in extrauag. Saluator noster, vers. Nos enim, ibi Excõmunicationis in personas de præb. & in extrauag. vn. incip. super gentes de consuet. & vt sentiunt DD. communiter in cit. c. Romana. §. in vniuersitatem, & Felin. in c. eam te in verb. Aliud num. 34. vers. Secunda declaratio de rescript. hinc Mar. Soc. in c. mulieres. nu. eod. verè personam, & non fictam excommunicari asseruit: idq; meritò, excommunicatio enim vsu communionis ecclesię nos priuat, vt probauimus cap. 6. in hac Tab. at communionis huius particeps quis non est, nisi baptismo initiatus, vt ibi diximus, & cap. 9. ergo singularis homo esse debet, qui excommunicatur; nam, vt probauimus in comment. nost. de sacr. cap. 16. Tab. 2. singularis homo tãtùm baptizatur; & singularis homo igitur esse debet, qui excommunicatur; siue vnus autem, siue plures simul excommunicentur, nihil interest, mo-
3 dò collectiuo nomine id non fiat. † Collectiuum nomen autem est, exempli gratia, populus, gens

gens,plebs,concio,turma,cohors,legio,collegium, Capitulum,& vniuersitas,vt sentiunt DD. in cit.c.Romana.§.in vniuersitatem. An igitur vniuersitas excommunicari non potest? in hac quæstione,quò eius absolutã cognitionem habeamus,hæc contemplanda nobis sunt. Primùm, an vniuersitas,quatenus vniuersitas est,excommunicari possit. Deinde,an nomine vniuersitatis singuli,qui ex vniuersitate sunt. Tertiò, an,si excommunicentur, excommunicatio valeat. Quartò, an,vniuersitate constituta contumace, singuli ex ea sine admonitione alia excommunicari possint. Postremò, si vniuersitas appellet, an singulis ex vniuersitate appellatio prosit.

4 † Quò ad primam quæstionem igitur concludendum est vniuersitatem, quatenus vniuersitas est,excommunicari non posse. Nam sic dixit Gloss.in c.sicut in verb. Adulterata. 7.q.1.& in c. pen.in verb. Vniuersitas de cens.lib.6. & in extrauag.vn.in verb. Singulares personas ne sed. vac.aliquid inouetur,& Inn.in c.grauem de sent.excom.& Abb.in c.bonæ memoriæ. nu. 20.de elect.& in c.dilectæ in Christo,& ibi quoque Felin.de except.& idem Felin.in c.eam te in verb. Illud.nu.34.ibi Secunda declaratio de rescript. & Bald. in c.Imperatorum. nu.6.de iuram.calumn.& Gemin.in c.1.§.qui verò.nu.3.de vsur.lib.6.& Specul.de sent.excom.nu.9.& Marian. Soc.Sen.eod.c.mulieres.nu.15.& Gabriel Biel d.18.q.2.art.2.concl.5.coroll.2.lib.4. & Syl.in verb.Excommunicatio.1.nu.9.in fin.& Corn.cons.299.nu.3.lib.1.communis deniq; Doctorũ sententia hæc est.Probatur autem primò eod.c.Romana.§.in vniuersitatẽ de sent.excom.lib.6. In vniuersitatem, vel collegium, dicitur enim ibi,proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus: hæc ibi Rom.Pont.ex quibus manifestò patet vniuersitatem excommunicari non posse.Probatur id etiam hac ratione,nam vniuersitas homo non est, sed corpus quoddam fictum arg.l.mortuo.ff.de fideiussor.& l.rerum mistura vers.Tertium.ff de vsucap.& vt dixit Inn.in cit. c.graue,& Gemin.in eod.§.in vniuersitatem.n.10.vers.Et ob hoc nullum eorũ,& Anchar.nu.7.vers.Quare autem vniuersitas non sit capax,& Phil.Franc. vers.In ea Gloss.& cõmuniter deniq; DD.ibi,& Felin.in cit. c.dilectæ in Christo. num.1.de except. & in cit.c.eam te vers.Aliud singuli.nu.34.ibi Secunda declaratio viden.de rescript.si ergo vniuersitas homo nõ est;ergo baptismum suscipere nõ potest(homo enim baptismi tantùm capax est,vt probauimus cap.16.Tab.2.in commẽt. nostr.de sacram.) ergo nec in ecclesiæ communionem recipi(per baptismum enim in hanc communionem adscribimur,vt tradidimus cap.6.& cap.9.in hac Tab.) si igitur vniuersitas nec baptismum suscipere potest,nec in ecclesiæ communionem recipi,ergò nec ab ea communione per excommunicationem excludi poterit, ac propterea nec excommunicari;vbi enim non est habitus, ibi priuatio non datur arg.l.decem, & ibi communiter nor.ff. de verb.oblig.& l.non potest videri desijsse.ff.de reg.iur. Accedit postremò,quoniam,si vniuersitas excommunicaretur, qui deinceps in eam reciperentur, eadem pœna obuoluerentur, vel contumaces non essent;eadem enim vniuersitas & ab hinc centum annos erit, quæ nunc est, vt habetur in l.proponebatur.ff.de iud.& in c.denique 7.q.1.& vt dixit Innoc.in cit.c.grauem;at falsum hoc esse communiter cõcluditur in l.si grege.ff.de leg.1. & de communi sententia testatur Ias.in l.inter stipulantem. §.sacram in fine.ff.de verb. oblig. vt qui deinceps in vniuersitatẽ recipiantur,in eauè nascantur,non contumaces,& sine causa excommunicentur arg.c.2.de const.& l.sancimus.C.de pœn.ergò, ne hoc, quod iniquum est, contingat,vniuersitatem excommunicari non posse concludendum est. Contra conclusionem hanc tamen facere videtur c.significauit de except.vbi Capitulum quoddam excommunicatum fuisse significatur illis verbis Sed à parte altera exceptione excommunicationis opposita contra Capitulum: si Capitulum igitur excommunicari potest,& vniuersitas excõmunicabitur; nam Capitulum vniuersitas est: ad hoc communiter respondetur,& respondit Bald.ibi in fin.ius illud correctum esse per cit.§. in vniuersitatem; id quod ratione non caret,prohibet enim Rom.Pont.ibi, ne in vniuersitatem excommunicatio feratur,ergo antea poterat arg.l.cùm lex.ff.de legib.& l.imperator à contrario sensu.ff.de postul.respõderi quoq; potest ibi singulos ex capitulo excommunicatos esse, sed Capituli nomine nominatos arg.c.dilectæ in Christo eod.de except.nõ enim interpretatio hæc absurda est,ex quo per ipsam conciliantur & cit.c.significauit, & cit.§.in vniuersitatem arg.c. cùm expediat de elect.lib.6.& l.vn.C.de inoff.dot.& his rationibus respondetur etiam ad c.Capitulum S.Crucis de rescript.vbi Abb.sic etiam respondit; à proposita conclusione igitur non discedemus:& de quæstione hac satis,ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Vniuersitatis nomine singuli, qui ex vniuersitate sunt, excommunicari non possunt; etiam si hoc animo vniuersitas excommunicata sit.*

§. † Altera

1 §. † Altera quæstio est, an, ex quo vniuersitas, quatenus vniuersitas est, excommunicari non potest, si nihilominus excommunicetur, singuli saltem, qui ex ea vniuersitate sunt, excommunicati sint, præsertim vbi hoc animo excommunicator excommunicauit: Et videbatur quidem dicendum ratione hac vniuersitatem excommunicari posse. Primò, quia & interdictum in vniuersitatem latum sic interpretamur, vt habetur in c. si sententia vers. Cùm verò de sent. excom. lib. 6. vbi populo interdicto singuli ex eo populo interdicti esse cēsentur; ergo idem & hic. Præterea ob c. significauit de except. & ob c. cùm dilectæ eod. vbi Capitulo excommunicato singuli ex Capitulo excommunicati videntur. Postremò, quia interpretatio ea fieri semper debet, vt actus potius valeat, quàm pereat; atq; sic dixit Imol. in c. Capitulum de rescript. & DD. sic notare inquit Felin. in c. dilectæ in Christo nu. 1. vers. In quantum hic; de except. Atqui contrariam sententiam amplexari meo iudicio debemus, vt nec ratione hac vniuersitas excōmunicari possit. Primò, quia Rom. Pont. in c. Romana. §. in vniuersitatem, simpliciter prohibet, ne in vniuersitatem excommunicatio feratur; nec distinguit, an hoc animo excommunicatio in vniuersitatem lata sit, vt singuli excommunicarentur, ergo nec nos distinguere debemus arg. l. de precio. ff. de publ. in rem act. etenim, vbi hoc ecclesia intelligi voluit, id declarabit, vt de interdicto in cit. c. si sententia. Deinde, quoniam ratio, quamobrem Rom. Pont. id cauit, ea ibi redditur, ne, si contingat innoxios aliquando excommunicatione irretiri; at ratio hæc locum habet, etiam si vniuersitatis nomine singuli excōmunicentur (fieri enim potest, vt ex ea vniuersitate contumaces aliqui non sint; vel quòd ecclesiam audire volunt; vel quòd deinceps in vniuersitatem recipiuntur; vel quòd ecclesiam audire non possint, aut absentia, aut inscitia, aut ætate, aut morbo arg. c. fin. de iis, qui matr. accus. poss. & l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut.) ergo, ex quo hic locum habet ratio eius. §. in vniuersitatem, & eius dispositio locum habere debet arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. atq; sic respondit etiam Mar. Soc. Sen. in c. mulieres, vbi rem hanc egit. nu. 17. de sent. excom. Tertiò facit, quia, qui de vniuersitate sunt, sic excōmunicari debent: Excommunico hos, illosuè de vniuersitate, seu de collegio, qui in culpa sunt, vt dicitur in eod. §. in vniuersitatem in fin. ergo alia ratione, & sic vniuersitatis nomine excōmunicari non debent. Postremò in hoc casu loquitur cit. §. in vniuersitatem: Id quod hinc probatur primò, quia non prohibetur ibi, ne vniuersitas, quatenus vniuersitas est, excōmunicetur: hoc enim fieri non posse ob rationem, quam reddidimus, Rom. Pont. notissimum erat arg. c. 1. de constit. lib. 6. iunct. cit. c. si sententia vers. Cùm vero de sent. excom. lib. 6. ergò, vt lex de re dubia sit arg. l. ꝗ Labeo ff. de Carbon. edict. intelligi ius illud debet, vbi per vniuersitatem singuli ex ea excommunicantur. Declarant postremò verba illa Cùm nō nunquam contingeret innoxios huiusmodi sententia irretiri, quæ habetur in cit. §. in vniuersitatem; nam, si Rom. Pont. ageret ibi, vbi vniuersitas, quatenus vniuersitas est, excōmunicatur, & non, vbi vniuersitatis nomine singuli ex ea excommunicantur, nullum esset periculum animarum, quod vitare ibi vellet Summus Pont. nec innoxios excommunicatione irretiri contingeret, vt ibidem dicitur; cùm id, quod vniuersitatis est, singulorum ex ea non sit arg. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur, & l. 1. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine, atq; idcirco nec noxij excommunicarentur; necessariò igitur ibi de hoc agi concludendum est, atque sic asseruit Phil. Franc. in eod. §. in vniuersitatem, vbi & Io. And. idem sentientem refert, & Gemin. eod. in fin. Non obstant modò contraria proposita, & primo cit. c. si sententia, vbi de interdicto hac ratione lato agitur; nam per interdictum in vniuersitatem latum idcirco singuli obligantur, quoniam in tanto fidelis discrimine interdictus non constituitur, sicut excommunicatus, extra ecclesiam enim hic eijcitur, ille verò in ea remanet, vt suo loco vidimus; & ob hanc rationem aliud in excommunicatione, aliud in interdicto statutum est, vt in eisdem iuribus habetur. Non obstat etiam ratio alia deprompta ex cit. l. quoties, quoniam ea locum habet, vbi lex non repugnat; at hic repugnat cit. §. in vniuersitatem. Accedit, quòd, si hoc vellemus, inutilis ferè omnino redderetur dispositio cit. §. in vniuersitatē, vt id quoq; animaduertit Felin. in cit. c. dilectæ in Christo. nu. 2. vers. Primò pro limitatione prædicta de except. nā excommunicator se vniuersitatis nomine singulos excommunicasse semper diceret arg. l. 2. ff. de milit. testam. Non obstat demum cit. c. significauit cum simil. quoniam correctum illud esse supra diximus. Vniuersitatis nomine igitur nec singuli ex ea vniuersitate excommunicari possunt, atq; sic sensit Anchar. in eod. §. in vniuersitatem vers. Ex quibus colligitur, & Phil. Franc. vers. In Gloss. in verb. Penitus, ibi nec obstat, si dicatur, vbi & Io. And. idem sentientem refert, & Gemin. eod. in fin. Verùm quid, si omnes ex vniuersitate contumaces sint, an tunc vniuersitatis

nomine excommunicari poterunt? id explicabimus in seq. §. nam & quæstio hæc dubitatione non caret.

SVMMA.

1 *Vniuersitatis nomine an excõmunicari possint, qui ex vniuersitate sunt, vbi oẽs sunt contumaces.*

II.

1 § † Tertia quæstio est, an, si omnes de vniuersitate cõtumaces sint, vniuersitatis nomine excommunicari possint, ita vt singuli ea excommunicatione obligentur. Anan. quem refert, non tamen sequitur Felin. in c. dilectæ in Christo. nu. 2. vers. Limita tamen nouissimè, de except. per vniuersitatem excommunicari posse dixit, vbi omnes in culpa sunt. Et probari ratione huius opinionẽ sic posse videtur; quoniã in hoc casu innoxij ea pœna non constringuntur; & sic ratio cessat eius cit. §. in vniuersitatem, ac propterea, & eius dispositio cessare debet arg. c. eũm cessante de appell. Atqui cõtrariam sententiam, vti verissimam amplector, vt. s. nec ratione hac vniuersitas excommunicari possit, ita vt singuli ex ea excommunicati sint, vel omnes contumaces, & in culpa habeantur; nam & hoc sensit Host. in summ. de contum. §. fin. vers. Ergo per istum tex. ibi enim sic ferri in hoc casu excommunicationem posse ait Præpositum, Decanum, Archidiaconum, & omnes alios de tali collegio excommunico, quia noluerunt parere mandatis meis; ergo, vel omnes de vniuersitate contumaces sint, nõ collectiuo nomine, sed vt singuli excommunicari debent, & sequitur eum Phil. Franc. in cit. §. in vniuersitatem vers. In Gloss. fin. in fin. & Gemin. nu. 5. in fin. & Anchar. nu. 7. ibi Lap. etiam idem sentit, & Felin. in cit. c. dilectæ in Christo nu. 1. & nu. 2. vers. Secundò cõsidera, & Archiep. Flor. in 3. par. summ. tit. 24. cap. 75. Probatur autem sententia hæc his rationibus, primò, quia Rom. Pont. in cit. §. in vniuersitatem penitus prohibuit, ne in vniuersitatem excommunicatio feratur, vt ibi habetur; ergo, vel contumaces, vel nõ contumaces omnes sint, id prohibuisse dicendum est, dictio enim illa Penitus idẽ, quod omnino, idest in omni casu significat, vt dixit Alex. in l. qui vsumfructum. nu. 7. ff. de verb. oblig. & Ias. in auth. qui rem. nu. 22. C. de sacrosanct. eccl. alioquin inutilis dictio illa esset, quod absurdum est. Præterea pro eadem sententia facit, ꝙ Rom. Põt. ob eam rem, ne vniuersitas excommunicaretur, prohibuit, ne cõtingeret innoxios ea pena irretiri, vt ibidem dicitur, ergo generaliter id prohibuit; tum ꝙ, si prohibere voluisset id solùm, vbi innoxij etiam excommunicarentur, non dixisset, ne contigeret aliquando innoxios huiusmodi sententia irretiri, sed, vbi innoxij sententia irretirentur; tum ꝙ, ex quo dixit Nõ nunquam contingeret innoxios huiusmodi sententia irretiri, voluit etiam casum comprehendere, & vbi omnes noxij essent; quod enim non nunquam contingit, potest esse, & non esse, vt probauit Phil. in libell. de interpret. cap. de futuro cõtingenti: idq; meritò, voluit enim potius legislator nocentes aliquando ratione hac non puniri, quàm innocentes aliquando condemnari, quod fieri debet arg. l. absentem. ff. de pœn. Postremò probatur sententia hæc, quoniam vniuersitas potest augeri, & mutari arg. l. proponebatur. ff. de iud. & l. si grege. ff. de leg. 1. ergo innoxij obligabuntur excommunicatione; nam, vel, vbi excommunicatio fertur, omnes, qui ex collegio tunc sunt, contumaces sint, qui tamen de eo collegio deinceps fient, contumaces non erunt; & tamen, ex quo vniuersitas excommunicata est, & hi de vniuersitate sunt, eadem sententia irretiuntur; ne igitur hoc contingat, nec in hoc casu excommunicatio sic ferri potest. Et hoc etiam est, quod significauit legislator per illa verba Cùm non nunquam contingeret. Hoc ẽt est illud Contingens, quamobrem id vetuit. Ex quo ergo & verba omnino prohibẽt, ne excommunicatio in vniuersitatem feratur; & ratio etiã legislatoris & hic viget, ab hac sententia non discedemus, vt nec vniuersitatis nomine singuli excommunicentur, vbi omnes contumaces sunt; sed de quæstione hac satis; ad aliã veniamus.

SVMMA.

1 *Vniuersitas si excommunicetur, quatenus vniuersitas est, sententia nulla est.*

2 *Vniuersit. as si excommunicetur, quò singuli ex ea excommunicentur, sententia non valet.*

III.

§ Quarta quæstio est, an, si in vniuersitatem excommunicatio nihilominus feratur, sententia valeat. In qua quæstione, vt eam dilucidiùs explicemus, sic distinguendũ censeo. Aut quærimus, an excommunicatio in vniuersitatem lata, quatenus vniuersitas est, valeat. Aut quærimus,

mus, an excommunicatio in vniuersitatem lata valeat, vbi fertur, quò singuli ex ea excommunicentur.
5 † Quò ad primam quæstionem pro certo habendum est excommunicationem non valere; quippe quia vniuersitas, quatenus vniuersitas, excommunicationis capax nõ est, vt probauimus hoc cap. in init. atq; sic asseruit Io. And. quem refert, ac sequitur Phil. Franc. in c. Romana. §. in vniuersitatem vers. Nam, vt dicit Io. Andr. & Anchar. eod. nu. 7. in prin. & in vers. Ex quibus colligitur, quòd bona ratio, vbi Archid. & Io. Mon. & quendam alium idem sentientem refert de sent. excom. lib. 6. & Gemin. eod. nu. 10. vers. Ideo hìc penitus, & prop. fin. & Host. quẽ etiam refert Gloss. ibi in verb. Penitus, & Imol. in c. Capitulum pen. colum. de rescript. & Syl. in verb. Excommunicatio. 1. nu. 10. & Archiep. Flor. in 3. par. summ. tit. 24. cap. 75. vers. Excommunicationis sententia ferenda non est, & Gabriel Biel dist. 18. q. 2. art. 2. coroll. 2. lib. 4. qui de communi theologorum sententia testatur, & Mar. Soc. Sen. in c. mulieres. n. 18. de sent. excom. communis deniq; DD. sententia hæc est; ac re vera ob rationem allatam in initio huius cap. aliter dici non potest.
6 † Quò ad alteram itidem quæstionem, vbi vniuersitas excommunicata est, quò singuli ex ea excommunicentur, nec tunc sententiam valere dicẽdum est; sic enim asseruit Io. And. quem refert, ac sequitur Phil. Franc. in cit. § in vniuersitatem vers. Si autem intenderet ligare singulos de vniuersitate, & Anchar. eod. num. 7. vers. Quare autem vniuersitas non sit capax, vbi & quosdam alios idem sentientes refert, & Gemin. eod. nu. 10. vers. Ideo hìc penitus, & prop. fin. & Ricard. quem refert, ac sequitur Felin. in cit. c. dilectæ in Christo. nu. 7. vers. An autẽ excommunicatio lata contra prohibitionem de except. & communis etiam sententia hæc est, vt de hoc testatur Felin. ibid. in verb. Excommunicatio lata cõtra prohibitionem. Probatur autem primò hac ratione, quoniam lex expressè prohibet, ne excommunicatio in vniuersitatem feratur, vt dicitur in cit. §. in vniuersitatem, ergo contra prohibitionem excommunicatio lata non valet; nam, vbi lex quidpiam fieri prohibet, si illud fiat, nullum est, vt habetur in l. non dubium, & ibi not. Bart. Ias. ac DD. C. de legib. quandoquidem lex prohibens clausulam derogatoriam, & annullatiuam actus, vt ita dicam, secum habet, vt inquiunt communiter DD. Bart. Bald. Fulg. Paul. de Castr. & Ias. qui ipsos refert in cit. l. non dubium. nu. 17. Confirmatur ratio hæc, quoniam lex non simpliciter prohibuit, ne vniuersitas excommunicetur, sed penitus prohibuit. s. dictione hac adiecta Penitus; In vniuersitatem, vel collegium, dicitur enim ibi, proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus: ecce hìc non tantùm, & simpliciter, prohibet, sed penitus prohibet; at dictio Penitus; idem, quod omnino, seu omni casu significat, vt dixit Alex. in cit. l. qui vsumfructum. nu. 7. vbi & alios idem sentientes refert. ff. de verb. oblig. & Ias. in auth. qui rem. nu. 22. C. de sacrosanct. eccl. si ergo dictio illa Penitus idem, quod omnino, & omni casu significat, sententia hæc non valet, alioquin non penitus, idest omnino, & omni casu id prohibuisset, sed solum ante factum, idest, ne fieret, non autem post factum. s. ne valeret; ne igitur à verborum proprietate discedamus, quod fieri non debet arg. l. non aliter. ff. de leg. 1. & vt dixit Bart. in l. non dubium. nu. 10. & Ias. nu. 39. C. de legib. sententiam hanc non valere asserendum est. Postremò pro hac opinione facit, quoniam, si sententia hæc valeret, animarum periculum non vitaretur, quod voluit Rom. Pont. nam nihilominus innocentes excõmunicatione irretiri contingeret, vt hoc per se patet; ergo hac quoque ratione, ne prouisio illa superuacanea sit, concludendum est excommunicationem hanc non valere, quicquid dixerint Ber. & Gloss. in cit. §. in vniuersitatem in verb. Penitus, vbi contrariam opinionem, scilicet vt valeret, tutiorem dixerũt; quãdoquidẽ horum opinio, & verbis, & mẽti ipsius legislatoris repugnat, vt vidimus. Vniuersitatem igitur, nec quatenus vniuersitas est, nec quò singuli ex ea excommunicentur, excommunicabimus; nam excommunicationis sententia hæc non valebit, vt communiter id concludi proximè asseruimus: & de questione hac satis, ad alteram veniamus.

S V M M A.

1 *Vniuersitate legitimè admonita, vt aliquid faciat, si non paruerit; an, qui ex ea vniuersitate contumaces sunt, sine admonitione alia excommunicari possint.*

2 *Singuli de vniuersitate aliqua quando contumaces sunt, qua ratione excõicari possint.*

IIII.

§. † Quinta quæstio est, an vniuersitate legitimè admonita, si non paruerit, qui ex ea contumaces sunt, sine admonitione alia excommunicari possint: de qua quæstione, antequam ipsam dissoluamus, duo præmittenda sunt. Primùm hìc non disputari, an sententia in hos lata

valeat, constat enim excommunicationem sine admonitione latam valere arg. c.sacro de sent. excom.& vt asseruimus cap.16.in Tab.1.disputatur ergò,an legitimè fiat.Præmittendum itidē est communiter concludi ex vniuersitate ipsos excommunicari non posse, nisi iterū admoneantur, mō de ipsorū cōtumacia nō constet, vt dixit Inn.in c.Romana.§. in vniuersitatem in verb. Culpabiles de sent.excom.lib.6.& sequuntur eum Philip.Franc.eod.vers.In Gloss.fin.in fin.ibi Sed quæritur primò,& Gemin.nu.5.vers.Quæro,an isti,& Anch.nu.7.vers. Aduertendum tamē coadmonitio;etenim quis excommunicari nō debet, antequam ipsius contumacia nota sit arg. cit.c.sacro,& c.nemo episcoporum.11.q.3.testat igitur, vt quæstio nostra disputetur, an in eos legitimè feratur excommunicatio,quos contumaces esse constat. In qua quæstione nō nulli existimarunt admonitionem aliam postulari; tum ꝙ, antequam quis excommunicetur,admoneri debet ob cit.c.sacro,& vt probauimus eod. cap.16. tum ꝙ, etsi Capitulum admonitum est,tamen aliud Capitulum, aliud singuli ex Capitulo sunt arg.l.sed si hac lege. §.qui manumittitur. ff.de in ius voc.Contrariam tamen sententiam amplexantur Inn. eod.in loco, & citati autores omnes supra; & hoc ob præcipuum illud ius cit.§.in vniuersitatem, ibi enim nihil aliud requiri videtur,nisi vt de culpa constet; Sed in illos duntaxat de collegio,vel de vniuersitate,dicitur.n. ibi, quos culpabiles esse constiterit,promulgetur,scilicet excōmunicatio. Ecce hic solùm requiri,vt in culpa esse ipsos constet;ergo admonitio alia non requiritur. Hanc opinionem vt cōmunem, & verisimā ego etiam sequor; non,ꝙ id permittatur per cit.§.in vniuersitatem(quandoquidem esset hoc ius commune per tacitas interpretationes corrigere,quod fieri non debet, vt dixit Gloss.not.in c.cupientes.§.quòd si per 20.de elect.lib.6.& Ias.in auth. quas actiones. nu. 21.C.de sacr.sanct.eccl.) sed quòd communi iure id fieri potest; nā, vbi manifestò cōstat quem contumacem esse,nulla admonitio alia postulatur, vt probauimus cap.16. Tab.1. manifestam autem contumaciam in hoc casu adesse hinc probatur,quoniam permittit Rom.Pont. vt excōmunicatio in illos promulgetur,quos culpabiles esse constiterit;at,vbi constat quem culpabilē, contumacemq́; esse,huius manifesta est cōtumacia,vt dicitur in c.venerabilibus.§.secus autem iunct.vers.Cùm manifesta de sent.excom.lib.6.ex quo igitur manifestò contumaces sunt,communi iure admonitio alia non requiritur,vt probauimus eod.cap.16. & hac ratione commune ius nō corrigitur per cit.§.in vniuersitatem;quod,quatenus potest, caueri debet arg.c.cùm expediat de elect.lib.6.& l.vn.C.de inoff.dot.Non repugnant modò,quæ pro contraria sententia diximus,nam admonitio ob eam rem fit,vt appareat,an contumax quis sit; ex quo autem iam contumacia manifesta est,admonitione alia opus non est arg.l.1.in fi. ff.de act.empt.& c.eum, qui de reg.iur.lib.6.à proposita sententia igitur non discedemus,quicquid dixerit Marian.Soc. Sen.in c.nulli.n.18.cum seq.vers.Tertiò quæro de sent.excom. Sed ad postremam quæstionem iam veniamus, si illud priùs addiderimus,vbi omnes de vniuersitate contumaces esse cōstat,sic exempli gratia excommunicationem ferri posse Excommunico Præpositum,Decanum,Archidiaconum,& omnes alios de tali collegio,quia noluerunt parere mandatis meis, sic enim dixit Host.de Capitulo in summa de contumacia.§.fin.vers. Ergo,si constat,quem sequuntur Philip. Franc.in eod.§.vniuersitatem vers. In Gloss.fin.in fin. & Gemin.nu.3.in fin.& Anchar.num.7. vers.Lap.etiam idem sentit,& Felin.in c.dilecti in Christo.nu.1.de except.

SVMMA.

1 *Appellatione interposita ab vniuersitate,an singulis ex ea ipsa prosit, quò minùs excōicentur.*

V.

1 † Postrema quæstio est,an appellatio interposita ab vniuersitate singulis ex ea prosit,quò minùs excommunicentur. Hanc quæstionem disputarunt DD.in c.Romana.§.in vniuersitatem de sent.excom. lib.6. & communiter concluditur ipsam prodesse, vbi iudex delegatus est;sic enim dixit Inn.ibi.nu.3.vers. Sed quæritur appellatio Capituli, & Gemin.nu.5.vers. Sed ponitur appellatio,& Anchar.nu.7.vers.Iuxta prædicta, & Phil.Franc.vers. Secundò quæritur. Nam,ex quo eius iurisdictio per appellationē impeditur,ipsius vsum non habet arg. c.per tuas de sent.excom.& c.cùm contingat de off. deleg. occasione igitur eius causæ, quamobrem vniuersitas appellauit,nemo ex ea excommunicari poterit.Idem est,si ordinarius sit; nam ob eandem rationem excōmunicationem ferre non potest:&,si feratur,non valebit arg.cit.c.per tuas, & cit.c.cùm contingat cum simil. Quare,si contra fiat, petere vniuersitas poterit,vt nulla pronuncietur,si sua intersit, vt potè quia excommunicatus est, qui vel ipsam vniuersitatem defendebat,

debat, vel eius nomine aliquid faciebat; ita enim citati autores eisdem in locis inquiunt. Et hæc locum habent etiam in Rectoribus ciuitatum; nam vniuersitatis appellatio ipsis proderit, sicuti iidem ibidem sentiunt: quod tamen in alia causa locum non habet; ex quo in ea iurisdictio non impeditur; videndi tamen DD. ibi: & de ijs hactenus, quæ necessariò inesse homini materiæ circa quam excommunicationis debent, quæq; ipsius propria sunt; ad ea, quæ inesse eidem debēt, sed non necessariò, propria tamen ipsius magis sunt, transcamus; de communibus enim egimus cap. 16. Tab. 1.

De homine materia communi circa quam maioris excommunicationis; & de ijs, quæ inesse ipsi debent, sed non necessariò, propria tamen ipsius magis sunt. Cap. XXVII.

SUMMA.

1 *Contumax in re graui, & vbi mortiferè quis peccat, excommunicari tantùm debet; quàuis, si contra fiat, excommunicatio nihilominus valeat.*

2 *Mortiferè vbi quis non peccat, in excommunicationem iuris non incidit; nec hominis etiam, vbi generaliter ab eo promulgata est.*



INESSE demum homini debet, quod excommunicationis magis proprium est, etsi non necessariò, † vt in re graui contumax quis sit, vbi maiori excommunicatione irretitur; nam sic excommunicari nemo debet, nisi vbi ob contumaciam mortiferè peccat, vt pote, quia vel pro mortifero peccato prœterito satisfacere non vult, vel in iudicium vocatus comparere non vult, aut iudicis præcepto iusto, legitimo non paret, vt probatur in c. episcopi, & in c. nemo episcoporum, & in c. nullus. 11. q. 3. & ut not. Glossin citatis iuribus, & in c. duo sunt. 96. d. & Abb. in c. ex parte 1. n. 3. de uerb. sig. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 9. nu. 1. de sent. excom. lib. 6. & Iacob. de Graff. cap. 7. lib. 4. decis. cas. consc. & Iacob. de Bellouis. in c. Romana. §. contrahentes nu. 61. cum duob. seq. de for. compet. lib. 6. ubi & grauiter in eos inuehitur, qui pro leui culpa excōmunicationem ferunt, & Viuald. in Candelabro de excom. maior. nu. 105. cum seq. & Petrus Dominicus Magdalenus Capiferreus in lib. De numero testium in testamentis requisito in 1. parte cap. 3. nu. 11. & in parte 2. nu. 60. cum multis seq. Et probatur per c. nemo episcoporum, & c. nullus 11. q. 3. & ut nouissimè sanciuit Trid. Syn. de reform. cap. 3. sess. 25. cuius uerba retulimus in cap. fin. in Tab. 1. idq; meritò; tum quòd maior excommunicatio omnium aliarum pœnarum grauissima est, quæ ab ecclesia inuruntur arg. c. sacro de sent. excom. & cap. cùm non ab homine de iud. ac propterea pro quauis leuiori contumacia inurenda non est; non enim pœna delicto responderet, ut debet arg. c. 2. de ijs, quæ fiunt à maior. part. cap. & l. sancimus. C. de pœn. tum quòd, si contrarium fiat, facilè contemnetur, & sic perniciem potius, quàm salutem afferret contra mentem ecclesiæ, ut habetur in c. 1. de sent. excom. lib. 6. & ut dixit Trid. Syn. eod. † Quare in maiorem excommunicationem iuris generalis, alterinsuè speciei non incidere, nisi qui mortiferè peccat, pro regula tradidit Palud. dist. 18. q. 1. art. 2. lib. 4. quam regulam sequitur, & commendat plurimum Nauar. in Man. cap. 27. nu. 9. ubi & ipsam locum habere ait in excommunicatione generali ab homine lata ob eandem rationem, sequitur eam itidem Ricard. ead. d. 18. art. 12. q. 1. ibi Præterea excommunicationem, & Couar. in eod. §. 9. nu. 1. uers. Secundò, & Barth. Medina in sua institutione cap. 11. §. 2. lib. 1. & Martinus ibidem nu. 108. & Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 33. de excōmunicatione, & Ludouicus de Bera Palæstrelus in tractatu suo inscripto Respōsiones casuum conscientiæ cas. 4. uers. Adde, quòd hæc Bulla, cōmunis deniq; DD. sententia hæc est, & Capiferreus eod. cap. 3. nu. 11. Quare in maiorem excommunicationem nō incidit, qui festis diebus necessitate compulsus operatur, si sub excommunicationis pœna ipso iure prohibitum sit operari, ut inquiunt Syl. in uerb. Dominica in fine, & Nauar. in Man. cap. 13. num. 15. Non itidem in eam pœnam incidit, qui clericum sic leniter percussit, ut mortiferè non peccauerit. Non, qui furatus est quidpiam leue, si in furantes excommunicatio lata sit, ut asseruit Couar. in cit. §. 9. nu. 1. uers. Secundò, & num. 2. uers. Tertiò, & uers. Quartò. Non etiam qui furatus est, & soluere non potest, ubi excommunicatio contra eos lata est, qui furati sunt,

 si non

si non restituerint, modò excõmnnicationis latæ tempore soluendo non sit; alioquin in excommunicationem incidit non soluens tunc, si potest, quamuis deinceps non soluendo factus sit. Nõ itidem, qui clam quidpiam subripuit, vt compensaret, vel excommunicatio in eos lata sit, qui compensationis titulo subripuerunt. Non etiam in excommunicationem incidit latam in eos, qui non patefaciunt aliquid, si aut sibi, aut alteri noceat, vt dixit Viuald. ibid. nu. 109. cum seq. Non itidem in excommunicationem incidit absens, & ignorãs admonitiones factas, vt post decem dies excommunicatus sit, qui instrumenta pertinentia exempli gratia ad Titium non restituerit, patefeceritué. Imò nec elapsis decem diebus, in excommunicationem incidit, qui tunc admonitiones factas nouit, & tamen ea non restituit; nam sententia statim elapsis decem diebus operatur, & non vltra, q facit lex arg. l. Atriani, C. de hæret. atq; sic respõdit idem Palæstrelus in eod. lib. in casu 47. vbi quæstionem hanc disputauit. Ad summam in maiorem excõmunicationem nemo incidit, qui mortiferè non peccat, vbi aut à iure, aut ab homine per generalẽ sententiam tamen excõicatio fertur. Nemo denique nisi pro mortifera contumacia maiori excõmunicatione excõmunicari debet. At quid, si contra fiat, an excõmunicatio nihilominus valebit? Planè ipsam valere cõcludendũ est; nam, ex quo in contumacẽ fertur, habilis materia est, vt sensit Gloss. in c. duo sunt d. 96. cũ & cõtumacia eo grauior sit, quo ex leuiori culpa descendit, vt dixit Gloss. sum. 4. q. 1. & in cit. c. duo sunt, quã sequitur Abb. in cit. c. ex parte, n. 3. valebit igitur & hic excommunicatio, & si ferri non debet. Verùm quid, si iudex alicui iusserit, vt suo creditori intra talem diem, satisfaciat, alioquin excommunicatus sit, an excommunicationem euadet, si bonis interim cedat? hanc quæstionem in sequenti explicabimus.

SVMMA.

1 *Cedens bonis excommunicationis pœnam is euadit, cui sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præceptum est, vt intra talem diem suo creditori satisfaciat.*

2 *Cedens bonis excommunicatus absolui debet, & quamobrem.*

I.

§ In hac postrema parte huius capitis quæstiones duæ dissoluendæ nobis restant. Quarum prior est, an is, cui sub excõicationis pœna latæ sententiæ præceptum est, vt suo creditori intra talem diem satisfaciat, bonis cedendo excommunicationem euadat. Posterior autem est, an excommunicatus, propterea quod non satisfecit suo creditori, bonis cedendo absolutionem consequi possit.
1 † Quò ad priorem quæstionem igitur concludendum est reum hunc cedendo bonis excommunicatiouem effugere. Primò, quoniam bonorum cessio debitorum contra creditores remedium est, quò pœnas euadant, vt probatur in tot. tit. C. qui bon. ced. poss. & vt tradidit Brunus in tract. de cess. bon. q. 3. princip. quo remedio hic priuari non debet arg. c. indultum de reg. iur. lib. 6. Postremò, quia, vbi quis iam excõmunicatus est ob pecuniariam causam, absoluitur bonorum cessione, vt paulò post videbimus; ergò multò magis hac bonorũ cessione liberabitur, quò minùs in excommunicationem incidat. Etenim & hunc, qui bonis cessit, excõmunicari non posse inquiunt Syl. & Tab. & Angel. in verb. cedere bonis, & Tab. in verb. Excommunicatio 4. vbi Petr. de Palud. & Archiep. Flor. idem sentientes refert, & Nicol. de Milis in suo repert. in verb. Excommunicari non potest pro debito, vbi & Io. And. idem sentientem refert; cessione igitur hac facta, iudiciq; probata excommunicationem, aliamq; censuram effugiet: &
2 de priori quæstione satis. † Quò ad posteriorem videbatur dicendum per bonorum cessionem absolutionem consequi non posse, & hoc ob eam rationem, quoniam remedium hoc iudicis officio imploratur, vt sensit idem Brun. eod. q. 16. prin. at excommunicatus iudicis officium implorare non potest arg. c. decernimus de sent. excom. lib. 6. & vt probauimus cap. 15. §. 2. in hac Tab. Atqui contrarium asserendum est, scilicet excommunicatum & in hoc casu cessionem petere posse, & hac ratione absolutionẽ consequi; sic enim sentiunt, Abb. in c. Odoardus de solut. & Fed. de Sen. cons. 193. & Rot. decis. 31. incip. Vtrum possit de re iud. in antiquis, & Angel. in eod. verb. Cedere bonis, & Syl. & Tab. eod. & sequitur Brun. eod. q. 8. quartæ quæstionis principalis; & probatur id etiam rationibus. Primò, quia excõmunicatus omni legitima defensione, qua se tueatur, vti potest, vt probatur in c. cùm inter de except. & vt nos tradidimus cap. 16. §. 4. in hac Tab. ergò & hoc remedio vti poterit contra creditorem. Postremò, quoniam, qui bonis ceditur, hic, quod debet, præstare non potest arg. tot. tit. C. qui bon. ced. poss. at excommunicatus, vbi, quod debet, præstare non potest, cautionem idoneam præstando, si potest, alioquin

iuratoriam, absolui debet, vt tradidit Gloss. in c. ex parte. 1. in verb. Pro contumacia vers. Quid, si aliquis ita pauper sit de verb. sign. & vt nos probauimus cap. 19. §. 6. cum seq. in 1. Tab. ergò & bonis cedendo absolui debet; nam & hìc cautionē tribuit, vt disputauit Brun. eod. q. 7. princ. Nec repugnat, quod dicitur iudicis officium ab excommunicato implorari non posse; nam illud locum habet in alio casu, non vbi absolutio petitur; in hoc enim casu omnia potest, quæ ad absolutionem consequendam pertinent. Hinc, etsi rescriptum delegatorum ab excōmunicato impetratum nullum est, valet tamen, vbi pro absolutione consequenda illud impetrauit, vt dicitur in c. 1. & ibi communiter not. de rescript. lib. 6. idq; meritò, ex quo enim, vt absolutionem petat, excommunicato conceditur, & omnia, quæ ad ipsam consequendam pertinent, concessa ipsi esse debent arg. c. præterea de off. deleg. & l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. excōmunicatus ergo bonis cedendo excommunicationis absolutionem consequetur; &, ne in excommunicationem incidat, per eandē cessionem liberabitur, vt probauimus, modò legitima cessio sit; sed de materia excōmunicationis iam hactenus, de forma ipsius, & primò de necessaria modò agamus.

De forma necessaria ad excommunicationem maiorem ferendam; & de ijs, quæ necessariò inesse ei debent, communiaq; ipsi cum alijs censuris sunt. Cap. XXVIII.

SVMMA.

1 *Forma excommunicationis maioris sunt verba, quibus ipsam excommunicationem tūc ferri significatur.*

2 *Verbis hisce an excommunicatio feratur dicendo, vel Præcido te ab ecclesia, Extra vè ecclesiam eycio, vel Excommunico te, aut Excommunicationis sententiam in te promulgo, proferove, vel Excommunicationis sententia te innodo, Excommunicationisuè mucrone te ferio, seu percutio, vel Adimo tibi, vel priuo te Christi fidelium, & sacramentorum communione.*

3 *Nemo ei communicet an his verbis excommunicatio maior feratur.*

4 *Anathema sit an his verbis excommunicatio feratur.*

5 *Noueris te excommunicatum an his verbis excommunicatio feratur.*



QVONIAM de forma excommunicationis acturi sumus, quæ duplex est; altera, quæ ad ipsam ferendam; altera quæ ad ipsam tollendam adhibetur: & vtriusque altera necessaria, altera nōn necessaria est; ideo de priori necessaria, deinceps de reliquis instituto nostro agamus. † Forma igitur maioris excommunicationis
1 necessaria, quæ ad ipsam ferendam adhibetur, hæc est Ego excommunico te maiori excommunicatione, idest ea verba sunt, quibus maiori excommunicatione quem excommunicari, & Christi fidelium, & sacramentorum communione priuari significatur arg. c. pen. de sent. excom. & c. Engeltrudam. 3. q. 4. atq; sic inquiunt Syl. in verb. Excommunicatio. 1. nu. 15. & Archiepisc. Flor. in tract. suo de excommunicatione cap. de forma, & Angel. eod. 2. num. 4. &
2 Armill. eod. nu. 17. & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 12. vers. Octauum. † Quare, ꝙ hac pœna constrictus extra ecclesiam est, vt habetur in c. qui merito, & in c. omnis Christianus, & in seq. 11. q. 3. ob eam rem, si iudex, maiorem excommunicationem dum ferre vult, hac forma vtatur Præcido te ab ecclesia, vel Extra ecclesiam te eijcio, sine dubitatione maiori excommunicatione excommunicatus eris, vt probatur in citatis iuribus proximè, & cap. Engeltrudam. 3. q. 4. Itē, ꝙ hac pœna constrictus, ex quo extra ecclesiam est, vt asseruimus, ecclesiæ communione caret, ob eam rem, si excommunicationis sententia sic feratur Excommunico te, Excōmunicationis sententiam in te promulgo, proferoue, Excommunicationis sententia innodo te, Excommunicationis mucrone te percutio, & id generis, maior excommunicatio lata erit, vt probatur in extrauag. 3. de priuil. & in extrauag. Saluator de præben. & in extrauag. si fratrum ne sed. vac. & in extrauag. viam de regul. & in c. 2. ne cler. vel mon. lib. 6. & in Clem. 2. de sent. excom. & in c. ut inquisitionis de hæret. lib. 6. iunct. c. pen. de sent. excom. Postremò, ꝙ, qui ecclesiæ cōmunione caret, hic & sacramētorum, & Christi fidelium communione caret, ut probatur in cit. c. pen. de sent. excom. & c. Engeltrudam cum simil. ob eam rem, si iudex, qui maiorem excommunicationem uult ferre, hanc formam adhibeat Priuo te Christi fidelium, & sacramentorum communione.

munione,uel horum communionem tibi adimo, & hic maior excommunicatio erit ob ea, quae diximus; quibuscunq; verbis igitur maior excommunicatio ferri potest, modò ipsam tunc ferant.
3 † Verùm quid, si à iudice dicatur Nullus exempli gratia Titio communicet, an excōmunicatio ratione hac feretur? Hanc quaestionem disputarunt DD. in c. 1. de iud. in qua quaestione, vt dilucidiùs ipsam explicemus, non nullos casus praemittendos censeo, in quibus DD. vniuersi sentiunt per haec verba excommunicationem ferri. Communiter ergo concluditur in his casibus per hanc verborum formam excommunicationem inuri. Primò, vbi causae cognitio praecessit, & ab eo iudice forma haec profertur, qui hoc animo se praepararat, vt excommunicationem ferret; sic enim dixit Abb. in cit. c. 1. nu. 34. in fin. & Anton. & Felin. nu. 28. vers. Nota illam conclusionem, & Dec. num. 13. vers. Octauò not. vbi & alios idem sentientes refert in prima lect. & nu. 24. in 2. lect. Secundo loco, vbi manifestò constat iudicem hac ratione excōmunicare velle; nam, ex quo praescripta forma certa non est, nihil interest, quibus verbis vtamur, modò per ipsa excommunicatio feratur. Postremò excommunicatio fertur, etiam si de iudicis animo non constet, vbi diceretur Nullus tali communicet, donec absoluatur satisfactione praemissa, & hoc ob cit. c. 1. de iud. His ita praemissis, restat, vt quaeramus, vbi simpliciter dicitur Nemo ei communicet, an per haec verba excommunicatio feratur, si de iudicis animo non constet. Io. And. ratione hac excommunicationem non ferri existimauit; eum sequitur Abb. in eod. c. 1. nu. 34. & opinionem hanc alios sequi testatur Dec. in cit. lect. 2. nu. 24. Probatur autem communis haec opinio primò hac ratione, quoniam verba haec vi sua excommunicationem non inferunt arg. c. fin. de immun. eccl. lib. 6. ibi enim communio prohibetur clericorum quibusdam, ne scilicet clericis, personisq; ecclesiasticis quicquam vendant, aliquidq; ab eisdem emant, neq; ipsis bladum molant, coquant panem, & alia obsequia praestent, & tamen clerici illi excommunicati non sunt. Dec. ad hoc respondet, ac rectè, ius illud nihil facere; tum quod iudex laicus haec prohibuerat, laici verò iudices censuras ferre nequeunt, vt probauimus cap. 2. §. clericus in Tab. 1. tum quod non dicitur ibi Nemo clericis communicet, sed actus iam dicti tantùm prohibentur; non probatur ergo sententia haec eo iure. Vnde Abb. secundo loco sic argumētatur, si vellemus hac verborum forma excommunicationem ferri, iudicem delinquentē faceremus, vt qui formam ecclesiae non adhibuerit, quae habetur in c. sacro de sent. excom. & in c. 1. eod. lib. at re dubia delictū non praesumitur arg. c. ad audientiam de praescript. ergò excommunicationem sic ferri dicendum non est. Dec. nec rationem hanc obstare dicebat, ex quo de iudicis mente cōstat: haec responsio mihi non probatur Abb. enim loquitur, vbi mens iudicis ignoratur, & in hoc casu quaestio etiam disputatur; responderi tamen potest excommunicationem nihilominus ferri, quoniam, & vbi de hoc delicto constat, excommunicatio tamen valet, ēt si forma ecclesiae adhibita non sit arg. cit. c. sacro. Quare contrariam sententiam, vt scilicet in hoc casu etiam excommunicatio feratur, amplexatus est Dec. Probatur autem primò hac ratione, quoniam per verba haec remouetur communio; ergo principalis effectus excommunicationis adest, ergò fertur excommunicatio, ex quo per huiusmodi verba communio prohibetur, qui primus effectus excōmunicationis est: haec ratio mihi non satisfacit; quoniam, etsi per haec verba communio prohibetur, non tamen omnis, sed hominum tantùm, ex quo mandatur, ne vllus ei communicet; at maior excommunicatio non hominum communione tantùm, sed & sacramentorum priuat, vt habetur in c. pen. de senten. excom. & in c. Engeltrudam. 3. q. 4. per verba igitur haec maior excommunicatio non fertur. Nec repugnat, si dicatur sacramentorum communionem quem habere nō posse, nisi hominum communione vtatur arg. c. omnis de poenit. nam hoc verum omnino nō est; quid enim, si hic clericus sit, non ne ipsemet eucharistiam etiam missae sacrum non faciens administrare sibi potest? ratio igitur haec non concludit arg. §. pauonum in instit. de rer. dinis. Probatur deinde opinio haec ab eodem per cit. c. 1. de iud. quod allegari non debet; quandoquidem alia intercesserant, quibus excommunicatio lata significatur. Postremò pro hac opinione citantur iura haec c. episcopi. 11. q. 3. & c. si diligenti de for. compet. & c. 2. de stat. mon. nam in c. episcopi excommunicationem ferri ibi concluditur per haec verba Communio illis vsq; ad tempus synodi à reliquis episcopis denegetur, & tamen haec idem sonant, quod nostra Nullus ei communicet; in c. diligenti idem propemodum habetur, ibi enim dicitur A' communione remoueatur altaris; ergò in casu nostro per dictam formam excommunicatio fertur. Quae tamen iura non probant. Non cit. c. 2. quoniam per verba illa Remoueatur à communione altaris non latae sententiae, sed ferendae excommunicationem ferunt; praeterea non de maiori excommunicatione ibi agitur, sed de minori, quandoquidem excommunicatio maior non altaris communione solùm nos

Ilius nos priuat, ſed omni eccleſiæ communione, vt probauimus c.6. in hac Tab. Non probat
etiam cit.c.ſi diligenti, vbi dicitur A' communione habeantur extranei, quoniam per ea verba
ab omni communione ſeparātur, ex quo ſimpliciter à cōmunione remouentur; at hic non ſim
pliciter à communione quis remouetur, ſed ſolùm ab hominum communione: addo ibi de mi-
nori excommunicatione agi, & de ferenda, & non de lata ſententia, vt not. Abb. ibi. nu. 5. & nu.
21. cum ſeq. quamuis quò ad poſtremum dictum ego ipſum non ſequor. Non deniq; cit. c. epiſ-
copi, quoniam, & ibi de minori excōmunicatione agitur; id quod hinc apparet, quòd ibi com-
munione epiſcoporum eius Synodi ſolùm priuatur, quo caſu minor excommunicatio tantùm
fertur, vt ſuo loco probauimus: idq; meritò, etenim excommunicatio maior nō aliquorum, ſed
omnium Chriſtianorum communione nos priuat; his igitur rationibus nec Dec. ſententia niti-
tur. Quid ergo concludendum? Ego has opiniones inter ſe ſic conciliandas cēſerem. Aut quę-
rimus, an per hæc verba Nullus ei communicet, excommunicatio maior feratur; & vi ſua maio-
rem excommunicationem non ferri cenſeo, quia, vt dixi, excommunicatio maior nō hominum
communione tantùm, ſed & ſacramentorum nos priuat, vt probauimus; at hiſce verbis hominū
communio tantùm prohibetur, vt per ſe patet, ergo maior excommunicatio non fertur; & hic
prior opinio locum habebit. Aut quærimus, an per ea verba minor excommunicatio feratur, &
in hoc caſu minorem excommunicationem ferri ſentio, vt probatur in cit. c. epiſcopi, etenim
minoris excommunicationis ſpecies eſt, vbi hominum cōmunione tantùm priuatur, vt pro-
bauimus in Tab. 3. & in hoc caſu locum habebit poſterior Dec. ſententia, quæ veriſsima mihi vi
detur; nam, ſicut maior excommunicatio fertur, vbi quis à communione ſacramentorum, & ho
minū remouetur, vt diximus in initio huius cap. ita & minor promulgatur, vbi quis aut à com-
munione hominum, aut à communione ſacramentorum tantùm ſeparatur arg. cap. fin. de cler.
4 excom. min. in hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſerem. † At quid, ſi dicatur Anathe-
ma ſit, an excommunicatio ipſo iure lata intelligetur? Hiſce verbis excommunicationē ipſo iu-
re non ferri ſenſiſſe videtur Gloſſ. fin. in c. 2. de for. compet. nam per plures canones verba hæc
Anathema ſit proferuntur in d. 50. & tamen ibi nō excommunicationem ipſo iure promulga-
ri, ſed per ſententiam ferendam ſignificari ſenſit; ergò per hæc verba excommunicatiō ipſo iu-
re non fertur. Hoc idem ſequi videtur Gloſſ. in c. generali. 25. q. 1. & in c. ſi quis dogmata ead. q.
2. & in c. ſi quis ex clericis d. 23. & in c. ſi quis ex clericis de vit. & honeſt. cler. ibi enim, dum di-
citur Anathema ſit, illud Sit pro Fiat Gloſſæ interpretantur, ergò non ipſo iure, ſed per ſenten-
tiam; eandem opinionem ſequitur Nauar. in Man. cap. 27. n. 12. quam & his rationibus probat.
Primò, quia verbum illud Sit futuri temporis eſt; at per futurum tempus ipſo iure pœna nō in-
fertur, vt dixit Gloſſ. communiter recepta in c. in pœnis de reg. iur. lib. 6. ergò nec excommuni-
catio: atqui ad hanc rationem facilè reſpondetur, etſi futuri temporis optatiui eſt, tamē & im-
peratiui, & ſubiunctiui idem eſſe, & in hanc ſententiam hic accipi debere, quoniam legis virtus
propriè non eſt optare, ſed imperare, ac punire, vt dicitur in l. legis virtus. ff. de legib. Secundò
dicit Abb. vbi de pœnis agitur, re dubia in benigniorem partem declinare debemus; ergo & in
hoc caſu potius excommunicationem ferendam, quàm latam his verbis ſignificari dicendum
eſt arg. l. interpretatione. ff. de pœn. hæc ratio mihi etiam non ſatisfacit; nā hic dubij non ſumus,
ex quo pręſentis temporis eſt verbum illud Sit, quo tēpore ipſo iure pęna infertur, vt paulò poſt
probabimus. Poſtremò vtitur autoritate Gloſſ. quas citauimus, quę illud Sit pro Fiat inter-
pretatæ ſunt: quæ Gloſſ. contrarium potius ſentire videntur; nam non pro regula tradunt illud
Sit pro Fiat accipiendum ſemper eſſe, ſed in illis tantùm iuribus, & hoc ob eam rationem, quan
doquidem alibi oppoſitum declaratum eſt in illis caſibus excommunicationem ipſo iure non
ferri, quæ ſolutio communiter accipitur, vt de hoc teſtatur Nauar. eod. ſi ergò ſpeciatim in illis
iuribus interpretatio ob hanc cauſam fit; ergò pro regula contrariū habebimus arg. c. non ne
de pręſumpt. hinc Gloſſ. in cit. c. generali verbum Sit reſpicere quandoq; tempus futurum ait; ſi
quandoq; igitur tempus futurum reſpicit? ergo pro cōtrario regula eſt arg. verſ. Quia plerunq;
in Inſtit. de legit. patron. tut. à contrario ſenſu. Quare contrariam opinionem, vt per hæc verba
Anathema ſit, excommunicatio ipſo iure feratur, ſequor, quam & ſequutus ſum in c. 10. §. 7. in
fin. Tab. 1. vbi quæſtionem hanc diſputaui, & eò, quę huc adieci, addenda ſunt; eandem ſequitur
etiam Felin. in c. Rodulphus in verb. Vltimo. num. 58. verſ. Sit Anathema de reſcrip. & Add. ad
Abb. in c. cùm nō ab homine nu. 23. in litera B. de iud. Et præter rationes, quas retuli in cit. §. 7.
hac quoq; nunc ipſam probo, quoniam verbum Sit pręſentis temporis eſt, vt inquit Bald. in l. 1.
nu. 1. C. de ſecund. nupt. & hoc etiam per ſe patet; at verbum præſentis temporis iure ipſo pœ-

nam infert, vt de communi sententia testatur Felin. in cit. verf. Vltimò. nu. 59. ergo & hic ipso iure lata excommunicatio intelligetur; ab hac igitur opinione discedendum non censerem. Excipio tamen, vbi aliunde contrarium cõstaret legislatorem, iudicemuè sic excommunicationem ferentem voluisse: & in hanc sententiam accipiendæ citatæ Gloss. sunt; nam & sic accipi debere communiter concluditur, vt de hoc testatur Nauar. eod. cap. 27. nu. 13. ipso iure igitur per verba hæc Anathema sit, excommunicatio maior fertur. Eodem modo feretur etiam, si dicatur Anathematizo, seu anathematizamus, vt probatur in c. excommunicamus. 2. de hæret. iunct. c.

3 Engeltrudam. 3. q. 4. † Quid verò, si dicatur Noueris te excommunicatum, an excommunicatio ipso iure lata intelligetur? Hac ratione iure ipso excommunicationem non ferri dixit Bald. in Add. ad Specul. in tit. de citat. in 3. col. in fin. verf. Clausula alioquin, & sequit Add. ad Felin. in c. veniens. nu. 1. in litera B. de præscript. Hanc opinionem ego etiam sequor, quandoquidem his verbis excommunicatio non fertur, sed esse lata significatur, quæ tamen lata non est. Excipio tamen, vbi à iure sic excommunicatio fertur; nam ratione hac censuræ iuris ferri solent, vt probauimus eod cap. 10. §. 7. in Tab. 1. antequam enim in censuras quis incidat, à iure censura lata est, atq; idcirco dici meritò potest Noueris te excommunicatum. Idem sentio, vt excõmunicatio ipso iure non feratur, vbi iudex inquit Cognosco, Habeoue te pro excommunicato; sic enim inquit Goff. quem refert, ac sequitur Nauar. in Man. cap. 27. num. 13. excipitur tamen & hic, vbi à iure fertur. Idem, si dicatur Denuncio te excommunicatum; nam nec ratione hac quis excommunicatus erit, sic enim inquiunt Archiep. Flor. in tract. de excom. cap. de forma, & Syl. in verb. Excommunicatio. 1. nu. 15. & Angel. eod. 2. nu. 4. & Tab. eod. & Armill. eod. nu. 17. idq; meritò, etenim, qui excommunicatum quem nunciat, excommunicatione ipsum non obligat, vt dicitur in c. pastoralis. §. fin. de appell. & facit. l. hæredes palam. ff. de testam. Excipiunt tamẽ citati autores, vbi constaret iudicem hac ratione excommunicare velle: quorum sententia mihi non probatur; nam communiter concluditur excommunicationem hisce verbis ferẽdam esse, quæ excommunicationem tunc ferunt, vt in initio huius cap. diximus: ꝙ hic non fit; aliud enim est excommunicare, aliud excommunicatum denunciare, vt dicitur in cit. c. pastoralis. §. fin. de appell. Excipio tamen semper Rom. Pont. Quid verò si dicatur Maledico tibi, an excommunicatio per hoc verbum feretur? hoc, & id generis absoluemus in seq. §.

S V M M A.

1 *Maledico verbũ non sonat excõmunicationem.*
2 *Benedictionis Rom. Pont. excõmunicatus particeps non est, nec per eam absoluitur.*
3 *Salutatione à Rom. Pont. facta excommunicatus non absoluitur.*
4 *Indignationem incurras, aut omnipotẽtis Dei, aut Apostolorum Petri, & Pauli, aut Nostram, his verbis excõmunicatio nõ fertur.*
5 *Sub obtestatione diuini iudicij excommunicatio non fertur.*

I.

§ Proposuimus nobis explicandum, an his verbis excommunicatio feratur Maledico tibi: verum, ꝙ & de non nullis alijs dubitari contingit, an idem sonent; ob eam rem hæc omnia contemplabimur. Primùm, an his verbis Maledicò tibi excommunicatio feratur, vt proposuimus. Deinde, an idem sonent verba hæc Indignationem incurras, aut omnipotentis Dei, aut Apostolorum Petri, & Pauli, aut Nostram; his enim modis Rom. Pont. & ecclesia suas constitutiones munire consueuerunt, vt habetur in extrauag. execrabilis in fin. de præb. & in extrauag.
1 de treug. & pac. Postremò, quid si dicatur Sub obtestatione diuini iudicij. † Quò ad primã quæstionem igitur breuiter concludendum est per verbum illud Maledico excommunicationẽ non ferri; nam sic dixit Bald. in rub. Proem. decret. nu. 30. cum seq. & Gemin. in c. 1. § pen. num. 8. & Phil. Franc. verf. Quartò not. & Anchar. nu. 8. de cons. lib. 6. & Felin. in c. veniens. num. 1. de præscripr. & Ias. in l. si quis infundi vocabulo. nu. 21. ff. de leg. 1. Et probatur id etiam ratione, nam per illud verbum extra ecclesiæ communionem quis non eijcitur; potest enim quis maledictus
2 esse, & tamẽ in ecclesia includi; quod ijs contingit, qui in mortifero peccato sunt. † Hinc & è contrario, si Roman. Pont. benedictionem tribuat, excommunicatus eius particeps non est, vt dixit Bald. eod. Nec etiam absoluitur, vt dixit Gloss. in principio decret. in verb. Salutem, & sequitur
3 Fed. de Sen. cons. 121. † Sicut per salutationem eiusdem non absoluitur, nisi hac ratione declaret se absolutionem tribuere velle, vt dicitur in Clem.. 1. §. fin. de sent. excom. ergo nec maledicendo excommunicare censebitur arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. Maledictio igitur hæc hoc operabitur,

bitur, quoniam contra faciens mortiferè peccabit, vt dixit Zab. in Clem. 1. §. pen. verſ. Quartò not. de hæret. ſicut etiam mortiferè peccatur, vbi præcepto non paretur facto in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis, vt dixit Gemin. in c. 1. nu. 5. de ſepulr. lib. 6. &
4 Felin. in cit. c. veniens; per maledictionem igitur, etiam ſi maledictio æterna dicatur, excommunicatio non fertur, & de quæſtione hac ſatis. † Quò ad alteram autem, an excommunicatio, ſ. feratur his verbis Indignationem omnipotentis Dei incurras, & cęt. Idem ſentimus. ſ. nec hic excommunicationem ferri. Non, ſi dicatur Incurras indignationem omnipotentis Dei; quoniam indignationem huiuſmodi quis non incurrit excõmunicatione, quæ cenſura eſt, ſed ſolùm mortiferi peccati culpa. Id quod hinc probatur, quoniam excõmunicatus nõ ſemper infenſus Deo eſt, vt probatur in c. à nobis. 2. de ſent. excom. & c. ſi quis non rectò iudicio. 24. q. 3. Poſtremò, vel indignationem Dei quis incurrat, non idcirco tamen excommunicatione hac obligatus tenetur; nam, ſtatim atq; ipſum peccati pœnituit, in gratiam à Deo recipitur, & abſolutio, nõ excommunicationis, ſed peccatorum tantùm requiritur arg. c. omnis de pęnit. Non itidem, ſi dicatur Indignationem Apoſtolorum Petri, & Pauli quis incurrat, excõmunicatus hic erit; quandoquidem, eſto, ſancti cuipiam indignentur ob mortiferi peccati culpam; non idcirco tamē excommunicationem huiuſmodi ferunt: imò nec iure ordinario id queunt; nam excommunicare iuriſdictionis eſt, vt ſenſit Gloſſ. communiter recepta in c. tranſmiſſam de elect. & quæ iuriſdictionis ſunt, ad eccleſiæ huius militantis homines pertinent, vt habetur in extrauag. vn. §. eſt ad tem hæc autoritas, & ibi Gloſſ. de maior. & obed. Eſt autem hæc autoritas ait enim ibi Summus Pont. de iuriſdictione huiuſmodi agens, & ſi data ſit homini, & exerceatur per hominem, & cæt. Ecce hic Summus Pont. inquit poteſtatem hanc hominibus datam, & per homines exerceri; ergo ab Apoſtolis exerceri non poteſt, cùm eorum animæ à corpore ſeparatæ homines non ſint; homo enim ex corpore, & anima rationali conſtat, vt communiter Philoſophi docent, & tradidit S. Athanaſ. in ſuo Symbolo illis verbis Nam, ſicut anima rationalis, & cæt. Non demũ, ſi dicatur à Rom. Pont. Indignationem noſtram incurras; excommunicatio his verbis feretur, ſed ſolùm infenſum Rom. Pont. habebit. An verò in his caſibus mortiferè peccabit? Planè peccari concludendum eſt; ſic enim dixerunt Angel. in verb. Lex. nu. 3. & Tab. num. 29. in fin. & Armill. eod. nu. 24. verſ. Vel lex igitur; aliam verò pęnam an hic ſubeat, vide Iaſ. in l. 1. nu. 2. ff ſi quis ius dic. non obtemp. & Paul. Fuſc. de viſit. & regim. eccl cap. 31. nu. 11. lib. 1. & de quæſtione hac iã
5 ſatis. † Quò ad poſtremam demùm, an his verbis Sub obteſtatione diuini iudicij, & cæt. excommunicationem iudex interminetur, concludendum eſt excommunicationem etiam non ſignificari, ſed, ſi contra fiat, mortiferè tantùm peccari; nam, & ob eam rem diuinum iudicium, quò puniatur, in illum iudex obteſtatur. Verbis igitur ijs excõmunicationis forma exprimi debet, vt, vnde digreſſi ſumus, eò reuertamur, quibus extra eccleſiæ communionem quem excludi, & eccleſiæ communione priuari in præſenti ſignificetur: ſed de his hactenus, ad alia, quæ huic formæ neceſſariò ineſſe debent, tranſeamus.

SVMMA.

1 *Verbis hiſce an excommunicatio feratur Fero in te ſententiam, aut Cenſura eccleſiaſtica, aut Diſciplina eccleſiaſticæ, aut Diſtrictionis eccleſiaſticæ, aut Pena, eiadnerſionisud eccleſiaſtica.*

2 *Hiſce verbis an excommunicatio maior feratur Ferio te mucrone epiſcopi, eccleſiaſticoue.*

II.

Neceſſariò autem ineſſe huic formæ ea omnia debent, quæ diximus cap. 18. Tab. 1. Forma igitur hæc certa eſſe debet, ideſt ijs verbis concepta, ex quibus appareat maiorem ex-
1 communicationem ferri. † Verùm quid, ſi his verbis concipiatur Fero in te ſententiam aut cenſuræ eccl. aut diſciplinæ eccl. aut diſtrictionis eccl. an excommunicatio maior feratur? Videbatur quidem dicendum excommunicationem ferri; ſingulis enim horum maior excommunicatio ſignificatur, vt de cenſurę nomine habetur in c. quęrenti de verb. ſign. de diſciplinę eccl. nomine not. Abb. in c. 1. de pact. ac demum de diſtrictionis eccl. nomine probatur in c. pro illorũ de pręb. Atqui ad hęc reſponderi poteſt, etſi his verbis maior excommunicatio ſignificatur, eiſdem tamen & alias penas ſignificari; nam cenſuræ nomine, & interdictum, & ſuſpenſio ſignificantur ob cit. c. quęrenti, & diſciplinę nomine multò magis, vt nõt Abb. in cit. c. 1. de pact. & diſtrictionis eccl. nomine demum non cenſuræ modò, ſed & aliæ eccleſiaſticæ pœnæ ſignificantur, vt not.

vt not. Abb. in eod. c. pro illorum, & communiter id receptum esse testatur Paul. Fusc. de visit. & regim. eccl. cap. 31. nu. 4. lib. 1. Quid igitur concludendum? Ego his verbis maiorem excommunicationem non ferri censeo. Et hoc ob eam rationem, quoniam, quæ pœna lata sit, incertũ est, & incertitudo sententiam vitiat, vt probauimus cap. 20. §. 3. Tab. 1. Excipio tamen primò, vbi iudex illis verbis excommunicationem hanc se ferre velle declarauit; nam, q incertitudo tunc tollitur, ob eam rem sententia lata valebit arg. c. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quàuis. ff. de iur. patron. Excipio etiam, vbi declarasset se omnem censuram illis verbis ferre velle; nam omnes censuræ latæ intelligẽtur; tum quòd id potest, vt probatur in extrauag. diuina de priuilegiis; tum quòd & excommunicatio simpliciter lata maiorem, minoremq; comprehendit, & valet, vt probatur in c. pen. de sent. excom. id quod mea sententia locum habebit, esto, id declaratum nõ sit, vbi simpliciter iudex censuram tulisset arg. cit. c. pen. de sent. excomm. & hoc fortasse in alijs
a locum non habebit ob nimiam incertitudinem. † Hæc autem, quæ diximus de his formis, & de huiusmodi alijs dicta esse volumus, vt si dicatur Ferio te mucrone episcopi, ecclesiastico vel his enim verbis non solùm excommunicatio, sed & aliæ pœnæ significantur arg. c. 1. de homic. lib. 6. sed de hisce verbis hactenus; videri potest etiam Fusc. eod. vbi nõ nulla hac de re agit. Ad summam igitur incerta sententia esse non debet: de alijs autẽ, quæ necessariò huic formæ inesse debent, quòd egimus eod. cap. 20. ob eam rem, quę huc pertinent, illinc sumemus, ad formam excommunicationis maioris non necessariam veniamus.

De forma excommunicationis maioris propria, & solemni, sed non necessaria; quæ ad ipsam ferendam adhibetur. Cap. XXIX.

SVMMA.

1 Cæremoniæ solemnes, quæ adhibentur, dum maior exiommunicatio fertur, quot, et quæ sint, & quamobrem fiant.

2 Excommunicatio simplici verbo ferri potest.



EGIMVS de forma excommunicationis maioris necessaria, quæ ad ipsam ferendã adhibetur; iam de forma nõ necessaria eiusdem agamus: & quoniam hæc duplex est, altera communis, altera propria, & de cõmuni actum est cap. 21. Tab. 1. ideo, ea omissa, propriam, quæ solemnis est, explicemus; de qua duo contemplabimur primùm, quę cęremoniæ adhibeantur, dum fertur; deinde, quæ, posteaquàm lata
1 est. † Quò ad primũ igitur forma hęc solemnes hæ cęremoniæ sunt. Nam, si Rom. Pont. excõicationem hanc ipse laturus sit, ornatu pontificio decoratus, duodecim episcopis suo pontificio vestitu amictis circunstantibus, facesq; ardentes in manibus singulis habentibus, huiusmodi verbis, qua decet, etiam maiestate prędi tus sic excommunicationis sententiam profert Autoritate omnipotentis Dei, atq; Apostolorum Petri, & Pauli Excommunicamus Henricum, & cæt. qua sententia prolata, eas faces in terram ijdem episcopi proijciunt, pedibusq; ipsas conculcant: & hanc excommunicandi formam adhibitam fuisse ab Innocentio Quarto testatur Gloss. Heliæ in casus positione in c. 2. de re iud. lib. 6. vbi Fridericum Imperatorem excommunicauit. Si verò episcopus hac ratione quem excommunicare volet, ipse itidem pontificijs vestibus indutus coram sacerdotibus itidem duodecim cum totidem facibus accensis excommunicationem feret; qua lata, sacerdotes ijdem eadem præstabunt, quæ proximè diximus de episcopis, Pont. Max. excommunicante, vt habetur in c. debent. 11. q. 3. Postremò de quorundam locorum consuetudine campana paullulum etiam pulsatur, vt retulit Abb. in c. 1. nu. 2. de off. custod. & Paul. Fusc. de visitat. & regim. eccl. cap. 14. nu. 3. lib. 1. Si demum inferior, paucioribus cerimonijs adhibitis, atq; sic dixit Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 28. de excom. vbi formam solemnem ponit, ac pluribus eam tractat. Hæ igitur cęremoniæ sunt, quæ ab ecclesia ad excommunicationem hanc ferendam adhiberi cõsueuerunt; quæ nec superuacaneæ sunt, nec ratione carent. Nam primò excommunicationis effectus, ob oculos quasi eos ponendo, declarant. Quòd enim à Romano Pont. præsentibus tot episcopis, & ab episcopo coram tot clericis excommunicatio fertur, à Christo domino, cuius generalis vicarius alter est, alter verò singularis; quiq; diuinorum spirituum corona circundatus est, à Christo, inquam, domino, cuius manus nemo effugere potest, sententiã ferri significatur; Nemo cõtemnat ecclesiastica vincula, dicitur enim in c. nemo. 11. q. 3. non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui hãc

pote-

potestatem dedit,& dominos fecit homines tanti honoris:hæc ibi sanctus Chrysostomus. Quod itidem,prolata sententia,illico ardentes illæ faces in terram proiectæ extinguuntur,excommunicatum quasi mortuum esse significatur,vt qui à Christi corpore,vti palmes à vite,præcisus sit arg. c.nihil sic.11.q.3. Quòd pedibus earundem facum conculcatio fit, quid aliud significat, quàm excommunicatum extra ecclesiam eiectum,quò ab ipsis conculcetur, dæmonibus quodammodo traditum esse?&,nisi resipiscat,apud inferos ab eisdem cõculcatum iri? arg.c.absit, & c.audi denique.11.q.3.& c.omnis Christianus ead.q. Quòd deniq; campanæ pulsantur, id quoq; ratione non caret;nam sonus ille vel horribilem Christi vocem illam in extremo iudicio Ite maledicti in ignem æternum,notare potest,quam excommunicatus summo cum dolore audiet, nisi à contumacia discesserit; vel ab ecclesiæ communione sic excommunicatum eiectum declarare; locorum enim quorundam consuetudine, vt Barbiani, baptismo quopiam initiato, campana illico pulsatur, quò in ecclesiæ communionem ille reliquis Christi fidelibus receptus esse significetur; ergò &,vbi ab ecclesia quis exclusus est, iure eodem campanæ sono id significari debet arg.c.1.de reg.iur.& l.nihil tam naturale.ff.eod. His cæremonijs ergò hæc.s.excommunicationis effectus significantur. Eisdem præterea maior confusio, terrorq; grauior excommunicato inijciuntur, & non tam facilè absolutionem consequitur. Postremò & reliqui huius exemplo perterriti Ecclesiam audiunt, contraq; ipsam contumaces non sunt arg.Clem.1.§.& quia eo maior de pæn.& c.felicis.§.præsenti pęn.lib.6.& c.debent iunct. c.cùm aliquis.11.q.3. & vt dixit Bero.in c.si quis presbyterorũ de reb.eccl.non alien.& Abb.in c.cùm non ab homine.nu.23.de iud.& in c.cùm ab ecclesiarum.nu.5.de off.ord.non ab re igitur cæremoniæ huiusmodi adhibentur. Verùm, sicut hæ necessariæ non sunt (: † simplici enim verborum forma. 2 excommunicatio ferri potest,vt dixit Gloss.fin.in c.cùm aliquis.11.q.3.& in c.2.in verb. Monitus.24.q.3.) ita ab inferioribus episcopo fieri hęc nequeunt,vt ex dictis conspicitur,& vt probatur in cit.c.debent.11.q.3.& in c.Guilisarius,vers.Sed cum episcopis.23.q.4.& dixit Gloss. in c.cùm in cunctis.§.inferiora,vbi quoq; Abb. nu.5. de elect.& idem Abb.in cit.c.cùm ab ecclesiarum.nu.5.& Felin. in c.à nobis.nu.7.de elect.& Host.in summ.§. quis possit excommunicare vers.Nedum autẽ de sent. excom.& Goff.in summ.eod.nu.8.& S. Bon.d.18.q.3.nu.68. lib.4. Hinc solemnem hanc excommunicationem mucronem episcopi nominarunt Inn.in c.4. nu.3.de off.ord.iunct.c.corripiuntur.14.q.4.& c.1.16.q.1. & Bero.in c.si quis presbyterorum nu.7.de reb.eccl.non alien.idq; meritò, nam huiusmodi hæc nisi in grauissimis causis adhibentur arg.cit.c.felicis.§.præsenti de pen.lib.6.& Clem.1.§.quia eo maior eodem,& vt dixit Feliciauus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.28.de excom.vbi formam etiam hanc solemnem ponit:sed de quæstione hac satis,ad alterã veniamus;si hæc addiderimus hodie nunquam,aut rarò his cæremonijs adhibitis excommunicationem ferri,vt dixit Nauar.in cõmen. de datis,& promiss.not.4.nu.10.vers.Addo septimo.

SVMMA.

1 *Cæremoniæ, quæ ab ecclesia adhibentur ad denunciandum excommunicatum, vbi ob graue scelus excommunicatus est, quænam sint.*

I.

§ Posteaquam autem quis excommunicatus est,denunciari deinceps debet; de qua denunciatione quòd egimus cap.19.§.2.Tab.1.ob eam rem de cæremonijs quibusdam hic tantùm agemus,quę ad denunciationem adhibentur,vbi ob graue scelus quis excõmunicatus est; hæc enim altera quæstio est,quam explicandam nobis proposuimus. † Cæremoniæ solemnes
1 igitur hæ sunt;nam in ecclesijs,vbi delictum commissum est,quamobrem in excommunicationem quis incidit;nec non in ecclesijs ciuitatum,& diœcesum,quę vicinæ sunt,accensis facibus, singulis dominicis,alijsq; festis diebus, quousq; excommunicatus satisfaciat, atq; absoluatur, denunciatur,& denunciatione facta faces in terram proiectæ conculcantur,& campanæ pulsantur,vt habetur in c.felicis.§.præsenti de pœn.lib.6.& in Clem.1.§.& quia eo maior eod.vbi de denunciatione excommunicati eius agitur,qui in excommunicationem incidit, propterea quòd aut Cardinalem,aut episcopum insecutus sit. Idem habetur in extrauag.vn.in fin.de dec.& in extrauag.vn.§.mandantes de furt.quamobrem autem id fiat,ex dictis in priori quæstione constat,& habetur in cit.Clem.1.§.& quia eo maior;nam ob eam rem id fieri ibi dicitur,vt eò maior confusio excommunicati sit,sicut etiam culpa patentior fuit. Has tamen cęremonias adhibendas non cẽseo,nisi nobis id pręcipiatur,vt in citatis iuribus probatur:sed de forma hac iam hactenus;ad formam,quæ ad excommunicationem tollendam adhibetur,transeamus.

De forma necessaria absolutionis ipsius maioris excommunicationis; & de ijs, quæ inesse ei debent, tam communibus, quàm proprijs, & tam necessarijs, quàm non necessarijs. Cap. XXX.

SVMMA.

1 *Forma absolutionis maioris excommunicationis necessaria quænam sit.*

2 *Forma absolutionis maioris quid commune habeat cum formis aliarum censurarum.*



DE forma egimus, quæ ad maiorem excommunicationem ferendam adhibetur; modò de absolutionis eiusdē forma, ac primò de necessaria; itemq; de ijs, quæ inesse ipsi debent, tam cōmunibus, quàm proprijs, & tam necessarijs, quàm non neces-
1 sarijs agamus. † Forma igitur absolutionis maioris excōmunicationis necessaria hæc est Ego absoluo te à vinculo maioris excommunicationis, in quam incurristi ob hanc, illamvè causam; & restituo te sacramētis ecclesiæ, & communioni fidelium In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti amen. Hanc absoluendi formam cōiter DD. ponunt, & Nauar. in
2 Man. c. 26. nu. 8. † Inesse autem huic formæ ea debent, quæ alijs censuris insunt; de quibus qm̄ egimus abundè in Tab. 1. ob eam rem, illis omissis, ad ea, quæ ipsius propria sunt, veniamus.

SVMMA.

1 *Absolutio excommunicationis maioris quibus verbis tribuatur.*

2 *Absolutio maioris excōicationis non tribuitur per clausulā illā De plenitudine potestatis.*

I.

1 §. † Inesse quoq; necessariò eidē formæ hæc debēt, quæ propria ipsius sunt. Absoluo te à vinculo maioris excommunicationis, idest ijs verbis forma concepta esse debet, quibus excommunicato ademptam communionem restitui significetur: idq; inte meritò, nam absolutio, quasi in integrum restitutio quædam, in pristinum statum positio est, ac propterea, quod excōmunicatio sustulit, restituere id absolutio debet arg. l. 1. C. de sent. pass. Quare, ꝙ excōicatione maiori quis extra ecclesiæ communionem eijcitur, si his verbis absolutionis forma cōcipiatur. Cōmunionem ecclesiæ tibi restituo, vel In ecclesiæ cōmunionem te recipio, absolutus hic erit. Quòd itidem eadē quis quasi vinculo quodam cōstringitur arg. c. à nobis. 2. de sent. excom. hac verborum forma Dissoluo, Remitto, Relaxovè tibi vinculum excōicationis, quo constrictus teneris, vel Absoluo te à vinculo excōicationis, vt in initio diximus, absolutio tribuetur arg. eit. c. à nobis, & c. Odoardus de solut. & c. venerabilibus. §. sed si ex causa cū seq. de sent. excō. lib. 6. Postremò, ꝙ excōicatio hæc & Christi fidelium, & sacramentorum cōmunione nos priuat arg. c. pen. de sent. excom. & c. Engeltrudam. 3. q. 4. ob eam rem, si dicatur Restituo te communioni sacramentorum, & hominū, absolutus hic erit; omnes. n. hæ formæ absolutionem excōicationis huius significant; id quod ad absolutionem maioris excōicationis tribuendam sat esse diximus. Hinc Inn. in c. cùm olim essemus de priuil. necessariò requiri asseruit ad hanc formam, vt verbo vtamur, quod absolutionem excōicationis significet. Hinc Ricard. quē sequitur Archiep. Flor. in tract. de excōicatione cap. de absol. & Syl. in verb. Absolutio. 2. n. 3. & Couar. in c. alma pars 1. §. 11. n. 7. vers. Imò, & aduersus de sent. excom. lib. 6. & cōiter DD. vt testatur Nauar. in comment. de Iobelço not. 30. n. 8. ad excōicationis absolutionem tribuendam quæcunq; verba sufficere dixit, modò remotionem excōicationis significent; non enim certa verborū forma ad id præscripta est, vt probauimus cap. 20. ad summā igitur ijs verbis absolutionis huius forma con
2 cipi debet, quibus excōicationis absolutio tribuatur. † Quāuis ergò Sum. Pont. De plenitudine potestatis clausula adiecta excōicato beneficium conferat, collatio tamen nō valebit; nam per eam clausulam, nisi hoc se velle declaret, excōicationis absolutio non tribuitur, vt dixit Zab. in Clem. 2. vers. Cęterum de re iud. & Add. ad Abb. in c. officij. nu. 7. in litera B. de elect. Non itidē absolutio tributa intelligetur per hoc verbū Rebenedico, vt asseruit Bald. in rub. decret. nu. 31. nam nec per verbum Maledico excōicatio fertur, vt vidimus cap. 28. §. in hac Tab. & si contrarium non nulli sentiunt, & non rectè mea sententia; ex quo id nulla ratione probant: sed de his iam hactenus, ad ea, quæ inesse eidem formæ debent, sed non necessariò, transeamus.

SVMMA.

1 *Forma absolutionis maioris excommunicationis quid proprium habeat, etsi non necessariò.*

§. Quæ

II.

§ Quæ necessariò formæ absolutionis excommunicationis huius inesse deberent, tam communia, q̃ propria vidimus; iam, quę eidem insunt, etsi non necessariò, videamus: & quoniã hæc quoq; partim communia, partim propria sunt, & de cõibus egimus cap. 21. Tab. 1. ideo de
2 proprijs hic tantùm agamus. † Primùm igitur inesse eidem formæ debent, etsi non necessariò, verba illa In quam incurristi ob hanc, illamvè causam, idest exprimi causa debet, quamobrem in excõicationem inciderit: non necessariò tñ expressio causæ postulatur, vt probauimus c. 17. §. 4. Tab. 1. etenim nec vim absolutionis attingunt, nec pro forma traditum habemus, vt causa exprimatur; imò sat est, vt qui absoluit, animũ ab omnibus absoluẽdi excõicationibus habeat, modò id exprimat, vt exempli gratia Absoluo te ab omni vinculo maioris excõicationis; sic. n. sensit Nauar. in Man. cap. 26. n. 8. vide tñ, quæ diximus eod. §. 4. Secundo loco verba itidem ea nòn pretermittemus Et restituo te sacramentis ecclesię, & cõmunioni fidelium; nã hisce verbis dilucidiùs explicatur, quid absolutio faciat, & quid verbis illis significetur Absoluo te à vinculo excõicationis maioris, vt per se patet: non tñ necessariò etiã hæc requiruntur, quandoquidẽ per priora verba Absoluo te à vinculo excõicationis maioris, absolutio tribuitur, vt vidimus hoc cap. §. 1. solùm igitur, quod proximè dicebamus, verba hæc absolutionis effectũ illustriùs exprimunt: quãuis alias & per ipsa excõicationis huius absolutio tribuatur, vt diximus eod. §. 1. Postremò nec verba illa omittemus In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti amen; nã, etsi neq; horũ expressio necessaria est, ex quo ecclesia, vt necessariò hæc adhiberentur, non præscripsit; q̃ tamen, Apostolo magistro, siue edimus, siue bibimus, siue aliquid aliud agimus, in nomine D. N. Iesu Christi; ac propterea in nomine Sãctissimę Trinitatis agere debemus arg. l. in nomine. C. de offic. prætor. Affr. iunct. Cath. de baptismo cap. de forma vers. Deinde verò rẽ penitus introspicientes, ob eam rẽ ea non silebimus; imò verba hæc sic præmitti solent. Autoritate omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorũ Petri, & Pauli, & ecclesiæ sanctæ eius, & nostræ vel mihi cõmissa Absoluo te, & cæt. vt inquit Nauar. c. 1. in prin. nu. 54. de pœnit. d. 6. quæ verba, quoniam, cuius autoritate absolutio tribuatur, tantùm declarant, ob eam rem necessariò non requiruntur: sed iam ad formam non necessariam veniamus. 3

De forma absolutionis excommunicationis propria, sed non necessaria. *Cap. XXXI.*

S V M M A.

1 Cæremoniæ absolutionis maioris excommunicationis quænam sint.
2 Verberare excommunicatum quando liceat in absolutione.
3 Mortuus excommunicatus quibus cæremonijs absoluatur.

DE forma necessaria absolutionis excommunicationis maioris egimus; de forma eiusdem propria, sed non necessaria, quæ cęremoniæ dicuntur agamus; de qua rẽ hæc contemplabimur. Primùm, quænã hæ cæremoniæ sint. Deinde, an ab eo, qui sacerdos non est, licitè adhibeantur. Tertiò, vbi licitè omittãtur. Postremò,
1 an excommunicatio maior tpe tollatur. † Quò ad primã quæstionem igitur cæremoniæ huiusmodi adhibentur. Nam primò excõicatus, qui absoluendus est, flexis genibus, ad pedes absoluẽtis prostratus iacet. Deinde, qui absolutionẽ ei impartiturus est, superpeliceo, stolaq; indutus, alterũ ex psalmis, qui septẽ appellantur, recitat, vt probatur in c. à nobis. 2. in fin. & ibi not. Abb. n. 4. de sent. excom. nihil enim interest, ex ipsis septẽ psalmis quẽ recitemus, sicut dixit Archiep. Flor. in tract. de excom. cap. de absolutione vers. Tertium, & Tab. in verb. Absolutio, 3. n. 3. non igitur psalmus ille Miserere mei. Deus tantùm recitare poterit, quamuis ille magnã peccati detestationẽ significet, atq; idcirco sępius adhibeatur; nam in cit. c. à nobis Rom. Pont. cum penitentiali psalmo, vt absolutio tribueretur, simpliciter admonuit: Tertiò, dum psalmus recitatur, scapulæ ipsius excõicati nudatæ flagello quopiam leuiter percutiuntur, vt dixit Antonin. in 3. par. tit. 24. cap. 77. §. 1. quem DD. cõiter sequuntur, vt testatur Nauar. cap. 1. in prin. n. 54. de pœnit. d. 6. & c. 26. nu. 7. in Man. eundẽ quoq; sequitur Iac. de de Graff. c. 17. nu. 7. vers. Tertiũ lib. 4. decis. suarũ, & Host. in sum. n. 14. vers. Tertium, vbi de his cęremonijs egit abundè de sent. excom. quod non iure scripto cautũ, sed consuetudine receptũ est, vt DD. inquiunt, quos paulò post citabimus; ac propterea non omittendũ arg. cit. c. à nobis. 2. in fin. etenim hac rõne excõicationem magis hoies verbũtur hac re perterriti; & excõicatus huiusmodi pudore, ac rubore perfusus à Deo contumacię veniã faciliùs impetrabit, & eiusdem

pœna magna ex parte expiata, ecclesiæ obtemperantior erit arg. c. quem pœnitet de pœnit. d. 3 quare cũ Dauide sic clamare poterit Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Verberatio tñ hæc non adhibebitur, atq; in primis scapularũ nudatio, vbi honestas id non patitur; mulieres igitur forsan nunquã, viri non semper nudabuntur, quãuis verberari poterunt; nudationem igitur prudens sacerdos ex honestate metietur, atq; sic sensit et Nauar. eod. cap. 1. n. 54. de pœnit. Quartò, his et præmissis, Kyrie eleeison, Christe eleeison, Kyrie eleeison; & Pater noster, & quatuor versiculis cũ suis responsis, s. ℣. Saluum fac seruum tuũ. ℟. Deus meus sperantẽ in te. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum, ℟. Et cum spiritu tuo; hanc precem addet Oremus, Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationẽ nostrã, vt hunc famulum tuũm, quẽ excõicationis catena constringit, miseratio tuæ pietatis clemẽter absoluat. Qua recitata, per formã traditã in initio excõicatum absoluet. Postremò absolutũ in ecclesiam introducet arg. c. cùm aliquis. 11. q. 3. & vt inquit Host. eod. & sequitur Abb. in c. cùm desideres. n. 6. de sent. excom. & in c. sacro. nu. 23. vers. Facit de sent. excom. & Mat. Soc. Sen. nu. 10. vers. Gloss. fi. & nu. 23. hac. n. tõne non nihil etiam absolutionis effectus declarabitur. Hę igitur cęremoniæ sunt, quę ad excõicatum huiusmodi absoluendum adhibentur, vt probatur in c. à nobis. 2. de sent. excom. & vt inquiunt cõiter DD. Archiep. Flor. in tract. de excom. cap. de absolutione vers. Tertiũ, & Syl. in verb. Absolutio. 3. nn. 4. & Angel. eod. 3. n. 1. in fin. & Tab. eod. 3. n. 3. & Caiet. in sum. in verb. Absolutio ab excõicatione, & Nauar. cap. 1. in ptin. n. 54. de pœnit. d. 6. & in Man. c. 26. n. 8. & Couar. in c. alma pars. 1. §. 11. n. 11. vers. Tertiũ de sent. excom. lib. 6. etenim huiusmodi precibus efficitur, ne absolutionis effectus impediatur, verberibus autẽ illis, ac nudatione excõicatus terrore, ruboreq; afficitur, vt proximè diximus. Et hæ cęremoniæ nõ solùm adhibebuntur, vbi quis publicè absoluitur, verùm etiã, & vbi secretò, & ob id et in foro conscientiæ, vt dixit Caiet. eod. vers. Qũo ad secundũ,
2 & Nauar. & citati autores eisdẽ in locis. † Excipitur tamen verberatio, hæc n. in locis publicis, vbi secretò quis cõfitetur peccata, omitti debet, vt dixit Caiet. eod. idq; meritò, infamaretur n. pęnitens, quod fieri non debet arg. c. 2. de off. ord. & c. cũm non ab hoie, & confessio quodammodo detegeretur, quod nullo modo fieri debet, vt dr̃ in c. oĩs de pęnit. & vt nos egimus in cõmep. nostro de pœnit. c. 5. n. 3. quod non fuit obseruatũ à quibusdã, vt audiui in quodã Iobelæo anno
3 1593. Preces tñ semper adhibentur, quandoquidẽ & in publicis locis secretò fieri possunt. † Postremò formã hanc obseruabimus non solùm, vbi excõicatus viuẽs absoluitur, verùm etiam, & vbi mortuus, vt habetur in cit. c. à nobis. 2. & citati autores eisdẽ in locis asserunt; verberabitur igitur & tunc excõicati mortui corpus. Excipitur tamen, vbi sepultũ esset; nã tunc sepulcrum verberabitur, vt dixit Syl. in verb. Absolutio. 3. n. 15. & Nauar. in cit. c. 1. n. 55. & reliqui; nõ ergo exhumabitur, vbi ecclesiastica sepultura donatũ erit; at, si prosanã, vel antequã exhumetur, sepultura verberabitur; vel corpus, posteaqua fuerit exhumatũ, si poterit; satius tamẽ semper erit sepulcrum verberare. Verùm quid, si excõicatus ante absolutionem excõicationis moriatur, an regnũ cœlorũ ingredietur, si ante mortẽ eũ contumaciæ pœnituit, & in Dei gratia mortuus est? Vig. c. 16. §. 6. vers. 15. hunc cęlũ ingredi nõ posse sensit ob verba illa Quæcũq; alligaueritis super terrã, erũt ligata & in cœlo; quasi, ex quo hic apud Ecclesiã hâc ligatus est, & in cœlo ligatus sit; ac propterea ingredi eò nequeat. Cõtrariam sententiã tamen amplexari debemus. s. excõicatũ hunc cœlũ ingredi posse, esto, nunquã absoluatur, modò ante mortẽ eũ contumaciæ pœnituerit, & in Dei gratia mortuus sit, ac peccatorũ omniũ hic, in purgatoriovè pænitentiã egerit. Primò, qm̃ hic in Dei gratia mortuus est, vt in facto proponitur, ergo æternã virã, ac propterea cœlorũ regnũ consequutur; gratia. n. Dei vita æterna est, vt inquit Apostolus. Præterea, si in cœlũ nõ ingrediatur, vbi tandẽ erit? nõ cum damnatis ad æternã mortẽ apud inferos, qm̃ cũ ipsis sunt cõscelerati hoies, qui Dei gratia priuati ab hac vita discesserunt, quã gratiã hic habet. Non in purgatorio in perpetuũ, qm̃, qui pœnas peccatorũ ibi luunt, aliquãdo liberabuntur; ergo cœlũ hunc ingredi fateri necessariò debemus; non. n. de hoc idẽ dicendũ, quod de infantibus, qui baptismo non suscepto moriuntur, Postremò, si contrariũ diceremus, cõtingeret quẽ iniuria cœlo priuari; quid. n. si absens, & ignorans quis excõicaretur? (id. n. fieri põt,) ac propterea se absoluendũ nõ curaret? quid, si ab iniquo iudice excõicetur, à quo nunq̃ absolutus fuit? Ne igitur salus nostra hic periclitetur, ne ad impossibile obligemur, hũc peccatorũ pœnis oĩbus expiatis cœlũ ingredi concludemus. Nec obstat tõ Viguer. nã ea locũ habet durante contumacia; declarant id antecedentia verba hæc Christi Domini apud Matth. cap. 18. Si aũt Ecclesiã non audierit, sit tibi, sicut ethnicus, & publicanus; quibus verbis significatur, vbi locũ habeant cõsequentia Eiusdem

Christi

Christi D. allegata à Viguer. §. Quęcũq; alligaueritis super terrã, erunt ligata & in cęlo; nã significãt tũc ea locũ habere, vbi quis Ecclesiã non audit, & sic vbi cõtumax est; tunc. n. verũ est hũc & in cœlo ligatũ esse, qui super terram ligatus est; at, vbi Ecclesiã audire vult, & sic à cõtumacia discessit, vt hic, secus; ergo apud Deum ligatus nõ est, ex quo in cœlo ligatũ eũ fore assenerauit Christus D. qui super terrã ligatus est, vbi Ecclesiã nõ audiret, & ita vbi contumax esset, cuiusmodi hunc non esse facimus. Nec repugnat, si dicatur adhuc apud Ecclesiã hũc ligatũ esse; nam hoc absurdũ non est, cõtingit. n. aliquãdo apud Ecclesiã quẽ ligatũ esse, qui apud Deũ absolutus est; & è contrario, vt in re nostra declarauit Rom. Pont. in c. à nobis. 2. de sent. excõ. etenim vinculũ, quod apud Deũ contrahitur cõtumacia, tollitur contritione, cõtumacia cessate; quod autẽ apud Ecclesiam per excõicationem latã ob contumaciã, tollitur absolutione, vt dixit idẽ Rom. Pont. in cit. c. à nobis. Etsi ergo ante absolutionẽ nec ecclesiastica sepultura donari põt, nec pro ipso preces fundi ab ecclesiæ ministris, nec sacrificia offerri queunt, vt hr̃ in eod. c. à nobis, & in c. sacris de sent. excom. tamen, posteaq̃ aut in hac vita, aut in alia peccatorũ pęnas oẽs expiauerit, in cœlũ euolabit. A Viguer. sentẽtia igitur discedendũ est: sed ad alterã quæstionẽ veniamus.

S V M M A.

1 Cæremoniæ, quæ adhibentur ad absolutionem excommunicationis, à sacerdote fieri debent.

I.

§. Altera quæstio est, cæremoniæ, quæ adhibentur, vbi maiori excõicatione irretitus absoluitur, à quo adhibeantur. † Quã quæstionẽ vt paucis absoluamus, concludendũ est ad sacerdotẽ tantùm pertinere, & à sacerdote adhiberi tantùm posse, vt dixit Archiep. Flor. in tract. de excom. cap. de absolutione, vers. Absolutio autẽ ab excõicatione, vbi & quendã aliũ idẽ sentientẽ refert; idẽ sensit Caiet. in sum. in verb. Excõicationis absolutio. Quorũ sententiã vti verissimã ego quoq; sequor; tum ꝙ preces pro peccatis excõicati ad Deũ tunc funduntur, vt proximè vidimus, ex officio autẽ pro peccatis preces offerre sacerdotũ munus propriũ est, vt hr̃ in c. quia sacerdotes, & in c. hanc consuetudinẽ. 10. q. 1. cum simil. tum ꝙ inueterata ecclesiæ consuetudo hęc est, vt hac ratione à sacerdote excommunicatus absoluatur; ergò pro lege habenda est arg. l. minimè, & l. diuturna consuetudo cum multis seq. ff. de legib. ab hac igitur opinione non discedemus: sed iam ad tertiam quæstionem descendamus.

S V M M A.

1 Cæremoniæ, quæ adhibentur, vbi excommunicatus maiori excommunicatione absoluitur, quando licitè omittuntur.

2 Cæremonijs nõ adhibitis, tributa absolutio valet.

II.

1 §. † Tertia quæstio est, quãdo cæremoniæ licitè omittantur, quæ ad absoluendũ quẽ à maiori excõicatione adhibentur; quã quæstionẽ ętiã paucis expediemus. Primùm igitur cæremoniæ huiusmodi non adhibentur, vbi ad tp̃s quis absoluitur, vt pote vbi absolutio tribuitur, quò testimoniũ feratur, de qua absolutione egimus cap. 35. §. 5. Tab. 1. nã absolutio hæc ei, qui adhuc cõtumax est, tribuitur; at absolutio, quæ cæremonijs illis adhibitis condonatur, ei, qui in contumacia perseuerat, nõ datur arg. c. à nobis. 2. in fin. de sent excom. & c. sacris eod. Itẽ, vbi absolutio ab eo tribuit, qui sacerdos nõ est, ex quo. n. sacerdotis hoc munus propriũ est, iure ad aliũ non pertinebit; quãdo aũt hoc cõtingat, habetur in cit. §. 5. Tertiò licitè omittuntur huiusmodi cæremoniæ, vbi tp̃is angustia id nõ patitur, vt pote q̃a excõicatus iã moriturus est, tũc. n. simpliciter sic absolui poterit Absoluo te à vinculo excõicationis maioris; etenim necessitate vrgente à iuris regulis discedimus arg. c. qđ nõ est licitũ de reg. iur. & l. impossibiliũ. ff. eod. atq; sic dixit Nauar. in c. 1. in prin. n. 56. de pœn. d. 6. & in Man. c. 26. n. 6. Quartò, vbi iniuria excõicatus quis est; nã nec hic solẽnis illa forma adhibebit, sed statim sine aliqua difficultate absolui debet, vt dr̃ in c. venerabilibus. §. sanè, si certũ est, vers. Si verò cõstat de sen. excõ. lib. 6. etenim, ex quo iniuria excõicatus est, cõtumaciæ veniã ei p̃cari nõ possumus. Quintò, vbi excõicatio lata est nõ ritè, & nõ seruata forma c. sacro de sent. excom. & c. 1. eod. lib. 6. nã & hic sine difficultate absolui debet ob cir. c. sacro. Sextò, vbi ad cautelã absolutio petit, vt dixit Nauar. in Man. c. 26. n. 9. etenim absolutio hæc tũc tribuitur, vbi, excõicatus quis sit nec ne, pro certo non hr̃, vt
2 tradidimus c. 20. §. 1. Tab. 1. † Septimò, si huiusmodi cæremoniæ omittant, vbi adhiberi debẽt, absolutio tñ valet; quandoquidẽ vim absolutionis nõ attingũt, & pro necessaria forma ab ecclesia præscriptæ nõ sunt, atq; sic dixit Gloss. vltima in c. cùm desideres de sent. excom. quã cõiter receptã esse testat Couar. in c. alma, pars. 1. §. 11. n. 7. vers. Sed & rõ de sent. excõ. lib. 6. idẽ dixit Syl. in verb. Absolutio. 3. n. 2. & Caiet. in verb. Absolutio ab excõicatione, vers. Quò ad tertiũ, &

Angel.in verb.Absolutio.3.n.2.& Nauar.in Man.c.26.n.9.& in c.1.in prin.n.56. de pęnit.d.6. vbi & cõiter receptũ id esse testatur. Imò,si dictũ sit,nullatenus absoluatur non seruata forma, absolutio tamen valebit, vt dixit Gloss.in Clem.vn.in verb. Nullatenus de seq.poss.& sequitur Couar.in eod.vers.Vbi & alios idem sentientes refert. Postremò,vbi excommunicationis sententia nulla omnino est;nam,si excommunicatio non adest,nec absolutio locum ibi habere potest arg.l.decem.ff.de verb.oblig.& de quæstione hac etiã satis,ad quartã quæstionẽ veniamus.

SVMMA.

1 *Caremoniæ solemnes,quæ ab episcopo adhibentur, vbi excommunicatum maiori excommunicatione quẽ solemniter absoluit, quænam sint.*

III.

§. Quarta quæstio proposita hic disputanda erat;sed,qm̃ cæremoniæ quædã aliæ adhibẽtur, vbi excõicatus ab ep̃o solẽniter absoluitur; ob eam rẽ cæremonias hasce hic priùs explicabimus,deinde quæstionẽ illã absoluemus: quæ qm̃ habẽtur in c.cùm aliquis.11.q.3.ob eam
1 rem ipsum hic collocabimus; † Cùm aliquis vel excõicatus,vel anathematizatus,pœnitẽtia ductus,veniã postulat,& emendationẽ promittit,dr̃.n.ibi,ep̃s, qui eum excõicauit,ante ianuas ecclesiæ venire debet,& duodecim presbyteri cũ eo;qui eũ hinc,& inde circũstare debẽt: &,si ille terræ prostratus veniam postulat,& de futuris cautelã spondet, tunc ep̃s apprehensa manu eius dextera in ecclesiã introducat,& cõmunioni Christianæ reddat,& septẽ psalmos pœnitentiales decãtet,& cũ istis precibus Kirie eleeison,& Pater nr̃.Saluum fac seruũ tuũ.Oratio Præsta quæsumus domine huic famulo tuo dignũ pœnitẽtiæ fructũ, vt ecclesiæ tuæ sanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccãdo,admissoru veniam cõseqnendo reddatur innoxius.Hæc ibi,ex quibus patet ab ijs,qui ep̃i non sunt,formã hãc adhiberi nõ posse.Itẽ forma hæc adhibenda nõ est,nisi vbi ab ep̃o solẽnibus cæremonijs quis excõicatus est,quæ habẽtur in c.debent.11.q.3.& ipsas nos posuimus cap.29.in hac Tab. Postremò nõ adhibẽtur, vbi in foro exteriori iudiciario quis absoluitur,vt dixit Felicianus ep̃s Scal.in Enchiridio de censuris cap.47. de excõ. vbi pluribus hãc rẽ egit ponẽdo formas varias huius absolutionis: sed iã postremã q̃stionem aggrediamur. 1

SVMMA.

1 *Absolutio semper necessaria est, quò excommunicatio maior tollatur, etiam si ad tempus lata sit.*

2 *Excommunicatus quamobrẽ præcisus dicatur.*

IIII.

1 §. † Postrema quæstio est,an excõicatio maior tp̃e,ipsoq; iure tollat̃,adeò vt absolutio necessaria oĩno non sit. Hanc quæstionẽ disputarũt DD.in c.fin.de matr.cõtract.cõtr.interdic. eccl.& in c.1.de iud.& in Clem.1.de dec.& Couar.in c.alma,pars.1.§.11.n.5.cũ multis seq.de sent.excõ.lib.6.Videbatur aũt dicendũ, vbi ad certũ tp̃s,in certumve lata est,eo tp̃e elapso excõicatum absolutũ esse.Primò, q̃a prohibitũ ad tp̃s deinceps permissum esse intelligitur nulla re alia intercedẽte arg.l.imperator,& ibi not.ff.de postul. & l.in agris.ff.de acq.rer.dom. ergo, & excõicatus vel ad certũ tp̃s,vel ad incertũ,quousq;.f.à cõtumacia discesserit, vel quousq; satisfecerit,nulla intercedẽte absolutione absolutus esse debet,statim atq; aut à cõtumacia discessit,aut satisfecit. Præterea interdictum ,& suspensio hac forma lata in huiusmodi casibus ipso iure tollunt̃,vt inquiunt Inn.& alij in c.cùm bonæ de ætat.& qual.& Abb.in c.fin.de matr.contract.contr.interdict.eccl.& Gloss.in ead.Clem.1.in verb. Donec, & ibi cõiter DD.ergo idẽ de hac excõicatione dicendũ vr̃ arg.c.q̃renti de ver.sig.Atqui contrariã opinionẽ, vt.s.excõicatio maior,vel ad certũ tp̃s,vel ad incertũ lata sit,absolutionẽ nihilominus necessariò postulet,DD. cõiter amplexati sunt,Glos.in ead.Clem.1.in verb.Donec,& ibi DD.cõiter, & Abb.in c.nõ est n.7.de spõs.& in eod.c.fin.de matr.cõtract.cõtr.interdic.eccl.& in c.1.n.6.vbi quoq; Feli.n.6. vers.Excõicatio facta de aliquo de iud. & Suarez lib.1.cõ.opin.Syntag.tit.12.de sent.excõ. vbi de cõi testat̃.nu.55.& Capel.Thol.decis.297. & ppulcra Add.ad eã,q̃ de cõi quoq; testat̃, sicut & Couar.qui tñ contrariũ sequit̃ in c.alma,pars.1.§.11.nn.5.cũ multis seq.de sent.excõ.lib.6. vbi q.hãc pluribus disputauit,& facit quoq; Rot.decis.51.de app.in nou.& Syl.in verb.Interdictũ.3.n.13.vers.Si interdictũ sit latũ ad t p̃s,& Tab.eod.1.n.2.vers. Octauò differũt,& in verb. Suspẽsio.n.11.vers.Decimò,& Iac.de Graff.c.2.n.26.lib.4.decis.cas.consc. Probatur aũt cõis snĩa hæc vna potissimũ rõne, quoniã absolutio excõicationis maioris certa forma quadã adhibita tribuit̃,vt probat̃ in c.cùm desideres, & in c.à nobis.2.in fin. de sent.excõ. quã formã nos infra posuimus,ergo iure ipso excõicatio tolli nõ põt;quãdoquidẽ ea forma nõ adhiberet̃: hæc rõ mihi nõ probat̃;nã,vt diximus hic §.2.esto,forma illa omittat̃,absolutio tamen valet; quare

Rip.

Rip.in eod.c.1.n.25.de iud.vt eius verbis vtar, super hac forma non faciendũ esse capitale ait. Quid igit̃ concludendũ?omissa diuisione quadã Paul.quã refert Zab. & Anch.in cit.Clem.1.de dec. vt quæ solidis rõnibus nõ nitatur,à cõi opinione discedendũ nõ cẽseo.Primò ob c.ꝙ in dubijs de sent.excõ. vbi licet excõicatus iuret de stando mãdato ecclesię,cõicari tamẽ ei non debere dr̃,donec per ecclesiã fuerit absolutus, & hoc ob eã rõnem,quoniã post iuſiurãdũ nõ esse absolutio necessaria,vt ait ibi Rom.Põt.ergo absolutio necessaria est. Idẽ pbat̃ in c.cùm desideres eod.etenim,vel excõicatus à cõtumacia discesserit etiã per satisfactionem,tamẽ adhuc absolutio necessaria est.Idẽ probat̃ in cit.Clem.1.de dec.iũct.Gloss.Hinc semel excõicatus,nisi absolutus pbet̃,semper excõicatus existimatur arg.c.proposuit,& ibi not.de cler.excõ. min. & c.sicut nobis de sent.excõ.Postremò cõem hãc sñiam ego sic probo,in ecclesiæ cõionem sine ministri ecclesiæ opera nemo recipitur arg.c.debirũ de baptismo; ergo nec ab ea exclusus sine eiusdẽ ecclesiæ ministri ope in eãdẽ ecclesiæ cõionẽ iterũ recipi debet arg. c.verbũ de pœnit,
3 d.1. † Hinc excõicatus pręcisus dr̃,quoniã,sicut ramus ab arbore præcisus iterũ inseri eidẽ arbori sine hoĩs opera non põt,ita nec excõicatus in ecclesiã introduci:q̃ rõ in interdicto,atq; in suspensione locũ nõ habet,quãdoquidẽ suspensus,atq; interdictus in ecclesia remanẽt, ac propterea argumentũ ab illis cẽsuris sumptũ ad rẽ nostram nõ pertinet, sicut nec prior rõ,cùm ob hanc rõnem, tũ ꝙ illa cessat,vbi aliũde contrariũ probat̃,vt in casu nostro;absolutio igit̃ à maiori excõicatione necessaria semp erit,vel ad tp̃s certũ,incertũve excõicatus quis sit. Quę tegula locũ habet,vel Rom.Pont.ad tp̃s quẽ excõicasset,vt pote donec satisfecerit;nã & hic absolutio necessaria nihilominus est,vt dixit Abb.in cit.c.fin.de matr.cõtract.contr.interdict.eccl.in fin.& Archid.& Domin.quos refert,ac sequit̃ Feli.in eod.c.1.n.6.vers. Secũdus casus de iud.& Iac.de Graf.eod.c.n.30.etenim,etsi Pont.Max.cõi iũre nõ subijcitur arg.c.proposuit de cõcess. præb.tamẽ,nisi contrariũ appareat,in suis actibus iure cõi vsus existimat̃ arg.Clem.fin.de sen. excõ.atq; sic inquit Domin.quẽ Felin.refert in eod.vers.Secundus casus,& Abb.in cit.c.fin.de matr.contract.cõtr.interd.eccl.Excipitur tamẽ,vt ex dictis patet,vbi Rom.Pont.post illud tp̃s sic excõicatum absolutũ esse se velle declarasset;qđ tamen in inferioribus locũ non habebit. Postremò,vbi legẽ,in cuius excõicationẽ quis incidit,pro infecta idẽ Rom.Pont.haberi vellet; nã nec in hoc casu absolutio postulabit̃,vt sensit Gloss.in Clem.1.in verb. Pro infectis de immun. eccl.& Felin.in eod.c.1.n.6.vers.Limita hoc de iud.& Iac.de Graff.eod. & vt nos probauimus c.10.§.fi.Tab.1.sed iam de causis hactenus,ad accidentia ipsarum veniamus.

De accidentibus,quæ à fine maioris excommunicationis emanant. Cap. XXXII.

SVMMA.

1 *Necessaria excommunicationis maioris institutio omnino non fuit.*

2 *Intentio,seu propositum instituentis excommunicationem quodnam fuerit.*

DE accidentibus,q̃ ab efficiente causa humana emanãt,quatenus ad rẽ hãc pertinet,generatim egimus in Tab.1.de reliquis,ac primo de his,q̃ à fine proficiscunt̃,nunc agamus.
1 Hęc aũt sunt † primùm necessitas institutionis,an.s.necessariò maior excõicatio
2 instituta sit;quã necessariò institutã non esse probauimus c.25.ead.Tab.1. † Deinde propositũ, seu intẽtio eã instituentis quodnã fuerit,qđ(vt cõe omittamus,illud.n.posuimus eod.c.25.)fuit priuatio cõionis sacramẽtorũ,& Christi fideliũ; hoc.n.proximũ, ac primũ intẽditur,dũ quispiã excõicat̃, vt ipse cõione sacramentorũ, & Christi fideliũ priuet̃ arg.c.pen.de sent.excõ.& c.En geltrudã.3.q.4.ex qua re priuatio hæc excõicatio noĩata est.Hinc Gloss.in c.pastoralis. §.verũ in verb.Cũ executionẽ,ibi Verus effectus de app.finẽ excõicatoris eũ esse dixit, vt sit excõicatus, q̃ verba ꝓpositã proximẽ interpretationẽ accipiũt.-Quare,sicut mutuũ minimẽ cõstat,vbi de meo tuũ nõ fit arg.l.2.§.appellata.ff.si cert.pet.ita vbi horũ cõionis priuatio nõ est,ibi maior excommunicatio esse non potest: sed de his hactenus, ad accidentia ipsorum veniamus.

De accidentibus,quæ à forma maioris excommunicationis emanant. Cap. XXXIII.

SVMMA.

1 *Imago quædam excommunicationis fuit apud gentes,& apud Hebræos.*

2 *Tempus, quò maior excommunicatio instituta est,quodnam fuerit.*

3 *Paulus Apostolus excommunicationem maiorem in quosdam tulit.*

DE accidentibus,q̃ à materia excõicationis effluunt,ac propterea,& de diuisione ipsius agendũ hìc esset : sed,qm̃ vna excõicationis maioris species est, atq; idcirco hìc diuisio locũ nõ habet,ob eã rem accidẽtia,quę à forma emanãt,hìc pertractabimus.Hæc aũt sunt.Tp̃s institutionis.i.qñ excõicatio instituta est . Modus,qui tũ ad ipsam ferendã,tum ad eã latã tollendã adhibetur.Ordo,qui seruatur ad eã ferendã.Locus,ac Tp̃s,vbi ferri, tolliq; potest.Ac demũ Nomẽ, quo noiatur. Verùm,q̃ & hæc generatim egimus c.fi.Tab.1.ob eam rẽ duo hìc tãtùm contẽplabimur. Primùm institutionis tp̃s. Postremò nomẽ,quo noiatur.
1 † Quò ad institutionis tp̃s igitur,omisſis,q̃ dixit Andr.Tiraq.de vtr.retract.part.1.Gloss.9.§.1.
2 n.272.cũ seq. & Quintil. Mandos.in prax.cõmiss.cõmiss.2.in verb. Ecclesiasticis, † vbi & apud gẽtes à vera religione remotas imaginẽ quandã excõicationis fuisse dicunt,apud Plat.de legib. lib.9.prop.fin.& apud Cæsarẽ lib.6.de bello Gall.qm̃ ad rem nostrã non pertinent; omisso etiã eius figurã quãdã,& imaginẽ apud Hebræos extitisse in leprosis,qui extra castra excludebãtur; item in ijs,qui extra sinagogã fiebant, vt hr̃ apud Ioan.c.9.& vt dixit Sot.d.22.q.1.art.1.vers. Ad hæc & in antiquã lege lib.4.nã huius generis excõicationes illæ non erant,vt Sot.ibidẽ sensit;omisſis,inquã,his oibus, Tiraqu.eod.tã de snia Theologorũ,q̃ iuris põtificij interpretũ à S. Paulo excõicationem inuentã esse air: quẽ improbat Mandos.eod.qñquidem ante Paulũ vsitatam fuisse ait,vt hr̃ apud Iosue c.16.dũ ibi dr̃ Vociferamini, tradidit.n.nobis dñs ciuitatẽ,sitq; ciuitas hæc Anathema:hæc improbatio Mandos.etsi vera est à S.Paulo inuentã nõ esse(id.n.nullo iure probatur,quãuis quosdã excõicauerit) ratio tñ eius mihi non probatur; qñquidem ante Christũ excõicationem huiusmodi speciei fuisse sentit,quod à veritate alienũ est, nam Christus dñs hanc potestatẽ ecclesiæ tradidit,vt dr̃ in c.nemo contẽnat.11.q.3.Nemo contemnat ecclesiastica vincula,vt ibi dr̃;non.n.homo est,qui ligat,sed Christus, qui hãc potestatẽ dedit,& dños fecit hoĩes tanti honoris;ergò ante euangelicã legẽ excõicationis species hæc non erat,Nec repugnat autoritas illa ob verbũ illud Anathema;qñquidem illud verbũ execrabile,& detestabile quoddã ibi significat, & maledictũ, vt declarauit Ioan.à Capistrano in tract.de autorit.Pap. pars.3.2.part.princ.vers. Octauò,quia B.Gregorius,ibi & subdit hoc verbũ. Ego igitur in hac re sic distinguendũ censerẽ. Aut quærimus, qñ potestas hæc Christus dñs Ecclesiæ dederit. Aut quærimus,quo tp̃e,& quamobrẽ iusserit,vt feratur. Aut quærimus, vbi primùm Ecclesia pœnã hanc inusit.Quò ad primum egimus illud c.2.Tab.1.Alterũ habetur in euangelio apud Matth. cap.18.ibi Si Ecclesiã nõ audierit,sit tibi sicut ethnicus,& publicanus, vt dixit Rom. Pont.in c. notandũ.24.q.3.ibi.n.qua rõne cõtumaces coercendi essent, instituit,ac declarauit, vt diuinarum rerũ scriptores contra hæreticos declarant,& sentiunt, & Martinus Alf.de Viualdo in suo candelabro de excõ.maior.nu.19.& Adr.de clauib.arti.3.in prin.ibi præterea secundò,vbi ait DD.excõicationis fundamentũ inde trahere lib.4.Quò ad tertiũ pro certo nescitur, vbi Eccle-
3 sia excõicationem hanc primò intulerit,† quãuis Ecclesiã eam intulisse Pauli autoritas nos doceat,qui quosdam excõicauit,vt hr̃ ad Corinth.1.cap.5.& ad Timoth.1.cap.1.in fin.vbi & fornicatorem quendam, ac blasphemum excõicauit, & habetur in c.audi.11.q.3.& ipsum refert Sot.d.22.q.1.art.1.vers. Hãc autoritatem lib.4.& de quæstione hac satis,ad alterã veniamus.

S V M M A.

1 *Maior excommunicatio vario modo nominatur;nam dicitur.*
2 *Excommunicatio maior.*
3 *Anathema.*
4 *Anathema maranatha.*
5 *Medicina.*
6 *Mucro episcopi.*
7 *Mors.*
8 *Maxima omniũ pœnarũ, quas Ecclesia infert.*
9 *Pœnam aliam vtrum inurere Ecclesia poßit post excommunicationem maiorem latam; & in quam sententiam illud accipiatur. quod dicitur Ecclesiam post hanc pœnã iniustam non habere vltra,quid faciat.*

I.

1 §. † Nominatur demum pœna hæc vario modo;nam dr̃ Excõmunicatio maior, Anathema, Anathema maranatha, Medicina,Mucro episcopi,Maxima omniũ pœnarũ,quas Ecclesia
2 inferat,vt singula hæc probabimus. † Dicitur ergo primũ Excõicatio maior . Excõicatio, qm̃ extra Ecclesiæ cõionem excludit,quæ cõmunio,& sacramentorũ,& Christi fideliũ est,vt hr̃ in c. pen.de sent,excom.& in c.Engeltrudã.3.q.4.Maior autẽ dr̃ respectu habito ad minorẽ, quæ ab aliqua tantùm cõione nos priuat,vt suo loco videbimus. Secundo loco dr̃ Anathema, vt habetur in cit.c.Engeltrudam,& d.30.An igitur anathema idem,quod maior excõicatio, est?quò rẽ hanc dilucidiùs explicemus,de vocabulo hoc contemplanda hæc nobis sunt. Primùm,quæ vox

hæc

hæc sit. Deinde, vnde dicta, & quid significet. Tertiò, quare maiorem excõicationem significet. Postremò, an differat à maiori excõicatione. Quò ad primũ igitur nõ nulli dixerunt, vt Alciat. in c. cùm non ab homine. n. 106. de ind. hæbream vocẽ esse, quod & sensisse videtur S. Hierony. in epist. 1. ad Galat. illis verbis Anathema propriè iudæorum est. Alij, vt S. August. c. 41. super lib. Num. & S. Thom. cap. 9. ad Rom. & cap. 1. ad Galat. græcam vocem esse dixerunt Nauar. in cõment. de dat. & promiss. not. 5. n. 10. hos interse sic cõciliare nitebatur. Primũ dicendo græcã, & hæbreã vocẽ esse posse; vel quod altera lingua ab altera eam susceperit; vel quod autoribus vocum placuerit, vt apud oẽs idem significaret. Postremò addendo, qui græcã vocem esse inquiunt, nõ negare, quin & hæbrea sit. Hæ rõnes mihi non satisfaciunt; non posterior, quia, ex quo alter græcam dicit, hæbream esse negare censetur arg. c. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. non prior; nam, si altera lingua ab altera eam sumpsit, eius est origine, à qua sumpta est. Ego igitur græcam vocem esse sentio; est enim cõposita ab ἀνα, quod est supra, & θέσις, quod est positio; vox igitur quin græca sit, negari non potest, quicquid dixerit Nauar. nam & hoc senserunt S. August. & S. Athanasius, & Couar. qui ipsos refert in c. fin. pars. 1. §. 8. n. 6. vers. Huius dictionis, vbi pluribus rẽ hãc egit de sent. excom. lib. 6. Ac sanè, vbi apud hębreos vsitatam hanc vocẽ legimus? Postremò partes ipsius grecę voces sunt; ergò & ipsa vox ex ipsis cõposita. Nec repugnat, quod dixit S. Hierony. Anathema ppropriè iudæorũ esse; nam non de nomine illud dictum intelligitur, sed de re, quæ per eam vocẽ significatur; apud ipsos. n. præsertim anathema vsitatũ fuit, hinc in lib. Num. c. 21. dicitur Vocauit nomen illius horma, idest anathema, & Iosue c. 6. de Hierico Sitq; ciuitas hæc anathema, & de hoc primo satis. Quò ad secundã quęstionem autem, & tertiam, vnde. s. dictum sit, & quid significet, quod S. Thom. pulcherrimè id declarauit in cap. 1. ad Galat. ob eam rem eius verba huc inserẽda censuimus, quę sunt hæc. Anathema componitur ab ana, quod est sursum, & thesis, positio, quasi sursum positio. Et est ortum ex quadam antiqua consuetudine; antiqui. n. quando pugnabant, & capiebant aliquam prædã ab hostibus, quam nolebant conuertere in vsum proprium, suspendebant illam in tẽplis, vel aliquo publico loco ciuitatis, quasi separatam à cõi hominũ vsu, & omne tale sic suspensum nominabant græci anathema. Et ex hoc inoleuit cõsuetudo, quòd omne illud, quod excludebatur ab vsu cõi, diceretur anathematizatũ; vnde dr Iosue 6. de Hierico oĩbus, quæ in ea sunt, quod Iosue mox anathematizauit. Et ideo etiã hoc in ecclesia inoleuit, vt illi, qui excludũtur à cõi societate ecclesiæ, & à participatione sacramentorum ecclesiæ, dicantur anathematizati. Hæc S. Thom. ex quibus quatuor habemus. Primùm vocabulũ hoc, ex quibus cõponatur, & vnde ductũ sit. Deinde quid significet. Tertiò græcã vocẽ esse. Quarto, qui excluduntur à cõi societate ecclesiæ, & à participatione sacramentorũ, anathematizatos dici; nã, sicut non licebat donaria illa tangere propter honorẽ Dei, quia dijs dicata erant; ita è cõtrario non licet nobis excõicato excõicare, ex quo ab ecclesia separatus est. Significat etiã anathema hominẽ illũ, cuius caput erat sacratũ, & inferorũ dijs dicatũ, vt dixit Budeus in comment. linguæ latinæ, quẽ & refert Martinus Alphonsus de Vinaldo in candelabro de excom. maior. nu. 18. Qua rõne excõicatus itidẽ anathema dici potest, quia excõicatus Satanæ traditur, vt supra vidimus. Postremò significat etiã idẽ, quod detestatio, seu execratio, maledictiovè, vt ex dictis S. Tho. colligitur, & vt dixit Ricar. de Med. Villa. d. 18. art. 5. q. 8. in resp. ad 1. arg. ergò & hac rõne excõicatus dici potest; nã execrabile, & maledictũ quoddã est, ac propterea vitare ipsum debemus; ac de tertia quęstione itidẽ satis. Quò ad quartam quæstionẽ autem, an maiorẽ excõicationem significet, breuiter concludendũ est eã significare. Primò, quia excõicati à cõmunione ecclesiæ, & sacramentorũ excluduntur, vt probatur in c. pen. de sent. excom. at ab his exclusi anathematizati dicuntur, vt inquit S. Thom. in citato loco; ergo & anathema maiorẽ excõicationẽ significat. Postremò, qui anathemate feritur, à Christi corpore, quod est ecclesia, separatur, vt dr in c. Engeltrudam. 3. q. 4. & probatur in c. certum. 24. q. 3. at hoc efficit maior excõicatio, vt habetur in c. qui merito, & in c. oĩs Christianus, & in c. seq. 11. q. 3. ergo excõicatio maior idem significat, quod anathema, & idẽ etiã operatur. Quò ad postremã demùm quęstionẽ, an anathema à maiori excõicatione differat. Nõ nulli rõne hac differre existimarunt, quia excõicatio maior fertur non adhibitis cæremonijs, quæ habentur in c. debent. 11. q. 3. & quas nos retulimus c. 29. in hac Tab. anathema verò illis adhibitis fertur, vt sensit Gloss. in c. Apostolicæ in verb. Anathematis, & ibi Io. Mon. de re iud. lib. 6. & Abb. in c. cùm non ab homine. n. 13. & Dec. n. 16. de ind. & idẽ Abb. in c. cùm cõtingat. n. 11. de for. compet. & in c. cùm ab ecclesiarũ. n. 5. & Add. ad eũ de off. ord. & Dec. in c. cùm in cũctis. §. inferiora n. 6. de elect. cõisq; sententia hæc est, quã nouissimè secutus est Martinus Alphons. de Viualdo in suo

in suo candelabro de excom.q.15. Contrariam tñ sententiam, vt hac ratione non differant, am-
plexatus est Nauar.eod.vers. Addo septimò; tùm q id iure non probatur; tum q anathema in
sexcentis locis à Trid.Syn.latum est,& tñ cæremoniæ illæ adhibitæ non sunt;& sępius hodie per
extrauag.anathema fertur, cæremonijs illis non adhibitis. Postremò id probatur in c.debent,
vbi differentiam hanc tollit;nam,dum cæremoniæ illę recensentur,sic dr̄ Debent duodecim sa-
cerdotes episcopũ circunstare;& lucernas ardentes in manibus tenere,quas in conclusione ana-
thematis,vel excõicationis proijcere debent in terram,& conculcare pedibus. Ecce hic non di-
stinguitur,an anathema,vel excõicatio feratur his adhibendis cæremonijs; ergò nec nos distin-
guere debemus:ac re vera,si canonẽ hunc paulò diligentius considerassent, in dictum errorem
non incidissent; qñquidem, vel cæremoniæ illæ adhibeantur,non minùs excõicatio, quàm ana-
thema dici potest;ac propterea dixit Quas in cõclusione anathematis,vel excõicationis. Idem
probatur. 14.q.3.in c.si habes,& in c.certũ ead.q.& sequitur Felicianus in Enchiridio de censu-
ris c.8.de excom ratione igitur hac inter se nõ differunt. Atqui an ab excõicatione simpliciter
differt? Sanè concludendũ est differre,sicut species à genere; nam excõicatio genus est arg.eius
iunct.Glos.in verb. Speciẽ de except.lib.6.ac propterea dr̄ de anathemate maiori excõicatio-
4 ne,vti genus de sua specie. † Dicitur etiã anathema maranatha,vt hr̄ in c.Guilisarius. 23.q.4.&
in §.sed qui pro persecutoribus. 24.q.3.& perinde est,atq; si dicatur excõicatio vsq; ad aduen-
tum dñi;nam verbũ illud Maranatha hoc significat,vt inquit S. Hierony.quem Felin.refert in c.
Rodulphus in vers. Vltimò,nu.58.de rescript.vbi magis syriacum, q̃ hæbreũ vocabulũ esse ait.
Hanc interpretationem sequitur Gloss.in cit.c.Guilisarius, & cõis interpretatio hæc est;quãuis
non nulli contrariũ senserint; & existiment verbũ hoc significare destructionẽ bonorũ suorum,
vt Felin.refert ibid.In quamcunq; tñ sententiã interpretemur,ad rem nostrã facit; qui n.se ex-
cõicari permittit,sine dubitatione bonorũ suorũ destructor est, ex quò tot bonis se priuat,vt vi-
dimus;&, si à contumacia non discesserit,vsq; ad aduentũ dñi excõicatus erit,à quo & iudicabi-
5 tur. † Quartò dr̄ etiã medicina,vt hr̄ in c.1.de except.lib.6.& in c.1.de sent.excom.& in c.mul-
ti.2.q.1.& in c.notandũ.24.q.3. etenim nõ,vt quis in primis puniatur, excõicatio fertur,sed vt
corrigatur,& à contumacia discedatur,vt dr̄ in cit.c.notandum,quãuis contrariũ contingat ob
excõicati pertinaciã,vt probauimus c.14.Tab.1.respectu habito ad finem igitur medicina est,
atq; hoc pluribus cõtra impiũ Lutherũ probauit Couar.in c.alma,pars.1.in initio. n 9.de sent.
6 excom.lib.6. † Quintò mucro epi etiã nominatur,vt hr̄ in c.qm̃ in plerisq; de off.ord.& in c.vi-
sis in fin.16.q.2.& vt not.Gloss.in c.corripiantur.24.q.3.& Abb.in c.si quis de reb.eccles.non
alien.& Sot.d.22.q.1.art.1.vers.Eadẽ veritas lib.4.Et probatur id etiã rõne,qm̃ censuras ferre
iurisdictionis episcopalis est,vt sensit Gloss.cõiter recepta in c.trãsmissam de elect. & probatur
per c.eps,& c.si eps,& c.nemo episcoporũ.11.q.3.ob hanc rẽ igitur epi mucro dr̄;ac propterea
7 eo contumaces in officio continet, & ecclesiasticã disciplinã tuetur. † Sextò mors etiã appel-
latur,vt declarauit Rom.Pont.in c.per venerabilẽ prop.fin.vers.Cujus sententiã,qui filij sint le-
gitimi,& vt dixit Abb.in c.2.n.4.de maior.& obed.& in c.1.n.4.de furt.& facit c.nemo episco-
porũ.11.q.3.etenim ob cõtumaciam,vbi quis ecclesiã non audit,à iudicibus ecclesiæ fertur,vt
vidimus:& qm̃ antiquitus,qui sacerdotibus non obtẽperassent,morte afficiebãtur,vt probatur
in c.2.de maior.& obed.& vt dixit Cypr.quẽ sequit Sot.d.ead.q.1.art.1.vers.Eadẽ veritas,in
cuius mortis locũ post euangelicã legẽ excõicatio maior suffecta est, ob eã rem mors est appel-
lata; In veteri quidẽ lege hr̄,vt dr̄ in c.absit.11.q.3.quicũq; sacerdotibus non obtẽperasset, aut
extra castra positus lapidabatur à populo,aut gladio ceruice subiecta contẽptum expiabat cruo-
re;nunc vero inobediẽs spirituali animaduersione truncatur;eiectus aũt de ecclesia rapido ore
dęmonũ discerpitur.Hęc ibi Antherus Papa;idẽ inquit Cypr.quẽ refert Sot.eod.vbi & hoc ipse
pulcherrimè declarauit;ob hãc igitur rẽ mors nominata est:idq; iure meritò;nã,vt mortuus vi-
tæ huius fructibus caret,ita excõicatus spiritualis vitę fructus nõ percipit. In Pontificio iure igi-
tur,vbi pęnæ mortis mentio fit,pro maiori excõicatione accipiemus ob cit.c.per venerabilẽ,&
vt dixit Abb.in eod.c.2.de maior.& obed.& in c.1.de furt.nõ n.ecclesia corporis mortẽ infert,
8 vt idẽ Abb.ibidẽ sensit,& Sot.eod. † Postremò maxima pœnarum,& oĩbus alijs maior dr̄,quas
Ecclesia infert,vt hr̄ in c.corripiantur,& ibi not.Gloss.24.q.3.Et probatur in c.cùm nõ ab hoĩe,
de iud.nã, posteaquam ecclesia quẽ maiori excõicatione irretiuit, per secularẽ potestatẽ hunc
coercendũ inquit ; qm̃ ecclesia non habet,vltra quid faciat ; hæc ibi,ergo hæc maior oĩbus alijs
pęnis est;nã,si maiorẽ hac pęnã haberet, adhuc aliquid ageret,atq; sic dixit Viuius in Sylua op.
com.opin.263.n.5.& Petrus Domin.Magdalenus Capiferreus in tract. de numero testiũ testa-
menti

menti in 2.membr.2.part.c.9.num.67.maximam etiam dixit S.August.quem refert Sot.eod. vers. Et ideo S.August.quoniam, vt ipse inquit, grauius est hominem excommunicari,quàm si gladio feriatur,flammis exuratur,feris subigatur: idem sensit etiam Maiol.de irregul. cap. 21. nu.8 .lib. 3.idq; non iniuria; spiritualibus enim bonis nos priuat, quæ profanis longè antepo-
9 nenda sunt: inre igitur maxima pœna est. † Verùm in quam sententiam accipiendum est,quod dicitur in eod.c.cùm non ab homine de iud.Ecclesiam, postcaquam maiori excommunicatione quem irretiuit, non habere vltra,quid faciat? Nam hoc falsum esse videtur,quandoquidem post hanc pœnam,& alijs afficere potest.Vt pote yniuersa bona excommunicati publicare,vt in c.pro humani de homicid.lib.6.& in c.excommunicamus de hæret.in antiq.& in c.1.de te iud. lib.6. Permittere, vt ab omnibus impunè offendatur, sicut in cit.c.pro humani. De gradu suo deijcere,vt in c.nouimus de verb.sig.& in c.degradatio de pœn.lib.6. In seruitutē redigere, vt in c.ita quorundam de iud.Characterem inurere in facie,vt in c.ad audientiam de crim.fals.Ad perpetuam carcerem damnare, vt in c.quamuis de pœnit.lib.6. ergò ex his falsum reddi videtur id,quod dicitur in eod.c.cùm non ab homine. DD. communiter ibi,vt inquit Abb. contrarium fatentur,scilicet Ecclesiam vltra huiusmodi pœnam,alias etiam pœnas habere, quas inferat,sed in cit.c.cùm non ab homine,ob potentiam,rationem vè aliam inferri non potuisse: hanc rationem improbauit, ac rectè Bero.in c.si quis presbyterorum.num.8.de reb.eccl. non alien. tum quòd lex non censetur respondere de facto,sed de iure;tum quòd diuinar; addo ego Rom. Pont.consultū ibi fuisse,an clericus per laicū puniri posset in delicto repertus;& ait rñdēs ibi nō nullis pœnis afficiendū esse;&,si non resipuerit,anathematis mucrone feriēdum;ac deniq;,si in profundum malorum venerit,tūc iudici seculari tradendū esse.Ex his ergo apparet Rom.Pont. non considerare,an alijs pœnis coerceri posit,sed simpliciter laico tradendū esse. Vnde secundo loco dicunt quidam,vt refert Bero.ibid.citatum canonem locū habere, vbi Ecclesia à censuris cępisset;nā post excommunicationem maiorē nulla alia censura remanet:hoc quā improbat Bero.nec mihi probatur;nam ibi non à censuris,sed à depositione cæptum erat,quæ cēsura non est arg.c.quærenti de verb.sign.Quare postremò sic respondit Bero.ibi.nu.9. ac mea sententia rectè.s.dum ibi dicitur post anathema latum Ecclesiam non habere vltra,quid faciat,in hâc sententiam accipiendum illud esse, vt vltra non habeat ecclesia quid faciat.s.maius, atq; grauius: quam interpretationem ego etiam sequor;nam ecclesia nullam maiorem aliam pœnam habet, vt dicitur in c.corripiantur.24.q.3.ergo, ex quo eam tulit,vltra non habet maius, ac grauius, quod faciat.Ac sanè quis non videt excommunicationē propositis pœnis omnibus grauiorem esse?Illæ aut rem familiarem adimunt,aut corpus cruciant:hæc sacramentis eccl. eiusdē suffragijs potentibus,Christi fidelium cōmunione,quæ alijs longè potiora sunt,animā spoliat,ac dæmoni vorandam relinquit.Hinc.S.August.quē proximè retulimus, grauius esse ait hominē excummunicari,quàm gladio feriri,flammis exuri,feris subigi;id quod etiam sensit Vrbanus Papa,ac martyr,quem refert,& declarat Alphonsus de Castro aduersus hæreses in verb. Excommunicatio, vbi de primo eius effectu agit vers. His omnibus assentit Beatus Vrbanus lib.6.& Maiol.ibid.nu.23. Hinc etiam dicitur in c.nihil 11.q.3.Nihil sic debet formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi;si enim separatur à corpore Christi,non est membrum eius; si non est membrum eius,non vegetatur spiritu eius. Quisquis autē,inquit Apostolus,spiritū Dei non habet,hic non est eius; iure igitur ex his apparet, post pœnam hanc inustam nullam ipsa maiorem habere. Quare factum ob id est,vt excommunicatus absolutionem petens quandocunque audiatur arg. cap. ex literis de constit.ob eam rationem prohibitum quoque, ne alius pro alio hac pœna feriatur,vt hr in c.1.24.q.3.ac demū ob eandē cautum, nē in vniuersitatem promulgetur, quò minùs innocentes puniantur, vt habetur in c.Romana. §.in vniuersitatem de sent.excom.lib.6. & vt hęc omnia nos suis locis pluribus disseruimus: quamuis contrarium in alijs pœnis factitatum videamus, vt exemplis plurimis declarauit hoc Grat. 24.q.3.in pr. hac ergo illata pœna,Ecclesia nullam grauiorem pœnam habet,quam inurat, ac propterea omnibus alijs pœnis excommunicatio hæc & maior,& grauior est;ac de nomine itidem satis. Hæc habui,quę de maiori excommunicatione in medium afferrem; ad minorem excommunicationem iam transeamus.

Minoris excommunicationis cognitio habetur cognitis ipsius &

- *Causis, quarum alia dicitur.*
  - *Efficiens, cuius alia est.*
    - *Diuina, de qua generatim actum est.*
    - *Humana, cuius alia est.*
      - *Homo cap. 1. & 2.*
      - *Lex cap. 3. & 4.*
  - *Finis, seu effectus, quorū alij sunt.*
    - *Communes, quorum alij cōmunes ipsi sunt cum.*
      - *Censuris omnibus, de quibus generatim actum est.*
      - *Suspensione, & interdicto; Delictorum punitio, de quo cap. 5. §. 2.*
      - *Singulis speciebus ipsius, Priuatio vsus communionis exterioris ecclesiæ ex parte, de quo eod. §. 2.*
    - *Proprij, quorū alij sunt.*
      - *Per se, quorū alius est.*
        - *Primæ speciei, Priuatio communionis sacramētorum cap. 6. §. 1.*
        - *Secūdæ speciei, Priuatio cōmunionis aliquorū Christi fidelium cap. 7.*
      - *Per accidens, Peccat celebrando irretitus prima specie minoris excommunicationis. cap. 8.*
  - *Materia, cuius alia est.*
    - *Genus, quod est Excommunicatio cap. 9.*
    - *Circa quam Homo, de quo generatim actum est.*
  - *Forma, cuius alia est excommunicationis.*
    - *Ferendæ, cuius alia est.*
      - *Necessaria. Primæ speciei hæc Remoueo te à communione sacramentorum. Secundæ speciei Prohibeo tibi communionē borū, illorū vè Christi fideliū cap. 10.*
      - *Non necessaria, Vacat.*
    - *Tollendæ, cuius alia est.*
      - *Necessaria. Primæ speciei Restituo te communioni sacramentorum. Secundæ speciei Restituō te communioni Christi fidelium, quorum communione priuatus es. cap. 11.*
      - *Non necessaria. cap. 12.*
- *Accidentibus, quæ ab ipsis causis emanant, atque aut.*
  - *Ab efficiente. / A fine.* — *De quibus generatim actum est.*
  - *A materia Diuisio in species, quæ duæ proximè sunt, quarum altera à communione sacramentorum, altera à communione aliquorum Christi fidelium, remouet. cap. 6.*
  - *A forma Nomen cap. 12. de alijs generatim actum est.*

BARTHOLOMÆI VGOLINI EX MONTE SCVTVLO IVRISCONS. AC BARBIANI ARCHIPRESBYTERI.

De excommunicatione minori. Tab. III.

De homine efficiente causa minoris excommunicationis, idest de eo, qui excommunicationem minorem ferre potest; & de ijs, quæ ad eam ferendam necessariò inesse debent; quæq; ipsi cum alijs censuris communia sunt. Cap. I.

SVMMA.

1 *Minorem excommunicationem ferre potest, qui potest maiorem.*

2 *Minor excommunicatio ab homine ferri potest.*



Hactenus de maiori excommunicatione egimus; iam de minori excōmunicatione agamus: &, quoniam ab ordine, quo hucusq; vsi sumus, nec hic discedere volumus; ideo primùm quisnam excommunicationem hanc ferat, idest quæ ipsius causa efficiens sit; ac, quæ inesse necessariò ei 1 debeant, & deinceps reliquas eiusdem causas contemplemur. † Efficiens causa minoris excommunicationis igitur, (omissa diuina) eadem, quæ & maioris excommunicationis est, Homo scilicet, & lex; sed de lege paulò post, hic de homine agamus. † Homo ergo & minorem excommunica-2 tionem ferre potest, vt sentiunt Gloss. in c. si inimicus. 11. q. 3. & Goff. in summ. de sent. excom. num. 2. vers. Et est sciendum, & de clerico excommunicato ministrãte. nu. 1. vers. Quandoq; ab homine, & Abb. in rub. de sent. excom. num. 3. vers. Quædam est minor, & in c. illa quotidiana. nu. 8. de elect. & in c. si diligenti. nu. 22. & ibi quoq; Felin. in fin. de for. compet. & in c. fin. nu. 4. vers. Idem esset, si iudex de elec. excom. min. & Add. ad Abb. in c. pen. nu. 1. in litera A. de sent. excom. & Archiepisc. Flor. in tract. de excom. cap. incip. Iuxta prædictas causas prop. fin. vers. Excommunicatio autem minor, & Zab. in c. fin. nu. 4. vers. Quæro circa principium de cler. excom. & Host. in sum. num. 5. vers. Nedum autem ius, in fine de sent. excom. & num. 2. vers. Quot sunt species, & Iacob. de Graff. cap. 10. nu. 4. lib. 4. decis. cas. consc. & Ricard. dist. 18. art. 7. q. 4. lib. 4. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. nu. 507. vers. Talis enim excommunicatio de sent. excom. & in c. nulli. num. 82. eod. & Syl. in verb. Excommunicatio. 4. nu. 2. vers. Decimò, & Tab. eod. 2. nu. 7. vers. Notandum, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 25. communis deniq; DD. sententia hæc est. Neq; iniuria, etenim pœna hæc ad præsentem ecclesiam pertinet; item maior excommunicatio ab homine fertur; ergo, & minor ferri posse debet arg. c. cui licet de reg. iur. lib. 6. & l. nõ debet. ff. eod. & facit c. pen. de sent. excom. Homo igitur minorem excommunicationem ferre potest: sed iam de ijs agamus, quę inesse ipsi ad excōicationem hanc ferendã debẽt, de quibus in seq. §.

SVMMA.

1 *Iurisdictio postulatur ad minorem excommunicationem ferendam.*

2 *Parochus simplex an minorem excommunicationem ferre possit.*

I.

§ Proposuimus nobis proximè tractandum de ijs, quæ necessariò inesse ei debent, qui minorem excõmunicationem laturus est: sed, quoniam tam de necessarijs huiusmodi, quàm non necessarijs egimus cap. 2. cum multis seq. Tab. 1. vel ab homine, vel à collegio censura fe-

 ratur;

a ratur;ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc sumemus. † Vnum tamen hic asserimus, & ad minorem excommunicationem ferendam iurisdictionem ecclesiasticam fori contentiosi postulari; sic enim sensit Archiep. Flor. in tract. de excom. cap. incip. iuxta prædictos casus, vbi ab episcopo, & à quouis inferiori ecclesiastico iudice minorem excommunicationem ferri posse ait, & Syl. in verb. Excommunicatio. 4. num. 2. vers. Decimò, & Abb. in c. illa quotidiana. num. 8. de elect. & in rub. de sent. excom. nu. 3. & Caiet. in summ. in verb. Excommunicatio minor, quæ inducat incommoda, & Franc. à Vict. in summ. de excom. Probatur autem & id ratione, quia excommunicatio ab eo tantùm fertur, qui huiusmodi fori iurisdictionem habet, vt sensit Gloss. communiter recepta in c. transmissam de elect. & vt nos probauimus cap. 2. §. fori contentiosi Tab. 1. at excommunicatio minor est excommunicatio arg. c. pen. de sent. excom. & c. 1. iunct. Gloss. in verb. Speciem de except. lib. 6. ergò ab eo tantùm ferri potest, qui iurisdictionem hac habet. Postremò excommunicatio minor maioris excommunicationis pars quodammodò est (nam excommunicatio maior omni ecclesiæ communione exteriori priuat; minor autem aliqua tātùm communione, vt probatur in cit. c. pen. de sent. excom. & in c. Engeltrudam. 3. q. 4.) at excommunicatio maior ab eo tantùm fertur, qui huiusmodi iurisdictionem habet, vt proximè probauimus, ergò & hac quoq; ratione minor excommunicatio; valet enim argumentum à toto ad partem arg. l. quæ de tota. ff. de rei vind. & §. nihil autem interest in Instit. de fideicommiss. hæredit. † Atqui, an simplex parochus minorem excommunicationem ferre potest? Gloss. in c. si inimicus. 11. q. 3. id posse sensit; hanc opinionem non nullos alios sequi dixit Felin. in c. si diligenti in fin. de for. compet. Probatur autem opinio hæc primò, quia proprius parochus, ne subditus eucharistiam sumat, prohibere potest arg. cap. in actione de pœnit. d. 1. & cap. omnis extra eod. ergò minorem excommunicationem ferre potest; nam minor excommunicatio id operatur arg. §. euidenter vers. Vel sententia ecclesiastica. 11. q. 3. hęc ratio mihi non probatur; nam non ibi parochum sic excommunicasse dicitur; sed solùm, vbi quis graue delictum committit, quamobrē ab eucharistia se abstinere debeat, nō sua autoritate, sed antistitis sui hoc facere debere ibi docetur; non ergo de hac ferenda excommunicatione ibi agitur: alioqnin sacerdos, qui cuipiam permittit, vt paschatis tempore eucharistiæ sumptionem differat secundum cit. c. omnis, excommunicare diceretur, quod absurdum est; non enim hoc esset licentiam dare, vt susceptio illa differatur, sed punire; illis igitur iuribus opinio hæc non probatur. Postremò pro hac opinione ratio hæc reddi potest, parochus à minori excommunicatione absoluere potest, vt habetur in c. nuper de sent. excom. ergò & ipsam ferre posse debet; qui enim excommunicare, hic & absoluere potest, & è contrario arg. c. verbum de pœnit. dist. 1. & c. inferior, & ibi Gloss. dist. 21. & c. pen. iunct. Gloss. de maior. & obed. ad hanc rationem etiam respondetur totum contrarium ibi probari; nam ob eam rem à minori excommunicatione iuris parochus absoluit, quoniam iuris lator, nisi speciatim eius absolutionem sibi reseruat, cōcessisse facultatem hanc ei existimatur, vt ibi dicitur, & ita ex delegatione absoluit; ergo suo iure absoluere non potest; ergò nec excommunicare, ex quo, vt dictum est, qui absoluere non potest, hic nec excommunicare: hisce igitur rationibus opinio hæc non probatur. Quare contrariam sententiam, vt proprius parochus minorem excommunicationem non ferat, amplexandam esse censeo, quam hac potissimum ratione probo. Quoniam simplex parochus fori cōtentiosi iurisdictionem non habet, vt tradidit Abb. in c. 2. nu. 10. de off. ord. & in c. cùm ab ecclesiarum. nu. 1. eod. quo cum DD. ibi communiter transeunt; at excommunicatio minor ab eo tātùm fertur, qui iurisdictionem fori contentiosi habet, vt hic in initio probauimus, ergo minorem excommunicationem simplex parochus ferre non potest. Præterea parochus maiorem excommunicationem ferre nō potest, vt disputauimus cap. 2. §. fori contentiosi Tab. 1. ergo nec minorem; non enim minor potestas ad hanc ferendam requiritur, quàm ad illam. Hanc opinionem igitur, vti verissimam, ego etiam amplector; quandoquidē consuetudo optima legum interpres eam sequitur, nullus enim parochus ius hoc sibi sumit; ac propterea ab hac cōsuetudine discedendum nō est arg. l. diuturna cum multis seq. ff. de ll. in hac igitur quæstione sic concludendum censerem, quicquid dixerint citati à Felin. Excipio tamen, vbi ex delegatione id mandatum ipsi est; tunc enim sine dubitatione id poterit arg. cit. c. nuper de sent. excom. sed de eo, qui absoluere ab hac excommunicatione potest, iam agamus.

De homine efficiente causa absolutionis minoris excommunicationis ab homine latae, id est de eo, qui absoluere potest à minori excommunicatione; & de ijs, quae ad ipsam absolutionem tribuendam necessariò inesse ei debent, communiaq; ipsi cum reliquis censuris sunt. Cap. II.

SVMMA.

1 *Absoluere ab excommunicatione minori ab homine lata is potest, qui à maiore absoluit.*

2 *Parochus an absoluere à minori excommunicatione ab homine lata possit.*

3 *Absoluendi facultatem ab excommunicatione cur legislator concessisse existimatur, vbi absolutionem sibi non reseruauit, non autem iudex.*



1 † ABSOLVERE autem ab excomunicatione minori ab homine lata is potest, qui à maiori absoluit, vt sentiunt Host. in summ. nu. 14. vers. Et qualiter hęc absolutio de sent. excom. & Gabriel Biel dist. 18. q. 2. arr. 3. dub. 6. lib. 4. qui & superiorem excommunicantis absoluere posse inquiunt: sed, quoniam de hac materia egimus abunde in cap. 4. cum seq. Tab. 1. ob eam rem duo hic tantùm contemplabimur. Primùm, an simplex parochus absolutionem hãc tribuere possit. Postremò, cur legislator, vbi absolutionem censurae sibi non reseruauit, alijs concessisse existimetur, vt dixit Rom. 2 Pont in c. nuper de sent. excom. secus autem de iudice. † Quo ad primam quaestionem igitur videbatur dicendum simplicem parochum à minori hac excommunicatione absoluere posse. Et hoc ob cit. c. nuper, vbi, si quis in minorem excommunicationem incidit, propterea quod excommunicato maiori excommunicatione communicauit, à proprio sacerdote absolui posse dicitur; ergo simplex parochus à minori excommunicatione absoluere potest. Postremò communis DD. sententia haec esse videtur, & communis consuetudo, quae passim obseruatur. Atqui contrariam sententiam amplexari debemus, scilicet simplicem parochum ab hac excommunicatione absoluere non posse. Et hoc ob eam rationem, quòd excommunicatio ab homine lata ab eo tantùm tolli potest, qui ipsam tulit; vel ab alijs, quos antea recensuimus, & posuimus in eod. cap. 4. Tab. 1. in quorum numero simplex parochus non est; ergò hic absoluere non potest arg. c. non ne de praesumpt. & l. cùm praetor. ff. de iud. Nec repugnant rationes contrariae, & primum cit. c. nuper, nam ibi de minori excomunicatione iuris agitur, cuius absolutionem, ex quo legislator sibi eã nõ reseruauit, cõcessisse alijs existimatur, vt inquit Rom. Pont. in cit. c. nuper; nos autem de excommunicatione agimus, quae ab homine lata est; ergo inde, vt à diuersa re argumentum sumere non possumus arg. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Non obstant demum communis DD. sententia, communisq; consuetudo; nam de excommunicatione iuris accipienda sunt, quandoquidem de excommunicatione hac minori ab homine lata non agitur, vt quae hodie minùs vsitata sit, vt sensit Sot. dist. 22. q. 2. art. 3. vers. Circa secundum verò lib. 4. & Abb. in rub. nu. 3. vers. Ab homine potest ferri de sent. excom. & Syl. in verb. Excommunicatio. 4. nu. 2. in verb. Decimo cum simil. Excipitur tamen primò, vbi, qui excommunicauit, ipsi parocho facultatem absoluẽdi dedisset; tunc enim, vt delegatus ab homine absoluere poterit arg. cit. c. nuper, & c. presbyter, & c. fin. 26. q. 6. Item, vbi mortis periculum imminet, & ordinarij facultas non datur arg. c. Aurelius, & c. is qui, & cit. c. fin. ad. q. 6. etenim in hoc casu, & à maiori absoluere, vt delegatus à lege, potest arg. c. fin. de sepult. & vt in Tab. 1. suo loco probauimus.

3 † Quò ad postremam autem, cur scilicet legislator, vbi absolutionem censurae sibi non reseruauit, alijs concessisse existimetur, non autem iudex: quaestionem hanc à nemine tactam inueni. Ego igitur ob eam rem id factum censeo, quoniam, vbi in excommunicationem iuris quis incidit, offenditur, ac laeditur in primis alius, & non legislator arg. c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. & vt probatur in cit. c. nuper de sent. excom. & ob eam rem legislator facultatem absoluendi alijs concessisse censetur, ex quo de offensa sua non agitur; at, vbi quis excommunicatur ab homine, ob eam rem excommunicatur, quia ipsi parere noluit; & sic ipsemet excommunicator in primis offensus est, quò casu alijs absoluendi facultatem concessisse non existimatur arg. cit. c. nuper vers. In primò quidem articulo, vnde rationem hãc deprompsi, & ex dictis Bald. in l. 1. num. 1.

nu.1.verſ.Et ratio differentiæ.C.de poſtul.Hinc Anton.quem refert,ac ſequitur Nauar.in caſ. 1.in prin.nu.61.de pœnit. diſt.6. ſi epiſcopus committit alicui abſolutionem ab omni excommunicatione ſimpliciter, ait non propterea hunc abſoluere poſſe excommunicatum illum ab excommunicatione, cuius abſolutionem ſpeciatim non conceſsiſſet, vt quia erat excommunicatus propter damnum illatum ipſi epiſcopo arg.cap.in generali de reg.iur. lib.6. idem Syl.in verb.Abſolutio.1.nu.12.verſ. Tertiò; ergo idem & in caſu noſtro dicendum videtur. Hæc igitur germana ratio quæſtionis huius mea ſententia eſt,vt in priori caſu id conceſsiſſe cenſeatur, quoniam in primis legiſlator offenſus non eſt,in poſteriori ſecus,quoniam iudex læſus eſt.Hęc, quamobrem fortaſſe dicitur Mitius agi cum lege, quàm cũ homine arg.l.Celſus.ff.de vſucap. & grauiùs offendere,qui legem viuã,quàm qui mortuam offendit; & viuam vocẽ magis timendam, quàm mortuam, vt dixit Gloſſ.in c.fin.in verb.Nec eligere de cler.excom.min.& Gloſſ. in Clem.fin.in verb. Suſpenſi de pœn. ſed de homine efficiente cauſa minoris excommunicationis hactenus; iam, vbi à iure fertur, agamus.

De lege, ſeu conſtitutione eccleſiaſtica efficiente cauſa minoris excommunicationis: & de ijs, quæ ad eam ferendam ineſſe ei debent, communiaq; ipſi cum reliquis cenſuris ſunt. Cap. III.

SVMMA.

1 *Minor excommunicatio iuris ea tantùm hodie vſitata eſt, in quam quis incidit, propterea quòd excommunicato maiori excommunicatione communicauit.*



LTERA verò efficiens cauſa excommunicationis, lex,ſeu conſtitutio eccleſiaſtica eſt;de qua cauſa quòd egimus abunde cap.10.Tab.1. ob eam rem,ea omiſſa, excommunicationes minores,quę ipſo iure inferuntur,hic numeremus. Verùm, quòd,etſi plures ſunt,quas & recenſuit Inn.in c.1.de ſent.excom.& Syl.in verb. Excommunicatio.4.n.2.verſ.Sciendum eſt ſecundò,& Angel.eod.4.& communiter,qui ſummas fecerunt; tamen in vno caſu tantùm vſitata eſt, ob eam rem, 1 alijs tacitis,hunc vnum caſum,quiſnam ille ſit,explicemus. † Caſus igitur hic eſt, vbi excommunicato maiori excommunicatione quis communicat; tunc enim in minorem excommunicationem incidit, vt habetur in cap.nuper, & ibi communiter notatur de ſent.excomm. & citati autores proximè eiſdem in locis inquiunt:in quam excommunicationem quando quis incidat, quòd pluribus eam explicauimus cap.23.§.12. Tab.2. ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc ſumemus;& interim,quiſnam abſolutionem excõmunicationis huius tribuat,cõtemplabimur.

De efficiente cauſa abſolutionis excommunicationis minoris, quæ à iure fertur, ideſt, de eo, qui à minori excommunicatione iuris abſoluere poteſt; & de ijs, quæ ad abſolutionem tribuendam neceſſariò ineſſe ipſi debent. Cap. IIII.

SVMMA.

1 *Abſoluere ab excommunicatione minori iuris poteſt, qui à maiore abſoluit.*



ROPOSITA excommunicatione minori iuris, quæ vſitatior eſt; iam, quis abſolutionem eius tribuat, agamus. † Abſoluere igitur ab excommunicatione minori iuris is poteſt, qui & à maiore abſoluit; de quo quoniam ſatis egimus in Tab.1.cap.10.ob eam rem,hoc omiſſo, quæſtiones has hic explicabimus. Primò, an proprius parochus abſoluere ab hac excommunicatione poſsit (explicato tamen prius quis proprius parochus dicatur, quatenus ad rem noſtram pertinet.)Deinde,eſto poſſit,an,vbi ſacerdos non eſt,id tamẽ queat.Tertiò,quid de capellanis.

Quartò,

Quartò, quid de fratribus, qui ad pœnitentiæ sacramentum administrandum admissi sunt. Postremò, quid de parocho alieno; his enim explicatis, omnino quis absolutionem hanc tribuat, habebimus: sed iam priorem quæstionem aggrediamur.

S V M M A.

1 *Proprius parochus, seu sacerdos quisnam sit.*

2 *Proprio episcopo, & proprio sacerdoti concessa licentia absoluendi à minori excommunicatione, an intelligatur concessa episcopo, atq; sacerdoti delegatis, an ordinarijs.*

I.

§ Prima quæstio proposita hæc est, proprius parochus, seu sacerdos quisnam sit, quatenus
1 ad rem hanc nostram pertinet. † Quam quæstionem vt paucis absoluam, dico proprium sacerdotem eum esse, qui ordinariam iurisdictionem in foro interiori, & conscientiæ, seu pœnitentiæ habet, vt Rom. Pont. in toto terrarum orbe arg. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & episcopus in sua diœcesi arg. c. cùm episcopus de off. ord. lib. 6. & proprius parochus in sua parochia arg. c. omnis de pœnit. hi enim omnes ordinariam iurisdictionem habent, vt DD. communiter
2 concludunt. † Verùm, quòd Rom. Pont. ait in c. nuper. §. in secundo de sent. excom. suum episcopum, & proprium sacerdotem absoluere posse ab excommunicatione minori excommunicatum, propterea quòd excommunicato communicauit; an de episcopo, sacerdoteq; ordinario, & sic de ijs, qui ordinariam iurisdictionem habent, intelligi ius illud debet? Hanc rem vt breuiter etiam absoluamus, dicimus de episcopo, & sacerdote proprio, qui ordinariam iurisdictionem hanc habet, accipiendum illud esse. Primò, quia verba in dubio in potiorem sententiam accipienda sunt arg. l. cùm quæritur. ff. de stat. homin. ergò, ex quo suum episcopum, & proprium sacerdotem absoluere posse Summus Pont. ibi ait, de episcopo, & de sacerdote, qui ordinarius excommunicati episcopus, ac sacerdos, est, accipiemus; ordinaria enim iurisdictio potior est ipsa delegata arg. l. more maiorum cum seq. ff. de iurisdict. om. iud. & l. 1. §. qui mandatam. ff. de officio eius. Præterea appellatione iurisdictionis ordinaria, & non delegata iurisdictio intelligitur, vt dixit Anton. in c. tua de off. vic. quem refert, ac sequitur Ias. in l. ait prætor. num. 7. ff. de re iud. & in rub. ff. de iurisdict. omn. iud. ergò, ex quo Rom. Pont. episcopi, ac sacerdotis mentionem facit, qui iudices sunt, de episcopo, ac sacerdote, qui ordinarij sunt ipsius excommunicati, sensisse accipiendum est; valet enim argumentum à coniugatis, vt docuit Phil. in lib. top. & vt tradidit Cæsar. in sua Dialectica tract. 9. cap. de locis medijs: sicut ergò iurisdictionis mentione facta ordinaria iurisdictio intelligitur; ita & iudicibus nominatis ordinarij nominati intelligentur. Item absolutionem hanc excommunicato tribui posse à suo episcopo, & à proprio sacerdote ibi dicitur; at episcopus, sacerdosvè delegatus proprius episcopus, propriusvè sacerdos non est, ergo de ordinariam iurisdictionem habentibus ob hanc quoque rationem ea verba accipienda sunt; alioquin à proprietate verborum discederemus contra l. non aliter. ff. de leg. 3. Postremò à suo episcopo excommunicatum hunc absolui posse ibi dicitur; ergo ab eo, qui super excommunicatum ordinariam iurisdictionẽ habet arg. cit. c. cùm episcopus ob verbum illud in sua de off. ord. lib. 6. & in c. si episcopus suam eod. nomen in existimandum est de episcopo delegato ibi agi; ergo in eandem sententiam accipiendum etiam est, quod dicitur de proprio sacerdote; antecedentia enim consequentia declarant, & vna pars legis aliam arg. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & §. & si ex disparibus in Instit. de vulg. & pup. & vna dispositio respiciens plures personas æque de ipsis decernere intelligitur arg. l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupil. & l. cum, qui ædes. ff. de vsucap. ex his omnibus ergo concludendum est de episcopo, ac sacerdote ibi agi, qui iurisdictionem huiusmodi ordinariam in excommunicatum habent; non autem de eo, qui delegatam iurisdictionem habet: & de quæstione hac satis; ad alteram veniamus.

S V M M A.

1 *Parochus proprius etiam simplex absoluere à minori excommunicatione iuris potest.*

2 *Parochus proprius si sacerdos non sit, an à minori excommunicatione iuris absoluat;*

II.

§ Altera quæstio est, an proprius parochus absoluere à minori excomunicatione iuris pos-
1 sit. † In qua quæstione breuiter concludendum est ipsum excommunicationis huius abso-

lutionem tribuere posse, vt habetur in c.nuper.§.in secundo de sent.excom. & ibi communiter notatur,& vt probauimus in proxima quæstione.Quare Episcopus,Archiepiscopus,Patriarcha suarum diœcesum homines absoluent beneficio cit.c.nuper iunct.c.1.vers. Ordo verò episcoporum.dist.21. Item eiusdem iuris merito & simplices parochi absolutionem hanc tribuent; etenim & sic inquiunt Syl.in verb. Absolutio.1.nu.3.& Angel.eod.1.nu.1.& Archiep. Flor.in tract.de excom.incip.Absolutio autem ab excommunicatione,& S.Bonau.dist.18.q.6.nu.83. lib.4.& Sot.dist.22.q.3.art.2.concl.1.& Felin.in c.à nobis.num.11.vers. Et scias de except. & Couar.in c.alma,pars.1.§.12.nu.6.vbi de communi sententia testatur de sent.excom.lib.6.nō est igitur,quod hac de re dubitemus. † Verùm quid,si parochus sacerdos adhuc non sit, an absolutionē hanc impartiri nihilominus poterit?hoc enim sepius contingit,vt,qui sacerdos adhuc non est, beneficium curam animarum habens consequatur arg. c.cùm in cunctis de elect. & c. licet canon eod.lib.6.Videbatur quidem dicendum parochum huiusmodi absoluere hunc non posse;nam absoluendi potestas proprio sacerdoti mandatur,vt dicitur in eod.c.nuper,hic vero sacerdos non est,vt in facto proponitur; ergo,cùm ad ipsum canonis verba non accommodentur, nec eius dispositio accommodari debet arg.l.4.§.quoties.ff.de damn.infect. Contrariam sententiam tamen,vt absolutio hæc & à proprio parocho non sacerdote tribuatur, amplexandam esse censeo.Primùm,quia,si canon ille postularet, vt parochus hic sacerdos esset, id postularet,quod,vbi adest,aut nihil,aut parum operatur; nam,sicut ad censuram ferendam sacerdotij ordo non requiritur,vt probauimus cap.2.§.clericus Tab.1.ita nec ad ipsam tollendam postulatur arg.c.verbum de pœnit.dist.1.at legis interpretatio inutilis , ac superuacanea vitanda est arg.l.1.in fin.ff.ad municip.& vt not.Abb.in c.publicato. nu.6.de elect. ergo nihil interest, an hic parochus sacerdos,nec ne sit.Item,si,propterea quod sacerdotis mētio facta ibi est,proprius parochus sacerdos esse necessariò deberet , & episcopus proprius , cui eadem facultas ibi mandata esse dicitur, necessariò deberet consecratus esse; & sic episcopus tantùm confirmatùs facultatem hanc non haberet (confirmatus enim tantùm ante consecrationem episcopus propriæ non dicitur,vt DD.communiter inquiunt)at hoc absurdum est, confirmatus enim vniuersa,quæ iurisdictionis sunt,exercet,atq; idcirco, & excommunicare potest, ac propterea, & absoluere ab excommunicatione , vt sensit Gloss. communiter recepta in c. transmissam de elect.ergo hac quoq; ratione concludendum est non necessariò postulari,vt proprius parochus sacerdos sit,quò excommunicationem hanc tollat.Nec repugnat modò sacerdotis mentionem ibi factam esse ; nam , quòd parochi sacerdotes sepius esse solent , & vbi non sunt, diutius esse nequeunt,quin sacerdotio initientur arg.cit.c.cùm in cunctis,& cit.c.licet;quòd demùm absolutio excommunicationis huius concedi sepius solet à sacerdote, vbi pœnitentiæ sacramentum administrat,quod sacramentum sacerdos tantùm administrare potest , his de causis sacerdotis mentio facta est;at,vbi lex frequentioris vsus gratia quidpiam decernit, casum minùs frequentem non idcirco excludere, sed comprehendere,existimatur, vt tradunt DD.in l.vn.C.de rapt. virg.proprius parochus ergo etiam non sacerdos absolutionem hanc condonabit;sed iam tertiam quæstionem aggrediamur.

SVMMA.

1 *Capellani absoluere à minori excommunicatione iuris non possunt beneficio cap. nuper. §.in secundo de sen.excom.*

2 *Capellani delegationis iure à minori excommunicatione iuris absoluunt.*

III.

§ Tertia quæstio est , an capellani absoluere à minori excommunicatione iuris possint 1 de qua quæstione duo contemplabimur;primùm,an absoluant beneficio cap. nuper.§.in secundo de sent.excom.alterum, esto, illius iuris beneficio id nequeant , quo iure absolutionem hanc tribuant;passim enim obseruatur,vt absoluant. † Quò ad primùm igitur breuiter concludimus iuris eius beneficio ipsos non absoluere;nam eo iure dicitur potestatem hanc absoluendi concessam esse proprijs parochis,& sic ordinarijs , vt probauimus hoc cap. §.1. at capellani ordinarij non sunt,sed delegati,ergo de ipsis non agit cit.c.nuper. 2 † Quo igitur iure,an delegatione ab ordinario facta? (hoc enim alterum est,quod contemplandum nobis proposuimus) Videbatur quidem dicendum à proprio parocho facultatem hanc delegari non posse . Primò, quia ipse in hoc casu delegatus iudex est,vt probatur in cit.c.nuper.§.in secundo ; at iudex delegatus

legatus delegandi potestatem non habet, vt habetur in l.à iudice, & ibi not. Iasiac DD. C. de iud.& l.mandatam.ff.de off.eius,& l.more.ff.de iurisdic.omn.iud. Præterea speciatim hoc prohibitum videtur in c.fin.§.fin.de off.deleg. Nulli, dicitur enim ibi, cui concessum fuerit prædicare crucem, vel excommunicare, vel absoluere, & cæt.liceat de cætero alijs demandare, quia non sibi iurisdictio, sed certum ministerium potius committitur in hac parte. Hæc ibi, ergò, ex quo facultas hæc proprio parocho delegata est, delegare ipsam alteri non posse videtur. Postremò delegationem hanc fieri non videmus à parochis, ergo. Atqui contrariam sententiam veriorem censeo, vt capellanis facultas hęc à proprio parocho mandari possit. Et hoc ob eam rationem, quoniam absoluendi facultas in hoc casu ob officium, ac dignitatem, quam habet, quia scilicet proprius parochus est, mandata ipsi est, vt dicitur in cit.c.nuper; at ij, quibus ob officiũ, dignitatem, potestatemq; ordinariam permissum est, vt in certis casibus ab excommunicatione absoluant, potestatem hanc alteri delegare queunt, vt habetur in c.fin.iunct. Gloss.communiter recepta de off.ord.ergò facultatem hanc alijs tribuere possunt. Non obstant modò contraria proposita. Non primum, quatenus dicitur delegatum delegare non posse; nam in hoc casu delegatio permissa est per cit.c.fin.de off.ord.quo casu delegatus delegare potest, vt de communi opinione testatur Ias.in cit.l.à iudice.nu.8.de iud. Non obstat etiam cit.c.fin.§.fin.de off. deleg.nam locum ius illud habet, vbi nudum absolutionis factum commissum est; non autem vbi iurisdictio, vt in casu nostro, atque sic respondit Gloss. in eod.c.fin.de off.ord.quam communiter receptam esse testatur Nauar.in Man.cap.27.nu.45. & probatur in eod.c.fin.§.fin.de off.deleg.nã idcirco Rom.Pont.absoluere delegatũ ibi nõ posse ait, quia nõ sibi iurisdictio, sed certum ministeriũ cõmittitur, ergo à contrario sensu, quod argumentum in iure firmissimum est, vt habetur in l.1.& ibi DD.communiter not.ff.de off.eius, vbi non certum ministerium, sed causę cognitio, ac propterea & iurisdictio committitur, delegatus delegare poterit arg.cit.c.nuper.§.is autem vers.Qui verò. Non repugnat demum, quatenus dicitur non apparere, vbi delegatio hæc fiat; quoniam, ex quo ad pęnitentiæ sacramentum administrandum in sua parochia capellanos parochi recipiunt, & ea ipsi concessisse existimantur, sine quibus sacramentum illud administrare non possunt arg.c.præterea de off.deleg.& l.2.& ibi DD.ff.de iurisdict.omn.iud. atq; idcirco & hanc absoluendi facultatem; non enim sic excommunicatis, antequam absoluantur, sacramenta administrari queunt arg.c.fin.de cler.excomm.min. etsi ergo facultas hæc expresse non conceditur, tacitò tamen id fit, quod idem operatur arg.l.cùm quid.ff.si cert. pet. sed de capellãnis hactenus, ad quartam quæstionem veniamus.

SVMMA.

1 *Fratres Prædicatores, ac Minores, admissi ad sacramentum pœnitentiæ administrandum absoluere à minori excommunicatione iuris nequeunt beneficio c.nuper. §.in secundò de senten. excom. sed eorum beneficio, à quibus admittuntur.*

2 *Absoluere à peccatis potens & à minore excommunicatione absoluere potest.*

3 *Fratres Prædicatores, ac Minores, an in excommunicationem incidant Clem.1.de priuileg.si à minori excõmunicatione iuris absoluant, vbi ad pœnitentiæ sacramentum administrandum admissi nõ sunt, nec aliũde iurisdictionem habent.*

IIII.

§ Quarta quæstio est, an fratres Prædicatores, Minoresq;, qui ad pœnitentiæ sacramentum
administrandum admissi sunt secundum formam Clem.dudum de priuil.absoluere à mi-
1 nori excommunicatione iuris possint, † In qua quæstione, vt ipsam paucis expediamus, eadem
dicimus de ipsis, quæ de capellanis conclusimus, eos scilicet nõ delegatione, ac beneficio eius c.
nuper.§.in secundo de sent.excom.à minori absoluere, sed vi delegationis, qua eis permittitur,
vt pœnitentiæ sacramentum administrent; absoluere igitur ob hanc rationem fratres huiusmo-
di à minori excommunicatione valebunt. Et, quæ diximus de religiosis huiusmodi, eadem
sentimus & de quouis alio simplici clerico, qui ad pęnitentiæ sacramentum administrandum
2 admissus sit, vt à minori excommunicatione absoluat. † Etenim pro regula communiter rece-
ptum est, vt testatur Syl.in verb.Excommunicatio.7.num.37. vt, quicunq; à peccatis absoluit,
hic & à minori absoluere possit, idem & in verb.Absolutio.1.num.3.& Tab.in verb. Absolutio
3 1.nu.2.vers.Decimum,& Angel.ead.1.nu.1. † Verùm quid, si ijdem fratres à minori excom-
municatione absoluant non admissi ad sacramenti huius administrationem, nec aliunde licẽtia

 habita;

habita;an in excommunicationem incident Clem. 1. de priuil. per quam ipso iure religiosi excommunicantur, qui ab excommunicatione absoluunt?Gemin. in c.vn. in fin.de ijs, quæ vi, metusue caus.fiunt lib.6.in excommunicationem hos incidere dixit. Et probatur huius sententia. Primò hac ratione,quoniam in cit.Clem.1.simpliciter ipsis religiosis prohibetur,ne ab excommunicatione absoluant, nec distinguitur, an ab absolutio maioris, minorisvè fit;ergo, ex quo excommunicatio simpliciter sumpta æque de maiori,ac de minori excommunicatione dicitur arg.c.pen.de sent.excommun.& c.1.iunct. Gloss. speciem de except.lib.6.absolutionem vtriusque ipsis prohibitam esse dicendum est; à quo enim remouetur genus,& quælibet eius generis species remota esse intelligitur arg.l.si quid earum.§.inter emptum. ff.de leg.2. & vt tradidit Ias.in l.filius à patre.nu.10.ff.de lib.& posth.etenim,qꝫ lapis animal non est,ob eam rem, neq; homo, neque bos,aliudvè aı̃alis genus erit, vt per se patet. Postremò absolutio requiritur ad minorem excommunicationem,sicut ad maiorem; at absolutio excōicationis maior.prohi-
7 betur religiosis per cit. Clem. 1. ergò & minoris excōmunicationis absolutionem prohibitam esse dicendum est;nam,vbi aliquid de excommunicatione decernitur, quod & ad maiorē, & ad minorem excōmunicationem accōmodetur,ad vtranq; excōicationem illud pertinet, vt sensit Gloss.pen.in c.præsidentes de hæret.lib.6. & sequitur eam Gemin.in cit.c.vn.§.fin.ergò his rationibus religiosi,qui & à minori excommunicatione absoluunt,in pœnam incidūt cit.Clem.1. Contrariam sententiam nihilominus amplexatus est Zab.in ead.Clem.1.n.14.vers.Vigesimoquintò,vbi & quosdā alios idem sentientes refert,& Anchar.eod.n.6.vers. Tertiò not.& Syl.in verb. Excōmunicatio.7.nu.37.vers. Nonò,& Tab.in verb. Excōmunicatio.5.casus.11.nu.11. vers. Decimò; probatur autem his potissimum rationibus. Primò,quia per cit.Clem.1.prohibetur,ne religiosi ab excōmunicatione absoluant,ergo de maiori excōmunicatione ibi agi interpretari debemus; nam nomine excōicationis simpliciter prolatæ maior excōmunicatio intelligitur ob c.pen.de sent.excom.ad hanc rationem responderi potest, primùm ibi non agi de excōmunicatione iuris,sed hominis,vt ibi probatur eo verbo A iudice,quo casu cit.Clem.1.locum non hēt,vt asseruit Gloss.ibi in verb.A canone,& sequuntur cōiter DD. ergo vt à re diuersa inde argumentum sumi non potest arg.l.Papinianus exuli. ff.de minor. præterea negatur hic excōmunicationis nomine maiorem tantùm intelligi ob cit.c.pen.totum.n.contrarium ibi habetur;nam ibi dicitur,si contingat quem excōicari,hunc non tantùm minori; sed etiam maiori excōmunicatione esse ligatum.Hæc expressè ibi habetur; ergo totum contrarium ibi probatur.s.vbi quis simpliciter excōmunicatur,excōicatione vtraq; ipsū obligari; ergò & è cōtrario, prohibita excōicationis absolutione,vtriusq; prohibitā esse intelligemus.Postremò pro hac sententia citatur illud c.nuper de sent.excom.quod planè ad rem nō facit,vt vidimus.Quid igitur concludendum?Ego has opiniones inter se sic conciliandas censeo. Aut quærimus,an religiosi admissi ad sacramenti pœnitentiæ administrationem absoluere à minori hac excōmunicatione queant;& sine dubitatione id ab ipsis posse sentio,quandoquidem,vt diximus antea,tacitò potestas hæc eis mandata intelligitur, vt inueterata ecclesiæ consuetudo optima legum interpres declarat arg.l.si de interpretatione.ff.de legib.& hoc est, quod cōiter à Summistis dicitur Qui à peccatis absoluere possunt,hi etiam & à minori excommunicatione absoluunt:& in hoc casu cōis opinio locum habebit; nam &, si quis citatos animaduertat,omnes de his religiosis loqui reperiet,qui ad confessiones audiendas admissi sunt;non ob rationes ipsorum,sed ob eam,quā proximè significaui.Aut quærimus de religiosis,qui ad audiendas cōfessiones admissi nō sunt; & in hoc casu hos incidere in pœnam censeo eius cit.Clem.1.ob rationes superius allatas;quandoquidem ad ipsas liquidò responderi non potest, & præsertim ad cit.c.pen. de sent.excom.&
in hoc casu contraria opinio locum habebit, quam sequutur Gemin.& Gloss.in ead.Clem.1.in 8
verb.A canone;hac igitur rōne,quam vt verissimam sequor,has inter se opiniones cōciliandas censerem. Et hæc,quæ diximus de fratribus Prædicatoribus, ac Minoribus,& de alijs religiosis dicta esse volumus: sed de quæstione hac satis,ad postremam veniamus.

S V M M A.

1 *Parochus alienus à minori excommunicatione absoluere non potest alterius subiectum.*

2 *Parochus alienus an absoluere à minori excommunicatione possit alterius subditum, vbi leuioribus,seu venialibus peccatis tantū detinetur, quæ pœnitēs cōfiteri ipsi vult.*

V.

1 § † Postrema quæstio est, an alienus parochus absoluere alterius subditum à minori excommunicatione possit. In qua quæstione breuiter concludendum est id non posse; nam legislator

lator hanc absoluendi potestatem proprio episcopo excommunicati, & proprio sacerdoti concessit, vt habetur in c.nuper.§.in secundo de sent. excom. ergò alieno potestatem hanc negasse censetur; inclusio.n.vnius alterius exclusio est arg.c.non ne de præsumpt. & l.cùm prætor.ff.de
3 iud.& cõis DD.sententia hæc est. † Verùm quid, si quis ob leue, seu veniale peccatũ in minorem excommunicationem hanc incidat, & non mortiferis, sed venialibus tantùm peccatis detinetur, an ab alieno parocho tunc absolui poterit, si venialia peccata ei pœnitens cõfiteatur? Nauar. id posse tunc censuit in Man.c.27.nu.25.& nu.39.& in c.placuit.n.25.de pœnit.d.16.& hoc ob eam rationem, quoniã hic parochus absoluere ab ipsis venialibus potest, vt de cõi sententia testatur ipse in eod.c.placuit.n.10.Contrariam opinionẽ sequitur Caiet.in summ.cap.excõicatio minor quæ inducat incommoda;& hoc ob id, quod iurisdictionem in hoc casu non habet. Hanc rõnem improbat ipse Nauar.quandoquidem, vt ipse ait, ex quo vel per sacerdotij characterẽ iurisdictio huiusmodi in habitu saltem tribuitur quò ad absoluendum à peccatis venialibus, vel sacerdoti adempta non est per c.omnis de pęnit.vel tacitò à legislatore est delegata; ergo iurisdictionem hic habet: hæc responsio mihi non satisfacit; nã iurisdictio duplex est, altera fori conscientiæ, altera fori contentiosi; esto igitur, à venialibus absoluat, id tamen non vi iurisdictionis fori contentiosi, sed fori conscientiæ facit arg.cit. c.omnis de pœnit. at ad excõmunicationem tollendam iurisdictio hæc non requiritur, sed ea, quæ fori contentiosi est, vt sensit Gloss. cõiter recepta in c.transmissam de elect. quamuis igitur conscientiæ fori iurisdictionẽ habeat, contentiosi tamen iurisdictione caret: & hoc mea sentẽtia voluit Caiet.ibid.ac propterea, & qui sacerdos nõ est, sed simplex clericus, hùc absolutionẽ hãc tribuere posse dixit; ergò nõ de iurisdictione fori conscientiæ ibi intellexit; hanc.n.sacerdos tantùm habere potest. Quid ergo concludendum? Ego à sententia Caiet.discedendum non censeo, quam sequuntur Couar.in c.alma, pars.1. §.11.nu.6.de sent.excom.lib.6.& Iac.de Graff.qui & cõem ait contra Nauar. c.15.nu.56.cum seq.lib.4.dec.cas.consc. eã quoq; sequitur Barth.Med.c.11.§.6.lib.1. Primùm, quia facultas hęc absoluendi concessa tantùm proprio sacerdoti, & proprio episcopo est, vt dicitur in cit.§.in secundo; at parochus alienus, vel à venialibus absoluat, talis nõ est, alioquin nõ esset alienus; ergo absoluere nõ poterit. Pręterea, si hoc daremus, absurda hęc cõsequerentur. Primùm simplex sacerdos absolueret, qđ negauit ibi Rom.Põt.nã cõsultus, an simplex sacerdos absoluere posset, Rñdit hùc à pprio sacerdote absolui; ergò simplex sacerdos, & alienus non põt. Deinde diuisio illa de pprio sacerdote, ac simplici tacitò facta ibi à Rom.Põt. nihil operaretur cõtra c.si Papa de verb.oblig.lib.6. Tertiò extra pœnitentię sacrãm, hic absolueret, sicut proprius parochus; nã, esto, pęnitentiæ sacramẽtũ excõicato nõ administret, tñ absolutionẽ hanc tribuere posset; at absurda hæc, ergo & vitanda arg.l.nã absurdũ.ff.de bon.libert. Addo deniq;, si legislator hoc voluisset, eũ id expressurũ fuisse; non.n.an alienus parochus à venialibus absoluat, id Rom.Pont.ignorabat arg.c.1.de constit.lib.6. Vel igitur à venialibus peccatis parochus hic absoluat, à minori tamen excõmunicatione non absoluet ob ea, quæ diximus: nec à venialibus, vbi, qui venialia peccata cõmisit, excõmunicatione minori obligatus est; ex quo nec ab homine, nec à lege absoluendi potestas in hoc casu data probatur: sed de efficiente causa iã satis, ad effectus iam veniamus.

De effectibus communibus minoris excommunicationis. Cap. V.

SVMMA.

1 *Minoris excõmunicationis species plures sunt, duæ scilicet; quarum altera sacramentorum vsu communionis nos priuat, altera aliquorum Christi fidelium.*



QVONIAM de effectibus minoris excommunicationis acturi sumus, ac primò de cõibus; ideo in hoc cap.tria hæc contemplabimur. Primùm, an minoris excõmunicationis species plures sint. Deinde, quot, & quæ. Postremò, esto, plures species
1 dentur, qui cõis effectus ipsarum sit. † Quò ad primam quæstionem igitur dicendum videbatur vnã minoris excõicationis speciem esse, & hoc ob eam rationem, quoniam excõmunicatio genus in maiorem, & minorem diuiditur arg.c.pen.de sent.excom.& c.1.iunct.Gloss.speciẽ de except.lib.6.at maioris excõicationis species vna est, ergò & minoris species vna esse debet; cognito.n.vno ex contrarijs, & alterius cognitio habetur arg. in prin. in Instit.de ijs, qui sunt sui, vel alien.iur.& l.1.ff.eod. Atqui ratio hæc necessariò non concludit, esto.n.cognito vno ex contrarijs cognoscatur & aliud, non tñ omnino, ac perfectè; nã, & si animal diuiditur in id, quod rationis particeps est, & in id, quod rationis est expers; non idcirco tamen,

men, propterea quod animal rationis particeps speciem vnam habet, qui homo dicitur, animal irrationis expers & ipsum vnā speciem habebit, sed plures, vt per se patet. Item excōmunicatio minor imperfecta excōicatio quodāmodo est; priuat.n. communione aliqua tantùm, maior autem perfecta, vt quæ ab omni exteriori communione ecclesiæ priuet; at imperfectorū maior numerus, quàm perfectorū est, vt inquiunt cōiter Phylosophi; hinc virtuti vni plura vitia aduersantur, vt docuit Arist. in lib. moral. esto igitur, maioris excōmunicationis species vna sit; nō tamē necessariò consequitur, vt de minori idē concludamus. Quare contrariā sententiam, vt excommunicationis minoris species plures sint, amplexari debemus. Id quod & hac ratione probatur, quoniam excōicationis minoris altera nos excludit à cōmunione sacramentorum tantùm, altera à cōmunione Christi fideliū arg. c. fin. de cler. excom. min. & c. episcopi. 11. q. 3. at hæ species duæ sunt; ergò minor excōicatio duas species hēt; ergò plures vna. Hinc etsi, q cū ireticō maiori excōmunicatione versatur, in minorem excōicationem incidit, cuius vi sacramēta suscipere non potest, vt habetur in cit. c. fin. de cler. excom. min. tamen Christi fidelium cōmunione non caret ob cit. cap. fi. Contra verò episcopi, qui innocentes, pro minimisvè culpis quē excommunicant, reliquorum episcoporum cōmunione priuantur ob cit. c. episcopi, & tamē sacramentorum cōmunione non carent arg. c. præsenti, & ibi not. Gloss. 5. q. 2. c. fin. ead. q. 4. & c. placuit d. 18. & c. fin. d. 58. ergò minoris excommunicationis species plures sunt, duæ. s. quarum altera excludit à communione sacramentorum, altera à communione aliquorum fidelium, vt dixit Ricard. d. 18. art. 7. q. 4. lib. 4. sed de quæstione hac satis, ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Minoris excommunicationis species duæ sunt; & quæ species hæ sint.*

I.

1 ¶ † Altera quæstio est, quot, & quæ minoris excōmunicationis species sint. In qua quęstione breuiter concludendū minoris excōicationis proximas species duas esse, quarum altera quis excluditur à cōmunione sacramentorū; altera à cōmunione Christi fidelium, vt dixit Zab. in c. pen. vers. Quæro de differentia de sent. excom. in antiq. Id quod & sic probatur, excōicatio minor est excōicatio, cuius species vna excludit à cōmunione sacramentorum tantùm, altera à cōmunione Christi fidelium tantùm arg. cit. c. fin. de cler. excom. min. & c. episcopi. 11. q. 3. at excōicatio huiusmodi est excōicatio, cuius duæ species sunt; ergò excōicationis minoris spēs duæ sunt. Postremò minoris excōicationis species maioris partes quodammodo sunt, vt sensit Sot. d. 22. q. 1. art. 1. dubit. 2. vers. Contra nomina verò lib. 4. at minor excōicatio duas partes habet, excludit. n. nos à duplici tantùm cōmunione. s. sacramētorum, & Christi fidelium arg. c. pen. de sent. excom. & c. Engeltrudam. 3. q. 4. & vt suo loco probauimus; ergò & minoris excōmunicationis species duæ tantùm erunt, quarum altera à cōmunione sacramentorum, altera à communione Christi fidelium nos excludet: sed iam ad postremam quęstionem veniamus.

SVMMA.

1 *Effectus minoris excommunicationis communis, sed magis proprius est punitio.*

2 *Maior excommunicatio quamobrem pro pœna in primis non fertur.*

3 *Effectus minoris excommunicationis communis omnibus eius speciebus est priuatio communionis exterioris ecclesiæ ex parte.*

III.

¶ Postrema quęstio est, quinam effectus cōes minoris excōicationes sint. Et, quoniam hi partim cōes ipsi cum omnibus alijs censuris sunt, partim cū interdicto, & suspensione, partim singulis speciebus minoris excōicationis; ideo, omissis cōibus ei cum alijs censuris omnibus,

1 quandoquidem de illis egimus in Tab. 1. reliquos ponamus. † Cōmunis effectus igitur ipsi cum interdicto, ac suspensione est delictorū punitio; nam excōicatio minor non solùm fertur, quò à contumacia quis discedat, & ita medicinæ loco tantùm arg. c. 1. de except. lib. 6. verùm etiam & vt puniat, & sic pro pęna, vt dixit Host. in sum. n. 7. vers. Minor et excōicatio eod. & Mar. Soc. 2

Sen. in c. nulli. n. 82. vers. Itē potest intelligi de sent. excom. & arg. c. episcopi. 11. q. 3. hinc excōmunicatio minor ad tempus fertur arg. cit. c. episcopi, & c. ad mensam. §. euidenter ead. q. cum simil. id quod etiam suspensio, atq; interdictū operatur, vt probatur in c. cùm in cunctis. §. fin. de elect. lib. 6. & in Clem. 1. §. pen. de hæret. & in Clem. 2. de pœn. & vt dixit Abb. in c. sæpe. nu. 16. de appell. & in c. reprehensibilis. nu. 3. & ibi quoq; Dec. n. 2. eod. de appell. quod excōicatio maior non efficit; nam ipsa in primis loco medicinæ fertur, & quò à contumacia quis discedat arg. c. 1. de except. lib. 6. ac propterea quandocunq; peti absolutio potest, vel ad tps lata sit arg.

c. ex li-

c.ex literis de constit. & c.qua fronte de appell. & vt probauimus suo loco Tab. 1. Atqui quam-
obrem id factū est? Ob eam rem, qm̄, vbi quid pęnæ loco imponitur, non ad eius arbitriū, in quē
lata est, tollitur, vel delicti eum penituerit; sed ad iudicis arbitriū arg. l. fin. ff. de pęn. & l. 1. C. de
postul. & eorū, quæ tradunt DD. in citatis iuribus, & Abb. in c. ex literis. n. 10. de constit. iunct. l.
qui condēnare. ff. de re iud. at graue nimis esset, vt quis maiori excōicatione constrictus quan-
docunq; absolutionē petere non posset ob aię periculū, quod imminet, ex quo extra ecclesiā est
arg. c. absit in fin. & c. oīs Christianus cū seq. 11. q. 3. quod nō fit, vbi minori excommunicatione
interdicto, suspensioneve quis obligatus est, quippe qui extra ecclesię communionē omnino nō
eijcitur; iure igitur excōicatio maior non pęnæ loco in primis fertur, sed medicinæ arg. c. 1. de
sent. excom. lib. 6. minor aūt excōicatio, & interdictū, ac suspensio pro pęna in primis, ac sępius
feruntur, vt suo loco videbimus: & hæc ēt ratio est, quamobrē ad tēpus excōicationē nō ferri as-
seruimus c. 14. §. 4. Tab. 1. effectus igitur cōis minori excōicationi cū interdicto, ac suspensione
3 hic est. † Effectus demum communis eiusdē singulis speciebus est priuatio partis communionis
exterioris ecclesiæ; nam ab aliqua tantùm communione priuantur, vt habetur in c. fin. de cler.
excom. min. & in cit. c. episcopi: sed de communibus effectibus satis, ad proprios veniamus.

De effectibus proprijs, ac per se minoris excommunicationis eius, qua quis sacramentorum vsu priuatur. Cap. VI.

S V M M A.

1 *Species plures habet ea minor excōmunicatio, quæ sacramentorū cōmunionis vsu priuat.*



EGIMVS de effectibus cōibus minoris excōmunicationis; iam de proprijs, ac per
se agamus, ac primò de effectu eius minoris excōicationis speciei, quę sacramen
torum cōmunionis vsu priuat; de qua re hæc contēplabimur. Primùm, an mino-
ris excōicationis species hæc species alias sub se habeat; &, esto, habeat, quot, &
quæ sint. Deinde quisnā effectus excōicationis huius generatim sit. Tertiò, esto
sacramentorū cōmunionis vsus priuatio effectus hic sit, an hic excōicatus admi-
nistrare sacramenta posit. Quartò, an ad beneficia, dignitatesq; ecclesiasticas eligi posit. Po-
stremò, sacramentis exceptis, an aliorū cōmunione careat. † Quo ad primam quæstionē igitur
1 breuiter concludendū est tot esse minoris excōicationis huius species, quot sacramēta sunt. Nā
pōt quis vnius sacramenti cōione, & nō alterius priuari, vt hr̄ in c. accedēs. d. 50. & in c. ad men-
sam. §. euidenter vers. Vel sententia ecclesiastica. 11. q. 3. vbi eucharistiæ sacramēti cōmunione
tantùm priuatus excōicatus dr̄; ergo & idē dicendū erit, si alterius cōione sacramēti solùm pri
uetur; nā & hic excōicatus erit. Et, qm̄ excōicationes hæ non ab oībus sacramentis sunt, sed ab
aliquibus, ob eā rem, quot sunt sacramenta, tot minoris excōicationis huius species erunt, vbi
separatim ab hoc, illoue sacramēto qs excōicatur; atq; sic sensit Sot. d. 22. q. 1. art. 1. paulò post
principiū vers. Excōicationis nomen, ibi Ab hac ergo sancta cōmunione; vbi & antiquitus ob-
seruatū esse ait, vt quis à Christi corpore per excōicationē tantùm separaretur, i. eucharistia pri
uaretur; idē & apertiùs dixit Franc. à Vict. in sum. sacr. in tract. de excōicatione concl. 1. vers. Et
forte tot erant genera, vbi & alios idē sentientes refert: idq; meritò, nam & suspensio ab officio
tot species sub se habet, quot officiorū genera sunt, vt tradidit Glo. cōiter recepta in Clem. cu-
piētes in verb. Suspēsi de pęn. nō est igit, qd̄ hac de re dubitemus; ad quęstionē alterā veniamus.

S V M M A.

1. *Minor excommunicatio sacramentorum communione nos priuat.*
2. *Sacramēta administrare excommunicato minori excommunicatione an nobis liceat; & administrata an valeant.*

I.

1 §. † Effectus autem proprius, ac per se minoris excōicationis eius, quæ passiua sacramento-
rum cōmunione nos priuat (hanc. n. quæstionē secūdo loco explicandā proposuimus) vsus
cōionis sacramentorū priuatio est; qui. n. minori excōicatione hac irretitur, hic à participatione
sacramentorum remotus est, vt hr̄ in c. à nobis de except. & in c. fin. & ibi not. DD. & Mar. Soc.
Sen. n. 11. de cler. excō. min. & in c. pen. de sent. excō. & vt DD. in citatis iuribus notant, & Abb.
in rub. de sent. excom. n. 3. & Felin. n. 6. & idē Abb. in c. illa quotidiana. nu. 8. de elect. & Couar.
in c. fi. pars. 1. §. 8. nu. 1. de sent. excō. lib. 6. & Mar. Soc. Sen. in c. sacris. n. 507. de sent. excō. & vt
nomen speciei huius id declarat. Quare nec cōfirmari, nec pęnitentiæ sacramētū suscipere, nec

ordinibus

ordinibus initiari, nec matrimoniũ contrahere, aliudvè sacramentũ recipere excõicatus hic poterit ob autoritates proximè citatas, & vt de ordine dixit Gemin. in c. 1. nu. 8. vers. In fin. Gloss. de temp. ord. lib. 6. alioquin grauiter peccabit, vt dr̃ in cit. c. fin. de cler. excom. min. † Atqui, an huic nos sacraméta licitè administrabimus? Itẽ an administrata suscipiet? Postremò an, si qua suscipiat, eorũ vniuersos fructus percipiet? hæc ꝙ absoluimus c. 7. Tab. 2. vbi de excõicato maiori excõicatione egimus, ob eã rẽ, q̃ huc pertinet, illinc sumemus; in his. n. q̃stionibus eadẽ dñr de minori excom. irretito, q̃ de excõicato maiori diximus; sed iã tertiã q̃stionẽ aggrediamur.

S V M M A.

1 *Minori excõicatione constrictus administrare sacraméta potest; qua regula et declaratur.*

II.

1 §. † Tertia quæstio est, an excõicatus minori excõicatione, de qua agimus, administrare sacraméta possit. Hanc quæstionẽ difficilẽ reddidit c. fin. de cler. excom. min. Host. igit sacraméta administrari ab hoc posse sensit, eandem sententiã amplexatus est Io. de Lign. quẽ refert, ac sequitur Syl. in verb. Excõicatio. 4. nu. 5. vers. Sciendũ, & Nauar. in Man. c. 27. n. 24. & Iac. de Graff. c. 10. n. 2. vers. Absoluere quoq; põt lib. 4. dec. cas. cons. & Mar. Soc. Sen. in eod. c. fin. n. 15. de cler. excom. min. Probatur aũt primò hac rõne, qm̃, vt dr̃ in eod. c. fin. excõicatus hic à collatione sacramentorũ remotus nõ est; ergò administrare sacraméta põt: hæc rõ necessariò nõ concludit; nã non dr̃ ibi hunc remotũ nõ esse à collatione, sed nõ videri remotũ, quasi dicat, re vera remotus est ẽt ab administratione, sed nõ videt, qm̃ hominũ cõmunione nõ caret: responsio hęc mihi tñ non probat; tum ꝙ verbũ Videri prolatũ à lege veritatẽ significat, vt dixit Ias. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. n. 45. ff. de acq. poss. tum ꝙ, si remotus re vera esset, sacraméta virtutis effectu ex parte saltẽ carerẽt; nã, ex quo à collatione remotus est, & alij, ne ab ipso ea reciperẽt, remoti essent; prohibito. n. aliquo vni ex correlatiuis, & alteri prohibitũ illud esse censetur arg. l. fin. & ibi DD. C. de indic. vid. toll. & sic rõ à legislatore ibi allata vera nõ esset, qđ absurdũ est. Postremò pro hac sententia rõ ẽt hæc facit, minor excõicatio priuat excõicatum participatione sacramentorũ, vt dr̃ in c. pen. de sent. excõ. & in c. à nobis de except. & in cit. c. fin. de cler. excom. min. at participatio hæc in sola perceptione cõsistit, & nõ in collatione, vt dr̃ in eod. c. fi. vers. Quod ad susceptionẽ, & vers. Quę in sola consistit perceptione; ergò minor hæc excõicatio à sola perceptione sacramentorũ separat, & non à collatione. Contrariã sententiã nihilominus amplexatus est Inn. in eod. c. fin. in verb. Collatione, & Abb. eod. n. 7. & nõ nulli alij, quos refert Nauar. eod. Probatur aũt hac potissimũ rõne, qm̃ excõicatus hic peccat cõferendo ecclesiastica sacraméta, vt dr̃ in eod. c. fin. vers. Peccat, ergò administrare illa non põt; alioquin nõ peccaret; quod. n. quis agere põt, illud agẽdo nõ peccat arg. c. qui peccat. 23. q. 4. & l. Gracchus. C. de adult. ad hoc respondet Nauar. locũ illud habere, vbi administrãdo & ipse sacramentũ suscipit, qđ cõtingit, qñ quis missæ sacrũ facit, quò alijs aut eucharistiã administret, aut ordines cõferat: hæc respõsio tolli fortasse põt; nã in initio eius cap. excõicatum hũc grauiter peccare dr̃, vbi celebrat; ergò in seq. vers. Peccat aũt, de administratione sacramentorũ ibi agi, vbi nõ celebrat, dicendũ vr̃, ne superuacanea iteratio illa sit; accedit, ꝙ simpliciter peccare ibi dr̃ sacraméta conferendo, nec distinguitur, an ipse recipiat illa nec ne. Quid igitur concludendũ? Ego, etsi aliàs hãc opinionẽ secutus sum, in pręsenti tñ, re diligẽtiùs perspecta, cõtrariam sequor, & hoc ob rõnes, quas pro ea in initio reddidi, ad quas liquidò rñderi nõ põt; nã, vt mittã à collatione sacramentorum remotũ hunc nõ esse, vt apertissimè dr̃ in cit. c. fin. iuta oĩa, q̃ de minori excõicatione hac loquunt, semper excõicationem hãc remouere quẽ à perceptione sacramentorũ inquiunt, vt in cit. c. à nobis de except. & c. pen. de sent. excom. & cit. c. fin. vbi Rom. Pont. duobus in locis hoc declarauit. Primùm in vers. Si tñ scienter; ibi. n. rõnem reddẽs, quaobrẽ electio de excõicato huiusmodi facta irritãda sit, inquit, ob eã rẽ id fieri, propterea quod ad susceptionẽ eorũ eligitur, à quorũ perceptione est priuatus. Ecce, qui eligit ad dignitatẽ ecclesiasticam, eligitur in primis, vt alijs sacramenta administrẽt, & alterius gratia; & tñ irritandam eius electionẽ ibi dr̃, propterea qđ ad susceptionẽ eorũ eligitur, à quorũ perceptione priuatus est; ergo excõicatione hac sacramentorũ perceptione quis tantũ priuat, non aũt collatione; alioquin non rõnem hãc solã reddidisset, sed & illã, quod & à collatione remotus. Idẽ, & apertiùs paulò post declarauit, dũ inquit Cùm non videat à collatione, sed à participatione sacramentorũ, quæ in sola cõsistit perceptione: si participatio sacramentorũ igit in sola perceptione consistit, & excõicatus hic à participatione remotus est; ergò à perceptione tãtùm remotus erit: idq; meritò, nã participatio dicta est quasi partẽ capio; at, vbi quis administrat sacraméta, hic eorũ partẽ non capit; ergò, ex quo ipsi collationi

collationi nomen hoc Participatio non conuenit, nec, quod continet, cōuenire potest arg. l. 4. §. hæc verba. ff. de damn. infect. Quibus sic stantibus nō repugnat modò, qđ dicebatur hunc peccare cōferendo ecclesiastica sacramēta; nā verba illa referūtur ad principiū capituli; declarat id aduersatiua illa Autē, quod. n. dixerat excōicatum hūc, si celebret, irregularē non fieri, interiectis postea quibusdā, deinceps hæc adiecit Peccat autē, & cęt. quasi dicat, irregularis quidē excōicatus hic nō fit, si celebrat; sed peccat, si, dū celebrat, sacramēta administret; refert ergo illud Peccat eò; alioquin aduersatiua illa nihil operaret, nec hret, quò se referret. Nec repugnat, qđ dicebamus suprà superuacaneā iterationē eam esse, propterea qđ in initio hunc celebrando grauiter peccare dictū est; nā locū illud habet, vbi solùm celebrat, & sacramēta nō administrat; sequens aūt, vbi celebrans & administrat; quasi dicat, vel administret sacramenta celebrādo, vel nō administret, semper peccat; qā celebrās necessariò sacramentū suscipere cogit, à cuius susceptione remotus est, vt diximus. Nō repugnat quoq; , si dicat in eo vers. Peccat, de celebratione nihil dici. Nā hoc negat; qnquidē aduersatiua illa Autē hoc nobis significat, ex quo ad initium illud se refert. Postremò materiæ rō id suadet; nā, ex quo administrare sacramēta prohibetur, & ibi administrando sacramēta hūc peccare dr̄, sentiendū est ibi de eo casu agi, vbi administrando
1 peccat; at hoc cōtingit solùm, vbi & ipse celebrat, ergò & ob hanc rōnem de hoc casu ibi agi interpretandū est; etenim verba secundū subiectā materiā interpretari debemus arg. l. plenū. §. equitij. ff. de vs. & habit. & l. si vnò. ff. loc. & c. intelligentia de verb. sig. Excōicatus igitur hic sacramenta licitè alijs administrare pōt, quāuis ea suscipere ipse nequeat. Excipitur tñ, vbi administrādo sacramēta celebraret, vt pote quia missæ sacrū quis facit, quò eucharistiā alijs tribuat; ordinesvè conferat; tunc. n. peccabit, non, ꝙ administret sacramenta, sed quòd & ipse tūc sacramentum sumit, vt dixit Nauar. eod. cap. 27. nu. 24. sed iam quæstionem alteram aggrediamur.

S V M M A.

1 *Minori excommunicatione obligatus ecclesiasticas dignitates, beneficiaq; huiusmodi nec per electionē, nec per collationem, aliumvè modum consequi potest.*

2 *Collatio beneficij ecclesiastici facta excommunicato minori excommunicatione non valet, sicut electio; id quod locum habet, vel excommunicatus ignoretur.*

3 *Exceptio excommunicationis minoris obijci aliquando potest excommunicato.*

III.

1 § † Quarta quæstio est, an dignitates ecclesiasticæ, beneficiaq; huiusmodi cōferri excōicato minori excōicatione possint; itē & si ad ea eligi. Quam quęstionē, vt paucis absoluamus, concludendū est excōicatum hūc huiusmodi beneficiorū capacē non esse, ac propterea ipsa ei conferri, ad eavè eligi nō posse, vt probat in c. fin. & ibi cōiter not. de cler. excom. min. idq; meritò; nā, cùm hic à sacramentorū perceptione remotus sit; qui verò dignitates, ac beneficia huiusmodi habēt, missæ sacrū sæpius facere habeant, atq; idcirco ad Eucharistiā suscipiendā obligentur, vt hr̄ in c. relatū de cōsecr. d. 2. & vt asseruimus in cōment. nostr. de eucharistia. c. 6. iure dignitates, ac beneficia huiusmodi cōsequi nō potest, atq; sic argumētatus videtur Rom. Pont. in cit. c. fin. etenim prohibito consequēti & antecedēs omne prohibitū esse cēsetur, per quod ad
2 illud peruenit arg. l. oratio. ff. de spōs. † Quare neq; beneficij collatio ei facta, nec electio de eodē valebit, atq; sic asseruit Dec. in c. dilecti not. 1. de except. & Felin. in c. dilectæ. nu. 3. vers. Secundò sunt dicta eod. & Rebuff. in c. postulastis not. 3. n. 64. & n. 93. de cler. excō min. & Couar. qui magis cōiter hoc receptū esse testat in c. alma, pars. 1. §. 8. nu. 3. vers. Excōicatus de sent. excom. lib. 6. Et quāuis dicatur in eod. c. fin. electionē factā esse irritandā, tñ ea verba intelligenda sunt irritā denuntiandā ob subiectā materiā. Verùm, an electio, beneficijvè collatio valeat saltem, vbi electores, collatoresvè ipsum excōicatum ignorarunt? Syl. in verb. Excōicatio. 4. nu. 4. electionē, ac collationē valere existimauit, vbi ipsorū inscitia probabilis esset; tū ꝙ in eod. c. fin. de cler. excō. min. de sciēter electo dr̄; ergò secus de electo ignorāter arg. c. nō ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. tū ꝙ, si contrariū diceremus, infinita scandala consequerētur, vbi post multū tpis id detegeretur; qnquidē nihil ab eo actū valeret. Cōtrariam sententiā nihilominus, 3
vt nec in hoc casu electio, beneficijvè collatio valeat, amplexata est Gloss. in eod. c. fin. in verb. Scienter, & Abb. ibi n. 7. & Couar. eod. vers. qui de cōi sentētia testat. Primò, qđ, vt inquit Inn. cōiter receptus in c. cùm dilectus de consuet. quò ad ea, quæ ad ipsius excōicati cōmodū pertinent, nihil interest, an excōicatus occultus, manifestusvè sit; at, vt collatio, electiovè valeat, excōicati eius interest, ergò nec hic valebit; sicut nec valet, vbi excōicatus scitur. Postremò, vbi rō legis generalis est, casus verò à lege positus est singularis, lex nō eo casu cōcluditur, sed & alios

casus comprehendit,& generalis est,sicut rõ, vt habetur in l.regula.§.pen.& ibi not.ff.de iur.&
fac.ignor.ergò,vel excõicatus ignoretur,nec electio,nec collatio valebit; nam rõ,quamobrem
excõicatus hic ecclesiasticæ dignitatis,beneficijq́;non est capax,generalis est;Qm̃ ad susceptio-
nem eorum eligitur,à quorũ susceptione à sanctis Patribus est priuatus, inquit.n.Rom.Pont.in
cit.c.fin.cùm ergo generalis rõ hæc sit,vel inscijs electoribus electio de excõicato facta sit,nul-
la erit;non.n.electorum inscitia habilẽ electum reddit arg.c.innotuit de elect.ex quibus iam pa
tet primã rõnem nõ obstare depromptã ex illo verb. Scienter,qua contrariũ probare Syl.nite-
batur.Non obstat ẽt illud de scandalo; nã, ex quo pro non excõicato hr̃, & in possessione supp-
rioris autoritate est,oĩa ab ipso acta valent ob publicã vtilitatẽ arg.l.Barbarius,vbi & DD.not.
ff.de off.prætor,& arg.eorũ,quæ dixit Inn.ac reliqui in c. nihil de elect. & faciunt, quæ diximus
de excõicato maiori excõicatione c.13.Tab.2.à sententia Gloss.igitur non discedemus:sed de
3 quæstione hac satis, ad postremã veniamus.†Si illud addiderimus,vbicunq; excõicatus hic actũ
quẽpiã ipsi per hãc pęnã prohibitũ agere vult,exceptione hac expelli posse;quis aliãs in iudicio
esse nõ prohibeat,atq;sic dixit Mar.Soc.sen.in c.sacris.n.433.vers.Circa 2.mẽbr.de sent.excõ.

S V M M A.

1 *Minori excommunicatione irretitus, excepta sacramentorum perceptione, omnium alio-rum communionem habet, vt priùs.f.in*
2 *Diuinis,*
3 *Profanis,*
4 *Iurisdictione,*
5 *Iudicijs,*
6 *Contractibus,*
7 *Vltimis voluntatibus,*
8 *Quotidiano congressu.*

IIII.

§. Postrema quęstio est,an,sacramẽtorum excepta perceptione,excõicatus minori excõica-
1 tione aliorum cõmunionem habeat. † Qua in re pro regula ponimus reliquorũ cõmmunio-
nem,vt priùs,ipsum habere;nã sacramẽtorum tantùm perceptionis expers est, vt probauimus,
ergò aliorũ omniũ particeps erit; limitata.n.causa limitatũ producit effectũ arg.l.in agris.ff.de
acqu.rer.dom.& exclusio vnius alterius inclusio est arg.c.non ne de præsumpt.& l.cùm pretor.
2 ff.de iud. † Quare ob id aliorũ diuinorũ particeps est.Suffragijs ecclesiæ non caret; quippe qui
ab ecclesia pręcisus nõ sit.Missæ sacrũ dum fit,interesse ei põt,vt dixit Archid,quẽ refert, ac se-
quitur Gemin.in c.is,cui.n.3.vers. Aut est excõicatus minori de sent.excõ.lib.6.& Syl.iu verb.
Excõicatio.4.n.5.cũ seq.vbi & Palud.idẽ sentiẽtẽ refert,& Nauar.in Man c.27.n.24.& Couar.
in c.alma,pars.1.§.8.nu.2.vers.Hinc deducitur de sent.excom.lib.6.ac propterea & in ecclesiã
ingredi,& in ea esse valet,vt dixit Inn.in c.duobus de sent.excom.quãuis contrãriũ nõ nulli sen
serunt,ac non rectè ob rõnem,quã reddidimus.Recitare itẽ cũ alijs diuinas preces nõ prohibe-
tur,vt inquit Laud.quem refert,ac sequitur Zab.in Clem.1.vers.Tertiò quæro de celebr.miss.&
Anchar.n.3.vers.Quartò noto,vbi & Specul.idẽ sentire ait,ẽt in choro,vt sensit Couar.ibidẽ,ac
propterea & cũ alijs orare,vt dixit Gabr.Biel.d.18.q.3.art.3.dub.1.lib.4.Sacramenta demum
oĩa licitè administrat,vt priùs,ẽt ægroto eucharistiã,& non ægroto,modò non celebret,vt dixit
3 Nauar.eod.c.27.n.24.qñquidem sacramẽta percipere hoc non est. † Postremò in profanis nul-
4 lius etiã cõmunione caret. † Nã primò ea,quæ iurisdictionis sunt,licitè exercet,ẽt si ecclesiasti-
cæ iurisdictionis sint,ac propterea & excõicare,& excõicatũ absoluere potest,vt de absolutione
ab excõicatione dixit Adrian.de clauib.in 3.art.vers.ex hoc not.lib.4.beneficia ecclesiastica cõ
ferre,& eligere,ac demũ oĩa,q̃ iurisdictionis sunt, exercere potest;Nec eligere prohibet̃,vel ea,
quæ iurisdictionis sibi cõpetunt, exercere, dr̃.n.in c.fin.& ibi not.de cler.excom.min.& Couar.
in eod.§.8.nu.3.vers.Eligere tñ põt.Id quod locũ habet,vel delegata iurisdictio sit;nã & absol-
uere ab excõicatione poterit,vt hr̃ in c.duobus de sent.excom.etenim excõicatus hic nõ solùm
iurisdictionẽ,sed & eius vsum retinet,vt not.Glos.in eod.c.duobus in fin.& Abb.ibi ac Felin.&
cõiter DD.vt probatur in cit.c.fin.in vers.Nec eligere iunct.verb.Exercere. Itẽ vel ab hoĩe,vel
à iure hac pęna affectus sit,vt de electione cõiter receptum hoc esse testatur Couar.in eod.vers.
5 † Itẽ & ea obire poterit,quæ, etsi iurisdictionis nõ sunt,in iudicijs tñ aguntur.Quare vt actor in
iudicio legitimè admittetur,vt sensit Gloss.in c.appellanti in verb.Probandis de appell.& aper
tiùs Abb.in c.intelleximus.n.3.& Felin.n.22.vers.Decima declaratio de iud. idẽ Abb.in c.pru
dentiã.§.sexta,& ibi DD.de off.deleg.& Mar.Soc.sen.in c.sacris.n.283.de sent.excom.ac pro-
pterea & procurator pro alio esse põt,vt dixit Soc.ibid.n.414.sequit̃ ẽt Nicol.de Mil.in repert.
in verb.Excõicatus minori excõicatione põt esse in iudicio. Testis quoq; ad iudiciũ adhibebit̃,
vt dixit idẽ Felin.in c.veniẽs.2.in fin.de testib.& Add.ad Abb.n.18.eod.& Soc.Sen.in c.sacris.

nu.401.

6 nu.401. Postremò & extra iudiciũ actus gerere poterit; † non enim prohibetur, quò minùs con
7 tractus ineat, † testamentúq; faciat, vt dixit Soc. in cit. c. sacris. n. 474. vers. Nunc ex ordine, vbi
8 testamentũ ab ipso fieri posse ait. † Non demũ, ne quotidiano Christi fidelium cõgressu vtatur, cõmunioneq; ; nam à sacramẽtorum perceptione tantùm remotus est, vt sępe diximus; ac propterea non à Christi fideliũ cõmunione, vt dixit Abb. in eod. c. intelleximus. n. 3. de iud. Et hæc, quæ diximus, locũ habẽt, vbi quis simpliciter minori excõicatione obligatus est; si vero ab vno sacramẽto quis tãtũ remoueat, pręter ea, q̃ diximus, & reliqua sacramenta, à q̃bus remotus nõ est, suscipere poterit, tot. n. excõicationis huius species esse diximus, quot & sacramentorũ species sunt: sed iam ad effectum per se alterius speciei excommunicationis minoris veniamus.

De effectibus per se minoris excommunicationis eius, qua quis aliquorum communione priuatur. Cap. VII.

SVMMA.

1 *Effectus secũda minoris excõicationis aliquorum Christi fideliũ cõmunionis priuatio est.*
2 *Communione eorum non vtitur excõmunicatus, quorum communio ei prohibita est.*
3 *Communione excommunicati huius non vtentur ij, à quorum communione remotus est.*

1 Effectvs † verò per se, ac proximus minoris excommunicationis eius, qua quis irretitus aliquorum communione caret, est priuatio communionis eorum Christi fideliũ, quæ ipsi per excõicationem prohibita est. Hac. n. ratione quis excõicatur, vt aliquorũ cõmunione careat, sicut habetur in c. episcopi. 11. q. 3. & in c. placuit. d. 18. & in c. 1. d. 34. & in c. fin. d. 58. & vt dixit Io. de Lign. in tract. de censur. eccl. §. vndecimus, & Felin. in c. 1. n. 1. vbi & Butr. & Archid. idem sentientes refert de treug. & pac. & in c. à nobis. n. 11. vers. Et scias de except. & Ricard. de Med. Vill. d. 18. art. 7. q. 4. lib. 4. & Mar.
2 Soc. Sen. in c. sacris. n. 508. de sent. excom. † Quare excõicatus hic eorum cõmunione nec in di
3 uinis, nec in profanis vtetur, à quorum cõmunione separatus est: † sicut è contrario nec hi, quorum communione caret, eius cõione vtentur; ac propterea, si ab eo excõicato in ius vocentur, mea sententia excipere contra ipsum poterunt, quandoquidem huius communione vti non debent. Nec repugnat, quod dixit Felin. in c. intelleximus. n. 11. de iud. illud cap. in minori excommunicatione locum non habere; nam de excõicato ea minori excõicatione, qua quis sacramentorum communione solùm caret, dictũ eius accipiendum est: ac planè, sicut excõicatus maiori excõicatione ab omnibus in iudicio excludi potest, vbi vt actor interuenit arg. c. 1. de except. lib. & vt probauimus c. 19. Tab. 2. & hoc ob eam rationem, quoniam omnium communione caret arg. c. pen. de sent. excom. & c. Engeltrudam. 3. q. 4. ita & ab his, à quorum communione remotus est, excludi poterit; valet enim argumentum à toto ad partes arg. l. quæ de tota. ff. de rei vind. cum simil. mutua ergo communione non vtentur. At quid de alijs, à quorum communione remotus non est? quò ad alios pro non excommunicato habebitur, atq; idcirco & in diuinis aliorum communione licitè vtetur, limitata enim causa limitatum producit effectum arg. l. in agris. ff. de acqu. rer. dom. & exclusio vnius alterius inclusio est arg. c. non ne de præsumpt. & l. cum prætor. ff. de iud. atq; sic sensit Felin. in c. testimonium. n. 33. vers. Nisi aliquando quis priuaretur communione certorum hominum de testib. nam, etsi excommunicatio maior excommunicatum sequitur, quocunq; vadit, non tamen excommunicatio minor, vbi quis à certorum hominum communione excommunicatus est, vt ipse ibi ait; quippe qui aliorum communione tanquam non excõicatus licitè vtatur, vt diximus: sed de effectibus per se minoris excommunicationis hactenus; ad effectus per accidens vtriusq; speciei minoris excõicationis veniamus.

De effectibus vtriusq; speciei minoris excommunicationis per accidens. Cap. VIII.

SVMMA.

1 *Peccat grauiter excommunicatus quæcunque minori excommunicatione, si eorum communione vtatur, quæ ipsi prohibita est.*
2 *Irregularis non fit quacunq; minori excõicatione obligatus, si celebret, & sacra faciat.*
3 *Pœna arbitraria punitur excõmunicatus minori excommunicatione, si contra ipsam veniat.*
4 *Communione excommunicati minori excommunicatione vtens, vbi non licet, grauiter peccat.*
5 *Communione excommunicati minori excommunicatione vtens in minorem excommunicationem non incidit.*



1 Effectvs demum per accidens minoris excõmunicationis hi sunt. † Primùm, si excommunicatus minori excommunicatione celebrat, id est missæ sacrum facit, grauiter peccat, vt habetur in c.fin.de cler.excom.min. & quamuis agatur ibi de excommunicato ea minori excommunicatione, qua sacramentorum communione caret; peccat tamen & altera excommunicatione minori obligatus, si aut celebrando, aut aliud quid huiusmodi agendo eorum communione
2 vtitur, quorum communio prohibita ei est arg.c.2.de maior.& obed. † Item ad arbitrium iudicis punitur, vt asseruit Gloss.1.in cit.c.fin.etenim præscripta pœna certa non est, ergo ad arbitrium iudicis punietur; nam, vbi lex certam pœnam non præscribit, in arbitrio iudicis eam
3 collocasse existimatur arg.c.de causis.§.fin. de off.deleg.& l.1.ff.de iur. delib.† Atqui, an irregularis fiet excommunicatus ea minori excommunicatione, qua sacramentorum communione caret, celebrando? Concludendum est irregularem hunc non fieri; Si celebrat minori excommunicatione ligatus, dicitur enim in eod.c.fin.de cler.excom.min.licet grauiter peccet, nullius tamen notam irregularitatis incurrit. Hæc ibi; non est igitur, ꝙ hac de re dubitemus, quod & not.Abb.ibi & Mar.Soc.Sen.n.2 t.ac communiter DD. & Couar.in c.alma pars.1.§.8.nu.1.de sent.excom.lib.6. Idq; iure merito, nam irregularis quis efficitur, vbi cuipiam per censuram prohibitũ est, ne ordinis functiones exerceat arg.c.1.§. sciturus de re iud.lib.6.& c.1.§.fin.de sent.excom.eod.lib.at excommunicatus minori excommunicatione ordinis executionem habet, non enim suspensus est ab aliquo actu ordinis eccl. sed à perceptione sacramentorum, quæ ad nullum ordinem pertinet, vt dixit Mar.Soc.in eod.c.fin.num.3.& vt probatur in cit.c.fin.de cler.excom.min.ergo, etsi contra excommunicationem venit, irregularis non fiet. Et hoc est, quod voluit Abb.in eod.c.fin.nu.2.vbi dixit ob id, quod excõmunicatio minor suspensionem non inducit, irregularem quem non fieri, si contra ipsam faciat; quandoquidem ipsa suspensio ordinis executionem tollit arg.cit.c.1.§.sciturus de re.iud.& cit.c.1.§.fin.de sent.excom.pec-
4 cabit ergo tantùm, & ad iudicis arbitrium punietur, vt diximus. † Verùm quid de alijs, qui excommunicato minori excommunicatione in prohibitis communicant, an offendẽt? Sanè & ipsi peccabunt, vt qui contra ecclesiæ præcept ũveniant arg.cit.c.13.§.7.de maior.& obed.& psertim, vbi excommunicato huic administrabunt sacramenta, à quorum perceptione remotus ille est. Quod tamẽ locum nõ habebit, vbi excõmunicatus hic nec denũciatus, nec notorius est; hic
5 enim quoq; locum habet extrauag.ad euitanda, quam retulimus c. 13. §.7.Tab.1.† An autem & in minorem excommunicationem incident, qui excommunicati huius cõmunione vtuntur? Pro certo habendum est hos in excõmunicationem non incidere, vel ab homine, vel à iure excommunicatio hæc lata sit; tum ꝙ solùm cautum hoc habemus, vbi cum excommunicato maiori excommunicatione cõmunicamus, ergò aliàs secus arg.c.non ne de præsumpt.& l.cùm prætor.ff.de iud.tum ꝙ, si contrarium esset, infinitus hominum numerus breui tẽpore hac excommunicatione inficeretur; nam exempli gratia Seius Titio sic affecto communicans in eam incideret; Seio Lucius communicans itidem, & sic deinceps; meritò igitur cautum id non est, vt huic communicans in minorem excommunicationem incidat, atq; sic dixit Gloss.in c.rogo, & in c.quoniam multos, & in c.excellentissimus.11.q.3. & Inn.in eod.c.fin.in fin.de cler.excom.min.& Zab.in c.cùm desideres.nu.1.de sent.excom.& Host.in sum.nu.15.vers. Et quæ sit pœna eod.tit.& Mar.Soc.Sen.in c.inter alia.nu.44.eod.de sent.excom. & Gabr.Biel.d.18.q.3.art.2. concl.9.lib.4.quo in loco & non peccari ait; quod ego intelligo, vbi in non prohibitis communicatur. Hinc vulgaris illa regula circumfertur, excommunicationem in tertiam personam non transire, vt citati autores proximè eisdem in locis inquiunt: sed de effectibus excommunicationis minoris hactenus; ad materiam eiusdem veniamus.

De materia communi minoris excommunicationis, quæ ad genus spectat. Cap. IX.

SVMMA.

1 *Definitio minoris excommunicationis, quæ genus est, quænam sit.*

2 *Definitio speciei vtriusq; minoris excommunicationis quænam sit.*



Absolvtis effectibus minoris excommunicationis, de materia eiusdem, & primùm de ea, quæ ad genus spectat, agamus. Materia communis igitur hæc.f. Excommunicatio est; nam, si eam definierimus, generis loco ipsam summemus. Et, quoniam nihil est, quod hac de re huc afferamus, ob eam rem solùm definitionem minoris excommunicationis, quæ

quę genus est, nec non vtriusq; speciei proximè ipsius ponemus; si tamen priùs illud admonuerimus, quoniam species minoris excommunicationis proprio nomine carent, nos hanc, quæ sacramentorum communione priuat, primam dicturos, alteram verò, qua à fidelium quorundã cõione nos remouet, secundam. † Excõmunicatio minor igitur generatim accepta est excommunicatio, qua quis alicuius communionis exterioris ecclesiæ vsu priuatur, ac caret. † Prima verò excommunicationis species est excommunicatio minor, qua quis sacramentorum cõmunionis vsu caret. Secũda verò est excommunicatio minor, qua quis aliquorum Christi fidelium communionis vsu caret. Quæ definitiones sicut probantur ex ijs, quæ de fructibus eorum diximus; ita à maiori excommunicatione separantur, quãdoquidem per maiorem excommunicationem omnis ecclesiæ communionis exterioris vsu quis caret, vt probauimus c.6. Tab.2. per quamcunq; verò minorem excommunicationem ab aliquorum communione tantùm quis remouetur, vt vidimus; sed de hac materia satis. Agendum deinceps esset de materia circa quam scilicet, quisnam excommunicari hac ratione possit; sed, quoniam Homo est, & eisdem qualitatibus præditus esse debet, quas reliquæ censuræ postulant; & de illis generatim abundè actum est Tab.1. ob eam rem, nè actũ agamus, ea hic omittimus, vno tantùm huc addito, & ob leuiorem culpam minori excommunicatione affici quem posse, quod in excommunicatione maiori fieri non debet, vt habetur in c.nemo episcoporum, & in duob. seq. 11. q.3. atqui ad formam excommunicationis huius veniamus.

De forma necessaria ad excommunicationem minorem ferendam; & de ijs, quæ necessariò inesse ei debent; communiaq; ipsi cum alijs censuris sunt. Cap. X.

SVMMA.

1 *Forma, quæ necessariò adhibetur, dum minor excommunicatio fertur.*

2 *Forma minoris excommunicationis sic prolata Excommunico te minori excommunicatione, an excommunicatio feratur, & quæ.*



FORMA † deniq; minoris excommunicationis necessaria, quæ ad ipsam ferendam adhibetur, hæc est. Primæ speciei minoris excõmunicationis, Remoueo te à communione sacramentorum, vel Priuo, vel Excludo te à communione sacramentorum, vel Suspendo te à sacramentis, vt probatur in c.à nobis de except. & in c.si de cler.excom, min.& in c.pen.de sent.excom.& vt dixit Abb.in c.si diligenti de for.com per.& in c.illa quotidiana.nu.8.de elect. Secundæ verò speciei minoris excommunicationis forma hæc, Priuo te cõmunione horum, illorumve, id est, forma ea verba sunt, quibus, si prima species excommunicationis huius feratur, sacramentorum communione quem priuari significari debet; si secunda, fidelium quorundam cõmunione, vt generatim probauimus c.20. Tab.1. non enim, quod & de alijs censuris asseruimus, ad minorem excommunicationem ferendam certa verborum forma præscripta est. † Verùm quid, si simpliciter dicatur Excommunico
2 te minori excommunicatione; vel Minorem excommunicationem in te fero; quam speciem latam interpretabimur? Planè aut nullam esse, vt incertam, dicendum videtur arg.C.de sent. quæ sine cert.quant.& vt asseruimus eod.cap.§.3. Tab.1. aut, si aliqua sit, eã esse, qua Christi fidelium quorundam communione tantùm priuatur, vt quę alia minùs grauior sit arg.c.in pęnis de reg. iur.lib.6.& l.facta cuiq;.§.in pęnalibus.ff.eod. Contrariam nihilominus sententiam amplexari debemus, vt.s.sententia sic prolata valeat, & prima excommunicationis minoris species sit, ea, inquam, quæ sacramentorum perceptione nos priuat. Nam eam valere ea ratione probatur, quoniam actum semper in eam partem interpretari debemus, vt potiùs valeat, quàm pereat arg.l.quoties.ff.de reb.dub.& l. quoties. ff.de verb. oblig. ergo idem & in casu nostro concludendum est; etenim, etsi princeps re dubia potestatis suæ plenitudine vti non censetur, vt asseruit Inn.in c.innotuit de elect.ea tamen vsus creditur, vbi actus aliàs nõ valeret, vt dixit Castr. in l.hac consultissima.§.ex imperfecto in fin.C.de testamen.quem sequuntur Alex. & Dec. ibi, & idem Dec.in c.quoniam abbas.nu.15.de elect. Item, etsi actus, qui primò scriptus est, intercessisse primò itidem existimatur, vt sensit Bart. in 1.constit. C.qui tamen posterior habetur, prior intercessisse creditur, vbi actus aliàs non valeret, vt dixit Bald. in l.cùm in testamento.§. hæc verba.ff.de hæred.instit.& Angel. & Imol. quos refert, ac sequitur Dec.in cit. c.quoniam

Abb. nu. 15. valebit igitur & hic sententia sic lata. Quòd itidem primam minoris excommunicationis speciem latam esse interpretari debeamus, his rationibus probatur. Primò, quoniam hæc vsitatior, frequentiorque est arg. cit. capit. à nobis de except. & c. fin. de cler. excom. min. & cap. pen. de sent. excom. cum simil. ergò ab hac interpretatione, quam legis vsus facit, discedere non debemus arg. l. si de interpretatione cum seq. ff. de legibus, cùm & communis loquendi vsus in sermonibus interpretandis omnibus præferi debeat, vt tradidit Bart. in l. omnes populi. nu. 58. in fin. ff. de iust. & iur. Item nomina, sicut docuit Phil. in libell. de interpræt. cap. de nomine, ad hominum placitum significant; at minoris excommunicationis mentione facta prima species intelligitur, vt sensit Abb. in cap. illa quotidiana. nu. 8. de elect. ibi enim idem esse asseruit excommunicare minori excommunicatione, & suspendere à sacramentis, ergò ab hac interpretatione non discedemus; cùm suspendere à sacramentis nil aliud sit, quàm primam minoris excommunicationis speciem ferre, vt in initio diximus. Postremò, si secundam speciem promulgatam esse interpretaremur, quorumnam communione excommunicatus hic priuatus esset? non enim ratio suadet, vt magis horum, quàm illorum hominum communione careat; nō itidem ratio vlla suadet, vt ab omnium hominum cōmunione priuatus sit, quandoquidem priuatio hæc vsitata non est, nec vsitatam eam fuisse vnquam legimus; ab hac sententia igitur non discedemus, quam & secutus est Abb. in eod. c. illa quotidiana. num. 8. & commune ius pontificium: sed de his hactenus; ad ea, quæ necessariò huic formæ inesse debent, veniamus.

SVMMA.

1 *Minor excommunicatio ad tempus ferri potest.*

I.

1 § Necessariò autem huic formæ ea inesse debent, quæ tradidimus cap. 20. Tab. 1. sed quoniam de ipsis abundè ibi egimus, ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc sumemus. † Vnum huc addimus, quod commune minori excommunicationi cum interdicto, ac suspēsione est, sed non necessarium, scilicet & ad certam diem, seu ad certum tempus excommunicationem hanc ferri posse, vt probatur in c. episcopi. 11. q. 3. & vt dixit Syl. in verb. Excommunicatio. 4. num. 2. vers. Decimò. Id autem quamobrem in his censuris fiat, non autem in maiori excommunicatione, declarauimus cap. 16. §. 4. Tab. 1. Agendum hìc etiam esset, an admonitio requiratur, antequam promulgetur, quā sanè requiri censeo arg. c. sacro de sent. excom. iunct. l. de vno quoq; ff. de re iud. vbi tamen ab homine fertur: sed quoniam de hoc egimus cap. 18. Tab. 1. & vsitatum non est; ob eam rem & hoc cum illis omittimus; quæ tractauimus cap. 21. in ead. Tab. 1. ad formam absolutionis igitur eiusdem transeamus.

De forma necessaria absolutionis minoris excommunicationis; & de ijs, quæ necessariò inesse ei debent, communiaq; ipsi cum alijs censuris sunt. Cap. XI.

SVMMA.

1 *Forma absolutionis minoris excommunicationis quænam sit.*



1 FORMA † verò necessaria ad absolutionem minoris excommunicationis hęc est, Restituo te communioni sacramentorum, si prima species sit; si secunda, Restituo te communioni eorum fidelium, quorum communione priuatus es; vel simpliciter Absoluo te à minori excommunicatione, vt sensit Host. in sum. nu. 14. vers. Et qualiter de sent. excom. & ad summam ea verba sunt, quibus, qui prima specie irretitus tenetur, communioni sacramentorum restitui significatur; qui secunda, communioni eorum fidelium, quorum communione carebat; sicut enim communionis priuatione minor excommunicatio fertur; ita & eiusdem communionis restitutione tolli debet arg. c. omnis res de reg. iur. in antiq. & l. nihil tam naturale. ff. eod. De ijs autem, quæ formę inesse debent, generatim tam de necessarijs, quàm non necessarijs egimus; ad alia transeamus.

De forma absolutionis minoris excommunicationis non necessaria. Cap. XII.

SVMMA.

1 *Absoluendus à minori excommunicatione quæ præstet.* 2 *Minor excommunicatio cur sic nominetur.*



EGIMVS de forma absolutionis minoris excommunicationis necessaria; reliquum igitur est, vt agamus de non necessaria: sed, quoniam nulla præscripta est (nullis enim cæremonijs adhibitis tribuitur, vt sensit Syl. in verb. Absolutio. 3. nu. 5. vbi hunc nec verberari, nec preces fundi, aliasvè solemnes cæremonias adhiberi di-
1 xit) ob eam rem, hac re tacita, hoc inquiramus, † an cautiones, citationesvè eorum, quorum interest, faciendæ sint, antequam hic absoluatur; quę fiunt, vbi à maiori excommunicatione quis absoluitur, de quibus egimus cap. 19. Tab. 1. Videbatur igitur dicendum facienda hæc non esse, nam Rom. Pont. in c. nuper vers. Is autem de sent. excom. de absolutione huius excommunicationis agens iuratoriam cautionem non postulari dixit; ergo nec satisfactio postulatur, atque sic not. Abb. ibi. nu. 6. & apertius Syl. in verb. Absolutio. 3. nu. 5. Ibi enim cautionem non requiri ait de parendo mandatis ecclesiæ, nec de damno sarciendo. Ego autem in hac re sic concludendum censerem. Aut quæritur, an hic excommunicatus satisfacere, cauereve debeat, vbi excommunicatus est, aut ꝙ iudicio adesse noluit, aut quia, quod debebat, præstare recusauit, & sic ob alterius interesse, & in hoc casu, vt ratio postulabit, modò satisfaciet, modò cautionem præstabit arg. c. ex parte 1. iunc. Gloss. ibi & DD. de verb. sign. & ad summam eadem ratio adhibebitur, quæ adhibetur, dum à maiori excommunicatione absoluitur ob easdem rationes; & hoc vel ab homine, vel à iure quis sit excommunicatus sit, ex quo de alterius interesse agitur. Nec repugnat, si dicatur vsitatum hoc non esse, excōmunicationem minorem in hoc casu ferri; nam, si vsitatum esset, ratio hæc adhiberetur; alioquin iniquū esset, si, me postulante, iudex quem excommunicasset, me inscio ipsum absolui. Aut quæritur, ex quo hodie minor excommunicatio ab homine non fertur, & apud ius ea tantùm vsitata est, quæ fertur propterea quòd excommunicato maiori excommunicatione quis communicauit; & in hoc casu locum habebit cit. c. nuper, de hac enim excommunicatione ibi agitur; & in hanc sententiam accipienda est opinio Syl. quæ nititur eo. c. nuper, dictum enim doctoris interpretamur secundum legem, quam allegat, vt dixit Bart. communiter receptus in l. non solùm. §. si liberationis verba. ff. de lib. leg. etenim excommunicatus hic damnum nemini dedit, ac propterea nec ad satisfaciendum, nec ad cauendum tenetur; sed sat est, vt proponat sibi posthac eccl. obtemperãdū, & ab hoc peccato cessãdū, vt dixit Barth. Med. c. 11. §. 7. lib. 1. in hac igit qõne sic concludendum censerem. Sed de causis excommunicationis huius hactenus. Agendum iam esset de accidentibus, quæ ab his causis emanant; sed quoniam, quæ ab efficiente, & à fine, nec non à forma proficiscuntur, de ipsis generatim egimus, & diuisionem minoris excommunicationis, quę
2 à materia proficiscitur, posuimus in c. 5. iunct. §. 1. in hac Tab. † ob eam rem, his omissis, vnum huc addimus excommunicationem hanc & minorem, & simplicem dici; & vtroque modo respectu habito ad maiorem excommunicationem. Nam, quòd illa ab omni communione exteriori nos priuat, hæc verò ab aliqua solùm; ob eam rem illa maior, hæc minor dicitur, vel quæ plus, quàm hæc operetur. Simplex verò dicitur, vt not Abb. in cit. cap. illa quotidiana. num. 8. de elect. quoniam prima species minoris excommunicationis à communione sacramentorum, secunda verò à communione aliquorum hominum remonet, vt probauimus cap. 6. in hac Tab. at maior excommunicatio & hominum, & sacramentorum communione nos priuat, & sic duplici communione; ergo iure merito excommunicatio hæc minor simplex nominata est. Atqui de minori excommunicatione hactenus; ad suspensionem, alteram censuræ ecclesiasticæ speciem transeamus.

Suspensionis cognitio habetur cognitis ipsius &

- *Causis, quarum alia dicitur*
  - *Efficiens, cuius alia est*
    - *Diuina, de qua generatim actum est.*
    - *Humana, cuius alia est*
      - *Homo cap. 1. & 2.*
      - *Lex cap. 3. & 4.*
  - *Finis, seu effectus, quorū alij sunt*
    - *Communes, partim ipsi cum*
      - *Omnibus censuris cap. 5. §. 1.*
      - *Interdicto, & minori excommunicatione, Delictorum punitio, eod. cap. §. 2.*
      - *Singulis speciebus suspensionis, Prohibitio functionū eccl. ministris eius eod. c. §. 3.*
    - *Proprij, quorū alij sunt suspensionis*
      - *Ab officio, quorū alius est*
        - *Per se, Impeditio, seu prohibitio executionis, seu usus, administrationisvè ecclesiastici officij cap. 6.*
        - *Per accidens cap. 7.*
      - *A beneficio, quorū alius est*
        - *Per se, Suspensio ab vsu iuris percipiendi fructus beneficij eccl. nec non eius iura tuendi cap. 8. §. 1.*
        - *Per accidens cap. 9.*
  - *Materia, cuius alia est*
    - *cap. 10. Genus, atq; aut*
      - *Suspensionis generatim sumptæ, & est Censura eccl.*
      - *Singularū eius specierum, & est Suspensio.*
    - *Circa quā, cuius alia est cōmunis ipsi cum*
      - *Oibus censuris, Homo, ī quo alia inesse debet.*
        - *cap. 11. Necessariò, quorum alia sunt*
          - *Cōmunia, de quibus generatim actū est, vel absoluatur.*
          - *Propria, vt clericus sit eod. Vt habeat, à quo suspendatur eod. §. fin.*
        - *cap. 12. Nō necessariò, quorū alia cōmunia ipsi sunt cū*
          - *Oibus censuris, generatim actū est.*
          - *Interdicto, ac minori excōicatione, Vt offensa adsit.*
      - *Interdicto, Capitulū, seu Collegiū eccl. c. 13.*
  - *Forma, cuius alia est suspensionis*
    - *Ferendæ, cuius alia est suspensionis*
      - *Ab officio, Suspendo te ab officio cap. 14.*
      - *A beneficio, Suspendo te à beneficio eod. cap. cum seq.*
    - *Tollendæ, cuius alia est suspensionis*
      - *Ab officio, Absoluo te à suspensione officij.*
      - *A beneficio, Absoluo te à suspensione beneficij. cap. 16.*
- *Accidentibus, quæ ab ipsis causis emanant, scilicet*
  - *Ab efficiente. A fine. cap. 17. A materia. cap. 5. A forma. cap. 17. §. 1.*

BAR-

BARTHOLOMÆI VGOLINI EX MONTE SCVTVLO IVRISCONS. AC BARBIANI ARCHIPRESBYTERI.

De suspensione cens. eccl. Tab. IV.

De homine efficiente causa suspensionis, idest de eo, qui suspensionem ferre potest; & de ijs, quæ ad eam ferendam necessariò inesse illi debent, communiaq; ipsi cum alijs censuris sunt. Cap. I.

SVMMA.

1 *Homo suspensionem ferre potest.* 2 *Suspendere potest, qui & excommunicare.*



ABSOLVTA materia excommunicationis, iam ad reliquas censuras, & primò ad suspensionem transeamus; de qua more nostro acturi primùm, quisnam suspensionem ferre queat, contemplemur; reliquas causas deinceps ordine suo contemplaturi. 1 † Efficiens causa igitur prima suspensionis ferendæ, diuina omissa, Homo est; id est suspensionem ferre Homo potest, vt probatur c. cùm bonæ de ætat. & qualit. & c. apostolicæ de except. & c. venerabili de sent. excom. etenim hic excommunicandi facultatem habet, vt asseruimus cap. 1. Tab. 2. iure igitur & suspensionis ferendæ po-
2 testatem habet; † nam, qui excommunicare potest, hic & suspendere valet, vt inquiunt Syl. in verb. Suspensio. 1. nu. 2. & Archiep. Flor. in tract. de suspen. cap. incip. Vltimo not. & Tab. eod. nn. 8. & Armill. nu. 17. & Nauar. in Man. cap. 27. nn. 159. sed quoniam de hac cã, id est de homine, nec non de Collegio, quod etiam suspendere potest, egimus cap. 2. cum multis seq. Tab. 1. ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc sumemus; atque interim nos ad efficientem causam absolutionis suspensionis huius ab homine latæ transeamus.

De homine efficiente causa absolutionis suspensionis ab homine latæ; & de ijs, quæ ad ipsam absolutionem tribuendam necessariò inesse ei debent, communiaq; ipsi cum alijs censuris sunt. Cap. II.

SVMMA.

1 *Absoluere à suspensione ab homine lata potest, qui ab excommunicatione absoluit.* 2 *Absolutio suspensionis ab homine latæ tribuitur etiam aliquando ipso iure.*



1 † ABSOLVERE autem à suspẽsione ab homine lata potest, qui ab excõmunicatione potest, vt exempli gratia. Primò, qui eam suspensionem tulit, vt inquiunt Archiep. Flor. in tract. de suspen. cap. incip. Vltimò not. & Angel. in verb. Suspẽsio. 4. nu. 1. & Armill. eod. nu. 22. & Tab. eod. num. 12. & Syl. eod. num. 8. & Nauar. in Man. cap. 27. n. 162. Item superior eius, non enim inferior ipso suspensionem ab homine latam tollere potest, vt dixit Franc. de Aret. in c. tam literis vers. Vltimò not. de testib. Postremò reliqui, de quibus quoniam egimus in cap. 4. cum seq. Tab. 1. ideo ad legem alteram efficientem causam suspensionis ferendæ transeamus; † si illud tamen priùs
2 addiderimus, suspensionem & ipso iure tolli, vbi ad certum tempus lata est, & ad certam causam, vt infrà videbimus.

De lege, seu constitutione eccl. efficiente causa suspensionis; & de ijs, quæ ad suspensionem ferendam inesse ei debent, communiaq; ipsi cum reliquis censuris sunt. Cap. III.

SVMMA.

1 *Lex suspensiones fert*
2 *Clerici, &*
3 *Religiosi, &*
4 *Capitulum, Collegiumvè ecclesiæ quibus ex causis communi iure in suspensionem incidunt.*

1 ALTERA † verò efficiens causa suspensionis Lex, seu Cõstitutio eccl. est; id est ecclesiastica lex, seu constitutio suspendere quoque potest, vt generatim probauimus cap. 10. Tab. i. vbi etiam, quæ ad ipsam ferendam inesse ei debent, abundè tradidimus; atq; ob eam rem illa in præsenti omittimus. Verùm, quòd suspensiones, quæ communi iure latæ sunt, hic ponere volumus, vt id etiam in excommunicatione obseruauimus, & suspensiones hæ partim in clericos, partim in religiosos, partim in colle-
2 gia eccl. promulgatæ fuerunt, ideo priores primò, reliquas deinceps ponamus. † Quò ad clericos igitur.

PRimùm episcopus, superiorvè, qui aut odio, aut gratia, aut amore, aut commodo aliquo ductus contra quempiam agere omiserit, vbi agendum erat propter hæresim, ipso iure triennium ab officio suspensus est, vt habetur in Clem. 1. §. pen. de hæret.

Eandem pœnam ij subeunt, vbi ob easdem rationes hæresis maculam cuipiam inurunt ob cit. §. penult.

Antistites ecclesiæ, qui clericos, quò beneficia renuncient, citativè ad curiam ne eant, capiêdos curant, trienniũ ab ecclesiarũ suarum fructuũ perceptione suspensi sunt ob Clem. 2. de pen.

Qui scientes indignum eligunt contra formam c. cùm in cunctis. §. fin. de elect. hi à beneficijs per triennium suspensi sunt, quæ in ea ecclesia habent, in cuius antistis electione peccarunt ob cit. §. finali.

Episcopus, eovè superior, qui non obseruat extrauag. incip. suscepti de elect. à pontificali, & ab ingressu eccl. suspensus est per cit. extrauag.

Conferens ordines alienis clericis sciens sine eorum antistitum licentia à collatione ordinum per annum suspensus est ob c. 2. de temp. ord. lib. 6.

Conferens infanti, vel illiterato, vel alterius diœcesis clerico licentia non habita, exceptis quibusdam casibus, clericalem tonsuram, per annum à primæ tonsuræ collatione suspensus est ob c. fin. eod. lib. 6.

Ordinarius, si post appellationem ad curiam, à qua appellans discessit, non inuestigauerit, an in discessione illa dolus interuenerit, confirmet, consecretvè, à confirmatione & consecratione episcoporum suspensus est ob c. prouida de elect. lib. 6.

Antistites ab officio, & administratione per triennium suspensi sunt, qui laicis ecclesias, bonavè immobilia, earumvè iura sine licentia submittunt ob c. 2. de reb. eccl. non alien. lib. 6.

Clerici qui fideiussione suas ecclesias onerant, in suspensionem incidunt ob c. 1. de solut.

Ordinarius, qui diœcesim visens facit contra cap. 2. de cens. lib. 6. vt pote aut munus recipit; aut procurationẽ visitatione non facta exigit, & intra mensem eidem ecclesiæ duplum non restituit, ab officio, & beneficio suspensus est, quousq; satisfaciat, si episcopo inferior sit ob cit. c. 2.

Qui exigit, plusquam promissum est, sex menses ab officio eo suspensus est, in quo deliquit ob extrauag. incip. cùm ad sacrosanctæ de sent. excom.

Postulantes ad cathedralem ecclesiam eum, qui vigesimum annum non attigit, à beneficijs triennio suspensi sunt, quæ in ea ecclesia habent, ad quã eum postularunt ob extrauag. Ioan. 22. de postul. prælat. incip. dispendijs.

Qui postulauit professorem cuiusuis ordinis mendicantium ad inferiores ecclesias, monasteriavè extra suos ordines, pœna eadem afficitur ob cit. extrauag. vn. incip. Dispendijs.

Recipientes eorum beneficia, qui ad curiam pro suis negotijs profecti sunt, quivè in curia of-

ficia

ficia habent, suspensi sunt ob extrauag.3. de priuil.
Electores, qui intra octo dies electiones factas electis offerri distulerint, per triennium à beneficijs suspensi sunt, quę habent in ecclesia, de cuius electione agitur ob cap. cupientes. §. cęterum de elect. lib.6.
Iudex ecclesiasticus suspensus etiam est, vbi facit quidpiam contra c.1. de re iud. lib.6.
Clerici, qui non vtuntur vestitu ad formam Clem.2. de vit. & honest. cler. si beneficia habent, ab eorum fructibus sex menses suspensi sunt, ob cit. Clem.2.
Clerici, qui curant, vt ad curiam citentur, quò res differatur, suspensi sunt ob Clem.2. de pęn.
Suscipiens eodem die plures ordines sacros suspensus est ob cap. literas, & c. dilectus de temp. ord. sed iam ad suspensiones, in quas incurrunt religiosi, veniamus.

3 MOnaci, † qui vestitum non ferunt ad formã Clem.1. §. si quis autem de stat. mon. si Abbas, priorvè sit, à beneficiorum collatione suspensus est per annum, si alius ab officio, & administratione.
Monaci venatores, aucupesvè, si Abbas, priorvè sit, à beneficiorum collatione, reliqui ab officio, & administratione per biennium suspensi sunt, ob cit. §. si quis autem.
Concionator, qui non suadet ei, quem in pœnitentiæ foro audit, vt decimas soluat, à concionandi munere suspensus est, quousq; contrariũ pœnitenti suaserit ob Clem.3. §. quibus de pen.
Fratres Prędicatores, minoresvè, qui intra probationis annum quempiam ad sui ordinis professionem admittunt, suspensi sunt.
Religiosi, qui ad vitam, certumvè tempus administrationis iura alteri concedunt, ab officio suspensi sunt ob Clem.1. de reb. eccl. non alien.
Religiosi, qui ecclesias in decimis ipsis debitis molestia afficiunt, si admoniri intra mensem à molestia non cessauerint; pro vsurpatis verò decimis intra duos menses non satisfecerint; vsque ad satisfactionem ab officijs, & beneficijs suspensi sunt ob Clem.1. de dec. sed iam de communibus tam clericis, quàm religiosis agamus.

ANtistites, abbatesvè interdicto subiecti per extrauag. vn. de reb. eccl. non alien. à suæ ecclesiæ, monasterijvè administratione suspensi sunt, si sex menses in eo interdicto perseuerauerint ob cit. extrauag.
Clerici tam regulares, quàm seculares, si quid ab ecclesijs, beneficijsvè vacantibus ipsis quacunq; ratione subiectis iniuria vsurpauerint, episcopi, superioresvè, ab ingressu ecclesiæ, reliqui verò vsq; ad restitutionem ab officio, beneficioq; suspensi sunt per c. fin. de off. ord. lib.6.
Si singuli ex collegio, Capitulovè ecclesiæ cathedralis, regularisvè, dum vacat, quicquam eius occupent, vsque ad satisfactionem ab officio, & beneficio suspensi sunt, per c. quia sepe de electione lib.6.
Non probantes id, quod dolo in electum obijciunt, à beneficijs per triennium suspensi sunt ob c.2. in fin. de elect. lib.6.
Archiepiscopi, episcopivè, qui manifestis vsuratijs exteris domos ad vsuras exercendas locãt, suspensi sunt per c.1. de vsur.
Antistites, qui, consensu Capituli, Apostolicæq; Sedis non intercedẽte, bona immobilia, iuranè ecclesiæ laicis subijciunt, ab officio, & ab administratione triennio per cap. fin. de reb. eccles. non alienan. lib.6.
Clerici, qui, quod proximè dictum est, sciunt, & non illud denunciant, à beneficijs, quæ in ea ecclesia habent, per triẽnium suspensi sunt, vt ibidem dicitur; atqui iam ad collegia veniamus.

4 CApitulum, † quod quidpiã dat, recipitvè ex pactione pro religionis ingressu suspẽsum est. Capitula, collegiaq; ecclesiarum, monasteriorumvè, itemq; alij, qui episcopos, ipsisvè aut maiores, aut minores in Romana Curia, aut promotos, aut cõsecratos, aut benedictionis munus consecutos absque Sedis Apostolicæ literis de huiusmodi promotione recipiunt, ad placitum Sedis Apostolicæ suspensi sunt per extrauag.1. de elect. has suspensiones breuiter recensuimus, quandoquidem non desunt, qui ea iura interpretati sunt; iam ergo ad eos, qui à suspensione huiusmodi absoluere possunt, transeamus.

De ef-

De efficiente causa absolutionis suspensionum, quæ à lege, statutové latæ sunt, idest de eo, qui à suspensionibus à iure latis absoluere potest; & de ijs, quæ ad absolutionem tribuendam necessariò inesse ipsi debent.

Cap. IIII.

SVMMA.

1 *Absoluere à suspensione à quouis iure lata potest, qui & ab excommunicatione absoluit.*



NVMERATIS suspensionibus, quæ in pontificij iuris volumina redactæ sunt; iam quis absoluere cùm ab his, tum ab illis, quæ ab episcoporum, huiusmodiq; ecclesiæ Antistitũ statuto latæ sunt, explicemus. † Absoluere igitur à suspensionibus
1 per legem, statutumvè latis potest, qui & ab excõmunicatione absoluit, vt exempli gratia, qui legem eam, statutumvè tulit; superior eius, successor eiusdem; ab horum aliquo delegatus. Quæ omnia quòd declarauimus abundè Tab. 1. cap. 10. ob eam rem ea silentio hic preterimus. Verùm, an episcopus absoluere suum subditum suspensum poterit? Item, an ipso iure suspensio tollatur? Postremò, an delegatus à lege poterit? (his enim rationibus & ab his excommunicationem tolli posse diximus in Tab. 2. cap. 4.) has quæstiones sigillatim explicabimus in seq.

SVMMA.

1 *Episcopus an absoluere suum subditum à iure suspensum possit.*

2 *Suspensio an ipso iure tollatur.*

I.

1 § Proposuimus nobis tres quæstiones explicandas. † Quarum prima hæc est, an episcopus subditum suum suspensum à iure absoluere posſit, vbi legislator absolutionẽm sibi non reseruauit. In qua quæstione, quam disputauit Gloss. in Clem. 1. §. pen. in verb. Excõmunicationis de hæret. & in c. cupientes. §. cæterum in verb. Suspensos de elect. lib. 6. & Abb. ac reliqui in c. tam literis de test. & in c. 2. de solut. Doctores inter se disentire videntur. Nam primò Gloss. in citatis iuribus hac ratione propositam quæstionem dissoluit, vt. s. si ad tempus suspensio lata sit, episcopus absoluere nequeat. Et hoc ob eam rem rationem, quoniam suspensus se absoluendum statim curaret, atq; idcirco pœna canonis illuderetur. Hanc Gloss. opinionem sic etiá confirmare possumus, quoniam, vbi legislator prohibet, quò minùs alter absoluat, nemo absolutionem tribuere potest, vt habetur in c. nuper de sent. excom. at suspensionem ad tempus ferens id prohibuisse videtur; ex quo enim ad tempus suspensionem tulit, ante illud ipsam tolli ab alio noluit arg. l. in tempus. ff. de hæred. instit. Nec repugnat, si dicatur id expresse non dici; nã, ex quó id tacito sentit, pro expresso habetur; par enim virtus taciti, & expressi est arg. l. cùm quid, & ibi communiter not. ff. si cert. pet. & in hoc igitur casu sic sensit Gloss. quã sequuntur Gemin. in cit. §. cæterum. n. 7. vers. In ea Gloss. & Phil. Franc. in ead. Gloss. & Io. Mon. n. 11 r. & Franc. de Aret. in cit. c. tam literis vers. Vltimò not. ac demum communiter DD. Si verò simpliciter, & non ad tempus suspensio lata sit, dicit Gloss. episcopum absoluere tunc posse, vbi legislator absolutionem sibi non reseruauit. Et hoc ob cit. c. nuper de sent. excom. & in hoc etiam casu Gloss. communiter receptam esse testatur Panor. in eod. c. tam literis, & hæc fuit sententia Gloss. in cit. c. cupientes. §. cæterum iunct. Gloss. Clem. 1. §. pen. de heret. Abb. verò in cit. c. tam literis, & in c. 2. de solut. sic distinguit. Aut pro contumacia quis suspensus est, & in hoc casu (modò legislator absolutionem sibi non reseruauerit) eps proprius absoluere ipsum põt arg. cit. c. nuper de sent. excom. nam, etsi de excommunicatione ibi tantùm agitur, ratio tamen, quæ in excommunicatione ibi redditur, & in suspensione locum habet; ergò & dispositio locum habere debet arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. Aut pro pena suspensio lata est; & in hoc casu dicit Abb. episcopum suspensi absoluere illum non posse, vbi dispensare in criminibus non valet, pro quibus in suspensionẽ incidisset; nam pœna ob delictum inusta perpetua esse censetur arg. c. si quem. §. notãdum. 2. q. 3. & l. seruus. C. de pen. Hæc Abb. quem sequitur Felin. in eod. c. tam literis, & in cit. c. nuper. Et probari etiam horum sententia sic potest; nam, si, vbi ad tempus lata est, idcirco episcopus eam tollere non potest, quoniam canon ille, qui eam penã

iuris

inurit, illuderetur, vt dixit Gloss. in cit. c. cupientes. §. cæterùm de elect. ergò, &, vbi simpliciter lata est, idem sentire debemus; quandoquidem, vbi pro pœna fertur, esse perpetua existimatur arg. cit. l. seruus. C. de pœn. valet enim argumentum & à parte ad totum arg. l. virilis ff. de verb. sig. & vt Gloss. & Bart. not. in l, si plures. ff. de dam. infect. & Ias. in l. iurisgentium. §. adeò autem. nu. 4. ff. de pact. Quid igitur concludendum? Ego, re accuratiùs perspecta, duabus regulis rem hanc totam explicandam, atq; concludendam censui secuturus Doctores, vbi rectè locuti sunt, & additurus, vbi manci fuerunt, sicut re vera sunt. Prima igitur regula hæc erit. Vbi pro pœna suspensio à iure lata est, episcopus proprius absoluere suspensum nó potest, cùm ob rationes, quibus suspensionem ad tempus latam tolli ab episcopo nó posse probatur, vt dixit Gloss. tum ob rationes, quibus idem probatur, vbi pro pœna suspensio fertur, vt dixit Abb. Et hæc regula locum habet, non solùm, vbi suspensio communi iure lata est, verùm etiam, & vbi præcipuo diœcesis, prouinciæve ecclesiastico iure in suspensionem quis incidit; etenim & hic rationes propositæ locum habent; ergo & idem dicendum de ipso est arg. cit. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. Quare, qui in suspensionem incidit latám per statutum episcopi Arimini, ab episcopo suo Imolæ non absoluetur. Item locum habet, vbi ad tempus lata est, quo casu loquitur Gloss. in cit. c. cupientes. §. cæterum de elect. quandoquidem & tunc pro pœua lata dicitur. Excipitur autem primò, vbi speciatim legislator absolutionem episcopo permisisset; tunc enim absoluere ipsum poterit ob cit. c. nuper. §. in secundo. Item, vbi ob delictum suspensus quis esset, in quo episcopus dispensaret; tunc enim episcopus absoluere quoq; poterit, vt asseruit Abb. in eod. c. tam literis de testib. & in c. 2. de solut. quem Felin. & Phil. Fran. sequuntur, & sensit etiam Trid. Syn. cap. 16. sess. 24. de reform. modò tamen nec hic legislator absolutioné sibi reseruasset; tunc enim absolutionem tribuere non poterit, vel delictum esset, in quo dispensaret arg. c. tam literis in fin. de testib. & vt sensit Gloss. in ead. Clem. in fin. de hæret. Quæ autem delicta hæc sint, in quibus episcopus dispensat, declararunt Abb. Dec. ac DD. in c. at, si clerici. §. de adulterio extra de iud. & Trid. Syn. in cit. c. 6. sed de priori hac regula satis. Altera verò regula hæc erit. Vbi pro contumacia quis à iure suspensus est, hunc proprius episcopus absoluere potest, id quod DD. vniuersi concludunt ob c. nuper de sent. excom. quod tamen ego verum non censeo, nisi in his casibus. Primùm, vbi ad cautelam quis absoluitur, vt probatur in c. venerabili iunct. Gloss. de sent. excom. absolutio autem ad cautelam quando detur, id declarauimus c. 20. §. 1. Tab. 1. Deinde, vbi suspensus absoluitur, antequam à contumacia discedat; nam, etsi absolutio tribui tunc non debet, tamen tributa valet arg. c. venerabilibus. §. vbi autem, & ibi Gloss. communiter recepta de sent. excom. lib. 6. & vt nos suo loco id asseruimus. † Aliàs autem absoluere non poterit, quandoquidem necessaria non est, vbi pro contumacia quis suspenditur; quippe quia ipso iure suspensio tollitur, statim atq; à contumacia suspensus discesit, vt videbimus in proximo. §. etenim cessante causa, & effectus cessare debet arg. c. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. Id quod & locum habet, vbi ad tempus pro pœna suspensio lata est; nam elapso tempore ipso iure tollitur. Hac igitur ratione cóciliandæ mihi videntur, interpretandæ, ac supplendæ Doctorum sententiæ; & cóciliationem hanc, atq; interpretationé, vti verissimam, & vt à medullis rei depromptam, accipiendam esse censeo. At inquiet quispiam, qua ratione dignoscitur, vbi pro pœna, pro contumaciavè suspensio lata sit? Hoc explicabimus in seq. §. ad quem iam veniamus: si illud vnû priùs addiderimus idem nos sentire in hoc & de Capitulo cathedrali sed. vac. & de legato, nec nó & de delegato ab his ob easdé rationes, quod de episcopo sensimus; &, quæ diximus de suspenso, eadem & in interdicto, & in minori excommunicatione irretito locum habere.

SVMMA.

1 *Suspensio ipso iure tollitur.*

2 *Suspensus ob contumaciam ipso iure absoluitur, contumacia cessante.*

3 *Suspensus pro pœna ad certum tempus elapso eo tempore absolutus est.*

4 *Suspensus vsque ad finem certæ causæ absoluitur ipso iure, eo fine cessante.*

5 *Suspésione lata in quépiá, quousq; satisfaciat, an satisfactionis declaratio requiratur.*

6 *Contumax esse desiisse quando quis dicatur.*

7 *Suspensus, quousq; decem soluat, quæ debet, an, quò absolutus sit à suspensione, requiratur, vt vsq; ad minimum quadrantem soluerit.*

8 *Suspensus simpliciter ad tempus non expresso tempore, quàm diu suspensus erit.*

9 *Suspensus ad beneplacitum iudicis quando ab-*

solutus sit.

10 *Suspensus, quousq; reuocetur suspensio, quanto tempore suspensus erit.*

11 *Suspensus, quousq; mereatur indulgentiam nostram, quando absolutus sit.*

12 *Suspensus simpliciter pro delicto ad pœnam sine causæ cognitione quando absolutus sit.*

13 *Suspensus simpliciter ad pœnam cum causæ cognitione quando absolutus sit.*

II.

1 §† Altera quæstio est, an suspensio ipso iure tollatur; in qoa quæstione tria hæc potissimum contemplabimur. Primùm id, quod diximus, an suspensio ipso inre tollatur, hominis absolutione oō intercedente. Deinde, si tollatur, quando id contingat. Postremò, quid de alijs cen suris: verùm; antequam rem aggrediamur, præmittendum est nos hìc noo agere, vbi lex, quæ su speosionem tulit, omnino abrogatur, &, vt pro infecta sit, decernitur, quo casu, qoacuoq; censu ra quis constrictus sit, ipso iure statim absolutus est; nam de hoc egimus abnndè cap. 11. §. fin. Tab. 1. sed agimus, vbi quis vel ob cootumaciam, vel ob pœoam suspensus est, an aliqnando absoluatur ipso iure, nulla hominis opera intereedente. Quò ad primam quæstionem igitnr Dec. in c. 1. nu. 8. io seconda lect. de iud. ipso iure suspensionem oon tolli censuit; hanc opinionem sequi ait Card. in Clem. 1. q. 30. de dec. & Imol. ibidem in Gloss. in verb. Donec. Probatur autem horum sentētia primò per c. venerabili de sent. excom. vbi episcopus, qui dicebatur suspensus, etsi iurâuit se pariturum mandatis ecclesiæ, vbi coostitisset eum in culpa esse, tamen ad caotelam absolutus est; ergò ipso iure suspensio non tollitur: hæc ratio ad rem non facit; nam idcirco ad cautelam absolutus ibi fuit, quooiam episcopns oec satisfecerat, nec satisfacere volebat, nisi causa cognita, an iniqua suspensionis scotentia esset, vt ibi dicitur; at quæstio oostra disputatur, vbi suspensus ea præstitit, quæ debebat, tempusvè suspeosioni præscriptum præterijt, vt io seq. quæstione videbimos. Quo stante per cit. c. venerabili cōtraria sentētia probator potius, qoàm ea, pro qua allegatur; nam, si ob eam rem episcopus ille ipso iure absolutns noo fuit, quoniam non satisfecit; secus, si satisfecisset, firmissimum enim argumentum est à contrario sensu, vt habetur in l. 1. & ibi communiter not. ff. de off. eius; eo iure igitur opioio hęc oon probatnr. Secundo loco citator c. super eo de sent. excom. vbi Rom. Pont. inquit, si monaci quidam induci non possint ad præstandum iosiurandum secundum formam ecclesiæ, ipsos recipi posse cum promissione manuali; ergò hìc sentire videtur Rom. Pont. ad sospensionis absolutionem hominis operam postulari: ad hùc canonem etiam respondetor absolutionem ibi reqoiri non ob suspensionem, sed ob excommunicationem; declarant id verba illa Poteris recipere; nam, quòd excōmunicatos extra ecclesiam eiectus est arg. c. qui merito, & c. omnis Christianus. 11. q. 3. ob eam rē, vt de excōmunicatione id dictum appareret, verbum illud Recipere Summus Pont. adhibuit; per absolutionem enim in ecclesiam iterum accipitur, quod non contingit suspensionis absolutione, ex quo per eam extra ecclesiam quis nō eiicitur. Postremò sic argumentator Dec. forma, quæ adhibetur ad absolutionem excommunicationis, requiritur etiam in sospensionis absolutione, vt probatur io cit. c. super eo, & c. venerabili, quæ iura ad hoc citauit Dec. eod. nō autem, vt ego proximè allegaui; item in multis alijs conuenit suspensio com excommunicatione arg. c. is, cui de sent. excom. lib. 6. & sic sub eadem regula excommunicatio, ac suspensio sunt; ergò à regula discedendum non est, nisi contrarium probetur: ad hanc rationem facilè respondetur in multis conueniri, vbi id dictum est, vt ibi; at hoc dictum non est, sed contrarium videbimos. Quare contrariam sententiam, vt suspensio ipso iure tollatur, amplexati sunt Abb. io c. fin. de matr. contract. contr. interd. eccl. & in c. ad aures. num. 3. de simon, & Gloss. in Clem. 1. in verb. Donec de dec. & Inn. in c. cùm bonæ de ætat. & qualit. & Rip. in c. 1. no. 23. & Felin. num. 7. vers. Secundus casus de iud. & Conar. in c. alma, pars. 1. §. 11. nu. 8. vers. De absolutione ab excommunicationis sententia de sent. excom. lib. 6. communis deniq; Doctorum sententia hæc est, vt sensit Dec. eod. c. 1. nu. 8. vers. Postremò non omitto. Probatur autem primò per c. presbyter, si à plebe. 2. q. 5. vbi clericos suspensus, statim atq; se porgauit, tutò deinceps suum officium exequi potest; Presbyter, dicitur enim ibi, si à plebe sibi commissa mala opinione infamatus fuerit, & episcopus legitimis testibus id probare non potuerit, suspendatur vsq; ad dignā satisfactionem, ne populus fideliō in eo scandalum patiatur: digna verò satisfactio est, sicut à maioribus constitutum esse docetur, quando siue secundum canones, siue ad arbitrium episcopi septē sibi collegas adiongit, & iurat in sacrosancto euangelio coram posito, quod crimen sibi illatū non perpetrauit; & hac satisfactione purgatus securè deinceps suūm exequatur officiū. Hęc ibi; si ergo, statim atq; hic se purgauit, suum exequi officium potest; plaoè absolutio alia nō postulatur, sed ipso

ipſo iure ſuſpenſio tollitur;idem probatur in cit.Clem.1.iunct.Gloſſ.donec de dec. Accedit poſtremò, quod de excommunicatione ſolùm cautum legimus poſt ſatisfactionem abſolutionem poſtulari,vt in c.cùm deſideres,& in c.à nobis.2.& in c.quòd in dubijs de ſent.excom.ergò ſecus in alijs cenſuris arg.c.non ne de præſumpt.& l.cùm prætor.ff.de iud.quamobrem autem id fiat,id in fine huius partis explicabimus,vnde opinio hæc etiam optimè confirmabitur; ab hac communi ſententia igitur,quę veriſſima eſt,non diſcedemus. Hinc,ſuſpenſo quopiam, quouſq; ſatisfecerit,ſtatim atq; ſatisfecerit, abſolutus erit,vt de communi ſententia teſtatur Couar.eod. verſ.

2 † Sed de quæſtione hac ſatis, ad alteram veniamus, quando.ſ.contingat, vt ſuſpenſio ipſo iure tollatur.Quam quæſtionem etſi DD. confuſe admodum pertractarunt;ego tamen,vt dilucidior eius cognitio habeatur,hos caſus contemplabor. Primum,quid iuris ſit, vbi pro contumacia quis ſuſpenſus eſt.Alterum,vbi pro pœna,ſed ad certum tempus. Tertium, vbi ad certæ cauſæ finem.Poſtremum,vbi ſimpliciter;his enim explicatis abſolutam,nec non explicatã quęſtionis propoſitæ cognitionem habebimus.Quò ad primam quæſtionẽ igitur,vbi quis pro contumacia ſuſpenſus eſt,hic, ſtatim atque à contumacia diſceſsit, ipſo iure abſolutus erit,vt ſenſit Inn.in c.cùm bonæ verſ.Si verò expreſsit offenſam de ætat.& qualit.& in c.ſicut.n.2.de cohab. cler.& mul.& ſequitur eum Felin.in c,ex literis.nu.36.verſ.Et per iſtum textum de conſtit.Idq; meritò,nam ceſſante contumacia, & eius pœna ceſſare debet arg.c.cùm ceſſante de appell.& l. adigere.§.quamuis.ff.de iur.patron. & vt inquit Bart.in l.ſi quis adulterium. §.1. ff.de adult.& Bald.in l,1,nu.3.verſ.Extra opp.C.de poſtul.& Abb.in eod.c.ex literis.nu.10.verſ.Secundo caſu,ac reliqui DD.ibi.Hinc clericus ob contumaciam ſuſpenſus,pręſtita obedientia, abſq; alia ſuſpenſionis relaxatione celebrare poteſt, vt dixit Felin.de ſententia Inn.& in cit.c.ex literis.nu. 36.eod,verſ. Etenim pœna contumaciæ eiſdem terminis circumſcribitur, quibus contumacia, vt dixit Felin.eod.quò multa ad hoc pertinentia congeſsit,& Dec.nu.16.verſ. Quarta concluſio;ob contumaciam igitur ſimpliciter quis ſuſpenſus, ſtatim atq; à contumacia diceſſerit,ipſo iure abſolutus erit. Quæ regula locum habet, vel pro contumacia in perpetuum ſuſpenſio lata ſit; nam,ſtatim atq; à contumacia diſceſſerit, ſuſpenſione liber erit, vt aſſeruit Felin.eod.c.ex literis.num.39.verſ.Amplia primò,& Dec.eod.& Pet.Foll.in prax.crimin.canon.in 3.part.iud. cap.33.nu.89.Nec illud Perpetuò repugnat;nam in eam ſententiam accipitur,quouſq; ſuſpenſus ſe correxerit,vt declarauit Gloſſ. communiter recepta in c.clericos in verb. Perpetuam de cohab.cler.& mul.& in c.actus legitimi de reg.iur.lib.6.& in c,reperiuntur in verb. Perpetua.1. q.1.& Felin.ac Dec.in eod.c.ex literis,& nos c.16.§.4.Tab.1. Locum etiam eadem regula ſibi vindicat, vbi,quo animo ſuſpenſio lata ſit, ſciri non poteſt; nam, ꝙ tunc pro contumacia lata eſſe cenſetur arg.eorum,quæ tradidit Gloſſ.in c.in pœnis de reg.iur.lib.6.& arg.l.ſi præſes,& l. interpretatione.ff.de pęn.& vt dixit Abb.in eod.c.ex literis.nu.10.verſ.in dubio autẽ,& Felin. nu.40.verſ.Amplia ſecundò,& Foll.eod.nu.90.ob eam rem,ſtatim atq; à contumacia diſceſſerit,ipſo iure ſuſpenſione liberatus erit.Excipitur tamen,vbi pro contumacia quis ſuſpenſus eſt, quæ in delictum tranſijt;tunc enim ipſo iure non liberabitur,ſed perpetua erit, atq; idcirco abſolutio poſtulabitur arg.c.ex tuæ de cler.non reſcid.& vt inquiunt Abb.in eod.cap.ex literis, & Felin.nu.41.verſ.Fallit tamen iſta declaratio,& Foll.eod.ſed de quæſtione hac,vbi ſuſpẽſio pro contumacia lata eſt,hactenus.

3 † Alter caſus eſt, vbi, pro pœna ad certum tempus quis ſuſpenſus eſt,vt ad triennium, quadriennium, cuiuſmodi ſuſpenſiones habentur in Clem.1.§.pen. de hæret.& in Clem.2.de pęn.& c.2.de temp.ord.lib.6. & in c.ſacro de ſent.excom. & in c.1.eod. lib.6.cùm ſimil. Et in hoc caſu,ſtatim atq; tempus elapſum fuerit,ipſo iure abſolutus hic erit,& abſolutio alia non poſtulabitur;ſic enim dixit Gloſſ.in Clem.1.in verb.Donec de dec.quam ſequitur ibi Anchar.nu.15.verſ.Decimò not.& alij,& Gloſſ.4.in c.ſacro,& ſequitur eam ibi Mar. Soc.Sen.nu.258.de ſent.excom.& Inn.in cit.c.cùm bonæ verſ. Vbi autem.ſ.ad tempus ſuſpenditur,& ibi quoq; Abb.nu.5.& idem Inn.in c.ſicut.nu.2.de cohab.cler. & mul. & idem Abb.in c.fin.de matr.contract.contr.interdict.eccl.& in c.1.nu.6.& ibi quoq; Rip.nu.25.verſ. Secundus caſus,vbi & de cõmuni teſtatur de iud.& Gemin.in c.1.§.qui vero.nu.7.verſ. Quæro, quid ſi iſte,& Anchar.nu.7.in fin.de elect.lib.6.& Capell.Tholoſ.deciſ.297.& Add.ad eam, & Felicianus epiſcopus Scalenſis in Enchiridio de cenſuris cap.15.in princ.de ſuſpenſione,& Marian. Soc.eod.num.294.in cit.c.ſacro;ab omnibus deniq; ſententia hæc recepta eſt.Idq; meritò,etenim ad tempus prohibitum poſt tempus illud permiſſum eſſe cenſetur arg.l.Imperator; & ibi not.Bart.ff.de poſtul.& l.pater filium.§.fundum.ff.de leg.3.& vt not.idem Bart.in l.peto.§.fratres.ff.de leg.2.& Iaſ.in l.ſi minor in fin.ff.de verb.oblig.Hinc ad tempus alicubi relegatus, eo

elapso tempore in patriam autoritate propria redire potest, vt dixit Bald. in proem. ff. Et conclusio hæc locum habet, vel ab homine, vel à iure quis suspensus sit, vt sensit Felin. in eod. c. num. 7. vers. Tertiò limita de iud. Imò nulla declaratione opus est, vt scilicet absolutus esse declaretur, vt dixit Rip. in cit. c. 1. n. 25. vers. Secundus casus, & Inn. in eod. c. bonæ. nu. 2. vers. Vbi autem. ſ. ad tempus de ætat. & qualit. nam id tempus ipsum declarat, vt citati autores eisdem in locis inquiunt, & Abb. in eod. c. cùm bonæ. nu. 5. vers. Ratio diuersitatis est; & de casu hoc etiam satis.

4 † Tertius casus est. Vbi ad certæ causæ finem quis suspensus est, vt pote quousq; satisfaciat. In quo casu Inn. in cit. c. cùm bonæ. nu. 2. vers. Vbi autem. ſ. ad tempus, absolutionem necessariam esse sensit. Et hoc cùm ob c. presbyter, qui à plebe. 2. q. 5. quod tamen contrariū potius probat, vt in initio huius partis vidimus; tum quòd dubitari de hoc potest, vt pote, quia suspensus diceret se satisfecisse, aduersarius autem id negaret; & opinionem hanc sequi videtur Abb. in cit. c. cùm bonæ. num. 5. vers. Quandoq; quis est suspensus ad limites certæ causæ. Vnde Io. Andr. ob hanc dubitationem sic distinguit. Aut satisfactio in iudicio facta est, & tunc absolutio non requiritur; quandoquidem dubitatio esse non potest. Aut extra iudicium facta est, & tunc ob dubitationem absolutio necessariò requiritur. Hæc Io. And. quem refert Abb. in eod. c. cùm bonæ. nu. 5. cuius opinionem, ꝙ neq; iuri, neq; rationi vlli nititur, ob eam rem non sequor. Ac planè quid refert, vbi quis satisfecit, quò ad absolutionem, an id sciatur nec ne? nam, ex quo iure ipso absoluitur, ius ipsum satisfactionem non ignorat, cùm semper certū sit arg. §. conditiones, quæ in Instit. de verb. oblig. Accedit postremò, ꝙ ipsemet. Io. And. quem refert Abb. ibid. & qui opinionem hanc sequuntur, iudicis operam non ad absolutionem tribuendam, sed ad satisfactionē declarandam inquiunt postulari, ergo iam absolutus est; non enim, qui declarat, absoluit arg. c. pastoralis. §. fin. de appell. & l. hæredes palam. §. pen. ff. de testam. Quid igitur concludendum? Ego & in hoc casu satisfactione facta absolutionem aliam non requiri concludo; tum ꝙ id expressum quodammodo habetur in cit. c. presbyter, qui à plebe. 2. q. 5. tum ꝙ Gloss. omnes ferè id asseuerant, vt Gloss. in c. quia sæpe in verb. Donec, & ibi eam sequitur Anchar. vers. Septimò not. & Gemin. nu. 17. vers. Gloss. super verb. Donec de elect. lib. 6. & in c. fin. in verb. Quousque de off. ord. eod. lib. & in c. 2. in verb. Quousq;, & ibi quoque Anchar. vers. Sextò not. & Gemin. fin. de cens. eod. lib. & in Clem. 1. in verb. Donec, quam DD. communiter sequuntur de dec. idē sensit Inn. sibi contrarius in c. sicut de cohab. cler. & mul. & Felin. in c. 1. nu. 7. vers. Tertiò limita, & Rip. nu. 25. vbi de communi testatur de iud. quare sic suspensus, statim atque satisfecerit, nulla absolutione alia intercedente diuina celebrare poterit, vt dixit Felin. eod. & Dom. ab eod. relatus. Et hæc communis conclusio locum habet, vel à iure, vel ab homine suspensus quis sit; quod & omnes sentire ait Domin. quem Felin. refert eod.

5 † Atqui an declaratio vlla de satisfactione postulabitur? Gloss. in cit. Clem. 1. de dec. declarationem requiri sensisse videtur; nam, in hoc casu declarationem pro absolutione sufficere ait; idem & apertiùs dixit Gemin. in cit. c. 2. in fin. de cens. & Rip. in eod. c. 1. num. 25. vers. Sed tenenda, & Rebuff. in prax. benef. vers. Teq; absoluentes declarat. nou. prouis. hanc opinionem ego etiam sequor, dummodo denunciatio deinceps fiat. Nam hac ratione Christi fideles, qui hunc diuina facere sciunt, scandalum non patientur, & interesse diuinis, dū ab eodē fiunt, non verebuntur, ex quo pro absoluto ipsum habebunt; ob hanc enim rationem denunciatio post absolutionem fit, vt declarauimus c. 24. Tab. 1. & facit c. 2. in fin. de purgat. canon. & cit. c. presbyter, si à plebe. Ac sanè, vbi quis publicè suspensus est, facilè offensam daret diuina faciendo, si ipsius absolutio nota non esset; ac propterea, quod diximus de denunciatione absolutionis, locum habebit, vbi suspensus aut notorius, aut denunciatus erit; aliàs autem denunciatione opus non erit, ex quo suspensus nec denunciatus, nec notorius erat. Declaratio itidem satisfactionis hoc vnū operabitur, quòd suspensus se tueri ea declaratione contra aduersarium poterit, si litem rursus ei moueret, suspensionemvè ei obijceret; quamuis, si præsentibus testibus satisfecerit, hac ratione se tueri quoq; poterit. Statim igitur atq; ob contumaciam suspensus à contumacia discesserit, absolutus erit; sicut & suspensus, quò satisfaceret, statim atq; satisfecerit.

6 † A contumacia verò discessisse quis dicitur, vbi iudici in eo obtemperat, in quo non obtemperando suspensus fuit. Quare, si iudex quempiam suspenderit, donec coram eo compareat, & libello, positionivè respondeat; statim atq; comparuerit, & libello, positionivè responderit, absolutus hic erit, vt dixit Abb. in c. cùm bonæ. nu. 5. de ætat. & qualit. Si itidem suspensus quis sit, propterea quod in ius vocatus non venit, statim atq; aduenerit, & sumptus factos aduersario restituerit, & posthac iudicio se adfuturum cauerit, à suspensione liber erit arg. c. venerabilibus. § porro vers. Secus autem de sent. excom. lib. 6. alioquin, si

ſolùm comparendo abſolutionem conſequeretur, illudi facilè ſuſpenſio poſſet. Nec repugnat, quod dixit Abb. in cit. c. cùm bonæ, nam ob actum vnum ibi ſuſpenſus quis fuit; at, vbi quis in ius vocatur, quouſq; res, qua de agitur, expediatur, iudicio intereſſe debet, atq; idcirco ſimpliciter comparendo non ſatisfacit arg. §. ſed hodie in Inſtit. de ſatiſdat. & de iudicio ſiſti ergo hic cauebit. Satisfeciſſe verò ſuſpẽſus tunc dicitur, vbi quacunq; ratione creditori ſatisfecerit arg. l. 1. ff. qui ſatiſdare cog. imò &, ſi bonis ceſſerit, abſolutus hic erit, vt in Tab. 2. de excommunicato diximus.
7 † At quid, ſi decem debet, & minimum quodpiam reliquum factum eſt, quod ſoluat, an abſolutus hic erit? Planè mea ſentẽtia adhuc ſuſpẽſione cõſtrictus hic tenebitur; cùm ob ea, quæ dixit Gloſſ. in cap. quia ſæpe in verb. Plenè, & ibi Anchar. de elect. lib. 6. tum quòd, quouſque decem ſoluat, ſuſpenſus eſt, & adhuc ipſum non ſoluiſſe verũ eſt; ergo pęna non ceſſabit. Nec repugnat, quod vulgò dicitur minima non curari arg. leg. ſcio. ff. de in integrum reſtit. nam locum illud non habet, vbi in minimo eadem ratio eſt, quæ in magno, vt hìc; nam, ſicut verum eſt ex illis decẽ nullis ſolutis eũ decem non ſoluiſſe, ita verum eſt eundem illa decem non ſoluiſſe, vbi vnus numus deeſt: ſicut ergo per decem dies ſuſpenſus abſolutus non erit, niſi præterita omnino poſtrema hòra poſtremi diei, ita nec hic, niſi & vno numo, quod reliquum fuerat, ſoluto. Excipio tamen, vbi creditor hoc ei remitteret, vel de ipſo fidem ei haberet: ad ſummam, ſi ob id ſuſpenſus quis ſit, quod vno momento fieri poteſt, non priùs abſolutus erit, ꝙ̃ illud fecerit; ſi ob id, quod longiùs producatur, non ante abſolutus erit, quàm de eo faciendo idoneè cauerit arg. cit. c. venerabilibus. §. porrò verſ. Secus; & hęc vera ſunt, vbi ſuſpẽſio vel
8 pro contumacia, vel pro pœna, aut ad certum tempus, aut ad certam cauſam lata eſt. † Verùm quid, ſi ad tempus quis ſuſpendatur non expreſſo temporis ſpatio, hac forma exempli gratia Suſpendo te ad tempus, an ſuſpenſio ipſo iure tunc tolletur? & quando? Quid itidem, ſi ad bene placitum ſuſpendatur? Quid, ſi hac forma ſuſpẽſio concipiatur? Suſpendo te, quò ad ſuſpenſionẽ reuocauero: hæc omnia contemplanda hic nobis ſunt, an ipſo iure in his caſibus ſuſpenſio tollatur, & quando. Quò ad primam quæſtionem igitur breuiter concludimus hunc decennio ſuſpenſum fore, vt dixit Felin. in c. ex literis de conſtit. quem refert, ac ſequitur Pet. Foll. in prax. crimin. canon in 3. part. iud. cap. 33. nu. 78. Etenim & ad tempus ſimpliciter (temporis. ſ. ſpatio non præfinitò) in metallum damnatus, decennio eam pœnam patitur, vt probatur in l. fine præfinito, & ibi DD. not. ff. de pœn. Quod tamen locum non habet, vbi per interlocutoriam ſententiam quis ſuſpenſus eſſet, & ſic cauſa non plenè cognita, vt tradidit Add. ad Bart. ibi verſ. Item iſta lex lim. ad tempus ſuſpendentis igitur in hoc caſu durabit, vt in quarto caſu probabimus, &
9 de quæſtione hac priori hactenus. † Quò ad alteram quæſtionem autem, vbi ad beneplacitum ſuſpenſus eſt, concludimus, quouſq; beneplacitum durabit, hunc ſuſpenſum fore; eo verò ſublato eundem ipſo iure abſolutum eſſe arg. l. Imperator. ff. de poſtul. & c. cùm ceſſante de appell. Quare, ſi Rom. Pont. ad ſuum beneplacitum, vel quouſq; volet, quem ſuſpenderit, quòd morte ipſius beneplacitũ extinguitur, vt habetur in c. ſi gratioſè de reſcript. lib. 6. eo mortuo iure ipſo ſuſpenſio tolletur; beneplacitum enim voluntas eſt, quæ morte extinguitur arg. l. 4. ff. loc. atque ſic aſſeruit de ſuſpenſione Felin. in cit. c. ex literis, & Foll. cod. cap. 33. nu. 78. nam, etſi officium idem apud ſucceſſorẽ eſt arg. l. meminiſſe. §. fin. ff. de off. proconſ. & l. proponebatur. ff. de iud. & l. quod principis. ff. de leg. 2. & iudex, quatenus iudex eſt, ſententiam tuliſſe cenſeatur; tamen, ꝙ verba propriè accipienda ſunt arg. l. non aliter. ff. de leg. 3. ob eam rem, quoniam voluntas propriè viuentis eſt, & non dignitatis, ſicut dixit Bald. in proem. ff. §. hæc autem tria, ad beneplacitum ſuſpenſus de beneplacito ipſius ſuſpendentis, non autẽ dignitatis accipiemus; ac propterea eius morte ſuſpenſio tolletur. Hinc, ſi iudex huiuſmodi ſententiã tulerit Pono te ad confinia, donec voluero, eo iudice mortuo, eam pœnam ſublatam eſſe dixit Bald. in cit. §. hæc autẽ tria, & Bart. in l. centeſimis. §. fi. n. 9. ff. de verb. oblig. quem ſequitur Iaſ. ibi. n. 12. & alios idem ſentire ait, ſicut etiam Alex. nu. 10. Et hoc locum habet non ſolùm, vbi iudex ille mortuus eſt, verùm etiam, & vbi ea dignitate aut ſponte, aut inuitus ſpoliatus eſt arg. c. 3. iunct. Gloſſ. mortuo de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. beneplacitum enim illud, quod ob magiſtratũ, quem gerebat, ſibi referuauit, ipſo abeunte à magiſtratu ceſſare debet, vt dixit Bart. in cit. §. fin. nu. 11. quem ſequuntur ibi Alex. nu. 12. & Iaſ. num. 15. & communiter DD. ergo idem de ſuſpenſione ad beneplacitum lata concludemus, vt iudice, qui eam tulit mortuo, aliáſvè remoto, extinguatur. Excipitur tamen, vbi beneplacitum morte nõ tollitur; ſi igitur exempli gratia Romanus Pont. quempiam ſic ſuſpendat Suſpendo te ad beneplacitum Sedis Apoſtolicę, quoniam Sedes Apoſtolica nõ moritur; ob eã rẽ eo Pontifice mortuo reuocata ſuſpenſio non erit, niſi à ſucceſſore

 reuocetur,

reuocetur,vt probatur in cit.c.si gratiosè de rescript.lib.6.Idem quoque erit,si hac forma sententia pronuncietur Suspendo te ad beneplacitum Rom.Pont. vel quousq; Rom.Pont.placuerit;nam, ꝙ suspensio hæc ad pontificiam dignitatem respectum habet,quæ nō moritur; ob eam rem suspendentis morte suspensio iure ipso non reuocatur arg.c.quoniam abbas de off. deleg. & eorum, quæ ibi tradunt Panorm.ac DD.atq; sic de suspensione dixit Foll.eod.nu.78. Tertiò beneplacitum non tollitur,ac propterea nec suspensio; si is,qui suspensionem ratione hac tulit, excommunicetur: sic enim & de iudice concluditur,qui ad confinia quem ad beneplacitum posuit,vt beneplacitum excōmunicatione non tollatur, atq; idcirco nec pœna illa, vt inquit Bart. in eod.§.fin.nu.12.& Alex.nu.13.& Ias.nu.16. ac communiter DD.non enim excommunicatione dignitas adimitur,sed iudex remanet, quamuis iudicis munera obire non possit arg.c. 1. de off.vic.lib.6.& c.si is,cui de off.deleg.eod.lib.& c.ad probandum de re iud.in antiq.atq; idcirco nec beneplacitum cessabit,sicut neq; etiam suspensione,atq; interdicto. Postremò beneplacitum non tollitur, ac propterea nec suspensio, si iudex furiosus factus sit; nam in ea voluntate furiosus perseuerare existimatur,in qua erat,vbi in furorem incidit,vt probatur c.3.§.dormientes de bapt.nec dignitas furore amittitur,quamuis contrarium senserit Bart.in eod.c.fin.

10 ac de beneplacito hactenus. † Quò ad postremam autem quæstionem,vbi suspensio hac forma lata est,Quousq; reuocetur. Bart.Alexan.Ias.ac DD.hãc quæstionem disputarunt de eo,qui ad confinia positus est in cit.l.centesimis.§.fin.ff.de verbor.oblig.& communiter ibi concluditur contra Bart.vt hoc testatur ibi Ias.nu.16.& in fi. s.per mortem iudicis eius pęnam non reuocari;quam opinionem vti verissimam in re nostra sequor.Nam præter rationes,quas Ias.ibi reddidit,hæc firmissima mihi esse videtur , quoniam ad reuocandum aliquid hominis factum requiritur,id est necessariò postulatur,vt ipsam pœnã qs reuocet,& ob id vt operetur:quę reuocatio,atq; operatio non solùm morte non fit,sed contra potius operandi potestas adimitur ; atq; ob hanc rationem & beneplacitum,& voluntatem tolli proximè conclusimus; cùm igitur mor te reuocatio non fiat,iuste pœna perseuerabit,atque ita Bald.tradidit in proem.ff.eod.§.hęc autem tria.nu.5.vers.Sed quid,si non posuit confinia;non ergò,vbi factum hominis postulatur,su

11 spensio morte tolletur. † Quare suspensus hac forma Donec mereatur indulgentiam nostram, vt habetur in c.tam literis de testib.& in c.dilectus de temp.ord.vel Donec de illo aliter disposuerimus,vt in c.literas eod.vel Quousq; indulgentiam valeat promereri, vt in c.nihil de elect. vel Quousq; absoluatur, vt dixit Felin.in c.1. nu.7.vers.Fallit primò de iud.quoniam hominis factum hic requiritur,atq; idcirco ipso iure non tollitur , his rationibus suspensus suspendentis morte suspensione non liberabitur:ex his ergo constat,quando ipso iure suspensio tollatur, vbi pro pœna suspensio,aut ad certum tempus,aut ad certam causam lata est; iam quartum casum

12 contemplemur. † Quartus casus ergò est,ac postremus, vbi simpliciter pro delicto,& vt in primis quis puniatur,suspensus est; & in hoc casu,si per sententiam interlocutoriam , & sine causæ cognitione iudex suspensionem tulerit, ea suspensio eousque durabit , quousq; iudex ille iudex erit,vt concludit Foll.eod.nu.82.etenim pœna simpliciter per sententiam interlocutoriam , & sine causæ cognitione inusta tempore officij eius concluditur,qui pœnam inusit, vt probatur in l.fin.sedm cōem eius legis sententiam.ff.de pœn. & vt asserunt Abb.in cap.ex literis. nu. 10. & ibi quoq; Felin.vers. Et prima est de constit.& Gloss.in l.1.in verb. Obtempera, & ibi quoque Bald.nu.1.& Bart.nu.2.C.de postul.qui omnes opinionem hanc communiter receptam esse testantur. Idq; meritò;tum ꝙ interlocutoria sententia potius ad autoritatem interloquentis , dignitatemq; eiusdem tuendam pertinet,quàm ad ordinariam pœnam inferendam arg.l.programa,& l.interlocutio.C.commin.epist.atq; ob eam rem,eo abeunte à magistratu,extingui ea pęna debet arg.c.cùm cessante de appell.tum ꝙ,vbi sententia summatim fertur, non tantùm operari debet,quantum definitiua,quæ,causa cognita,summoq; adhibito studio fertur;eo igitur iudice mortuo,qui suspensionē tulit, vel aliàs ab eo officio remoto,illata pœna extinguetur, atq; sic dixit Bald.in cit.l.1.nu.1.C.de postul.& Felin.eod.cap.ex literis.Excipitur tamen, vbi & ab officio,& à beneficio quis suspensus est; tunc enim secus est , vt dixit Add. ad Abb.in eod.c.ex literis.nu. 10.in litera H.& Foll.eod.nu.85.quod qua ratione nitatur,non video;ab ipsa regula

13 igitur non discedemus;sed de suspensione,quæ sine causæ cognitione fertur, satis. † Suspensus autem per definitiuam sententiam perpetuò suspensus erit, vt sensit Foll.eod.num.80.vers.Secunda est conclusio,& Inn.in c.cùm bonæ.nu.1.de ætat.& qualit.& probatur in l.seruus. C. de pęn. vbi seruus simpliciter ad vincula damnatus in perpetuum damnatus intelligitur ; ad hoc etiam pertinet l.1.C.de postul. cùm igitur suspensio pro pœna hic lata sit, pœna verò hac rōne inusta

iniusta perpetuo duret, vt not. Bald. in cit. l. 1. & DD. in ead. l. seruus; meritò & suspensio sic lata perpetua erit. Contrarium tamen dicendum videbatur. s. suspensionem perpetuò ferri nō posse; nam ad tempus suspensio fertur, vt dixit Abb. in c. sicut. nu. 4. de cohab. cler. & mul. & Bald. in auth. habita. nn. 31. C. ne filius pro patre, & Archiep. Flor. in tract. de censur. cap. de caus. efficiente suspensionis vers. Si verò suspensio sit perpetua; Bald. item hac ratione suspensionem à priuatione differe asseuerauit, quòd suspensio ad tempus, priuatio auté perpetua sit, & Archiep. Flor. perpetuam suspensionem vim priuationis habere dixit. Atqui à priori sententia discedendum non est. Nam & suspensio in perpetuum ferri potest, vt sensit Inn. in c. ad hæc. nu. 4. de appell. & Bero. in c. 2. nu. 84. de vsur. Præterea & ob contumaciam suspensus perpetuò suspensus erit, si à contumacia non discesserit, sicut etiam excommunicatus, & interdictus. Non repugnāt modò proximè citata. Nō Archiep. Flor. imò. n. sentit hoc & ipse videtur, dū inquit perpetuam suspensionem vim priuationis habere; ergo pro certo habet suspensionem perpetuò ferri posse. Non obstat, quod inquit Bald, nam, etsi in hoc cum priuatione consentit, in multis tamen differt, & , vt mitram reliqua, suspensio vi sua reuocabilis est, priuatio autem ordinario iure non reuocabilis, vt DD. communiter inquiunt; item suspensus beneficium retinet, vt sensit Gloss. quam sequitur Abb. in cit. c. cùm bonæ. n. 6. vers. Innuit Gloss. priuatus autem nequaquam. Priuatio igitur, vt ita dicam, radicitus, quatenus fieri potest, arborem euellit; suspensio autem radicibus permanentibus, ne germinet, impedit: quamuis suspensio ad tempus sæpius, in perpetuum rarò feratur. In hoc igitur casu absolutione opus erit, atq; ob eam rem ipso iure suspensio sic lata non tolletur; & ex his absoluta remanet quæstio secunda, qua quærebatur, esto, iure ipso tollatur suspēsio, quando id contingeret; nam ex his, quæ diximus, bellissimè cognoscitur, vbi ipso iure tollatur: & hæc notanda sunt, quoniam apud alios hæc non sic congesta, atq; explicata reperies; & de quæstione hac satis, ad postremam veniamus.

SVMMA.

1 *Absolutio interdicti, ac minoris excommunicationis ipso iure itidem fit.*

2 *Absolutio maioris excommunicationis ipso iure non fit, & quamobrem.*

III.

1 § † Postrema quæstio est, an, sicut suspēsio ipso iure tollitur, vt vidimus; ita reliquæ itidē censuræ excommunicatio, atq; interdictum tollantur, & sic an ipso iure & harum absolutio tribuatur. In qua quęstione breuiter concludimus absolutionem cùm interdicti, tum minoris excommunicationis in omnibus casibus ipso iure tribui, in quibus & suspensionis tribuitur, vt proximè vidimus; nam, & interdictum, ac minor excommunicatio pro pęna sæpius feruntur, vt videbimus in seq. cap. Quare interdicto lato, donec aliquis, aut satisfaciat, aut donec ab vi be discedat, statim atq; satisfecerit, discesserit vè interdictum sublatum iure ipso erit, vt dixit Glos. in c. non est vobis, & ibi DD. de spons. & sequitur Couar. in c. alma, pars. 1. §. 11. nu. 7. vers. Hinc
2 deniq; ipse infero de sent. excom. lib. 6. † Maioris excōmunicationis autem absolutionem ipso iure hac ratione nunquam tribui probauimus cap. 31. §. fin. Tab. 2. At inquiet quisquam, cur excommunicatio maior ipso iure non tollitur, sicut minor, interdictum, ac suspensio? Abb. in c. fin. de matr. contract. contr. interdict. eccl. & in c. cùm bonæ de ætat. & qualit. & communiter DD. ob hanc potissimum rationē inquiunt id fieri; quoniam excommunicationis maioris absolutio certa quadam adhibita forma tribuitur, vt probatur in c. cùm desideres, & in c. à nobis. 2. in fin. de sent. excom. & nos posuimus cap. 31. ead. Tab. 2. quæ forma, sicut adhibetur ad aliarū censuratum absolutionem, ita ad maiorem excommunicationem adhiberi non potest, si iure ipso absolutio tribuatur: hæc ratio mihi nōn satisfacit, vt diximus eod. cap. 31. §. 2. tum q forma illa omissa, absolutio tamen valet; tum q, esto, non valeret, quærerem iterum, quamobrē ad excommunicationem hanc tollendam potius, quàm ad suspensionem, interdictumq; pręscripta forma ea sit. Ego igitur ob eam rationem id factum censeo, vt interdictum, suspensio, minorq; excommunicatio ipso iure tollantur, nō autem excommunicatio maior, quoniam per hanc excommunicationem extra ecclesiæ communionem quis eijcitur, vt probatur in c. qui merito, & in c. omnis Christianus cum seq. 11. q. 3. & vt abundè suo loco id egimus; ergo, sicut in initio in ecclesiam sine ministri eius opera recipi nemo potest arg. c. debitum de bapt. ita nec ab ea exclusus sine eiusdem ecclesiæ ministri opera in eandem iterum recipi debet arg. c. verbum de pę nit. dist. 1. Hinc excommunicatus hic præcisus dicitur, quoniam, sicut ramus ab arbore præcisus

iterum inseri eidem arbori sine hominis opera nō potest,ita nec excommunicatus in ecclesiam introduci sine ministro non valet. Quæ ratio in interdicto,atq; in suspensione,sicut & in minori excommunicatione locum non habet; quippe, quia per has censuras extra ecclesiam quis non excluditur, vt de minori excommunicatione dixit Inn.in c.nuper.num.7.vers. Non autem de senten.excom. meritò igitur cessante ipsarum causa,elapsovè tempore,ad quod suspensus quis est, aut interdictus, aut minori excommunicatione irretitus,nihil esse præterea videtur,quod impediat,quò minùs sua munera,vt priùs obeat,vt probatur in c.presbyter,si à plebe.2.q.5.& hanc rationem tetigit etiam Rip.in c.1.num.25.de iud.quamuis non sic apertè ipsam explicauerit,& ego germanam rei huius rationem esse censeo, vt quæ à medullis excommunicationis huius deprompta sit,atq; idcirco notandam;sed de postrema quæstione hac iam satis. Agendū esset, an delegatus à lege absoluere à suspensione posit, vt id polliciti sumus; sed quoniam de ipso egimus abundè cap.5.§.5.Tab.1.ob eam rem silentio id præterimus; vno addito, quæ de suspensione in hoc cap.diximus,eadem & de interdicto dicta esse nos velle; sed de suspendente hactenus;ad effectus suspensionis,ac primò ad communes veniamus.

De effectibus communibus suspensionis. Cap. V.

SVMMA.

1 *Suspensio quotuplex sit.*
2 *Minor excommunicatio non est suspensio species censuræ eccl.*
3 *Suspensio species censuræ ecclesiasticæ à peccati impedimento differt.*



VONIAM de effectibus suspensionis acturi sumus, ac primò de communibus; ideo, vt dilucidior rei huius cognitio habeatur, quatuor contemplabimur. Primùm,an suspensionis species plures sint;& esto, plures,quot,& quæ sint. Deinde, qui communes effectus ipsi cum alijs censuris. Tertiò, qui communes ei cum interdicto,atq; minori excommunicatione. Postremò,qui communes omnibus
1 speciebus suspensionis. † Quò ad primam quæstionem igitur pro certo habetur apud omnes suspensionis species plures esse. Dubitatur tamen, quot sint. Nam primùm Abb.in c.fi. num. 4. de cler.excom.min.& in c.cùm dilectus.n.20.de consuet.duas species posuit,quarum alteram minorem,alteram maiorem nominauit;minorem illam esse inquit,quæ sacramentorum participatione tantùm priuat,vt excommunicatio minor;maiorem autem,quæ officium, vsumq; ordinum interdicit. hæc diuisio Abb.mihi non probatur;tum quòd manca; tum q falsa est. Nam mancam esse ex hoc probatur,quandoquidē suspēsio à beneficio etiam fit, vt habetur in Clem.
2 2.de pœn.& in c.cùm in cunctis.§.fin.de elect.cum simil.† Falsam itidem quò ad primā partem hinc esse conuincitur,quoniam minorem excommunicationem suspensionem facit, quod verū non est. Primò,quia suspensio est species alia ab excommunicatione minori arg. c.quærenti de verb.sign.ergò eadem cum ea esse non potest. Præterea per minorem excommunicationem,ne quis sacramenta recipiat,prohibetur,vt probatur in cit.c.fin.de cler.excomm.min.& vt nos in Tab.3.asseruimus,& sic passiuè; suspensio autem propriè prohibet,ne administret sacramenta, sacravè ex officio faciat arg.c.1.§.fin. de re iud. lib.6. & c.1.§.fin.de sent.excom.eod.lib.& vt paulò post videbimus,& sic actiuè tantùm. Hinc suspensus Eucharistiam, pœnitentiæ sacramentum,nec non extremam vnctionem recipere potest,vt id etiam probabimus; ergo his rationibus minor excommunicatio suspensio non est, atq; sic dixit etiam Felician.episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.9. vers. Tertiò de suspensione; diuisio igitur hæc Abb. tenenda mihi non videtur,quam & improbauit Nauar.in Man.cap.27.n.152.vers.Quartò dico. Altera diuisio communiter à Doctoribus fit,quæ huiusmodi est,vt suspensionum vna sit,quæ quò ad se tātùm suspendat;altera, quò ad alios tantùm;tertia, quò ad se,& alios;& hanc fecisse etiā Abb. in eod.c.fin.& Syl.in verb.Suspensio.nu.1.communiterq; receptam esse, imò & veram testatur Nauar.eod.cap.nu.153.modò generaliter suspensio sumatur, non autem speciatim pro vna ex censuris ecclesiasticis, de quibus agimus. Hæc diuisio etiam tenenda non est, si sumamus suspensionem,quatenus est cēsura ecclesiastica,vt dixit etiam Nauar.eod.& Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.3. iunct. cap.9.de suspensione. Primùm, quia quò ad se tantum suspensum quem esse inquiunt, vbi mortiferè peccauit;quod quidem verum non est,

Non

non ob eam rationem,quam reddidit Nauar.quia suspẽsio peccatum non est;sed ob eam, quoniam prohibitio,quę per suspensionem censuram ecclesiasticam fit,est positiui iuris,quò ad modum,vt quæ ab ecclesia inuenta sit;prohibitio autem,quæ à peccato fit,à iure diuino enascitur; ergò prohibitio illa censura non est,qua de agimus. Hinc dixit Nauar. eod. nu. 152.peccatum antiquius esse iure canonico.Præterea peccatũ ob culpam detinet, quò minùs sacramenta quis suscipiat,atq; administret,vt probauimus in comment.nostr.de sacr.Tab.1.cap.4.nu.1. & cap. 11.nu.4.nam peccator nec licitè sacramenta suscipere,nec licitè eadem administrare potest;at suspensus suspensione, quæ censura ecclesiastica est, ob pœnam prohibetur solùm, ne administret sacramenta, sacrave de more faciat; ob peccatum igitur censura eccl. quis non irretitur, quamuis suspensus quò ad se dicatur. Postremò, quòd in ea diuisione dicitur Quò ad alios aliquando quem suspendi,vt peregrinus sacerdos,qui clam diuina facere posse dicitur,non autem palàm; neque hæc ecclesiastica suspensio est. Primùm, quia nemo suspensione huiusmodi obligatur,qui aut delictum non commisit,aut contumax non est, aut pro cõtumace habetur ob ea, quæ diximus cap. 17.§.contumax Tab. 1. item nemo vnquam sic suspensus est, quin & quò ad se, & quò ad alios ordinario iure suspensus sit; quamuis ob extrauag.ad euitanda respectu habito ad alios suspensionis effectus quandoq; impediatur, vt declarauimus capit. 13.§.respectu Tab.1.nec diuisio igitur hæc ad rem nostram pertinet.Tertia fuit sententia Gloss. in Clem.cupientes in verb.Suspensi de pœn.quæ innumeras propemodum suspensionis species attulit,ad quam paulò post respondebimus.Quarta fuit opinio Nauar.in Mãn.cap.27.nu.154.qui suspensionem triplicem esse dixit officij,& beneficij simul,officij tantùm,& beneficij tantùm: hæc diuisio probabilis quoq; mihi non videtur;nam suspensio illa officij, & beneficij simul non tertiã speciẽ efficit ex illis duabus, vt ex vino, & ex mele mulsum fit,vt dixit Imperator in §.si duorũ in Instit.de rer.diuis.sed singulæ species in se remanent, quamuis simul ferantur. Id quod hinc probatur,quoniam sic coniunctim latæ non plus,minusvè operantur,quàm,vbi separatim ambæ feruntur, vt hoc per se patet. Se habent ergò simul iunctæ, sicut propositio multiplex apud logicæ artis magistros, quæ plura prædicata, subiectavè continet; & vt apud iurecõsultos stipulatio vna, quæ species plures complectitur; nã, etsi ob vnã verborũ formã stipulatio vna vr, tot tamen stipulationes esse censentur,quot species sunt in ea cõprehensæ, vt habetur in l.scire debemus,& ibi communiter not.ff.de verb.oblig.& propositio dicta tot propositiones esse existimatur,quot prædicata,subiectavè habet,quamuis vna verborum forma copulẽtur, vt docuit Phil.in libell.de interpret.Quid igitur concludendum? Ego duas suspẽsionis species esse pono, quatenus suspensio censura ecclesiastica est;quarum altera ab officio,altera à beneficio est;quę diuisio & his rationibus probatur. Primò,quia omnis suspensio aut ab officio, aut à beneficio suspendit,vt habetur in Clem.1.§.pen.de hæret. & in Clem.2.de pœn. & in c.cùm in cunctis.§. fin.de elect.& in c.2.& in c.fin.de tempor.ord.lib.6.cum similibus, quæ recensuimus cap.4. in hac Tab.ergò duæ tantùm suspensionis huius species sunt, ex quò in iure hæ tantùm reperiuntur arg.§.actionum autem in Instit.de act.Postremò censura hęc suspendit clericos,atq; homines ecclesiasticos,quatenus ecclesiastici homines sunt,vt sensit Caiet.in summ.in verb. Suspensio,& vt nos probauimus infrà in hac Tab.suo loco;at clericus, quatenus clericus est, suspendi non potest nisi aut ab officio,aut à beneficio(hæc duo.n.quatenus qs clericus est, habere solùm potest arg.eorùm,quæ tradidit Gloss.communiter recepta in c.transmissam de elect.innõc.c. 1. d.21.& c.1.d.15.& tot.tit.de off.archid.cum multis seq. tit.) ergò concludẽdum necessario est suspensionis species duas esse, quas diximus; ex quo suspensio ad clericos pertinet, & duo tantùm habent, quatenus clerici sunt,à quibus suspendantur; & hæc firmissima ratio mihi esse videtur,& ex medulis rei deprompta. Duæ igitur suspensionis huius species sunt, quarum altera ab officio,altera à beneficio suspendit , de quarum effectibus paulò post agemus. Non obstat autem Gloss.cit.Clem.cupientes,quę plures suspensionum species ponit;quoniam nos de proximis speciebus suspensionis agimus,& de his,in quas proximè suspensio diuiditur,quamobrẽ fit, vt duæ sint;at Gloss.non has spẽs tantùm ponit,sed & harum specierum species,quas plures duabus esse nec nos negamus;quandoquidem quot officia ecclesiastica sunt (vel ordinis,vel iurisdictionis sint)tot suspẽsionis species esse possunt, vt diximus de minori excommunicatione, quæ à sacramentis separat: sicut etiam animal etsi in duas proximas species diuiditur, scilicet in animal rationale,& irrationale;nihil tamen prohibet,quin irrationale animal in tot alias species subdiuidatur, quot animalis huius species sunt, vt hoc cuiq; notum; sed de quæstione hac satis, ad alteram veniamus.

SVM-

SVMMA.

1 *Irregularis an quis fiat suspensus à iure, si diuina ex officio, vt priùs, facit.*

2 *Irregularis an fiat suspensus, quousque satisfacit, si ante satisfactionem officium exercet.*

3 *Suspensio inuenta in iure quando à Deo sit, vel à lege.*

I.

§ Altera quæstio est, quinam effectus communes suspensioni cum reliquis censuris sint; sed quoniam ipsos posuimus in Tab. 1. c. 11. cum duob. seq. & ibi eos declarauimus, ob eam
1 rem, ipsis omissis. † vnum hoc de irregularitate disputabimus, de quo dubitari non mediocriter solet, an, ex quo ab homine suspensus irregularis fit, si diuina, vt priùs, facit, idem cótingat, vbi quis à iure suspensus est, si diuina itidem faciat: quam quæstionem vt faciliorem, ac dilucidiorem reddam. Præmitto primùm nos quæstionem hanc disputare de suspensione propriè dicta, quæ s. censuræ ecclesiasticæ species est, & qua de agitur in c. quærenti de verb. sig. Item præmitto per peccatum hac ratione quem à diuinis non suspendi, vti per censuram ecclesiasticam; tú quòd suspensio, quatenus cẽsura est, aut ab hoĩe, aut à iure in nos fertur, vt suo loco probauimus; peccatũ autem nec homo, nec lex infert; tum quòd peccatum impedit ob culpam, & quatenus culpæ rationem habet, ne quis diuina faciat, vt asseruimus in Tab. 1. de sacr. cap. 15. suspensio autem quatenus pœnæ rationem habet arg. c. 1. §. fin. de re iud. lib. 6. & c. 1. §. fin. de sent. excom. eod. lib. quare fit, vt irregularis non euadat peccator, si sacra facit, vt DD. communiter cõcludunt, & probatur in c. fin. de cohab. cler. & mul. etenim suspensio hæc à peccato proficiscens prohibitio, & impeditio quædam est, & non censura, vt sensit Inn. in c. 1. de cler. peregrin. & Nauar. in Man. cap. 27. n. 153. quandoquidem suspensio commune nomen est, quod non tantùm de censura ecclesiastica, sed & de quauis prohibitione dicitur. His ita præmissis, an igitur à canone suspensus irregularis fiet? Ego irregularem hunc fieri omninò censeo. Primùm, quia suspensio lata per c. 1. §. scitutus de re iud. lib. 6. & per c. 1. §. fin. de sent. excom. eod. lib. est suspensio à iure, vt hoc per se patet; at suspensus per eas constitutiones diuina faciens irregularis fit, vt ibi dicitur; ergo suspẽsus à iure irregularis fit, & hæc ratio firmissima mihi esse videtur. Nec repugnat, quod dicit Archid. speciatim hoc esse in illis iuribus; ergò secus in alijs arg. c. non ne de præsump. & l. cùm prætor. ff. de iud. nam hoc negatur. Primò, quia Rom. Pont. non dicit suspensum, si diuina faciat, per eas constitutiones irregularẽ fieri, quo casu obiectio proposita locum haberet; sed secundum canonicas sanctiones, & sic non ob has constitutiones, sed ob alias, quæ inquiunt suspensum diuina faciendo irregularem fieri; ergò non præcipui casus hi sunt, qui in citatis iuribus habentur. Confirmatur hoc, quoniam non dicitur ibi Suspensione ob hanc causam durante, sed simpliciter suspensione durante; ex quo patet irregularem sic suspensum fieri suspensionis vi, & non ob casus ibi positos; firma ergò proposita ratio remanet. Postremò facit, quoniam suspensus ab homine irregularis fit diuina faciendo, ergò & suspensus à lege; non enim suspensio iuris alia à suspensione hominis est, sed eiusdem speciei vtraque est, & quæ ab homine, & quæ à iure fertur; & à iure suspensus igitur diuina faciendo irregularis fiet, atq; sic asseruit Io. And. quem refert, ac sequitur Phil. Franc. in cit. §. fin. vers. Aliquando suspensio inducitur ibi sed Io. And. de re iud. & DD. ita sequi testatur eod. sequitur etiam Anch. eod. nu. 5. vers. Octauò, & in c. 1. §. fin. nu. 5. vers. Quandoq; suspenditur ab homine, vel à iure de sent. excom. lib. 6. & Inn. in c. 1. nu. 2. vers. In suspensione, ibi si autem diceretur ipse suspensus de clericis peregrinis, & in c. 1. nu. 3. vers. Item hoc licet, ibi quia ipsi sunt suspensi à canone de sent. excom. lib. 6. & Abb. in c. sicut. n. 4. vers. Secunda differentia, qui & Host. idẽ sentire ait, & sic DD. transire de cohab. cler. & mul. & à iure suspensus igitur irregularis fiet diuina faciendo, communisq; Doctorum
2 sententia hæc est, à qua nec etiam ob ea, quæ diximus, discedendum est. † At quid, si ad tempus incertum quis suspendatur, vt pote donec satisfaciat, donecvè pænitear, an hic ante satisfactionem, pænitentiamq; diuina faciendo irregularis fiet? Variæ in hac re Doctorum sententiæ sunt. Gloss. in c. 2. in verb. Suspensos de cens. lib. 6. irregularem hunc fieri censuit, & sequitur eam ibi, Phil. Franc. & in c. 1. §. fin. vers. Quartò quæritur, vbi & eam notabilẽ, & singularem dixit de re iud. eod. lib. Ioannes de sancto Georgio opinionem hanc veram esse ait, vbi priùs suspensio purè lata est; ac deinceps adiecta ea clausula Et tam diu permaneat suspensus, donec satisfecerit; secus autem si suspensio purè lata priùs non sit, sed simpliciter dictum Suspensus sit, quousque satisfaciat; & hanc opinionem sequitur Io. Cald. & sequi videtur etiam Gemin. in eod. cap. 1. §.

fin.nu.10.prop.fin.de re iud.Inn.autem sibi non constans in c.fin.nn.3.vers. Item non dicimus de cler.excom.min.vbi canon ait Sit suspensus,quousq; satisfaciat, vel peniteat, suspensionem canonis non esse, sed Dei dicebat.s.ob peccatum; ac propterea hunc diuina facientem ante satisfactionem,ac pœnitentiam irregularem non fieri. Hæc Inn.sententia,sicut etiam illa Ioannis de sancto Georgio mihi non satisfaciunt; tum q nec iuri, nec probabili ratione nituntur; tum q,vt inqnit Inn.alibi,vbi contrarium sensit,illa suspensio à canone lata nihil operaretur. Quid ergo hic concludendum? Ego sic distinguendum censerem. Aut canon, seu lex, dum suspensionis huius mentionem facit,his verbis vtitur,quibus ipso iure,& latæ sententiæ,seu ipso facto suspensionem ferri ab ipsa lege, canoneve significatur (quod qnando contingat,id declarauimus cap.10.§.7.Tab.1.) & in hoc casu locum habebit sententia Glossæ in c.2.in verb. Suspensos de cens.& eorum,qui eam sequuntur;& hoc ob eam rationem,quoniam tunc lex, seu canon suspensionem ipsamet ferre voluit; id qnod verba adhibita declarant, quæ ipso iure suspensioné ferre proposuimus,& quæ ipsius legis mentem ostendunt; verbis enim potissimum,vt quæ ob id inuenta sint,animi nostri conceptus exprimuntur, vt docuit Phil. in libell.de interpret. in prin.& probatur in l.ad recognoscendos.C.de ingen.manumiss. & in l.certum.ff.si cert. pet. & in c.intelligentia de verb.sign.cum simil. ex quo igitur suspensionem ipsa lex tulit, & suspensio legis censura ecclesiastica est; inre, qui ipsam diuinis faciendis offenderit,irregularis fiet; non enim suspensione contenta fuisse lex videtur, quæ à Deo ob peccatum fertur. Postremò id probatur in cap.quia sæpe de elect.lib.6.& in c.præsenti de off.ord.eod.lib.nam in priori casu dicitur Eo ipso sint, & maneat ab officio,& beneficijs quibuscunq; suspensi,donec plené restituerint;& tamen suspensio iuris illa dicéda est,& non à Deo tantùm propter peccatum:alioquin ant suspensio illa à beneficijs nihil operaretur (non enim ob peccatum quis à beneficio à Deo suspéditur, quò minùs fructus percipiat)aut suspensio à beneficijs à iure, ab officio autem à Deo esse dicenda esset,quod absurdum est;cùm vtraq; à lege ibi lata sit, & eadem res diuerso iure non censeatur arg.l.iam hoc inre.ff.de vulg.& pup.& l.eum,qui ædes.ff. de vsucap.idem habetur in eod.c. præsenti;Alioquin episcopi,& eorum superiores,dicitur enim ibi,ab ingressu ecclesiæ,cæteri verò ab officio,& beneficio tam diu eo ipso nouerint se suspensos,quonsq; restitutionem fecerint. Si ergo vellemns suspensionem illam ab officio à Deo propter peccatum esse, & aliam, quæ ab ingressu ecclesiæ,& à beneficio est,à Deo esse dicendum esset:quod itidem ratione caret; non.n. ab ingressu ecclesiæ ob peccatum quis excluditur,nisi per ecclesiam id statuatur arg.c.is,cni de sent.excom.lib.6. vbi ergo lex ipsa suspensionem fert, qui, anteqnam absoluatur, diuina facit, irregularis fiet. Aut lex ijs verbis vtitur, quibus per ipsam suspensionem non ferri significatur, sed solùm ab ea probari;& in hoc casu locum habebit opinio Ioãnis de sancto Georgio, & Inn. qnippe qnia in hoc casu à canone lata non est,sed à peccato profecta,atque sic dixit Inn.in eod. c.fin.nu.2.vers.In suspensis à canone propter crimen de cler.excom.min.ibi enim ait,vbi principaliter à Deo quis suspensus est,à canone verò per approbationem,tunc irregularem suspensum hunc non fieri;aliàs secus,si à canone principaliter, & sequitur eũ Abb.in c.sicut de cohab. cler.& mnl.& Host.idem quoq; sentire videtur; quandoquidem ait suspensum à canone irregularem tunc fieri, vbi suspensio à canone originem habuit; & de hac suspensione loquitur c.fin. de cohab.cler.& mul.hac igitur ratione has sententias inter se conciliandas censerem: quæ conciliatio & verissima mihi videtur,vt quæ iuri,ac rationi nitatur. †At inqniet quispiam,suspen-
3 sione in iure inuenta,vbi à Deo lata ob peccatum suspensio dicetur? Plané, vbi lex ipsa non suspendit,vt in cit.c.fin.de cohab.cler.& mul.Et si rursus dicatnr, quando lex non suspendit? Vbi verba ea non adhibet,quibus ipso iure suspensio fertur;quæ,vt diximus, cuinsmodi sint, declarauimus cap.10.§.7.Tab.1.& de quæstione hac satis, quæ disputatur in primis à Doctoribus in c.1.§.fin.de re iud.lib.6.& in c.fin.de cohab.cler.& mul. & in c.fin.de cler.excom.min. ad tertiam quæstionem iam veniamus.

SVMMA.

1 *Effectus suspensionis,quem cum minori excommunicatione, atque interdicto communem habet,delictorum punitio est.*

2 *Suspensio,Minor excommunicatio,Interdictũ. sæpius pro pœna feruntur.*

3 *Suspensio,vbi pro pœna fertur, an per appellationem suspendatur.*

4 *Maior excommunicatio cur pro pœna non feratur, sicut reliquæ censuræ.*

§. † Ter-

II.

1 § † Tertia quæstio est, quinam effectus communis suspensioni cum minori excommunicatione, atq; interdicto sit. Qui planè delictorum punitio est; † suspensio enim sępius fertur,
2 sicut & minor excommunicatio, atq; interdictum, vt quis puniatur, & non solùm, vt à contumacia discedat; idest pœnæ loco, & non medicinæ fertur. Vt de suspensione probatur in c. tam litteris de testib. & in c. cùm in cunctis. §. fin. de elect. lib. 6. & in Clem. 1. §. pen. de hæret. & in Clem. 2. de pœn. cum simil. quæ retulimus cap. 3. in hac Tab. atque sic dixit Inn. in c. ad hæc quoniam. nu. 3. de appell. & in c. 1. num. 3. de excess. prælat. & sequitur eum ibi Abb. qui & hoc semper notandum monet, & idem Abb. in c. 2. nu. 2. vers. Secundò not. & Mar. Soc. Sen. nu. 4. de cler. excõ.
3 min. & in c. sępe. nu. 16. vers. Ex quo posset attentari de appell. † Vbi & in hoc casu per appellationem suspensionem latam suspendi posse idem Abb. dixit, sicut & alię pęnæ suspenduntur, vbi pro pœna suspensio fertur. Quod dictum nec sequor, nec verum est; quandoquidem censura ecclesiastica non idcirco per appellationem non suspenditur, quia contumaciæ medicina est; sed, quoniam executionem secum trahit, vt dicitur in c. pastoralis. §. verùm de appell. & c. is, cui in fin. de sent. excom. lib. 6. Idem, vt pro pœna suspensio feratur, dixit quoq; Abb. in c. reprehensibilis. nu. 3. vers. Sed limita prædicta, & ibi quoq; Dec. nu. 2. non est igitur, quod hac de re dubitemus. De minori verò excommunicatione probatur in c. episcopi, & in c. ad mensam. §. euiden
4 ter. 11. q. 3. De interdicto suo loco videbimus. † At inquiet quispiam, cur maior excommunicatio pro pœnâ non fertur, vt reliquæ censuræ? Ob eam planè rem, quoniam per excommunicationem maiorem quis extra ecclesiæ communionem eijcitur, vt habetur in c. absit, & in c. qui merito, & in c. omnis Christianus cum seq. 11. q. 3. qua eiectione quòd excommunicatus ecclesiæ suffragijs, eiusdemq; præsidijs nudatus est, vt probauimus cap. 7. cum multis seq. Tab. 2. dęmonumq; insultibus magis, magisq; obiectus iacet arg. cit. c. absit, & c. omnis, & vt nos probauimus c. 9. §. 8. eiusdem Tab. 2. atq; ob eam rem maximo in discrimine excommunicati animæ salus versatur; ideo ecclesia, quæ ipsius sponsum Christum imitata peccatoris mortem nõ vult; sed magis, vt conuertatur, & viuat, vt pro contumacia excommunicatio tantùm inureretur, canit; hac enim ratione, quandocunque à contumacia discedit, absolutionem petere potest, & sic è periculo eo se liberare, vt probatur in c. ex literis de constit. & in c. qua fronte de appell. & in c. ex parte 1. de verb. sign. & in c. quanto. 2. q. 5. Quod non posset, si pro pœna maior excommunicatio inureretur; nam ad tempus lata, vt tempus illud elaberetur, expectandum esset; simpliciter lata ad tempus quandoq;, perpetua non nunquam esset arg. l. fin. iunctis traditis ibi à Doctoribus. ff. de pęn. & l. 1. cum ibi notatis. C. de postul. & huc pertinent, quæ diximus suprà, vbi egimus, quando ipso iure suspensio tollatur. At in alijs censuris periculum hoc non imminet; quandoquidem nec suspensus, nec interdictus, nec minori excommunicatione obligatus extra ecclesiam eijciuntur, sed in ecclesia remanent, ac propterea eius suffragijs adiuuãtur, quamuis iacturam aliquam spiritualium bonorum faciant. Ob hanc ergo rationem, quæ verissima, ac solida est, & à natura rei deprompta, excommunicatio maior pro pęna non fertur in quempiam, dum vitam hanc viuit, secus in mortuum, vt habetur in c. fin. 24. q. 2. cessat enim tunc ratio: contra verò reliquæ censuræ pro pęna inuruntur; atq; hanc rationem tetigit Gloss. in c. cupiẽtes. §. cæterum in verb. Suspensos de elect. lib. 6. dum obiectionem factam de c. nuper, tollit, & sequitur eam Abb. in c. 2. num. 6. de solut. & colligitur ex c. Romana. §. fin. de sent. excom. lib. 6. Hæc quoquę ratio est, quamobrem maior excommunicatio ad tempus certum ferri non potest, vel in perpetuum; &, si feratur, quandocunq; tamen absolui quis põt, vbi à contumacia discessit, vt probauimus cap. 15. §. fin. Tab. 1. Hæc demum quoq; ratio est, quamobrem alter pro altero maiori excommunicatione obligari non potest, vt asseruimus Tab. 1. cap. 16. §. 8. Nec vniuersitas, vt habetur in c. Romana. §. fin. de sent. excom. lib. 6. & faciũt, quæ dixit Gloss. in c. præsenti eod. lib. 6. & Rot. decis. 18. cum seq. eod. in antiq. sed iam ad postremam quæstionem descendamus.

SVMMA.

1 *Effectus suspensionis communis omnibus speciebus eius quisnam sit.*
2 *Sacramenta suscipere suspensus potest, quæ regula exceptiones non nullas patitur.*
3 *Suspensus esse potest iudex in profanis, &*
4 *Actor in iudicio, &*
5 *Testis, &*
6 *Contractus inire, & Testamentum facere, &*
Communione hominum vti.

§. † Po-

III.

§ † Postrema quæstio est, quisnam suspensionis effectus communis omnibus eius speciebus sit. Qui planè hic est Prohibitio functionum ecclesiæ ipsius clericis, quatenus clerici, ac ministri ecclesiæ sunt, vt modò probabimus. Nam suspensio clericos tantùm afficit, quatenus clerici sunt; at clerici, quatenus clerici sunt, functiones ecclesiæ obeunt, vel officia, vel beneficia ecclesiastica spectemus, vt de officijs probatur in c. quia sacerdotes, & in c. hanc cõsuetudinem. 10. q. 1. & in c. perlectis. d. 25. & de beneficio in c. cùm adeo sit, & ibi Abb. ac DD. de rescript. & & in c. 2. de constit. cum simil. iure igitur suspensionis effectus, ex quo aut ab officio, aut à beneficio suspendit, functionum ecclesiæ prohibitio est. Dixi autem primò esse prohibitionẽ Functionum; quoniam clerici per suspensionẽ Suspenduntur, quatenus clericorum munera obeunt, & quatenus ecclesię ministri sunt. Id quod probatur, primum in c. 1. verf. Si quis ecclesiasticus de re iud. lib. 6. & in c. 3. de solut. nam priori iure ab officij executione clericum suspendi dicitur, in posteriori verò ab administratione spiritualium, ac temporalium; at clericus officium exequendo, & spiritualia, ac temporalia administrando functiones ecclesiæ exercet, atq; agit; ergò suspensio, quæ, quò minùs hæc agat, impedit, à functionibus, & sic ab actionibus illis suspendit. Prætetea probatur etiam hoc alia ratione, quoniam suspensus nunquam censuram violare dicitur, neq; contra ipsam faciendo punitur, nisi vbi diuina ex officio, & vt minister administrat arg. c. 1. de cler. excom. min. & c. pen. eod. ergò solum, vbi functiones ecclesiæ exercet, & sic vbi agit, punitur, atq; idcirco à functionibus illis tantùm exercendis per suspensionem amouetur, atque ab actione, &, vt vno verbo dicam, actiuè, & non passiuè. † Quare cùm hoc ita sit, suspensus ab officio sacramenta suscipere, diuinis, dum fiunt, interesse, indulgentiarum particeps esse potest, vt dixit de indulgentijs D. Dionys. Carthus. dist. 18. q. 4. verf. Insuper quæri potest ibi si autem obijcias lib. 4. et, si moriatur, ecclesiastica sepultura nõ caret; nam, si per suspensionem ab executione officij, & à functionibus ecclesię, quatenus ecclesię minister est, quis suspẽditur, & sic actiuè, vt dixi, ergò non ab eorundem susceptione suspenditur, & sic passiuè, quò minùs sacramẽta suscipiat, ac diuinis, dũ fiunt, intersit; quandoquidem sacramenta suscipere, diuinis interesse, & indulgentiarum participem esse clericis non conueniunt, quatenus clerici sunt, sed vt & priuata ecclesiæ membra; atq; sic dixit generatim de sacramentis, ac de ecclesiastica sepultura Bero in c. 1. nu. 80. verf. Quartò de iud. & de sacramento penitentiæ Archiep. Flor. in tract. de censur. in tit. de suspensione cap. incip. Tertio modo dicitur, & Syl. in verb. Suspensio. n. 1. in fin. & Armil. eod. nu. 10. & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 9. verf. Quartò de suspensione, & cap. 15. verf. Absolui autem suspensus eod. Contra opinionem hanc tamen duo facere videntur, primò ratio hæc, quoniam mortiferi peccati labe pollutus sacramenta suscipere non potest, vt probatur in c. fin. de cohab. cler. & mul. & in c. fin. de cler. excomm. min. & vt nos probauimus in comment. nostr. de sacr. Tab. 1. cap. 31. nu. 4. at mortiferi peccati labe pollutus suspensus dicitur in eod. c. fin. de cohab. cler. & mul. ergò suspensus sacramẽta suscipere non potest: hæc ratio, quæ repugnare plurimùm videtur, nihil facit; nam, etsi mortiferi peccati vinculo constrictus prohibetur, quò minùs sacramenta suscipiat, prohibitio tamen illa non enascitur à suspensione, qua de agimus, sed à culpa: id quod hinc conspicitur, quòd suspensio, quatenus censura est, pœnæ rationem habet, vt vidimus in capite 16. Tabul. 1. mortiferum verò peccatum culpæ rationem habet; atq; idcirco per mortiferam culpam à sacramentorum susceptione quis arcetur; non autem per pœnam, nisi speciatim, aliterve id cautum sit, vt per excommunicationem, tam maiorem, quàm minorem, & per interdictum, rationemvè aliam; quandoquidem per pœnã Deo quis satisfacit pro peccatis, vt in Tab. de pęnit. diximus cap. 5. nu. 1. verf. 3. per mortiferam verò culpam iniurius Deo fit, atq; inimicus; mirandum igitur nõ est, si suspensus sacramenta suscipere potest, non autem peccator mortifera culpa detentus, non propria igitur suspensio illa dicitur, atq; sic dixit Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 9. de suspensione verf. Secundò. Secundò contra propositam conclusionem ratio hæc alia facere videtur; quoniam minor excommunicatio sacramẽtorum perceptione priuat, vt dicitur in eod. c. fin. de cler. excom. min. & vt asseruimus cap. 6. §. 1. Tab. 3. at minor excommunicatio suspensio est, vt dixit Abb. in c. fin. nu. 4. & in c. cùm dilectus. num. 10. de consuet. & Archiep. Flor. eod. ergò suspensus sacramenta suscipere non posse videtur: hæc ratio nihil etiam faciat; nam excommunicatio minor suspensio non est, de qua agimus, vt probauimus hoc cap. in init. ergo nihil ad rem nostram pertinet; etenim minor excommunicatio sacramentorum communione passiuè tantùm priuat, & non actiuè, vt probauimus cap. 6. §. 1. cum seq. Tab. 3. suspensio autem actiuè

 tantùm,

tantùm,vt hic in initio vidimus;quare à proposita conclusione non discedemus, vt suspẽsus sa-
cramenta suscipere posſit. Excipitur tamen primò,vbi pro contumacia suspensus est, in eaq;
perseuerat;nam,ꝙ mortiferi peccati vinculo irretitus tenetur,ob eam rem non suspensionis vi,
sed peccati,quousq; eius peniteat,à sacramentis se abstinere debet. Item excipitur, vbi eucha-
ristiam suscipere vult, missæ sacrum faciendo ;nam in hoc casu,quòd id solũ,vt ecclesiæ minister
facere potest arg.c.relatum de consecr.dist. 2.& vt sensit Trid.Syn. sess.13.c.8. de sanctissimo
eucharistiæ sacramento;ob eam rem ratione hac sacramentum eucharistiam non suscipiet ; Po-
stremò excipitur ordo; nã ob eam rem hic confertur,quò ecclesiæ functiones deinceps qs exer-
ceat arg.c.1.d.25.at functiones hasce suspensus exercere non potest,vt vidimus & in seq.cap.id
probabimus, ideo nec ordinem suscipere posse debet ; prohibito enim consequente,& antece-
dens prohibitum esse censetur arg. l.oratio. ff.de spons. & prohibito vsu alicuius,omne id pro-
hibetur,per quod peruenitur ad illud,vt not.Abb. in eod.c.fin.nu.3.de cler.excom.min. atque
sic argumentatus ibi est Rom.Pont.in vers. Si tamen scienter.His exceptis casibus,sacramenta
omnia suscipere suspensus poterit:& multò magis à beneficio suspensus;quandoquidẽm hic ab
officio suspensus non est,atq; idcirco vniuersa,quæ officij sunt,etiam vt minister gerere potest,
vt suo loco videbimus. Secundò nõ solùm dixi effectum hunc esse prohibitionem functionum,
sed adieci Ecclesiæ ; & hoc ob eã rem, ꝙ suspensus hac ratione functiones ecclesiæ obire tãtùm
3 prohibetur;profanas verò vniuersas potest. † Nam primò iudex secularis esse non prohibetur
4 suspensus ab officio,ne à proposito exẽplo discedamus. † In iudicio vt actor interesse potest,vt
dixit Bero.in eod.c.1.num.80.vers. Quartò de iud. & Inn.in c.venerabili,& ibi quoq; Abb. ac
Felin.de sent.excom.& idem Felin.in c.intelleximus.nu.21.vers.Nona declaratio, & ibi quoq;
Abb.nu.14.qui de communi Doctorum sententia testatur de iud.sequitur quoq; Nicol.de Mil.
in repert.in verb. Excommunicatus licet repellatur ab agendo. Idq; iure merito ; tum ꝙ fun-
ctiones hæ ecclesiasticæ non sunt, vt per se patet ; tum ꝙ excommunicatus excommunicatione
maiori tãtùm à iudicio,vt actor excluditur per c.decernimus de sent.excom.lib.6. & facit etiã
c.à nobis de except. cum ibi not. Excipitur tamen , vbi pro beneficio ecclesiastico agere vult,
à quo suspensus est;nam,ꝙ tunc eius beneficij negocia gerere non potest,nec agere pro eo po-
terit,atq; sic dixit Abb.vbi & hoc disputatur in c.apostolicæ.nu.6.vers. Ego in hoc passu de ex-
5 cept.& sequitur Felin.in eod.c.intelleximus.nu.21.vers. Nona declaratio. † Tertiò testis itidẽ
esse non vetatur ob easdem rationes; quamuis Host. contrarium senserit , ac malè in c.olim de
except.Nec repugnat illud c.olim,quod iunct.Glos.contrarium probare videtur,nam excom-
municatio, ac suspensio idcirco ibi tolluntur , quoniam latæ iniuria erãnt, sicut etiam spoliatio
facta,vt ibi dicitur;non autem, quod dicebat Glos.vt testimonium illi ferrent. Ac planè quid su-
spensum à testimonio ferendo prohibere potest, cùm per suspensionem hominum communio-
ne nõ careat ? Planè id ego non video;nam nec iure prohibitum hoc reperitur, nec ratio vlla ẽt
id suadet. Excipitur tamen, vbi ob delictum quis suspensus est;quod à testimonio ferendo re-
pellit;quamuis tunc nõ suspensionis vitio,sed delicti causa à testimonio ferẽdo prohibeatur, vt
6 asserat Abb.in eod.c.olim,qui & in hoc casu sententiam Host.locũ habere existimauit. † Quar-
tò contractus etiam inire,testamẽta facere, Christi fidelium communione tandem vti poterit;
& hoc ob eam rationem,quòd prohibita hæc suspenso non sunt, ergò permissa esse existimãtur
arg.l.ab ea parte.ff.de probat.& l.si quæramus iunct. Gloss.ff.de testam.& vt sensit Inn.in c.ve-
nerabili in verb.Hæc relaxatio fit de sent.excom.& Abb.in c.intelleximus.nu.14. ibi quia non
sunt remoti à communione hominum,& Felin.eod.nu.21.vers. Nona declaratio, & Anchar.in
c.1.nu.2.vers.Differentia,& Gemin.eod.§.ad hæc.nu.3.vers.Differentia de sent.excom.lib.6.
qui omnes communionem Christi fidelium suspenso prohibitam nõ esse sentiunt,ac propterea
nec contractus inire,nec testamẽtum facere, nec hominum commercio vti vetatur. Postremò
adieci prohibitionem illam functionũ ecclesiæ ipsius ministris; Quatenus ministri ecclesiæ sunt,
ob eam.s.rationem, quoniam,si functionem aliquam ecclesiæ suspensus obeat suspensus ab of-
ficio(nolumus enim ab hac suspensionis specie discedere)quam & laici obire queunt,sine dubi-
tatione id poterit,modò vt laicus eam obeat;quippe qui solùm prohibeatur,ne vt minister ec-
clesię id agat,vt in initio huius partis probauimus. Quare ab officio suspensus missæ sacrum fa-
cienti nec inseruire prohibebitur;nec epistolam recitare,nec psalmos , & canonicas preces cum
alijs canere,quæ & laicis permissa sunt, modò tanquam laicus hæc faciat, vt tradidit Abb.in c.
2.nu.7.de cler.excom.min.& in c.fin.nu.5.de excess.prælat.quando autem id contingat,abun-
dè id declarauimus cap.14.§.1.Tab.1. suspensus ergò à functionibus ecclesiæ tantùm, qua-

tenus eccleſiæ miniſter eſt, ſe abſtinebit: ſed de effectibus communibus ſatis, ad effectus proprios,& primò ad effectus ſuſpenſionis, quæ ab officio eſt, tranſeamus.

De effectu per ſe, ac proximo ſuſpenſionis ab officio. Cap. VI.

SVMMA.

1 *Officium quid ſignificet, quatenus ad rem hanc pertinet.*

2 *Officij huius ſpecies tres ſunt.*

3 *Effectus per ſe, ac proximus ſuſpenſionis ab officio quiſnam ſit.*



VONIAM ſuſpenſionis ſpecies duæ ſunt, quarum altera ab officio, altera à beneficio eſt, vt probauimus cap. 5. in hac Tab. & de proprio effectu vtriuſque ſpeciei agendum nobis eſt, ac priùs de effectu ſuſpenſionis ab officio; ideo, vt rem hanc explicatam omnino habeamus, de ipſa hæc contemplabimur. Primùm, ex quo ſuſpenſio hæc ab officio dicitur, officium illud quid ſit, & quatenus pateat quò ad rem noſtram. Deinde effectus per ſe, ac proximus ſuſpenſionis huius quiſnam ſit. Tertiò ſuſpenſus ſimpliciter ab officio à quibus ſuſpenſus erit. Quartò, an ſuſpenſus ab officio in vno loco vbiq; locorum ſuſpenſus ſit. Quintò, an ſuſpenſus ab officio ſuſpẽſus & à beneficio ſit. Sextò, vbi à parte officij ſuſpenſus quis eſt, vt pote ab ordinis officio, à quibus ſuſpẽſus ſiet. Septimò, an ab ordine ſuſpenſus à iuriſdictione ſuſpenſus etiam ſit. Octauò, ſi ab aliquo ordine quis ſuſpẽdatur, an à maioribus, minoribusvè eo ſuſpenſus erit. Nonò, quid, ſi à iuriſdictione ſuſpendatur. Poſtremò, ſi ſuſpenſus contra ſuſpenſionem veniat, an ab ipſo acta valeant; his
1 enim abſolutis, abſolutam effectus huius cognitionem habebimus. † Officium igitur hoc, à quo per ſuſpenſionem hanc quis ſuſpenditur, nil aliud eſt, quàm poteſtas quædam eccleſiaſtica alicuius rei eccleſiaſticæ gerendæ aut ab ordine, aut à iuriſdictione, aut ab adminiſtratione eccleſiaſtica proficiſcens, ſeu pendens, vt probatur per rub. ff. de off. archid. cum octo conſeq. rub. iunct.
2 c. perlectis. d. 2., ex illis enim rubricis, ſicuti deſcriptio hæc officij probatur; † ita ex eiſdem tria officij genera eſſe colligitur. Vnum, quod ad ordinem ſpectat, quod colligitur ab eod. c. perlectis. Alterũ, quod ad iuriſdictionem, quod colligitur ex rub. de off. vic. & de off. deleg. & de off. ord. Tertium, quod adminiſtrationem ſimplicem habet, quod colligitur ex rub. de off. cuſt. & ſacriſt. & etiam ab extrauag. Ambitioſę cupiditati verſ. Alienanti verò de reb. eccl. non alien. latiſſimè igitur nomen hoc officij patet, vt not. Abb. in c. cùm dilectus. nu. 20. verſ. Nam conſidero de conſuet. ac propterea non ſolùm de officio ordinis, ſed & de iuriſdictione itidem dicitur, vt de communi ſententia teſtatur idem Abb. in c. fin. nu. 7. de cler. excom. min. & de quęſtione hac
3 ſatis. † Effectus autem per ſe, ac proximus ſuſpenſionis ab officio (hanc enim quæſtionẽ ſecundo loco explicandam nobis propoſuimus) eſt executionis, ſeu vſus, adminiſtrationisvè eccleſiaſtici officij impeditio, vt probatur in c. 1. in verb. Ab executione officij de re iud. lib. 6. & in c. 2. in verb. Ab adminiſtratione de ſolut. in antiq. & in cit. extrauag. Ambitioſę in verb. E regimine, & adminiſtratione. Etenim, vbi ab officio quis ſuſpenditur, alterum horum fieri neceſſariò dicendum eſt, aut ſuſpenſum officio priuari, aut, quò minùs illud exequatur, atq; adminiſtret, impediri. Officio non priuatur; tum quia depoſitio diuerſa ſpecies à ſuſpenſione non diceretur; tum quia ſuſpenſio, vt ita dicam, ſuſpenſio non eſſet; nam ipſa efficit interim, vt res pendeat, vt id per nomen ſignificatur; ſi verò priuaret, id non efficeret, & ſic nomen rei conueniens non eſſet contra. §. eſt & aliud in inſtit. de donat. Si per ſuſpenſionẽ igit officio quis nõ priuat; ergo per eã, vt ex dictis patet, officij executio, vſusvè ipſi impeditur: & de quæſtione hac itidem ſatis, ad tertiam veniamus; ſi illud priùs addiderimus effectum hunc eiſdem rationibus amplificari, & coarctari, quas poſuimus cap. 13. §. 2. vſque ad finem. Tab. 1.

SVMMA.

1 *Suſpenſus ſimpliciter ab officio ſuſpenſus eſt ab Ordine, & Iuriſdictione eccleſiaſtica, & ab Adminiſtratione miniſterij eccleſiæ.*

I.

1 § † Tertia quæſtio eſt, Suſpenſus ſimpliciter ab officio à quo ſuſpenſus ſit. In qua quęſtione breuiter concludimus hunc & ab ordine, & à iuriſdictione, & ab adminiſtratione, ſeu fun-

ctione alia ministerij aliquius eccl. suspensum esse. Nam de ordine id probatur in c.f. §.fin. de re iud. lib. 6. ibi enim suspēsus ab executione officij, si diuinis se ingesserit, vt prius, irregularis fit; vt ibi dicitur, ergo suspensus ab officio & ab ordine suspensus est; quandoquidem, si ab eo non suspenderetur, diuina licitè faceret, nec puniretur arg. c. qui peccat 23. q. 4. & l. Gracchus. C. de adult. nam diuina facere ordinis est arg. c. perlectis. d. 25. atq; sic not. Gemin. in §. si quis. nu. 3. idem probatur in c. 2. de cler. excom. min. De iurisdictione quoque, vt. s. ab officio simpliciter suspensus iurisdictionis ecclesiasticæ munera non obeat, id sensit Inn. in c. cùm dilectus. nu. 4. in verb. Suspensus de consuet. idem & apertiùs Abb. in eod. c. nu. 18. vbi quæstionem hanc disputauit, & in c. quia diuersitatem. nu. 17. vbi cōmuniter id receptum esse testatur de concess. preb. idem sensit etiam Gemin. in c. vn. §. cùm verò. nu. 3. ne sed. vac. lib. 6. nam ibi ait ab officio suspensum à collatione beneficij suspensum esse; at conferre beneficia iurisdictionis est, vt dixit Gloss. cōmuniter recepta in c. transmissā de elect. ergò suspensus ab officio neque, quæ iurisdictionis ecclesiasticæ sunt, agere poterit; & idem etiam ait Phil. Franc. eod. §. cùm verò, & de communi sententia testatur Gemin. in c. quia pontificali. num. 8. vers. An suspensus ab officio de off. de leg. lib. 6. & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 11. vers. Suspensus ab officio tantùm de suspensione. Probatur id etiā ratione, nam, qui suspenditur ab officio, suspenditur ab eo, quod & de officio ordinis, & de officio iurisdictionis, & alterius administrationis dicitur, vt asseruimus in initio huius cap. & sic suspenditur à toto, seu à genere, at is, qui à toto suspenditur, seu à genere, ab omnibus partibus eius totius, & à speciebus omnibus eius generis suspenditur; à quo enim remouetur totum, & eius partes remouentur, & à quo genus, & eius species singulæ arg. l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de leg. 3. & vt dixit Gloss. in l. 1. §. fin. ff. de suis, & legit. & Abb. in c. ad reprimendam. nu. 10. de off. ord. ergò suspensus simpliciter ab officio à quauis officij specie suspensus erit, atq; idcirco & à iurisdictione; nō enim is, à quo animal remouetur, homo, bos, equus, alteriusvè speciei animal esse poterit. Contra sententiam hanc tamen facere videtur cit. c. 1. §. scriturus de re iud. lib. 6. vbi iudex ab officij executione suspensus irregularis fit, si diuina contrectet, vt ait ibi Summus Pont. ergo suspensus ab officio à diuinis tantùm, & sic ab eis, quæ ordinis sunt, suspensus esse videtur, cùm diuina tractando puniatur, atq; sic not. Gemin. in §. si quis. nu. 3. eod. & opinionem hanc sequitur Gloss. in c. audiuimus. 24. q. 1. Atqui à communi opinione discedendum non est ob ea, quæ diximus. Nec repugnat cit. c. 1. quandoquidem solùm ibi probatur, si diuina faciat, quam pœnam patiatur. s. irregularitatem, non autem ob id suspensum hunc à iurisdictione suspensum non esse. Nec repugnat diuinorum mentionem tantùm ibi factam esse; nam ob eam rem id fit, quoniam suspensus irregularis non efficitur, nisi vbi diuina facit, vt probatur in eod. cap. 1. §. fin. & in c. 1. §. fi. de sent. excom. lib. 6. Nō repugnat etiam c. fin. de cler. excom. min. quod citat Gloss. in eod. c. audiuimus; nam ibi de minori excommunicatione agitur, quæ specie à suspensione differt. Suspensus igitur simpliciter

3 ab officio & à iurisdictione suspensus erit; & de iurisdictione iā hactenus. † De ministerio alio autem ecclesiastico probatur in c. cùm dilectus de consuet. & ibi Abb. & in c. quia diuersitatem de concess. præb. nam electio nec ordinis, nec iurisdictionis est, vt dixit Abb. in eod. c. cùm dilectus. nu. 19. arg. cap. indemnitatibus de elect. lib. 6. iunct. cap. noua quædam de pœnit. in antiq. quāuis ipse quodāmodo in hac rōne titubet; & tamē suspensus eligere nō potest arg. cit. c. quia dilectus, & cit. c. quia diuersitatem; simpliciter igitur ab officio suspēsus & ab ordine, & à iurisdictione, & à functione alia ecclesiastica suspensus erit. Hinc, si plures ob idem delictum in suspensionem hanc incidāt, quorum alter ordini tantùm initiatus sit, alter verò & iurisdictionem ecclesiasticam habeat, hic à pluribus, ille à paucioribus suspensus erit; & de quæstione hac iridem satis, ad quartam veniamus.

SVMMA.

1 *Loco in vno suspensus an extra territorium suspensus sit.*

2 *Loco in vno excommunicatus vbiq; locorum excommunicatus est.*

3 *Loco in vno interdictus vbiq; interdictus est.*

4 *Loco in vno ab officio suspensus an extra territorium suspendentis suspensus sit.*

II.

1 § † Quarta quæstio est, an suspensus in vno loco extra eum locum, ac territorium eius, qui ipsum suspendit, suspensus sit. Hanc quæstionem generatim, an. s. sententia, pœnavè extra territorium eius operetur, qui ipsam tulit, disputarunt Bart. ac DD. in l. cunctos populos. C. de summa

summa Trinitate,& fide cath.& Abb,atq; alij in c.postulasti de for.compet. Quò ad rem nostrã igitur suspensio ab officio extra territorium eius, qui ipsam tulit, operari non videtur. Primò, quoniam extra territorium suum quis ius non habet, vt dicitur in c.fin.de constit.lib.6.& in l. fin.ff.de iurisd.omn.iud. & ibi communiter not. idq; meritò, esset enim hoc in alienam messem falcem mittere contra c.venerabilem de elect.& c.nouit de iud. Præterea, vbi cuipiam prohibitum est, ne postulet, in eius iudicis prouincia postulare tantùm prohibetur, qui eum vetuit,ne postularet; alibi verò non vetatur, vt habetur in l.ex ea causa.ff. de postul. ergo & idem de suspenso dicendum videtur. Postremò & sic sensisse vr̃ Bald.in c.pastoralis.nu.11.de appell. Contrariam sententiam nihilominus,vt ab officio suspensus vbiq; locorum suspensus sit, amplexata est Gloss.in c.si quis presbyter.7.q.1.& in c.2.11.q.3. & in c.cupientes.§.cæterũ in verb. In ipsa ecclesia de elect.lib.6.& in cap.pastoralis.§.verùm in verb. Subtrahuntur de appell. & ibi quoq; Abb.nu.10.& Dec.num.9.qui opinionem hanc communem esse sensit. Probatur autem sententia hæc primò in c.quisquis. 4.q.5. vbi à communione suspensus non modò in sua ecclesia communicare non debet, sed nec etiam in aliena, vt ibi dicitur,& not.Gloss.in verb. Communicet: hoc ius,quod potissimum pro hac opinione allegatur,ad rem non facit; nam ibi non de suspensione agitur, sed de excõmunicatione, vt in casu ibi proponitur, & vt Gloss.interpretatur in l.ex ea causa de postul.& Bart.in ead. l.cunctos populos.nu.50. & verba demum id ibi significant,nam de suspensione à communione ibi dicitur; at per suspensionem non à communione,sed ab officij ecclesiastici functione quis remouetur,vt asseruimus in initio huius cap.ergo de suspensione ibi agi dici non potest,sed de excõmunicatione; per ipsam enim quis à communione remouetur,vt habetur in c.pen.de sent.excom.& in c.Engeltrudam.3.q.4. & vt vidimus cap.6.Tab.2.Nec repugnat verbum illud Suspendatur;nam,ex quo suspensio ibi fit à communione,à qua excommunicatio,& non suspensio, remouet, de excommunicatione illud accipiemus;verba enim, vt rebus inseruiant, inuenta sunt arg.c.intelligentia de verb.sign.& l.ad recognoscendos. C. de ingen. manumiss. atq; idcirco ad subiectam materiam interpretari ea debemus arg.l.si vno.ff.loc.& l.plenum.§ equitij.ff.de vs.& hab. dum ergo ibi dicitur à communione suspendatur,perinde est,ac si dicatur Excommunicetur:probat hoc etiam vers. Qui paulò post consequitur A communione remoueatur;eo igitur iure sententia hęc niti non potest,ex quo alia de re ibi agitur arg.l.Papinianus exuli.ff.de minor. Postremò pro eadem sententia citatur.c.si quis presbyter.7.q.1.vbi depositum à suo episcopo ab alio recipi non debere dicitur; ergo nec suspensus recipi debet:ad hoc responderi quoq; posset, depositionem plurimùm à suspensione differre,atq; idcirco inde ad rem hanc argumentum sumi non posse. Quid ergo concludendum? Ego, vt quæstionem hanc in omnibus censuris absoluam,tres conclusiones pono,

2 quarum prima erit de excommunicatione,altera de interdicto,tertia de suspensione. † Quò ad excommunicationem igitur pro certo habebimus excommunicatum in vno loco vbiq; locorum excommunicatum esse;nam præter ea,quibus id probauimus cap.13.§.10. Tab.1.hoc dixit Gloss.in cit.l.ex ea.ff.de postul.& Bart.in cit.l.cunctos populos. nu.50. & Mar.Soc.Sen.in c. sacris. nu.489.vers.Circa duodecimam quæstionem de sent.excom.etenim pęna hęc & corpus, & animam afficit;ergò,quocunq; proficiscatur excommunicatus,sequetur eum excommunicatio arg.c.citò turpem.1.q.1.& vt inquit Abb.in eod.c.postulasti.num.11.& Bart.in ead.l.cunctos populos.Postremò excommunicatus extra ecclesiam eijcitur arg.c.qui merito,& c.omnis Christianus.11.q.3.at ecclesia vna est,vt probatur in c.loquitur.24.q.1.& in c.aliud de cõsecr. dist.4. & vt credendum nobis proponitur in Symbolo illis verbis Et vnam sanctam ecclesiam catholicam,& vt not.Gloss.in c.vn. in verb. Communicet.4.q.5.ergo, ex quo ecclesia vna est,

3 vbi ab ea quis eijcitur,vbiq; locorum extra eam erit,& de excommunicato satis. † Quò ad interdictum idem etiam concludimus, .s. interdictum in vno loco & alibi pro interdicto haberi; atque ob eam rem nusquam audire diuina, nec ecclesiastica recipere sacramenta debere,vt probatur in c.si sententia vers.Cùm verò de sent.excom.lib.6.& vt dixit Abb.in cit.c.postulasti nu.11.afficit enim & pęna hæc personam,vt Abb.ibidem sensit. Postremò à diuinis interdictus remouetur; ergo,ex quo diuina ecclesiæ eadem vbiq; sunt, ob eam rem nullibi eorum particeps erit;& de interdicto itidem satis.† Quò ad suspensionem demum,de qua in primis quęstio pro-

4 posita est,idem asserimus, vt suspensus in vno loco vbiq; locorum suspensus sit, modò ab officio suspendatur, quod ordinis cuiuspiam ex nouem sit. Nam ab huiusmodi officio suspensus ab ordine suspensus est,ergò,quocunq; proficiscatur,eo vinculo constrictus detinebitur; quandoquidem pęna hæc personam afficit,quo casu,quocunque quis proficiscatur, pęna cum sequitur, vt tra-

vt tradidit Bart.in ead.l.cunctos populos.nu.50.& Abb.in eod.c.postulasti.num.11.ex quibus iam patet non repugnare cit.c.fin.de constit.lib.6.& cit.l.fin.ff.de iurisd. omn. iud. nam extra territorium ob eam rem suspensio operatur, quoniam ea pœna ipsi suspenso inhæret;& pro hac sententia facit c.si quis presbyter.7.q.1,nam,etsi de depositione ibi agitur, quæ tamen ratio in hoc casu in dispositione est, eadem & in suspensione;& in his terminis communis opinio locum habebit. At,si ab officio quis suspendatur, quod clericis quidem tribuitur,non tamen ordinis cuiuspiam ex nouem est, vt pote si suspendatur ab officio sacristæ, custodisvè, de quibus agitur in tit.de off.sacrist.& in tit.de off.cust.item & ab electione, quæ nec ipsa ab ordine proficiscitur arg.c.indemnitatibus de elect. lib.6.iunct.c.noua quædam de pœnit. in hoc casu extra territorium suspensus non erit;nam solùm ab ea functione,non ab alio,à quo functio ipsa pendeat,suspensus est;iure igitur, cùm prohibitio illa extra territorium non trahatur (nō enim meus episcopus extra suam diœcesim,ne eligam,prohibere potest)alibi functionem obire poterit, à qua suspensus est,est enim suspensio hæc potius facti, quàm iuris;& in hoc casu locum habet cit.l.ex ea de postul.quæ plurimùm re vera repugnare videtur, & sententia Bald.in cit.c.pastoralis.nu.2.de appell.hoc igitur excepto casu, in vno loco suspensus vbiq; locorum suspensus erit, Respectu habito ad alios tamen,etiam si denunciatus sit,vitare in prohibitis hunc quis non debet, vbi cōmuniter pro non excommunicato habetur; nam & ea omnia valent, quę ratione publici officij facit arg.l.Barbarius.ff. de off.prætor. atq; sic sensit Mar.Soc.Sen.in c.sacris.num.489.ibi Ego tamen de sent.excom.sed de quæstione hac satis, ad aliam veniamus.

SVMMA.

1 *Suspensus ab officio an à beneficio suspensus quoq; sit; & quid è contrario.*

III.

1 § † Quinta quęstio est,an ab officio suspensus à beneficio quoque suspensus sit. In qua quęstione variæ DD.sententiæ sunt. Gloss.in Clem. cupientes in verb. Suspensi prope fin. de pœn.etsi eam ibi disputauit,quid tamen demum sentiret, apertè id non expressit. Gloss.verò in c.latores in verb.Ab officio de cler.excom.min.ab officio suspensum & à beneficio suspensum asseruit. Et hoc ob eam rationem, quoniam beneficium ob officiū tribuitur, vt dicitur in c.fin. de rescript.lib.6.ergò ab officio suspensus & à beneficio suspensus erit; nam, vbi vnum ob aliquid aliud datur, illo aliquo prohibito & id, quod eius gratia datur, prohibitum esse debet arg.c.accessorium de reg.iur.lib.6.& l.oratio.ff de spons.hæc ratio mihi non satisfacit, quandoquidem in his locum habet, quæ se necessariò consequuntur, vt in citatis iuribus probatur; at officium sepius sine beneficio habetur, sicut vsus id declarat, & clerici plures,qui beneficio carent; ergò,sicut non necessariò consequitur eum, qui officium habet, & beneficium habere; ita nec necesse erit eum,qui ab officio suspensus est,& à beneficio suspēsum esse arg.l.fin.§.fin. ff.de leg.3.Postremò pro hac sententia ratio hæc alia redditur,qui priuatur officio,hic idem priuatur & beneficio, vt habetur in c.decernimus.d.28.vbi Summus Pont. decreuit, vt subdiaconus ob delictum quoddam officio,atq; beneficio priuaretur;idem habetur in c.si quis sacerdotem.d.81.& ibi Gloss.not.sicùt etiam Gloss.summ.1.q.3.ergo; qui ab officio suspenditur, & à beneficio suspensus esse debet,cùm suspensio priuationis specimen quoddam habeat:hæc ratio mihi etiam non probatur;idcirco enim in illis iuribus & officij, & beneficij priuatio fit, quoniā id Summus Pont.expressè præcepit; at nos non disputamus, vbi ab officio, & à beneficio quis suspenditur,nec negamus id non posse;id enim potest,vt habetur in c.tam literis de testib.& in c.2.de fideiuss.cum simil.sed disputamus, an ab officio simpliciter suspensus à beneficio quoq; suspensus sit;ratio igitur hæc nihil facit.Imò contrarium inde probari potest, vt.s.ex quo cautū ibi est,vt priuatio vtriusq; fieret, contrarium sentiamus, vbi id expressè non percipitur arg.c. non ne de præsumpt.& l.cùm prætor.ff.de iud.Altera fuit sententia Host. quem refert Gloss.in c.1.in verb.Officij de re iud.lib.6.& in cit.Clem.cupiētes, q̄ & Archid.eā seq testat, vt.s.vbi ab hoīe lata suspēsio ab officio est, & à beneficio lata intelligatur,secus ubi à iure. Primo, qa ius, quod pœnam infert, coarctari debet arg.c.statutum de elect.lib.6.non autem hominis sentētia arg.c.diuersis de cler.coniug. cum alijs,quæ allegat Gloss.in cit. Clem. cupientes. Postremò, quoniam mitiùs cum lege,quàm cum homine agimus arg.l.Celsus.ff.de arb.hæc sententia reiicienda mihi quoq; videtur;nam,præterquam quod & verbis, & menti etiam suspendentis repugnat,vt in quæstionis dissolutione videbimus;nec rationibus,quas reddunt,nec iuribus,quę citant,

tant,

tant,ea probatur. Nam primò quatenus dicitur hic agi de pœna,atq; idcirco ius,quod pœnam infert,coarctandum esse, ratio hæc locum habet,vel ab homine suspendatur arg.l.cùm quidam ff.de liber.& posthu.ergò de vtroq; idem concludi debet arg.c.cùm dilecta de confirm.vtil.vel inutil.& l.illud.ff.ad l.Aquil, quod tamen ab his negatur. Quatenus etiam citatur l.Celsus, ea non facit,quoniam locum non habet,vbi contrarium de mente disponentis apparet,vt id videbimus. Quò ad iura demum citata à Gloss.in Clem.cupientes, quòd nec ipsa opinionem eam probant,& quisq; per se ea perspiciés animaduertere potest;ob eam rem ea omittimus,& hanc opinionem non amplexamur. Tertia fuit sententia Ioan.in c.præter.d.32.qui contrarium omnino sensit,vt.s.vbi ab officio per canonem suspensus quis est,& à beneficio suspensus sit; secus autem vbi ab homine:cuius sententia eadé ratione,qua proxima,tollitur;& quòd verbis,& menti suspendentis repugnat;& quòd nec iure, nec ratione probatur; nam in eod. c.præter, etsi ab officio quis suspensus & à beneficio suspensus est, illud ideò ibi fit, quoniam speciatim id cautum fuit. Postrema fuit quorundam sententia, qui extra rem progressi,an ab officio suspensus spoliari beneficio posset,disputarunt. Quid ergò concludendum? Ego præmitto primùm quæstionem hanc disputari,vbi nescitur, quo animo lata sit; nam, si pro certo sciretur, quæstio fortasse dubitatione careret;quandoquidem ex voluntate, & ex mente disponentis dispositionem interpretamur arg.c.cùm voluntate de sent.excomm.& l.non omnis.ff.si cert.pet.cùm ibi not. Præmitto demum suspensum ab officio priuatum beneficio ipso iure non esse; tum q huiusmodi suspensione nec officio priuatus est,ergò multò minùs beneficio, cuius mentio nulla fit; tum q suspensio non esset suspensio,sed priuatio,ac depositio,quæ specie inter se differunt, vt communiter notatur:quamuis ob delictum, quamobrem ob officio suspensus est, priuari beneficio hic queat,si delicti ratio id postuler;quid enim,si de homicidio quis infamatus interim ab officio suspendatur,vt in c.ex tuarum de purgat.canon.non ne, si de homicidio deinceps conuincatur,beneficiò priuari poterit? hinc,q quidam ob contumaciam suspéfi nec à contumacia discedebant,nec,vt absolnerentur,operam dabant,vt beneficijs spoliarentur Rom.Pont.præcepit in c.cùm bonæ de ætat: & qualit. sed id non suspensionis, sed delicti vitiò efficitur arg.cit.c.cùm bonę; & in hoc casu locum habebit eorum sententia, quos refert Gloss.in cit.Clem.cupientes. His sic præmissis,quò ad quæstionem nostram concludo paucis suspensum ab officio non esse à beneficio suspensum. Primò,quoniam,qui suspensionem tulit,id non dixit;nam,vbi suspensioné promulgauit,non à beneficio, sed ab officio tantùm suspendit; officij verò nomine beneficium non comprehéditur; probat hoc tractatio vtriusque,quandoquidem de officio actum est in tit. de off.archid.cum nouem seq. de beneficio autem in tit.de de præb. cum seq.cum igitur ab officio tantùm suspenderit,& officij nomine beneficium non comprehendatur,nec sub officij suspensione beneficij suspensio continebitur;tum q cui verba legis non conueniunt, néc legis dispositio conuenit arg.l.4.§.toties.ff.de damn.infect.tum q,si contrarium sentiremus, à verborum proprietate sine causa discederemus contra l.non aliter.ff.de leg.3. Præterea probatur sententia hæc,quoniam,si & à beneficio suspendere hunc voluisset,id dixisset,vt factum id legimus in c.2.de fideiuss.& in c.tam literis de testib.& in c.1.de secundis nupt.& in c.tuarum de priuil. & in c.à crapula de vit.& honest.cler.& in c.quanto de off. ord. & in c.quisquis de elect. & in c. quia sępe eod.lib.6.& in c.exigit de constit.eod.lib. cum simil.at id non dixit, ergo nec id voluisse asserendum est; nam, sicuti, quod dicimus, velle existimamur arg.l.Labeo.ff.de suppell. leg. ita è contrario,quod non dicimus, nec velle credimur. Id quod eo magis dicendum est,ex quo agitur de pœna arg.c.odia,& cap.in pęnis de reg.iur.lib.6.& l.interpretationé.ff.de pęn. Accedit postremò, quia suspésio ab officio specie differt à suspensione à beneficio, vt probauimus cap.5.in hac Tab.item specierum appositarum altera sub altera nó continetur; ergò specie vna lata,& alia lata non dicetur;ex diuersis enim non fit illatio arg.l.Papinianus exuli. ff.de minor. & posito equo, non ne necessariò ponitur & bos, vt species diuersa, sicuti hoc per se patet. Ex quo igitur suspendens ab officio non dixit & à beneficio suspensum hunc se velle; & ex quo id etiam noluit;ac demum,ex quo rei natura id non patitur,suspensum ab officio suspensum à beneficio non esse concludemus. Excipitur tamé primò,vbi de beneficio acquirendo agitur; nam suspensus ab officio à beneficij acquisitione suspensus etiam est,modò ob beneficium illud ecclesiastici officij munera exercere habeat arg.c.fin.vers. Si tamen de cler.excom. min.vbi minori excommunicatione irretitus eligi non potest,quoniam ad susceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à sanctis patribus est priuatus.Hęc Rom.Pont.inquit;ergo idem hic de suspenso ab officio concludendum est, vt à beneficijs consequendis suspensus sit, ex quo ab officio

exequendo suspensus est,quamobrem beneficium confertur; etenim consequente prohibito & antecedens,per quod ad consequens peruenitur,esse prohibitum existimatur arg.l.oratio.ff.de spons.& arg cit.c.fin.& ibi not.Abb.de cler. excom. min. Nec repugnat c.vel non est cõpos de temp.ord.vbi mandari videtur,vt puero suspẽso ab officio de beneficio prospiciatur ab eo, qui diaconatum ipsi contulit;nam non ibi,vt beneficium huiusmodi ei cõferatur, sed vt in ecclesiastico beneficio ei prouideatur,vt pote de fructibus,quò habeat,vnde se alat,iubetur arg.c.cùm secundum de præb.vbi hoc optimè declaratur;ab exceptione igitur illa non discedemus. Quare ab officio suspensus, etsi sacramenta recipere potest, ordinem tamen,quem non habet,recipere non poterit,ex quo officij munus exercere non potest. Postremò excipiuntur quotidianæ distributiones,quæ ijs præstantur de more in ecclesijs, quæ collegium habent, qui diuinis officijs faciendis intersunt; nam ab harum perceptione suspensus erit:sicut enim ijs nõ tribuuntur, qui officijs non intersunt arg,c.licet vobis de præben.ita nec suspenso ab officio tribuentur,ex quo diuinis officijs interesse,vt ecclesiæ minister nequit; in hac igitur quæstione sic concludendum censerem:quæ conclusio & verissima mihi esse videtur,& dilucidior reddita, explosa differentia illa,an ab homine,à iureve suspensio hæc lata sit;& de quæstione hac satis.Si vnum addiderimus nec à beneficio suspensum ab officio suspensum esse ob easdem rationes.

SVMMA.

1 *Suspensus à parte officij à quibus suspensus sit.*

2 *Suspensio, atq; interdictũ præscriptos sibi terminos non egrediuntur.*

IV.

1 §. † Sexta quæstio est,vbi à parte officij suspensus quis est,à quibus suspensus hic sit. In qua
2 quæstione breuiter concludimus ab ea parte hunc tantùm suspensum esse.† Nam suspensio,atq; interdictum præscriptos sibi terminos non egrediuntur,idest, qnod suspensione,interdictovè nobis prohibitum est,illud tantùm agere,non reliqua prohibemur,vt sensit Innoc.in c.cùm dilectus.nu.4.vers.Quid si esset suspensus ab ingressu ecclesiæ, & apertiùs Abb.in c.Apostolicæ de except.& Caiet,in summ.in verb.Suspensio,& Armill.eod.nu.4.& Tab.in verb. Interdictum.1.nu.14.& Nauar.in Man.cap.27.num.170.& Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris c. 9. vers.Quartò de suspensione,& cap.15.vers.Absolui aut suspẽsus eod.& communiter receptum id esse testatur Dec.in eod.c.apostolicæ.nu.2. Neq; id iniuria,limitata enim causa limitatum producit effectum arg.l.in agris.ff.de acq.rer.dom. & exceptio vnius alterius inclusio est arg.c.non ne de præsumpt.& l.cùm prætor.ff. de iud.qui ergo ab officio aliquo suspensus est,ab alio suspensus non erit. Quare suspensus ab ordine ea,solùm, quæ ordinis sunt, obire non poterit, atq; sic respondit Lap. alleg.138.nu.10.& Bero.in c.1.nu.80.vers.Secũdò de iud.& Nauar.in Man.c.27.n.160.Et hoc locũ habebit in quibuscũq; ordinibus; quos, ordinis nomine communiter sumpto, nouem esse pontificij iuris interpretes in hoc secuti ponimus.Atqui an ab ordine suspensus à iurisdictione suspensus erit? hanc quæstionem explicamus in seq.§.

SVMMA.

1 *Suspensus ab ordine à iurisdictione suspensus non est;nec è contrario.*

2 *Suspensus ab ordine à iurisdictione fori pœnitentiæ suspensus est.*

V.

1 §. † Septima quæstio est, an suspensus ab ordine à iurisdictione quoque suspensus sit. In qua quæstione Abb.in c.cùm dilectus.nu.29.vers.Aut simpliciter quis est suspensus ab ordine de consuet.hunc & à iurisdictione suspensum esse censuit;eundem sequitur Syl.in verb.Suspensio.nu.5.& magis communem sententiam hanc esse ait.Probatur autem hac potissimum ratione,quoniam,vt inquit Abb.iurisdictio ecclesiastica est potestas,quæ ab ordine consequitur, eidemq; nititur; ergo ordine suspenso per consequentiam, vt eius verbis vtar, & iurisdictionem suspensam esse concludendum est.Atqui contrariam opinionem amplexari debemus.s.suspensum ab ordine à iurisdictione suspensum nõ esse.Primò,quia ordo specie differt à iurisdictione, vt hoc per se patet; hinc electus confirmatus ea, quæ iurisdictionis sunt, munera obire potest, non autem,quæ ordinis,vt tradidit Gloss.communiter recepta in c.transmissam dè elect.ergo

suspensus ab ordine à iurisdictione suspensus non est; ex diuersis enim non fit illatio arg l. Papinianus exuli. ff. de minor. Præterea ab ordine suspensio tantùm hæc est, ergò extra ordinem egredi non debet; nam suspensio suos terminos non egreditur, vt in proxima quæstione asseruimus. Postremò suspensio hæc ad iurisdictionem se habet, sicut suspensio ab officio ad beneficium; at illa suspensio à beneficio non suspendit, ergo neq; hæc à iurisdictione ob eandem rationem arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. Nec obstat, quod dicit Abb. iurisdictionem ecclesiasticam ab ordine pendere: hoc enim verò nó est; nam, si ab ordine penderet, aut ab ordine episcopatus, aut ab ordine sacramento. Non à priori pendet, quoniam electus confirmatus ante episcopatus ordinem, qui per consecrationem tribuitur, ea, quæ iurisdictionis sunt, exercere potest, vt tradidit Gloss. communiter recepta in cit. c. trãsmissam; quod non fieret, si ordini iurisdictio niteretur. Non etiam ab ordine sacramento pendet. Tum quòd quisq; iurisdictionem hanc haberet, qui Ordinem suscepisset; quod tamen verum non esse communis consuetudo declarat, quamobrem & sacerdotem excommunicare non posse antea conclusimus: Tum quia Christus D. qui vtranq; potestatem hominibus condonauit, separatim, & non eodem tempore eas tribuit; nam ordinem in postrema cęna instituisse, eidemq; Apostolos tunc initiatos esse DD. communiter inquiunt, & nos probauimus in Tab. de ordine cap. fi. n. 1. & in Tab. Sacerdotij in fi. Iurisdictionis verò potestatem in foro contentioso condonasse antea illis verbis Quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis; & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis nos probauimus cap. 1. Tab. 1. Cum igitur hæ potestates 2
eodem tempore collatæ non sint, imò iurisdictionis potestas ordinis potestatem antecesserit; ab ordine iurisdictio pendere non potest. Addo, si hoc esset, laicis iurisdictionem hanc delegari non posse; & tamen contrarium communiter receptum est, vt probauimus cap. 2. §. 10. Tab. 1. ratio igitur hæc nihil facit. Nec communiter recepta opinio hæc Abbatis est, vt inquit Syl. qui propterea id dixit, quòd de communi sententia testatur Abb. in eod. cap. cùm dilectus. num. 18. ad ipsum enim respectum habet; sed illa opinio ab officio suspensum nec ea, quę iurisdictionis sunt, exercere posse; hanc enim communiter receptam esse inquit Abbas ibi, & non hanc, qua de agimus, vt ex eius dictis percipi facilè potest; suspensus igitur ab ordine à iurisdictione suspensus non erit. Sicuti nec è contrario suspensus à iurisdictione ab ordine suspensus erit; & hanc opinionem in vtroq; casu sequitur Nauar. in Man. cap. 27. nu. 160. & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 11. vers. Quando ab ordine tantùm. De suspẽsione. Quare sacerdos ab ordine suspensus excommunicatum ab excommunicationis vinculo absoluere poterit; sed non solemnibus precibus adhibitis, nec à peccato; nam illud iurisdictionis est, hæc autem ordinis, vt dixit Zab. in c. fin. nu. 12. de excess. prælat. † Excipio tamen iurisdictionem, quæ ad ordinem exercendum necessaria omnino est, vt in pœnitentiæ sacramento; nam sacerdos ab ordine suspensus & à iurisdictione fori pœnitentiæ suspensus erit, quandoquidem sine ordine ipsam exercere non potest arg. c. omnis de pœnit. sed iam octauam quæstionem aggrediamur.

SVMMA.

1 *Suspensus ab ordinibus maioribus à minoribus suspensus non est.*
2 *Suspensus à sacerdotio quæ munera obire potest.*
3 *Suspensus ab ordinibus minoribus à maioribus suspensus est.*
4 *Suspensus à functione aliqua alicuius officij vel ordinis à reliquis suspensus non est.*
5 *Suspensus ab ordine episcopatus à quibus suspensus sit.*

VI.

§. Octaua quæstio est, an suspensus ab ordine aliquo à maioribus, minoribusvè ipso suspensus sit. In qua quæstione duo contemplanda nobis sunt. Primùm, an suspensus à maioribus à minoribus suspensus sit. Alterum è contrario, an à minoribus suspensus à maioribus suspensus sit.
1 † Quò ad primam quæstionem igitur, an, qui exempli gratia ab ordinibus sacris suspensus est, vt in c. 1. de schismat, à minoribus suspensus sit. Videbatur dicendum & ab eis suspensum hunc esse. Nam & minores ordines sacramenti rationem habent, atq; ideirco sacri dici possunt, vt inquit Syl. in verb. Ordo. 1. nu. 1. vers. Quantum ad secundum; ergò, ex quo suspensionis verba ipsis conueniunt, & reliqua conuenire debent. Ego tamen contrariam sententiam veriorem existimo, vt sic suspensus à maioribus tantùm ordinibus suspensus sit, non autem à minoribus. Primò, quia sacri ordinis nomine communi vsu loquendi canonum, & pontificij

iuris

iuris interpretum maiores tantùm ordines significantur, vt habetur in c. 1. cum seq. & in c. dilectus filius, & in c. pen. de temp. ord. & in c. 1. de ordinat. ab episc. qui renunt. episc. & in c. 2. de eo, qui ordinem furt. suscep. ac nouissimè apud Trid. Syn. de sacramento ordinis sess. 23. c. 11. in fin. de reform. imò communis hic loquendi vsus & apud diuinarum rerum scriptores est; at à communi vsu loquendi, iurisq; interpretandi discedere non debemus, vt dicitur in l. si de interpretatione cum seq. ff. de legib. & vt docuit Bart. in l. omnes populi. nu. 58. ff. de iust. & iur. & DD. eum communiter sequuntur; ergò à minoribus ordinibus suspensum hunc non esse interpretabimur. Præterea, vbi ab omnibus ordinibus quis suspenditur, id exprimitur arg. c. pen. de simon. & extrauag. fin. eod. ergò, vbi id nõ dicitur, nec nos dicemus arg. l. de precio. ff. de publ. in rem act. præsertim, ꝙ de pœna hic agitur, atq; idcirco coarctanda interpretatione dispositio est arg. l. interpretatione. ff. de pœn. & c. odia de reg. iur. lib. 6. Tertiò, quia, si à maioribus suspensus & à minoribus suspensus esset, superuacanea maiorum expressio esset contra c. si Papa de priuil. lib. item contra naturam suspensionis, quæ præscriptos ipsi terminos non egreditur, vt asseruimus hoc cap. §. 4. Accedit, quòd argumẽtum à maiori ad minus negatiue valeret; at hoc falsum est, non enim consequitur eum, qui maiora facere non potest, in eodem genere minora non posse, vt hoc per se patet. Postremò, qui, ad maiorem ordinem ne aspiret, priuatus est, hic, quò minùs minoré petat, non prohibetur, vt dicitur in l. relegatorum. §. fin. in verb. Maioribus, & ibi Bart. ff. de interdict. & relegat. & vt not. Gloss. in l. cui pacto. ff. de seru. exportan. ergò ex
2 his oĩbus concludendum est suspensum à maioribus à minoribus suspensum non esse. † Quare à sacerdotio suspensus, vt in c. ex tuarum de purgat. canon. & in c. literas de temp. ord. etsi nullum sacerdotij munus ex officio, ac solemniter exercere potest. Non baptismum cæremonijs adhibitis administrare (nam sacerdotij munus proprium hoc est, vt habetur in c. constat de consecr. d. 4. & vt nos probauimus in Tab. 2. de sacr. cap. 4. nu. 3. Non pœnitentiæ sacramentũ (quod ad sacerdotem hoc etiam omnino pertinet arg. c. omnis de pœnit. & vt id asseruimus de sacramentis Tab. 5. cap. 2. nu. 3.) Non extremam vnctionem (nam & huius administratio sacerdotij est, vt declarauit Triden. Syn. de extrema vnct. sess. 14. cap. 6. & nos in Tab. 6. cap. 2. nu. 2.) Non missæ sacrum (quod ipsis presbyteris tantùm permissum est, vt habetur in c. 1. de summ. Trin. & nos probauimus in Tab. 4. cap. 2. nu. 3. de sacr.) Non benedictione consecrare aquam, vel quæ ad baptismum administrandum adhibetur (de qua re agitur in c. tribus, & in c. sabbato Sancto. de consecr. d. 3. vel qua Christi fideles festis diebus de more asperguntur arg. c. aqua de cõsecr. dist. ead.) Non sal, quod in eorum os funditur, qui baptismo initiantur arg. c. ex hinc cum seq. de consecr. d. 4. Non panem, non assum agnum, non oua, quæ paschatis die pluribus in locis benedictione affici solent. Non sponsis benedictionem tribuere (sacerdotis enim & hoc munus est arg. c. 1. & c. 3. de secund. nupt. & vt sensit Trid. Syn. de reform matr. sess. 23. cap. 1.) Non mulierem post partum in ecclesiam introducere; iamvè moriturũ omnipotenti Deo commendare, sicut habetur in Catechumenorum libro. Non mortuos cæremonijs vsitatis sepelire (hæc n. ad sacerdotem itidem pertinent, vt dixit Abb. in c. significauit in fin. de corp. vitiat. & de aquæ benedictione itidem Syl. in verb. Aqua in fin.) nam, cùm hæc ad sacerdotij officium spectent, vt declarauit Isiodor. in c. perlectis. §. ad presbyterum. dist. 25. Ad presbyterum pertinet, ait enim ibi, sacrificium Corporis, & Sanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. Hæc ibi, hic verò à sacerdotij officio suspensus sit, iure munera hæc obire nõ poterit; idem probatur in c. quia sacerdotes, & in c. hanc consuetudinem. 10. q. 1. Quare, inquã, etsi à sacerdotio suspensus nullum sacerdotij munus ex officio, ac solemniter obire potest, vt probauimus; quæ tamen in inferiorum ordinum numero sunt, obire sine offensa poterit. Hinc, qui suspensus est à collatione diaconatus minorem ordinem conferre potest, vt dixit Io. And. quem refert, ac sequitur Abb. in c. vel non est compos. nu. 5. de temp. ord. Hinc ab altaris officio suspensus si quis itidem est, reliqua sacerdotij munera obire potest, vt habetur in c. significauit, & ibi not. Gloss. & Abb. de corp. vitiat. & Syl. in verb. Suspensio. num. 5. vers. Si verò sit ab ordine episcopali. Hinc sacerdoté nec peccare, nec irregularem fieri dixit Nauar. in Man. cap. 3
27. nu. 163. vers. Quintò infert, qui à sacerdotij officio suspẽsus in inferiori ordine administrat. Excipitur tamen, vbi inferioribus ordinibus vtendo, & maiori, à quo suspensus est, vteretur; in hoc enim casu id non poterit. Quare, etsi à sacerdotio suspensus, alio missæ sacrum faciente; euangelium, epistolamq; ex officio, ac solemniter cãtu recitare potest, & sic diaconatus, subdiaconatusq; munera licitè obire; hæc tñ ipse missæ sacrum faciendo nõ potest: à maiori suspensus igitur à minoribus suspensus non erit; sed minora, vt priùs, facere poterit; & de quæstione hac sa-

8 hac satis. † At quid è contrario, an à minoribus suspensus à maioribus suspensus intelligitur? exẽpli gr̃a sacerdos à diaconatus officio suspensus est, an & à sacerdotio suspẽsus erit? Abb. in c. vel non est compos. nu. 5. de temp. ord. hunc maiores ordines exercere non posse tacitò sensit; eandem opinionem sequitur Host. in c. dilectus eod. in antiq. & Glos. in c. eos in verb. Ordinum eod. lib. 6. & Syl. in verb. Suspensio. nu. 5. vers. Et similiter si sit à collatione, & Armill. eod. n. 12. atq; idcirco, vt ibi ait, qui epistolam canere non potest, hic nec euangelium poterit: sicut nec de eorundem sententia, quos proximè citauimus, maiores ordines conferre nõ valet, qui à minorum ordinum collatione suspensus est. Probatur autem hæc sententia hac potissimum ratione, quoniam qui inferiore ordine indignus est, indignior est superiore, vt dixit iureconsultus in l. qui indignus. ff. de senator. & in l. cui pacto. ff. de seru. expor. Etenim cui, quod minus est, non licet; nec ei, quod maius est, licere debet arg. c. cùm illorum de sent. excom. & vt Gloss. ibi not. & in c. cui licet de reg. iur. lib. 6. Hinc Vlpianus in l. relegatorum. §. fin. ff. de interdict. sic ait Alicui & vnus honor interdici. s. potest; sic tamen, vt, si cui honore vno interdictum sit, non tantùm eum honorem petere possit, verùm nec eos quoque, qui eo honore maiores sunt; est enim perquàm ridiculum eum, qui minoribus pœnæ causa prohibitus sit, ad maiores aspirare. Hæc ibi Vlpian. ergo, cùm hic à minori suspensus sit, à maiori quoq; suspensus erit. Accedit huc, ꝙ naturæ hoc repugnare videtur, sicut sensit iureconsultus in cit. l. cui pacto, vt qui, quod minus est, nõ potest, id, quod maius est, possit; ergo, cùm & lex naturam imitetur arg. §. minorem in Instit. de adopt. ne à ratione naturæ, à legeq; discedamus, ab hac sententia non discedemus. Et ad hoc facit etiam, quod dixit Gloss. in l. fin. & ibi quoq; Bald. C. si seru. export. ven. Contra sententiam hanc tamen non nulla facere videntur. Et primò, quia episcopus, qui primam tonsuram illiterato confert, à collatione tonsuræ suspensus est, vt habetur in c. fin. de temp. ord. lib. 6. & tamen hic minores ordines conferre potest, vt communiter ibi not. ergo à minoribus suspensus quò minùs maiora exerceat, non prohibetur: ad hanc rationem facilè respondetur idcirco. s. id posse; quoniam speciatim à tonsura tantùm ille suspenditur. Declarat hoc aduerbium illud Duntaxat; Qui verò contra fecerit, dicitur enim ibi, per vnum annum à collatione clericalis tonsuræ duntaxat nouerit se suspensum. Hæc ibi; si ergò à collatione clericalis tonsuræ duntaxat suspensus est, reliquos ordines conferre poterit; dictio enim illa Duntaxat vt exceptiua, & exclusiua omnes alios casus præter expressum excludit, vt docuit Bart. & sequuntur eum Ias. ac DD. in l. vn. ff. si quis ius dicenti non obtemp. ratio igitur hæc non repugnat. Item ratio hæc alia repugnare videtur, quoniam, si à minoribus suspensus à maioribus suspensus esset, ab eo, quis suspenderetur, de quo nihil dictum est, nec cogitauit etiam suspendens; quod quidem absurdum videtur: atqui & hæc ratio tolli facilè potest; nam, etsi maioris mentio facta non est, nec iudex fortasse in animo id habuit, hoc nihil tamen refert, quandoquidem non sententiæ illius vi, sed sed iuris authoritate naturali ratione id suadẽte id fit arg. l. fi. C. si seruus exportetur, vt veneat, & l. cui pacto. ff. de seru. export. & cit. l. relegatorum. §. fin. ff. de interdictis. Tertiò repugnare itidem videtur ratio hęc, quòd, vt conclusimus, à maiori suspensus minora exercere non prohibetur; ergo & è contrario, qui à minoribus suspensus est, maiora facere posse debet; quod enim operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. ad hoc argumentum etiam respondetur in casu nostro ipsum locum non habere, quoniam non eadem ratio in suspensione à minori, quò ad maius est; quæ in suspensione à minori quò ad minus. Id quod hinc patet, ꝙ naturalis ratio suadet, vt, qui, quod minus est, non potest, multò minùs in eodem genere id possit, quod est maius arg. cit. l. cui pacto. ff. de seru. export. quod nõ contingit, vbi prohibetur, quod maius est; nam natura potius comparatum est, vt hic minora possit; ex quo igitur eadem ratio in vtroq; casu non est, ob eam rem ab altero ad alterum argumentum sumi non potest arg. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Postremò ratio hæc non mediocriter repugnare videtur, quoniam, si à minori suspensus maiora exercere nõ potest, continget & sępius quem grauiùs puniri, quàm offenderit, vt exempli gratia episcopus suspenditur à prima tonsura ferenda, quoniam illiterato eam contulit, vt in cap. fin. de temp. ord. lib. 6. ergo & à collatione maiorum ordinum, stante priori sententia, suspensus hic erit: quod tamen absurdum videtur, & contra c. quæsiuit, de ijs, quæ fiunt à maiori part. cap. non enim pœna delicti grauitatem egredi debet, vt ibi dicitur. Quid igitur concludendum? Ego, vt rem hanc dilucidiùs explicẽ; &, quatenus ad rem nostram pertinet, vt absolutam cognitionem tradam, pro regula conclusionem hanc pono Suspensus à minore maiora exercere non potest, & hoc ob allegata in initio huius quæstionis, quæ regula declaratur, vt locum habeat. Primò, vbi manifestò constat id

 suspen-

suspendentem voluisse; nam ex disponentis voluntate dispositionem metimur arg. c.cùm voluntate de sent.excom.& l.cùm quid.ff.si cert.pet.cum ibi not. Item declaratur, vt locum habeat,vbi quis ab eo suspenditur, in quo non peccauit, sed ob aliam rem, vt exempli gratia clericus de homicidio infamatus à minoribus ordinibus suspenditur;hic sine dubitatione à maioribus suspensus erit,& hoc ob rationes in initio huius quæstionis latas. Postremò declaratur,vt locum sibi vindicet,vbi maius sine minori haberi non potest arg.c.ex literis vers. Committitur de excess.prælat. Quare à diaconatu, subdiaconatuq; suspensus, quòd missæ sacrum eorum ordinum functionibus adhibitis celebratur, ob eam rem & à missæ sacro faciendo, non autem ab alijs muneribus sacerdotij suspensus hic erit; alioquin, quod vna via prohibetur, per aliam fieret contra c. cùm quid vna via de reg.iur.lib.6. Excipitur autem primò,vbi speciatim, & solùm à minore tantùm suspensus quis est,vt pote quia suspendens manifestò significauit se à minori solùm suspendere velle, vt in eod.c.fin.de temp.ord. lib.6.vbi episcopus à collatione primæ tonsuræ duntaxat suspenditur; ergo à collatione aliorũ ordinum suspẽsus non erit,vt Gloss. ibi not.ac communiter DD.& eadem Gloss.in c.eos in verb. Ordinum eod.tit. Idem probatur in c.si compromissarius de elect.lib.6.Nec iura in initio allegata repugnant;nam, cùm censuræ vinculum ad voluntatem ferentis constringat,vt asseruimus cap.2.§.4.Tab.1.in re,vbi à minore tantùm suspendere voluit,maiora obire suspensus poterit; vbi enim homo prospicit, ibi lex cessat arg.l.fin.C.de pact.conuent.& l.maritus.C.de procur. & vt dixit Ias.in l.2. nu.143.&ibi DD.C.de iur.emphit.Non repugnat etiam ratio illa naturalis; nam in iuris dispositionibus lex coarctare eam potest arg.§.sed naturalia in fin.in instit.de iur.nat.gent.& ciuil.vbi ergò(vel ab homine,vel à iure suspensio lata sit) manifestò constat à minore tantùm suspensionem latã esse, vt in cit.c.si compromissarius, & in eod.c.fin.de tempor.ord.suspensus maiora gerere poterit. Secundo loco excipitur,vbi quis suspenditur ab eo,in quo peccauit,& ob eam rationem, vt pote quia dicitur,vt in quo peccauit,in eo puniatur;nam ea causa, tanquam ratione,suspensio illa coarctatur arg.l.regula.§.fin.ff.de iur.& fac.ignor.etenim iura,quæ pœnam imponunt per verba indefinita,ad id tantùm referuntur, cui ex delicto iniuria facta est arg. cit.c.si compromissarius,& vt dixit Gemin.in c.eos in verb.Gloss.super verb.Ordinum de temp.ord.lib.6.Accedit, quòd si contrarium diceremus, grauiùs quis puniretur, quàm peccasset contra c.quæsiuit de ijs, quæ fiunt à maior.part.cap.non enim pœna vlteriùs protrahenda est,quàm delictum fuit in excedente repertum,vt ibi dicitur.Postremò id tacitò etiam suspendens se id velle significauit,ex quo ab eo suspendit,in quo suspensus peccauit; à maioribus ergo suspensus hic non erit,nisi aliter de mente suspendentis constet,vt in c.vel nõn est compos sui de temp.ord.Tertiò excipitur, vbi maius sine minori haberi potest; quare à diaconatu suspensus missæ sacro excepto reliqua omnia sacerdotis munera legitimè obibit. Postremò excipitur,vbi ab vno genere officij suspenditur;nam alterius generis officij munera exercere non prohibebitur,vt de suspenso ab ordine respectu habito ad iurisdictionem conclusimus;& de suspenso ab officio respectu habito ad beneficiũ: sed de quæstione hac satis;& de suspensione item à toto aliquo ordine, & officio hactenus.

4 † Verùm quid, si quis à functione aliqua tantùm alicuius officij suspendatur, an eiusdem functiones reliquas licitè exercebit? Hanc rem vt paucis expediamus, concludendum est functiones reliquas eius officij obire hunc tutò posse, vt probatur in c. significauit de corp. vitiat. vbi cuidam presbytero conceditur, vt sacerdotij officium exerceat absque altaris ministerio; ergò quis suspendi potest à functione aliqua alicuius vel ordinis, vel officij; & tamen eiusdem officij,ordinisvè functiones reliquas exercere,atque sic not.ibi Abb.vers. Nota,quòd sacerdotale. Idem probatur in c.2.& in c.seq.de cler.percussor.vbi à missarum celebratione quis tantùm suspenditur Idem habetur in c.nullus.d.51. sacerdos igitur sic suspensus præter missæ sacrum reliqua sacerdotij munera impunè,vt priùs,exercebit. Idq; iure meritò,etenim,sicut suspensus ab vno officio alterius munera exercere potest, ita ab vnius officij functione suspensus reliquas eiusdem functiones licitè exercet;valet enim argumentum à toto ad partem arg.l.quæ de tota. ff.de rei vind.& §.nihil autem interest in Instit.de fideicommiss.hæred. suspẽdere autem à missarum celebratione, & ab altari idem esse probatur in cit. c.significauit iunct. Gloss. officium.

5 † Et hæc,quæ de ordine sacramento diximus,& in episcopatus ordine locum habent;nam episcopus ab ordine episcopatus suspensus nec ordines conferet,nec ecclesias,arasvè consecrabit, & id generis; quandoquidem episcopatus ordinis hæc sunt, vt dixit Gloss.communiter recepta in c.transmissam de elect. Idem fiet,si à pontificali officio suspendatur,vt in extrauag. Suscepti regiminis vers. Et si quicquam aliquis de elect.nam & hic nihil,quod ad episcopatus ordinem

spectet,

spectet, administrabit, atq; idcirco nec missæ sacrum cum mitra, & baculo faciet;non ordines conferet;non baptismi crisma, basilicas, virginesvè consecrabit,vt declarauit Gloss.in cit.extrauag.iu verb.A pontificalibus;quamuis,quæ ordinis sacerdotij sunt,vt simplex sacerdos licitè exerceat,vt eadem Gloss.ibi asseruit,sicut etiam ea,quæ iurisdictionis sunt (non enim ad ordinem hæc pertinent, vt sensit Gloss.communiter recepta in c.transmissam de elect.) vt de suspenso à pontificali tantùm dixit Abb.in c.cùm dilectus.n.20.vers. Aut suspenditur episcopus, & vers.Si ergò de suspensione; sicuti è contrario à iurisdictione tantùm suspensus ea, quæ ordinis sunt, licitè obibit,vt disputauimus supra hoc cap. sed de quæstione hac satis,ad nouam quæstionem veniamus.

SUMMA.

1 *Suspensus à iurisdictione à quibus suspensus sit.*
2 *Suspendi ab aliqua parte iurisdictionis quis potest.*
3 *Suspensus si quid agat ex ijs,à quibus suspensus est,an valeat, vel ordinis, vel iurisdictionis sint.*
4 *Suspenso an dignitates ecclesiasticæ conferantur,collatavè valeant,vbi præsertim iurisdictionem, ordinemvè postulant.*

VII.

1 § † Nona quæstio est, vbi quis à iurisdictione suspenditur, à quo suspensus sit. Quam quæstionem vt paucis absoluamus,ab ijs tantùm,quæ iurisdictionis ecclesiasticæ sunt,suspensum hunc esse dicimus, vt pote à censuris ferendis, à beneficijs conferendis, ab electis confirmandis,à iure dicendo,& à similibus; hæc enim iurisdictionis ecclesiasticæ sunt, vt sensit Gloss. communiter recepta in c.transmissam de elect. nihil igitur huiusmodi agere suspensus à iurisdi
2 ctione potest,vt probauimus cap.11.Tab.2. † Excipitur tamen,vbi à iurisdictionis parte quis suspenditur; nam, ea excepta, reliqua iurisdictionis munera legitimè obibit arg. c.non ne de præsumpt.& l.cùm prætor.ff.de iud.& l.in agris.ff.de acq. rer. dom. Posse aūt quē & à iurisdictionis parte suspendi argumēto nobis est c.graue de præb.vbi,à collatione beneficiorum quē suspendi mandatur.Idem probatur in c.vn.ne sed.vac.lib.6.vbi,suspenso episcopo à collatione beneficij,quid iuris sit de præbendis vacantibus,docetur; si à collatione beneficij ergo quis suspenditur,ab aliqua iurisdictionis parte suspendi potest. Facit quoq; Clem.1.§.si quis de stat.mon. Item suspenditur aliquando quis à confirmatione episcoporum,vt in c.2.de translat.& in cap. prouida de elect.lib.6. Item à confirmatione inferiorum, vt in c.nihil est de elect.in antiq.atq; sic etiam sensit Gloss.magistr.in Clem.cupientes in verb.Suspensi de pœn.à iurisdictione suspensus igitur,quæ iurisdictionis sunt,munera obire non poterit,atq; sic dixit Foll.in prax.crim.canon.cap.33.num.66.in 2.part.indici; quæ ordinis tamen sunt,licitè exercebit,vt disputauimus
3 hoc cap.§.5.& de quæstione hac satis. † Esset hic decima quæstio explicanda,an à suspenso acta valeant,vt proposuimus;sed,quoniam idem iuris est de suspenso ab officio,quod de excommunicato maiori excōmunicatione;ideo ea,quæ ordinis sunt, an à suspenso administrata valeant, habemus de sacramentis c.13.§.16.cū seq.Tab.1.& c.7.§.4. Tab.2.de officijs diuinis verò c. 8.in init. & in §.seq. ead. Tab.2.sicuti, quæ iurisdictionis sunt,c.11.§.1.cum seq. ead. Tab. 2.
4 † Atqui,an suspensus ab officio dignitates ecclesiasticas,quæ iurisdictionis, ordinisvè executionem habent, consequi poterit? Hoc egimus de excommunicato c. 13.Tab.2.idem enim & de suspenso ab officio dicimus,quod de excommunicato ibi conclusimus: sed de effectibus per se suspensionis ab officio hactenus; ad effectus per accidens iam veniamus.

De effectu proprio, sed per accidens suspensionis ab officio. Cap. VII.

SUMMA.

1 *Ordines suscipere ab extraneo episcopo clerici sine licentia sui ordinarij possunt, vbi ordinarius suus ob eam rem à collatione ordinum suspensus est, quoniam alterius clericis ordines sine licentia sciēs contulit.*



EFFECTVS itidem proprins,sed per accidens suspẽsionis ab officio hic est; nam, si episcopus in suspensionem incidit eius c.eos de temp. ord.lib.6. quia.s.alterius parochiano sine proprij ordinarij licẽtia sciens ordinem cõtulit; (quo casu per annum à collatione ordinum suspensus est,vt ibi dicitur)clerici eius episcopi suspensi sine ipsius licentia, alteriusvè ab alijs vicinis episcopis ordines susci piendi liberam licentiam habent per cit.c.eos. Id quod meritò fit, vt qui alterius diœcesis viris ordines sine licentia tribuit, & sui sine ipsins licentia ordines ab alijs suscipiant;pœna enim peccato respondere debet, vt probatur in c. fin. de temp.ord.eod.lib.& in c. quæsiuit de ijs,quæ fiunt à maior.part.cap.atq; sic DD.communiter not.in cit.c.eos. Excipitur tamen,vbi manifestò non constat suum ordinariũ suspensum non esse, vt habetur in eod.c.eos, & præsertim hodie ob extrauag.ad euitanda; probabitnr igitur per clericos huiusmodi suspensio.Qua ratione autem probetur dixit Rebuff.in §.benef.form.dimiss.literar.nu.19. Item excipitur,vbi ordinem suscepturus nullum ordinem haberet,sed laicus esset ; hoc enim beneficium ipsi non concedi communiter ibi concluditur. Postremò,vbi idonei nõ essent ob verbum illud Aliàs tantum canonicè,etsi enim licentia hæc ipsis remittitur,non tamen,qnin aliàs actus legitimè fiat, conceditur arg.l.si aliquando.C.de inoff.test.& l.vt gradatim.ff.de muner. & honor. & vt commnniter notatur in cit.c.eos inspiciendi tamen ibi hac de re DD.sunt,quandoquidem censuras à communi iure latas explicandas nobis non posuimus , vt antea diximus : & de effectibus sũspensionis ab officio hactenus,iam de effectibus suspensionis à beneficio, agamus.

De effectu per se, ac proximo suspensionis à beneficio. Cap. VIII.

SVMMA.

1 *Beneficium ecclesiasticum quidnam sit; quatenus ad rem hanc pertinet.*



QVONIAM de effectu per se,ac proximo suspensionis à beneficio agendum nobis restat,ideo vt perfectior,dilucidiorq; cognitio eius habeatur, hæc contemplabimnr. Primùm beneficij ecclesiastici nomine quid comprehendatnr , quatenus ad rem hanc pertinet. Deinde effectus hic per se suspensionis à beneficio quisnam sit,& eius declaratio. Tertiò hac de re constituta regula, quatenus pateat. Postremò, quibus exceptionibus, qnasi cancellis eadem concludatur.

1 † Quò ad primam quæstionem igitur beneficium ecclesiasticum , quatenus ad rem nostrã pertinet,est ius quodam perpetuum clerico, canonicè inhærens percipiendi fructus , pecunia æstimabiles,nec non census , emolumentaq; omnia alicuius ecclesiæ ; itemq; iura hæc,& ecclesiam tuendi . Hæc ergo beneficij huius descriptio est,quæ nec ratione caret; nam primò ius hoc perpetuum esse dicitnt, quoniam ecclesiastica beneficia non ad tempus , sed in perpetuum dantur arg.c.sanctorum.dist.70.& c.veniens,& ibi not.Gloss.de fil.presbyt.in antiq.& c. vn.de capell. mon.lib.6.& vt not.etiam Gloss.in c.per exemptionem in verb.Curam de priuil.eod.lib. Hinc Io.Bapt.Caccialup.in tract.de pens.q.12.vt pensio beneficium ecclesiasticum dicaeur,in perpetuum cõcessam esse debere asseruit:idq; meritò,etenim beneficij huiusmodi collatio matrimonij specimen quoddam habet , vt dixit Gloss.in cit.c.veniens , & c.vn.matrimoninm autem ad tempus non contrahitur,vt habetur in c.fi.de cond. appos. Item clerico inhærens dicitur, quoniam laico non conuenit;nullum enim ecclesiasticum beneficium cnipiam tribuitur,nisi primã tonsuram susceperit,vt communiter receptum id esse testatur Tab.in verb.Beneficium.3.n.33. Tertiò inhærere itidem dicitur,quoniam ius incorporale est, & iura huiusmodi nobis inhęrent, vt dixit Gloss.in l.3.ff.pro socio,& vt in casu nostro not.Abb.in c.postulasti.nu.7.vers. Nec dicitur ex hoc ponere de sor.compet. Quarto dicitur etiam canonicè,quoniam beneficium ecclesiasticũ licitè obtineri sine canonica institutione non potest, vt habetur in c.1.de reg.iur.lib.6. Quintò ius etiam hoc esse percipiendi fructus,census,atque emolumenta omnia diximus;quoniam, statim atque quis ius hoc adeptus est, quicquid ex rebus eius ecclesiæ percipitur,vel fructus,vel census,& id generis sint;item quicquid alius ei ecclesiæ debet,vt decimæ; ac demum si quid vltro ei offeratur,vt oblationes,quæ in ipsa ecclesia fiunt, vniuersa hæc ad eum pereinent, qui illud habet arg.tot.tit.de dec.& cap.quia sacerdotes cum duobus seq.& c.2.& c.cùm querente de restit.spol.Sextò dictum est ius hoc esse percipiẽdi fructus,pecunia æstimabiles; & hoc ob eam

ob eam rationem, quoniam, etſi collatio beneficij inter fructus epiſcopatus collocatur, vt dixit Gloſſ. 2. in c. cùm olim de maior. & obed. epiſcopus tamen à beneficio ſuſpenſus beneficia conferre poterit; nam hoc ad iuriſdictionem pertinet, & ad officium, vt ſenſit Gloſſ. communiter recepta in c. tranſmiſſam de elect. & ſuſpenſum à beneficio ab officio ſuſpenſum non eſſe concluſimus cap. 6. §. 3. in hac Tab. Septimò adiectum eſt Alicuius eccleſiæ, quoniã ius hoc certũ eſt. Poſtremò diximus Nec non iura hæc, ſicut etiam eccleſiam tuendi; quoniam clericus hic ius hoc habens non ſolùm dictos fructus percipere poteſt, verùm etiam & ea iura tueri, ſimulq; & eccleſiam poteſt, ac debet arg. c. generali. §. illos de elect. lib. 6. & c. 2. de reb. eccl. nõ alien. eod. lib. & c. 1. cum duob. ſeq. & tot. ferè tit. de reſtit. ſpol. ius hoc igitur eccleſiaſticum beneficium dicitur. Hoc etiam nomine nominatur eccleſia, in qua quis ius illud habet; ſiue eccleſia illa animarum curam gerat, cuiuſmodi eccleſiæ ſunt, quas habent patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, parochi, vicarijq; perpetui; ſiue curam non habeat, cuiuſmodi beneficia ſunt eorum, quę qui habent, quidam canonici, quidã manſionarij, non nulli pẽſionarij, ſimplicèsvè clerici nominantur, vt ſimul hæc probantur in c. 1. iunct. Gloſſ. in verb. Sumitur autẽ hìc beneficium de reg. iur. lib. 6. & in extrauag. Execrabilis verſ. Quæ aliàs, ibi ad cuius euidentiã de pręb. & vt ſenſit Abb. in c. pen. nu. 2. de verb. ſign. & in c. maioribus de præb. & Paul. Fuſc. lib. 2. de viſit. cap. 7. num. 6. Speciatim verò de epiſcopatibus probatur in c. fin. vt lit. pend. & in c. Felicis. §. quòd, ſi quis de pęn. eod. lib. De alijs inferioribus eccleſijs curam animarum habẽtibus probatur in cit. extrauag. execrabilis, & ibi Gloſſ. in verb. Curam animarum, & in c. ſi tibi cõceſſo de præb. lib. 6. De perpetuis vicarijs hoc ſenſit Abb. in c. poſtulaſti notab. 1. de reſcript. nam, qui vicariam huiuſmodi habet, & beneficium, ac titulum habere ibi tradidit. & facit Clem. vn. de off. vic. De pẽſionibus not. Gloſſ. in Clem. 1. in verb. Quodcunq; beneficium de vit. & honeſt. cler. modò in titulum perpetuũ, ac purè clerico aſsignatæ ſint, vt dixit Io. Bapt. Caccialup. in tract. de penſ. q. 12. & Paul. Fuſc. de viſit. lib. 2. c. 7. nu. 6. De præbendis in c. pen. de verb. ſign. De manſionarijs, & capellis, quæ in alia eccleſia ſunt, habetur in c. pen. de cler. non reſid. vbi & Gloſſ. & Abb. id tacitò ſentiũt. Beneficij eccleſiaſtici nomine igitur & ius, quod diximus; & id, in quo ius illud habetur, nominari ex dictis conſtat, ſicut etiam ex c. cupientes. §. cæterùm verſ. Omnibus beneficijs ſuſpenſione lata iunct. verſ. Et à prouentuum beneficiorum perceptione de elect. lib. 6. & in hãc ſententiam eccleſiaſticum beneficium hìc accipitur pro eo .ſ. iure, quod in dictis beneficijs nititur, & de quęſtione hac ſatis; ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Effectus ſuſpenſionis à beneficio quinam ſit.*

I.

1 §. † Effectus autem ſuſpenſionis à beneficio, vt ſecundo loco propoſitam quæſtionem aggrediamur, eſt ſuſpenſio ab vſu iuris eius, quod in initio huius cap. diximus. ſ. percipiendi fructus, emolumentaq; alicuius eccleſiæ, nec non eius eccleſiæ, fructuumq; iura tuẽdi. Qui effectus hac ratione probatur, nam ſuſpenſione hac quis eo iure non priuatur arg. c. cupientes. §. cæterũ de elect. lib. 6. vbi ſuſpenſus à beneficio per triennium, ſi intra id temporis ei ſe ingeſſerit, ipſo iure priuatus beneficio eſt, ergo per ſuſpenſionem priùs priuatus non eſt; alioquin ei ſe ingerendo priuari illo non poſſet, cùm, vbi habitus nõ ſit, ibi priuatio non detur arg. l. decem, & ibi communiter not. de verb. oblig. atq; ſic not. in eod. §. cæterùm Gemin. nu. 3. vbi per ſuſpenſionem titulo beneficij non priuari ait, idem Phil. Franc. & Anchar. & communiter DD. ibi & Hoſt. quẽ refert, ac ſequitur Abb. cõtra Inn. in c. ſicut ad extirpãdũ, vbi quoq; idem probatur. nu. 4. verſ. Tertia differẽtia de cohab. cler. & mul. facit quoq; c. 1. §. fin. de elect. eod. lib, ſi beneficio igitur ſuſpenſus hìc non priuatur; ergo vſu iuris eius ipſum priuari neceſſariò dicendũ eſt, ex quo fructibus, emolumentiſq; iam dictis caret, vt probatur in cit. iuribus, & vt ſenſit Anchar. in eod. c. cupientes. §. cæterùm. nu. 1. verſ. Item not. in verſ. Omnibus, & Gemin. nu. 3. vbi quærens, quid operetur ſuſpenſio à beneficio, ait idem eſſe, quod priuari fructibus beueficiorum, & vt dixit Abb. in c. cùm bonæ. nu. 6. verſ. Tu dic de ætat. & qualit. nam vi iuris eius fructus, atq; emolumenta oĩa clericus cõſequitur, vt ex ijs colligitur, ac probatur, quę in initio huius cap. diximus.

SVMMA.

1 *Suſpenſus à beneficio fructibus eius beneficij caret; & qui fructus hi ſint.*

2 *Beneficio eius, qui ſuſpenſus eſt, adminiſtrator dabitur, quouſque durat ſuſpenſio.*

II.

§ Vidimus, quisnam effectus suspensionis à beneficio sit; iam eius declarationem videamus,
1 vt polliciti sumus. † Suspensus igitur à beneficio primùm cuiusque generis fructibus eius beneficij caret, à quo suspensus est: sicut etiam ijs, quos occasione ipsius beneficij hēt; nam, cùm ius illud percipiendi fructus, de quo egimus proximè, non magis ad hos, quàm ad illos fructus pertineat, meritò fructus nullos habebit, ex quo vsu iuris eius interim caret, quo iure fructus vniuersi eius beneficij percipiuntur. Quare suspensus hic fructus, qui ex fundis beneficij percipiuntur, non habebit. Item nec pensiones ędium, quæ locantur. Tertiò nec oblationes, quæ ecclesię offeruntur; harum.n. perceptionē, & ab eo iure pendere hinc apparet, quòd clericus alius, qui ius hoc non habet, percipere illas non potest, quippe quia & de iure parochiali sunt, vt tradidit Abb. in rub. de paroch. & alien. parochian. atq; sic dixit Zab. in Clem. 2. nu. 6. vers. Septimò quæro de vit. & honest. cler. Quartò nec decimas, vt dixit idē Zab. eod. nam & hæc de parochiali iure sunt, vt sensit Abb. in ead. rub. de paroch. Quintò nec quotidianas distributiones, q̃ in aliquibus ecclesijs tribui solent illis, qui diuinis officijs intersunt, vt in Clem. 2. de ætat. & qualit. nam hoc sensit Gloss. in cit. Clem. 2. in verb. Suspensus de vit. & honest. cler. & sequitur eam ibi Zab. nu. 6. vers. Decimò quæro, & Anchar. nu. 3. vers. Tertiò not. & Dec. in c. pastoralis. §. verùm nu. 7. vers. Et durante excommunicatione de appell. & Felin. in c. apostolicæ. nu. 13. vers. Durante autem suspensione de except. ac deniq; communiter DD. nam, etsi beneficij nomine nō comprehenduntur, vt dixit Rot. quam refert, ac sequitur Paul. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 29. nu. 10. occasione tamen ecclesiæ, ac beneficij tribuuntur, sicut decimæ, & oblationes; his omnibus ergo, & alijs huiusmodi, à beneficio suspensus carebit. Postremò à beneficio suspensus negocia, quæ ad ipsum beneficium pertinent, nomine proprio gerere non potest; nam & eius administratione caret, vt probatur in c. 1. §. qui verò de elect. lib. 6. & in c. cupientes. §. cæterum eod. ibi enim suspensus à beneficio, si intra illud tempus ei se ingesserit, ipso iure priuatus est, ergo & se ingerere non debet; nō enim puniretur, si id posset arg. c. qui peccat. 23. q. 4. & l. Gracchus. C. de adul. atq; sic dixit Abb. in c. pastoralis. §. verùm, n. 18. de appell. & in c. veritatis. nu. 16. de dol. & contum. & Dec. in c. apostolicæ. n. 3. de except. Quare nomine proprio pro sua ecclesia, pro eiusdēq; rebus agere non poterit, sicut asseruit Gloss. in cit. c. Apostolicæ, quam sequuntur ibi Abb. Dec. ac DD. & Felin. in c. intelleximus. n. 21. vers. Nona declaratio de iud. Minùs autem beneficium, à quo suspensus est, permutabit, vt dixit Io. And. quem refert, ac sequitur Gemin. in c. cupien-
2 tes. §. cæterùm. num. 7. Gloss. sup. verb. Beneficijs, & Phil. Franc. eod. de elect. lib. 6. † Interim igitur œconomus beneficio huic, vicariusvè ad tempus dabitur arg. c. peruenit. 2. de appell. & cap. ex eo de elect. lib. 6. & cap. fin. §. si autem dilapidator de stat. mon. in antiq. etenim & sic de excommunicato dixit Abb. in c. pastoralis. §. verùm de appell. Verùm quid, si quicquam agat, an actum valebit? Quò ad hoc, quę de excōmunicato asseruimus, eadem & de suspenso ob eandem rationem concludimus; quæ huc ergo pertinent, illinc sumemus: interim autem, quibus rationibus, quæ diximus, amplificentur, videamus.

S V M M A.

1 *Suspensus à beneficio fructibus eius caret, ab homine, vel à iure suspensus sit; item vel patriarchę, vel archiepiscopus, suspensus sit.*

2 *Episcopus cur in suspensionem non incidit, ubi speciatim eius mentio non fit.*

III.

§ † Suspensus à beneficio igitur, vt regulam constituamus, omnibus beneficij eius fructibus
1 caret, vt antea cōnclusimus. Quæ regula locum habet non solùm, vbi ab homine quis suspensus est, verùm etiam & vbi à iure, vt probatur in c. cupientes. §. cęterum de elect. lib. 6. & in c. 1. eod. tit. ac lib. & vt sensit Abb. in c. sicut contra Inn. de cohab. cler. & mul. idq; merito, nō. n. alia in vno casu, alia in altero ratio est; ergo idem de vtroq; dicendum est arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. Item locum habet eadem regula, vel patriarcha, vel archiepiscopus, vel episcopus suspensus sit; nam, cùm & ipsi in suis ecclesijs ius hoc habeant,
2 meritò, si à beneficijs suspenduntur, & ipsi ab eo iure suspensi erunt. † Non incident tamen in suspensionem hanc iuris episcopi, nisi eorum mentio speciatim facta sit, vt habetur in c. si compromissarius. §. huiusmodi quoq; pœna de elect. lib. 6. & vt Gloss. ibi not. in verb. De iure, & in c. cupientes. §. cæterùm in verb. Suspensos eod. & in c. quia periculosum, in verb. Officij de sent.

excom.

excom.eod.lib.quod priuilegium ob eam rem ipsis condonatum Gloss. ait in eod. §. huiusmodi, quoniam verecundum est episcopum mendicare; & quoniā spiritualia sine tēporalibus diutius esse nō possunt. Quę rationes mihi non probantur; tum q̄ & in clericis inferioribus locum habent, nam & ipsos mendicare non decet, vt dixit Trident. Syn. sess. 21. de reform. c. 2. &, ne id contingeret, ibi prospexit; tum q̄, ne mendicēt, ex fructibus suorum beneficiorum prospicitur, vt paulò post probabimus. Ego igitur ob pontificiam dignitatem priuilegium hoc, sicut & alia multa, condonatū ipsis esse id cēseo arg. c. fin. de pęnit. & c. fin. de priuil. cum simil. Vide tamen, quæ diximus cap. 17. §. 6. Tab. 1. Verùm quid, si quis plura beneficia habens simpliciter à beneficio suspendatur, an ab omnibus suspensus erit? hanc quæstionem explicabimus in seq. §.

S V M M A.

1 Suspensus simpliciter à beneficio, si plura habeat beneficia, an ab omnibus suspensus sit.

IV.

1 § † Quæstio hæc nobis explicanda hic est, an habens plura beneficia, si simpliciter à beneficio suspendatur, ab omnibus suspensus sit. Quam quæstionem vt dilucidè, ac paucis explicemus, duas conclusiones ponimus; quarum prior hæc est Vbi causa, quamobrem suspensus quis est, speciatim ad aliquam ecclesiam pertinet; hac ijs tantùm beneficijs suspensus erit, quæ habet in ea ecclesia, in quā peccauit, atq; idcirco exempli gratia, si canonicus Imolensis in electione sui antistitis fecerit cōtra cap. 1. de elect. lib. 6. & contra c. cupientes, & c. si compromissarius eod. ab ijs tantùm beneficijs suspensus hic erit, quæ in ea ecclesia habet, in quam peccauit, vt in citatis iuribus habetur, & ibi communiter not. & facit pro hac cōclusione c. 2. de off. ord. lib. 6. & c. fin. vers. Et nihilominus de reb. eccl. non alien. eod. lib. & c. fin. de temp. ord. eod. lib. Idq; iure merito, etenim pœnæ grauitas peccati grauitatem excedere non debet arg. c. 2. de ijs, quæ fiunt à maior. part. cap. & facit l. interpretatione. ff. de pęn. & c. in pęnis de rēg. iur. lib. 6. ex quo igitur eam ecclesiam tantùm offendit, à beneficijs, quæ in ea tantùm habet, suspēsus esse debet; nam ea offensa, vti causa, atq; ratio suspensionis singularis est; ergo & suspensio talis esse debet arg. l. regula. §. pen. ff. de iur. & fac. ignor. Postremò sic Rom. Pont. interpretatus est illud c. 1. §. qui verò de elect. in cit. o. cupientes. §. cæterum, & in cit. c. compromissarius. Et hæc conclusio locum habet, vel suspensus ab omnibus beneficijs quis sit, cùm ob rationes allatas, tum ob cit. c. cupientes. §. cæterum vers. Omnibus beneficijs, vbi expressum hoc propemodum habetur; & de priori conclusione satis. Posterior autem conclusio hæc est Vbi causa, quamobrem in suspensionem hanc quis incidit, generalis est, ab omnibus beneficijs suspensus hic erit. Nam, etsi simpliciter, & indefinitè à beneficio est suspensus, quòd tamen ratio ad omnia beneficia pertinet, ab omnibus suspensus erit; indefinita enim oratio vniuersalis vim habet, vbi eadem ratio in omnibus sub indefinita oratione contentis locum habet, vt asseruit Dyn. quem refert, ac sequitur Bart. in l. si pluribus. nu. 6. ff. de leg. 2. Quare, si exēpli gratia in suspensionem hanc incidit, quoniam non eo vestitu vtitur, quo clericos vti decet, hic ab omnibus beneficijs suspensus erit, vt probatur in cit. Clem. 2. iunct. Gloss. in verb. Beneficiorum; nam causa hæc vniuersum clericorum ordinem offendit, & vniuersum statum ecclesiæ, nec minùs vnam ecclesiam, quàm aliam, vt inquit ead. Gloss. ibi. His igitur duabus conclusionibus proposita quæstio absoluitur; quam absolutionem sensit ead. Gloss. in cit. Clem. 2. in verb. Beneficiorum, & sequitur eam ibi Anch. nu. 3. vers. Tertiò not. & Zab. nu. 5. vers. Sextò quæro, & communiter alij, & Anton. etiā in simil. vt refert Abb. in c. pastoralis. §. verùm. num. 11. de appell. Et hæ conclusiones locum sibi vindicant non solùm, vbi à Rom. Pont. suspensio fertur, verùm etiam, & vbi ab inferiore, quò ad beneficia tamen, quæ in suo territorio sunt. Item non solùm, vbi per sententiam, sed etiam, vbi per legem, statutumvè fertur ob easdem rationes. Excipitur tamen, vbi apertè contrarium suspensionem ferens vellet. At quid, si ab episcopo quis simpliciter à beneficio suspensus sit; an, si suspensus extra territorium suspendentis beneficium itidem habeat, ab eo quoque suspensus erit? hanc quæstionem dissoluemus in seq. §.

S V M M A.

1 Suspensus simpliciter à beneficio, si extra territorium suspendentis beneficium itidem habeat, an ab eo quoque beneficio suspensus sit.

2 Suspensus ab officio cur vbiq; locorum suspensus sit; non autem à beneficio suspensus.

§. † Altera

V.

1 § † Altera quæstio dissoluenda nobis est, an suspensus simpliciter à beneficio, si extra territorium suspendentis beneficium itidem habeat; suspensus ab eo etiam sit. Gloss. vlt. in c. pastoralis. §. verùm vers. Sed nunquid idem est in suspenso de appell. dixit suspensum in vno loco à beneficio in alio loco beneficium habere hunc posse, eam sequitur Dec. ibi. nu. 10. vers. In ea Gloss. Etenim extra territorium suspendentis suspensio operari non posse debet arg. c. fin. de constit. lib. 6. & l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. esset quippe hoc falcem mittere in alienam messem contra c. venerabilem de elect. & c. nouit de iud. Anton. autem, quē refert, ac sequitur Abb. in eod. §. verùm. nu. 21. sic distinguit. Aut suspensio ab homine fertur; & in hoc casu, si & à beneficijs, quæ extra territorium habet, suspendere iudex voluit, ab omnibus suspensus hic erit, quamuis territorij iudex sententiam huiusmodi exequi debeat arg. c. postulasti de for. compet. Hanc opinionem ipse quoque sequor; tum quòd episcopus loci, vbi clericus deliquit, de beneficio, quod delinquens in alio territorio habet, promulgare sententiam potest, vt habetur in cit. c. postulasti, & vt id communiter receptum esse testatur Abb. ibi. nu. 7. tum quòd decretum à iudice interpositum pertinet etiam ad rem extra territorium sitam, vt in l. magis puto. §. illud quæri solet. ff. de reb. cor. & iudex ob contractum decernere potest, vt missio in bonorum possessionem fiat, quæ in aliena diœcesi sunt ob c. 1. §. contrahentes de for. compet. lib. 6. ergò iudex & à beneficio suspendere poterit, quod extra suam iurisdictionem est; id quod & dixit Inn. in eod. c. postulasti vers. Item credo, & sequitur eum ibi Abb. Nec repugnāt, quæ in initio diximus. Non cit. Gloss. fin. quandoquidem ipsa non ait suspendi quem non posse à beneficijs, quæ extra territorium suspendentis sunt, sed illud sanè suspensum à beneficio in vno loco in alio beneficium habere posse; id quod nec nos inficiamur, modò iudex ab omnibus non suspenderit, quo casu Gloss. non loquitur, atq; idcirco non repugnat. Non obstat etiam, quod dicitur per cit. cap. fin. de constit. & l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. extra territorium suum iudicem iurisdictionem non habere, & ob eā rem falcem in alienam messem ei mittere non licere; nā iudex suspendendo à beneficio non suspendit per se, ac proximè ab ipsa re, in qua clericus ius percipiendi fructus habet, quo casu extra territoriū ius diceret, sed ab eo iure. s. percipiendi fructus suspēdit, quod ius illi inhæret; penes enim ipsum clericum titulus beneficij residet, sicut reliqua iura, vt not. Gloss. in l. 3. ff. pro socio; ex qua re fit, vt extra territorium non suspendat, sed clericum eo iure per suspensionem priuet, quod ipsi inhæret, atq; sic sensit Abb. in eod. c. postulasti. nu. 7. quamuis executio à territorij iudice fiat ob cit. c. postulasti, & c. 1. §. contrahentes de for. compet. lib. 6. suspensus igitur per sententiam ab homine à beneficio & à beneficijs suspensus erit, quæ extra suspendentis territorium habet, si suspendēs id voluit. At, si id nollet, secus esset; actus enim agentis præter eius voluntatem non operatur arg. c. cùm voluntate de sent. excom. & l. non omnis, ff. si cert. pet. In hoc igitur Anton. sententiam sequor. Quæ locum habet, etiam, si nihil dixerit, sed causa generalis sit, quamobrem eum à beneficio suspendit arg. eorum, quæ dixit Gloss. communiter recepta in Clem. 2. in verb. Beneficiorum de vit. & honest. cleric. secus autem, si causa ad vnam tantùm ecclesiam pertineret. Aut, dicit idem Anton. suspensio à iure fertur; & in hoc casu, si ex causa, quæ ad certam ecclesiam tantùm spectet, à beneficio suspensus sit, ab ijs tantùm beneficijs suspensus erit, quæ in ea ecclesia habet, vt probatur in c. cùm in cunctis in fin. innct. c. si compromissarius eod. tit. lib. 6. Si verò ex causa generali, tunc ab omnibus beneficijs suspensus erit; pro qua conclusione facit eadem Gloss. in cit. Clem. 2. de vit. & honest. cler. Hanc sententiam Antonij itidem hic sequor, vbi suspensio à iure communi lata est. Verùm quid, si à statuto episcopi lata sit? In hoc casu hunc à beneficijs suspensum non esse censeo, quę extra statuenti territorium habet arg. c. si compromissarius. §. pen. & fin. de elect. lib. 6. per quem canonem Abb. inquit in cit. c. postulasti. nu. 11. statutum priuans quem beneficijs suis intelligi de beneficijs sitis in loco disponentis; quamuis contrarium fortasse dicendum sit, vbi expressè contrarium statuisset. Ex his omnibus manifestò constat quem ab aliquo beneficio suspensum esse posse,
2 ab alio autem suspensum non esse; item in vno loco à beneficio suspensum, in alio non. † At inquiet quispiam, cur in vno loco ab officio suspensus vbiq; locorum suspensus est, vt asseruimus cap. 6. §. 2. in hac Tab. à beneficio autem suspensus, secus? Zab. in Clem. 2. in init. nu. 23. vers. Decimò nono quæro de ætat. & qualit. ob eam rationem id fieri sensit, quoniam suspensio à beneficio à iurisdictione proficiscitur, quæ extra territorium non egreditur arg. cit. c. vlt. de constit. lib. 6. suspensio autem ab officio à clauibus, quæ vbiq; locorum operantur argu. c. 1. de treug. & pac. & sequitur eum Felin. in c. Apostolicæ. num. 14. vers. Limita materiā de except.

Hæc ratio mihi omnino non probatur; nam, ſicut ſuſpenſus ab vno officio quò ad illud officium vbiq; locorum ſuſpenſus eſt, ita & ſuſpenſus ab vno beneficio ab eo ſemper ſuſpenſus erit, quocunque proficiſcatur. Ego igitur ſuſpenſum à beneficio in vno loco idcirco alibi beneficium habere hunc poſſe cenſeo; quoniam ius percipiẽdi fructus alicuius eccleſiæ, à quo quis ſuſpenditur, vt probauimus hoc cap in initio, diuerſum eſt à iure percipiendi fructus in alia eccleſia; & ſic iura diuerſa ſunt, vt per ſe patet, & ob eam rem ſuſpenſus ab vno iure, id eſt ab vno beneficio ab alio ſuſpenſus non eſt; ex diuerſis enim non fit illatio argum. c. 2. de translat. & l. Papinianus exuli. ff. de minor. nam & ſuſpenſus ab vno officio ab alio ſuſpenſus non eſt, ſicut nec etiam ſuſpenſus ab vno ordine ab alio perpetuò ſuſpenſus eſt, vt vidimus cap. 6. §. 4. cum duobus ſeq. in hac Tab. At ſuſpenſus ab officio ſimpliciter, quòd idem officium ſemper eſt, ob eam rem, quocunque proficiſcitur, obire illud non poteſt. Verùm, an, ſi ſuſpenſus à beneficio quis ſit, conferri beneficium huic poterit? quæſtionem hanc explicabimus in ſeq. §.

S V M M A.

1 Suſpenſus à beneficio ſi quis ſit, an beneficium ei conferri poſſit.

2 Suſpenſus à beneficio ad pœnam fructibus beneficij caret, vel delicti cum pœnituerit; ſecus, vbi ob contumacem.

VI.

1 §. † Quæſtio propoſita proximè nobis explicanda hæc eſt, an ſuſpenſus à beneficio ſi quis ſit, aliud beneficium interim ei conferri queat. In qua quæſtione pro regula ponimus huic beneficium aliud conferri non poſſe; nam ſic dixit Gloſſ. fin. in fin. in c. per inquiſitionem de elect. & ſequitur eam ibi Abb. num. 8. & Gloſſ. in c. cupientes. §. cæterum in verb. Beneficijs eod. lib. 6. & in c. cùm bonæ in verb. Suſpenſi, & ibi Abb num. 6. verſ. Per prædicta de ætat. & qualit. & idem Abb. in c. Apoſtolicæ. num. 8. de except. Et probatur id etiam in cit. c. per inquiſitionem iunct. c. cùm in cunctis. §. clerici de elect. vbi quidam per triennium à beneficio ſuſpenſus Præpoſitura intra eam diem ipſi collata priuatur; ergo ei, qui à beneficio ſuſpenſus eſt, conferri beneficium interim non debet. Id quod & ratione probatur, nam ſuſpenſus à beneficio à perceptione fructuum ſuſpenſus eſt, vt vidimus; at, vbi quis à perceptione alicuius ſuſpenſus eſt, id ei tribui non debet, per quod ad perceptionem illam veniat, vt probatur in c. vlt. verſ. Si tamen ſcienter, & ibi not. Abb. num. 3. de cler. excom. min. num. 3. prohibito enim conſequente, & antecedens prohibitum eſſe cenſetur argum. l. oratio. ff. de ſponſ. ergo, ex quo à beneficio ſuſpenſus beneficij fructus habere non poteſt, beneficia ei non conferentur. Excipitur tamen primò, vbi ab aliquo tantùm beneficio ſuſpenſus eſt, ſeu à beneficijs alicuius eccleſiæ; nam tunc alibi beneficium ei conferri poterit, & ad alia beneficia eligi, vt dixit Laurent. quem refert, ac ſequitur Zab. in Clem. 2. num. 22. verſ. Decimo octauò quæro de ætat. & qualit. Quare, ſi ob eam rem à beneficio ſuſpenſus ſit, propterea quod offendit in electione ſui antiſtitis, ſicut à beneficijs eis tantùm ſuſpenſus eſt, quæ habet in eccleſia, quam offendit, vt habetur in c. 1. §. fin. iunct. c. cupientes. §. cæterum, & cap. ſi compromiſſarius de elect. lib. 6. ita ad beneficia, quæ in eius eccleſia ſunt, eligi non poterit, nec ea ipſi conferri valebunt ob ea, quæ ſupra diximus; quamuis ad beneficia, quæ extra eam eccleſiam ſunt, eligi poſſit, & valeant illi ea conferri; limitata enim cauſa limitatum producit effectum arg. l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. ſecus autem, vbi generatim ab omnibus ſuſpenſus eſſet; nuſquam enim beneficium habere poterit; & in hoc caſu propoſita regula locum habebit. Poſtremò excipitur quò ad acceptionem; nam ſuſpenſus à beneficio accipere tamen beneficium poteſt, etſi conferri non debet, vt dixit Gemin. in eodem c. cupientes. §. cæterum. num. 7. verſ. Gloſſ. ſuper verb. Beneficijs, & Philip. Franc. eod. de elect. etenim & excommunicatus id facere poteſt, vt ſuo loco diximus; ſed de materia huiuſmodi iam ſatis. † Poſtremò ſuſpenſus à beneficio eius fructibus
2 caret, vbi pro pœna ſuſpenſus eſt, vel ſuſpenſum delictum pœnituerit, quamobrem ſuſpenſus eſt. Alioquin ludibrio eſſet ſuſpenſio huiuſmodi, ſi ad arbitrium ſuſpenſi tolleretur; atque ſic in ſimili dixit Gloſſ. in c. cupientes. §. cæterùm in verb. Suſpenſos de electio. lib. 6. Accedit, quòd ſuſpenſus non puniretur, vt ſuſpendens voluit, ſi ad ſuſpenſi arbitrium pœna hæc tolleretur: ſecus autem, vbi ſuſpenſus quis eſt, quò à contumacia diſcedat; tunc enim, ſtatim atque à contumacia diſceſſit, abſolutionem conſequitur, vt antea de abſolutione diximus; nam excommunicato ſuſpenſus hic perſimilis eſt, vt ſenſit Abb. in c. paſtoralis. §. verùm. num. 16.

& Dec.nu.7. de appell.atqui de exceptionibus, quas quarto loco explicandas nobis proposuimus, iam agamus.

SVMMA.

1 *Suspensus à beneficio aliquo aliorum beneficiorum, à quibus suspensus non est, fructus habet.*

2 *Suspensus à beneficio, si non habet, vnde se sustentet, ex fructibus beneficij an sustentetur.*

3 *Suspensus à beneficio fructus sui patrimonij, quod pro titulo ipsi assignatum est, non amittit.*

4 *Suspensus à beneficio iniuria fructus recuperat.*

VII.

§. Quarto loco exceptiones quasdam nobis explicandas proposuimus, quas pati quodam-
1 modo videtur suspensio à beneficio, quæ quatuor sunt. † Nam primò suspensus à benefi-
cio aliquo reliquorum beneficiorum fructus consequitur, si quæ habet, vt probatur in cap.cu-
piētes.§.cæterùm, & in cap.si compromissarius vers. Restringitur de elect.lib.6.& in cap.si ca-
nonici de offic.ord.eod.lib.& in c.2.de rebus ecclesiæ non alienan. etenim limitata causa limita-
tum producit effectum argum.l.in agris. ff. de acquirend. rerum domin. cùm igitur suspensus
ab aliquo tantùm beneficio sit, ab alijs suspensus non erit: potest enim quis ab aliquo tantùm
beneficio suspendi, & non ab omnibus, vt ex dictis in hoc cap.patet, & ex iuribus proximè ci-
tatis probatur, & vt dixit Gloss.in cit.c.si compromissarius in verb. Beneficijs. Imò & ab eius-
dem beneficij parte suspendi quis posse videtur argum. Clem.2.de ætat.& qualit.quamuis su-
2 spensionem propriè eam non esse dixerint Zab. & Anchar. ibid. † Item suspenso à beneficio,
vbi aliundè non habet, vnde se sustentet, & honestis laboribus victum sibi parare non potest,
subueniendum de fructibus beneficij esse DD.communiter concludunt, vt Gloss.fin. in c.stu-
deat distinct.50.& in c.cùm Vintoniensis, vbi quoque Bald.num.2.de elect. & Abb.in c.pasto-
ralis,§.verùm.num.16.& Dec.num.7.vbi & alios hoc idem sentire ait de appell. idem Abb.in
c.cùm esses in repet.num.28.de testamen. & Felin.in c.Apostolicæ. num.12.vers. Debetur su-
spenso modica sustentatio de except.& Gemin.in eodem c.si compromissarius de elect.lib.6.&
Philip.Franc. eodem, & Petr.Foll.in prax.crimin.canon.in 3.part. iud.cap.35. num.106. cum
tribus seq.& communiter alij, vt dixit. Id quod ob eam rem factum est, ne clerici ostiatim vi-
ctum sibi parare cogantur; quod clericatus ordini dedecori esset, vt dixit Trident.Synod.sess.
21.de reform.cap.2.& facit c.diaconi.distinct.93. atq; sic citati autores communiter inquiunt.
Excipitur tamen de eorundem sententia, vbi pro contumacia suspensus quis est; nam, ex quo
discedendo à contumacia suspensionis absolutionem consequi potest, ac beneficij fructus con-
sequi, iure victus ei denegatur ex beneficij fructibus, si in contumacia perseueret: quamuis &
huic subueniatur, si necessitas summa adsit, vt de excommunicato asseruimus in Tab.2. vnde,
quæ hisce desunt, illinc promas: locum igitur exceptio hæc habet, vbi pro pœna suspensus quis
3 est; quo casu ad suum arbitrium se suspensione liberare non potest. † Tertiò suspensus à be-
neficio sui patrimonij fructus omnes consequitur, quod ipsi pro titulo assignatum est secun-
dum formam traditam à Trident. Synod. cap.2. sess.21. de reform. nam beneficij ecclesiastici
nomine beneficium hoc non comprehenditur; tum quòd ab Ecclesia ipsi traditum non fuit, sed à
sua re habet; tum quod ad ecclesiã non pertinet. Nec, quòd in beneficij locum quodammodo
succedit, ob eam rem eius naturam sequitur argumen.l.si eum.§ qui iniuriarum,& ibi not.ff.si
quis caut.nam patrimonium illud res ecclesiastica effecta non est, sicut beneficium ecclesiasti-
cum, de quo agimus; quamuis illud ad arbitrium alienari nequeat, vt sanciuit Trident.Synod.
eod.ob diuersam rationem igitur cessat ratio cit.§.qui iniuriarum. Quare à beneficio suspen-
sus, vt alterius patrimonij fructus omnes consequitur, ita & eius partis, quæ pro titulo assigna-
ta ei est, vt prius consequetur; & pro hac sententia faciunt, quæ dixit Felin.in c.ecclesia sanctæ
4 Mariæ.num.10.de constit.& Gloss.in c.tuis de præbend. † Postremò, vbi iniuria suspensus est,
absolutus vniuersos fructus recuperabit, vt dixit Abb.in c.cùm bonæ. num.6. vers. Eo autem
absoluto de ætat.& qualit.& Felin. in c.Apostolicæ.num.13.vers. Suspensus autem, vel excom-
municatus, vbi & quosdam alios idem sentientes refert de except. modò tamen absolutionem
ipse moratus non sit. Atqui, an quotidianas distributiones itidem recipiet? Felin.ibidem ipsas
eum recuperaturum censuit, vbi & non suspensus Chorum frequentabat: verius tamen mihi vi-
detur eorum factas ipsas esse, qui interim diuinis inseruierunt, & suspensum recuperare illas ab

eo debere, qui iniuria eum suspendendum curauit arg. c. sacro vers. Verùm, si contra de sent. excom. cogita hoc tamen, sed iam ad alia veniamus.

SUMMA.

1 *Suspensus à beneficio suspensus non est ab officio.*
2 *Suspensus à beneficio diuina officia, vt prius, obire potest; imò, si parochus sit, debet.*
3 *Irregularis non fit à beneficio suspensus, si diuina facit.*

VIII.

1 § † Postremò suspensus à beneficio suspensus ab officio non est, vt dixit Gloss. in cap. cùm Vintoniensis in verb. Admiserant in fin. de electio. & sequitur eam ibi Abb. num. 10. & in c. Apostolicæ. num. 8. de except. vbi eam plurimùm commendat; idem dixit Gloss. in c. latores in verb. Ab officio de cler. excom. min. & in cap. cupientes. §. cæterum in verb. Beneficijs, vbi quoque Gemin. & Philip. Franc. & Anchar. de electio. lib. 6. & Abb. in c. cùm dilectus. num. 10. de consuetud. communis denique DD. sententia hæc est, quæ eisdem rationibus probatur, qui-
2 bus ab officio suspensum à beneficio suspensum non esse antea probauimus. † Quare in ea ecclesia, à cuius beneficio suspensus est, & missæ sacrum, & diuina alia officia facere, sicut etiam vniuersa, quæ ad officium pertinent, exercere poterit. Imò debebit, & præsertim, vbi parochus est, quæ parochi munera sunt, obeunda ei erunt; nam & sic dixit Gloss. in cit. c. cùm Vintoniensis, quam sequitur ibi Abb. num. 10. & in eodem c. cupientes. §. cæterùm in verb. Beneficijs eodem, & ibi quoque Gemin. Philip. Franc. & Anchar. Idq; iure meritò, nam, cùm ob eam rem à beneficio suspensus sit, quò puniatur; si officij munera, quæ oneris sunt, obire non cogeretur, pœnæ immunitatem ei præberet contra c. relegatorum in fin. ff. de interdictis & relegatis. Contrarium tamen dicendum videtur; nã, ex quo beneficij commodum suspensus hic non sentit, nec officij incommodum sentire ipse debet argumen. cap. qui sentit de regul. iur. lib. 6. & l. secundum naturam. ff. eod. præsertim cùm beneficium ob officium detur argumen. c. fin. de rescript. lib. 6. & c. cùm secundum apostolum de præbend. in antiq. Atqui à proposita opinione communiter recepta discedendum non est ob ea, quæ diximus. Nec repugnat ratio proximè allata; nam incommodum sine commodo quis iure sentit, vbi sua culpa se indignum commodo præbuit, vt in casu nostro, atque sic respondit Gloss. in cit. l. secundùm naturam; à beneficio suspensus igitur suæ tamen ecclesiæ in diuinis officijs inseruit, ac, si id recuset, beneficij priuationis pœna proposita ad id compelli poterit, vt conclusit Gloss. in eodem c. cupientes. §. cæterùm in verb. Beneficijs, qua cum DD. ibi transeunt, & Ioan. Mon. num. 106. Excipitur tamen, vbi probabilem causam assignaret, quamobrem non inseruiat; nam tunc excusabitur argumen. c. inter quatuor de cler. non residen. sicut etiam, vbi superior huic muneri alium proposuit, cui de beneficij eius fructibus satisfiet argumen. c. penult. de clericis non residen. & c.
3 peruenit. 2. de appellat. & vt conclusit cit. Gloss. in eodem verb. Beneficijs. † Postremò suspensus à beneficio, esto, fructus percipiat, quos restituere deinceps tenet, non tamẽ irregularis fiet; nam nulla violatio suspensionis irregularem quem facit, nisi, quæ à diuinis ordinum est, vt pro regula id tradidit nobis Felin. in cap. Apostolicæ. num. 13. vers. Si autem suspensus à beneficio; at hic à diuinis suspensus non est, vt modò probauimus, ergo beneficij fructus contrectando irregularis non fiet, atq; sic dixit Inn. in c. nisi num. 9. de renunt. vers. Item nota, quòd suspensio; quamuis alibi contrarium senserit, & Philip. Franc. in cap. 1. §. fin. in fin. de re iud. lib. 6. & Glos. in Clem. 2. in verb. Suspensus de vit. & honest. cler. & Zab. in Clem. 2. num. 23. vers. Decimo nono quæro de ætat. & qualit. & Anchar. eodem num. 3. vers. Quartò not. A beneficio suspensus igitur, vel fructus sibi vsurpet, vel diuina officia exerceat (hęc enim potest) irregularis non fiet; sicut nec, vbi ab officio suspensus est, si quid præter diuina ipse agat; iure quippe id cautum non est, ac propterea nec dicendum arg. c. is, qui de sent. excom. lib. 6. Verùm quid de fructibus beneficij fiet, à quibus quis suspensus est? Hoc exposuimus cap. 12. Tab. 2. vbi abundè rem hanc egimus. Demùm an à beneficio suspensus eligere potest? Hanc quæstionẽ explicabimus in seq.

SUMMA.

1 *Eligere potest à beneficio suspensus.*
2 *Eligere non est fructus beneficij, sed officij.*

IX.

1 § † Postrema quæstio est, an suspensus à beneficio eligere possit. In qua quæstione suspensum hunc eligere posse dixit Gloss. in cap. cùm Vintoniensis de elect. & in cap. cupientes. §. cæterùm in verb. Beneficijs, eod. lib. 6. vbi quoque Gemin. ac reliqui idem sentiunt; eandem sequitur Abb. in cap. cùm dilectus. num. 20. vers. Quandoque quis suspenditur à beneficio de consuetu d. & in cit. c. cùm Vintoniensis. num. 10. & in cap. Apostolicæ. num. 8. de except. vbi Dec. opinionem hanc Doctores omnes sequi testatur. Probatur autem sententia hæc per cap. cùm in cunctis. §. fin. de elect. nam ibi, qui contra formam Concilij eligunt, & eligendi potestate pro ea vice priuantur, & ab ecclesia beneficijs triennium suspenduntur: cùm igitur separatim suspensio ab electione, & à beneficio feratur; ergo eligendi potestas sub suspensione à beneficio non comprehenditur: alioquin supernacaneum ibi fuisset suspendere ab electione, ex quo à beneficio suspensus ab electione suspensus nô itidem est; quod absurdum est, lex. n. inutiles actus non facit argumen. cap. si Papa de priuileg. lib. 6. & cap. erit autem lex. distinct. 4. ergò à beneficio suspensus ab electione suspensus nô est. Idem habetur in c. cùm Vintoniensis eodem. Dec. hisce iuribus opinionem hanc non probari asserit, & suspensionem separatim & à beneficio, & ab electione latam esse ob eam rem ipse ibi dicit, quoniam Concilium volebat, vt suspensi illi pro vna vice tantùm ab electione suspensi essent, quod non fuisset, si separatim & ab electione suspensio lata non esset; nam, quoties electionê fieri intra illud triennium contigisset, toties suspensi ab electione fuissent: hæc oppugnatio Dec. mihi non probatur; nam pro certo ponit id, de quo disputamus; nos enim quærimus, an à beneficio suspensus & ab electione suspensus sit, ipse verò ait, si separatim suspensio ab electione ibi lata non esset, eo triennio ab electione suspensos fore: quod nil aliud est, quàm dicere à beneficio suspensum & ab electione suspensum esse; non enim ob aliam rationem triennio ab electione suspensi esse possent; at hoc est, quod quærimus. Quare, cùm oppugnatio illa Dec. nulla sit, à priori opinione, quæ communis est, non discedemus, quam & ego ratione hac probo.

2 † Quoniam electio non est quid pecunia æstimabile, vt hoc per se patet; at fructus, & emolumenta, quibus à beneficio suspensus priuatur, pecunia æstimari possunt, vt vidimus cap. 8. in hac Tab. ergo à beneficio suspensus ab electione suspensus non erit. Nec repugnat, si dicatur facultatem hanc à beneficio pendere, & propter beneficium haberi; nam & officium ibi exercere non potest, qui beneficium illud non habet, & tamen suspensus à beneficio suspensus ab officio non est. At inquiet quispiam ob eam rem id fieri, quoniam ab ordine illud pendet: hoc etiã nihil facit; quoniam episcopus confirmatus, antequam episcopatus ordinem susceperit, ea, quæ iurisdictionis sunt, exercere potest, vt tradidit Gloss. communiter recepta in c. transmissam de elect. & clericus non sacerdos beneficium curam animarum adeptus licentiam suis dare potest, vt ab alijs sacramenta suscipiant, vt sensit Gloss. in Clem. 1. in verb. Presbyteri de priuileg. ergò facultates huiusmodi nec ab ordine pendent, sed ab officio; nam, cùm officij nomen latissimè pateat, vt probauimus cap. 6. non solùm de ordinis officio, & iurisdictionis dicitur, verùm etiam & de quauis alia ecclesiastica functione, vt ibidem probauimus; ac propterea & de electione; atque ob eam rem à beneficio suspensus ab electione suspensus non est; sed de effectu per se, ac proximo suspensionis à beneficio hactenus, ad effectum per accidens transeamus.

De effectu suspensionis à beneficio per accidens. Cap. IX.

SVMMA.

1 *Suspensus à beneficio an, si ei se ingerat, beneficio priuetur.*

2 *Suspensione à beneficio lata in eum, qui quippiam fecerit; quid fiat, si contraueniens beneficium non habet.*

1 EFFECTVS denique suspensionis à beneficio per accidens hic est. † Nam ipso iure eo beneficio priuatur, si ei beneficio se ingesserit, vbi ob eam rem suspensus est, quoniam venit contra cap. 1. §. qui verò de elect. lib. 6. & contra cap. cupientes. §. cæterùm, & contra cap. si compromissarius eodem tit. ac lib. Verùm quid, si quis ob aliam causam à beneficio suspensus fit, an beneficio se ingerens eo priua-

eo priuatus iure ipso erit? Breuiter concludendum est hunc beneficio priuatum non esse, tum quòd hoc lex non dicit; ergo nec nos id dicere debemus argumen. l.de precio. ff. de publ. in rem act. tum quòd speciatim id tantùm cautum habemus in citatis iuribus proximè, ergò aliàs contra sentiendum; conclusio enim vnius alterius exclusio est argumen.c.non ne de præsumpt.& l.cùm prætor. ff.de iud.& exceptio contrariam regulam esse indicat argumen. l.nam, quòd liquidæ.§.fin.ff.de pęn.leg.& præsertim hìc,ex quo agitur de grauiori pęna, atque sic dixit Gloss.in Clem.2. in verb. Suspensus de vir. & honest. cler. & Zab.in Clem.2. num.23.vers. Decimo nonò quæro de ætat.& qualit.& Speculator, quem refert, ac sequitur Felin.in c.Apostolicæ.num.13.vers. An suspensus ab officio de except. An igitur impunè hic abibit? Minimè quidem; nam, præterquam quod oblata restituet, vbi quidpiam vsurpasset, vt sensit Gloss. in eadem Clem.2.in verb. Suspensus, & facit c.peccatum de regul.iur.lib.6. arbitraria pœna
8 punietur argumen.c. de causis de offic.deleg.& leg. 1.ff.de iure deliberān.† Sicut etiā vbi quis delictum commisit, quamobrem suspensio à beneficio inuritur,punitur, si beneficium non habet; etenim, vbi pœna iuris inuri delinquenti non potest, arbitraria pœna inuritur argumen. cap.quia iuxta. 1.quæst.vlti. & vt tradidit Gloss. in eodem §.& idem. num.2. vers. Nota istam Gloss. & Philip. Franc.eodem in fin. vbi & intra multa hæc allegat, & Auchar.vers. Sextò not. idem Anchar. in cit. Clem.2. num.4. de vir. & honest. cleric. in vtroque igitur casu arbitraria pœna punietur. Vide hic Gemin.in c.quia sępe.num. 11.de elect.cuius dicta mihi omnino non probantur: atqui de effectibus vtriusq; suspensionis hactenus; ad materiam, & primò ad communem,quæ ad genus spectat,transeamus.

De materia communi suspensionis, quæ ad genus spectat.

Cap. X.

SVMMA.

1 *Suspensionis materia communis, seu genus est censura ecclesiastica.*
2 *Suspensio generatim,quid sit,&*
3 *Suspensio ab officio, &*
4 *Suspensio à beneficio.*



QVONIAM suspensionis materia multiplex est; ideo, ne ab instituto nostro discedamus, de communi materia, quæ ad genus spectat, priùs pertractemus. † Ma-
1 teria communis igitur suspensionis vniuersæ, quæ ad genus spectat, hæc scilicet Censura ecclesiastica est; nam, sicut de excommunicatione,atque interdicto ecclesiastica censura dicitur, ita & de suspensione, vt habetur in cap. quærenti de verbor. signif. sed de hac materia, quòd egimus abundè cap.16. Tab. 1.ob eam rem hìc,quid
2 suspensio genus, quidq; singulæ species eius sint, tantùm ponamus. † Suspensio igitur generatim sumpta est censura ecclesiastica, qua clericus, quatenus clericus est, impeditur, quò minùs ecclesiasticas functiones exerceat. Hæc definitio, seu descriptio ratione non caret. Nam primò singulæ eius partes probantur. Censuram ecclesiasticam enim suspensionem esse proximè vidimus. Clericum itidem esse, qui suspendatur, cùm ex dictis probatur in cap.5.& cap.6.& cap.8.in hac Tab.tum ex ijs patebit, quæ in seq.cap. dicentur. Quatenus itidem clericus est, ipsum impediri, quò minùs ecclesiæ functiones exerceat,hinc conuincitur, quoniam
3 actiuè tantùm, & non passiuè intelligitur, vt id asseruimus cap.5.§.3.in hac itidem Tab.† Postremò definitione hac suspensio ab omnibus alijs pœnis separatur; nam,quatenus ipsa censura ecclesiastica est, à reliquis pœnis seiungitur, quæ censuræ non sunt, vt exempli gratia à depositione, à degradatione; quatenus autem dicitur Qua clericus, quatenus clericus est, impeditur, quò minùs ecclesiasticas functiones exerceat,ab omnibus alijs censuris separatur. Ab excommunicatione primò, quoniam per excommunicationem quis non separatur à communione ecclesiæ, quatenus clericus est, sed quatenus Christianus; atque idcirco non tantùm clericus excommunicatur,verùm etiam quiuis Christianus; cùm tamen clericus solùm suspensione afficiatur. Item per excommunicationem non solùm quis à functionibus ecclesiæ separatur, quod fit suspēsione, sed ab omni communione exteriori ecclesiæ, quæ communio non solùm

folùm de functionibus ecclesiæ, sed etiam de quauis exteriori communione sacramentorum, & hominum dicitur argumen.c.penulti.de senten.excommun.& cap.Engeltrudam.3.quæst.4. & vt pluribus id declarauimus cap.6.cum multis seq. Tab.2. Postremò per suspensionem impeditur quatenus clericus est,idest actiuè,ne functiones exerceat;non autem passiuè,vt probauimus cap.5.§.3.at excommunicatio & actiuè, & passiuè prohibet,ne excommunicatus ecclesiæ communione vtatur argumen.cap.episcoporum de priuileg.lib.6.& tot.tit.de cler.excom. min.& vt nos asseruimus cap.6. cum multis seq.eadem Tab.2. definitione igitur hac suspensio ab excommunicatione separatur. Ab interdicto itidem eadem definitione seiungitur, quoniam interdicto à diuinis ecclesiæ quis arcetur; at diuinorum huiusmodi quis particeps ob eam rem fit, non quòd clericus, sed quòd Christianus est, atque idcirco quiuis Christianus interdicto subijci potest; quod non contingit in suspensione. Item,quòd diuinorum particeps quis esse potest actiuè, & passiuè; ob eam rem interdicto subiectus nec actiuè, nec passiuè particeps fit, idest nec diuina recipere, nec eadem administrare potest; at suspensus, quòd à functionibus ecclesiæ tantùm remouetur, ideo actiuè tantùm prohibetur, non autem passiuè, vt sæpius diximus; rectè igitur,quid suspensio genus sit, definiuimus. Iam igitur,quid singulæ eius species sint, aperiamus. † Suspensio igitur ab officio est suspensio,qua clericus impeditur,
2 quò minùs vsum officij ecclesiastici habeat. † Suspensio à beneficio autem est suspensio, qua
3 clericus impeditur, quò minùs ecclesiastici beneficij fructus percipiat,atque habeat: hæ definitiones sicut ex ijs probatur,quę de effectibus ipsarum specierum tradidimus;ita,& inter se,& ab alijs qua ratione separentur,facilè cognoscitur: sed ad materiam communem circa quam veniamus.

De homine communi materia circa quam suspensionis; & de ijs, quæ necessariò inesse ipsi debent, propriaq; ipsius sunt, quò ea obligetur. Cap. XI.

SVMMA.

1 *Homo suspendi potest.*
2 *Clericus esse debet, qui suspenditur.*
3 *Laicus suspendi propriè non potest.*



1 XPLICATA communi materia suspensionis, quæ ad genus spectat;iam de materia communi circa quam eiusdem agamus. † Homo igitur materia hæc est,vt probauimus in Tab.1.cap.17.de quo homine, item & de qua materia, nec non de communibus suspensioni cum alijs censuris, quæ inesse ei debent, tam necessario, quàm non necessariò, quò suspensione obligetur, quòd satis, abundeq; egimus eodem cap.17.cum seq.ob eam rem,ipsis omissis,quæ necessariò inesse
2 ei debent, sed propria suspensionis sunt,contemplemur. Inesse igitur eidem materiæ,seu homini, quæ propria suspensionis sunt, hæc debent. † Primùm, vt homo hic clericus sit. Id quod hinc probatur; nam primò suspensiones omnes, quas communi iure latas habemus, quasq; recensuimus in hac eadem Tab. cap. 3. in clericos tantùm promulgatæ sunt, vt conspicitur ex ijs, quas posuimus in eodem cap.3.Item, vbi iubetur, vt ferantur, in clericos ferri iubetur, vt in c.quoniam,& in c.à crapula de vit. & honest. cler. & in c.clericos, & in c.sicut de cohab.cler. & mul.& in cap.1.de cler.coniug.& apertiùs,ac dilucidiùs in c.tuarum de priuileg. & in c.dura de crim. fals. & in extrauag.vn.§.alioquin ex tunc de cens. vbi,qui contra ea iura facit, vt laici excommunicentur, interdictovè subijciantur, mandatur; clerici verò vt ab officio,& à benefi-
3 cio suspendantur; ex quibus omnibus suspensionem in clericos tantùm ferendam esse probatur,& ea clericos tantùm obligàdos.† Postremò laici nec, si velimus, suspendi propriè possunt; nam suspensio aut ab officio,aut à beneficio ecclesiastico,aut ab vtroque fertur, vt vidimus antea; at officia, atque beneficia huiusmodi laici non habent. Non officia, quoniam ab ordine pendent argumen.c.cleros.distinct.21.& cap.1.distinct.25.& cap.omnis de pœnit. cùm simil. Non beneficia, quoniam laicis non tribuuntur, vt tradidit Abb. in c.cùm adeò de rescript.&

vt com-

vt communiter receptum id esse testatur Paul. Fusc. de visit. cap. 51. num. 13. lib. 2. ergò nec ab ipsis suspendi queunt; eo enim, quod quis non habet, priuari non potest argumen. l. decem, & ibi communiter not. ff. de verbor. oblig. & facit c. postulasti de iudęis; hinc, vbi clericus beneficio caret, suspendi ab eo ipsum non posse dixit Gloss. in extrauag. iniunctæ nobis in verb. Suspensi de elect. Nec repugnat, si dicatur à beneficio in futurum consequendo hunc suspendi; nam illa potius inhabilitas quędam est, vt sensit Romanus Pont. in cap. 2. in fin. de vit. & honest. cleric. &, si ab officio, est irregularitas. Hac enim potissimum differentia differunt censuræ ab irregularitate, quòd censuræ ab ijs, quæ quis iam habet, suspendunt; irregularitas autem ab eo, quod quis habere potest; clericus igitur vt sit, postulatur, quò suspensione obligetur, atque sic dixit Gloss. in c. quicunque in verb. Ministros, & ibi Gemin. num. 5. de senten. excom. lib. 6. & Innocen. in c. fin. num. 2. de excess. prelat. num. 2. & Host. quem refert, ac sequitur Abb. in c. dura. num. 9. de fals. & Mandos. in prax. commiss. commiss. 2. in verb. Ecclesiasticis, ibi suspensio, & Caiet. in summ. in verb. Suspensio, & Syl. eodem in princ. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 159. & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 1. de suspensione, & cap. 9. in fin. eod. & summa Corona in 3. parte de suspensione cap. 9. num. 5. & Zab. in c. fin. num. 2. de cler. excom. minist. Hinc Burgas. in tract. de irregul. & dispens. part. 6. de sententia interdicti. num. 3. nunquam se legisse ait, quòd meminerit, laicum suspensum esse, & Caiet. eodem in loco de suspensione pauca agens, inquit, quoniam suspensiones ad clericos pertinent, ipsi de se loquantur. Contra opinionem hanc tamen facere videtur c. si aduersus de hæret. vbi aduocati, ac publici scribæ, tabelliones vulgò dicti, qui suam operam hæreticis prę̄stāt, ab officio suspenduntur, vt ibi dicitur; ergo & in laicos suspensio fertur: atqui à proposita sententia discedendum non est. Nec repugnat cit. c. aduersus; nam ibi non de suspensione agitur, de qua in c. quęrenti de verbor. signif. & de qua tractatio nostra est, sed simplex prohibitio ibi fit, vt in simili sensit Innocen. in c. 1. de cleric. peregrin. sic etiam interdictum aliquando accipitur, vt in l. Imperator. ff. de postul. & in tot. tit. ff. de interdict. Probatur id etiam ratione, nam officium, quod per suspensionem hanc prohibetur, ecclesiasticum esse debet, vt supra probauimus; at aduocati, publicive scribæ officium non modò ecclesiasticum non est, sed contra potius ecclesiasticis hominibus prohibitum, vt in c. 1. & tot. tit. de postul. & in cap. sicut ne cler. vel mon. Postremò facit, quòd, si ab his officijs suspendere esset censuram ecclesiasticam ferre, & iudices laici suspensionem ferrent; à postulando enim, & ab aduocati officio ipsi remouent, vt in cit. l. Imperator, & in l. ex ea causa. ff. de postul. at laicum censuram ferre non posse iam probauimus in cap. 2. §. 10. Tab. 4. à proposita sentētia igitur non discedamus, vt, quem suspendere volumus, clericum esse ipsum oporteat. Verùm Clerici nomine quinam accipiuntur? Hoc explicabimus in seq.

SVMMA.

1 *Clericus quisnam dicatur.*
2 *Prima tonsura ordine quis in clericorum numerum adscribitur.*
3 *Clerici vnde dicti.*

I.

§ Vidimus eum, qui suspenditur, clericum esse debere; iam, quid clericus sit, vt sumus polliciti, explicemus. ✝ Clericus igitur, quatenus ad rem nostram pertinet, est persona ecclesiastica ad inseruiendum Deo ecclesiastici ordinis susceptione dicata (ordinem autem hic & primam tonsuram iuris pontificij interpretes secuti accipimus) hac definitione posita, quę probatur in cap. 1. distinct. 21. & cap. 1. distinct. 25. & in cap. clericus cum duobus seq. 12. quæst. 1. iam eius partes explicemus. Primùm ergo ecclesiasticam personam hanc esse diximus; & hoc ob eam rationem, quò à personis non ecclesiasticis seiungatur, qui laici vulgo dicuntur; duo enim Christianorum genera sunt. Quorum alij mundi huius negotijs relictis se totos Deo dicarunt, vt clerici, & qui nominantur conuersi; hi enim ecclesiasticæ personæ dicuntur argum. cit. cap. 1. distinct. 21. cum supra citatis, & cap. quisquis. 47. quæst. 4. iunct. Gloss. in verb. Ecclesiasticis, & c. vt lex iunct. etiam Gloss. 27. quæst. 1. & vt sensit Abb. in rub. de regul. in init. vers. Quia virorum ecclesiasticorum. Alij, qui & mundanis curis adhuc implicati tenentur, & hi laici nominantur: quamuis & ipsi, vt Deo inseruiant, baptismi susceptione in Christianorum numerum adscripti sint; & hæc diuisio habetur in c. duo sunt genera. 12. quæst. 1. quò igitur clericum à laicis seiungeremus, ob eam rem ecclesiasticam personam in definitione pro genere posuimus. Adiecimus postremò Ad inseruiendum Deo ordinis susceptione dicata, tanquam differen-

differentiam; quò clericum à genere quodam ecclesiasticarum personarum seiungeremus, quæ non ordinis susceptione, sed regulæ religionis cuiuspiam professione Deo dicatæ sunt, quò illi inseruiant, vt probatur in cit. c. duo sunt genera iunct. c. vn. de vot. lib. 6. non enim, quatenus ad rem nostram pertinet, sat est, vt quis in aliqua religione professus sit; sed, vt ordinem susceperit, postulatur; nam suspensio, vel ab officio, vel à beneficio feratur, quãcunq; regulã quis professus sit, ei non conuenit; cùm nec beneficium, nec officium eius generis, quod diximus, per
2 professionem consequatur. † Clericus igitur hic erit, qui primam tonsuram saltem susceperit; nam eius susceptione in clericorum numerum quis adscribitur, vt habetur in c. cùm contingat, & ibi not. Gloss. fin. de ætat. & qualit. & in c. fin. vbi quoque Gloss. in verb. Tonsuram de tempor. ordinand. lib. 6. & Gloss. in cit. c. 1. in verb. Psalmista. distinct. 21. Quare non solùm minores clerici, sed & maiores, vt pote subdiaconi, diaconi, sacerdotes, atque episcopi suspendi poterunt; quandoquidem & ipsi clericorum nomine censentur, vt habetur in c. 1. distinct. 21. & in c. de persona. 11. quæst. 1. & vt not. Abb. in c. cùm tibi. num. 4. de verbor. signif. & in rubr. de
3 vit. & honest. cler. † Ac planè, si clerici propterea sic nominantur, quia de sorte domini sunt, scilicet vel, quòd ipse dominus sors, idest pars clericorum est, vel ipsi pars domini sunt; cleros. n. græcè latinè sors, atque hæreditas dicitur in c. clericus, & seq. 12. q. 1. & in c. cùm secundum Apostolum de præbend. & hoc statim prima tonsura accepta; quanto magis maioribus ordinibus initiatos clericos nominabimus? Addo nec legitimè, ac ritè ordines alios quem suscipere, nisi priùs primam tonsuram susceperit, vt id quoque Triden. Synod. cauit sess. 23. cap. 4. de reform. In quocunque ordine igitur quis constitutus sit, suspensione irretiri potest; sicut etiam cuiusque religionis regulam professi, modò & ipsi primam tonsuram susceperint. Verùm, quoniam & religiosi ordinem suscepisse possunt, quo casu & clerici nominari queunt, quid si suspensio in clericos feratur, an & religiosos comprehendit, qui ordinibus initiati sunt? hanc quæstionem dissoluemus in seq. §.

S V M M A.

1 *Religiosi, seu regulares an in suspensionem, in aliamvè censuram incidant, quæ in clericos simpliciter lata est.*

II.

1 §. † Quæstio proposita à nobis proximè hæc est, an religiosi, regularesq; clerici in suspensionem, in aliamq; censuram in clericos simpliciter latam incidant. In qua quæstione videbatur dicendum & ipsos incidere; nam & ipsi clerici sunt (initiatos enim ordinibus ipsos facimus, quò casu in clericorum numerum adscribuntur, vt in antecedenti parte conclusimus) & suspensio in clericos lata est, atque sic sensisse videtur Gemin. in cap. si sententia. num. 3. de sentent. excommun. lib. 6. vbi appellatione Clerici & religiosos comprehendi ait. Atqui contrariam sententiam amplexandam censeo, vt scilicet regulares huiusmodi in suspensionem non incidant. Primò, quoniam communi vsu loquendi religiosi clerici non dicuntur argumen. Clem. 1. de priuileg. ergò, etsi clerici sunt, tamen à communi vsu loquendi non discedemus; vsus enim hic omni significatui verborum præfertur argumen. leg. librorum §. quòd tamen Cassius ff. de legatis 3. & c. cùm dilectus de consuet. & vt docuit Bart. communiter receptus in leg. omnes populi. numer. 58. ff. de iust. & iur. Præterea hìc de pœnis agitur, vt vidimus in Tab. 2
1. capit. 16. ergò clericorum nomine religiosi, ac regulares non comprehendentur argumen. c. statutum de elect. lib. 6. & c. odia, & c. in pœnis de reg. iur. eod. lib. & argum. eorum, quæ dixit Abb. in rub. de vit. & honest. cler. & in rubr. de regul. Postremò pro hac sententia facit, quoniam, vbi & religiosos ius ipsum comprehendere vult, eorum speciatim mentionem facit, vt in Clem. quoniam de vit. & honest. cler. idq; meritò, aliud enim vitæ genus regularium est, aliud clericorum secularium; ac propterea, vt separatim de ipsis agitur in tit. de regul. & in tit. de stat. mon. cum simil. ita, & quò censuris obligentur, ipsorum mentio fieri speciatim debet. Ac planè, si clerici seculares in eas pœnas non incidunt, quæ in irregulares latæ sunt, vt sensit Gloss. 1. in Clem. 1. de priuil. ergo nec è contrario regulares in pœnas clericorum incidere debent, ne deteriori conditione ipsi clericis sint argum. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. Pro regula igitur habebimus regulares in censuras non incidere, quæ simpliciter in clericos latæ sunt. Quæ regula locum habet præsertim, vbi tria vota paupertatis, obedientiæ, & castitatis non fecerunt, vt fratres tertij ordinis Sancti Francisci; nam hos nec propriè religiosos esse asseruit Abb. in rub. de regul. num. 2. Minùs autem heremitæ, & huiusmodi hominum genus. Item locum habet, vel ea vota

fecerint,

fecerint, quo casu veri religiosi sunt, vt tradidit Abb. in eadem rubr. num. 1. sed adhuc primæ tonsuræ initiati non sunt ob ea, quæ diximus. Tertiò locum habet, vel ordinem susceperint, modò materia, pro qua censura lata est, ad ipsos non spectet. Quare, exempli gratia si statuto episcopi caueatur, vt clerici suæ diœcesis sub pœna suspensionis latæ sententię synodo intersint, quoniam interesse synodo communi iure ipsi regulares non coguntur, vt probauit Vgonius in tract. de Concilio in prælud. in quæstione, Quotuplex sit concilium, ea non obligabuntur. Postremò locum habet, vel materia ad ipsos pertineat, mò speciatim quò ad ipsos prospectum sit; etenim nec clausula generalis in fine posita ad antecedētia refertur, vbi speciatim eis prospectū est argum. l. si quis legata. ff. de cond. & demonstr. & vt dixit Castr. in l. fin. de reb. dub. & Abb. in c. secundò requiris. num. 11. & ibi quoque Dec. de appell. etenim pręcipua illa prouisio communi, vti species generi, derogat argum. l. in toto. ff. de regul. iur. nisi ergò aliter constiterit, censura in clericos lata religiosos non afficiet. At quid, si in ecclesiasticam personam feratur? aliud fortasse dicendum est, & de quæstione hac satis. Verùm an materiæ propositæ aliud inesse debet, quò suspendatur? hoc videbimus in seq. §.

SVMMA.

1 *Suspendi ab officio, à beneficiove illo quis non potest, quod non habet.*

III.

§ 1 † Postremò inesse quoque ipsi debet, qui suspenditur, vt beneficium illud, atque officium habeat, à quo suspenditur; non enim priuatio datur, vbi habitus non est argum. l. decem, & ibi communiter not. ff. de verbor. oblig. & c. postulasti de iudę. & facit Clem. 1. in fin. de vit. & honest. cler. At quid, si in id offenderit, pro quo à beneficio lata suspensio est, offendens autem beneficium non habeat? Arbitraria pœna punietur argumen. c. de causis de off. deleg. & cit. c. postulasti, & vt probauimus cap. 9. in hac Tab. sed de his hactenus; ad ea, quæ inesse eidem materiæ debent, sed non necessariò, communia tamen ipsi cum interdicto sunt, veniamus.

De homine materia circa quam suspensionis; & de ijs, quæ inesse ei debent non tamen necessariò, sed communia ipsi cum interdicto sunt. Cap. XII.

SVMMA.

1 *Suspensio aut pro contumacia, aut pro delicto fertur.*

2 *Interdictum pro contumacia, aut pro delicto fertur.*



INESSE † demùm eidem materiæ hoc debet, quod suspensioni cùm interdicto commune est, vt aut suspensione obligandus contumax sit, aut delictum commiserit; † ob has enim duas causas has duas censuras ferri, sicut etiam minorem excommunicationem probauimus hic c. 4. §. 2. & c. 5. §. 2. Non necessariò tamen id postulatur; nam & sine culpa, quamuis non sine causa, quis suspenditur, vt in c. vel non est compos de tempor. ord. imò & sine causa, modò notissimum id non sit; tunc enim sententia nulla est, vt quæ intollerabilem errorem contineat arg. c. per tuas de sent. excom. & c. solet, & in c. venerabilibus. §. potest quoque eod. lib. 6. sed de materia communi hactenus; ad materiam circa quam itidem, sed magis propriam transeamus.

De materia circa quam suspensionis magis propria. Cap. XIII.

SVMMA.

1 *Capitulum, collegiumvè ecclesiasticum suspendi potest.*

2 *Capitulum ecclesiasticum potest habere officium, & beneficium ecclesiasticum.*



ATERIA deniq; suspensionis circa quam magis propria Capitulum, collegiumvè ecclesiasticum est. An igitur & collegium, Capitulumq; huiusmodi suspendi possunt? quò rei huius absolutam cognitionem habeamus, de ipsa hæc contemplabimur. Primò, an collegium, capitulumvè ecclesiasticum suspendatur. Deinde, esto, id possit, quid operetur. Tertiò, an suspenso Capitulo singuli ex eo suspensi sint. Quartò, si clerus suspendatur, an singuli ex clero suspensi sint. Postremò, an, Capitulo interdicto, singuli ex eo interdicti sint. † Quò ad primam quęstionem igitur pro certo habendum est Capitulum, collegiumq; ecclesiasticum suspendi posse. Nam suspensio aut ab officio, aut à beneficio fit, vt supra vidimus; at Capitulum, collegiumq; ecclesiasticum modò suspéditur ab officio vt in c.1.ne sed.vac.lib.6.modò à beneficio, vt in extrauag. iniūctæ nobis debitum de elect.modò ab officio, & à beneficio, vt in c.quia sępe de elect.lib.6.ergo suspendi
2 potest. † Præterea vniuersitas huiusmodi & officium ecclesiasticum, & beneficium etiam habere potest. Id quod in Capitulo cathedralis ecclesię cōspici potest, quod iure proprio in vnum cogi; & ea, quæ ad ipsum pertinent, agere valet argum. l. fin.C.de iurisd.omn.iud.item, mortuo suo episcopo, episcopi munera, iurisdictionis, ordinisvè sint, obire pôt. Vt de iurisdictione habetur in c.1.& ibi Gloss.fin. de instit.lib.6.& in c.vn. vbi quoque Glos.not.in verb.Impertiri de maior.& obed.eod.lib.& in c.1.ne sed.vac.eod.lib.& in c.ad abolendam de hæret.in antiq. & in c.cùm olim,& ibi Gloss.de maior.& obed.in antiq.De ordine verò in c. pen.& ibi Glos.in verb.Spiritualibus,& in c.fin.de suppl.negl.pręlat.& Pauinus in tract.de autorit. Capituli sede vac.quamuis hodie Trid. Synod. cauerit sess.24.cap.16. de reform. vt intra octo dies à morte episcopi Capitulum ad res administrandas œconomum, ad iurisdictionem exercendam vicarium constituat; alioquin eo iure priuatum sit. Officium ecclesiasticum igitur Capitulum huiusmodi habet. Beneficium quoque habere potest, vt probatur in cit.extrauag.iniunctæ nobis, & in eod.cap. quia sępe; ergo hac quoque ratione Capitulum, collegiumuè huiusmodi suspendi poterit; nam ab his suspensio fit, vt ex dictis patet: & de priori hac quęstione satis; ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 Capitulum, collegiumvè ecclesiasticum ab officio, beneficiovè suspensum nec officij munera obire, nec beneficij fructus percipere potest.

I.

1 S † Altera quæstio est, suspenso Capitulo, collegiovè ecclesiastico, quid suspensio tunc operetur. In qua quæstione breuiter concludimus idem operari, quod in singulis operatur; nam, sicut quis ab officio suspensus ea, quæ officij eius sunt, à quo suspensus est, obire non potest; ita nec Capitulum suspensum obire poterit. Quare, si Capitulū beneficij conferendi facultatem habeat, vel per se, vt in c.cùm ecclesia, vel cum alio, vt in c.vn.ne sed.vac. lib.6.ea facultate tunc carebit, vt habetur in eod.c.vn.ne sed.vac. Si episcopi morte ecclesia vacauerit, nec œconomum, qui rem familiarem ecclesiæ administret, nec vicarium, qui iurisdictionem exerceat, constituere poterit secundum formam datam à Trid.Syn.sess.24.cap.16. de reform. Non itidem ea, quæ ordinis sunt, delegabit; quod posset, si suspensus non esset argu.c.is, cui de elect. lib.6.& c.penul.vers. Vel sede vacante de temp.ord.eod.lib.& vt sensit Gloss.in c.pen.in verb. Spiritualibus de suppl.negl.pręlat. Quæ autem diximus de officio, eadem sentimus, vbi à beneficio suspensum est. Superior igitur Capituli hisce omnibus prospiciet, vt dixit Gloss.in extrauag.iniunctæ nobis in verb. Suspensi de elect. & de quęstione hac itidem satis, ad tertiam veniamus.

SVMMA.

Capitulo, collegiovè ecclesiastico suspenso, an singuli ex eo suspensi sint.

II.

1 S † Tertia quæstio est, an Capitulo, collegiovè ecclesiastico suspenso, singuli ex eo suspensi sint. Et videbatur quidem dicendum singulos suspensos esse; nam & populo aliquo interdicto singuli ex eo populo interdicti sunt, vt dicitur in c.si sententia de senten.excom. lib.6. ergo & Capitulo suspenso singuli ex eo suspensi erunt. Contrariam sententiam tamé amplexan

dam

dam esse censeo, vt scilicet suspenso Capitulo singuli ex eo suspensi non sint. Primùm, quoniam singuli ex Capitulo, seu collegio ea obligatione constricti non sunt, qua collegium constrictum est, vt habetur in l. sicut. §. si quid vniuersitati. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine; ergo nec eo suspensionis vinculo singuli ex Capitulo obligati erunt, quo Capitulum obligatum est. Hinc singulorum esse non dicitur, quod vniuersitatis est argum. l. in tantum. §. vniuersitatis, & ibi not. Bart. ff. de rer. diuis. & l. sed & si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. & vt dixit Bart. in l. 1. §. non licet. ff. de colleg. illicit. & in l. serui electione. §. Labeo, & ibi quoque Ias. nu. 10. ff. de leg. 1. Præterea collegium non idem est iuris fictione, quod singuli ex collegio, vt tradidit Bart. in l. aut facta. §. non nunquam. num. 3. ff. de pœn. & Ias. in l. 1. §. municipes. nu. 2. ff. de acquir. possess. & in l. 1. §. si autem collegium. num. 1. ff. ad Trebell. Hinc collegium cum eo, qui ex collegio est, contractus inire potest, vt dixit Bart. eod. & Ias. in eod. §. si autem collegium. num. 8. Hinc, etsi collegium se ipsum censura obligare non potest, singulos tamen ex collegio ea obligare valet, vt asseruimus in Tab. 1, cap. 6. si collegium igitur non idem, quod singuli ex collegio, est; ergo collegio suspenso, singuli ex eo suspensi non erunt; ex diuersis enim illatio non fit argum. c. 2. de translat. & l. Papinianus exuli. ff. de minor. Nec repugnat cit. cap. si sententia, vbi interdicto populo singuli ex eo interdicti sunt; nam illud ob eam rem fit, quoniam per interdictum diuina, atque idcirco & sacramenta prohibentur, vt probatur in cit. c. si sententia, & in c. seq. & in c. non est. vobis de spons. cum simil. & vt suo loco videbimus; at vniuersitas, quæ fictum corpus quoddam est, vt dixit Ias. in cit. l. 1. §. municipes. num. 2. & in l. quod in rerum. § & si nauem. nu. 7. ff. de leg. 1. nec diuinorum, nec sacramentorum particeps esse potest; hominem enim esse oportet, qui hæc suscipiat, vt de sacramentis nos probauimus in comment nostr. Tab. 1. cap. 10. ergo, ne interdictum inutile sit, & ne interdicti sententia effectu careat, ob eam rem, vt singuli ex populo interdicti intelligerentur, Ecclesia interpretata est; Cùm verò alicuius terræ populus interdicto nodatur, dicitur enim in eo. c. si sententia, singulares ex eo personæ, quas interdictas esse constat, ne sententia effectu careat; cùm diuinorum auditio, & sacramentorum perceptio populo, vt vniuersis, non competant, non debent, & cęt. Hæc ibi summus Pont. ex quibus patet, quamobrem fiat, vt interdicto populo singuli ex eo interdicti sint. At suspenso Capitulo, vel singuli ex eo suspensi non sint, suspensio tamen operatur, vt ex dictis patet; ergo, ex quo ratio hic cessat eius c. si sententia, & eius dispositio cessare debet argum. c. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. Nec facit, si rursus dicatur, & populus interdictus, quæ iurisdictionis sunt, non exercebit, & sic sententia interdicti operabitur: nam hoc nihil est; quandoquidem interdicto, vt diximus, diuina, & non, quæ iurisdictionis sunt, prohibentur; ab hac sententia igitur non discedemus, quam vti verissimam sequor; etsi, qui speciatim eam attigerit, non inueni: atqui de quæstione hac satis, ad quartam transeamus.

SVMMA.

1 *Clero suspenso, an singuli ex clero suspensi sint.*

§. III.

1 § † Quarta quæstio est, an, clero suspenso, singuli ex clero suspensi sint. In qua quæstione breuiter concludimus singulos clericos suspensos esse. Nec, quòd de Capitulo proximè asseruimus, huic officit; nam clerus collectiuum nomen est, quod multos comprehendit, vt singulos; at Capitulum est nomen, quod corpus quoddam significat, à quo res vniuersitatis eius communi consilio geruntur: quod clero non contingit, non enim exempli gratia diœcesis Imolensis clerus Capitulum, collegiumvè facit; tum quòd, vt collegium sit, iure cautum non habemus, quod requiritur, vt dixit Paul. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 1. tum quòd ea, quæ ad clerum pertinent, communi consilio non geruntur, quod collegij proprium est, vt probauimus cap. 6. §. 1. Tab. 1. cùm igitur clerus collegium non faciat, cleri nomine singulos ex clero accipiemus, ac propterea clero suspenso singuli ex eo suspensi erunt; nam perinde habetur, atq; si clerici suspensi essent: atqui ad postremam quæstionem iam veniamus.

SVMMA.

1 *Capitulo interdicto, an singuli ex eo interdicti sint.*

IV.

§ † Postrema quæstio est, an interdicto Capitulo, singuli ex eo interdicti sint. Et videbatur quidem dicendum singulos inrerdictos non esse; quoniam nec suspenso Capitulo, singuli ex eo suspensi sunt, vt proximè probauimus. §. 2. Atqui contrariam opinionem amplexari debemus, vt scilicet interdicto Capitulo singuli ex eo interdicti sint. Id quod expressum propemodum habetur in c. si sententia vers. Cùm verò alicuius terræ populus de senten. excomm. lib. 6. vbi interdicto populo singuli ex eo interdicti dicuntur; ergo idem & in casu nostro dicendum est. Præterea probatur id etiam ratione, quoniam per interdictum diuina officia, atq; sacramenta prohibentur; at Capitulum, quod corpus fictum quoddam est, diuinorum, ac sacramentorum particeps esse non potest, quatenus tale est, vt id sensit Rom. Pont. in eod. c. si sententia vers. Cùm diuinorum auditio, & vt nos probauimus in §. 2. in hoc cap. ergò, ne interdicti sententia effectu careat, singuli ex Capitulo interdicti intelligentur; & hæc ratio redditur ibi in cir. c. si. sententia. Nec repugnat, quod de Capitulo suspenso dicebatur; quandoquidem, Capitulo suspenso, suspensionis sententia inutilis non erit, vt probauimus eod. §. 2. Interdicto igitur Capitulo, collegiovè alio, singuli ex eo ob ea, quæ diximus, interdicti erunt: ac de materia suspensionis hactenus; ad formam eiusdem, ac primò ad necessariam veniamus.

De forma necessaria ad suspensionem quamcunque ferendam; & de ijs, quæ necessariò inesse ipsi debet, communiaq; ei cum alijs censuris sunt. Cap. XIV.

SVMMA.

1 *Forma, quæ adhibetur ad suspensionem ferendam, quænam sit; vel suspensio ab officio, vel à beneficio feratur, separatim, vel coniunctim.*



1 FORMA † demùm, quæ ad suspensionem ferendam adhibetur, hæc est Suspendo te ab officio, vbi suspendere ab officio volumus. Si à parte officij exempli gratia à pontificali, Suspendo te à pontificali argum. Clem. 1. §. pen. de heret. & extrauag. suscepti de elect. & c. 2. de temp. ord. lib. 6. Si verò à beneficio, Suspendo te à beneficio, à beneficijvè fructuum perceptione argum. Clem. 2. de vit. & honest. cler. & c. cupientes. §. cæterùm de elect. lib. 6. & c. cùm in cunctis. §. fin eod. Si deniq; ab vtroq; simul suspendere velimus, forma hæc erit Suspendo te ab officio, & à beneficio argum. c. 2. de fideiuss. cum citatis proximè. Hæc igitur ad suspensionem ferendam forma adhibebitur, idest ijs verbis concipietur, quibus explicetur, à qua re quis suspendatur; nam, etsi neq; hic præscripta certa verborum forma est, ea tamen verba adhibebuntur, quæ ipso iure censuram ferant, vt probauimus in Tab. 1. cap. 20. Verùm quid, si suspensio sic feratur Suspendo te, tacito scilicet, à quo quis suspendatur, à quo suspensus hic erit? hanc quæstionem explicabimus in seq. §.

SVMMA.

1 *Verbis hisce Suspendo te suspensio fertur.*

2 *Verbis his Suspendo te quæ suspensio feratur.*

I.

§ Proposita nobis quæstio proximè hæc est, si his verbis suspensio feratur Suspendo te, à

1 quo suspensus quis sit. † Antequam quęstionem explicemus, premitto vnum hanc suspendendi formam à iure vsurpari, vt in Clem. 1. §. cæterùm de priuil. & in extrauag. 3. eod. & in c.

2 cùm bonæ de ætat. & qualit. & in c. vt clericorum de vit. & honest. cler. hoc præmisso. † Quò ad quęstionem propositam non nulli existimarunt hac forma suspensum ab officio suspensum esse; hoc enim sensit Gloss. in Clem. 1. §. cæterùm in verb. Suspensionis de priuil. vbi suspensionem per illud ius hoc modo latam suspensionem ab officio esse interpretatur, eam sequitur ibi Anchar. num. 22. vers. Duodecimò not. & Zab. in verb. Cæterùm. num. 5. vers. Septimò quæro, vbi & quosdam alios idem sentientes referunt; sequitur quoq; eam Gloss. Felin. in c. penul. in fin. de sent. excom. Probatur autè horum sententia per cit. c. vt clericorum, vbi, si hac forma suspensus

celebret,

celebret, grauiùs puniri iubetur; ergo ab officio hic ſuſpenſus eſt, ex quo celebrare non poteſt, quod ad officium pertinet: hæc ratio mihi non ſatisfacit, nam ſolùm ſic ſuſpenſus qua pœna, ſi diuina celebret, afficiendus ſit, docetur; à beneficio autem ſuſpenſus ſit nec ne, inde non colligitur. Quare contrariam ſententiam, vt ſic ſuſpenſus & ab officio, & à beneficio ſuſpenſus ſit, amplexati ſunt Vincent. in c. quanto de magiſtr. quem refert Ioan. de Lign. in c. latores de cler. excom. min. & Add. ad Abb. in c. pen. in litera A. verſ. Item dubitatur de ſent. excom. Probatur autem ſententia hęc primò per c. pen. de ſent. excom. vbi, ſi excommunicatio ſimpliciter feratur, maiorem latam intelligi debere ibi dicitur: ad argumentum hoc reſponderi poſſet idcirco maiorem excommunicationem latam intelligi, quoniam illud ibi declaratum eſt; ergò aliàs ſecus, ex quo incluſio vnius alterius excluſio eſt: & præſertim, quòd de pœna hîc agitur, ergo de leuiori accipiendum videtur arg. c. odia, & c. in pœnis de reg. iur. lib. 6. & l. interpretatione. ff. de pœn. quamuis ius illud alia ratione concluſionem hanc probet, vt dicemus. Poſtremò citatur c. cùm bonæ de ætat. & qualit. quod re vera nihil facit, quicquid dixerit cit. Add. ad Abb. Quid igitur concludendum? Ego à poſteriori hac opinione diſcedendum non cenſeo, vt ſcilicet ſimpliciter ſuſpenſus ab officio, & à beneficio ſuſpenſus ſit. Primò, quoniam ſuſpenſio ſimpliciter prolata genus eſt, vt hoc per ſe patet; at genus dicitur ęquè de omnibus ſuis ſpeciebus, vt logicę magiſtri docent; ergò, ex quo ſimpliciter hic ſuſpenſus eſt, ab omni ſuſpenſionis ſpecie ſuſpenſus erit, ne à verborum proprietate diſcedamus contra l. non aliter. ff. de leg. 3. etenim legatum generis omnes ſpecies illius generis comprehendit, vt probatur in l. item legato. §. 1. & ibi not. Bart. ff. de leg. 3. Præterea pro hac opinione facit cit. c. pen. de ſent. excom. nam, cùm excommunicationis ſpecies duæ ſint, maior, & minor, vt probatur in c. 1. iunct. Gloſſ. ſpeciem de except. lib. 6. ſi quis ſimpliciter excommunicetur, non tantùm minori, ſed etiam maiori excommunicatione ligatum hunc eſſe Rom. Pont. inquit in eod. c. pen. ergo idem in caſu noſtro dicendum eſt, cùm & hęc leuior pęna ſit, & nulla ratio contrarium ſuadeat; non minùs enim ſuſpenſio genus de ſuſpenſione ab officio, & de ſuſpenſione à beneficio dicitur, quàm excommunicatio de maiori, ac minori excommunicatione. Poſtremò facit c. vn. iunct. Gloſſ. in verb. Suſpenſionis de iis, quæ vi, metuſvè cauſa fiunt lib. 6. vbi, ſi quis abſolutionem ſuſpenſionis vi, metuvè illato impetrat, in excommunicationem incidit: &, quoniam ibi ſimpliciter ſuſpenſionis mentio fit; ideo Gloſſ. indiſtinctè de quauis ſuſpenſione tam ab officio, quàm à beneficio verbum illud Suſpenſionis accipiendum eſſe ait, & ſequitur eam ibi Gemin. num. 6. & Phil. Franc. ergo idem & in caſu noſtro dicemus. Ac planè, ſi contrarium vellemus, quam ſpeciem latam dicemus? non enim ſuſpenſio genus magis de hac, quàm de illa dicitur; ex his omnibus igitur concludendum cenſeo, qui ſimpliciter ſuſpenſus eſt, hunc & ab officio, & à beneficio ſuſpenſum eſſe; modò contrarium de mente ſuſpendentis non cōſtet; nā & ſimpliciter interdictus omnibus caret, quę per interdictum prohibentur, vt dixit Nauar. in Man. cap. 27. num. 170. & de quæſtione hac ſatis. Agendum hîc eſſet de iis, quę neceſſariò huic formæ ineſſe debent; ſed quoniam generatim hęc egimus capit. 20. Tab. 1. ob eam rem, ne actum agamus, quæ huc pertinent, illinc ſumemus; & interim ad ea, quæ ineſſe eidem formæ debent, ſed propria magis ipſius ſunt, deſcendamus.

De iis, quæ eidem formæ ſuſpenſionis ferendæ neceſſariò ineſſe debent, ſed propria ipſius magis ſunt. Cap. XV.

SVMMA.

1 *Suſpenſio ſimpliciter, & ad tempus certum ferri poteſt.*

2 *Suſpenſio, ſtatim atque lata eſt, ſuum effectum operatur.*



1 INSVS † quoque eidem formæ ſuſpenſionis ferendæ, quod proprium magis ipſius eſt, hoc debet, vt aut ſimpliciter, aut ad certum tempus feratur, quàuis & ſub conditione ferri poſſit; vtroq; enim modo fertur. Simpliciter quidem vt in c. 2. de ſolut. ad tempus verò vt in Clem. 1. §. penult. de hæret. & in c. cùm in cunctis. §. fin. de elect. & in aliis, quæ citauimus cap. 3. in hac Tab. quamobrem autem, excepta maiori excommunicatione, reliquæ cenſuræ & ad tempus ferantur, id ſupra declarauimus; ſuſpenſio igitur & ad tempus certum ferri poteſt, Atqui, quòd

ſuſpenſione ſic lata,de multis dubitari poteſt,ideo quæſtiones has explicabimus. Primùm,vbi ad tempus lata eſt,quando tempus currat. Deinde,ſi quis per annum, menſemvè ſuſpenſus ſit, & eo tempore biſſextus interueniat, an adiecta die per biſſextum ſuſpenſio etiam duret. Tertiò, ſi exempli gratia per tres menſes quis ſuſpenſus ſit, & ante eos menſes elapſos in ſuſpenſionem aliam,vel trium menſium, vel maioris, minorisvè temporis incidat, quando huius ſecundæ ſuſpenſionis tempus currat. Quartò, ſi quis per menſem ſuſpendatur, & tunc medius menſis ſit,plus,minusvè; ex quot diebus hic menſis conſtabit, ſi menſis, quo ſuſpenſio lata eſt, ex triginta diebus conſtet, conſequens verò ex 31. Quintò, an per menſem, per annumvè ſuſpenſus toto eo tempore,atque idcirco interdiu,noctuq; ſuſpenſus ſit. Sextò, an per menſem, diesvè aliquot ſuſpenſus ſuſpenſione liberatus ſit,ſtatim atq; poſtremus dies aduenerit; an verò requiratur, vt poſtremus ille dies totus abierit. Poſtremò, ſi ſimpliciter quis ſuſpendatur,
2 certa die non adiecta,quatenus ſuſpenſio hæc duret. Hæc igitur nobis explicanda ſunt. † Quò ad primam quæſtionem igitur videbatur dicendum ſuſpenſionis curſum non eo die, quo lata eſt,ſed conſequenti proximè incipere; nam dies termini non numeratur in termino arg. c. 1. & ibi not. Gloſſ. de reſtit. ſpol. & communiter id receptum eſſe teſtatur Iaſ. in l. 1. nu. 20. ff. ſi quis caut. Atqui contrariam ſententiam amplexari debemus,vt ſcilicet ſuſpenſio ſimpliciter ad tempus lata ſtatim operetur, atque obliget,nec dies conſequens expectetur. Nam primò ſic ſenſit Gloſſ. penult. in c. prouida de elect. lib. 6. quæ annum, per quem quis ſuſpenſus eſt,à die,quo hic delictum commiſit,quamobrem in ſuſpenſionem incidit,incipere credidit. Idem quoq; probatur in c. cupientes. §. cæterùm verſ. Ex tunc inchoandum de elect. eod. lib. idq; merito;ſuſpenſio enim cenſura eccleſiaſtica eſt,vt dicitur in c. quærenti de verb. ſign. at cenſuræ executionem ſecum ferrunt,vt dixit Rom. Pont. in c. paſtoralis. §. verùm,& ibi communiter not. de appell. & vt nos aſſeruimus cap. 13. §. 1. Tab. 1. lata igitur ſuſpenſio ſtatim obligabit. Nec repugnat ratio in initio propoſita; quandoquidem in ijs locum habet,quæ executionem ſecum non ferunt: & de priori quæſtione hactenus,ad alteram veniamus.

S V M M A.

1 *Suſpenſio ad tempus lata, ſi biſſextus interueniat;an & eo die, qui adijcitur,duret.*

2 *Annus ex quot diebus conſtet.*

3 *Biſſextus dies quidnã ſit,& cur ſic nominetur.*

I.

1 §. † Altera quæſtio eſt; ſi quis per annum, menſemvè ſuſpenſus ſit, & eo tempore biſſextus interueniat;an adiecta die per biſſextum ſuſpenſio etiam duret: quam rem vt faciliorem reddamus, tria hæc præmittenda ſunt, primùm,annus ex quot diebus conſtet;deinde,biſſextus
2 quidnam ſit; poſtremò,quamobrem ſic nominetur. † Annus igitur ex 365. diebus conſtat, vt probatur in l. 4. §. Stichus ſi hæredi. ff. de ſtat. lib. & in l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. & in l. anniculus non ſtatim, & ibi not. Gloſſ. ff. de verb. ſign. & vt nouiſsimè dixit Mandos. in tract. in ſcrip.
3 Caſus annales in prin. † Biſſextus verò intercalaris dies eſt, qui quarto quoque anno interſeritur, quo anni ratio cum curſu ſolis conueniat: nam,cùm ſol ſuum curſum 365. diebus, et horis ſex ferè conficiat, ſexq; horæ quatuor repetitæ naturalem diem faciãt; ob eam rem,quarto cuique anno dies vnus ex horis illis collectis adijcitur. Poſtremò dies hic & intercalaris, & biſſextus dictus eſt. Intercalaris, quoniam inſerebatur menſi Februario tanquam breuiori poſt dies 23. nam intercalare inſerere eſt. Biſſextus, quoniam hic dies poſt diem 23. Februarij inſerebatur, quo die latinæ dicitur ſexto cal. & iterũ; (quò vnus dies cum 24. videretur) ſexto cal. iterum dicebatur, primum pro die 24. iterum pro die hoc adiecto; ob eam rem biſſextum nominarunt, atque ſic declarauit Gloſſ. in cap. quæſiuit de verb. ſign. & in l. cùm biſſextus. ff. eod. & Syl. & Tab. in verb. Biſſextus, vide tamen Duran. vbi hac de re agit in Rational. diuin. off. c. 3. lib. 8. His ſic præmiſsis,in quæſtione propoſita variæ DD. ſententiæ ſunt. Gloſ. in cap. 2. d. 55. intercalarem hunc diem reijciendum eſſe exiſtimauit; eandem opinionẽ ſequitur Gloſſ. in cit. c. quæſiuit. §. fi. Et hoc ob has rationes,primò ob l. cùm hæres. §. Stichus ſi hæredi. ff. de ſtat. lib. vbi libertate ſeruo relicta, ſi per annum hæredi ſeruierit, dies biſſexti reijcitur, et annus 365. diebus concluditur, ergò idem in caſu noſtro dicendum videtur. Præterea ſuſpenſio ſic lata pœna eſt; ergò eſt coarctanda arg. cap. pœnæ de pœnit. d. 1. & cap. odia & cap. in pœnis de reg. iur. lib. 6. Huic tamen ſententiæ repugnare videtur, quòd dies hic vnus cum vigeſimo quarto eſſe dicitur, vt in eod. cap. quæſiuit. §. fin. & in l. 3. §. minore. ff. de minor. & in cit. l. cùm biſſextus. Vnde

altera fuit sententia Gloss. in leg. 2. ff. de diuers. & tempor. prescript. quæ sic distinguit. Aut terminus per numerum annorum, mensiumvè datus est, vt exempli gratia, ne à proposita quæstione discendamus, per annum, per bienium, per tres vè menses quis suspensus est, vt in cap. cupientes. §. cæterùm de elect. lib. 6. & in cap. cos, & in c. si. de temp. ord. eod. lib. & in hoc casu, vt Gloss. inquit, si bissextus occurrat, duo illi dies pro vno habebuntur, atque idcirco totus annus, mensisvè bissextilis, vt transeat, oportet, quò à suspensione absolutus sit. Aut per dierum numerum terminus præscriptus est, verbi gratia Suspendo te per decem dies, per viginti, & id generis; & in hoc casu, quoniam & bissextus dies alter est ab eo, quo cum iungitur, ob eam rem, ex quo bissextilis dies, & alter, cui adiungitur, duo sunt, si dies viginti abierint, suspensione statim liberatus eris, etiam si dies bissextilis non abierit. Hæc ibi Gloss. cuius sententiam sequitur Bart. cùm ibi, vbi eam omnes tenere ait, tum in cit. l. cùm bissextus. Huic opinioni repugnat tamen quo ad priorem partem cit. l. cùm hæres. §. Stichus si hæredi; nam, seruo libertate relicta, si annum hæredi seruierit, dies bissexti reijcitur; & tamen per numerum dierum tempus ad scriptum non erat. Hinc tertia fuit opinio Abb. in eod. c. quæsiuit in fin. & Syl. in verb. Aetas. hu. 5. Qui, vbi per numerum dierum terminus adiectus est, bissextilem diem non coniungi cum alio die existimarunt, sed & ipsum pro vno die haberi, vt dixit Gloss. proximè citata in secunda diuisionis suæ parte; quod dictum probatur etiam in l. 2. in fin. ff. de diuers. & temporal. præscript. Vbi verò per numerum annorum, vel mensium terminus adiectus esset, sic distinguebant. Aut de re odiosa agitur, & in hoc casu bissextilem diem cum alio non coniungi dixerunt, & in hoc casu loqui existimarunt cit. §. Stichus si hæredi; ibi enim, si dies hic cum alio coniungeretur, libertas impediretur, quod odiosum est, vt dicitur in Instit. de leg. Fus. canin. toll. atque sic dixit Gloss. in cap. si propter in verb. Primi anni de rescript. lib. 6. & in cit. c. quæsiuit. §. fin. vbi quoq; Abb. de verb. sign. Aut agitur de re gratiosa, & in hoc casu diem eum numerandum, & pro vno cum eodem, quo cum iungitur, habendum censuerunt, vt probatur in l. 3. §. minore. ff. de minor. hæc Abb. atq. Syl. Quid igitur concludendum? hanc quæstionem DD. generatim disputarunt in citatis locis; Ego autem quo ad rem nostram concludo bissextilem diem nunquam cum eodem coniungendum esse, cui adijcitur. Non, si tempus ponatur per numerũ mensium, annorumvè. Et hoc ob eam rationem, quoniam, vbi de odiosa re agitur, dies ille bissextilis reiicitur, vt habetur in cit. l. cùm heres. §. Stichus si hæredi. ff. de stat. lib. & vt not. Glos. in c. si propter in verb. Primi anni in fin. & ibi sequitur eam Phil. Franc. & Gemin. de rescript. lib. 6. eandem opinionem sequitur Gloss. pen. in fin. in eod. c. quæsiuit. §. fin. & ibi quoque Abb. de verb. sign. & Gloss. in c. 2. d. 55. & Syl. in verb. Aetas. eod. num. 5. communis denique DD. sententia hæc est. At in hoc casu suspensio odiosa est, habet enim rationem pœnæ, & pœna est odiosa, atque idcirco coarctanda arg. l. interpretatione. ff. de pœn. & c. in pœnis de reg. iur. lib. 6. ergo, vbi per annum, mensemvè suspensio lata est, si bissextus interueniat, dies ille reijcietur; atque sic de suspensione dixit Glos. in eod. c. 2. d. 55. & Glos. in cit. c. q̃siuit. §. fi. & ibi quoq; Abb. & Syluest. eod. in fi. & in verb. Bissextus, & ibi Angel. & Tab. Quare suspẽsus per mẽsem Februarij, statim atq; abierint 28. dies, absolutus hic erit, quãuis bissextilis, itercalarisq́; dies adhuc superfit. Idẽ, si per annũ suspẽsus sit; nã elapsis 365. diebus statim diuina facere poterit, vel intercalaris ille dies reliquus sit, vt citati auctores eisdem in locis asserunt. Non itidem intercalaris ille dies coniungetur cum eo, quo cum coniungi solet, si tempus per numerum dierum ponatur, sed & ipse pro vno die numerabitur, sicut re vera dies vnus est, vt probatur in l. 2. in fin. & ibi not. Gloss. Secundum vnam lectur. & sequitur eam ibi Bart. ff. de diuers. & tempor. præscrip. eandem quoq; sequitur Abb. in cit. c. quæsiuit, & Syl. & Angel. & Tab. eod. Etenim & hìc odij ratio viget, ergò eandem, quam in superiori casu, interpretationem facere debemus arg. cap. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud ff. ad l. aquil. in hac igitur quæstione sic concludendum censeo; quę conclusio cùm æquitati, iuribusq́; consentanea est, tum communiter recepta: sed de quæstione hac satis, ad alteram veniamus.

S V M M A.

1 *Suspensus exẽpli gratia per tres menses si quis sit, & ante eos menses elapsos in suspensionem aliam trium mensium, alteriusvè temporis incidat, quando huius secundæ suspensionis tempus currat.*

§. † Tertia

II.

1 §. † Tertia quæstio est, si quis exempli gratia per tres menses suspensus sit, & ante eos menses elapsos in suspensionem aliam vel trium mensium, vel maioris, minorisvè temporis incidat, quando huius secundæ suspensionis tempus currat. In qua quæstione, quæ disputatur in cap. cùm in cunctis. §. fin. de election. & in Clement. 2. de magistr. variæ DD. sententiæ sunt. Quidam, quem refert Zab. in cit. Clement. 2. in verb. Si quis num. 2. ibi secundò quæro, posterioris suspensionis tempus non ante currere censuit, quàm prioris suspensionis tempus elapsum sit. Tum quòd, ex quo delictum iteratum est, & pœna iterari debet arg. l. quicunque C. de seru. fugit. quod non fit, si vtriusque suspensionis tempus simul currat. Tum quòd, si contrarium dicamus, alterum ex ipsis delictis non vindicabitur, quod esse non debet argument. cap. 1. de pœnit. iunct. l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. Ad hæc argumenta responderi potest primò ea locum habere, vbi de suspendentis animo huiusmodi constat; secus autem, vbi simpliciter suspensio lata est; tunc enim suspendens tempus illud statim currere voluisse videtur argument. §. omnis, vers. purè in Instit. de verbor. obligat. & l. eum, qui calendis. §. fin. ff. eod. Postremò negatur pœnam non iterari; nam imò & pœna iteratur, alio enim vinculo constringitur, quo fit, vt, si alterius suspensionis absolutionem impetret, alterius vinculo adhuc constrictus teneatur argument. c. cū pro causa de sent. excommunit. & leg. si domns. ff. de seruit. vrban. prædior. Vnde Gloss. in cit. Clement. 2. in verb. Sequentes, contrariam opinionem amplexata est, vt scilicet posterioris suspensionis tempus statim currat; eam opinionem sequitur Zab. eod. vers. Secundò quæro, & Imol. num. 13. & communiter eam teneri testatur eadem Glos. ibi. Nam & annus, qui ad petendam bonorum possessionem ordinariam, & annus, qui datur ad carbonianam, si simul incidant, simul currunt, vt probatur in leg. carbonianum. §. fin. cum leg. sequenti ff. de carbon. edict. Idem probatur in l. in senatus in fin. ff. ad Turp. ergò & idem hìc dicendum videtur. Atqui ad id quoque responderi potest ob eam rem id fieri incitatis iuribus, quoniam nihil interest, vt tempus priùs datum elabatur, anteqnam posterius incohetur; quo casu, vt prius tempus abeat, non expectatur, sicut in simili habetur in l. 1. ff. de success. edict. at in quæstione nostra secus est, vt hoc per se patet. Quare Abb. in cit. cap. cùm in cunctis. §. fin. de elect. sic distinguit. Aut tempus, vt species certa, positum est, exempli gratia sic est dictum Qui delictum tale fecerit, à tempore delicti comissi per trienium Suspensus sit; et in hoc casu, vt dicit Abb. hoc trienium statim curret; atque ideo, si per aliquod alind tempus hic idem antea suspensus erat, posterioris suspensionis tempus, quò minùs currat, non impedietur: alioqnin non satisfieret suspendentis voluntati, qui illud trienninm à die delicti comissi incohari voluit; sicut nec præcepto de ieiunio satisfacit, qui alio die ab eo ieiunat, qui ad ieiuninm destinatus est arg. cap. 2. de obseruat. ieiun. nec, qui horarum canonicarum preces non sua die recitat, vt sensit Inn. in c. 1. de celebr. missar. & not. Syl. in verb. Ieiunium. num. 22. arg. l. si non sortem. §. si libertus. ff. de cond. indeb. & l. si vsusfructus mihi. ff. de vsufruct. leg. Aut generaliter, & indefinitè suspensio lata est, vt pote sic est dictum Qui tale delictum committit, per triennium suspensus sit; & in hoc casu, nisi prioris suspensionis dies elapsa sit, posterioris diem non currere censuit. Et hoc ob doctrinam Bart. in l. in senatus. §. quamquam. ff. ad Turp. quo in loco inquit Bart. si statuto caueatur, vt qui homicidium commisit, decem soluat, & per decennium ad confines moretur, si intra diem hanc homicidium aliud committat, priori decennio non elapso posterius non currere, si generaliter id dictum sit, secus si speciatim. Hæc Abb. cuius sententia quò ad posteriorem diuisionis partem mihi non probatur; quandoquidem censuræ ipso iure latæ statim obligant, vt in initio huius cap. asseruimus, & vt probatur in c. pastoralis. §. verùm, & ibi not. de appell. imò nec per appellationē suspendnntur, sicut dicitur in cit. §. verùm in fin. de sent. excom. lib. 6. & vt nos abundè probauimus c. 13. §. 5. Tab. 1. Quid ergo & hìc concludendum? Ego pro regula pono ob rationem proximè dictam suspensionis posterioris tempus statim currere. Primò, quoniam censuræ ipso iure latæ executionem secum trahunt, vt dicitur in cit. §. verùm, vel statim nullæ sunt argum. c. per tuas de sent. excom. & c. solet eod. lib. 6. Præterea, quoniam non absurdum est, vt eodem tempore eadem censura sæpius constrictus quis sit; sæpius enim quis excommunicari, sæpius & suspendi, interdictoq; subijci potest, vt asseruimus cap. 16. §. 3. Tab. 1. nec tamen supernacanea secunda suspensio erit, vt ibidem probauimus. Accedit demùm, quod suspensionem simpliciter latam in iure non reperiemus, quę non statim obliget. Ex quo igitur nec iure id cautum reperitur, nec rei natura patitur, vt censura purè, ac simpliciter lata pēdeat, vel sexcentis suspensionibus, vt ita dicam, adiecta singulis sua die, constrictus quis sit, si deinceps in

ceps in ſuſpenſionem aliam incidat cum diei adiectione, dies tamen illa poſterioris ſuſpenſionis & cum alijs curret; & ſic opinio Gloſſ. locum habebit in Clem. 2. in verb. Sequentes de magiſtr. & qui eam ſequuntur. Nec repugnat doctrina Bart. quandoquidem pœna illa pendere poteſt, vt per ſe patet: quod non contingit in cenſuris, vt vidimus; ab opinione igitur Gloſſ. cit. Clem. 2. non diſcedemus, quæ & communiter tenetur, vt Gloſſ. ibi teſtatur. Id quod eo magis dicendum eſt in priori caſu diuiſionis, quam tradidit Abb. Excipitur tamen, vbi ſpeciatim cautum eſſet, vt durante prioris ſuſpenſionis tempore, poſterioris, ne curreret; tunc enim à ſuſpendentis voluntate non diſcedemus arg. c. cùm voluntate de ſent. excom. & l. non omnis. ff. ſi cer. pet. & in hoc caſu locum habebit opinio primo loco relata: & hæc germana quęſtionis huius diſſolutio mihi eſſe videtur, iam ad quartam tranſeamus.

SVMMA.

Suſpenſione per menſem lata, ſi medius menſis ſit, plus, minus vè; ex quot diebus hic menſis conſtet; ſi menſis, quo ſuſpenſio lata eſt, ex triginta diebus, cõſequẽs verò ex 31. cõſtet.

III.

§ † Quarta quęſtio eſt, ſi per menſem quis ſuſpenſus ſit, ex quot diebus menſis hic conſtet, ſi is menſis, quo ſuſpenſio lata eſt, ex parte aliqua lapſus ſit, & ex triginta diebus conſtet; conſequens verò, ex quo eſt ſupplendus, ex 31. Antequam quæſtionem diſſolnamus, præmitto. Primùm annum menſem, hębdomadam, & diem; ordinario tempore incohari, annum Calendis Ianuarij, menſes ſingulis ſuis primis diebus, hębdomadam dominico die; extraordinario, vbi alieno tempore hæc incohantur. Id quod fieri ſæpius neceſſe eſt; nam, ſi exempli gratia, anno, menſevè cępto delictum quis committat, quamobrem per annum, menſemvè ſtatim ab homine, à iurevè ſuſpendatur; nõ ſtatim, vt iudex, ac ius voluit, hic ſuſpenderetur, ſi anni, menſisvè initium expectandum eſſet: ob hanc rem igitur factum eſt, vt & annus, & menſis, & hębdomada in huiuſmodi caſibus quocunque temporis momento incohentur, vt tradidit Bald. in l. de diuiſione. num. 1. & Add. ad eum, & Alex. nu. 2. & Iaſ. num. 7. ff. ſolut. matr. qui annus, menſis, atque hębdomada, quòd, vt res emergens poſtulat, incohantur, ob eam rem & emergentem annum, menſem, atq; hębdomadam citati autores nominarunt. Propono itidem quæſtionem hanc diſputari, vbi pro pœna ſuſpenſio lata eſt; ac demum, vbi ignoratur, ex quot diebus menſem, hębdomadamve eſſe ſuſpendens voluerit; nam, vbi de hoc conſtaret, tunc ab eius mente nõ diſcedemus arg. c. cùm voluntate de ſent. excom. & l. non omnis. ff. ſi cert. pet. His ſic præmiſſis, quò ad quæſtionem propoſitam videbatur dicendum ex diebus 31. hunc menſem conſtare argum. l. vbi lex. ff. de reg. iur. quo in loco, vbi lex duorum menſium fecit mentionem, &, qui ſexageſimo die primo venerit, audiendus eſſe ibi dicitur; ergò menſis ex 31. diebus conſtare videtur: hæc ſententia eo iure non probatur; quod enim is audiatur, qui ſexageſimo primo die venit, cùm duo menſes ad ueniendum ei dati eſſent, ex benignitate id fieri ait ibi Gloſſ. & Bald. in l. eos. §. ſi autem. num. 9. de appell. hęc reſponſio mihi non ſatisfacit, quandoquidem id ipſo iure fit, non autem ex benignitate; nam, ex quo duo menſes ad veniendum dati ſunt, alter eorũ menſium ex diebus 31. conſtet, neceſſe eſt, ſi dies menſium quis, quot ſint, animaduertat; ex qua reſponſione patet nec eo iure opinionem hanc comprobari. Addo, ſi menſis ex 31. diebus conſtaret, per cit. l. vbi, & ſexageſimo ſecundo die audiendum eum fuiſſe; ſententia igitur hæc tenenda non eſt. Altera fuit ſententia quorundam, vt Bald. in cit. l. eos. §. ſi autem. nu. 9. & Phil. Franc. in c. quàm ſit. §. electus, vbi & quoſdam alios idem ſentientes refert de elect. lib. 6. qui menſem ſimpliciter in aliqua diſpoſitione prolatum triginta dies habiturum exiſtimarunt ob l. fin. §. ſimiliq; modo. C. de iur. delib. vbi trium menſium mentione facta, ex triginta diebus ſingulos conſtare Imperator interpretatus videtur: quorum ſententia ibi non probatur; nam, vbi trium mẽſium mentionẽ ipſe facit, tempus deſignat, intra quod hæres hæreditatem repudiare debet; vbi verò triginta dierum mentionem facit, de inuentarij confectione agit; quod intra triginta dies incohari vult, & intra ſexaginta alios dies compleri. Hæc Imperator; an autem ſinguli triginta dies menſem compleant, Imperator id non dicit: non enim enumeratio illa dierũ ad tres illos priores menſes refertur, cùm de alio tempore ibi agatur, ac de alia re; inde igitur ſententia hęc non probatur. Non etiam pro hac ſententia facit l. miles. §. ſexaginta. ff. de adult. nec l. ędiles aiunt. ff. de ędil. ędict. nam, etſi menſis triginta dies habere poteſt, non tamen conſequitur, vt ſexaginta dies marito ad accuſandam mulierem de adulterio dati in l. is, cuius ope. ff. de

adult.

adult.duos menses conficiant, ac de duobus mensibus iureconsultus intelligat, sicut nec etiam in cit.l.ędiles: sed ob eam rem dierum numerus expressus fuit, quò certior dies esset; nec opinio igitur hæc amplexanda est. Tertia fuit opinio quorundam, qui existimarunt tot dies eum mensem habere debere, per quem quis suspensus est, quot habet breuior ex duobus illis mensibus eo scilicet, quo suspensio lata est,& eo, qui proximè ipsum consequitur; & hoc sensisse videtur etiam Bald.in cit.l.eos.§.si autem.num.9.nam, si per mensem Februarij, vbi bissextum patitur, quo tempore mensis ex viginti nouem diebus constat, ad confinia quis positus sit; quò pœna leuior sit, eum mensem ex viginti octo diebus constare tunc asseruit ob l.cùm hæres.§.Stichus.ff.de stat.lib.hæc ratio sententiam hanc non probat;nam dies ille intercalaris extraordinarius dies quodammodo est: &, quoniam, vbi agitur de pœna, benignior interpretatio facienda est arg.c.in pœnis de reg.iur.lib.6. & l.interpretatione.ff.de pęn. ob eam rem naturam mensis Februarij ordinariam, & non extraordinariam sequimur; at in casu nostro emergentis mensis natura ea est, vt quo die cęperit, eo concludatur arg.l.qua ætate.ff.de testam.& l.1.ff.de manumiss.nec igitur opinio hæc amplexanda est. Omitto diuisionem quandam Paul. quem refert Gemin.in c.quàm sit.§.electus.num.2.de elect.lib.6.qui volebat, vbi ius disponeret, à quo tempore mensis inciperet, mensem accipi, vt decurrit in Calendario; &, quod ei deest, suppleri ex sequenti; si vero ius id non exprimeret, duodecimam partem anni summendam esse: nam, etsi quo ad priorem partem rectissimè sensit, quò ad posteriorem tamen recipiendus non est; ex quo nullo iure, nullaq; ratione id re ipsa ab eo probatur. Quid igitur concludendum? Ego sententiam hanc amplector, vt mensis hic emergens ex tot diebus constet, ex quot is mensis constat, quo suspensio lata est. Primò, quoniam vbi ad aliquid agendum mensis, huiusmodivè tempus datur, si emergens tempus sit, tot dies hic mensis habet, quot mensis ille, quo datio facta est, vt asseruit Gloss.in c.quàm sit in verb.Mensem,& sequitur eam ibi Io.Mon.num.5.cum seq. & Prob. in Add.ad eum.num.2.cum duobus seq.& Anchar.nu.5.& Gloss.in extrauag.vn. in fin.vers.Eo ipso, ne sed.vac.& in extrauag.vn.in fin.vers.Et adde de cens.& Bart.in l.cùm bissextus.ff.de verb.sign.& Bald.in l.de diuisione.num.1.& Alex.num.4.vbi & sententiam Gloss. communem esse testatur.ff.solut.matr.idem Alex.cons.42.num.13.vers.Et sic videtur lib.3.& cons.114.num.4.lib.5.& Bald.in l.1.vers.Quartò,& vltimo.ff.si quis caut.eam quoq; communem dixit Prob.in c.quàm sit; eandem totum mundum praticari, vt eius verbis vtar, testatur Addit.ad Bald.in l.eos.§.si autem.num.9.in litera E.C.de appell.cùm igitur & hic de emergenti tempore agatur, idem concludemus. Postremò pro hac conclusione facit, quoniam mensis huiusmodi, quota die cępit, tota die consequentis finitur arg.l.qua ætate.ff.de testam. & cit.l.1. ff.de manumiss. ergo mensem hunc ex tot diebus constare necessariò conuincitur, ex quot ille constat, quo suspensio lata est: &, quamuis ibi de anno agatur, nihil tamen hoc obest arg.l.quæ de tota.ff.de rei vind. si ergo exempli gratia decimo Septembris die per mensem quis suspensus est, decimo Octobris die suspensio hæc terminabitur; ab hac igitur sententia non discedemus. Excipitur tamen, vbi de suspendentis mente contrarium constaret; tunc enim eam sequemur: & de quarta quæstione hac satis; ad quintam veniamus.

SVMMA.

1 *Suspensio lata non interdiu tantùm, sed et noctu durat.*

IV.

1 §. † Quinta quæstio est, an per annum suspensus non interdiu tantùm: sed noctu etiam suspensus sit. In qua quæstione breuiter concludimus quocunq; temporis momento suspensum hunc fore arg.c.1.§.qui verò,& c.cupientes.§.cęterùm de elect.lib.6.ibi enim à beneficio per triennium suspensus, si intra eam diem ei temerè se ingesserit, statim beneficio priuatus est; at intra illud tempus dies, noctesq; comprehenduntur, vt hoc per se patet, ergo & noctu suspensus erit; etenim tempus ad aliquid præstitutum continuum esse censetur, vt sensit Gloss.in rub. ff.de diuers.& temporal.præscript.& Ias.in l.contra maiores. num.6.C.de inoff. testam, Idem probatur in c.1.vers.Si quis de re iud.lib.6.& in c.1.de sent.excom.eod.lib.Facit quoque c.1. de treug.& pac.in antiq. Postremò quæuis censura aut ipso iure tollitur, aut ab homine; ergo tempore tantùm non tollitur, atq; idcirco & noctu durabit; etenim tempus non est modus obligationem tollendi arg.l.obligationum ferè.§.placet.ff.de action. & oblig. & de quæstione hac satis; ad sextam transeamus.

SVM-

SVMMA.

1 Suspensio ad tempus certum lata durat, quousque tempus illud totum elapsum sit.

V.

1 §. † Sexta quæstio est, an per mensem, diesvè aliquot suspensus suspensione liberatus sit, statim atque postremus dies aduenit; an verò requiratur, vt postremus dies ille totus abierit. In qua quæstione, vt ipsam quoque paucis absoluamus, totum postremum diem eius temporis præterijsse necessariò debere concludimus; vt probatur in c. 1. §. qui verò, & in c. cupientes. §. cæterùm de elect. lib. 6. ibi enim à beneficio suspensus per triennium, si intra illud tempus ei se ingesserit, eo statim priuatus est; ergo, & antequam postremus ille dies totus elapsus sit, suspensio durat, cùm & dies ille postremus ex eo triennio sit. Id quod multo magis asserendum est, vbi tempus illud per accusatiuum prolatum est adiecta præpositione, vel non adiecta; accusatiuum enim tempus absolutum significat, vt asserunt Dyn. Rayn. Bald. Pet. Cyn. & Alex. quos refert, ac sequitur Ias. in l. si cui legetur. num. 13. ff. de leg. 1. idq; meritò, nam pro regula habetur tempus completum esse debere; vt nót. Archid. in c. si annum de iud. lib. 6. At quid, si per ablatiuum feratur? DD. communiter concludunt, vt testatur Ias. eod. nu. 14. ubi tẽpus per ablatiuum prolatũ est, vt completum sit, non postulari. Contrarium tamen in re nostra sentio; nam per suspensionem quis prohibetur, ne ecclesiasticas functiones exerceat; at, nisi tempus illud totum abierit, eas exercuerit nec ne, sciri non potest. Declarant hoc conditiones de non faciendo adiectæ ipsi legatario; nam, quòd sciri non potest, an prohibitum non faciat, nisi eius morte secuta; ob eam rem, vt cautionem legatarius præstet de non faciendo prohibitum, prospectum est argum. l. mutianæ, & ibi Bart. ac DD. & l. is, cui. ff. de cond. & demõstr. Nec repugnat dictum Doctorum, quandoquidem locum illud habebit, vbi tempus positum est ad quodpiam faciendum argum. eius, quod dixit Gloss. in Clem. generalem de ætat. & qualit. quam & sequitur Ias. in cit. l. si cui legetur. nu. 15. totum igitur, & postremus dies elapsus esse debet; sed postremam quæstionem iam aggrediamur.

SVMMA.

1 Suspensio simpliciter data quatenus duret.

2 Suspensio fertur, & vt delicta puniantur; & vt à contumacia quis discedat.

3 Suspensio pœna momentanea non est, sed successiua.

VI.

1 §. † Postrema quæstio est, quatenus suspensio simpliciter lata duret Ante cuius dissolutio-
2 nem † præmittimus primùm suspensionem ferri, & vt delicta vindicentur, & vt à contu-
3 macia quis discedat, vt probauimus cap. 5. §. 2. in hac Tab. † Item suspensionem pœnam successiuam esse; nam suspensus & hodie, & cras, & perendie, ac deinceps suspensus erit, quousque absoluatur, vt sensit Abb. in c. ex literis. num. 10. & ibi not. DD. de constit. Postremò suspensionem, vbi pro pœna fertur, simpliciter & nulla temporis præscriptione ipsam aliquando ferri, vt in c. 2. prop. fin. de translat. epis. & in c. vel non est, & in c. literas de temp. ord. & in c. nihil est de elect. & in c. tam literis in fin. de testib. & in c. 1. de secund. nupt. & in c. graue nimis de præben. His sic præmissis, vbi suspensio simpliciter lata est, quatenus duret, breuiter concludimus, eousque ipsam durare, quousque tollatur; sed quoniam, id quando contingat, abundè, ac satis egimus cap. 4. §. 2. in hac Tab. ob eam rem eò proficiscamur; & de quæstionibus hisce satis. Esset proximè hic agendum de forma non necessaria, quæ adhiberi debet; sed quoniam egimus de ipsa cap. 21. Tab. 1. ob eam rem ad absolutionis formam, ea omissa, transibimus.

De forma ad suspensionem tollendam necessaria; & de ijs, quæ necessariò inesse ipsi debent; eiq; communia cum alijs sunt. Cap. XVI.

SVMMA.

1 Forma absolutionis à suspensione quænam sit, vel quis ab officio, vel à beneficio, vel ab vtroque suspensus sit.

2 Forma certa præscripta non est ad suspensionem tollendam.



EGIMVS de forma, quæ ad suspensionem ferendam necessariò postulatur; iam de forma, quæ ad eam tollendam necessariò adhibetur, nunc agamus: sed, quoniam suspensionis species duæ sunt, vt probauimus cap.5.in hac Tab. altera, quæ ab of-
1 ficio; altera, quæ à beneficio suspendit; † ob eam rem, si ab officio tantùm quis suspensus sit, forma hęc communiter adhibetur Ego absoluo te à vinculo suspensionis, in quam incurristi propter talem causam, & restituo te executioni ordinum, & officiorum tuorum. Hæc igitur forma communis est, vt inquiunt Archiep. Flor. in tract. de censur. cap. de causa efficiente suspensionis, & Syl. in verb. Absolutio. 6. num. 2. & Tab. in verb. Absolutio. 3. num. 12. Si autem à beneficio suspensus quis sit, de forma absolutionis ab hac suspensione DD. nihil dicunt: hæc tamen commodè adhiberi poterit Absoluo te à vinculo suspensionis, inquam incurristi ob talē cām, & restituo te ad tuū beneficiū. Si deniq; ab vtroq;, ex illis formis vna cōficiet. Mea tñ sentētia cautiùs fiet, si forma hæc simplex adhibeat Absoluo te à suspēsione, in quā incurristi ob talem causam; hæc enim forma singulis speciebus suspensionis separatim, simulvè iunctis inseruiet. Nam, ex quo absoluitur quis à suspensione, & suspensio simpliciter sumpta, vti genus, de vtraque specie dicitur, (vel vtraque, vel altera tantùm constrictus sit) absolutus hic erit. Sicut & simpliciter suspensus & ab officio, & à beneficio suspensus est, vt probauimus cap. 14 §. 1. in hac Tab. etenim genus ęque de omnibus suis speciebus dicitur, vt logicæ artis magi-
2 stri docent. Hæc igitur forma commodè adhibebitur; † non enim certa verborum forma ad suspensionem tollendam nobis præscripta est, vt dixit Archiepisc. Flor. & Syl. eod. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 161. vers. Sextò dico, & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridin de censuris cap. 17. de suspensione, vbi & formam vsitatam ponit, & nos cap. 22. Tab. 1. Dummodo igitur absolutionis huius forma hisce verbis concipiatur, quibus absolui quem à suspensione significetur, nihil interest, vt sensit Armill. in verb. Absolutio. nu. 67. & vt habetur in eod. cap. 22. Tab. 1. sed iam de ijs, quæ necessariò huic formæ inesse debent, agamus.

SVMMA.

1 *Formæ absolutionis à suspensione quæ necessariò inesse debent.*

I.

1 §. † Huic autem formæ necessariò quæ inesse debent, partim communia ipsi cum reliquis censuris sunt, partim propria: sed, quoniam communia tractauimus cap. 20. Tab. 1. quæ namq; inesse formæ censuræ ferendæ omnino debent, & in absolutionis forma requiruntur, ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc sumemus. Propria verò ea verba sunt, quibus à suspensione, qua quis constrictus tenetur, absolui significatur. Quare ea verba, quæ ad formam adhibentur, quam proximè posuimus scilicet In quam incurristi ob talem causam, & restituo te executioni ordinum, & officiorum, non necessariò postulantur; nam, statim ijs verbis prolatis Absoluo te à vinculo suspensionis, suspensione quis liberatus est, vt de excommunicatione probauimus cap. 30. §. 2. Ac planè quis dubitet post suspensionis absolutionem se officio suo restitutum? Verba igitur eà & causam suspensionis significant, & effectum absolutionis apertiùs ostendunt, vt & de excommunicatione asseruimus eod. cap. 30. §. 2. Imò per ea verba Restituo te tuo officio, tolli suspensio potest; nil aliud enim est absoluere à suspensione, quam executionem officij, à quo suspensus quis erat, restituere. Ex his demum habetur, & quæ ei formæ inesse, non tamen necessariò, debent. Esset hic agendum de forma absolutionis non necessaria, quæ post absolutionem adhibetur; sed, quoniam de ipsa egimus cap. 24. Tab. 1. ob eam rem, ipsa omissa, ad accidentia, quæ à propositis causis emanant, transibimus.

De accidentibus, quæ à causis suspensionis emanant. Cap. XVII.

SVMMA.

1 *Necessariò an institui suspensio debuerit.*
2 *Propositum instituentis suspensionem quodnam fuerit.*

DE

E accidentibus, quæ à causis suspensionis emanant, acturi omittimus, quæ ab efficiente cá humana proficiscûtur; (de ipsis.n.egimus in Tab.1.) ea tantùm, quæ à reliquis proficiscuntur, contemplaturi, & priùs, quæ à fine; hæc autem sunt. † Primùm necessitas institutionis, id est an necessariò institui suspensio debuerit; id quod necesse non fuisse probauimus cap. 25. Tab. 1. † Alterum est propositum, quod planè, omisso communi, fuit à functionibus ecclesiasticis clericos suspendere, & sic modò ab officio, modò à beneficio, modò ab vtroque suspendere, vt ex dictis patet. Causa verò huius propositi fuit vtilitas, quæ habetur in cit. c. 23. & cap. 5. §. 1. in hac Tab. Sed de accidentibus, quæ ab efficiente causa proficiscuntur, satis; ad ea, quæ à materia, atque à forma emanant, veniamus.

SVMMA.

1 *Suspensio cur sic nominata, & vnde nomen hoc ductum.*

I.

§. A materia verò diuisio suspensionis oritur: sed, quoniam quot suspensionis species essent, posuimus cap. 5. in hac Tab. ob eam rem, accidente hoc omisso, vnum tantùm hic explicabimus, quod à forma emanat, Suspensio vnde dicta sit; nam accidentia reliqua, quæ à fine proficiscuntur, tractauimus abundè cap. fin. Tab. 1. † Pœna igitur hæc suspensio dicta est ob eam rem, quòd suspensus nec omnino remouetur, à quo suspenditur; nec, quò illud habeat, ei permittitur, id quod hinc patet, quòd iam ab officio, à beneficioue suspensus nec beneficio, nec officio priuatur, vt probauimus; & tamen nec fructus beneficij habere, nec officij munera exercere potest; pendet igitur suspensi ius, & quodammodo in incerto est, atque idcirco pœna hæc suspensio est dicta; ducto nomine à verbo Suspendo, quod sursum pendere, incertum, dubiumq; esse significat, vt habetur in Dictionario in verb. Suspendo: atqui de suspensione iam satis, ad interdictum postremam censuræ ecclesiasticæ speciem veniamus.



- *Interdicti cognitio habetur cognitis ipsius &*
  - *Causis, quarum alia dicitur*
    - *Efficiens, cuius alia est*
      - *Diuina, de qua generatim actum est.*
      - *Humana, cuius alia est*
        - *Homo cap. 1. & 2.*
        - *Lex cap. 3. & 4.*
    - *Finis, seu effectus, quorũ alij sunt*
      - *Communes ipsi cum*
        - *Omnibus censuris cap. 5. §. 1.*
        - *Suspensione, atq; minori excommunicatione Delictorum punitio, eod. cap. §. 1.*
        - *Singulis speciebus interdicti, Probibitio diuinorum ecclesiæ eod. cap. §. 2.*
      - *Proprij, quorũ alij sunt*
        - *Per se, quorum alij sunt*
          - *Loci, atque aut*
            - *Vniuersalis, Probibitio diuinorũ ecclesiæ in loco interdicto, de more nè fiant cap. 6. §. 1. c. 7. c. 8. et c. 9.*
            - *Singularis, probibitio diuinorũ omnino eo in loco. cap. 10.*
          - *Hominum, atque aut*
            - *Vniuersitatis hominũ; Probibitio diuinorũ ecclesia facta per vniuersitatẽ hominib. eius vniuersitatis. c. 12. §. 1. & c. 13.*
            - *Singulorũ Probibitio diuinorum ecclesiæ, vni, aut pluribus hominib. c. 14. et c. 15.*
        - *Per accidẽs, quorum alij sunt interdicti*
          - *Loci; ibi celebrans irregularis fit, alysq; pœnis afficitur; sicuti, qui ratione alia interdictũ violat. cap. 11.*
          - *Hominum, Interdictus celebrãs irregularis fit, & alijs etiã pœnis afficitur; sicut et alij, q & ipsum nõ vitant. cap. 17. §. 1.*
    - *Materia, cuius alia est*
      - *Genus, atq; aut* (cap. 18.)
        - *Interdicti generatim, Censura ecclesiastica.*
        - *Singularũ specierũ interdicti, Interdictum.*
      - *Circa quã, cuius alia est*
        - *Cõis ipsi, atq; aut cum*
          - *Censuris oĩbus, Homo. cap. 19.*
          - *Suspensione, Vniuersitas hominũ. c. 20. quæ inesse debẽt. §. 1.*
        - *Propria, Loca quacunque cap. 21. quæ autem inesse huic debẽt, ibi etiam aguntur.*
    - *Forma, cuius alia est interdicti*
      - *Ferendi, aut iu* (cap. 22.)
        - *Hoĩes, vt Interdico te, vel populũ aliquẽ.*
        - *Loca, vt Interdico ecclesiam hanc, vel prouinciam.*
      - *Tollendi, Absoluo te ab interdicto. cap. 23.*
  - *Accidenti;us, quæ ab ipsis causis emanant; de quibus agitur. cap. 24.*

BARTHOLOMÆI VGOLINI EX MONTE SCVTVLO IVRISCONS. AC BARBIANI ARCHIPRESBYTERI.

De interdicto censura eccl. Tab. V.

De homine efficiente causa interdicti, idest de eo, qui interdictum ferre potest; & de ijs, quæ ad ipsum ferendum necessariò inesse illi debent, eiq; communia cum reliquis censuris sunt.

Cap. I.

SVMMA.

1 *Homo interdictum ferre potest.*
2 *Interdictum ferre potest, qui & excommunicationem, & suspensionem.*



Restat demum, vt de interdicto tertia censuræ ecclesiasticæ specie agamus; de quo more nostro acturi, primùm quisnam interdictum ferat, contemplemur, reliquas causas deinceps ordine suo contemplaturi. † Efficiens igitur causa interdicti ferendi (diuina omissa) Homo primùm est, id est interdictum ferre homo potest; vt probatur in cap. fin. vers. Quòd tempore interdicti, & ibi not. Phil. Franc. vers. Quartò not. de sent. excom. lib. 6. & in c. sanè de off. deleg. & in c. quærenti de verb. sign. & vt inquiunt Archiepisc. Flor. de interdict. cap. de causa efficiente interdicti incip. Sciendum ergò primùm, & cap. incip. Item ab homine, & Syl. in verb. Interdictum nu. 2. & Tab. eod. nu. 2. in init. & nu. 3. & Armill. eod. nu. 23.

2 † Etenim communiter pro regula traditur, qui excomunicare, suspendereq; potest, eum & interdictum ferre posse, vt inquit Nauar. in Man. cap. 27. nu. 168. Sed, quoniam de hac causa, sicut etiam de ijs, quæ necessariò inesse ei debent; itemq; de ijs, quæ non necessariò, egimus in cap. 2. cum multis seq. Tab. 1. ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc sumemus: hic verò vnù explicabimus, an episcopus sine sui Capituli cõsensu censuras ferre queat; id quod in seq. §. præstabimus.

SVMMA.

1 *Episcopus an sine consensu Capituli censuras ferre possit.*
2 *Loci vniuersalis interdictum pro pecuniario cõmodo sine licẽtia Rom. Pont. ferri nõ põt.*

I.

1 § † Quæstio nobis explicanda hæc proposita est, an episcopus censuras sine consensu Capituli ferre posit. In qua quæstione Gloss. in c. 1. in verb. Capituli, vbi quæstio hæc disputatur de excess. prælat. episcopum sine consensu Capituli excommunicationem, suspensionem, interdictumq; ferre non debere concludit. Et hoc primùm ob cit. c. 1. vbi Rom. Pont. prohibet, ne clericos sine iudicio Capituli episcopus suspendat, eorumve ecclesias interdicto subijciat; ergò episcopus sine consensu Capituli censuras ferre non debet. DD. ad illud ius, vt refert ibi Abb. variè respondent; nam primò illud locum sibi vindicare inquiunt, vel vbi episcopus aut clericum suspendere, aut interdicto eius ecclesiam subijcere perpetuò, ad longumvè tempus vult, quod & Abb. etiam sequitur; vel vbi clerici consuetudine Capitulo subiecti sunt arg. c. irrefragabili. §. excessus de off. ord. vel vbi hæc episcopus communia cum Capitulo habet arg. c. vn. ne sed. vac. lib. 6. Quæ responsiones mihi non satisfaciunt; nam ratio, quæ anima legis est arg. l. scire leges, & ibi not. ff. de legib. ratio, inquam, quæ redditur à Rom. Pont. in cit. c. 1. nulla ex ijs est, quas proximè retulimus, sed ea, quòd episcopi presbyteros, quasi filios, & fratres benigna, & fra-

& fraterna charitate fouerè debent: hæc igitur ratio redditur; atque idcirco, ne temere epiſcopi cenſuras ferant, de iudicio Capituli ferre ipſas debent arg. l. quod maior. ff. ad municip. & tot. tit. extra de ijs, quæ fiunt à maior. part. cap. Ego igitur ob propoſitam rationem clericorum priuilegiũ illud eſſe cenſeo; quod tamen conſuetudine clerici amiſerunt: alioquin ratio illa ibi reddita inutilis, ac ſuperuacanea eſſet; quod abſurdum eſt, & contra c. ſi Papa de priuil. lib. 6. Secundo loco pro eadem ſententia citat Gloſſ. c. epiſcopus nullius. 15. q. 7. vbi prohibetur, ne epiſcopus ſine clericorum conſenſu cuiuſpiam cauſam audiat: hoc ius etiam propoſitam ſentẽtiam non probat; nam & ibi quoq; ſpeciatim de clericorum cauſis agitur, ſicut in tota ea quæſtione. Ego igitur, quò rem hanc dilucidiorem reddam, tribus regulis quæſtionem hanc abſoluendam cenſui. Quarum prior hæc eſt, Epiſcopus de iure ſcripto ſine cõſenſu Capituli in clericos ſuſpenſionem, interdictumq; ferre non poteſt pro pœna, vt probatur in cit. c. 1. de exceſſ. prælat. nam, cùm fraterna charitate fouere ipſos debeat, atq; idcirco temerè ipſos non punire, id in primis præſtabit, ſi cum conſenſu ſui Capituli id fecerit. Excipitur tamen primò, vbi pro contumacia in eos huiuſmodi cenſuras fert; nam, quòd tunc medicinæ loco feruntur arg. c. 1. de ſent. excom. lib. 6. nec ob id deſinit eos fraterna charitate fouere: imò tunc maximè fouet, ex quo à contumacia eos auocare, & eccleſiæ obtemperantes reddere ſtudet, ob eam rem & ſine conſenſu Capituli ipſos hiſce cenſuris irretire poterit. Hinc, quòd excommunicatio pro contumacia ſolùm fertur arg. c. certum. 11. q. 3. Rom. Pont. in cit. c. 1. de exceſſ. prælat. vbi de excommunicatione agit, de Capituli conſenſu nihil dicit; ſed ſolùm, ne quempiam excommunicent ſine ordine iudiciario, & hoc not. ibi DD. Poſtremò excipitur, vbi ad modicum tempus clericos ſuſpendit argum. l. ſcio. ff. de in integr. reſtit. nam & illud c. 1. de exceſſ. prẹlat. locum habere communiter concluditur, vbi in perpetuum, vel ad longum tempus clericus ſuſpenditur, eccleſiavè interdicto ſubijcitur, ergo ſecus, vbi pro modico tempore; & de priori hac regula ſatis. Altera regula hæc eſt De conſuetudine ſine conſenſu Capituli in clericos epiſcopus cenſuras quaſcunq; ratione quacunq; ferre poteſt; nemo epiſcopus enim hodie eſt, qui per ſe iuriſdictionẽ non exerceat: de qua conſuetudine, præterquam quod teſtatur Abb. in eod. c. 1. & experientia ipſa, & aſſiduus vſus id declarat, quæ conſuetudo valet, modò legitimè preſcripta ſit, vt dicitur in c. 3. de conſuet. lib. 6. & de hac itidem regula ſatis. Tertia regula hæc erit, Epiſcopus ſine conſenſu Capituli in laicos cenſurã ferre quoquomodo poteſt, primùm de iure ſcripto; nam ſolùm quò ad clericos epiſcopis prohibitum habemus, & quò ad eorum eccleſias, vt in eod. c. 1. ergò ſecus quò ad laicos; incluſiò enim vnius alterius excluſio eſt arg. c. non ne de preſumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. & facit etiam c. nouit, & c. quanto de ijs, quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. Cap. vbi, ſine conſenſu Capituli ne res eccleſiæ epiſcopus alienet, prohibetur. Poſtremò de conſuetudine multo magis ob ea, quę in ſecunda regula diximus; epiſcopi ergo ob conſuetudinem legitimè preſcriptam hodie ſine conſenſu Capituli cenſuras & in clericos, & in laicos ferre queunt: etenim conſuetudo huiuſmodi iuri ſcripto præfertur arg. c. fin. de conſuet. & l. de quibus in fin. ff. de legib.

† Interdictum tamen generale in locum pro pecuniario cõmodo ſine Rom. Pont. licentia epiſcopi ferre nequeunt, vt habetur in extrauag. Prouidæ de ſent. excom. & vt inquit Abb. in c. cùm in partibus de verb. ſign. & Gemin. in c. præſenti. num. 2. verſ. Et ſic eſt etiam alia differentia de ſent. excom. lib. 6. & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 168. Vniuerſale autem interdictum quodnam ſit, infra ſuo loco explicabimus; interim autem ad efficientem cauſam abſolutionis interdicti ab homine lati veniamus.

De homine efficiente cauſa abſolutionis interdicti, ab homine lati; & de ijs, quæ ad ipſam abſolutionem tribuendam neceſſariò ineſſe ei debent, communiaq; ipſi cum alijs cenſuris ſunt. Cap. II.

SVMMA.

1 Abſoluere ab interdicto ab homine lato poteſt; qui ab excommunicatione.

2 Abſolutio interdicti ab homine lati tribuitur etiam aliquando ipſo iure.

1 BSOLVERE † autem ab interdicto ab homine lato poteſt, qui & ab excommunicatione abſoluit; exempli gratia, qui interdictum tulit, item ſuperior eius, vt inquit Archid. quem refert, ac ſequitur Phil. Franc. in c. ſi ciuitas verſ. In Gloſſ. 1. ibi Quis autem abſoluit ab interdicto de ſent. excom. lib. 6. & Anchar. in Clem. vn. num. 1. de rebus eccl. non alien. & Syl. in verb. Interdictum. 5. num. 16. verſ.

Decimò,

Decimò,& Tab.eod.nu.9.& Sot.dist,22,q.3.art,4.concl.3.vers. Atqui illud lib.4. nec non alijs
de quibus quòd egimus cap.4.cum seq.Tab.1. ideo ad legem alteram efficientem causam in-
2 terdicti ferendi, transeamus. † Si illud tamen priùs addiderimus interdictum & ipso iure tolli,
vbi ad certum tempus, ad certamvè causam latum est, eo tempore elapso, eaq; causa cessante,
vt probauimus cap.4.§.2. Tab.4.

De lege, seu constitutione eccl. efficiente causa interdicti, & de ijs, quæ ad interdictum ferendum inesse ei debent, communiaq; ipsi cum reliquis censuris sunt. Cap. III.

SVMMA.

1 *Constitutio ecclesiastica interdictum ferre potest.*
2 *Clerici ob quas causas communi iure in interdictum incidant, &*
3 *Religiosi, &*
4 *Laici, &*
5 *Collegium, seu vniuersitas, &*
6 *Loca.*



1 ALTERA † verò efficiens causa interdicti, lex, seu cõstitutio ecclesiastica est, id est ecclesiastica lex, seu constitutio interdictum ferre quoq; potest, ea scilicet, quæ & excommunicationem, & suspensionem, vt probauimus cap.9.Tab.1. vbi etiã, quæ ad ipsum ferendum inesse ei deberent, abundè tradidimus, atque ob eam rem illa in præsenti omittimus. Verùm, quòd interdicta, quæ communi iure lata sunt, hic breuiter recensere volumus, quod & in alijs censuris obseruauimus; & interdicta hęc partim in clericos, partim in religiosos, partim in laicos, partim in collegia, seu vniuersitates, partim in loca promulgata sunt; ideo, quæ in clericos primò, quæ in reliquos deinceps, ponamus. Quò ad clericos igitur primò.

2 EPiscopus, ipsovè maior, qui diœcesim, ecclesiasq; visens plus eo, quod ipsi debetur, recipit, intra duos menses id non restituens in ecclesiam aditum interclusum interdicto habet ob extrauag.vn.de cens.§.alioquin.

Episcopus, Abbasvè, qui bona ecclesiæ non legitimè alienat, in eandem pœnam incidit ob extrauag. vn.de reb. eccl. non alien.

Clerici seculares, qui scientes in locis interdicto subiectis in casibus à iure non permissis celebrant, celebrare vè faciunt, eadem pœna constricti tenentur, quousque satisfecerint ei, cuius sententiam violarunt ob c.episcoporum de priuileg. lib.6.

Clerici seculares, qui excommunicatos publicè, interdictosvè aut ad diuina officia, aut ad ecclesiastica sacramenta, aut ad sepulturam admiserunt, in eandem pœnam incidunt, sicut etiam religiosi ob cit.c.episcoporum.

Qui conferunt, recipiuntq; ipsorum beneficia, qui ad curiam pro suis negotijs profecti sunt, ibivè iudices sunt, in interdictum statim incidunt ob extrauag.3.de priuileg. sed iam ad religiosos veniamus.

3 REligiosi † aditum in ecclesiam non habent, si venerint contra cit.c.episcoporum, vt diximus proximè.

4 LAici † ex familia visitatoris, qui per se, aliosvè ab ijs, quos suus dominus visit, præter id, quod iure ipsis permissum est, aliquid accipiunt, aditum in ecclesiã interdictum habẽt, ob extrauag. vn.§.Alioqui ex tunc vers.Si verò laicus de cens. sed iã ad vniuersitates veniamus.

5 COllegium, † seu vniuersitas ciuitatis, castri, locivè alterius, quæ ecclesias, ecclesiasticasq; personas pro se, rebusvè suis importandis, exportandisq; (non tamen negotiandi causa) ad soluendum quidpiam compellit, interdicto subiecta est, donec acceptum totum restituerit, ac pro delicto huiusmodi satisfecerit ob c.quamquam de cens.lib.6.

Manifestis vsurarijs alienigenis si ad fenus exercendum permiserit, vt in terris suis habitationem habeat ob c.1.de vsur.lib.6.
Vniuersitas,quæ contra clericos, ipsorumvè bona represalias concedit, ab alijsvè concessas ad clericos,eorumvè bona ipsas trahit,nisi intra mensem à concessionis,extensionisvè tempore ipsas reuocauerit,ipso iure in interdictum incidit ob c.vn.de iniur.lib.6.
Vniuersitas,quæ in magistratum deliquit contra formam extrauag.Saluator,& seq.de præben. eadem pœna obligatur.
Capitulum non obseruans extrauag. Suscepti regiminis, eadem pœna constrictum tenetur, quousque satisfecerit.
Capitulum, quod quidpiam abstulit contra extrauag.vn.ne sed.vac.donec restituerit, eadem pœna obligatum est; sed iam ad locorum interdicta veniamus.

6 CIuitas,quæ in Cardinalem admisit quidpiam eorum,quæ prohibentur in c.felicis de pœn. lib.6.vel intra mensem iniuriam ei illatam ulta non est, interdicto statim est obligata ob cit.c.felicis.
Ciuitas itidem interdicto subiecta est,quæ in suum Pontificem quidpiam eorum commisit, quæ habentur in Clem.1.§.ciuitas de pœn.donec satisfecerit.
Ciuitas, in qua Romanus Pont.mortuus est, non seruans ea, quæ habentur in c. vbi periculum de elect. lib.6.
Terra eius, qui censura irretitus propterea est, quòd alienigenis, qui vsuras publicè exercent, de habitatione accommodauit, indeq; non expulit, ac per mensem in ea censura permansit ob c.1. de vsur. lib.6.
Loca omnia ijs subiecta,qui impediunt,quò minùs legati Sedis Apostolicæ recipiantur,quamdiu in ea contumacia perseuerauerint, ob extrauag.vn.de consuet.
Terra eius,qui Pontificem quempiam ratione quapiam offendit ob Clem.1.de pœn.
Ecclesiæ,cœmiteriaq; eorum, quorum impulsu aliqui in ipsorum ecclesijs sepeliendum se curarunt,nisi restitutio facta sit secundum formam c.1.de sepult.lib.6.hæc sunt interdicta, quæ à communi iure lata circumferuntur; iam ad eos,qui tollere interdicta iuris possint,transeamus.

De efficiente causa absolutionis interdicti à iure lati; & de ijs, quæ ad absolutionem tribuendam necessariò inesse ipsi debent. Cap. IV.

SVMMA.

1 *Absoluere ab interdicto à iure quouis lato potest, qui & ab excommunicatione,atque à suspensione absoluit.*
2 *Reseruatâ absolutione sibi alicuius excommunicati,cuius culpa locum interdicto subiecit,interdicti absolutio reseruata non est.*
3 *Absolutio interdicti ipso iure aliquando conceditur.*



NARRATIS interdictis, quæ in pontificij iuris volumina redacta sunt; iam quis absoluere,cùm ab ipsis,tum ab illis, quæ per statuta episcoporum, huiusmodiq; ecclesiæ antistitũ lata sunt,explicemus. † Absoluere igitur ab interdictis per legem, statutumvè latis potest, qui & ab excommunicatione, & à suspensione absoluit;exempli gratia episcopus ordinarius ipsius interdicti, ut dixit Archid.quem refert, ac sequitur Phil.Franc.in c.si ciuitas vers.In Gloss. ibi quis autem absoluat,& Gemin.nu.11.vers. Quæro, an interdictum iuris de sent.excom.lib. 6.& Anchar.in Clem.vn.nu.12.vbi & alios quamplures idem sentire ait,de reb.eccl.non alien. & Syl.in verb. Interdictum.3.nu.16.vers.Decimò,& Tab.eod.3.nu.9.vers. Octauò,& Armill. eod.num.36.& Sot.dist. 22.q.3.art.4.concl.3.vers. Atqui illud lib.4. † Quare,si quispiam ex-
2 communicatus sit, & ob ipsum locus interdicto subiectus; si Rom. Pont. excommunicationis absolutione sibi reseruata,interdicti mentionem non fecerit, episcopus interdictum tollere poterit,vt sensit Gloss.in Clem.1.§.verùm in verb. Excommunicationis de hæret. & vt dixit Phil. Franc.in eod.c.si ciuitas,& Gemin.nu.13.qui & Io.And.idem sentientem referunt. Idq; meritò,tum quòd,ex quo interdicti absolutionem sibi non reseruauit, eam alteri concessisse videtur

arg.c.nuper de sent. excom. tum quod excommunicationis absolutionem sibi tantùm reseruauit, ergo non interdicti absolutionem; inclusio enim vnius alterius exclusio est argum.c.non ne de præsumpt.& l.cùm prætor ff.de iud.episcopus igitur proprius eius,qui interdicto subiectus est, interdictum tollere potest. Excipitur tamen,vbi ad tempus certum, & sic vbi pro pœna latum est;in hoc enim casu ab eo non tolletur, nisi vbi & suspensio ab eo tolli potest: de qua re quòd egimus cap.4.§.1.Tab.4.ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc sumemus,sicut reliqua ad hæc
3 pertinentia ex Tab.1.cap.10.† Item interdictum ipso iure tollitur,vbi ad certum tempus,certamvè causam latum est; nam eo tempore elapso, causaq; cessante, & interdictum cessabit, ac tolletur sine alterius absolutione, vt probatur in c.dilecti filij,& ibi not. Abb.nu.10.de appell. & vt sensit Gloss.in c. non est vobis in verb.Donec,& ibi quoq;not.Abb.nu.7.de spons.& Add. ad Capell. Tholos.decis.297.& Burgas.de sent.interdict. num.57.de irregul.& dispens.part.6. vers. In secundo casu,& Crot.cons.59.lib.1. vbi interdictum huiusmodi causa cessante ipso iure tolli ait,& Syl.in verb.Interdictum.3.nu.13.vers. Secundum,& Tab.eod.3.nu.3.vers. Vel si est ad tempus,& Angel.eod.8.& vt de suspensione probauimus cap.4.§.3. vbi &, quamobrem id fiat,declarauimus.Postremò interdictum ipso iure tollitur, vbi cum vniuersitate quis interdictus est; nam,si ex ea interdicta vniuersitate esse desierit, interdicto statim liberabitur,vt infrà suo loco probabimus: sed de efficiente causa interdicti hactenus;ad effectus eiusdem,ac primò ad communes transeamus.

De effectibus communibus interdicti. Cap. V.

SVMMA.

1 *Species interdicti duæ sunt; quarum altera in personas, altera in loca fertur.*



QVONIAM de effectibus interdicti acturi sumus,ac primò de communibus;ideo, vt dilucidior rei huius cognitio habeatur,hæc contemplabimur. Primùm,quot interdicti species sint. Deinde, qui communes effectus ipsi cum alijs censuris. Tertiò,qui communes ei cum suspensione,atq; minori excommunicatione. Po-
1 stremò,qui communes singulis speciebus interdicti.† Quò ad primam quæstionem igitur,vt nos breuiter expediamus,duæ interdicti species sunt, quarum altera in personã,altera in locũ fertur;id qđ hinc probat.Primò, qđa,vel ab homine,vel à iure interdictum feratur, in locum, personamq; tantùm ipsum fertur, vt probatur in c.si sententia,& in c.si ciuitas,& in c.præsenti de sent.excom.lib.6.& in iuribus citatis cap.3.in hac Tab.vbi iuris interdicta recensuimus; ergò,ex quo in duo tantùm interdictum ferri contigit, duas quoq; tantùm species ponere debemus. Postremò,per hanc pœnam diuina solùm prohibentur,vt panlò post videbimus; atque aut ne alicubi fiant,administrenturvè, quod ad locum pertinent; aut ne à quopiam suscipiantur, administrenturvè, quod ad homines spectat, vt per se patet, ergò hac quoque ratione duæ interdicti species ponendæ sunt. Ab hac igitur sententia non discedemus; ac de quæstione hac satis,ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Effectus communis interdicto cum suspensione, ac minori excommunicatione delictorum punitio est.*

I.

§. Altera quæstio est, quinam effectus communes interdicto cum reliquis censuris sint; sed quoniam ipsos posuimus in Tab.1.cap.11. cum duobus seq.& ibi eos declarauimus, ob
1 eam rem hìc effectum communem interdicto cum suspensione ponamus.† Effectus igitur communis interdicto cum suspensione, ac minori excommunicatione delictorum punitio est, vbi scilicet pro pœna fertur: de quo effectu, quoniam satis egimus cap.5.§.2.Tab.4.ob eam rem ad postremam quæstionem propositam veniamus.

S V M M A.

1 *Effectus proprius interdicti generatim sumpti diuinorum ecclesiæ prohibitio est.*

2 *Diuinorum nomine, quatenus ad rem hæc pertinet, hæc significantur sacramenta, Diuina officia, quæ de more à ministris ecclesiæ fiunt, Ecclesiastica sepultura, In ecclesiam aditus.*

3 *Interdictus reliqua omnia agere potest, quæ diuinorum nomine non comprehenduntur.*

II.

1 §. ¶ Postrema quæstio est, quisnam effectus communis vtriq; speciei interdicti sit, id est quisnam effectus interdicti generis sit: qui planè prohibitio diuinorum ecclesiæ est; nullum enim interdictum fertur, quin per ipsum hæc non prohibeantur, vt de interdicto personæ probatur in c. si sententia, & de interdicto loci in c. si ciuitas, & in c. fin. de sent excom. lib. 6. & in c. episcoporum de priuil. eod. lib. & in Clem. pen. ibi ad diuina, & in priu. de sent. excom. & vt sensit Capell. Tholos. q. 133. cum simil. †
2 Diuinorum autem nomine hic accipimus primò sacramenta, deinde diuina officia, quæ à ministris ecclesiæ beneficio ordinis fiunt, tertiò ecclesiasticā sepulturā, quartò in ecclesiam aditū; hæc. n. solùm interdicto prohibita leguntur. Vt habetur de sacramētis in c. non est vobis de spon. ibi. n. Rom. Pont. prohibet, ne in loco interdicto ulla diuina officia, præter baptismum paruulorum, & pœnitentias morientium, celebrentur; ergo diuini officij nomine & sacramenta comprehenduntur, atq; sic not. ibi Abb. nu. 5. idem significatur in c. quod in te de penit. & in c. responso de sent. excom. De diuinis autem officijs, preterquam quod id habetur in citatis iuribus, idē probatur in c. ex rescripto, ibi Inhibeantur de iur. & in c. 3. §. quòd si, & in c. vt priuilegia de priuil. in antiq. & in c. episcoporum, & in c. licet eod. lib. 6. & in c. si sententia, & in c. fin. de sent. excom. lib. 6. De ecclesiastica sepultura probatur in cit. c. 3. §. quod, si, & in c. vt priuilegia de priuileg. in antiq. & in eod. c. episcoporum, & in c. quod in te de penit. in antiq. & in cit. c. si ciuitas de sent. excom. lib. 6. & de prędictis sic concludit Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. nu. 10. de sent. excom. lib. 6. De ingressu demum in ecclesiam in c. is, cui eod. & in cit. c. ex rescripto; hæc igitur diuinorum nomine comprehenduntur, quatenus ad rem nostram pertinet; hæc, quæ per interdictum prohibentur. †
3 Quare interdictus ea, quæ iurisdictionis fori exterioris sunt tam ecclesiastici, quàm non ecclesiastici liberè exercebit; non enim iurisdictio per interdictum suspenditur, vt probatur in c. tanta, & ibi not. Abb. nu. 1. vers. Nota quartò de excess. prælat. & vt sensit Tab. in verb. Interdictum. 6. nu. 1. vers. Idem, si exerceat, & Syl. eod. 5. nu. 9. vers. De absolutione tamen ab excommunicatione, & Couar. in c. alma, pars. 1. §. 1. num. 3. vers. Sub hac verò definitione, vbi hoc de eo ait, cui in eccl. aditus est interdictus de sent. excom. lib. 6. qui & com. opin. hanc sensit, & in §. 2. nu. 2. vers. Ad cuius. eod. atq; idcirco & censuræ ab interdicto latæ valebunt de eorundem autorū sententia; quippe quia hæc in diuinorum eorum numero non habentur, quæ proximè diximus; atque idcirco in hoc non rectè dixit Maiol. de irregul. cap. 20. num. 5. prope finem lib. 3. qui contrarium sensit; nam locum habere eius sententia solùm potest in ferenda excommunicatione solemniter, vel in absoluendo ab ea solemniter; quandoquidem tunc & ordo exercetur. Item in iudicio, vt actor esse poterit, vt dixit Inn. in c. venerabili in verb. Ad cautelam de sent. excom. & Felin. in c. intelleximus. nu. 21. vers. Nona declaratio de iud. & ibi quoq; Abb. nu. 14. vers. Sed quia hic dicitur, quòd excommunicatus, qui & de communi sententia testatur; idem asseruit Capell. Tholos. decis. 133. & sequitur Nicol. de Milis in repert. in verb. Excommunicatus licet repellatur: idq; iure merito; etenim, exceptis diuinis iam dictis, interdicto subiectus hominum communione legitimè vtitur, atque idcirco & contractus inire, testamentum facere, & ex testamento capere poterit. Postremò hæc omnia & in loco interdicto fieri possunt, vt etiam ea, quæ iurisdictionis sunt, vt dixit Maiol. de irreg. cap. 20. nu. 5. vers. In hac tamen re lib. 3. Sed de his hactenus; iam ad effectus proprios interdicti singularum specierum, ac primò ad interdictum loci, transeamus.

De effectu proprio, per se, ac proximò interdicti in locum generalem lati. Cap. VI.

S V M M A.

1 *Interdictum loci duplex est, generale, ac singulare; & quid vnumquodque.*

2 *Ecclesijs omnibus alicuius loci, prouinciæ, regni, & totius mundi interdictis, singulare interdictum est.*



E effectibus ſingularum ſpecierum interdicti, ac primò de his, qui eius ſpeciei
ſunt, quæ ad locum, vniuerſalem tamen priùs, pertinent, acturi in hoc cap. tria
hæc contemplabimur. Primùm, interdictum loci quoruplex, & quid vnũquodq;
ſit. Deinde, quiſnam effectus proprius interdicti in vniuerſalem locum lati. Po-
2 ſtremò, quatenus, & quouſque effectus hic pertineat. † Quò ad primum igitur,
Interdictum loci duplex eſt, generale. ſ. ac ſingulare, vt probatur in c. cùm in
partibus de verb. ſign. & in c. præſenti de ſent. excom. lib. 6. & ibi communiter notatur. Inter-
dictum generale loci verò eſt interdictum, quo locus vniuerſalis obligatur, vt regnum, prouin-
cia, ciuitas, terra, caſtrum, villa, parochia, & ad ſummam is locus, qui ſub collectiuo vniuerſita-
tis nomine plura in ſe loca complectitur, tot. ſ. quot in ea vniuerſitate ſunt, eſſevè poſſunt; vbi
ergo in huiuſmodi locum interdictum latum eſt, generale interdictum loci DD. nominarunt
(quamuis rectiùs vniuerſale nominaſſent,) atq; ſic declarauit Roni. Pont. in cit. c. cùm in parti-
bus, & ibi not. Gloſſ. & Abb. & Phil. Franc. in cit. c. pręſenti verſ. In Gloſſ. in verb. Generaliter,
ibi ſed quæritur, & Anchar. nu. 2. verſ. Secundò quæro, & Gemin. nu. 2. de ſent. excom. lib. 6. &
Zab. in c. fin. nu. 7. verſ. Quæro tunc de exceſſ. prælat. & vt not. Mandoſ. in prax. cõmiſſ. in 33. in
verſ. Speciali, & Archiep. Flor. de interdict. eccl. cap. ſciendum ergo primò. Et ex hoc malè ſen-
ſiſſe videntur ij, quos refert, ac ſequitur Felin. in c. ſanè. 2. nu. 3. verſ. Secundò not. de off. deleg.
qui exiſtimarunt pro pecuniario debito parochiam interdicto ſubijci poſſe, quaſi interdictum
hoc ſingulare ſit: quod à veritate omnino alienum eſt; parochia enim vniuerſalis locus eſt, vt ex
dictis patet, & vt ſenſit Nauar. in Man. cap. 27. n. 166. Quippe quæ vniuerſitatem locorum com
plectatur, atq; idcirco ſine expreſſa Romani Pont. licentia pro pecuniario commodo interdi-
cto ſubijci non poteſt ſecundum formam extrauag. prouidè de ſenten. excom. quicquid dixerit
Couar. in c. alma, pars 2. §. 1. nu. 9. de ſent. excom. lib. 6. verſ. Interdictum, qui ſpeciale interdi-
ctum dixit, vbi parochia interdicto ſubiecta eſt. Singulare verò interdictum loci eſt interdictũ,
quo ſingularis locus vnus, vel plures ſpeciatim, & non collectiuo, vniuerſitatisvè nomine obli-
3 gantur, vt colligitur ex eod. c. cùm in partibus, & ibi not. Abb. nu. 1. † Imò, vel omnes eccleſiæ
alicuius loci interdicto ſubijciantur, vt potè vnius parochiæ, caſtri, ciuitatis, regni, & etiam to-
tius mundi, interdictum tamen hoc ſingulare, non vniuerſale erit: nam perinde eſt, atque ſi hæc,
illavè eccleſia interdicto ſubijciatur; quippe quòd verbum illud Omnes collectiuum nomen
non eſt arg. l. rerum mixtura. §. tertium. ff. de vſucap. atque ſic dixit Ioan. Cald. de interdicto in
ſecundo membro verſ. Sed quæro, ſi interdicuntur omnes eccleſiæ, quem ſequuntur communi-
ter DD. vt Phil. Franc. in eod. c. præſenti verſ. In Gloſſ. in verb. Generaliter, ibi quia licet interdi
ctum, & Anchar. eod. nu. 2. verſ. Secundò quæro, & Gemin. nu. 2. verſ. Sed interdicta eccleſiarũ,
& Archiep. Flor. in ſuo tract. cap. incip. Speciale interdictum, & Zab. eod. c. fin. nu. 7. de exceſſ.
prælat. & Couar. in eod. §. 1. nu. 2. verſ. Interdictum eccleſiaſticum, vbi ait ſpeciale interdictum
eſſe, cùm omnes eccleſiæ ſunt interdictæ; ſatis enim eſſe ait extra eccleſias ibi diuina celebrari
poſſe, quò interdictum ſpeciale dicatur, & Nauar. eod. qui de communi ſententia teſtatur. Hoc
igitur ſingulare, illud generale interdictum, dicitur: ſed de quæſtione hac ſatis, ad alteram, ſci-
licet quiſnam effectus interdicti generalis loci ſit, veniamus.

SVMMA.

1 Effectus interdicti generalis loci proprius, per ſe, ac proximus eſt diuinorum eccleſiæ prohibitio in eo loco eſt, qui interdicto ſubiectus iacet.

I.

1 §. † Effectus autem proprius, per ſe, ac proximus interdicti vniuerſalis loci diuinorum ec-
cleſiæ prohibitio in eo loco eſt, qui interdicto ſubiectus iacet; nam, ſtatim atque interdi-
ctum huiuſmodi eſt promulgatum, diuina ibi fieri, adminiſtrari, ſuſcipique ipſo iure prohiben-
tur, vt probatur in c. ſi ciuitas, & in cap. fin. de ſent. excom. lib. 6. & in cap. epiſcoporum, & in
licet de priuileg. eod. lib. & in c. non eſt vobis de ſponſ. in antiq. Et hic effectus latiſsimè patet;
nam locum habet. Primùm, vel ab homine, vel à iure latum ſit arg. cit. c. epiſcoporum, & Clem.
1. de ſent. excom. Item nec exempti interdictum violare queunt arg. cit. c. epiſcoporum, & cit.
Clem. 1. Tertiò eo in loco nuſquam diuina fieri de more, adminiſtrarivè poſſunt; nam interdi-
ctum vniuerſum locum afficit. Quare non ſolùm in ſacris ędibus, verùm etiam & in profanis
locis diuina prohibita ſunt, atque idcirco nec extra eccleſiam diuina fient, vt dixit Anchar.

in c.præsenti de sent.excom.lib.6.num.1.vers. Item in generali interdicto loci non potest celebrari extra ecclesiam. Et probatur in c.fi.de priuil.lib.6.ibi enim Episcopis permittitur, vt extra ecclesias in altari viatico etiam in loco interdicto missæ sacrum faciant, ergo alijs denegatur; concessio enim vni facta de aliquo alteri denegatum id esse indicat arg. c.nou ne de præsumpt.& l.cùm prætor.ff.de iud.Idq; iure meritò; nam, si extra ecclesiam diuina fierent, interdictum ludibrio esset, & magna ex parte inutile redderetur contra c.si ciuitas de sent. excom. lib.6.& Clem.1.eod. Hine Cald.consuluit, ne clerici, vbi duo, pluresvè sunt, horarum canonicarum preces recitent; quoniam ab alijs audiri queunt, & Syl.in verb. Interdictum.5.nu.7.vers. Quintò, ibi secundum, interdictum à clericis violari asserit, qui in via officium dicunt, quod laici audiant; nusquam ergo interdicti huius generalis tempore de more diuina fient. Quartò interdictum hoc non solùm à laicis seruari debet argum.c.3.§.quòd si,& c.priuilegia de priuil.in antiq.& c.licet. §. cùm conceditur eod.lib.6. verùm etiam & à clericis tam secularibus, quàm regularibus, vt probatur in c.non est vobis de sponf.& in c.quòd in te de pœnit. & in c.responso de sent.excom.in antiq.& in c.si ciuitas,& in c.fi.eod.lib.6.cum simil. Quintò obseruari etiã ab eo debet, qui illud tulit; alioquin illud violando grauiter offendit, atque sic asserit Cald. eod.vers. Circa quintum membrum. Postremò obseruabitur non solùm ab ijs, qui in loco interdicto domicilium habent; verùm etiã & ab exteris, qui eò conueniunt, vt habetur in c. licet vers. Ad ea tamen, & ibi Gloss.ac DD.not.de priuil. lib.6. & Pelicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.7.paulò post principium de interdicto; etenim interdictum qualitas quædam est ipsi loco inhærens, atque ideirco, vndecunq; quis veniat, à diuinis inde arcetur, vt asseruit Syl.in verb.Interdictum.2.nu.20.vers. Decimo nono, & Tab.eod.5.nu.16.vers.Decimo quinto. Hinc &, qui quopiam proficiscitur, si ibi festum dies agitur, operari non poterit, quamuis in sua patria festus dies non fit arg.c.illa iunct.Gloss.dist.12.& vt dixit Nauar.in Man. cap.13.nu.5.vers. Infertur tertiò. Huensq; igitur effectus hic pertinet; iam exceptiones quasdam explicemus, id quod præstabimus in seq. §.

SVMMA.

1 *Interdictum vniuersale loci obseruare non cogitur licentiã habens ad hoc à Rom. Pont.*
2 *Vbi interdictum denuntiatum non est.*
3 *Vbi est suspensum.*
4 *Quando ab eo non seruatur, cuius gratia latum est.*
5 *Vbi à cathedrali, matriceve ecclesia loci non seruatur.*
6 *Homines loci interdicti extra eum locum interdictum seruare non coguntur.*

II.

1 § Effectus interdicti vniuersalis in locum lati quousque pertineret; generatim vidimus; iam, quibus quasi cancellis concludatur, consideremus. † In loco igitur sic interdicto is interdictum seruare non cogitur, qui à Rom.Pont. licentiam hanc habet arg.c.fin. de sent.excom. lib.6.& c.licet de priuil.eod.lib. solus enim Rom.Pont. facultatem hanc impartire potest, vt asseruit Gloss.in c.ad hæc.5.& sequitur ibi Abb. de appell. & Quintil. Mandos. in tract. signatur.
2 grat.de licent.vers.Licentia celebrandi, vbi & quosdam alios idem sentientes refert. † Item interdictum seruare nemo cogitur, vbi denunciatum illud non est, & hoc ob extrauag.ad euitanda, quam posuimus in cap.13.§.7. Tab.1.atq; sic dixit Tab.in verb.Interdictum.3.num. 10.
3 vers.Nonò,& Nauar.in Man.cap.27.nu.187.† Tertiò, vbi interdictum suspensum est arg.cit. c.fin.§.in festiuitatibus verò de sent.excom.lib.6. Quare, si simpliciter suspendatur, diuina omnia, vt priùs, ibi fieri poterunt; si ad quædam, ea tantùm fient arg.cit.§.in festiuitatibus; & si vsq; ad certum tempus, eousque, & non vlteriùs diuina officia obiri poterunt, ob illud cit.§.in festiuitatibus, & arg.c.non est de sponf.& vt dixit Nauar.in Man.cap.27.nu.183.quò ergo sciamus,
4 quousque suspensio pertineat, suspensionis literas accuratè intuebimur. † Quartò interdictum seruare nemo cogitur, vbi ab eo nõ seruatur, cuius gratia latum ipsum est, vt habetur in c.petiistis de priuil.atque sic DD.ibi communiter not.in quo casu, si plurium gratia interdictum promulgatum sit, requiritur, vt maior pars eorum interdictum violet, & animum perseuerandi ha-
5 beat, vt de communi sententia testatur ibi Abb.quo impunè interdictum alij violent. † Quintò, vbi à cathedrali, matriceve ecclesia loci interdicti non seruatur; tunc enim religiosi in pœnã non incidunt Clem.1.de sent.excom.argumento inde sumpto à contrario sensu. Exciperem tamen, vbi interdictum denunciatum esset ob cit.extrauag.ad euitãda; quamuis non afficientur

pœna

pœna cit. Clem. 1. arg. eorum, quæ tradidit Gloss. ibi in verb. Subiacere, hoc sensit etiam Couar.
6 in c. alma, pars. 2. §. 2. num. 3. vers. Hæc autem irregularitas de sent. excom. lib. 6. † Postremò, qui ex eo loco interdicto sunt, modò alias culpa vacent, extra interdictum locum, vel clerici, vel laici sint, diuinorum omnium quacunq; ratione participes esse possunt, vt probatur in c. si sententia in verb. Cæterùm, & ibi not. Gemin. num. 4. de sent. excom. lib. 6. & vt tradidit Abb. in c. non est vobis nu. 8. vers. Aduerte de spons. & Fed. de Sen. cons. 288. vbi quæstionem hanc disputauit, & quædam repugnantia dissoluit, & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 167. & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 7. de interdicto in principio, & Couar. in eadem par te 2. §. 1. nu. 6. vers. His deniq; elucidatis, & Burgas. De irreg. & disp. par. 6. de sententia interdicti, nu. 9. idq; merito; nam loco interdicto, interdicti homines non sunt, nec è contrario. Extra interdictum locū igitur clerici diuina facere, & laici sacramenta suscipere, diuinisq;, dum fiunt, interesse, sepeliriq; in ecclesia licitè poterunt; modò interdictum eorum culpa latum non sit: sed de effectu hoc generatim hactenus; iam speciatim eundem magis, magisq; declaremus.

De sacramentis prohibitis in loco vniuersali interdicto, declaratione prima effectus propositi. Cap. VII.

S V M M A.

1 *Sacramenta in loco generali interdicto subiecto prohibita sunt.*



ENARRATUM effectum interdicti generalis in locum lati exposuimus; iam, quo dilucidiorem, ac perfectiorem eius cognitionem habeamus, speciatim eundem explicemus. Et, quoniam per hoc interdictùm diuina prohiberi asseruimus; & diuina hæc esse diximus; sacramenta, diuina officia, ecclesiasticam sepulturam, & in ecclesiam aditum ideo sigillatim de vnoquoq; horum, ac primò de sacramentis agamus; & de ipsis generatim primo, ac speciatim deinceps
1 pertractemus. † Quò ad primum igitur pro regula habebimus in loco, qui interdicto generali subiectus est, sacramenta prohibita esse, atq; idcirco ea ibi nec confici, nec administrari posse; Sanè à nostris dudum fuit prædecessoribus constitutum, dicitur enim in c. fin. de sent. excom. lib. 6. vt in terris, seu locis ecclesiastico suppositis interdicto nulla, certis casibus, & sacramentis exceptis, diuina celebrentur officia, vel ministrentur ecclesiastica sacramenta. Hæc ibi Rom. Pont. si ergo constitutum est, ne in terris, seu locis ecclesiastico suppositis interdicto vlla sacramenta administrentur, certis exceptis; ergo pro regula habebimus in loco sic interdicto sacramenta administrari non posse, atq. sic not. ibi Gemin. num. 3. vers. Nota regulam negatiuam, & Phil. Franc. vers. Secundò, & Anchar. nu. 6. vers. Restat videre, & Zab. in c. non est vobis num. 2. de spons. Idem habetur in c. si sententia eod. tit. ac lib. & in c. responso eod. in antiq. atq; sic dixit Archiepisc. Flor. de ecclesiast. interdicto cap. incip. Item tempore interdicti, & Syl. in verb. Interdictum. 5. nu. 3. vers. Tertium, & num. 8. vers. Septimò: sed hæc generatim; iam speciatim, quæ sacramenta in loco huiusmodi prohibita sint; ac demum, quæ permissa, contemplemur, quæ præstabimus in seq.

S V M M A.

1 *Extrema vnctio in loco subiecto vniuersali interdicto administrari non debet.*
2 *Laicis.*
3 *Clericis secularibus.*
4 *Regularibus, ac religiosis.*

I.

§ Quæstio nobis proposita est explicanda, quænam sacramenta in loco subiecto generali interdicto prohibita sint. † Extrema vnctio igitur, vt rem ipsam aggrediamur, in loco sic
1 interdicto administrari non potest ob c. quòd in te vers. Licet autem de pœnit. Licet autem, dicitur enim ibi, per generale interdictum denegetur omnibus tam vnctio. s. extrema, etc. si ergo sacramentum hoc omnibus denegatur, ergo administrari non debet; atq; sic dixit Anchar. in c. fin. num. 12. vers. De extrema vnctione de sent. excom. lib. 6. & Couar. ibi in 2. part. §. 2. num. 7.
2 vers. Extremæ verò vnctionis sacramentum. † Non igitur laicis administrabitur. † Non etiam
3 clericis secularibus; nam in cit. c. quòd in te, ex duobus propositis, quæ hoc interdicto prohibi-

 ta sunt,

ta sunt, scilicet extrema vnctione, & ecclesiastica sepultura, ex gratia, vt clerici, qui interdictũ seruarunt, ecclesiastica sepultura donentur, Rom.Pont.tantùm permittit; ergo extremam vnctionem ipsis ab eo denegatam interpretabimur arg. c.non ne de præsumpt.& l.cùm prætor.ff. de iud.atq; sic dixit Abb.ibi.nu.9.vbi & communiter id receptum esse testatur,& Anchar.eod. vers.De extrema vnctione,& Syl.in verb.Interdictum.5.nu.8.vers. Septimò quæritur; & Ang. eod.6.nu.25.& Nauar.in Man.c.27.nu.179.& Couar.in eod. vers. vbi & de communi testatur;
4 non est igitur,quod hac de re dubitemus. † Verùm quid de religiosis, an ipsi hoc sacramento carebunt? Io.And.& Cald.quos refert,ac sequitur Syl.in verb.Interdictum.5.num.8.vers. Septimò,& Tab.eod.5.nu.11.vers. Decimò, nec religiosis sacramentum hoc tribuendum esse asseruerunt;quorum opinionem, vti verissimam,ego etiam amplector. Primò,quia per generale interdictum loci omnibus, qui eo in loco sunt, vnctio hæc denegatur, vt expressum id habetur in cit.c.quòd in te, ergo & religiosis; qui enim omne dicit, nihil excludit arg.c.si Romanorum dist.19.& l.Iulianus.ff. de leg.3. Præterea interdicti huius tempore extrema vnctio omnibus denegatur,vt proximè vidimus,nec religiosi excepti sunt, ergo & ipsis denegatam esse asseremus;vbi enim quidpiam generaliter prohibitum est, quod expresse in eo non conceditur, denegatum esse intelligitur, vt dixit Rom.Pont.in Clem.exiui.§.porrò vers. Nam,vbi aliquid,de verb.sign.& facit c.consuluisti,& ibi not.Gloss.2.q.5. Accedit postremò q;,vbi ecclesia quidpiã contra communes iuris regulas religiosis condonare voluit, id expressit arg.c.vt priuilegia de priuil.& cit.c.quòd in te;at in hoc nullum priuilegium ipsis condonatum legimus; ergò à proposita regula non discedemus.Etenim nec religiosi exempti quicquam contra interdictum agere possunt,nisi quatenus à iure ipsis concessum est,vt habetur in c.episcoporum de priuil.lib.6.ibi Nisi,quatenus eis à iure conceditur,& in Clem.1.vers. Cùm moderatione tamen de sent.excõ. Contrarium tamen etsi dubius sensit Petr.de Palud.quem refert Tab.eod.& hoc ob eam rationem,quoniam ecclesiastica sepultura ipsis conceditur per cit.c.quod in te;ergo & extrema vnctio: hæc ratio non modò eius sententiam non probat,sed contra potius ipsam oppugnat;nam, ex quo de duobus ibi propositis,ac prohibitis,alterum religiosis conceditur, ecclesiastica.s.sepultura,alterum denegatum creditur.s.extrema vnctio arg.cit.c.non ne de præsumpt.& l.cùm prætor.ff.de iud neq; enim extrema vnctio ecclesiasticam sepulturam necessariò antecedit. In loco igitur sic interdicto non modò laicis, ac secularibus clericis extrema vnctio non administrabitur,verùm etiam nec religiosis exemptis,atq; sic dixit etiam Nauar.in Man.cap.27.num. 179.sed de extrema vnctione satis,ad ordinem veniamus.

SVMMA.

1 *Ordo sacramentum in loco subiecto generali interdicto administrari non debet.*

2 *Ordines superiores clerici recipere nequeunt in loco interdicto.*

II.

1 § † Ordo sacramentum quoq; in loco subiecto interdicto generali administrari non debet, vt dixit Anchar.in c.fin.nu.12.de sent.excom.lib.6.& Archiep.Flor.in tract.suo de interdicto cap.incip De sacramento ordinis,& Syl.in verb.Interdictum.5.nu.9.vers.Sexta,& Tab. eod.5.nu.10.vers.Nonò,& Abb.in c.non est vobis de spons.& Couar.in c.alma,pars.2.§.3.nu. 4.vers.Secundò,de sent.excom.lib.6.qui & opinionem hanc cõmuniter receptam esse testatur. Idq;iure merito,nam pro regula positum vidimus in initio huius cap.in loco sic interdicto nulla ecclesiastica sacramenta administranda esse,certis expressis,in quorum numero ordo nõ est, ergò à regula non discedemus.Tũ q; ab ipsa discedendũ nõ esse,donec de exceptione quis edoceatur,dixit Alber.quem refert Ias.in l.ex quacunque.num.33.ff.si quis in ius voc. non ierit,& tenaciter iuris regulas seruandas esse,nisi contraria dispositio specialis appareat, tradidit Bald. in l.si tutor.in fin.C.de seru.pign.dat.manumiss.& in c.1.nu.2.de alien.iud.mut.caus.fact. Tum q;,vbi generaliter prohibetur quidpiam, quod expressè non conceditur,denegatum esse intel-
2 ligitur,vt dixit Rom.Pont.in Clem.1.§.porrò vers.Nam,vbi aliquid de verb.sign. † Inn.tamen in cit.c.non est vobis,in laicis opinionem hanc veram esse sentit,secus autem in clericis,qui ante interdictum in clericorum numerum adscripti sunt;nam his & reliquos ordines in huiusmodi loco conferri posse existimauit. Et hoc ob eam rationem,quoniam clerici interdicti nõ sunt: hanc opinionem improbauit Abb.ibi,ac rectè;nam loco interdicto,vel clerici, vel laici sint,qui ibi commorantur,interdicto subiecti non sunt, ac propterea extra eum locum diuinis interesse possunt,

possunt, vt dicitur in c. si sententia. §.cæterùm de sent. excom. lib.6. ac propterea & ordines; ergò, sicut ratio Inn. improbanda est, ita & eius conclusio. Excipit tamen Abb. vbi necessitas id postularet, quā necessitatē tēpestate nostra ob clericorū abundantia non video, nec sequor; à priori sententia igitur non discedemus, vt ordo non administretur in loco interdicto, secus autem extra, vel clerici, vel laici sint: & de ordine hactenus, ad matrimonium veniamus.

SVMMA.

1 *Matrimonium interdicti generalis in locum lati tempore contrahi an possit.*
2 *Sponsalia interdicti huius tempore contrahi possunt, & contracta valent.*
3 *Matrimonium contractum interdicti tempore valet.*
4 *Benedictio sponsi, ac sponsæ interdicti tempore fieri non potest.*

III.

§ † Verùm quid de matrimonio, an interdicti huius tempore contrahi potest? Gloss. in c. fin. in verb. Sacramentis de sent. excom. lib.6. matrimonium in hmôi loco contractū te-
1 nere ait; tū q ab excōicato cōtractū tenet; tū q per matrimoniū nō sic cōfert gra, sicut per alia scra: hæc sententia Gloss. etsi vera est, posterior tamen ratio mihi non probatur, & falsissima est; nam sicut per alia sacramenta, ita & per sacramentum matrimonij gratia confertur, vt asseruit, ac declarauit nouissimè Trid. Syn. sess.7. can.6. de sacramētis, & de sacramento matrimonij in initio, & can.1. sess.24. Anchar. autem in eod. c. fin. nu.10. vers. Sed nunquid interdicti gaudent, ibi Item dicto tempore, matrimonium permitti, & contrahi posse dixit; hāc opinionem sequūtur Phil. Franc. eod. vers. In ea Gloss. in fin. & Archiep. Flor. de eccl. interdicto cap. Item tempore interdicti etsi prohibita est ministratio in fin. & Syl. in verb. Interdictum.5. nu.9. vers. Quinta exceptio, & Tab. eod.5. num.14. vers. Decimo tertio, & Nauar. in Man. cap.27. num.179. & Couar. in c. alma, pars.2. §.2. nu.7. vers. Matrimonij autem sacramentum de sent. excom. lib.6. eandem opinionem communiter receptam testatur Abb. in c. non est vobis. num.8. vbi & Zab. eam sequitur de spons. Probatur autem communis hæc opinio, primùm hac ratione, quoniam matrimonium quocunq; tempore contrahi potest, vt dicitur in c. capellanus de fer. ergo huius etiam interdicti tempore contrahi poterit arg. c. si Romanorum dist.19. & l. Iulianus. ff. de leg. 3. ad hanc rationem responderi potest de consuetudine illud vetum esse, non autem de iure scripto. Præterea illud ius locum habuisse antiquitus, quo tempore clandestina matrimonia valebant, vt asseruit Trid. Syn. cap.1. de reform. matr. sess.24. at nunc secus, ex quo præsente parocho, & in facie ecclesiæ contrahi debet, vt eadem Syn. ibidem sanciuit; eo iure igitur sententia hæc non probatur. Secundo loco sic argumentantur, matrimonium ab excommunicatis contrahi potest, vt probatur in c. significasti de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult. ergo & interdicti tempore licitè contrahetur; hæc ratio etiam mihi non probatur; nam, etsi matrimonium ab excommunicato contractum valet, id quod etiam asseruimus cap.7. §.2. Tab.2. tamē peccatur, ex quo hominum communione excommunicatus contrahens vtitur; atque idcirco contrahere non posse dicitur, ex quo legitimè id non potest. Postremò dicunt citati autores, ab infidelibus matrimonium contrahitur, vt dicitur in c. fin. de presbyt. non baptiz. min. & in c. gaudemus de diuort. ergo & interdicti huius tempore à Christianis contrahi poterit: hæc ratio nec mihi etiam satisfacit; nam, etsi matrimonium ab infidelibus contrahitur, & verum matrimonium est, vt dicitur in c. de infidelibus de consang. & affin. & in c. quanto de diuort. & vt nos comprobauimus in Tab. de matr. cap.2. nu.2. tamen illorum matrimonium sacramentum non est. Id quod hinc probatur, quoniam, repudij libello dato, vinculum illud dissoluitur, quod à matrimonio sacramento alienū est arg. c. fin. de cond. appos. & vt nos tradidimus eod. cap.2. nu.3. Quid igitur concludendum? Ego tribus regulis materiam hanc concludendam censeo; quarum prima hæc erit. Matrimonium interdicti huius tempore contrahi legitimè non posse. Primò, quoniam, interdicto hoc extante, nulla sacramenta permissa sunt, nisi quæ sunt excepta, vt dicitur in cit. c. fin. vers. Nulla de sent. excom. lib.6. at matrimonium exceptum non est, ergo nec permissum esse dicemus; namq; vt dixit Rom. Pont. in Clem.1. §. porro vers. Nam, vbi de verb. sign. vbi aliquid generaliter prohibetur, quod expressum non conceditur, intelligitur denegatum: ac sanè, si permitteretur, vt hoc tempore matrimonium contrahi posset, non ne ecclesia id expressisset? sicut de baptismo, de confirmatione, de eucharistia, de pœnitentia expressit? Præterea rationes, quamobrem sacramenta quędam permittuntur, in matrimonio cessant; non.n.

hic periculùm graue pertimescendum; præsertim, cùm extra eum locum legitimè matrimonium contrahatur arg.c.si sententia.§.cæterùm de sent.excom. lib.6. non ecclesijs debitus honos subtrahitur; nō hæreses pullulant;iure igitur interdicti huius tempore matrimonium legitimè contrahi non potest. Postremò tempestate nostra parochi sacramentum hoc quodammodo administrare; nam, nisi sacerdos parochus, aliusvè ab eo mandatum habens,præsens adsit, matrimonium non valet,vt sanciuit Trid.Syn.cap.1.sess.24.de reform.matrim.at hoc tempore parochi sacramenta administrare non possunt,vt in initio probaui; mea igitur sententia (cui & in hoc, sicut in omnibus potiorem, & Ecclesiæ placentem semper præpono) interdicti huius
2 tempore matrimonium contrahi non posse concludo. † Excipio tamen ipsa sponsalia;quandoquidem non sacramentum ipsa sunt,sed simplex promissio futurarum nuptiarum; ac propterea non prohibita,atque idcirco contrahi possunt.Nec repugnat,si dicatur,vbi quidpiam prohibitum est,& illud prohibitum esse censeri,per quod ad illud peruenitur; & prohibito matrimonio sponsalia prohibita existimari, vt habetur in leg.oratio. ff.de sponſ. nam rationes hæ hic locum non habent; non prior, quoniam ratio, quæ prohibet matrimonium,sponsalia non prohibet,vt proximè vidimus;non cit.l.oratio,nam ppea illud ibi fit,quoniam matrimonium perpetuò impeditur,hic verò ad tempus interdicti.Hinc,etsi cum ijs,qui baptismum non susceperunt,Christiani matrimonio iungi prohibentur,sponsalia tamen hac adiecta conditione Si Christiani fieri velint,contrahere non vetantur, vt nos probauimus in Tab.de matr.cap.19.nu.2.vers. Sextò;
3 licitè igitur sponsalia fient;& de hac priori regula satis. † Altera regula hæc erit, Matrimonium interdicti huius tempore contractum valere, vt dixit Gloss.in cit.c.fin.in verb. Sacramentis de senten.excom.lib.6.& communiter DD. qui eam sequuntur. Et in hoc casu communis opinio proposita locum habere potest;nam & autores citati eam Gloss.sequuntur, ergò ad eius sententiam interpretari eorum opinionem debemus, vt dixit Bart.in l.non solùm.§.liberationis verba.ff.de lib.leg.at ea Gloss.non dicit matrimonium contrahi posse, sed matrimonium contractum tenere, sicut etiam contractum ab excommunicato; quem tamen excommunicatum non licitè contrahere notissimum est. Idq; iure merito,nam matrimonium contractus etiam rationem habet,vt dixit Zab.in eod.c.non est vobis.num.4.contractus verò interdicti huius tempore iniri possunt, vt asseruimus cap.5.§.2. valebit igitur matrimonium in loco huiusmodi con-
4 tractum, quamuis contrahi non debeat; & de regula hac itidem satis. † Postrema regula hæc erit, benedictionem sponsi, ac sponsæ, quæ habetur in libro catechumenorum,& in missali Romano,fieri non posse, vt dixit Host.quem refert,ac sequitur Anchar.in eod.c.fin. num.10.vers. Item dicto tempore interdicti,& Phil.Franc.in Gloss.in verb. Sacramētis. & communiter DD. ibi,& Syl.in verb.Interdictum.5.num.9.vers.Quinta,& Tab.eod.5.num.14.vers. Decimo tertio,& Archiep.Flor.in cit.c. & Nauar.in Man.cap.27.num.179. & communiter opinio hæc recepta est.Idq; iure merito,nam benedictio hæc à sacerdote precibus adhibitis, & missæ itidem sacro fit, præsentibus sponso, & sponsa arg.c.1.& c.3.de secund.nupt. at interdicti huius tempore præsentibus laicis nec diuinas preces ex officio fundere,nec missæ sacrum facere sacerdotes queunt,vt probatur in cit.c.fin.§.adijcimus,& in c.quòd in te de pœnit. ergo interdicti huius tempore benedictio hæc tribui non potest. Ex hinc conuincitur opinionem Couarr. falsam esse,qui existimauit solemnem nuptiarum benedictionem fieri posse ianuis clausis, interdictis, & excommunicatis exclusis, sine periculo irregularitatis in capit.alma, pars. 2.§.2.numer. 7. vers.Matrimonij autem sacramentum de sent. excom.lib.6.nam, ex quo præsentibus laicis dicta fieri nequeunt, nec benedictio tribui potest: à communi opinione igitur non discedemus; & in hac materia sic concludendū censeo:iam,quę sacramenta licitè recipiantur,cōtemplemur.

SVMMA.

1 *Baptismus tempore interdicti generalis loci administrari potest tam Paruulis, quàm Adultis.*

2 *Catechismus, & exorcismi interdicti tempore licitè fiunt.*

3 *Patrini suscipere eos,qui baptizantur, possunt interdicti generalis tempore.*

4 *Benedici potest etiam fons baptismi.*

IV.

§. Vidimus interdicto generali existente loci, quæ sacramenta prohibita sunt; iam, quæ sacramenta legitimè administrentur,contemplemur. † Interdicti huius tempore igitur ba-
1 ptismus paruulis eo in loco administrari potest, vt habetur in c.responso de sent. excom. & in

c.non

c. non est vobis, & ibi not. Gloss. & Abb. de sponf. & in c. quoniam eod. de sent. excom. lib. 6. & vt dixit Gloss. in c. quòd in te de pœnit. in verb. Concedimus in antiq. & Gloss. communiter recepta in c. fin. in verb. Sacramentis de senten. excom. lib. 6. & Archiep. Flor. de eccl. interd. cap. Item tempore interdicti, etsi prohibita sit ministratio, & Syl. in verb. Interdictum. 5. nu. 9. vers. Fallit tamen, & Tab. eod. 5. nu. 7. vers. Secundò, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 178. id quod ob mortis periculum, quod præsertim infantibus imminet, permissum est; nullum enim remedium aliud restat infantibus, quo salui fiant, nisi baptismus, vt id asseruit pluribus Couar. in c. alma, pars. 2. §. 2. num. 7. vers. Verùm, quo apertiùs de sent. excom. lib. 6. Adultis quoque ob maximam vtilitatem, quam consequuntur re ipsa baptismo sumpto, licitè administratur, vt habetur in cit. c. quoniam, & vt dixit Abb. in eod. c. non est vobis. nu. 8. de sponf. & vt proximè citati autores eisdem in locis concludunt, & Burg. de sententia interdicti. num. 49. part. 6. de irreg. & disp. Nam, etsi, vbi ministri facultas non datur, qui rationis vsum habet, & baptizari desiderat, moriens saluus fit arg. c. debitum de bapt. ob gratiam tamen vberiorem, quæ per sacramentum tribuitur, & adultis baptismus administratur. Omnibus ergo interdicti huius tempore baptismus legitimè administratur. Imò & in ecclesia speciatim interdicta legitimè sacramentum hoc administrabitur, vt dixit Ioan. Cald. in secundo membro vers. Sed nunquid, in tract. de ecclesiast. interdicto, & sequitur eum Anchar. in eod. c. fin. num. 6. vers. Restat, ibi An autem, & Phil. Fran. in Gloss. in verb. Sacramentis, & Syl. ac Tab. in eisdem locis; etenim baptismus in quouis interdicto loci permittitur, vt probatur in cit. c. quoniam, & in c. non est de sponf. Postremò sacramentum admodum necessarium est, vt dicitur in c. ad hoc vers. Et merito. dist. 5. & vt asseruimus de sacr. Tab. 1. cap. 17. num. 4. & Tab. 2. capit. 29. iure igitur in quouis loco interdicto legitimè conferetur; quamuis contrarium senserit Ioan. Mon. cuius opinionem animarum saluti
2 minùs consulentem sequendam non censeo. † Atqui, quòd ad Baptismum conferendum catechismus, exorcismiq; adhibentur; item susceptores interueniunt; benedictio etiam fontis bis in annum fit, an hæc in loco sic interdicto adhibebuntur? Quæstionem hanc vt paucis absoluam; & hæc adhiberi posse, ac debere concludo. Nam de catechismo, atque exorcismis sic asserunt Anchar. in cit. vers. Restat videre aliqua, & Philip. Franc. in cit. Gloss. & Syl. in verb. Interdictum 5. num. 9. vers. Fallit tamen, quod dictum est. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 178. & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 2. nu. 7. vers. Tametsi eucharistia de sent. excom. lib. 6. vbi ait baptismum administrari posse etiam solemnitatibus adhibitis; imò & publicè. Quod verissimum censeo, ac sequor; nam & alios idem sentientes ibi refert. Idq; iure merito, concesso enim aliquo, & omnia, quibus ad illud peruenitur, esse concessa existimantur arg. l. ad rem nobilem, & l. ad legatum. ff. de procur. at, antequam baptismus administretur, cæremoniæ illæ adhibentur, vt dicitur in c. ante baptismum de consecr. dist. 4. & vt nos explicauimus in comment. nostr. cap. 28. Tab. 2. ergo & ea permissa esse dicendum est. Præsertim quòd, vbi quidpiam conceditur, secundum communem iuris formam concessum esse censetur arg. §. illis autem vers. Sed testari in Instit. de milit. test. & l. si quando. C. de inoffic. testamen. Accedit postremò, quòd, vbi canon tempore interdicti huius quidpiam fieri permittit, & vsitatum ordinem seruari non vult, id exprimit, vt de missæ sacro, diuinisq; alijs officijs habetur in c. quod in te de pœnit. & in cit. c. fin. de sent. excom. lib. 6. at de baptismo nihil huiusmodi esse dictum legimus; ergo à communi norma baptismi administrandi non discedemus arg. l. præcipimus. C. de appell. & l. iubemus. C. de testament. &
3 l. de precio. ff. de publ. in rem act. & exorcismi ergo, & catechismus iure adhibebuntur. † Item ob easdem rationes & susceptores interesse poterunt; nam & hi ad baptismum requiruntur, vt dixit Trid. Syn. sess. 24. cap. 2. de reform. matr. & nos in Tab. de confirmatione cap. 23. & ianuis
4 eccl. apertis. † Postremò & fontis benedictio fieri poterit, quod tertium explicandum nobis proposueramus; nam & sic dixit Anchar. in eod. c. fin. nu. 7. vers. Sed quid dices de facientibus officium de sent. excom. lib. 6. Hæc tamen benedictio ianuis clausis, ac submissa voce, vt reliqua diuina officia, fiet ob cit. c. fi. & vt de confectione chrismatis in sequenti probabimus; ac de baptismo hactenus, ad confirmationem veniamus.

S V M M A.

1 *Confirmatio interdicti huius tempore conferri potest, tam paruulis, quàm adultis.*

2 *Chrisma interdicti huius tempore confici potest, seruata tamen forma c. fin. de senten. excom. lib. 6.*

V.

1 § † Confirmatio itidem tam pueris, quàm adultis in loco subiecto interdicto generali tribui potest, vt habetur in c. quoniam de sent. excom. lib. 6. & in c. responso. §. preterea eod. in antiq. & vt not. Abb. ibi. nu. 5. & in c. quòd in te. nu. 6. de pęnit. & Syl. in verb. Interdictum. 5. num. 9. vers. Secunda, & Tab. eod. num. 5. vers. Quartò, & Archiep. Flor. de ecclesiast. interdict. cap. Item tempore interdicti & si prohibita sit, & Couar. in c. alma pars. 2. §. 2. nu. 7. vers. Idem de confirmationis sacramento de sent. excom. lib. 6. vbi & publicè cum solemnitatibus consuetis administrari posse ait de quorundam sententia, quem sequor. Idq; iure merito; nam per Con
2 firmationem pleni Christiani efficimur, vt dixit Vrbanus Pont. de consecr. d. 5. in prin. † Quare, quòd ad sacramentum hoc, sicut etiam ad baptismum conferendum, chrisma postulatur, vt id asseruimus in Tab. de confirm. capit. 18. ob eam rem & chrisma die iouis sancto interdicti tempore confici poterit, vt declarauit Rom. Pont. in eod. c. quoniam; Quoniam in baptismo, & confirmatione, quæ nedum pueris, sed adultis propter mortis periculum exhiberi possunt, licitè tempore interdicti chrismatis vtitur vnctione, dicitur enim ibi; posse (licet terra interdicta existat) chrisma die Cęnæ Domini confici dubium non existit. Hæc ibi: non est igitur, quòd hac de re dubitemus; etenim, vbi quidpiam conceditur, & id esse concessum existimatur, sine quo haberi concessum non potest arg. l. 2. & ibi DD. ff. de iurisdict. omn. iud. & l. veteres, & ibi not. Gloss. & Bart. ff. de itinere, actuq; priuat. & l. 3. §. fin. in fin. de pęn. leg. & c. præterea, & ibi Abb. num. 5. de off. deleg. cum simil. & chrisma igitur confici potest, & susceptores licitè adhibentur, sicut de baptismo asseruimus. Atqui, quòd, etsi, chrisma tempore interdicti vt fiat, permissum est, non necessariò tamen postulatur, vt & ianuis ecclesiæ patefactis, & alta voce, & laicis præsentibus functio hæc exerceatur; ob eam rem clausis ianuis, submissa voce, exclusisq; laicis chrisma conficietur. Minùs enim, quàm fieri potest, interdictum lędi debet, ne censuræ ecclesiasticæ neruus dissoluatur arg. c. episcoporum de priuil. lib. 6. & Clem. 1. de sent. excom. Postremò functio hęc diuinum officium quoddam est; at diuina officia, vt proximè asseruimus, celebrari debent secundum formam cit. c. fin. §. adijcimus de sent. excom. atque sic asseruit Gemin. in eod. c. quoniam. nu. 2. vbi quoque Archid. & Anchar. in eod. c. fin. nu. 7. vers. Sed quid dices, & Syl. eod. & Tab. eod. nu. 4. vers. Tertiò, & Couar. cum citatis ab eo ibidem, vbi de communi sententia testatur: sed de confirmatione satis, ad eucharistiam veniamus.

S V M M A.

1 *Eucharistia interdicti huius tempore tribui potest morientibus.*
2 *Iis, de quorum salute corporis probabiliter dubitatur; etiam si ægroti non sint.*
3 *Damnatis ad mortem.*
4 *Clerici missæ sacrum facientes licitè eucharistiam sumunt interdicti huius tempore.*
5 *Clericis tam secularibus, quàm regularibus, vbi missæ sacrum non faciunt, an eucharistia legitimè administretur.*
6 *Campanulà pulsari potest interdicti tempore, dum eucharistia ægroto fertur.*

VI.

1 § † Eucharistia quoque morituris interdicti huius tempore legitimè administratur. In illo verbo, dicitur enim in c. quòd in te de pęnit. per quod pœnitentiam morientibus non denegamus; viaticum etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, vt nec ipsum decedẽtibus deneget. Hęc ibi, ex quibus apparet è vita discessuris eucharistiã non negari interdicti huius tpe; per uiaticũ n. eucharistiã significat ibi, vt consequentia verba declarant, & DD. sentiunt. Idẽ probat in c. permittimus de sent. excom. atq; sic Gloss. & Abb in cit iuribus not. & idem Abb. in c. non est vobis nu. 8. de spons. & Gloss. in c responso, vbi quoq; Abb. num. 5. de sent. excom. & in c. fin. in verb. Sacramentis, & ibi quoq; Anchar. num. 7. vers. Viso de baptismo de sent. excom. lib. 6. idem Syl. in verb. Interdictum. 5. nu. 9. vers. Quarta, & Tab. eod. nu. 7. vers. Sextò, & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 2. nu7. vers. Item tempore interdicti de sent. excom. lib. 6; Etenim omnibus in morte positis verè pœnitentibus deneganda non est, vt dicitur in cap. pœ
2 nitentes. d. 50. † Quare nõ solùm ijs, qui morbo quopiã laborant, administrabitur, si morituros existimemus; verùm etiam & ijs, de quorum salute probabiliter dubitamus arg. cit. cap. quòd in te. Prægantibus ergò, quæ proximè partui sunt. Item, qui mare, prœliumve sunt ingressuri, obsessive tenentur; modo consecuta ra mors inde probabiliter dubitetur; sine offensa tribuetur; atq; sic sensit Io. Aud. quem refert, ac sequitur Anchar. in eod. c. fin. num. 9. vers. Sed quæro an mu-

an mulieribus, & Philip.Franc.vers.in Gloss.in verb. Admittuntur, & Archiep.Flor.eod.cap.
Item tempore interdicti, & si prohibita sit administratio, vers. De mulieribus, & Syl.in verb.
Interdictum.5.nu.9.vers.Quarta exceptio,ibi de prægnantibus,& Tab.eod.num.8.vers.Septi-
mò,& Couar.in c.alma,pars.2.§.3.nu.2.vers.Et præter de sent.excom.lib.6.Non igitur sat est,
vt mulieres proximę partui sint,& vt quis ingressurus sit mare, & obsessus teneatur, sed neces-
sariò requiritur, vt mortis periculum probabiliter etiam impendeat; quò ipsis eucharistia tri-
buatur de eorundem autorum sententia. Alioquin non præstatur: & in hoc casu locum habe-
bit quorundam opinio,qui contrarium sentiunt,vt refert Couar.ibidem, & facit Gloss. in c.pa-
3 storalis.§.præterea in verb. Præterquam de off. ord. † Damnatis etiam ad mortem sacramen-
tum hoc interdicti huius tempore administrari potest; nam & hoc dixit Anch.in eod.c.fin.nu.
7.vers.Viso de baptismo,& Phil.Franc.eod,& citati autores proximè, & Couar. ibidem nu.3.
vers.Sic & damnatis,vbi & quosdam alios idem sentientes refert;idem Couar.in c.3.num.11.
lib.2.var.resol.itē pro certo hi morituri sunt,atq; idcirco canonis verba ei conueniunt, ergo &
dispositio conuenire debet arg.l.4.§.toties.ff.de damn.infect.à contrario sensu. Non enim ob
4 id,ꝙ damnati sunt,hoc sacramento priuari debent, vt habetur in c.quæsitum. 3.q.2.& vt dixit
Gloss. in Clement. 1. & ibi Card. de pœnit. † Postremò sacerdotes, qui missæ sacrum faciunt,
non modò eucharistiam suscipere possunt, verùm etiam & debent; nam, cùm ipsis permissum
sit,vt illud sacrū faciant in eod.c.fin.de sent.excom.lib.6.ad præscriptam ab ecclesia formā hoc
eis permissum asserendum est arg.l.si aliquando.C.de inoffic. testam. at forma hęc ab ecclesia
præscripta est,vt sacerdos missæ sacrum faciens eucharistiam sumat,alioquin graue scelus in se
suscipit,vt dicitur in c.relatum de consecr.dist.2.& vt probauimus in Tab.de Eucharist.cap.6.
ergo sacerdos hoc tempore interdicti missæ sacrum faciens eucharistiam omnino sumet,atque
sic citati autores eisdem in locis concludunt,& Couar.in c.alma,pars.2.§.5.nu.6.vers.Duode-
5 cimò de sent.excom.lib.6. † Verùm quid,si sacerdos (secularis,regularisvè sit) missæ sacrum
non faciat,an interdicti huius tempore sacramentum hoc legitimè suscipiet? In hac quæstione
variæ DD.sententiæ sunt.Ioan.Cald.dicit se dubitare de hoc sententiam ferre.Nam,vt clericis
non conficientibus eucharistia tunc detur, religiosorum consuetudo, vt ipse ait, id suadet, qui
suis fratribus,& sororibus sacramentum hoc tribuunt. Ne verò detur,commune ius admonet;
nam,cùm interdicti huius tempore prohibitum sit, ne sacramenta administrentur, & euchari-
stia morientibus,nec non missæ sacrum facientibus permittatur,vt proximè probauimus, alijs
denegata esse censeri debet; in prohibitis enim, quod expressè permissum non est,prohibenti
regulæ subiacet,vt habetur in Clem.1.§.porrò de verb.sign.Hæc Cald.quem quo ad postremā
opinionem sequitur,& comprobat Abb.in c.quòd in te.nu.2.de pœnit.Nam de viatico,vt ipse
ait,nihil mutatum est per cit.c.fin.de sentent.excom.sicut mutatum est de pœnitentia; at olim
viaticum his non tribuebatur, ergo nec hodie. Nec repugnat,si dicatur pœnitentiam omnibus
concedi per cit.c.fin.ac propterea & eucharistiam concessam intelligi;quoniam pœnitentiæ no
mine & eucharistia intelligitur,vt habetur in c.quod in te de pœnit. nā ad hoc respondet Abb.
ob eam rem id ibi fieri,quoniam sic Rom.Pont.voluit;non autem,quòd pœnitentiæ nomine eu
charistia ꝓpriè significetur. Quare,cùm in cit.c.fin.de sent.excō. pœnitentiæ nōe eucharistiam
cōprehensam esse velle se non declarauerit, à verbi proprietate non discedemus arg.l.non ali-
ter.ff.de leg.3.Gemin. autem contrariam sententiam amplexatus est, & clericis eucharistiam
tribui posse censuit, modò de illa ecclesia sint.Nam, vt ipse dicit, per cit.c.fin.nec sacramenta,
nec diuina officia eis prohibita sunt;id quod hinc patet, quòd secretò celebrare, & sic corpus
Christi sumere possunt: hæc opinio Gemin. mihi non probatur; tum ꝙ pro certo habet id, de
quo quæstio est;tum ꝙ eius ratio ad rem non facit:nam idcirco celebrare possunt,quoniam spe
ciatim id eis permissum est per cit.c.fin.&,si tunc corpus sumunt, illud idcirco fit, quoniam, vt
paulo ante dicebamus,sacerdos missæ sacrum faciens eucharistiam sumere debet; at de re hac
nos non dubitamus,sed quæstio nostra est,ac dubitatio, vbi missæ sacrum non faciunt, an ipsis
eucharistia legitimè tribuatur.Syl.tamen.in verb.Interdictum.5.nu.9.vers.Quarta,hoc verius
esse ait, & opinionem sequitur Gemin. Et hoc ob eam rationem, quòd, si contrarium dicere-
mus,absurdum sequeretur huiusmodi,vt,qui hodie diaconus est,eucharistiam sumere non pos-
sit;si verò cras sacerdos fiat, id possit, si celebret, eodem interdicto existente: hæc ratio nihil
etiam facit; nam, etsi interdictum idem est, non tamen personæ conditio eadem durat:idcirco
enim sacerdos factus tutò celebrans eucharistiam sumit,quoniam ei permissum est, vt celebret
in cit.c.fin.& missæ celebratio non fit sine eucharistiæ susceptione; at clericis, vt eucharistiam

ſumant, miſſæ ſacrũ non ſacientibus conceſſum eſſe non reperitur; hæc opinio igit Gem. ac Syl. mihi non quadrat. Tertia fuit opinio Petr. de Palud. qui Rom. Pont. de hoc conſulendum eſſe dixit. Quid ergo concludendum? Ego ſententiam priorem ſequor, quam & ſequuntur Abb. vt vidimus, & Anchar. in eod. c. fin. nu. 8. verſ. Quęrit vlteriùs, & Phil. Franc. eod. in fin. & Archiep. Flor. eod. cap. & Cald. quamuis dubius, & nouiſsimè Nauar, in Man. cap. 27. nu. 178. verſ. Et ſit non poteſt dari ſanis, & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 5. nu. 6. verſ. Duodecimò, vbi com. opi. hanc eſſe ſentit de ſent. excom. lib. 6. vt ſcilicet clericis, qui miſſæ ſacrum non faciunt, in loco ſic interdicto euchariſtia adminiſtranda non ſit; quam præter rationes pro hac ſententia proximè allatas ego his quoq; confirmo. Primò, quia in cit. c. fin. de ſent. excom. lib. 6. clericis, quatenus clerici, atq; miniſtri eccleſiæ ſunt, permittitur, vt diuina officia, & miſſas cebrent; Adijcimus præterea, dicitur enim ibi, quòd ſingulis diebus in eccleſijs, & monaſterijs miſſæ celebrentur, & alia dicantur diuina officia, ſicut prius. Hæc ibi; ſi ergò, ſicut priùs, munera hæc obire debent, ergo vt clerici, & vt eccleſiæ miniſtri ea obibunt, nam & priùs ſic obibant; at, ſi euchariſtiam ſumerent miſſæ ſacrum non facientes, non vt clerici id agerent, ſed vt quiuis alius laicus: id quod hinc probatur, quòd, vbi miſſæ ſacrum faciunt, euchariſtiam ſub vtraque ſpecie accipere debent; aliàs verò ſub ſpecie panis tantùm, ſicut laici, vt habetur in c. relatum de conſecr. d. 2. & vt docuit Trid. Syn. ſeſſ. 21. cap. 1. & nos declarauimus in Tab. de euchariſt. cap. 6. & cap. 16. num. 8. ergo, vbi miſſæ ſacrum faciunt, euchariſtiam ſumere tantùm queunt. Præterea in cit. §. adijcimus Rom. Pont. iubet, vt in eccleſijs miſſæ celebrentur, & alia dicantur diuina officia à clericis, ac religioſis, & ita vt agant; at ſuſcipere euchariſtiam per ſe tantùm miſſæ ſacrum non faciendo non eſt hoc agere, ſed quodammodo pati ob receptionem; cùm ergo diuerſa hæc ſint, & alterum tantùm conceſſerit, conceſsiſſe alterum dicendũ non eſt arg. c. non ne de præſumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. Tertiò, rationes, quibus ductus ſummus Pont. præcepit, vt diuina hęc fierent, locum non habent, ſi clerici euchariſtiam tunc non ſumant, vbi miſſæ ſacrum non faciunt; non enim excreſsit deuotio populi, non hæreſes pullulabunt, atq; eccleſijs ſine culpa earum debita obſequia ſubtrahentur: quæ ne contingerent, ea diuina vt fierent, permiſſum eſt per cit. c. fin. cùm igitur rationes canonis in caſu noſtro ceſſent; ergo & eius diſpoſitio ceſſare debet. Quare, cùm iſ, qui contrarium ſentiunt, hoc canone in primis nitantur, & contrarium, vt vidimus, ipſe probet, opinionem hanc ipſis contrariam ſequemur; quæ & communis etiam eſt. Nec clericis igitur, nec religioſis euchariſtia interdicti huius tempore adminiſtrabitur. Quæ concluſio locum habet etiam in feſtis illis diebus, quibus de more diuina fieri permittuntur, qui habẽtur infra in ſeq. c. §. 6. nã nec tunc ſacerdotibus licitè euchariſtia adminiſtrabitur; communi enim omnium iudicio definitum eſt, vt clericis tunc tantùm officia celebrare liceat, non autem ſacramenta ſuſcipere, vt dixit Couar. in eodem verſ. Duodecimo. Excipio tamen, vbi ex priuilegio id conceſſum eſſet, & in hoc caſu contraria opinio locum habebit; & hac ratione muniti religioſi ſuis euchariſtiam adminiſtrãt, vt dicebat Cald. in hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſerem.

6 † Atqui, quòd ægrotis, qui morituri exiſtimantur ſacramentum hoc tribui poteſt, & eccleſia, dum his ſacramentum defert, id campanula pulſata, accenſis facibus, & Chriſti fidelibus comitantibus facere ſolet, vt de facibus habetur in c. ſanè de celebr. miſſ. & de reliquis vſus declarat, an & hæc interdicti huius tempore adhibebuntur? Cald. & hæc adhiberi poſſe dixit, idem aſſerit Anchar. in eod. c. fin. num. 8. verſ. Dubitatur etiam circa hoc, & Philip. Franc. verſ. In Gloſſ. in verb. Admittuntur de ſent. excom. lib. 6. & Fed. de Sen. conſ. 70. num. 3. & Syl. in verb. Interdictum. 5. nu. 9. verſ. Quarta exceptio, & Tab. eod. 5. & Archiep. Flor. eod. cap. & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 179. & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 2. num. 7. verſ. Tametſi euchariſtia de ſent. excom. lib. vbi ait Euchariſtiam miniſtrari poſſe publice cum ſolemnitatibus conſuetis, ſicut & confirmationem, & baptiſmum. Hanc opinionem vti veriſsimam, ac pietatẽ erga Sanctiſsimum illud ſacramentum redolentem ego & ſequor. Tum quòd huiuſmodi ægrotis vt euchariſtia tribuatur, permittitur, ergo vt de more id fiat, permiſſum eſſe dicendum eſt; vbi enim quidpiam conceditur, ſecundum ordinariam formam illud conceſſum eſſe exiſtimatur arg. l. ſi quãdo. C. de inoff. teſtam. atq; ſic citati autores inquiunt. Tum quòd ſolùm prohibetur in cit. c. fin, ne campanæ ad miſſam, aliaq; diuina officia pulſentur, ergo ad reliqua pulſari campanæ poterunt, & ſic ad euchariſtiam ægroto deferendam; prohibitio enim vnius alterius permiſsio eſt arg. c. non ne de præſumpt. & l. cùm prętor. ff. de iud. Poſtremò ob eam rem interdicti tempore prohibita eſt campanæ pulſatio, ne. ſ. Chriſti fideles ad diuina audienda conueniant, eiſq;, dum fiunt, ne interſint. Declaratur hoc in cit. c. fin. §. adijcimus, vbi, vt ianuis clauſis, & ſumiſſa voce

diuina fiant, præcipitur; at campanæ pulsatio, dum eucharistia ad ægrotum defertur, idcirco fit, vt fideles admoniti ad Christum D. colendum excitentur, & ipsum comitentur, & obuiam facti ipsum flexis genibus adorent; quæ omnia interdicti huius tempore prohibita non sunt. Quare non solùm in itinere campana pulsabitur, verùm etiam, quò Christi fideles ad ecclesiam conueniant, vt tantum sacramentum, qua pietate, ac dignitate fieri potest, deferatur, de more crebris ictibus campanę signum dabitur. Item comitari sacramẽtum hoc Christi fideles poterunt. Postremo, & eisdem præsentibus ægroto legitimè administrabitur; solùm enim in missæ sacro ne illud videant, non aliàs, interdicti huius tempore prohibitum est de eorundem sententia, quos proximè citauimus: sed de eucharistia satis, ad pœnitentiæ sacramentum veniamus.

SVMMA.

1 *Pænitentia sacramentum interdicti generalis loci tempore administrari potest Aegrotis, & Sanis; quæ regula exceptiones non nullas patitur.*

2 *Laici sacramenta quæ petere possunt; & quæ non petere interdicti huius tempore.*

VI.

§ † Pœnitentiæ sacramẽtum deniq; interdicti generalis loci tempore administrari, & ęgrotis, & etiam bene ualentibus potest; Concedimus, dicitur enim in c. fin. de sent. excom. lib. 6. quòd tempore interdicti ab homine, vel à iure prolati non tantummodo morientes, sed etiam viuentes, tam sani etiam, quàm infirmi ad pœnitentiam, quæ propter pronitatem, & facilitatem hominum ad peccandum summè necessaria est, licitè admittantur. Dum tamen excommunicati non fuerint, quos admitti, præterquam in mortis articulo, nolumus ad eandem. Illis etiam, propter quorum culpam, dolum, vel fraudem lata est sententia interdicti. Vel, qui ad perpetrandum delictum, cuius occasione ipsum interdictum est latum, præbuerunt auxilium, consilium, vel fauorem (nisi de ipso delicto (si sint tales, quòd facere valeant) priùs satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem; aut si satisfacere nequeunt, vel huiusmodi cautionem præstare, iurauerint, quòd, cùm potuerint, satisfacient, & ad satisfaciendum huiusmodi per eum, vel per eos, qui facere ipsam debent, & possunt, præstandam, dabunt consilium, & auxilium, ac iuxta posse suum fideliter laborabunt) non est pœnitentiæ beneficium aliquatenus concedendum. Hæc ibi Summus Pont. ex quibus manifestò conspicitur pœnitentiæ sacramentum interdicti huius tempore & bene valentibus, & ægrotis tribui posse, ac pro regula id nos habere debere; atq; sic not. ibi Gloss. in verb. Sani, & Anchar. nu. 9. vers. De pęnitentia, & Phil. Franc. vers. Vltimò not. & Gemin. nu. 5. vers. Nota, quòd confessio; & communiter DD. sicut etiam Abb. in c. quòd in te de pęnit. Id quod summa ratione permissum est; tum quòd homines, quæ ipsorum imbecillitas est, in peccata facilè labuntur, vt ait ibi Rom. Pont. tum quòd, S. Hieronymo teste, peccatum, quod per pęnitentiam statim non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit. Hęc tamen regula non nullas exceptiones patitur, vt habetur in cit. c. fin. de sent. excom. lib. 6. Nam primò excommunicatis, excepto mortis articulo, pœnitentiæ sacramentum administrari non debet: id quod in excommunicatis ob causam, quamobrem interdictum latum est, locum tantùm habere inquiunt Syl. in verb. Interdictum. 5. nu. 9. vers. Tertia, & Tab. eod. nu. 6. vers. Quintò, & Armill. eod. num. 45. Quorum sententia mihi non placet; nam primò ratione id ab ipsis non probatur; postremò nec id dicit cit. c. fin. sed simpliciter loquitur, ac propterea de quouis excommunicato accipiendum est arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. ac planè, si Rom. Pont. id voluisset, id expressisset, sicut de interdictis. Rationem autẽ, quamobrem id factum sit, eam esse censeo; quoniam ad absoluendum ab excommunicatione, preces quædam adhibentur, vt habetur in c. à nobis de sent. excom. quæ interdicti huius tempore fieri non debent, vt dixit Abb. in c. fin. nu. 5. de excess. prælat. & Specul. Inn. & Host. quos refert Syl. in verb. Interdictum. 5. nu. 9. quamuis ipse contrarium sentiat, & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 176. vers. Vndecimò; non igitur horum sententiam amplector. Secundo loco non administrabitur etiam sacramentum pęnitentiæ ijs, quorum culpa, dolo, fraudevè lata est sententia interdicti, nisi priùs satisfecerint ad normam cit. c. fin. vers. Nisi de ipso priùs, quam & proximè retulimus. Postremò ijs quoq; pœnitentia tunc denegabitur, qui auxilium, consilium, fauoremvè ad delictum committendum præbuerunt, cuius occasione ipsum interdictum latum est, nisi & ipsi ad eandem normam priùs satisfecerint, vt habetur in cit. c. fin. Hæc igitur sacramenta interdicti generalis loci tempore permissa sunt; illa tria, quæ in initio posuimus, prohibita.

† Quare

1 † Quare, quæ permissa, ea quis petere poterit; quæ prohibita, non poterit. Atqui, si prohibita sacramenta nihilominus administrentur, an valebunt? In hac quæstione, quæ de sacramentis excommunicato collatis diximus cap. 7. §. 2. & seq. Tab. 2. pro dictis & in hoc casu haberi ea volumus. Quid demum de sacramentis, quæ interdicti huius tempore permissa sunt, an & ipsa prohiberi poterunt? Hoc explicabimus in seq.

SVMMA.

1 Sacramenta permissa interdicti generalis loci tempore an prohiberi possint, ne administrentur.

VII.

1 § † Postremò quæstio hęc à nobis proposita est, an sacramenta, quæ interdicti generalis loci tempore permissa sunt, prohiberi & ipsa queant; quam quæstionem, vt paucis ipsam absoluamus, duabus regulis concludimus. Quarum prior hæc est, à Rom. Pont. & ipsa prohiberi posse. Id quod de pœnitentia probatur in c. non est vobis de sponf. & in c. quòd in te de pœnit. vbi olim pœnitentiæ sacramentum interdicti huius tempore morientibus tantùm dari probatur; cùm tamen hodie contrarium cautum sit, vt vidimus. De baptismo etiam probatur in c. duo tempora de consecr. dist. 4. vbi habetur baptismum ex causa differri posse, atque sic factum Pontifice Martino IIII. refert Gloss. in c. fin. de sent. excom. lib. 6. quam refert Maiol. de irreg. c. 20. nu. 2. lib. 3. nā & baptismum interdicto quodam prohibitū inquit. De eucharistia itidem, & de confirmatione multò magis id dicendum est; cùm, vt in periculo mortis constituto eucharistia concedatur, permissum tantùm sit, vt hoc cap. vidimus. § 6. Excipitur tamen baptismus paruulorum; nam prohiberi nec à Rom. Pont. posse dixit Tab. in verb. Interdictum. 1. num. 8. vers. Septimò, ibi concludendum est igitur, & eod. 5. nu. 3. vers. Secundò; ibi essent tamen considerāda, & Armill. eod. n. 44. Idq; ob hoc fortasse, nam, cùm ætas illa periculis multis subiecta sit, &, nisi baptismum infantes susceperint re ipsa, salui esse nequeant, vt dicitur in c. firmissimè cum multis seq. de consecr. dist. 4. & vt nos probauimus in Tab. de baptis. cap. 28. planè eorum baptismi collatio differri non debet, ex quo pueris infantibus nulla alia salutis comparandæ ratio relinquitur, nisi eis baptismus præbeatur, vt dixit Cat. de baptis. cap. de necess. baptis. Ego autem hos sequor tantùm in paruulis, & in adultis, qui in periculo mortis, vitæque discrimine versantur; nam, vt quis baptismum suscipiat, diuino iure permissum, ac præceptum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, inquit enim Christus D. & alibi Euntes in vniuersum mundum prædicate euangelium omni creaturæ, baptizantes eos In nomine Patris, & cęt. ergo huic iuri derogare Summus Pont. non potest arg. c. cùm inferior de maior. & obed. & c. inferior. dist. 21. cum ibi notatis. Postremò excipitur pœnitentia morientium; nam ob eandem rationem proxime allatam neq; sacramentum hoc his prohiberi potest, atq; sic dixit Tab. eod. 1. nu. 8. vers. Septimò, ibi concludendum est igitur, vbi & eucharistiam tribui posse sensit, sed de priori regula satis. Posterior verò hæc erit, Inferiores ecclesiæ antistites sacramenta iure communi permissa interdicti huius tempore prohibere nequeunt; tum quòd facultas suscipiendi ea communi iure tributa est, vt habetur in c. fin. de sent. excom. lib. 6. cum simil. cui iuri inferiores ecclesiæ antistites subiecti sunt arg. c. 1. & fin. de constit. cum ibi not. ergo contra ipsum nihil decerni ab eis potest arg. c. quòd super his de maior. & obed. & vt asseruimus capit. 9. §. 2. Tab. 1. tum quòd beneficium principis hoc est, ergo nemini auferendum arg. c. decet de reg. iur. lib. 6. in hac igitur quæstione sic concludendum censerem; sed de sacramentis hactenus, ad officia diuina transeamus.

De officijs diuinis in loco subiecto interdicto generali de more non faciendis, declaratione altera eiusdem effectus. Cap. VIII.

SVMMA.

1 Officia diuina, quæ interdicti generalis loci tempore prohibita sunt, quænam sint.

2 Interdicti generalis loci tempore ea, quæ ordinis alicuius non sunt, fieri possunt; vt Priuatas preces fundere, Crucem die Veneris Sancti adorare, & alijs etiam temporibus, Officium B. Mariæ Virginis canere, Campanam ad oia, præterquā ad diuina, pulsare.

3 Interdi-

1 *Interdicti generalis loci tempore ea, quæ ordinis alicuius sunt, fieri & à clericis possunt, modò vt à laicis fiant, vt Litanias canere, Morientium animas Deo cōmendare, Concionem habere, Legere, ac psalmos declarare.*
4 *Mulier post partum an in ecclesiam introduci possit.*



Qvae sacramenta in loco subiecto interdicto generali licitè administrentur, exposuimus: modò, qua ratione diuina officia ibidem prohibita sint, iam exponamus; de qua re hæc contemplabimur. Primùm, diuina officia quęnam sint. Deinde,
1 quatenus prohibita sint, & qua ratione. Postremò, quando permissa. † Quò ad primam quæstionem igitur diuina officia ea omnia officia sunt, quæ ad aliquem ordinem ecclesiasticum pertinent, vt sensit Anchar. in c. fin. nu. 7. vers. Sed quid dices de facientibus officium pro baptismo de sent. excom. lib. 6. & Syl. in verb. Interdictum. 5. nu. 5. vers. Tertiò, ibi primum, quod prohibetur, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 171. vers. Ex quo sequitur, & Abb. qui de communi sententia testatur in c. fin. num. 5. vers. Quò ad tertium de exceff. prælat. Etenim diuina officia, quæ per interdictum prohibentur, hæc sunt, missæ sacrum, horarum canonicarum preces, & alia officia, vt benedictiones, consecrationesq́; quarumcunque rerum, vt sensit Maiol. de irregul. cap. 20. nu. 8. lib. 3. & vt probatur in cit. cap. fin. §. adijcimus; at missæ sacrum, horarumq́; canonicarum preces, aliaq́; huiusmodi officia ad clericos pertinent, & ordinis sunt, vt habetur in cap. 1. & præsertim in §. ad presbyterum. distinct. 25. & tot. tit. de celebr. miss. & c. quia sacerdotes, & c. hanc consuetudinem. 10. q. 1. & tot. tit. de cler. excom. min. & vt dixit Syl. in verb. Horæ canonicæ. nu. 3. vers. Secundò, & Tab. eod. nu. 4. vers. Tertiò, & Armill. nu. 1. ergo diuina officia, quæ interdicti huius tempore prohibentur, ad ecclesiasticum ordinem pertinent. Modò tamen ex officio, & vt à ministris ecclesiæ diuina hæc officia exerceantur arg. cit. c. fin. §. adijcimus; ibi enim, vt interdicti huius tempore diuina officia dicantur, sicut priùs, Rom. Pont. iubet, seruatis quibusdam; at priùs vt clerici, & vt ecclesię ministri ea obibant; ergo interdicti huius tempore diuina officia prohibita sunt, quatenus ex officio, & vt ab ecclesiæ mi-
2 nistris fiunt, atque sic asseruit Abb. in eod. c. fin. num. 5. vers. Quò ad tertium de exceff. prælat. † Quare interdicti huius tpe ea, q̃ ordinis alicuius nō sunt, facere poterimus publicè, vt priuatas preces fundere, Crucem die veneris sancto, & alijs etiam temporibus adorare, officium Beatæ Mariæ Virginis canere, campanam ad omnia, pręterquam ad diuina officia, pulsare, vt pote ad salutationem angelicam de more, matutinis, meridianis, vespertinisq́; temporibus, ad reliquias sanctorum exhibendas, pro aduentu principis alicuius viri, pro reportata de hostibus victoria, ad tempestates depellandas, & id generis (ob multa enim campanæ pulsantur, vt declarauit Abb. optimè in c. 1. & pulcherrima Add. ad eum de off. cust. & Durand. in Rationali diuinorum cap. 4. lib. 1. & Ioseph. Moniardus in rub. C. vt publ. lęt. lib. 12. pag. 50. nu. 9.) ac demum ea, quæ posuimus cap. 13. §. 14. Tab. 1. atque sic dixit Cald. in 1. part. §. sed nunquid. nu. 96. cum seq. de ecclesi. interd. & sequitur Anchar. in c. fin. num. 4. vers. Quid dices de laicis, & nu. 6. vers. Circa pulsationem campanarum de sent. excom. lib. 6. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 176. cum seq. & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 7. vers. Postremò de interdicto, & Paul. Fusc. de visit. & regim. eccl. cap. 14. nu. 12. lib. 1. † Postremò interdicti huius tem-
3 pore ea fieri quoque poterunt, quæ à ministris ecclesiæ fiunt, modò laicorum more fiant. Quare Litanias clerici etiam recitare poterunt publicè, modò sine superpeliceo, ac stola, & sicut laici, id faciant, vt dixit etiam Nauar. in Man. cap. 27. num. 176. in fine, & sequitur Felicianus eod. vers. sicut etiam morientium animas Deo cōmendare; concionem etiam publicè habere vt dr in c. responso de sent. excom. legere, ac Psalmos declarare, vt citati autores eisdē in locis
4 inquiũt. † Verùm, an mulier post partum in ecclesiam introduci potest? Nauar. eod. id posse sensit. Mihi tamen ipsius sententia omnino non probatur ob preces, quę recitantur, atque sic dixit etiā Maiol. de irreg. c. 20. nu. 3. lib. 3. nisi vt à priuata persona, & sine stola introductio hæc fiat; quo casu sententia ipsius locum habere potest: sed iam effectum interdicti huius in diuinis officijs explicemus.

SVMMA.

1 *Officia diuina interdicti generalis loci tempore à clericis de more fieri nequeunt.*
2 *Officia diuina qua ratione de more à clericis fiant.*

§. His

I.

§ His sic præmissis, iam effectus interdicti huius in diuinis officijs, quisnam sit, explicemus.
1 † Interdicti huius tempore igitur diuina officia de more à clericis fieri nequeunt. † Nam
2 de more fiunt pulsis campanis, patefactis ędium sacrarum valuis, Christi fidelibus ad ipsa audienda intromissis, & alta voce, vt communis vsus, atq; inueterata ecclesiæ consuetudo id declarat; at interdicti huius tpe diuina rōne hac prohibentur, vt dicitur in c. fin. de sent. excom. lib. 6. Adijcimus præterea, inquit enim ibi Rom. Pont. quòd singulis diebus in ecclesijs, & monasterijs missæ celebrentur, & alia dicantur diuina officia, sicut priùs; submissa tamen voce, &
ianuis clausis, excommunicatis, ac interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis: hæc ibi 1
Summus Pont. ergò interdicti huius tempore (de hoc enim ibi agitur) diuina officia à clericis de more fieri nequeunt. Idem habetur in c. licet de priuil. eod. lib. & in c. quòd in te de pœnit. in antiq. cum simil. & ibi DD. not. sed iam singulas propositas qualitates separatim explicemus; ac primò id, quod de campanis non pulsandis, diximus.

SVMMA.

1 *Campanæ ad diuina officia interdicti huius tempore pulsari non debent, etiam si extra ecclesiam sint, etiam si paruulæ, etiam si diuina officia deinceps non fiant, postremò nec alia instrumenta loco campanæ.*

II.

1 § † Campanæ igitur primò pulsari ad diuina officia non debent, vt dicitur in c. fin. §. adijcimus de sent. excom. lib. 6. & ibi communiter not. Id quod locum habet primò, vel extra ecclesiam, ac longè ab ea remotæ sint; alioquin fraus legi fieret contra c. quantò de priuil. & c. cùm quid vna via de reg. iur. lib. 6. etenim non, quòd in ecclesia sint, propterea earum pulsatio prohibetur, sed ob id, ne ipsæ ad officia pulsentur; vbicunque igitur erunt, pulsari ad diuina officia non debent. Item, vel paruæ campanæ sint ob easdem rationes; ac propterea nec, quæ in ecclesia sunt ad signum dandum, vbi sacerdos ad altare missæ sacrum facturus prodit, pulsabuntur; tum quòd fieri potest, vt à vicinis audiantur, tum quòd prohibitum est, ne campanæ pulsentur, vt in c. quòd in te ibi Sine campanarum pulsatione; ergo cuiuscunq; generis sint, pulsari non debent; à quo enim remouetur genus, & quæuis species remouetur argum. c. pen. de sent. excom. atq; sic dixit Cald. in tract. suo in 1. part. §. sed nunquid promissa, & Anchar. in cit. c. fin. nu. 6. vers. Et circa pulsationem campanarum, ibi sed nunquid pro missa, vel horis canonicis, & ibi sed vtrum tempore interdicti licet pulsare paruulam. Non igitur pulsabuntur campanę quò ad missæ sacrum faciendum. Non, vbi sanctissimum Christi corpus in missa eleuatur, vt dixit Couar. in c. alma, pars. 1. §. 4. nu. 5. vers. Decimotertiò de sent. excom. lib. 6. Tertiò nec pulsabuntur pro singulis horis canonicis, vt pro tertia, pro nona & huiusmodi; quamuis deinceps diuina officia tunc non recitentur. Et hoc ob eam rationem, ne homines diuina fieri opinentur, & ob id scandalum patiantur; atque sic inquit Cald. ibid. quem sequitur Anchar. in eod. cit. c. fin. nu. 6. vers. Sed an poterunt tempore interdicti, & Syl. in verb. Interdictum. 5. n. 7. vers. Sextum, & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 177. qui de communi sententia testatur: quamuis ad horas diei significandas, sicut etiam ad alia omnia pulsari possint de eorundem sententia. Atqui, an instrumenta alia pro campanis licitè pulsabuntur, vt fit triduo ante pascha? Planè, si eo tempore locus interdicto subiectus sit, nec alia instrumenta pulsabuntur. Nam per ea tunc diuina facienda significantur; id quod Christi fideles communiter sciunt, atque idcirco campanæ loco sunt; ergo nec ea pulsabuntur; subrogatum enim eius naturam sumit, in cuius locum subrogatur arg. l. si eum. §. qui iniuriarum, & ibi not. Iaf. ac DD. ff. si quis caut. Alio verò tempore idem etiam prohibitum censeo, dummodo communia instrumenta pulsentur, quæ de more ad diuina pulsari consueuerunt; imò & alia, modò ad diuina significanda pulsari homines animaduertant; nullo instrumento igitur signum dabitur, per quod diuina facienda esse laicis significetur, atq; sic sensit Couar. ibidē in verb. Cymbalorū: & de pulsatione cāpanę hactenus, ad alia veniamus.

SVMMA.

1 *Ianuis clausis ecclesiæ diuina fieri debent interdicti huius tempore.*
2 *Ianuis ecclesiæ apertis, si clericus vnus, pluresvè sint, an recitare diuina officia possint submissa voce.*

III.

1 §. † Ianuis ecclesiæ clausis etiam diuina officia fieri debent: id quod ob eam rem factum est, ne laici ipsis intersint; ac propterea nec audiant illa, nec videãt argum. Clem. 1. vers. Nunc lateenter de sent. excom. Quare, vel cęcus quis sit, vel surdus, interdicti huius tempore di-
2 uinis interesse non poterit. † Verùm quid, si quis clericus in ecclesia sit, vel duo, tres, & plures, an recitare horarum preces submissa voce poterunt, quãuis ianuæ ecclesiæ apertæ sint? Nauar. in Man. cap. 27. num. 175. id ab his fieri posse asseruit, modò aut tam seiuncti à populo sint, aut eam submissè eas recitent, vt audiri nequeant: & multò magis, vbi intra vnum sacellum clausi essent; & hoc ob eam rationem, quoniam, ne à laicis diuina officia audiantur, ianuæ ecclesię occlusæ tenentur arg. cit. c. quòd in te de pęnit. Hæc sententia mihi non omnino probatur; tum quòd ecclesia ęquè iubet, vt submissa voce diuina officia fiant, & vt clausis ianuis, ergò vtraque seruari debent, & non solum, vt submissa voce; tum quòd ecclesia non solùm, ne laici hoc tempore diuina officia audirent, prohibere voluit, verùm etiã & ne viderent, ac ne ipsis interessent: & ob hanc rationem, ne audirent, submissa voce diuina fieri iussit; ne autem viderent, atq; ipsis interessent, vt clausis ianuis: ne contingat igitur vnum horum, clausis ianuis diuina fient. Nec repugnat, si dicatur, ergo extra ecclesiam diuinæ preces recitari non poterunt; quandoquidem, quòd ecclesiæ sępius frequentantur, facilè cõtingere potest, vt interueniant Christi fideles, dum diuina officia fiunt: quod quidem in alijs locis non contingit, si vel in campo, vel inclusus domi diuinas preces quis recitet; non enim dedita opera illuc quis veniet, vt diuina audiat, nisi casu occurrat. Quare contrariam sententiam ego sequor contra Nauar. quam & secuti sunt Host. Io. And. & Card. sed de hoc hactenus, ad alia veniamus.

SVMMA.

1 *Laici, officia diuina dum fiunt, excludi inde interdicti huius tempore debent.*

2 *Laici diuinis officijs interesse nequeunt interdicti generalis loci tempore.*

3 *Laicus seruiens sacerdoti missæ sacrum facienti interesse potest interdicti generalis loci tempore.*

4 *Laici interdicti huius tempore in ecclesia orare possunt, modò diuinis non intersint.*

IV.

1 §. † Tertiò laicis exclusis interdicti huius tempore diuina fieri debent; nam sic dixit Gloss. in c. fin. §. adijcimus in verb. Interdictis, & sequuntur eam ibi Gemin. Phil. Franc. & Anch. de sent. excom. lib. 6. & Fed. de Sen. cons. 70. nu. 1. vers. Secundus casus, & Archiep. Flor. de eccl. interd. cap. Quantum ad tertium, & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 173. & Cald. in tract. de eccl. interd. in 6. membro vers. Sed quæritur, an laici quicunq;, & Syl. in verb. Interdictum. 5. q. 2. vers. Tertium; & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 4. nu. 4. vers. Octauò de sent. excom. lib. 6. qui tres proximè de communi sententia testantur. Probatur autem communis hęc sententia per c. licet de priuil. lib. 6. vbi interdicti huius tempore nulla ratione, præter excommunicatos, atque interdictos, nec aliunde venientes ad diuina recipiendos esse dicitur; si ergo non solùm excommunicati, atq; interdicti recipiendi non sunt, verùm etiam nec aliunde venientes, atque idcirco nec, qui censuris irretiti non sunt; ergo nulli laici recipi debent; atque sic not. ibi Gloss. & communiter DD. Præterea ego allego Clem. 2. de sent. excom. nam ibi Rom. Pont. non solùm excommunicat eos, qui interdicti huius tempore ad diuina cõpellũt interdictos, atq; excommunicatos; verùm etiam eos, qui & alios. Declarant hoc verba illa Aut qui modo prædicto ad officia eadem audienda aliquos excommunicationis præsertim, vel interdicti ligatos: nam, si excommunicat eos, qui præsertim excommunicatos, atq; interdictos ad diuina vocãt; ergo & eos excommunicat, qui eo tempore nec interdictos, nec excommunicatos vocãt; dictio enim illa Præsertim casum magis dubium includit, vt tradidit Ias. in l. qui se patris. nu. 34. C. vnde lib. casus autem magis dubius est vocatio eorum, qui censuris irretiti non tenentur. Postremò hac ratione opinio hæc confirmatur, quoniam, si liceret laicis nulla censura irretitis diuina communi iure audire, non necesse haberent id priuilegio impetrare arg. l. 1. & ibi not. Gloss. ff. ad municip. at priuilegio id conceditur arg. cit. c. licet; ergo communi iure id non permittitur: Ac planè, si cuiq; id liceret, interdictum huiusmodi parum operaretur; tum quòd rarò contingit, vt excommunicati, atq; interdicti sint; tum q interdicti, atq; excommunicati, ne diuinis intersint, prohibentur, etiam si locus interdicto subiectus non sit, vt de excommunicato asseruimus cap. 8. §. 3.

Tab. 2.& de interdicto in c.si sententia.§.cùm verò de sent.excom.lib.6. Postremò, si laicis per mitteretur,vt interdicti huius tempóre diuinis interessent, cur ecclesia fratres minores puniret, qui fratres,ac sorores tertij ordinis ad diuina recipiunt ? vt habetur in Clem.3. de sent.excom. laicis ergo exclusis diuina clerici hoc tempore facient.Nec repugnat,quòd in c.fin.§.adijcimus de sent.excom.lib.6.dicitur excommunicatis, atque interdictis exclusis, quasi secus, si non sint interdicti,nec excommunicati; nam argumentum illud locum non habet,vbi aliud iure cautum est,sicut hic , vt sensit Gloss.in c,vn.de ætat; & qualit.lib.6.& in Clem. 1. in verb. Obseruare de sent.excom.& Ias.in l. 1.nu.37.ff.de off.eius,intelligitur ergo ibi Præsertim secundum Clem.2. in cit.vers.Aut qui,& facit priuilegium quibusdam concessum,quod refert Fed.de Sen. in cons. 189.ibi & præsertim excommunicatis; exclusis ergo laicis quibuscunq; diuina à clericis interdicti huius tempore fient. † Ex his,quæ diximus,regula hæc colligitur interdicti generalis loci tempore laicos diuinis interesse non posse ; nam , ex quo ipsis præsentibus ea fieri non debent, ergo interesse eis nequeunt. Et hæc regula locum habet, etiam si extra ecclesiam diuina audirent;nam & idcirco submissa voce iubetur , vt fiant in cit.c.fin.§.adijcimus, ne foris audiantur, vt dicitur in c.quòd in te vers. Et in conuentualibus de pœnit. Item nec ea videre possunt ; ob hanc enim causam præcipitur quoque,vt occlusis ecclesiæ valuis fiant. Hinc religiosi reprehenduntur in Clem.1.de sent. excom. propterea quod in ecclesiæ valuis fenestras facerent , & eas perforarent. Hinc etiam eucharistiæ sacramentum in missa interdicti huius tépore conspici non posse dixit Nauar.in Man.cap.27.nu.179.ibi Nisi in missa.Quare,vel surdus,vel cęcus quis sit, diuinis interesse non poterit.Item nec puer doli capax,imò nec infans, vt dixit Syl.quem refert Couar.in c.alma, pars.2.§.4.nu.5.vers. Duodecimò de sent.excom.lib.6. quamuis ipse existimet interesse eos posse,qui non intelligunt actum,qui tunc geritur : quod verum censeo quò ad hoc,ne peccét,aliàs secus;ob id enim actus cognitio requiritur . Postremò non solùm missæ sacris,sed nec etiam alijs diuinis officijs,quæcunq; sint,sine offensa intererunt, vt poté canonicarú horarum precibus , benedictionibus , atq; consecrationibus , quæ à clericis fiunt. Excipiuntur tamen primò , qui priuilegium ad hoc habent ; hi enim interesse diuinis poterunt, vt habetur in c.is,qui.§.fin.de sent.excom.lib.6.& in c.licet de priuil.eod.lib.6. Item familiares eius, cui permissum est,vt interdicti huius tempore audiant diuina; nam cum ipso familiares huiusmodi poterunt,vt dicitur in cit.c.licet.Id quod summa ratione factum est,ne priuilegium inutile reddatur ; quid enim si rex, dux , marchio , & huiusmodi generis viri dignitate pręstantes priuilegium hoc habent ? Planè potius ecclesias non adibunt, diuinisq; non intererunt, si de more comitati id non possent;quod & ab eorum dignitate alienum est, Ob hanc igitur causam & familiaribus suis priuilegium hoc est condonatum,in quorum familiarium numero hi erunt,qui eos comitari solent,vt sensit Anchar.in eod.c.licet,& sequitur Nauar.in Man.cap.27.nu.181.Hoc tamen priuilegio familiares carent,primò,qui causa fuerunt,vt interdictum ferretur. Item,qui ad delictum committendum,quamobrem interdictum latum est, ratione quapiam opem tulerunt,vt dicitur in cit.c.licet. Tertiò,vbi non essent cum eo,qui priuilegium hoc habent ; non.n. familiares huiusmodi sine eo diuinis interesse queunt,vt probatur in cit.c.licet vers. Ad audiendum eum ea à contrario sensu,atq; sic not.ibi Phil.Franc.vers.Tertiò not.& Gemin.eod.§.cùm conceditur.nu.2.& Anchar.vers. Aduerte etiam; idq; merito,etenim,cessante causa priuilegij, priuilegium cessare debet argum.c.cùm cessante de appell.& c.accessorium de regul.iur.lib.6. Demum in familiaribus alicuius conuentus,seu collegij priuilegiú hoc locum non habet,quandoquidem & sine his diuina officia collegium obire potest , vt habetur in eod.c.licet ; his ergo
3 exceptis casibus,aliàs familiares diuinis interesse poterút.† Tertiò excipitur si sacerdos missæ sacrum facturus clericum non habet, qui ei opem ferat ; in hoc enim casu laicus inseruire ei poterit: quod in villis,ac ruri sępe contingit;sacerdos igitur túc laici opera vti poterit. Nec interest, an ante interdictum ipsum habuerit;nam nihilominus tunc recipere eum potest, vt sensit Ioan. Cald,quæ sequuntur communiter DD.Anchar.in cit.c.fin.nu.1.vers.Sed quærit,quid si rector, & Phil.Franc.in §.adijcimus vers.In Gloss.in verb.Interdictis,ibi & Adde , quia dicebat, & Archiep.Flor.de eccl.interd. cap. Item per dictú c.vers. Item si in tali ecclesia, & Syl.in verb. Interdictum,5.nu.2.vers. Quartum,& Tab.eod.num.16.vers. Decimoquintò ibi, sed quid si parochialis, & Nauar.in Man.cap.27.nu.181.vers.fit sic clericus,& Couar.in cit.§.4.num.5.vers. Vndecimò.Etenim ex quo clericis permittitur,vel præcipitur potius,vt diuina interdicti huius tempore faciant in eod.c.fin.§. Adijcimus ; iure & ea concessa esse asserendum est, sine quibus diuina commodè non fierent arg.l.2.ff.de iurisdict.omn.iud.& l.ad rem mobilem,& l.ad legatum.ff.

tum.ff.de procur. Quare clericus laici familiaris opera(si quem habet;)licitè vtetur;si non habet, vel conducere alium poterit. Modò tamen hic laicus aut interdictus non sit, aut de populo interdicto, quo casu pro interdicto habetur, vt dicitur in cap. si sententia.§.cùm vero de sent. excom.lib.6.atq; sic dixit Couar.ibidem; aut eius causa, culpa, dolo, fraudevè interdictum latum non sit; aut ad delictum committendum, quamobrem interdictum latum est, consilium, auxilium, fauorem vè non tribuerit; & ad summam is sit, qui aliàs diuinis interesse non prohibeatur, ac propterea nec excommunicatus sit, vt habetur in cit.§.adijcimus, ibi excommunicatis, atq; interdictis, & in eod.c.licet.§.fin.& vt citati autores proximè concludunt; etenim, vbi quidpiam alicui conceditur, concessum id ei intelligitur, modò aliàs habilis sit, arg.l.vt gradatim.ff.de muner.& honor.& facit.l.si aliquando.C.de inoff. testam.
4 † Postremò, etsi interdicti huius tempore laici interesse diuinis nequeunt, in ecclesia tñ esse non prohibentur, ibiq; priuatas preces fundere, vel interdicti sint, vbi diuina non fiunt, vt dixit Syl.in verb. Interdictum.5. nu.7.vers. Quartum; etenim excommunicatos quoq; in ecclesia esse posse conclusimus cap.8. §.6.Tab.2. sed de his hactenus, iam ad alia veniamus.

SVMMA.

1 *Voce submissa interdicti generalis loci tempore clerici diuina officia facere debent.*

2 *Officia diuina interdicti generalis loci tempore clerici facere, seruatis tamen quatuor, possunt.*

3 *Officia diuina quænam sint, quæ fieri possunt interdicti huius tẽpore seruatis seruandis.*

4 *Benedictionem tribuere an episcopus possit ambulans.*

5 *Clerici exteri venientes ad loca interdicto generali subiecta diuinis interesse, eademque facere possunt.*

V.

1 §. † Voce submissa demum diuina officia fieri interdicti generalis tempore debent, vt dicitur in c.fin.§. adijcimus de sent.excom.lib.6.& ibi communiter not. Et hoc ob eam rationem, ne ab alijs foris etiam audiatur, vt dicitur in c.quòd in te de pœnit. (cantu ergo tunc nec missæ sacrũ, nec alia diuina officia fient, quàuis tamen sic recitari debeant, vt ab ijs percipiantur, qui ipsis interesse possunt, vt id etiam sensit Nauar.in cap.27.nu.174.vers. Et vox debet in Man. Ex his iam appatet, interdicti huius generalis tempore diuina officia de more fieri
2 non posse, vt in initio diximus.† Atqui, an his præmissis seruatis, fieri poterunt? Planè sic, nam hoc expressum habetur in cit.§.adijcimus, Adijcimus præterea, dicitur enim ibi, quòd singulis diebus in ecclesijs, & monasterijs missæ celebrentur, & alia dicantur officia sicut priùs, submissa tamen voce, & ianuis clausis, excommunicatis, ac interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis. Hæc ibi, ex quibus constat prædictis quatuor seruatis missæ sacrum, diuinaq; alia officia fieri posse, vt priùs in ecclesijs. Deinde in monasterijs, vt ibidem dicitur. Tertiò in hospitalibus etiam: modò episcopi authoritate erecta sint; in fauorabilibus enim ecclesiæ appellatione hospitalia quoq; comprehenduntur, vt asseruit Couar.in c.alma pars.2.§.4.nu.2.vers.Quarto de sent.excom.lib.6. Quartò in monasterijs itidem monialium, vt dixit Syl.in verb.Interdictum.5.q.1.quem sequitur Couar.ibidem vers. Quintò. Verùm an extra hæc loca diuina fient? Cald.& alij, quos refert, ac sequitur Couar. ibidem vers. Secundò, extra ea loca fieri non posse etiam prædicta seruata forma, seuriunt; nã in ecclesijs, & monasterijs permissa tantùm ea sunt; ergo aliàs secus. Ego autem vbiq; locorum diuina, vt priùs, fieri posse censeo, ea forma seruate; nam concessio illa fit, vt priùs, vt hoc expressum ibidem habetur; modò igitur aliàs in loco aliquo diuina officia fierent, & nunc fieri poterunt. Nec repugnat, quod dicitur ibi In ecclesijs, & monasterijs; nam, quòd frequentiùs, ac sępius, & ordinatim in his locis diuina fiunt, ob eã rẽ eorũ mentionẽ tantùm canoni fecit, quo casu non excluduntur loca alia extraordinaria, in quibus diuina fiunt arg.l.1.cum ibi not.C.de rapt.virg. Hæc igitur quatuor sunt, quibus adhibitis interdicti gñalis tempore diuina officia licitè fiunt. Imò ea obire clerici debent; quandoquidem, si contra faciant, portionibus carent, quæ inter eos distribuuntur, qui diuinis officijs intersunt, si in ea ecclesia distributiones dentur, vt dicitur in eod.§.adijcimus; etenim priuilegium hoc non clericis ob clericos condonatum est, sed ob diuinum cultum, & ne ecclesiæ suis obsequijs priuentur, vt habetur in eod.c.fin.† Atqui an, ea forma seruata, præter missæ sacrum, ac septem horarum canonicarum preces, reliqua diuina officia, quæ ordinis sunt, clerici [illegible] bunt? & episcopus an abbatem consecrare, calices, aras, virgines, corporalia, ac vestes de-

mum,quæ ad diuinas functiones adhibentur, benedicere poterit? & sacerdos aquam ad populum aspergendum; candelas,quæ in festo purificationis die distribuuntur, & palmas, atque oliuarum ramos,quæ in dominica palmarum dantur, licitè consecrabit? & sponsos benedictione prosequetur? Feder.de Sen.consil.111.nu.6.vers. Subsequenter,dixit seruata forma ipsius.§. adijcimus,episcopum interdicti huius tempore calices, & paramenta benedicere,& similia facere,quæ ad ipsius effectum pertinent,quatenus episcopus est,posse;idem Syl.in verb.Interdictum.5.q.2.vers.Tertium in fin.& Nauar.in Man.cap.27.nu.177.vers.Dixi publicè,& nu.186. hoc idem sentiunt Anchar. in eod.c.fin.nu.7.vers. Sed quid dices, & Phil.Franc.in eod.§.adijcimus vers. Secundò not.ibi sed etiam alia, & hoc est de sententia Cald.quem DD. communiter sequuntur, & ego etiam sequor, vt scilicet clerici omnia, quæ ordinis sui sunt, licitè agant, modò in vno ex illis quatuor non offendant.Quare,quòd benedictio sponsi, ac sponsæ,quin laici intersint,saltè sponsus,& sponsa,fieri non potest, sicut nec etiam benedictio virginis; ob eam rem nec benedictio hæc fiet: id quod & sensit Fed.de Sen.nā episcopum oīa facere posse dixit, quæ sibi soli competunt,vt calices, & paramenta benedicere;in his enim,vt alius præsens adsit, non requiritur, ergo secus, vbi requireretur, vt laici præsentes essent: quamobrem etiam nec ordines clericis conferet, nec abbates consecrabit; nam, etsi clericis permissum est, vt diui-
4 nis intersint,non tamen,vt sacramenta suscipiant, nisi vt diximus antea. † Verùm an episcopus per plateas iens benedictionem populo tribuet? Paul. tutius esse dixit se ab hoc abstinere, vt inquit Zab.in Clem.fin.nu,9.vers.Sextò quæro,& Anchar.num.3.vers.Circa benedictionem de priuil.& præsertim,vbi locus interdicto subiectus est ob delictum populi. Quam sententiā ego
5 etiam sequor;nam id nisi vi dignitatis episcopatus, atq; ordinis fieri potest. † Item,an clerici exteri ad loca interdicto generali subiecta venientes diuina facere ibi poterunt, vt clerici eorū locorum?Hanc quæstionem disputarunt DD.in eod.c. fin. communis tamen opinio hæc est hos clericos & diuina facere, & dum ab alijs fiunt,eisdem interesse posse; nam & ipsam sequuntur Philip.Franc.in eod.c.fin.§.adijcimus,vers.In Gloss.in verb. Interdictis,& Gemin.num.3.vers. Quæro,an iste.§.& Io.And.& Cald.ab ipsis citati, & Nauar.in Man.cap.27.nu.174. & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.7. vers. An verò extranei de interdicto; vbi de communi testatur,sicut etiam Couar.qui & ipsam sequitur in c.alma,pars.2.§.4.num.4. vers.Nonò de sent.excom.lib.6.atq; alij.Et,vt mittam rationes ab ipsis allatas, ego opinionem hanc sic probo,vt diuina fiant interdicti huius tempore,non clericorum gratia, sed ob diuinum cultum,& ne ecclesiæ suis obsequijs priuentur, permissum est, vt dicitur in eod.c.fin.at diuinus cultus ma...s, magisq; augebitur,si & clerici exteri admittantur ad diuina, vt hoc per se patet; ergo & hi ...uina facere poterunt,sicut & alijs ipsa facientibus inseruire, & interesse: ob hāc igitur rationem opinionem etiam hanc sequor; quicquid dixerit Archid.qui contrarium asseruit; ad cuius rationes per bellè responsum est ab ipsis Doctoribus. Præterea permittitur,seruata forma ibi tradita,vt diuina celebrentur, sicut priùs;at priùs & exteri admittebantur, ergo, & modò,ita Couar.ibid. quicunq; clerici ergò quæcunq; officia interdicti huius tempore, seruata forma iam dicta,facere poterunt.Excipitur tamen clericus coniugatus etiam cum vnica,& virgine,nam hic ad diuina admittendus non erit; quandoquidem hic duo tantùm priuilegia retinet, nempe can. si quis suadente diabolo.17. quæst. 4. & fori, vt DD.communiter concludunt in c.vn.de cler.coniug.lib.6.in teliquis pro laico habetur; at laici interesse nequeunt, ergo nec hic,atq; sic conclusit Couar.ibidem vers. Decimo: sed de regula proposita satis,iam exceptiones eius contemplemur.

SVMMA.

1 *Die festo Natiuitatis Christi Domini,Paschatis, Pentecostes, Assumptionis Virginis Mariæ diuina officia de more, ac solemniter fieri possunt tempore interdicti generalis loci.*

2 *Festo die quoque sanctissimi Corporis Christi Domini, & per totam octauam eadem ratione diuina fieri possunt.*

VI.

§ Vidimus interdicti generalis loci tempore diuina de more ibi fieri non posse; iam casus,
1 vbi de more fieri possunt, contemplemur. † Festo die igitur Natiuitatis Christi Domini, Paschatis, Pentecostes, & Assumptionis Virginis Mariæ in locis sic interdictis diuina de more fieri possunt, vt habetur in c.fin.§.in festiuitatibus de sent.excom.lib.6. In festiuitatibus verò Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes,& Assumptionis Virginis Gloriosæ, dicitur enim ibi,

campanæ pulsentur, & ianuis apertis, alta voce dinina officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis; quibus ob reuerentiam dictarum solemnitatum, vt ipsi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis effectum faciliùs inclinentur, præfatis diebus participationem permittimus diuinorum: sic tamen, q illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinquent. Hæc ibi Rom. Pont. ex
2 quibus manifestò patet his festis diebus diuina officia ob eorum dignitatem obiri posse. † Die quoq; festo sanctissimi Corporis Christi, & per totam octauam eiusdem diuina, vt diximus, fieri possunt, ob concessionem factam à Martino V. & Eugenio IIII. vt inquiunt Nauar. in Man. c. 27. nu. 182. & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 5 nu. 1. de sent. excō. lib. 6. Postremò in aduentu Regis quoq; in aliquam ciuitatem, quæ interdicta sit, locum habere constitutionem huius. §. in festiuitatibus, ob dignitatem regiā inquit Ioan. Staph. de lit. grat. Fol. 157. col. 1. & refert Couar. in eod. c. alma, pars. 2. §. 5. n. 4. vers. Quintò: qui fortasse locū habere hoc sentit in die aduentus, vel altero sequenti; communi iure tamen hoc cautum non habemus. Verùm, q quæstiones plures hinc oriri contingit. Primò, quo tempore diuina officia festis illis diebus inchoentur. Item, quando concludantur. Tertiò, an omnibus diebus paschatis, atq; pentecostes. Quartò, quæ officia tunc permittantur. Quintò, quid de sacramentis, quæ interdicti huius tempore non tribuuntur. Postremò, an tunc interdictum tollatur, vel suspendatur; ideo singula explicemus: id quod in seq. præstabimus.

S V M M A.

1 Diebus festis, quibus de more diuina fieri possunt, interdicti generalis loci tempore, à vesperis antecedentibus ipsos dies festos officia inchoantur.

VII.

1 §. † Prima quæstio nobis explicanda hæc est, quando diuina officia incohentur, quæ interdicti generalis loci tempore de more fieri queunt. In qua quæstione breuiter concludimus diuina officia incohari à vesperis antecedentibus ipsum diem festum, vt tradidit Gloss. in c. fin. §. adijcimus in verb. Assumptionis, & sequuntur eam ibi Gemin. & Phil. Franc. & Anchar. nu. 3. vers. Vltimò quæro, qui de hoc nullam dubitationem esse inquiunt, & Couar. ibidem in 2. part. §. 5. nu. 5. vers. Sextò, & Cald. de eccl. interdic. in sexto membro. & Ias. in l. more Romano. nu. 2. ff. de fer. & Syl. in verb. Interdictum. 5. q. 2. nu. 3. vers. Secundum, & Archiep. Flor. cap. Item per dictum cap. & Armill. eod. nu. 43. vers. Et secundum communem, vbi opinionem hanc communem nominauit, eandem communem dixit quoq; Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 7. vers. In supradictis verò solemnitatibus, de interdicto. Etenim in huiusmodi officia initium tunc sumere dixit Gloss. in c. 2. de fer. Et probatur in c. q die. d. 75. vbi dominicum diem resurrectionis à vesperis sabbati initium habere dicitur. Idem probatur in Clem. vn. in fin. vers. Qui autem in primis vesperis de reliq. & ven. sanct. vbi festum Corporis Christi primas vesperas habere ait antecedentis diei; ergò à vesperis antecedentis diei festum huiusmodi incohatur, atq; sic not. ibi Gloss. in re nostra in verb. In primis, & Anchar. n. 8. vers. Octauò not. ibi & aduerte. Idq; iure merito, nam in his festis diebus duplex officium est, vt in rubricis notatur, & clerici norunt; at officium duplex duas vesperas habet, & diei antecedentis ipsum festum diem, & ipsius diei festi, vt habetur in breuiario Romano in rubricis generalibus cap. 1. de Officio duplici; ergo à primis vesperis diei antecedētis ipsum diē festū diuina officia eius incohabuntur; quicquid dixerit Io. Mon. qui, statim atque dies festus aduenisset, atq; lucesceret, diuina officia incohari existimauit: cuius sententia mihi non probatur, nam licentia hæc ob eam rem festis illis diebus data est, quò officia ea fiant, vt hoc per se patet; officia verò illa, vt duplicia à vesperis antecedentis diei incohantur, vt proximè asseruimus: à communi opinione igitur non discedemus, quam & sequitur Sot. d. 22. q. 3. art. 4. concl. 4. lib. 4. & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 184. & de priori quæstione satis, ad alteram veniamus.

S V M M A.

1 Diebus festis, quibus de more diuina officia fieri possunt interdicti generalis loci tempore, officia completorio diei ipsius festi concluduntur.

VIII.

1 § † Altera quæstio est, quando diuina officia, quæ festis quibusdam diebus de more fiunt in-terdicti huius tempore, vt supra vidimus, quando, inquam, officia hæc terminentur. In qua quæstione variæ Doctorum sententiæ sunt. Gloss. in c. fin. §. in festiuitatibus in verb. Assumptionis, officia hæc vesperis sequentis diei concludi existimauit, completorio excluso; eandem opinionem sequitur Cald. Et probatur per c. 2. de fer. de vespera in vesperam, dicitur enim ibi, celebrabitis sabbata vestra: hæc ratio mihi non probatur; illud enim veteri iure statutum fuit; vnde, cùm hodie festus dies mutatus sit, iure ab ea regula in hoc discedemus: præterea respondetur vesperis illis & completorium comprehendi; quandoquidem totum officium diuinum in matutinum, & vespertinum diuiditur, vt in c. fin. & ibi Gloss. dist. 92. vespertinis igitur horis & completorium comprehendetur. Quare contrariam sententiam, vt diei festi completorio diuina officia concludantur, amplexati sunt Archid. & Gemin. in cit. §. in festiuitatibus. num. 9. in verb. In ea Gloss. ibi completorium in fin. & Fed. de Sen. cos. 111. nu. 6. & Syl. in verb. Interdictum. 5. q. 2. nu. 3. vers. Secundò, & Summa Corona in 3. part. cap. 9. de interdicto. n. 7. & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 5. nu. 5. qui opinionem hanc & veriorem esse putat, & consuetudine seruari testatur de sent. excom. lib. 6. Probatur autē primò hac ratione, quoniam vesperis completorium continetur, vt habetur in eod. c. fin. dist. 92. vbi totum officium in matutinum, ac vespertinum diuiditur, & vespertino completorium comprehendi Gloss. ibi ait: hæc tamen ratio mihi non quadrat; nam quæstio nostra non est, an vespertinis horis completorium comprehendatur, vt ibi; sed an officium, quod his festis diebus fit, & licentia sic diuina faciēdi vespere, completorioq; terminentur; eo iure igitur sententia hæc non probatur. Vnde secundo loco sic argumentantur, licentia diuina faciendi hac ratione in hoc tempore beneficium principis est, ergo, & vt completorium ipsius diei festi comprehendat, dicendum est; nam beneficium principis, vt quā latissimè pateat, interpretari debemus, vt dicitur in c. cùm dilecti de donat. & in l. beneficium, vbi & communiter not. ff. de constit. prin. Quid ergo concludendū? Ego ab hac sententia discedendum non censeo, cùm ob rationem proximè allatam, tum quod officiū horum dierum duplex est; at officiū duplex completorio ipsius diei festi concluditur, vt habetur in rubr. generali cap. 1. de officio duplici vers. Habet, in Breuiario Romano; ergo festi diei completorio horum dierum officium terminabitur; ac propterea & completorium eius diei festi alta voce, ecclesijs patefactis, pulsis campanis, Christi fidelibus intromissis cantu celebrabitur, & beneficio fruetur cit. §. in festiuitatibus; ab hac igitur opinione, quæ & pietatem maiorem nescio quomodo redolet, & consuetudine probata est, non discedemus.

SVMMA.

1 Diebus festis Pentecostes, atque Paschatis, & Natalis Domini, quibus de more diuina officia fieri possunt interdicti generalis loci tempore, an ipso festo die tantùm, duobus vel alijs consequentibus diuina de more celebrentur.

IX.

1 § † Tertia quæstio est, an, ex quo festis diebus Natiuitatis Christi Domini, Paschæ, & Pentecostes diuina officia de more fieri queunt, cùm plures dies festi tunc sint, an, inquā, oībus illis diebus diuina officia de more celebrentur, & sic totis illis tribus diebus Paschatis, & totis tribus diebus Pentecostes. In qua quæstione, vt ipsam paucis absoluamus, concludimus primo tantùm die festo ex pluribus illis diebus diuina de more fieri posse; nam sic dixit Archid. quem refert, ac sequitur Syl. in verb. Interdictum. 5. q. 2. nu. 3. vers. Secundum, & Tab. eod. 5. n. 2. vers. & nota, quod debet solùm intelligi, & Archiep. Flor. eod. cap. Item per dictū cap. Alma, & Nauar. in Man. cap. 27. n. 182. vers. Decimoquintò. Et probatur id etiam ratione, nam priuilegium hoc ob salutarem Christi ortum, & ob gloriosam eiusdem resurrectionem, & ob Spiritus sancti in discipulos vberem effusionem condonatum est arg. c. fin. §. in festiuitatibus vers. Ob reuerentiā de sent. excom. lib. 6. at hæc vno die acta sunt, vt quiuis in sacris literis versatus nouit; ergo, vt limitata causa limitatum producat effectum arg. c. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quàuis. ff. de iur. patron. & l. in agris. ff. de acq. rer. dom. priori festo die excepto, consequentes priuilegium hoc non habebunt. Præterea priuilegium hoc diei Natiuitatis Domini, Paschatis, ac Pentecostes concessum est, vt dicitur in cit. §. in festiuitatibus, ergo consequentes illi dies priuilegio huiusmodi hac quoque ratione non fruentur; nam in diebus illis nec Natiuitas Christi Domini, nec

nec Pascha, nec Pentecostes sunt; imò in illis diebus de octaua officium fit, & in Natali etiam de alijs sanctis. Postremò facit Clem. vn. in fin. de reliq. & ven. Sanct. vbi Rom. Pont. cùm vellet indulgentias ijs concedere, qui diuinis officijs interessent in festo Corporis Christi, in eiusq; octaua, non solùm ipsius festi diei, sed etiam octauæ mentionem fecit; ergo è contrario in casu nostro, ex quo diebus octauæ priuilegium hoc legislator non concessit, neq; nos concessum dicemus arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Ab hac igitur opinione non discedemus; quamuis contrarium senserit Sot. dist. 22. q. 3. art. 4. concl. 4. vers. Finiuntur lib. 4. sed nulla probabili ratione: Excipitur octaua corporis Christi, vt dixi hic §. 6. sed iam ad quartã qõnem veniamus.

SVMMA.

1 *Festis diebus propositis præter missæ sacrum, septemq; horarum canonicarum preces, reliqua officia diuina obiri quoq; possunt.*

2 *Diebus illis festis & missæ alia celebrari possunt; quæ ad festos dies illos non pertinent.*

X.

1 Quarta quæstio est, an festis illis diebus, prætermissæ sacrum, septemq; horarum canonicarum preces, officia reliqua diuina obiri possint, vt pote aqua ad aspergendum populum benedici, sponsis benedictio tribui, mulier post partum in ecclesiã intromitti; ab episcopo calices, patenæ, aræ, templa, vestes, corporalia, abbates, virgines, & alia huiusmodi consecrari. In qua quæstione omnia diuina officia obiri posse dixit Anchar. in c. fin. nu. 3. vers. Item quero, an in dictis quatuor de sent. excom. lib. 6. eandem opinionem sequitur Phil. Franc. in §. in festiuitatibus vers. Vltimò not. eod. & Archiep. Flor. de eccl. interd. cap. Item per dictum cap. Alma vers. Item in dictis festiuitatibus, & Tab. in verb. Interdictum. 5. nu. 2. vers. Item in dictis, & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 186. & Fed. de Sen. consi. 111. nu. 6. & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 7. vers. In his autem solemnitatibus de interdicto, & Couar. in c. alma, pars. 1. §. 5. num. 6. vers. Nonò, vbi de cõi sententia testatur de sent. excom. lib. 6. & vers. Vndecimò, vbi ait festis his diebus nuptias benedici posse solemniter. Probatur autem hac ratione, quoniam in cit. §. in festiuitatibus, diuina officia simpliciter, & indeterminatè permittuntur; ergo & hæc permissa esse intelligemus; indefinita enim vniuersalis vim habet arg. l. si pluribus, & ibi not. ff. de leg. 2. hæc ratio mihi nõ satisfacit; nam ob festos illos dies diuina permittuntur; ergo diuina tantùm, quæ ad ipsos dies festos pertinent, fieri posse debent. Atqui à proposita sententia discedendum non est, quam ego sic probo, quoniam his festis diebus missæ sacrum fieri, & septem horarum canonicarum preces recitari, præsentibus Christi fidelibus, ac de more possunt ob cit. §. in festiuitatibus; ergo & hæc quoque officia obiri poterunt, ex quo aliàs interdicti huius tẽpore ea tantùm officia prohibita sunt, quæ laicis præsentibus fiunt, vt probauimus hoc cap. §. 5. nam, si missæ sacro interesse, & participes fieri queunt, multò magis & aliorum participes erunt. Preterea festis illis diebus ea officia tunc permittuntur, quæ aliàs interdicto prohibita erant, vt probatur in cit. §. in festiuitatibus; at interdicti huius tempore omnia diuina officia prohibita sunt, vt dicitur in eod. c. fin. ibi nulla certis casibus, & in c. non est vobis, ibi nulla diuina officia celebrentur de sponſ. ergo omnia diuina officia, atq; idcirco etiam præmissa celebrari poterunt; etenim lex corrigens à lege correcta declaratur, in quibus casibus lex corrigẽs locum habeat. Nec repugnat, quod dicebatur ob festos illos dies diuina permitti, ergo ea tantùm obiri posse, quæ ad ipsos dies festos pertinent; nam festi illi dies causa sunt, vt interdictum quò ad diuina officia de more celebranda relaxetur: quamuis ergo ea officia tunc in primis ce-
2 lebranda sint, quæ eorũ dierũ sunt; non tamen prohibetur, quin & reliqua celebrentur. Quare reliqua officia omnia eo tempore licitè, & sine offensa obibimus: atq; ob eam rem, si sponsis benedictionem tribuamus, missam de sponso, ac sponsa dicemus; nam & missæ, quæ ad eos dies nõ pertinent, celebrari possunt, vt dixit Anchar. in eod. c. fin. nu. 2. vers. Sed quæritur, an in prædictis quatuor festiuitatibus possit dici, & Couar. in c. alma, pars. 1. §. 5. n. 5. vers. Septimo de sent. excomm. lib. 6. vbi ait non tantùm missarum solemnia ipsius festiuitatis, sed & missas peculiares, ac votiuas celebrari posse. Quòd autem diximus nuptias, sponsosq; benedici posse, accipiendum est in hanc sententiam, modò aliunde nuptiarum benedictio prohibita nõ sit. Quare, quòd solemnes nuptiæ, ac benedictio à primo die quadragesimæ vsq; ad octauam Paschæ prohibita sunt, sicut etiam à prima dominica Aduentus, vsq; ad epiphaniam, vt sanciuit Trid. Syn. sess. 24. c. 10. de reform. matr. ob eam rem solùm benedici nuptiæ poterunt in die festo Pente-

costes,& Assumptionis Virginis Mariæ, & in festo sanctissimi Corpus Christi, in alijs autem nō ob proximam rationem; atque sic not. Couar. in cit. c. alma, pars. 2. §. 5. nu. 6. vers. Vndecimò. Benedici quoque fontes baptismi licebit tantùm in die Resurrectionis, vt dixit Couar. ibidem. nu. 6. vers. Decimotertiò; sed de quæstione hac itidem satis.

S V M M A.

1 *Extrema vnctio morientibus, & Eucharistia bene valentibus festis propositis diebus tribui non possunt.*

XI.

1 §. † Quinta quæstio est, an festis illis diebus extrema vnctio morientibus, & eucharistia benè valentibus tribuantur, quæ aliàs interdicti huius tempore tribui nequeunt, sicut nec etiam ordo, ac matrimonium, vt probauimus cap. 7. §. 1. cum duob. seq. & §. 6. in hac Tab. In qua quæstione, vt breuiter ipsam expediamus, nec his diebus sacramenta hæc tribui posse concludimus. Primò, quoniam festis illis diebus, diuina officia de more vt celebrentur, permissum est in c. fin. §. in festiuitatibus de sentent. excom. lib. 6. at sacramenta diuina officia propria non sunt, vt id significauit Rom. Pont. in eod. c. fin. paulò post principium ibi Nulla celebrentur officia, vel ministrentur ecclesiastica sacramenta; vt diuersa enim illa posuit, sicut etiam in c. episcoporum de priuileg. lib. 6. ergo festis illis diebus sacramenta hæc administrari non poterunt, quamuis diuinorum officiorum celebratio permissa sit; ex diuersis enim non fit illatio arg. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Præterea interdicti huius tempore pro regula traditur sacramenta administrari non posse, vt in eod. c. fin. & vt nos asseruimus cap. 7. in prin. in hac Tab. & nec veteri, nec recentiori iure. s. per cit. c. fin. sacramentorum horum administratio permissa est, ergo, à regula non discedemus; nam, vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expresſè non conceditur, intelligitur denegatum, vt dicitur in Clem. 1. § porrò de verb. signific. Ac planè, si Rom. Pont. sacramenta hæc administrari voluisset, sine dubitatione id dixisset, vt qui tantum diligentiæ in agendo de pœnitentiæ sacramento posuerit, vt conspicitur in cit. c. fin. ex quo igitur id non dixit; ergo nec id voluisse dicendum est arg. l. quod Labeo. ff. de suppellet. leg. à contrario sensu. Accedit postremò, quòd Rom. Pont. in eod. c. fin. de duobus agit de sacramentis in priori parte, de diuinis officijs in posteriori. s. qua ratione facienda sint; ergò, ex quo separatim & de sacramentis, & de diuinis officij egit, dispositum in vno in alio locum habere non potest; separatorum enim separata debet esse natura, atque ratio arg. l. fin. ff. de calum. & vt dixit Ias. in l. si ex falsis. nu. 3. C. de transact. Præsertim, q̄ clausula in fine posita ad ea non pertinet, quibus speciatim prospectum est, vt inquiunt DD. in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & in c. secundò requiris de appell. ex his omnibus ergò concludendum est ea sacramenta nec his festis diebus administrari posse; atque sic asserunt Anchar. in eod. c. fin. nu. 2. vers. Quæro vlterius, vtrum in dictis quatuor, & Gemin. eod. in §. in festiuitatibus. nu. 7. & Phil. Franc. vers. Vltimò not. & Io. And. de Bonon. in tract. de eccles. interd. nu. 142. & Fed. de Sen. in consi. 311. nu. 6. vers. Ad propositum, & Syl. in verb. Interdictum. 5. q. 2. nu. 3. vers. Tertium, & Tab. eod. 5. num. 2. vers. Item in dictis festiuitatibus, & Couar. in cap. alma, pars. 2. §. 5. nu. 6. vers. Decimò de sent. excom. lib. 6. qui & sacramenta his diebus non permitti ait, nisi ea forma, qua extra dies hos permittuntur eod. nu. vers. Illud tamen, & communis deniq; Doctorum sententia hæc est. Nec repugnat, si dicatur saltem Paschatis tempore eucharistiam sumi posse; quandoquidem tunc sacramentum illud suscipiendum est ob c. omnis de pœnit. nam illud locum habet, interdicto, & prohibitione alia cessante, vt inquiunt Gemin. in eod. c. fin. §. in festiuitatibus. n. 7. vers. Quæro, an istis festis, & Anchar. nu. 2. vers. Quæro vlterius. Neq; igitur episcopi consecrari poterunt, si episcopatus ordo est: & de quæstione hac itidem satis, ad postremam veniamus. Si illud priùs addiderimus in festis illis diebus quodcunq; missæ sacrum fieri posse, etiā si ad dies eos non spectet, vt dicunt Anchar. in eod. cap. fin. num. 2. vers. Sed quæritur, an in prædictis quatuor festiuitatibus, & Archiep. Flor. eod. cap. Item per dictum cap. vers. Item, & si in dictis festiuitatibus, & Tab. eod. 5. num. 2. vers. Secūdò, ibi & est honestiùs, & Couar. in eod. c. alma, pars. 2. §. 5. n. 5. vers. Septimò de sent. excō. lib. 6. & §. 4. n. 3. vers. Sextò, & nos supra; ordinaria igit, & extraordinaria obiri poterūt, vt dixit Nauar. in Man cap. 27. n. 185. & hoc ob Gloss. communiter receptam in eod. c. fin. §. adijcimus in verb. Sicut priùs. Ex quo enim tūc, vt priùs, diuina officia obiri possunt; & alio quidem tpe adhibita ea forma cit. §. adijcimus, festis verò illis diebus de more, ergo quæcunq; officia obiri

poterunt;

Poterunt; nam & priùs sic poterant, atque sic vsu obseruari dixit Nauar.eod.& nos id etiam in hoc cap. asseruimus in §.10.nu.2.

SVMMA.

1 Diebus illis festis interdictum suspenditur.
2 Suspendi interdictum potest ab aliquo tantùm.
3 Suspendi an possit interdictum personæ.
4 Laici festis illis diebus diuinis interesse possunt, etiam si interdicti sint.
5 Oblationes interdicti licitè recipiuntur.

XII.

1 § † Postrema quæstio est, an festis illis diebus interdictum illud tollatur, an verò suspendatur (non enim idem est interdictum tollere, atq; illud suspendere; nam tollitur, vbi omnino aufertur; suspenditur verò, vbi interdictum remanet, sed eius effectus impeditur arg.c.vn. iunct.Gloss.in verb.Reuocationem de ijs, quæ vi, metusvè causa fiunt lib.6.& cit.c.fi.) Quò ad quæstionem igitur breuiter concludimus interdictum in hoc casu suspendi; nã hoc sensit Gloss. in c.vt priuilegia in verb.Semel in anno, de priuil.& sequitur eam ibi Abb.n.3.& apertiùs Nauar.in Man.cap.27.nu.185.vers.Et suspenditur illis diebus. Id quod & ratione probatur; nam si interdictum ibi tolleretur, sacramenta omnia administrari possent, cuius contrariũ supra con-
2 clusimus; ergò interdictum hoc tantùm suspenditur. Et ex his duo colliguntur, primò interdictum loci suspendi posse. † Item non solùm quò ad omnia, sed etiam quò ad aliqua, vt in eod. c. fin.§.in festiuitatibus, vbi quò ad diuina officia tantùm suspenditur. Quare suspensionis verba diligenter contemplabimur, vt, in quo interdictum suspendatur, ne ignoremus; nam, si simpliciter suspendatur, diuina omnia licitè fient; si quò ad aliqua tantũ, ea solùm licitè fient arg. cit.
3 §.in festiuitatibus. † Atqui an interdictũ personæ suspendi potest? Inn. interdictũ hmôi suspendi non posse dixit, & sequitur eum Abb.in c.vt priuilegia de priuileg. Et hoc ob eam rationem, quoniam, si interdictum cõtomaciæ pœnitet, debet omnino absolui, & interdictum tolli; si eum nõ pœnitet, secus; quoniam celebrare non potest, ex quo est in peccato. Hæc dicta Inn. vera omnino mihi non videntur. Primò, quia, si ob contumaciam interdicto subiectus fit, suspenso interdicto diuinis saltem interesse poterit, vt fit in cit.§.In festiuitatibus: si à contumacia discesserit, absolutione non est opus; quoniam ipso iure interdictũ sublatũ est, vt supra diximus. Si ob delictum interdicto subiectus fit, sacramenta suscipere poterit, atq; idcirco & missæ sacrum facere, ex quo per pœnitentiam peccati culpa deleta est; sententia igitur Inn. locum habebit, vbi ob contumaciam interdictus est, & in contumacia perseuerat, quò ad missæ sacrum faciendum,
4 sacramentaq; suscipienda; quãuis & tunc ob peccatum potius impediatur. † Postremò colligitur ex cit. §.in festiuitatibus, & laicos festis illis diebus diuinis, dũ fiunt, interesse posse. Nam & interdictis hoc ibi permittitur, modò ij, quamobrem interdictum illud latũ est, nullatenus altari appropinquent, vt ibi dicitur. Altari autem non appropinquare non nulli interpretati sunt ab eucharistiæ sumptione, non nulli ab offertorio hos prohibitos esse: quorũ sententia neutra mihi probatur. Non prior, quoniam interdictum suspensum est solum quò ad diuina officia, non autem quò ad eucharistiam, vt supra diximus: postremò de ijs interdictis ibi agitur, qui adhuc in contumacia, ac peccato perseuerabant; declarat hoc ille versiculus Vt ipsi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum faciliùs inclinentur. Non posterior sententia, quoniam, cùm pœna hæc sit, permissum id esse censetur, qđ speciatim prohibitũ nõ reperitur, vt as-
5 seruit Gloss.in c.oblationes.d.90.& arg.l.ab ea parte.ff. de probat. † at interdictis oblationes offerre prohibitum non est, nec clerici eas recipere prohibentur, vt dixit Cald.de eccl.interd. membr.6.& sequitur Nauar.in Man.cap.27.nu.174.in fin.vers. Possunt tamen accipere funeralia; ergò horum sententia recipienda non est. Ea verba igitur in eam sententiam accipienda esse censeo, quam sonant, ne.s.altari appropinquent; quamuis eis permittatur, vt diuinis intersint. Id quod ob eam rem fit, quò rubore perfusi à cõtumacia discedãt arg.c.1.de except.lib.6, sic enim & ad ecclesiæ valuas quis aliquando ponitur, vt pœnam luat arg. c.in capite.dist.50. sed iam de sepultura ecclesiastica agamus.

De sepultura ecclesiastica in locis generali interdicto subiectis prohibita, declaratione tertia eiusdem effectus. Cap. IX.

SVM-

SVMMA.

1 *Sepultura ecclesiastica quænam sit.*
2 *Sepultura ecclesiastica interdicti loci generalis tempore prohibita est, Primò interdictis, Deinde excommunicatis, Tertiò laicis, Postremò clericis, qui interdictum violarunt, eivè causam dederunt.*



ESTAT, vt de ecclesiastica sepultura hic agamus, q̃ & ipsa interdicti generalis loci tempore prohibita est; de qua hęc cōtemplabimur. Primùm, ecclesiastica sepultura quænam sit. Deinde, qui ea careat. Tertiò, an festis illis diebus Natiuitatis Christi D. Paschatis, Pentecostes, Assumptionis Virginis Mariæ (quibus diuina officia de more celebrantur, vt habetur in c.fin. §. in festiuitatibus de sent.excom.lib.6.) an, inqnam, festis illis diebus ecclesiastica sepultura detur.
1 Postremò, qnid de clericis. † Quò ad primam quæstionem igitur ecclesiastica sepultura, quatenus ad rem nostram pertinet, est locus ab episcopo consecratus, in quo Christi fidelium corpora sepeliuntur; sicuti cœmiterium, atque ecclesia consecrata arg.c.is, cui.§.talis quoque de sent. excom.lib.6.& vt inquiunt Syl.in verb.Sepultura,& Tab.eod.nu.2. vers. Secundò. Imò & ecclesia non consecrata in hoc genere habetur, modò ibi diuina fiant, vt probatur in c.pen.de immun.eccl.iunct.c.fin.de consecr.eccl.vel altar.& vt dixit Gloss.in Clem.1.& Anchar.num.4.de
2 sepult.hæc igitur ecclesiastica sepultura est. † Quò ad alteram quæstionem verò, quinam.s.interdicti huius tempore sepultura huiusmodi careat, quò rem hanc dilucidiùs explicemus, regulam hanc constituimus, In locis interdicto generali subiectis Christi fidelium omnium corpora ecclesiastica sepultura carent, vt habetur in c.quod in te, de pęnit. Licet autem, dicitur enim ibi, per generale interdictum denegetur omnibus tam vnctio, quàm ecclesiastica sepultura, & cęt. Hæc ibi; si per generale interdictum loci ergo omnibus ecclesiastica sepultura denegatur, ergo interdicti generalis loci tempore omnes Christi fideles ecclesiastica sepultura carebunt; qui.n. omnes dicit, neminem excludit arg.c.si Romanorum.d.19.& l.Iulianus.ff.de leg.3. Idem probatur in c.3.§.q.si templarij de priuil.in antiq.& in c.episcoporum eod.lib.6.& in cit. Clem.1. de sepult. Quare excommunicati primò sepultura huiusmodi priuabuntur. Item & interdicti; nam, esto, generale interdictum hoc non esset, ea tamen priuarentur, vt de excommunicato asseruimus c.9.§.5. cũ seq.Tab.2.& de interdictis infra dicemus. Tertiò laici nulla cẽsura irretiti ob iura proximè citata, & infantes; nam interdicti tempore ecclesia nullum corpus admittit: quippe quæ interdicta sit, atq; sic dixit Couar.in c.alma, pars.2.§.4.nu.5.vers. Duodecimò de sent.excom.lib.6. Postremò clerici, qui ipsum interdictum violarunt arg. cit.c.q̃nte de pœnit. §.licet, & multò magis, qui interdicto causam dederunt. Hi ergo sunt, qui interdicti huius tempore ecclesiastica sepultura carent: sed de his quæstionibus satis, ad tertiam veniamus.

SVMMA.

1 *Sepultura ecclesiastica donari quis non debet interdicti generalis loci tempore, nec die festo Natiuitatis Christi Domini, Paschatis, Pentecostes, Assumptionis Virginis Mariæ, & sanctissimi Corporis Christi.*
2 *Officium mortuorum an tunc fieri possit.*

I.

§ Tertia quæstio est, an interdicti huius generalis loci tempore festis diebus Natiuitatis Christi D. Paschatis, Pentecostes, Assumptionis Virginis Mariæ Christi fideles ecclesiastica sepultura careant, cùm diuina officia de more tunc celebrentur; quam quęstionem, vt dilucidiùs explicemus, duo cōtemplabimur; primùm, an simplex hæc sepultura tribui possit; deinde,
1 an officium Defunctorum, ac reliqua huiusmodi fiant. † Quò ad primum igitur Ioan.Cald.his festis diebus Christi fideles ecclesiastica sepultura donari posse existimauit, & cum ipso transit Anchar.in c.fin.nu.2.vers. Sed hic incidenter quærit de sent.excom.lib.6. & Couar. in c.alma, pars.2.§.5.nu.6.vers.Octauò, vbi & quosdam alios idem sentientes refert, & opinionem hanc benigniorem, & iure, & æquitate defendi posse ait, de sent.excom.lib.6.sed tamen ipse eam non probat. Probatur autem hæc sententia, leuioribus omissis, duobus potissimum. Primùm, quoniam, vt ipse Cald.inquit, ob eam rem ecclesiastica sepultura tunc prohibetur, quia diuinum officium fieri nō potest, quod ad sepulturam adhibetur arg.c.qui diuina.13.q.2. ergo, ex quo his festis diebus diuina officia de more celebrãtur, & fieri possunt ob cit.c.fin.§.in festiuitatibus, &

eccle-

ecclesiastica sepultura tribui poterit: hæc ratio opinionem hanc non probat; tum q ob diuinum
officium, quod interdicti huius tempore vetatur, ecclesiasticam sepulturam prohiberi ait, & id
nulla ratione probat (etsi enim dicitur in cit. c. qui diuina, eos, qui ab hac vita discesserunt, psal-
mis, psalentiumq; vocibus sepeliendos esse, non necessariò tamen hæc ad sepulturam postulan-
tur, vt per se patet) tum q, si ob officium diuinum tantùm ecclesiastica sepultura interdicti hu-
ius tempore prohibita esset, diuino officio non adhibito in sacris locis Christi fidelium corpora
sepeliri possent; quod tamen falsum esse priuilegium hac de re clericis concessum declarat in c.
q in te de penit. ratione igitur hac proposita sententia non probatur. Postremò sic argumentan
tur, festis illis diebus laici Christiani etiam diuinis officijs interesse possunt, vt dicitur in cit. §. in
festiuitatibus; ergo, ex quo viui cum Christi fidelibus in sacro loco diuinis interesse possunt, &
diuinorum participes fiunt, & mortui in sacro loco sepeliri poterunt: hæc etiam ratio proposi-
tam opinionem non tuetur; nam ob eam rem diuinis interesse tenc possunt, quoniam interdi-
ctum quò ad diuina officia suspensum ibi est; at tradere aliquem sepulturæ huiusmodi non est
ex ijs officijs diuinis, de quibus agitur; ergo ad rem non facit, sed totum contrarium ibi proba-
tur, vt. s. ex quo, vt diuinis officijs intersint, lex permisit, ecclesiasticam sepulturam denegaue-
rit arg. c. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. Quare, cùm nulla ratione opinio hæc
probetur, contrariam, vt nec his festis diebus ecclesiastica sepultura tribuatur, amplexata est
Gloss. in Clem. 1. in verb. A iure de sepult. eam sequuntur ibi Zab. q. 9. vbi & alios idem sentien
tes refert, & Anchar. sibi contrarius. nu. 5. vers. Quintò not. & Gemin. in cit §. in festiuitatibus.
nu. 8. & Phil. Franc. vers. Tertiò not. qui opinionem hanc, tanquam tutiorem tenendam esse ait,
& Fed. de Sen. cons. 111. nu. 6. vers. Et potest subsequenter quæri, eam communem esse testatur
Couar. in eod. §. 5. nu. 6. sequitur eam Maiol. de irreg. lib. 3. cap. 29. nu. 8. hanc quoq; vel verissi-
mam ego amplector. Probatur autem primò hac ratione, quoniam in eod. §. in festiuitatibus
permittitur, vt diuina officia de more celebrentur; at diuinorum officiorũ nomine ecclesiastica
sepultura nõ continetur. Declarat hoc primùm ethimologia vocabuli, vnde verborum proprie
tas habetur, vt docuit Bart. communiter receptus in l. omnes populi. nu. 59. vers. Quæro, vnde
sumatur ista propria significatio. ff. de iust. & iur. & l. liberorum. nu. 9. vers. Secundò principali- 7
ter, ff. de verb. sign. & Ias. in l. 2. §. appellata, & ibi DD. ff. si cert. pet. nã sepultura dicta est, quasi
septio terræ; quandoquidem mortuorum corpora terrà sepiuntur, cùm sepultura donantur, vt
habetur in Dictionario in verb. Sepelio; at diuinijs officij hoc non fit, vt per se patet; ergo, etsi,
festis illis diebus diuina officia vt celebrentur, permissum est, sepultura tamen ecclesiastica con
cessa esse dici non potest. Declarant hoc etiam canones, qui prohibent, ne sepultura hæc tribua-
tur, & ne diuina officia fiant; nam separatim semper de ipsis agitur, vt in c. episcoporum, ibi Ad
diuina officia, seu ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam de priuil. lib. 6. & in
c. si sententia de sent. excom. eod. lib. ergo, ex quo diuersa sunt; ab vnius cõcessione ad alterum
non argumentabimur; ex diuersis enim non fit illatio arg. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Hinc
Fed. de Sen. cons. 159. nu. 3. si cuipiam concedatur, vt interdicti huius tempore diuina audiat,
ecclesiasticaq; sacramenta percipiat, hunc mortuum ecclesiastica nihilominus sepultura carere
respondit: & hoc ob hanc rationem, q sepultura officij nomine non continetur. Postremò pro
hac sententia facit c. 3. §. q si templarij de priuil. vbi quibusdam, etsi permittebatur, vt interdi-
cti huius tempore in eorum aduentu apertis ecclesiæ ianuis diuina officia fierent, vt ibi dicitur,
& in c. vt priuilegia. §. illud eod. tamen ecclesiastica sepultura prohibebatur; ergo ex hoc iure
veteri recens illud interpretabimur eius. §. in festiuitatibus, vt concessa diuinorum officiorum
celebratione, ecclesiastica sepultura concessa non intelligatur. In hac igitur quæstione sic con-
cludendum censerem, quam & magis receptam inquit Couar. ibid. quicquid dixerit Felicianus
episcopus Scalen. in Enchiridio de censuris cap. 7. vers. In his autem solemnitatibus de interdi-
8 cto; nam nulla ratione nitit.† Quò ad aliud autem, an officium mortuorum festis illis diebus de
more celebrari possit, citati autores, qui tunc ecclesiasticam sepulturã tribui posse asseruerunt,
sine dubitatione id posse affirmarunt; nam & ob eam rem ecclesiasticã sepulturam tribui posse
dicunt, q sepultura ferè ad diuinum officium pertinet; & hanc opinionem sequitur etiam Fed.
de Sen. cons. 111. nu. 6. vers. Sed posset de nouo dubitari, nam clericos, qui ad sepulturam offi-
cium celebrant, irregulares non fieri dixit; quippe quia aliud est sepulturæ officium, aliud ipse
actus sepeliendi. Ego autem sic distinguendum censerem. Aut quærimus, an officium mortuo-
rũ festis illis diebus per se celebrari possit, neminé. s. eccl. sepultura sepeliendo; & in hoc casu
officiũ illud sine dubitatione celebrari posse sentio; tum q interdicti huius tempore festis illis
diebus

diebus pro mortuis preces suadere non prohibemur;tum quod eo tempore diuina officia permittuntur, in quorum numero mortuorum officium continetur: non enim ecclesiastica sepultura tunc tribuitur,sed pro ijs, qui iam sepulti sunt,preces ad Deum funduntur, & in hoc casu sententia Fed.& aliorum locum habebit.Hinc Gloss.in Clem. 1.in verb. Eis,quibus,pro his hac ratione orandū esse,& mortuaria recipi posse,vel ab ipso mortuo relicta,vel pro ipso ab alijs oblata; asseruit; idem sensit Phil.Franc.in c.fin.§.illis vers. Vltimò not.de sent.excom.lib.6.& Nauar. in Man.cap.27.nu.174.in hoc igitur casu officium mortuorum celebrari poterit. Imò & festis illis diebus non existentibus mortuorum officia fieri,& iusta poterunt: modò tamen submissa voce fiant, & cęt.qm̄ omnia officia diuina ea ratione,vt priùs obiri possunt,ac propterea tam pro viuis,quàm pro mortuis orari, & mortuaria recipi. Aut quęrimus, an ad sepeliendum quempiam in ecclesia,cœmiterioq; officium illud celebrari de more possit, & in hoc casu id non posse censeo;tum quod sepultura ecclesiastica prohibita est, ergo & id omne, per quod ad illam perueniri solet, prohibitum esse debet arg. l.oratio. ff.de spons. tum quod officium illud vti qualitas quædam tunc ecclesiasticæ sepulturę est;ergo sepultura prohibita & ipsum prohibitum esse debet arg.c.accessorium de reg.iur.lib.6.Hinc Gloss.in cit.Clem.1.in verb.Eis,quibus,funeralia, quæ dantur, dum quis sepelitur, in loco interdicto recipienda non esse dixit; quandoquidem delicti particeps recipiens videretur. In hac quæstione igitur sic concludendum censerem; sed iam ad postremam quæstionem veniamus.

S V M M A.

1 *Sepulturam ecclesiasticam interdicti generalis loci tempore clerici habent; quæ regula, quomodo accipiatur, & quatenus pateat, etiam declaratur.*

2 *Sepeliri in ecclesia clerici possunt interdicti huius tempore mortuorū officio etiam recitato, seu cum recitatione officij mortuorum.*

II.

1 § † Postrema quæstio est, an interdicti generalis loci tempore ecclesiastica sepultura clerici careant. In qua quæstione breuiter concludimus clericos interdicti huius tempore ecclesiastica sepultura non carere,atque ob eam rem in loco sacro sepeliri posse. Et hoc ob c.quòd in te de pęnit.Licet autem,dicitur enim ibi,per generale interdictum denegetur omnibus tam vnctio,quàm ecclesiastica sepultura;concedimus tamen ex gratia,vt clerici decedentes(qui tamen seruauerunt interdictum)in cœmiterio ecclesiæ sine campanarum pulsatione, cessantibus solemnitatibus omnibus cum silentio tumulentur.Hęc ibi Rom.Pont.ex quibus manifestò apparet clericos interdicti huius tempore ecclesiastica sepultura non carere; atq; sic inquiunt ibi Abb.& Anchar.in c.fi.n.13.vers.Ex quibus patet,de sent.excō. lib.6.& Fed.de Sen cōs.159.& Nauar. in Man.cap.27.num.176.vers.Et quamuis laici,& Couar.in c.alma,pars.2.§.2.num.7. vers.Clericis etiam decedentibus de sent. excom. lib.6. Quare,quòd in clericorum numerum quis adscribitur,statim atque primam tonsuram accepit arg.c.cùm contingat, & ibi communiter not.de ætat. & qualit. & Rom. Pont. simpliciter clericis priuilegium hoc condonauit; & simplex,atq; indefinita oratio vniuersalis vim habet, vt asseruit Bart. in l.qui ædificium. ff.de seruit.vrban.pręd.& in l si pluribus.ff.de leg. 2. ob eam rem priuilegium hoc multi habebunt. Primò enim omnes clerici tam maiores,quàm minores. Item tam seculares, quàm regulares. Tertiò,etiam si verbis depositi essent;non enim hi clericorum priuilegijs carent, vt dixit Gloss. in c.2.in verb.Priuilegio de pęnit.lib.6.& Syl.in verb.Degradatio.nu.7.vers.Sextò. Excipiuntur tamen primò clerici,qui interdictum violarunt;hi enim priuilegio hoc non fruuntur ob cit. c.quòd in te,atq; sic citati auctores asserunt.Item clerici coniugati; nam hi duo tantùm priuilegia habent.s.fori, & c.si quis suadente diabolo. 17.q.4.& hoc ob c.vn.de cler.coniug.lib.6.ergo aliud priuilegium non habebunt arg.c.non nē de præsumpt.& l.cùm prætor.ff.de iud.quod tamen locum non habebit,vbi consuetudine priuilegium hoc præscriptum non esset, atque sic sensit Nauar.in Man.c.27.nu.176. & facit, quæ dixit cod.nu.174. Tertiò priuilegio hoc clerici carebunt,qui excommunicati,interdictiue sunt,vt antea vidimus;nam,& loco non interdicto, hi sepultura eccl.carent, vt suis locis nos diximus. Quartò, vbi delictum quodpiam commiserunt, quamobrem, & loco non interdicto ecclesiastica sepultura priuantur; cuiusmodi generis delictum habetur in c.2.de torneam.& in c.vn.de vit.honest. cler.lib.6. & in c.in audientia iunct.c.contingit de sent.excom.cum ibi not.Postremò re ipsa de gradu deiecti,hi enim om

ni cle-

ni clericorum priuilegio caret, vt habetur in c. 2. de pęn. lib. 6. hi ergo degradati cum alijs proximè dictis ecclesiastica sepultura carebunt. † Verùm, an solemnibus de more adhibitis, vt po-
3 st mortuorum officio recitato clerici tunc sepelientur? Hac ratione ipsos sepeliri posse existimauit Archiep. Flor. de ecclesi. interd. cap. Item tempore generalis interdicti vers. Clericis verò, & Syl. in verb. Interdictum. 5. q. 8. nu. 10. vers. Quartum, & Tab. eod. 5. num. 12. vers. Vndecimò ibi clerici. Et hoc ob vnam potissimum rationem, quòd permittitur per cit. c. fin. §. adijcitur de sentent. excom. lib. 6. vt missæ sacrum faciant, diuinaq; alia officia recitent, quæ maiora officio mortuorum sunt; ergo & ipsum officium, quod minus est arg. c. cui licet de reg. iur. lib. 6. & leg. non debet, cui. ff. eodem. Hanc opinionem ego etiam sequor, modò seruetur forma tradita in cit. c. fin. §. adijcitur, scilicet exclusis laicis, non pulsis campanis, submissa voce, ianuis clausis; nam in hoc casu nihil est, quod id prohibeat: quòd enim clericus est, in sacro loco sepeliri potest ob c. quòd in re de pęnit. quòd verò, ea adhibita forma, quæuis diuina officia fieri possunt, vt probauimus cap. 8. §. 5. in hac Tab. ob eam rem & mortuorum officium recitari poterit. Imò festis illis diebus, qui recensentur in eod. c. fin. §. in festiuitatibus de more ecclesiastica sepultura clerici donari poterunt ob ea, quæ diximus eod. cap. §. 9. Excipio tamen, vbi interdictum fertur sublata moderatione eius cit. c. fin. nam per cit. c. quòd in te, simplex sepultura conceditur. Declarat hoc primò vers. Cum silentio sepeliantur, quod silentium non seruaretur, etiam si submissa voce officium recitaretur. Declarat hoc etiam canonum consuetudo; nam, vbi officia permittunt, non vt sub silentio recitentur, sed submissa voce iubent, vt in cit. §. adijcimus, & in c. permittimus de sent. excom. in antiq. sed de clericis hactenus; ad alios, qui interdicti huius tempore ecclesiastica sepultura non carent, veniamus.

SVMMA.

1 *Priuilegium habens, vt possit sepeliri in loco sacro interdicti generalis loci tempore, ecclesiastica sepultura non caret.*

2 *Priuilegio cuipiam concesso, ut audiat diuina, & sacramentaq; suscipiat interdicti generalis loci tempore, an ecclesiasticam sepulturam etiam habeat, & in loco sacro sepeliri possit.*

3 *Priuilegia contra interdicta Romanus Pont. tantùm concedit.*

III.

1 § † Secundo loco ecclesiasticam sepulturam is habet, & in loco sacro sepeliri potest, cui per priuilegium id concessum est arg. c. quod in te. §. licet de pęnit. nam, si ob hanc rationem clerici ius hoc hńt, & alij ob eandem rõnem habere dńt arg. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel
2 inutil. † Verùm quid, si cuipiam concedatur, vt interdicti huius generalis tempore diuina audiat, & sacramenta suscipiat, an hic ecclesiasticam sepulturam habebit? & in loco sacro sepeliri poterit? Cald. hunc sepeliri posse in loco sacro asseruit, eum sequitur Anchar. in c. fin. num. 15. vers. Sed quid de priuilegiatis de sent. excom. lib. 6. & Archiep. Flor. de eccles. interd. cap. Item tempore generalis interdicti vers. Item priuilegiatus, & Syl. in verb. Interdictum. 5. q. 8. nu. 10. vers. Sextum, & Tab. eod. 5. nu. 12. vers. Item priuilegiati, & Angel. eod. 6. num. 33. vers. Vtrum priuilegiatus, & Fed. de Sen. consil. 186. Probatur autem horum sententia primò hac ratione, quoniam is, cui priuilegium hoc concessum est, sacramenta suscipere potest, vt in facto proponitur, ergo & ecclesiasticã sepulturam habere; nam sacramentorum appellatione, & sepultura ecclesiastica comprehenditur, vt in c. ad apostolicam de Simon. vbi, cùm ad Romanum Pont. relatum esset quosdam clericos pro exequijs mortuorum, ac similibus pecuniam exigere, præcipit ibi, vt liberè deinceps ecclesiastica sacramenta conferantur; ergo sacramentorũ nomine ecclesiastica sepultura cõtinetur, ex quo Rom. Pont. de exequijs mortuorũ agẽs ipsas appellat sacramenta. hæc ratio, quæ prima pro hac sententia redditur, nihil facit. Primò, quia ibi nõ agitur de loco sacro, vbi corpora Christi fidelium sepeliuntur, sed de officio, quod pro mortuis fit, vt habetur apud Ambros. in Dictionario in verb. Exequiæ, & in Dictionario ecclesiastico eod. at quęstio hæc de exequijs non est, sed de ipsamet sepultura; ergo ad rem non facit. Postremò accedit, quòd exequiæ sacramenta propriè non sunt, quippe quæ in numero sacramentorum non recensentur à Trid. Syn. can. 1. sess. 7. de sacr. & quamuis ibi sacramentorum nomine exequiæ comprehendantur, non propriè, sed communiter ibi sic appellantur ob materiam, de qua agitur; nam, sicut pro sacramentis administrandis pretium exigere nobis non licet, ita nec pro exequijs, vt quæ sacramentalia quędam sint, ac spiritualia, vt hoc per se patet; eo iure igitur

sententia hęc non probatur;& multò minùs per e.non satis eod.de simon.quod & ad id allegatur. Postremò sic argumentantur, nos communicamus ijs, qui priuilegium hoc habent, dum viuunt;ergo & illis mortuis communicare posse debemus,& sic etiam in ecclesiastica sepultura arg.c.sane.24.q.2.& c.ex parte 2.de sepult.hæc ratio mihi itidem non probatur;nam ea regula locum habet, vbi iure contrarium cautum non est, vt hic, quod paulò post probabimus: & hæ sunt rationes,quæ pro hac sententia potissimum redduntur. Quibus cùm ipsa non probetur, vt vidimus, contrariam amplexatus est quidam, qui habetur sub Fed. de Sen.consil.186.incip. Talis casus est;eandem ego etiam sequor. Probatur autem primò hac ratione, quia nomine sacramentorum, atq; diuinorum officiorum sepultura non continetur, quippe quæ genere inter se differant; quandoquidem sepultura sub genere loci est, & sub prædicamento Vbi,vt logicæ magistri inquiunt,sacramenta verò sub genere signi,vt docuit Cat.de sacr.vers. Sequitur nunc, vt verba illa Rei sacræ, officia verò diuina sub genere orationis arg. c.à nobis.2. & c.sacris de sent.excom.ergo,diuinis officijs cõcessis, sepultura concessa non intelligetur;ex diuersis enim non fit illatio arg.l.Papinianus exuli.ff.de min.Facit postremò pro hac sententia,quòd ecclesia separatim de sepultura ecclesiastica sępius agit, vt in c.quòd in te de pœnit. & in c.3.§.quòd si templarij de priuil.ergo vno ex ipsis concesso alterum concessum non intelligetur; priuilegium igitur hoc habens ecclesiastica sepultura carebit. Id quod multo magis dicendum est, vbi, diuina officia vt audiret,concessum tantùm esset:quamuis citati autores contrarium senserint, & malè mea sententia; nam, si illud verum esset, festis illis diebus,qui habentur in eod.e.fin.§.in festiuitatibus de sent.excom.lib.6.ecclesiastica sepultura vulgò tribui posset, quoniam vniuersis, etiam interdictis diuina officia, vt tunc audiant, permissum est,vt ibi habetur. In hac quõne igitur sic concludendum censerem;sed iam ad alios, qui interdicti huius tempore sepultura ec-
3 clesiastica non carent, veniamus. † Cùm priùs tamen illud addiderimus priuilegium hoc, de quo egimus, à nemine præter quàm à Rom.Pont.concedi posse, vt sensit Gloss.in e.vt priuilegia in verb. Semel de priuileg.etenim hac ratione communi iuri derogatur,cui omnes subiecti sunt,Rom.Pont.excepto arg.c.1,& c.fin.de constit.iunct.e.proposuit de concess.præb.

SVMMA.

1 Sepulturam ecclesiasticã quando habeant homines loci eius,qui generali interdicto subiectus est.

IV.

1 §. † Tertiò laici eius loci,qui interdictn generali subiectus est,ecclesiasticam sepulturam habent extra locum interdictum; alibi enim & in cœmeterio, & in ecclesia sepeliri poterunt,modò aliud ipsis non obstet arg.e.si ciuitas in fin. de sent.excom. lib.3. & vt dixit Abb.in e.quòd in te de pœnit.& vt hac de re consultus Fed.de Sen.respondit consil.121. & facit etiam id, quod dixit idem Fed.consf.208. vbi laicos loci interdicto subiecti extra eum locum ordines suscipere posse asseruit.Et hoc ob eam rationem,quoniam homines eius loci non idcirco interdicti & ipsi sunt,vt probatur in c.si sententia vers. Cęterùm de sentent.excom.lib.6.& vt dixit Abb.in eod.c.quòd in te.nu.3.& in c.fin.nu.3.de excess.prælat. sicuti è contrario interdicto populo loca eius interdicta non sunt,atq; sic dixit etiam Fed.de Sen.in cit.locis.Poterit ergo quis interdicti huius tempore curare,vt aliò deferatur,quò ecclesiastica sepultura non careat; libera enim ecclesiasticæ sepulturæ electio est, vt habetur in cap. 1. de sepult. Excipiuntur tamen de eorundem autorum sententia ij, quorum culpa interdictum latum est, & facit c.si sententia. § cæterùm vers.Qui culpabiles à contrario sensu de sent.excom.lib.6. Quartò,si contra interdictum ecclesiæ corpora in sacro loco sepulta sint, & antequam inde extrahantur, interdictum tollatur; inibi vt sint,permittitur,vt dixit Gloss.in Clem.1.in verb. Eis, quibus, de sepult.vide tamen,quæ diximus cap.11.§.1.in hac tab.Quintò post interdictum sublatum eorum corpora, qui interdicti tempore è vita decesserunt, exhumata ibi in loco sacro sepeliri poterunt; modò non contumaces mortui sint,vt dixit Gloss.in cit.vers.Eis,& Abb.in eodem e.quòd in te in fin. Sextò in loco interdicto mortuorum corpora christianæ sepulturæ licitè dabuntur,vbi interdictum quò ad sepulturam suspensum est arg.cap.fin.§.in festiuitatibus de sent.excom.lib.6. Postre nõ etiam durante interdicto inibi mortuorum corpora sepeliri poterunt, modò pro ecclesiastica sepultura locus ille non habeatur;quamuis cœmeterio,ecclesiæve contiguus sit, atq; sic sensit Gloss.in ead.Clem.1.in verb. Cœmeterijs:sed de his hactenus;si quid præterea hic desideretur,id facilè habebimus ex cap.9.§.5.cum seq.Tab.2. sed de effectu generalis interdicti loci per se satis; ad effectum interdicti specialis loci veniamus,

De effe-

De effectu proprio, per se, ac proximo interdicti in locum specialem lati.
Cap. X.

SUMMA.

1 *Loco speciali interdicto ibi diuina fieri nequeunt.*
2 *Ecclesia speciatim interdicta ibi missae sacrum, aliaq; diuina officia fieri nequeunt; quae regula etiam declaratur.*
3 *Capellae, ac sacella, nec non coemeterium ecclesia speciatim interdictae an interdicto subiecta & ipsa sint.*
4 *Coemeterium an interdictum sit ecclesia interdicta.*
5 *Episcopus in ecclesia speciatim interdicta celebrare non potest.*



EGIMUS de effectu per se, ac proprio interdicti generalis loci; iam de effectu itidem per se, ac proprio interdicti specialis loci agamus. † Effectus ergo per se, ac
1 proximus interdicti specialis loci, idest interdicti in locum singularem lati diuinorum ecclesiae prohibitio in eo loco est, qui interdicto subiectus iacet; nam, statim atq; locus aliquis singularis interdicto est subiectus, ibi diuina fieri nequeūt arg. c. si ciuitas. §. ratione, & c. is, qui §. 1. de sent. excom. lib. 6. singulare autem interdictum quodnam sit, declarauimus cap. 6. in hac Tab. Verùm, quòd per interdictum loci tria ibi prohibentur, diuina officia, sacramenta, atq; eccl. sepultura, vt vidimus de interdicto generali loci; ideo singula haec & in hoc interdicto contemplemur; & primò diuina officia, deinceps reliqua, an prohibita sint in singulari loco fieri, qui speciatim interdicto subiectus est. † In
2 ecclesia, locovè sacro igitur speciatim interdicto nec missae sacrum fieri, nec alia diuina officia obiri possunt; Ratione quoq; simili, dicitur enim in c. si ciuitas de sent. excom. lib. 6. si sit ecclesia interdicto supposita, vel subiecta, nec in capellis eius celebrari, nec in coemeterio ipsius eidem ecclesiae contiguis poterit sepeliri. Haec ibi, ex quibus proposita regula probatur; nam, ex quo de ecclesia interdicta ibi agitur, quae singularis locus quidam est, & interdictum in eam latum est singulare, vt habetur in c. in partibus, & ibi not. Abb. de verb. sig. & vt nos probauimus eod. cap. 6. missae sacrum igitur, diuinaq; alia officia in loco huiusmodi interdicto obiri non possunt, atq; sic not. Anchar. in eod. c. si ciuitas. nu. 3. vers. Quintò not. & Rot. decis. 9. num. 2. vers. Praeterea relaxatio, ibi sicut in speciali de sent. excom. in nouis: & haec regula multis modis amplificatur. † Nam primò nec in capellis eius ecclesiae diuina fieri possunt, vt dicitur in eod. c. si
3 ciuitas; tum quòd capellae huiusmodi ecclesiae interdictae partes sunt; tum quòd accessorij rationem habent; ergò, ecclesia interdicta, & haec sacella interdicta erunt arg. c. accessorium de reg. iur. lib. 6. Excipitur tamen, vbi capellae ipsi ecclesiae contiguae non sunt argu. cit. cap. si ciuitas in fin. Item excipitur, vbi nō capellę, sed ecclesia alia esset; nam, quòd altera alterius accessorium non est, ob eam rem vna interdicta altera interdicta non erit; quamuis cohęrentes inter se sint arg. c. vn. vers. Non vnum de consecr. eccl. vel altar. lib. 6. nam nec coemeterium coemeterio cohaerens, quod pollutum est, pollutum & ipsum erit, modò paries medius intercedat, vt dicitur in eod. vers. Non vnum; atque sic asseruit Cald. de eccles. interd. in 6. membro vers. Redeo; nam ibi ait coemeterium cohęrens coemeterio interdicto interdictum non censeri, si paries medius inter ipsa intercedat, nec ecclesiam interdictae ecclesiae cohęrentem interdictam censeri; & sequitur eum Phil. Franc. in eod. c. si ciuitas. §. ratione, & Anchar. eod. in fin. vbi ergo locus cohęrens loco interdicto accessorium eius non est, interdictus ipse non erit arg. cit. c. vn. vers. Non vnum iunct. ptin. eiusdem c. vn. † Secundo loco ecclesia interdicta, nec in eius coemeterio ei con
4 tiguo diuina obiri poterunt; nam & ipsum interdictum est, vt dicitur in eod. c. si ciuitas, & ibi not. Phil. Franc. in §. ratione vers. Vltimò not. & Anchar. num 4. vers. Sextò not. & Gemin. idq; meritò, coemeterium enim huiusmodi eius ecclesiae accessorium est arg. cit. c. vn. de cōsec. eccl. vel altar. atq; idcirco eius, ad quod accedit, naturam sequi debet arg. cit. c. accessorium; secus autem, vbi coemeterium nec contiguum est, nec accessorium, vt dicitur in eod. cap. si ciuitas in fin. & in eod. c. vn. vers. Secus si remotum. † Tertiò nec episcopi, qui priuilegium habent cele-
5 brandi in loco interdicto per c. vlt. de priuileg. lib. 6. in ecclesia speciatim interdicta celebrare possunt, nec monachi, praedicatores, & minores, qui priuilegium habēt per c. in bis de priuil. vt de communi sententia testatur Conar. in c. alma, pars. 2. §. 2. n. 7. vers. Poterant de sent. excom. lib. 6. Quartò in ecclesia speciatim interdicta diuina fieri nequeunt, nec seruata forma tradita

 in c. fin.

in c.fin.§.adijcimus de sent.excomm.lib.6.scilicet ianuis clausis, submissa voce, campanis non pulsis,atq; omnibus exclusis;nam sic dixit Gloss.in eod.§.adijcimus in verb.Ecclesijs,& sequitur eam Phil.Franc.vers.Secundò not.& Anchar.in eod.c.in princ.vers.Primùm ergo quæro,& in c.si ciuitas.num.3.vers. Quintò not.de sent.excom. lib.6.& in c.præsenti.num.1.vers. Item in generali interdicto loci eod. & Cald. in tract.in 2.membro vers. Per prædicta soluitur. q.& Paul.Fusc.cap.32.num.4.vers.Quando tamen est interdictum generale lib.2.de visit.& regim. eccl.& Rot.ead.decis 9.num.2.& Tab.in verb.Interdictum.5.num.2.vers.Primò,ibi Item not. quòd dicta moderatio, & Syl.in eod.5.& Nauar.qui eam Gloss.communiter receptam esse testatur in Man.cap.27.num.173.vers.Nonò,& Couar.in c.alma,pars.2.§ 5.num.2.vers. Tertiò de sent.excom.lib.2.& in §.4.eadem part.in initio.nu.1.vbi & de communi sententia testatur; etenim in initio eius c.fin.de sent. excom. lib.6. de interdicto generalis loci agitur; ergo & de eodem agi dicendum est in cit.§ adijcimus; consequens enim, & finis legis ad principium, & antecedens referuntur arg.l.vn.in fin.C.de impon.lucrat,descript.& l.pen.§.si quis.ff.de iur.& fact.ignor. idq; meritò, quandoquidem extra eam ecclesiam interdictam in omnibus alijs locis diuina fieri possunt, ac propterea rationes in hoc casu cessant, quamobrem interdicto vniuersali existente loci diuina officia permittuntur:ergo & permissio cessare debet argum.c.cùm cessante de appell.quæ autem rationes hę sint,habentur in cit.c.fin.de sent.excomm.lib.6. Postremò nec festo die Natiuitatis Christi Domini,Paschæ,ac Pentecostes,& Assumptionis Virginis Gloriosæ, & alijs dictis festis diebus in ecclesia speciatim interdicta diuina officia obiri possunt de eorundem autorum sententia,& ob easdem rationes;his rationibus ergo regula hęc amplificatur. Excipitur tamen primò,vbi nulla alia ecclesia pręter interdictam eo in loco esset; tunc enim, quòd morientibus eucharistia tribuenda est, vt paulò post videbimus, ob eam rem semel in hębdomadam,quò pro ægrotis eucharistia semper parata sit,missæ sacrum fiet,seruata forma tamen cit.§.adijcimus,& c.permittimus de sent.excom.in antiq.ianuis.s.clausis, & cęt. atque sic dixit Host.quem refert,ac sequitur Nauar.in Man.cap.27.num.173.vers.Nonò dico; imò & plures missas dici posse ait,si ægrotantium necessitas postulet. Idem fieri posse censeo, si alia ecclesia ibi sit,sed eius parochus,aut non vult,aut non potest,aut non debet eucharistiam conseruare. Item excipitur, vbi Rom.Pont.ad id licentiam dedisset; tunc enim diuina fieri ibi poterunt; nam ipse, & non alius licentiam hanc concedere potest,vt sensit Gloss.cõiter recepta in Clem.1. in verb.Semel de priuil.& vt tradidit Quintil. Mandos. in tract. de signat. grat. De indulgentijs in vers.Licentia celebrãdi. Tertiò excipitur,vbi priuatim preces fierēt; nã, etsi clericus canonicas preces, & alia diuina officia clericorum,quatenus clericus est, celebrare non potest,priuatas tamen preces,& vt priuata persona fundere poterit; non enim id prohibitum est, atq; sic dixit Burgas.nu.30. & nu.48.part.6.de sententia interdicti in tract.de irregul. dispens.& Maiol.de irreg cap.20.nu.10.lib.3.modò igitur diuina officia non celebrent, priuatæ preces fundi queunt. Postremò excipitur extra ecclesiam interdictam; nam extra eam omnia diuina officia,vt priùs,celebrari poterunt,vt asseruit Anchar.in c.præsenti.nu.1.vers. Item in generali interdicto loci non potest celebrari de sent.excom.lib.6. etenim reliqua loca interdicto subiecta non sunt; limitata igitur causa limitatum producit effectum arg. l.in agris. ff.de acq.rer.dom.sed de diuinis officijs hactenus, ad sacramenta veniamus.

SVMMA.

1 *Sacramenta hæc in ecclesia aliqua speciatim interdicta administrari non debent, scilicet Extrema vnctio, Ordo, Matrimonium.*

2 *Baptismus in ecclesia speciatim interdicta administrari potest; & quid de confirmatione, eucharistia, atq; pænitentia.*

I.

1 § † Sacramenta quoq; in ecclesia speciatim interdicta administrari non possunt arg. c. si ciuitas in fin.de sent.excom. lib.6. ac planè de extrema vnctione, ordine, ac matrimonio, non est,quod dubitemus,sicut nec etiam de eucharistia,vbi benè valentibus tribuitur; nam nec interdicti generalis tempore sacramenta hæc administrantur,vt vidimus cap.7.§.1.cum duob.

2 seq.& §.6.in hac Tab. † Verùm quid de baptismo, confirmationeque, an in ecclesia interdicta licitè administrabuntur? Io.Mon.quem refert Anchar.in c.si ciuitas.nu.3.vers.Quintò not. ea sacramēta in huiusmodi loco tribui non posse sensit. Io.Cald.in tract.suo eod.de eccl.interd. in 2.membro vers. Sed nunquid in ecclesia, contrariam sententiam amplexatus est, vt sacra-

menta hæc inibi licitè administrentur, eum sequitur Anchar. in cit. c. si ciuitas. nu. 5. vers. Quintò not. & non nulli alij, quos refert Couar. in c. alma, pars. 2. §. 2. nu. 7. vers. Hęc verò sacramenta de sent. excomm. lib. 6. & commun. opinionem hanc esse testatur. Et hoc ob eam rationem, quoniam in quouis interdicto horum sacramenrorum administratio permissa est arg. c. non est vobis de sponſ. & c. quoniam de sent. excom. lib. 6. Excipit tamen, vbi commodè alibi ea sacramenta administrari possunt; hanc opinionem ego etiam sequor in baptismo, & sequitur etiam Burgas. de sententia interdicti. num. 27. cum seq. part. 6. de irregul. ac dispens. nam baptismus, nisi necessitas id prohibeat, principis vè alicuius viri filius baptismo initiandus sit, in ecclesia tribui debet, vt dicitur in Clem. vn. de baptis. Quò ad confirmationem autem idem sentio ob eandem rationem. Quò ad eucharistiam autem, & pœnitentiã, quòd extra ecclesiam hęc etiam cômodè administrant, in ecclesia administrãda esse nõ cẽseo; nisi necessitas aliud suadeat, atq; sic de pœnitentiæ sacramento dixit Burgas. eod. nu. 29. & in his locum habebit sententia Ioan. Mon. nisi ergo alibi commodè administrentur, in ecclesia interdicta administrabuntur, ita Couar. ibid. sed de sacramentis itidem satis, ad sepulturam veniamus.

SVMMA.

1 *Sepeliri in ecclesia speciatim interdicta quis non potest, nec in eius ecclesiæ cæmeterio contiguo.*
2 *Sepeliri in ecclesia speciatim interdicta an clerici possint.*
3 *Electio an in ecclesia speciatim interdicta fieri possit.*
4 *Electio antistitis ecclesia speciatim interdicta fieri potest.*
5 *Interdictum non impedit, quò minùs episcopus suam diœcesim visat.*

II.

1 § † Sepeliri demùm in ecclesia speciatim interdicta, nec in eius cœmeterio contiguo quis potest, vt habetur in c. si ciuitas de sent. excom. lib. 6. & facit quoq; c. 3. §. quòd, si templarij de priuil. in an iq. Neminem igitur in ecclesia huiusmodi sepeliemus. Item nec in eius cœmeterio ipsi contiguo, quandoquidem & ipsum interdictum est; etenim cœmeterium huiusmodi, vti accessorium quoddam, eius ecclesiæ naturam sequitur arg. c. vn. de consecr. eccl. vel altaris lib. 6. & c. accessorium de reg. iur. eod. lib. Contiguum autem, quatenus ad rem hanc pertinet, id dicitur, quod suis terminis conclusum eisdem terminis proprijs eius, cuius contiguum est, terminos attingit, sicut dixit Gloss. in cit. c. si ciuitas in verb. Contiguis, & Syl. in verb. Interdi,
2 ctum. 2. nu. 6. vers. Quintum. † Atqui an clerici, quos interdicti generalis loci tempore in ecclesia sepeliri posse conclusimus cap. 9. §. 2. in hac Tab. in ecclesia speciatim interdicta sepeliri poterunt? In hac quæstione, quam disputauit Abb. in c. quòd in te. nu. 10. de pœnit. tres doctorum sententiæ sunt. Io. And. in huiusmodi ecclesia clericos sepeliri non posse censuit, & hoc ob has rationes. Primò, quoniam ecclesiastica sepultura generalis interdicti loci tempore clericis condonata est per cit. c. quòd in te. §. licet; ergo secus, vbi ecclesia speciatim est interdicta arg. c. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff iud. Postremò, quoniam interdicto generali in prosano loco necessariò sepelirentur, si in ecclesia, ac cœmeterio sepeliri non possent; ex quo omnia loca sacra interdicto subiecta sunt: quod non facilè contingit in speciali interdicto loci; nam in ecclesia non interdicta sepelientur, si in ecclesia interdicta sepeliri non possint. Contrariam sententiam nihilominus, vt. s. clerici & in ecclesia speciatim interdicta sepeliri possint, amplexatus est Host. in c. fin. de excess. prælat. eandem sequitur etiam Inn. ibi vers. Ex eo autem, quod superiùs dictum est. Tum quòd generale interdictum tantùm operatur quò ad omnia, quantum speciale quò ad ipsa specialia arg. l. si duo in fin. ff. de administr. tut. & in generali interdicto loci clerici in ecclesia sepeliuntur; ergo & in ecclesia speciatim interdicta sepeliri poterunt. Tum quòd interdicto generali omnes eius loci ecclesię interdicto subiectæ sunt, & tamen in illis clerici sepeliuntur; ergo, & vbi speciatim sunt interdictæ, in ipsis licitè sepelientur. Hæc sententia ratione carere non videtur; nam generale interdictum à speciali differt, vt totum à parte, argumentum autem à toto ad partem valet arg. l. quæ de tota. ff. de rei vind. Item se habent, sicut plus, & minùs, atque idcirco specie inter se non differunt, hæc ergo Host. opinio est. Abb. verò in eod. c. quòd in te, clericos ecclesiæ interdictæ sepeliri in ea posse dixit; secus autem, si alterius ecclesiæ essent: quæ opinio mihi omnino non placet; quid enim, si clericus mortuus longè à sua ecclesia abesset? commodèq; eò deportari non posset? Couar. in c. alma, pars. 2. §. 2. nu. 7. vers.

Clericis de sent.excom.lib.6.simpliciter & extraneos in ecclesia interdicta sepeliri posse. Quid igitur concludendum? Ego sic distinguendum censerem. Aut, vbi ecclesia speciatim interdicta est, in loco alio sacro non interdicto sepeliri clericus potest, & in hoc casu sententiam Io.Andr. amplexandam censerem. Nam vtrique consulitur; Censuræ ecclesiasticæ, quia non violatur, quod ne fiat, cauendum est arg. c.vt priuilegia vers. Ne, si de quibusdam de priuil. & c.cùm inter de consuet.& Clem.1.de sent.excom. Clericis etiam consulitur, quia ecclesiastica sepultura non carent. Aut locus ibi non est, vbi clericus sepultura ecclesiastica donari posset;& in hoc casu sententiam Host.atque Inn.amplexandam censerem, vel clericus ecclesiæ interdictæ sit, vel alterius; quicquid dixerit Abb. quem in hac parte non sequitur Syl. in verb. Interdictum.5.q.8. vers. Quintum. Et hoc cùm ob rationes supra allatas, tum quòd beneficium hoc principis est, ac pium; ergo, vt q̃ latissimè pateat, interpretandum arg.c.cùm dilecti de donat. & l.beneficium principis.ff.de constit. Accedit demùm, q̃ ratio concessioni huius priuilegij clericalis ordo est, (non enim ratio alia reddi potest) at hæc, vel ecclesia speciatim interdicta sit, locum habet; ergo & in ea clericus sepeliri poterit argum. c.cùm dilecta de confirm.vtil.vel inutil. & l.illud.ff.ad l. Aquil. Nec repugnat in interdicto generali priuilegium hoc concessum esse per cit. c. quòd in te; nam illud ob eam rem factum est, quod tunc sæpius contingeret clericos ecclesiastica sepultura carere, ex quo loca omnia tunc interdicto subiecta sunt: quod non facilè contingit, vbi speciale interdictum huiusmodi latum est (sit enim sæpius, vt in eodem loco ecclesiæ plures sint, & non omnes interdicto subiectæ) at, vbi legislator frequentioris vsus gratia de aliquo quidpiam decernit, & de alio simili minùs frequenti idem decreuisse censetur argum.l.vn.iunct. Gloss.in verb. Sponsam, & ibi not.communiter DD.C.de rapt.virg. in hac igitur quæstione sic concludendum censerem. Ex his, quæ de interdicto tam speciali, quàm generali diximus, manifestò apparet in loco interdicto sacramenta, diuina officia, atq; ecclesiasticam sepulturam tantùm pro-
3 hiberi. † Quare electiones, ac postulationes in loco speciatim, generatimvè interdicto fieri poterunt, factæq; valebunt, vt de communi DD.sententia testatur Abb.in c.1.num.33.de postul. 2
prælat.& sequitur Zab.in Clem.2.§.fanè.nu.2.vers.Secundò quæro de elect.idem & Anton.ibi. num.16. Nec repugnat c.vbi periculum § porrò de elect. eod.lib. vbi prohiberi videtur, ne in ciuitate interdicta electio Rom.Pont.fiat, quoniam hoc ibi non prohibetur, sed solùm ad huiusmodi ciuitatem Cardinales venire non coguntur, vt ibi dicitur; nam electionem Rom.Pont.factam in ciuitate interdicta valere dixit Hierony.Manfred. in lib.de Card.cap.de potestate sede
4 vac.decis.277. Electio igitur, ac postulatio in huiusmodi loco fieri poterunt. † Imò & electio antistitis ecclesiæ interdictæ non prohibebitur; etenim præter ea, quæ diximus, interest ecclesiæ, vt antistitem habeat, quò interdicto liberetur, atq; sic dixit Paul. quem refert, ac sequitur Zab. in eod.§.fanè.num.3.vers.Tertiò quæro: idq; meritò; non enim hæc sunt sacramenta, diuina of-
5 ficia, ecclesiasticavè sepultura, quæ in loco interdicto prohibentur. † Et ecclesia igitur huiusmodi conferri poterit, & episcopus cùm ecclesiam speciatim interdictam, tum generatim visere nō prohibebitur, vt dixit Paul.Fusc.de visit.& regim.eccl. cap.32.num.2.lib.2.imò tunc in primis visere diœcesim debet ob animarū periculum, quod tunc impendet, propterea quod tunc Christi fideles à diuinis arcentur, vt pluribus id declarauit Fusc. eod.sed de effectibus per se hactenus; ad effectus per accidens veniamus.

De pœnis violantium interdictum loci diuinis celebrandis, effectu per accidens interdicti in locum lati. Cap. XI.

SVMMA.

1 *Violatur interdictum, quodcunq; diuinum officium de more à clericis celebretur, si nec submissa voce, nec ianuis clausis celebretur, & pulsis campanis, & alta voce.*

2 *Interdictum an violetur, si quatuor illæ conditiones partim seruentur, partim non.*



EFFECTVS per se interdicti in locum lati quinam essent, vidimus; modò, effectus per accidens eiusdem quinam sint, videamus: & quoniam effectus hi pœnæ sunt, in quas incidunt, qui interdictum violarunt; ideo, vt perfectior, dilucidiorq; cognitio materiæ huius habeatur, tria in hoc cap. contemplabimur. Primùm diuinis officijs obeundis quando interdictum violetur. Deinde, in quas pœnas quis incidat,

incidat diuinorum celebratione interdictum violando. Postremò, quando has pœnas quis vitet. † Quò ad primam igitur, interdictū generale loci tunc violatur, vbi in loco interdicto missæ sacrum, aliudvè diuinum officium ex ijs, quæ diximus cap. 8. in initio in hac Tab. de more clericus celebrat, f. pulsis campanis, ianuis ecclesiæ apertis, alta voce, laicis ad diuina officia admissis; nam interdicti huius tempore diuina fieri debent campanis non pulsis, submissa voce, ianuis ecclesiæ clausis, & laicis exclusis, vt habetur in c. fin. §. adijcimus, & ibi not. de sent. excom. lib. 6. & facit c. licet de priuil. eod. lib. & c. permittimus de sent. excom. in antiq. & c. ꝙ in te. §. & in conuentualibus de pœnit. ergo, qui non hac adhibita forma diuina facit, interdictum violat: ex quo enim permittitur, vt secundum eam formam celebrentur, ne contra ipsam fiant, prohibitum esse censetur argum. c. non ne de præsumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. Hinc Rom. Pont. in Clem. 1. vers. Nunc latenter de sentent. excom. ab eis religiosis interdictum rumpi dixit, qui in suis ecclesijs, aut factis fenestris, aut ianuis earundem perforatis diuina celebrabant; hac igitur ratione interdictum violatur. Et hoc locum habet, quodcunq; diuinum officium fiat; nam vniuersa fieri contra prædictam formam prohibentur, vt probatur in citatis iuribus, & in Clem. 2. vers. Missas, & alia diuina officia de sent. excom. † Verùm quid, si conditiones illæ non omnes, sed partim, vnavè prætermittatur, an nihilominus interdictum violabitur? & ipsum violans in pœnam incidet? exempli gratia diuina officia quis celebrauit aut pulsatis tantùm cāpanis, aut ianuis ecclesiæ tantùm reclusis, aut alta voce tantùm. In hac quæstione breuiter concludimus, vel vna ex conditionibus illis prætermittatur, interdictum violari, & violantem in pœnas incidere. Nam hanc opinionem amplexati sunt Io. And. & Io. Cald. eandem sequitur Anchar. in c. fin. nu. 3. vers. Sed an in prædictis quatuor, ibi vlteriùs, quia celebratio, & Gemin. in cit. §. adijcimus. nu. 3. in fin. vers. Quarto qualiter debeant, & Phil. Franc. vers. Tertiò not. & Zab. in c. permittimus de sent. excom. in antiq. & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 4. nu. 6. vers. Decimoquartò de sent. excom. lib. 6. & Syl. in verb. Interdictum. 5. q. 5. vers. Primùm, & Tab. eod. 5. nu. 2. vers. 1. & Armill. eod. nu. 43. Probatur autem communis hæc sententia his rationibus, primò quia quæuis ex his quatuor conditionibus per se prohibetur, vt habetur in cit. §. adijcimus, & in cit. c. permittimus de sent. excom. ergo, qui contra vnam facit, interdictum violat, & in pœnam incidit arg. l. si seruus. §. si plurium seruorum. ff. si quis caut. ibi enim, qui plures seruos se sisturum promisit, si vnum non sistat, in pœnam incidit; ergo & hic vnam ex illis conditionibus omittens in pœnam incidet. Idem habetur in l. fin. ff. in ius voc. vt eant. Secundo loco probatur sententia hæc per cit. Clem. 1. vers. Nunc latenter iunct. vers. Dirumpendo neruum de sent. excom. nam ibi interdictū ab his violari dr, qui perforatis ianuis ecclesiæ, fenestrisve factis, diuina celebrāt; ergo, vel vna earum conditionum prætermittatur, interdictum violabitur, ex quo per perforationem ianuarum ecclesiæ tantùm interdictum violatur, vt ibi dicitur. Tertiò, quoniam forma à iure tradita ad vnguem adimplenda est; alioquin, vel in re minima manca fit, actus ipso iure vitiatur, vt tradidit Ias. in l. si vnus. num. 4. C. de testam. & pro forma traditum est ab ecclesia, vt quatuor illis conditionibus seruatis interdicti huius tempore diuina celebrentur. Declarat hoc id, quòd in omnibus iuribus, per quæ tunc diuinorum celebratio permittitur, cum adiectione illarū cōditionū permissio semp fit, vt in cit. §. adijcimus, & in c. licet de priuil. lib. 6. & in eod. c. quòd in te de pœnit. & in c. permittimus, & in c. responso de sent. excom. Declarat hoc etiam, ꝙ forma à iure tradita, nisi aliud constet, substantialis esse existimatur, vt dixit Bald. in l. comparationes. num. 5. vers. Tertiò oppono. C. de fid. instrum. & Ias. in l. moribus. §. priùs. num. 12. ff. de vulgar. & pupill. ergo, vel vna ex illis conditionibus omittatur, interdictum violabitur, & in pœnam quis incidet, ex quo ad vnguem forma adimpleta non est. Nec facit, si dicatur, ianuis occlusis, & submissa voce ob rem diuina fieri, ne à laicis audiantur; ergo, vbi non audiuntur, nihil interest, an alta voce, ianuisq; apertis fiant: nam ad hoc respondetur non solùm per ecclesiam clericis prohiberi, ne laicis præsentibus, atq; audientibus diuina faciant, verùm etiam & ipsis prohiberi, ne contra formam hanc celebrent, quò minùs etiam possint audiri, vt habetur in c. ꝙ in te de pœnit. Et voce ita dimissa, hac de re agens ait enim ibi Rom. Pont. quod exteriùs audiri non possint: hæc ibi, ex quibus manifestò patet non solùm diuina officia celebranda non esse, vbi à laicis audiuntur, sed nec etiam sic celebrari posse, vt laici audire possint; negatiua. n. illa Non præposita verbo Possint omnem potentiam denegat, vt dixit Gloss. communiter recepta in verb. Non potest de reg. iur. lib. 6. & Ias. in l. stipulatio. num. 2. ff. de verb. oblig. à conclusione igitur proposita non discedemus, vt. s. interdictum violetur, & in pœnam quis incidat, ac propterea clericus irregularis fiat, vt asseruit Couar. in eod. vers. vel vnius ex quatuor illis

 condi-

conditionibus omissione. Excipitur tamen, vbi clerici aut campanas pulsassent, aut ianuas ecclesiæ apertas habuissent, aut laicos intromisissent, sed tamen diuina deinceps non fecissent; nam, etsi ob scandalum peccant, interdictum tamen non violatur, nec in pœnas incidunt, ac propterea nec irregulares fiunt, atq; sic dixit Anchar. in eod. c. fin. num. 6. vers. Circa pulsationem, ibi sed fateor, & Philip. Franc. in eod. § adijcimus vers. Quartò not. de sent. excom. & Syl. eod. Idq; iure meritò, etenim re vera diuina non celebrarunt; ergo in pœnam celebrantium nō incidunt, nam verba legis eis non conueniunt; ergo nec legis dispositio conuenire debet arg. l. 4. §. toties, & ibi not. ff. de damn. infect. Item verba cum effectu intelligi debent arg. l. 1. §. hæc autem verba, & ibi Ias. ac DD. not. ff. quod quisque iur. & pertinent huc, quæ diximus cap. 9. §. fin. in Tab. 1. in hoc igitur casu interdictum non violabitur, ac propterea quis nec in pœnas iuris incidet, sicut nec etiam festis illis diebus, quos recensuimus cap. 8. §. 6. in hac Tab. viden. & de interdicto generali loci hactenus. Interdictum autem speciale loci violabitur, etiam si, seruatis illis quatuor conditionibus, in loco interdicto diuina fient; nam nec ea forma adhibita diuina ibi fieri possunt, vt in proximo cap. vidimus. His igitur modis interdictum violatur; & qui interdictum sic violabunt, in pœnas incident; de quibus iam agamus.

SVMMA.

1 *Celebrans diuina officia, sacramentaq; prohibita administrans in loco interdicto irregularis fit; qua regula etiam declaratur.*
2 *Eligi non potest, nec eligere.*
3 *Postulari non potest.*
4 *Suspensus ab officio, & à beneficio est.*
5 *Ingressum in ecclesiam interdictum habet.*
6 *Deponi potest.*
7 *Puniri ad arbitrium superioris valet.*
8 *Priuari clericus secularis beneficio potest.*
9 *Religiosi, qui interdictum generale loci non obseruant, vbi cathedralis, matrix vè ecclesia ipsorum illud obseruat, ipso iure excommunicati sunt.*
10 *Monaci, itemq; moniales puniuntur.*
11 *Domini terrarum, qui in locis interdictis diuina celebrare quempiam cogunt, ipso iure excommunicati sint.*
12 *Fratres minores, qui in suas ecclesias ad diuina officia interdicti generalis loci tempore tertij ordinis fratres, sorores vè Sancti Francisci recipiunt, ipso iure excommunicati sunt.*
13 *Sepelientes in loco sacro, seu ecclesiastica sepultura donantes Christi fidelium corpora interdicti generalis loci tempore ipso iure sunt excommunicati.*
14 *Corpora interdicti tempore in loco sacro sepulta an inde amouenda sint interdicto durante.*

I.

1 § Altera quæstio est, in quas pœnas incidant, qui interdictum loci violant: &, quoniam pœnæ plures sunt; ideo ipsas sigillatim explicemus. † Primùm igitur, qui in loco interdicto celebrat, irregularis fit; Is verò, dicitur enim in c. is, qui. §. 1. de sent. excom. lib. 6. qui scientes in loco celebrat supposito interdicto, nisi super hoc priuilegiatus existat, aut à iure sit concessum eidem, irregularitatem incurrit; à qua nequit per alium, quam per Rom. Pont. liberari Hęc ibi, ex quibus manifestò constat, celebrantem in loco interdicto irregularem fieri, atq; sic not. inibi Gemin. Philip. Franc. Anchar. & communiter DD. idem dixit Gloss. in c. episcoporum in verb. A iure de priuil. eod. lib. & Abb. in c. postulastis. nu. 5. de cler. excom. min. & Henric Bohic in c. fin. nu. 11. de excess. prælat. & Ricard. de med. Villa. dist. 13. q. 1. art. 4. lib. 4. & Couat. in c. alma, pars. 2. §. 1. num. 1. vers. Est item is de sent. excom. lib. 6. qui de communi sententia testatur. Et hæc pęna non solùm locum habet, vbi in loco interdicto missæ sacrum, aliaq; diuina officia facit, verùm etiam, & vbi sacramenta tunc prohibita administrari, administrat, atq; sic dixit Paul. Fusc. cap. 32. num. 5. vers. Prædicta verò sunt aduertenda de vis. & regim. eccl. Quare irregularis fiet episcopus, si in loco interdicto ordines maiores, minores vè administrabit. Nam maiores ordines conferendo, & missæ sacrum facit, quod sacerdotij ordinis est, & episcopatus ordinis functionem exercet, quibus casibus irregularitas contrahitur. Minores itidem administrando, vel primam tonsuram, irregularis redditur; tum quòd & ad episcopalem ordinem hoc etiam pertinet, præter q̃ q requiritur, vt sacerdos sit; tum q Abbates, qui minores ordines, & primam tonsuram aliquando tribuere possunt, sacerdotes esse debent arg. c. cùm contingat de ætat. & qualit. Quoscunq; ordines igitur conferat, conferens irregularis fiet. Vel clausis ianuis, excōmunicatis, interdictisq; exclusis, seruata demum forma c. fin. §. adijcimus de sent. excom. lib. 6.

lib.6.id faciat. Vel in festis illis diebus, qui habentur in eod.c.fin.§.in festiuitatibus, nã eo tẽpore, & ea seruata forma solùm permittitur, vt alia diuina officia celebrentur; non autem, vt sacramenta tribuantur, vt DD.ibi communiter sentiunt, & nos suo loco asseruimus. Vel necessitas vrgeat, vt dixit Syl.quem refert, ac sequitur Couar.in cit.c.alma, pars.2.§.3.nu.4.vers.Quintò, quamuis non nulli contrarium senserint. Vel interdictum ipse tulerit; nam & seruare illud ipse debet, vel tollere, aut suspendere, vt dixit Cald.de eccl.interdicto in tertio membro, & sequitur Couar. ibidem. In omnibus igitur his casibus irregularis episcopus fiet ordines conferendo, atq; sic asseruit Couar.in eod.§.3.nu.4.per totum. Irregulares etiam fiunt, qui assistentes ipsi episcopo, dum ordines confert, vel diaconi, subdiaconive munus vestibus sacris induti exercent, vt conclusit Couar.ibidem.num.5.in fin. vel functionem aliquam exercent ad minores ordines pertinentem, vt ibidem Couar.inquit vers. Septimò. Postremò &, qui ordines suscipiunt; nam, qui subdiaconatus ordinem suscipit, sacris vestibus indutus epistolam legit; qui diaconatus, euangelium; qui sacerdotij, ipsi episcopo concelebrat, ergo irregulares fiunt; ex quo ordinum functiones ex officio, & vt clerici in loco interdicto exercent, vt DD.communiter concludunt, & Couar.ibidem.nu.5.vers.Octauò cum seq. Qui deniq; minores ordines recipiunt, irregularitatem non effugiunt, modò & ipsi functionem aliquam eorum ordinũ solemniter agant, vt asseruit Couar.ibid. Item locum habet, vbi autor est, vt alij diuina faciant, sicut dixit Maiol. de irreg.cap.20.num.7.lib.3. Imò superior irregularis efficitur, si diuina fieri patitur, vt dixit Maiol.eod.lib.cap.23.nu.9. Item locum habet, vel clericus secularis, vel regularis sit; nam canon generaliter loquitur, dum inquit Is, qui, quod antecedens Is generaliter de omnibus dicitur, vt probatur p Clem.eos iunct. Gloss.1.cõmuniter recepta de sepult. Tertiò locum sibi vindicat, vel exemptus simpliciter quis sit ob verba illa Nisi super hoc priuilegiatus existat, quæ habentur in eod.§.is verò: quæ verba præcipuum priuilegium ad hoc requiri significant, ne celebrans in hanc pœnam incidat; quod quidem priuilegium exempti communi iure non habent arg.cit.c.episcoporum de priuil.lib.6.& Clem.1.de sent.excom. Quartò, vel locus ille ab homine, à iureve interdicto subiectus sit; nam simpliciter canon loquitur, nec distinguit; ergo nec nos distinguere debemus arg.l.de pretio.ff.de publ.in rem act. Postremò locum habet, vel interdictum generale, specialeve loci sit ob rationem proximè allatam. Excipitur tamen primò, vbi celebrans locum interdicto subiectum esse probabiliter ignorat; nam tunc hic irregularis non fit ob aduerbium illud Scienter positum in eod.§.is verò, atq; sic not. Gloss.ibi in verb. Scienter, & Henric Bohic eod.& DD. eam communiter sequuntur, & facit c.Apostolicæ de cler. excom.min. Imò irregularis non fit, vel locum interdictum esse sciat, modò interdictum denunciatum non sit, vt sensit Couar.in c.alma, pars.2.§.2.nu.3.vers. Hæc autem de sent.excom. lib.6. Item excipitur, vbi priuilegium ad hoc habet, vt possit in loco interdicto diuina facere; nam & in hoc casu irregularis nõ fiet ob eum vers. Nisi super hoc priuilegiatus existat, positum in eit.§.is verò. Tertiò excipitur, vbi quis celebrat in casibus à iure permissis secundum formam ab eodem iure traditam, vt in interdicto generali loci ad formam cap.fin.§.adijcimus, & in casibus, qui habentur in §.in festiuitatibus de sentent.excom. lib.6. de quibus antea egimus cap.8. §.5.cum seq. & in interdicto singulari loci secundum formam cap. permittimus de sent. excom.de quo etiam egimus cap.10.in hac Tab. Quartò, vbi interdictum denunciatum nõ est; nam nullum interdictum, nullamque aliam censuram in alium latam seruare tempestate nostra cogimur, nisi interdictum, censuraq; alia denunciata sint ob extrauag.ad euitanda, quam explanauimus cap.13.§.7. Tab. 1. atq; sic asseruit Nauar.cap.27.num.187.in Man. & Couar. eod.nu.3.vers.Hæc autem. Quintò irregularis non fit, vbi non agit actum competentem alicui ordini, quem ipse habet, & à quo suspensus est; nam, vbi scire volumus, an quis ob diuini officij celebrationem irregularis fit, hæc semper animaduertenda sunt, & an actus, quem fecit, pprius sit alicuius ordinis eccl.& an suspẽsio circa eius ordinis vsũ contigerit, & an ipse celebrãs ordinẽ eũ habeat; si quid.n. horũ triũ defuerit, irregularis quis non efficit diuinorũ officiorũ celebratione; & hæc est doctrina communiter recepta à DD.& collecta à Couar.in cit.c.alma, p. 2. §.2.nu.3.vers.Cæterũ. Sextò, vbi solùm diuina officia audit, vt missæ sacrum, & id generis; nam, etsi tunc peccatur, non tamen per auditionem tantùm irregularis quis efficitur, vt dixit Maiol. de irregul.cap.20.nu.7.lib.3. non enim est hoc exercere actum ordinis, quod ad irregularitatem contrahendam requiri proximè asseruimus. Postremò excipitur, vbi interdictum nullum est, vt dixit Nauar.eod. quot autem modis sententiam censuræ nullam esse contingat, declarauimus cap.13.§.18.Tab.1.& de hac pœna satis. Quæ à Rom.Pont.tantùm tolli potest, vt dicitur in

2 tur in cit.§.is verò,& not.Conar.in eod.§. 2.num.2.verſ.Eſt item is.† Alteram quoque pœnam
patitur,qui in loco interdicto diuina facit; nam nec eligi ad eccleſ.beneficia, ac dignitates po-
teſt,nec etiam cligere,vt dicitur in eod.c.is,qui.§.is verò de ſent.excom. lib.6.& vt not. Gloſſ.
fin.ibi, & Gemin.num.4.& DD.& Abb.in c.poſtulaſtis. num.5.de cler.excom.min. & Henric
3 Bohic in c.fin. num.5. de exceſſ. prælat.†Tertiò poſtulari ad dignitatem eccleſiaſticam itidem
non valet arg.c.1.de poſtul.prælat.& vt not.Gloſſ.in cit.c.is,qui.§.is verò in verb.Ineligibilis.
4 † Quartò ab officio,ac beneficio ſuſpenſus etiam eſt,qui interdictum violauit,vt probatur in c.
fin.ſecundum communem interpretationem de exceſſ. prælat. quare ſic ſuſpenſus nec ea, quæ
iuriſdictionis ſunt,liberè exercebit,vt dixit Abb.in eod.c.1.nu.1.& ſeq.ac reliqui ibi,& Couar.
5 in eod.§.2.nu.2.verſ.Secundò ex præmiſſa,qui opinionem hanc communem ſenſit.† Quintò in
eccleſiam aditum interdictum habet, quouſq; ad arbitrium eius ſatisfecerit, cuius interdictum
violauit,vt habetur in c.epiſcoporum de priuil.lib.6. & hę omnes pœnæ eiſdem modis amplifi-
cantur, & coarctantur, quibus irregularitatis pœna, de qua primò egimus; imò hanc pœnam
6 quis patitur, ſi celebrandum in huiuſmodi loco curet. † Sextò deponi ab ordinibus hic etiam
poteſt,vt dixit Gloſſ.in c.poſtulaſtis in verb. Celebrare, & ſequitur eam ibi Abb. nu.5.de cler.
7 excom.min.& Couar.in eod.§.2.nu.3,verſ.Poteſt præterea.† Septimò ad arbitrium etiam eius
antiſtitis, cuius interdictum violauit, puniri poteſt arg.c.autoritate de priuil.lib.6. & vt Gloſſ.
ſenſit in Clem.1.in verb. Subiacere de ſent.excom.& hę pœnæ communes omnibus ſunt, iam
8 proprias explicemus.† Octauò clericus ſecularis beneficium eccleſiaſticum habens eo priuari
debet,vt dicitur in cit.c.poſtulaſtis.§.fin.& ibi not.Abb.nu.5.& Couar.in eod.verſ.Vbi & com-
9 muniter receptam hoc eſſe ſenſit.† Nonò Religioſi, qui interdictum generale non obſeruant,
vbi cathedralis,matrixvè eccleſia ipſorum illud obſeruat, ipſo iure excommunicati ſunt, vt ha-
betur in Clem.1.de ſent.excom.vbi DD. quouſq; ea pęna pertineat,etiam declarant,& Nauar.
10 in Man.cap.27.num.146.† Decimò monaci,itemq; moniales,ſi in loco interdicto diuina cele-
brant, in arctioribus monaſterijs ad pœnam peragendam occludi debent, vt dicitur in eod.c.
11 poſtulaſtis. §. fin. de cler.excom. min. † Vndecimò Domini terrarum, qui in locis interdicto
ſubiectis diuina celebrare quempiam cogunt,ſtatim excommunicati ſunt, vt habetur in Clem.
2.de ſent.excom.vbi &,quatenus pateat,à Gloſſ.& à Doctoribus declaratur, & mortiferè pec-
cant, vt inquit Nauar.in Man.cap.25.nu.46.ſicut generaliter omnis, qui interdicta generalia,
aut particularia non ſeruat,vt debet,ſicut dixit Nauar.ibidem.nu.95.verſ. Vigeſimo octauò in
12 Man. † Duodecimò fratres minores, qui in ſuas eccleſias ad diuina officia tertij ordinis Sancti
Franciſci fratres,ſororesvè recipiunt,ipſo iure itidem in excommunicationem incidunt, vt ha-
betur in Clem.3.de ſent.excom.vbi etiam,quibus quaſi cancellis pęna hæc concludatur, Gloſſ,
13 ac DD.not. † Decimotertiò,qui in loco ſacro interdicti generalis loci tempore mortuos in ca-
ſibus non permiſſis eccleſiaſtica ſepultura donant,ipſo facto in excommunicationem incidunt,
à qua abſolui non poſſunt, niſi priùs omnino ſatisfaciant eis, quibus ob id iniuria irrogata eſt,
ad arbitrium ordinarij,vt habetur in Clem.1.quæ,& quouſque pateat, ibi declaratur de ſepult.
Atqui an ſepeliens contra interdictum in alias pœnas incidet, quas proximè enumerauimus,
præter excommunicationem? Planè concludendum eſt quò ad dationem ſepulturæ, etſi ad ar-
bitrium iudicis puniri etiam poteſt arg.c.autoritate de priuil.lib.6.alijs tamen pœnis ipſum nō
affici; tum q; propoſitæ pœnæ in eos inferuntur, qui diuina officia obeunt, in quorum numero
ſepulturæ datio non eſt,vt diximus antea;tum quòd ſpeciatim pœna in ſepelientes propoſita eſt
in cit. Clem.1. ergo pœnæ generaliter de diuinis officijs propoſitæ locum non habebunt arg.l.
doli clauſula.ff.de verb. oblig. & l.ſanctio legum. ff.de pęn. præſertim quòd,vbi canònes de ſe-
pultura eccleſiaſtica quidpiam decernere volunt, ſpeciatim eius mentionem faciunt, vt in c.q;
14 in te de pęnit.in antiq.& in c.epiſcoporum de priuil.lib.6.cum ſimil. & de hoc ſatis. † Verùm
quid,ſi nihilominus corpora ſepeliantur,an illa extrahentur? Gloſſ.pen.in c.ſi ciuitas de ſent.
excom.lib.6.ſublato interdicto eſſe ibi debere ait;nam res ad eum caſum venit, à quo incipere
poteſt: quæ ſententia dubitationem non habet; tum quòd, qui interim eccleſiaſtica ſepultura
caruerunt,interdicto ſublato,ea donari debent, vt dixit Inu.& Hoſtienſ.quos refert,ac ſequitur
Gloſſ.in cit.Clem.1.in verb.Eis;tum q;,ceſſante interdicto, prohibitio ceſſare debet arg.c.cùm
ceſſante de appell.ſed hæc quæſtionem propoſitam non tollunt; nam nos quærimus, quid iuris
ſit, ſi adhuc interdictum vigeat. Quare concludendum ipſe cenſeo corpora exhumanda eſſe,
dummodò id poſſit;nam,ex quo per interdictum eccleſiaſtica ſepultura prohibetur, nō ſolùm,
ne corpora ſic ſepeliantur, prohibitum eſſe dicendum eſt,ſed & ne ſepulta ſic iaceant; prohibito
enim

enim antecedente, & consequens prohibitum esse censetur; & è contrario arg c.is, cui de sent. excom. lib. 6. alioquin, qui ad diuina officia admitti non debent, admissi esse ibi possent, quod absurdum est; in hac quæstione igitur sic concludendum censerem. At inquiet quispiam, cur magis punitur, qui interdictum violat, quàm qui alias censuras? Ob eam rem, quoniam leuius existimabatur, & vilius, & ob id contemnebatur, vt dixit Henric. Bohic. in c. fin. nu. 6. de excess. prælat. Quisq; demū potest agere, vt interdictum seruetur, ac propterea actionem hanc popularem esse dixit Inn. in c. cùm inter de consuet. quem sequitur Burgas. de sententia interdicti, nu. 66. de irreg. & disp. part. 6. sed iam ad effectus interdicti in vniuersitatem hominum lati veniamus; omissa tertia quęstione proposita, quā, vti communem, explicauimus c. 17. §. fi. in hac Tab.

De effectu per se interdicti vniuersalis hominum. Cap. XII.

SVMMA.

1 *Interdictum vniuersale hominum quodnā sit.* 2 *Interdictum singulare hominum quodnam sit.*



QVONIAM de effectibus interdicti in hominem lati agendum nobis est, absolutis effectibus interdictorum loci: & interdictum huiusmodi fertur aut in vniuersitates hominum, aut in singulares homines; ideò, quid vnumquodq; horum interdictorum sit, priùs ponamus, effectus deinceps eorum pertractaturi. † Interdictum igitur vniuersale hominum, seu interdictum in vniuersitatem hominum latum est interdictum latum in corpus, ex pluribus hominibus vni nomini subiectis constans, cuiusmodi est populus, collegium, & Capitulum arg. c. si sententia de sent. excom. lib. 6. Idcirco autem in corpus latum dixi, quoniam vniuersitates omnes corpora ficta quædam sunt arg. l. mortuo. ff. de fideiuss. Deinde ex pluribus hominibus constans adieci; quoniam, cùm tria corporum genera sint, vt declarauit iureconsultus in l. rerum mistura. §. tria autem. ff. de vsucap. vniuersitates hominum in eo genere corporum sunt, quæ ex distantibus constant, vt ibidem dicitur. Addidi Vni nomini subiectis; quoniam, sicut per ea verba In corpus quoddam ex pluribus hominibus constans, interdictum hoc vniuersale hominum ab interdicto loci differt, ita adiectione illa verborum Vni nomini subiectis, à singulari interdicto personæ separatur. Quare, si in plures homines, qui vno collectiuo nomine non comprehenduntur, interdictum feratur, singulare interdictum hominum illud erit, etiam si in vniuersos loci cuiuspiam, vt pote in clericos omnes Imolenses, latum sit; nam, vt singuli interdicto subiecti sunt, non autem per vniuersitatem, vt probatur in c. cùm in partibus iunctis traditis ibi à Panorm. de verb. sign. hoc igitur vniuersale hominum interdictum est. † Singulare autem interdictum hominum est
2 interdictum in singulares homines latum, vnus, vel plures sint arg. cit. c. cùm in partibus, & vt ex dictis probatur: etenim & speciale interdictum loci illud dicitur, vbi vna ecclesia, plures vè speciatim & non sub vniuersitatis nomine interdicto subijciuntur; sicut vniuersale illud, quod in vniuersitatem fertur, vt vidimus cap. 6. in hac Tab. Constat igitur iam ex his, quid interdictum vniuersale hominum, quidque singulare sit; iam effectus ipsorum, & priùs interdicti vniuersalis explicemus.

SVMMA.

1 *Effectus interdicti vniuersalis hominum per se est diuinorum ecclesiæ prohibitio facta per vniuersitatem personaliter hominibus, qui eius vniuersitatis sunt.*
2 *Vniuersitate hominum interdicto subiecta, singulis ex ea diuina prohibita sunt; quæ regula, quatenus pateat, declaratur.*
3 *Vniuersitate hominum interdicto subiecta, cur singuli ex ea interdicto subiecti sint, non autem ipsa vniuersitas.*

I.

1 § † Effectus igitur per se, ac proximus interdicti vniuersalis hominum est diuinorum ecclesiæ prohibitio facta per vniuersitatem personaliter hominibus, qui eius vniuersitatis sunt, vt probatur in c. si sententia de sent. excom. lib. 6. Cùm verò alicuius terræ populus interdicto nodatur; dicitur enim ibi, singulares ex eo personæ, quas interdictas esse constat, ne sententia effectu

effectu careat, cùm diuinorum auditio, & sacramentorum perceptio populo, vt vniuersis non
competant, non debent alicubi (casibus expressis à iure dumtaxat exceptis) audire diuina, vel
ecclesiastica recipere sacramenta. Hæc ibi Rom. Pont. si ergo singulares personæ populi inter-
dicti nusquam audire diuina ipsa, vel ecclesiastica recipere sacramenta debent, & populus vni-
uersitas quædam est arg. cit. leg. rerum mistura vers. Tertium, & §. constat vers. Plebs autem in
instit. de iur. nat. gent. & ciuil. & non audire diuina, & ecclesiastica sacramenta nõ recipere pos-
se sint personaliter quem diuinorum participem nõ esse; ergo effectus interdicti vniuersalis ho-
minum est diuinorũ prohibitio hominibus eius vniuersitatis facta personaliter ob interdictum
2 vniuersitatis. Homines † ergo vniuersitatis interdictæ diuinorum ecclesiæ participes esse perso-
naliter non possunt; & hoc non solùm, vbi vniuersitas ea est, verùm etiam & vbique locorum,
vt habetur in cit. cap. si sententia vers. Non debent alicubi, & vt not. ibid. Phil. Franc. in §. cùm
verò, ibi quartò noto, & Gemin. num. 4. & communiter DD. & Felicianus episcopus Scalensis in
Enchiridio de censuris cap. 7. vers. Quando interdictum est personale, & Maiol. de irregul. cap.
20. num. 3. vers. Nec solùm lib. 3. Etenim interdictum illud ipsis hominibus vniuersitatis inhæ-
ret, & interdicti sunt, vt dicitur in eod. c. si sententia vers. Cùm verò; atq; ob eam rem, quocunq;
proficiscuntur, interdictum eos sequitur, vt probauimus cap. 13. §. 4. Tab. 4. Suffragiorum ec-
clesiæ tamen participes erunt, vt dixit Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. num. 4. vers. Adnotandum
de sent. excom. lib. 6. Etenim interdictus extra ecclesiæ communionem non est, sed in ea perma-
nens solùm, ne diuina faciat, sacramẽta vè recipiat, administret vè, dũq; ab alio diuina fiũt, ne ip-
3 se intersit, personaliter ipsemet prohibetur, vt diximus. † At inquiet quispiã, cur, interdicta ho-
minum vniuersitate, singuli ex ea interdicti sunt; non autem idem fit, vbi vniuersitas suspensa
est? hoc declarauimus cap. 13. §. 4. Tab. 4. quæ igitur huc pertinent, illinc sumemus: & de effectu
hoc generatim hactenus; iam speciatim eum magis, magisq; explicemus.

De diuinis prohibitis hominibus per vniuersitatem interdictis, declaratione propositi effectus. Cap. XIII.

S. K. M. M. A.

1 *Officia diuina à clericis per vniuersitatem interdictis celebrari nequeunt.*

2 *Moderatio ipsius c. alma de sent. excom. lib. 6. locum non habet in interdicto hominum.*



ENERATIM effectum interdicti vniuersalis hominum posuimus; iam specia-
1 tim eum explicemus. † Primùm ergo clerici, qui per vniuersitatem interdicti
sunt, missæ sacrum, aliaq; diuina officia facere non possunt arg. c. si sententia
de sent. excom. lib. 6. vbi clerum interdictum licitè non admitti ad diuina di-
citur, ergo ea licitè obire non poterunt. Præterea, qui per vniuersitatem inter-
dictus est, cõparatur ei, qui nominatim, speciatimq; interdictus fuit, vt dicitur
in eod. c. si sententia vers. Cùm verò, ibi quas interdictas esse constat, & vt sensit Inn. in c. in La-
teranensi de præbend. & Fed. de Sen. cons. 32. num. 5. at speciatim, ac nominatim interdictus cle-
ricus diuina, vt priùs, facere nequit, vt habetur in c. 3. & in c. seq. de cler. excom. min. ergo nec
clerici per vniuersitatem interdicti diuina officia, vt priùs, obire possunt. Nec missæ sacrum igi-
tur facere, nec alia diuina officia obire clerici per vniuersitatem interdicti poterunt. Quæ regu-
la locum habet, etiam si diuina celebrent ad formam traditam in c. fin. §. adijcimus de sentent.
excom. lib. 6. nam ad eam formam diuinorum celebratio permittitur tempore vniuersalis in-
terdicti loci, quo casu homines loci eius interdicti non sunt arg. cit. c. si sententia vers. Cæterùm;
at in casu nostro clerici interdicto subiecti iacent, vt vidimus. Postremò nec diuina facient festis
illis diebus, qui habentur in eod. c. fin. §. in festiuitatibus, & hoc ob eandem rationem proximè
2 allatam. † Quare moderationem eius cit. c. fin. §. adijcimus, & §. in festiuitatibus, locum non
habere, vbi vniuersitas hominum interdicta est, dixit Calder. de interd. in sexto membro vers.
Sed potest quæri, an prædictus effectus, & Anchar. in cit. c. fin. q. 1. vers. Et ex hoc infertur, & Syl.
in verb. Interdictum. 5. num. 2. vers. 2. ibi prædicta autem moderatio, & ibi quia de interdicto
singulariter, & Tab. eod. 5. num. 2. vers. 1. ibi Item nota, quòd dicta moderatio, & Armill. eod.
num. 5. vers. Et tales personæ. Clerici ergo sic interdicti diuina officia licitè non obibunt; ho-

rarum canonicarum precum tamen recitatione obligati remanent, atq; idcirco ipsas, vt priuatę personæ, recitare debebunt, vt probauimus cap. 13. §. 13. Tab. 1. ac de diuinis officijs hactenus, ad sacramenta veniamus.

SVMMA.

1 Sacramenta administrare interdicti per vniuersitatem nequeunt; et, si administrētur, an valeant.
2 Beneficia interdictis collata an valeant.

I.

1 § † Sacramenta itidem administrare interdicti per vniuersitatem nequeunt; tum quòd ad diuina admitti non debent, vt proximè probauimus, & sacramenta in diuinorum numero collocari nemo inficiatur; tum quòd diuinis interesse non possunt, vt habetur in c. si sententia in fin. de sent. excom. lib. 6. ergo multò minùs ea facere poterunt; plus enim hoc, quàm illud est. Hinc ab officio suspensus, etsi diuina facere non potest, interesse tamen ipsis, dum fiunt, nō prohibetur, vt diximus in Tab. 4. Excipitur tamen necessitatis tempus; nam tunc baptismum, ac ac pœnitentiam licitè interdictus administrabit, vt asseruimus cap. 13. §. 17. Tab. 1. Atqui an extra necessitatem ab hoc cùm hæc, tum reliqua sacramenta collata valebunt? suscipiéq; ab ipso
2 poterunt? Hoc etiam declarauimus §. 16. eodem capite. † Postremò, si huic beneficia conferantur, an collatio valebit? hoc etiam diximus cap. 6. §. 7. Tab. 4. & de his hactenus, ad alia veniamus.

SVMMA.

1 Missæ sacro, diuinisq; alijs officijs, dum fiunt, non possunt interdicti per vniuersitatem interesse.
2 Nec ea audire.
3 Nec videre.

II.

1 § † Tertiò loco interdicti per vniuersitatem hominum nec missæ sacro, nec diuinis alijs officijs interesse possunt, vel clerici, vel laici sint, vt probatur in c. si sententia vers. Vnde vno interdicto de sent. excom. lib. 6. Nam, si nec admitti ad diuina sic interdictus debet, vt ibi dicitur, ergò nec ipsis interesse potest. Præterea expelli inde debent, vt dicitur in c. fin. §. adijcimus vers. Excommunicatis de sent. excom. lib. 6. & in c. licet de priuil. eod. lib. & in c. quòd in te
2 de pœnit. cum simil. ergo hac quoq; ratione, dum diuina fiunt, interesse ipsis vetatur. † Eadem audire nec etiam possunt, vel extra ecclesiam sint arg. cit. c. quòd in te, vers. Et voce ita dimissa. Hinc, etsi vniuersitate hominum interdicta, interdictus locus ipse non est, vt sensit Gloss. 2. communiter recepta in eod. c. si sententia, atq; idcirco ecclesiæ ianuis apertis, pulsis campanis, alta voce celebrati diuina possunt, vt dixit Phil. Franc. in eod. c. si sententia. §. cæterùm vers. In Glos. in verb. Interdicti, & in c. fin. §. adijcimus vers. Tertiò not. de sent. excom. lib. 6. & Feder. de Sen. cons. 188. quòd tamen audiri voces celebrantium nequeunt, & Christi Corpus videri, atq; idcirco ecclesiasticam censuram ludibrio esse; ob eam rem, vt existente huiusmodi interdicto à publica celebratione clerici se abstinerent, consuluit Ioan. Cald. de interd. in 2. membro vers. Sed circa
3 hoc; nec audire igitur diuina, dum fiunt, interdicti possunt. † Postremò nec ea videre, vt ex proximè dictis patet, & vt probatur in Clem. 1. vers. Nunc latenter ecclesiarum suarum ianuis perforatis, aut in eis factis fenestris de sent. excom. nulla ratione igitur sic interdicti diuinis intererunt, atq; sic sensit Fed. de Sen. cons. 188. & cons. 208, nu. 1. Excipitur tamen concio; ei enim interesse non prohibentur, vt habetur in c. responso de sent. excomm. Postremò excipiuntur festi illi dies, qui recensentur in cit. c. fin. §. in festiuitatibus de sent. excomm. s. Natiuitatis Christi D. Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis Virginis Gloriosæ; in his enim festis diebus interdicti diuinis interesse poterunt, vt ibi dicitur; sed iam de sacramentorum susceptione agamus.

SVMMA.

1 Sacramenta suscipere interdicti per vniuersitatem hominum nequeunt. Excipiuntur
2 Baptismus.
3 Confirmatio.
4 Pœnitentia.
5 Eucharistia morientium.

III.

1 §. † Quarto loco interdicti per vniuersitatem hominum suscipere sacramenta nequeunt, vt
dicitur in c.si sententia, & ibi communiter not.de sent.excom.lib.6.& vt inquit Feder.de
Sen.cons.188.& cons.208.nu.1.Etenim,cùm per interdictum diuina prohibeantur, iure meri-
2 to hæc, quæ in diuinis primum locum obtinent, interdicti non suscipiunt. † Excipitur tamen
primò baptismus,cùm ob rationes, quas diximus cap.7.§.4. Tum quod ante baptismum interdi-
3 ctus quis esse non potest, vt asseruimus cap.17.§.5.Tab.1. † Item confirmatio ob c.quoniam.
4 † Tertiò pœnitētia ob c.fin.vers. Quod tempore interdicti de sent.excom. lib.6. & c.quod in te de
pœnit.in antiq. Quod tamen locum non habere censeo in ijs, quorum ob culpam interdictum
5 latum est,nisi priùs satisfecerint secundum formam traditam in cit.c.fin.vers.Illis etiam.† Po-
stremò eucharistia, modò ægroti sint arg.cit.c.quod in te, & vt declarauimus eod.c.7.§.6.&, si in-
terdicto causam dederint,priùs satisfecerint secūdum formam proximè dictam; alioquin,sicut
non admittūtur ad pœnitentiam,ita & multò minùs ad eucharistiam,quæ difficiliùs conceditur
quàm pœnitentia arg.cit.c.fin.vers.Non tantùm morientes iunct.Gloss.in verb. Admittantur.
Hęc igitur sacramenta ab interdictis per vniuersitatem recipi queunt. Et hoc ob cit.c.si senten-
tia vers. Casibus expressis, nam ibi ecclesiastica sacramenta interdictos nusquam recipere de-
bere dicitur, exceptis dumtaxat casibus expressis à iure; Casibus expressis à iure dumtaxat
exceptis, ait enim ibi Rom. Pont. at casus expressi à iure sunt prædicti, vt sensit Gloss. ibi in
verb. Expressis. Nam citat cap.fin.de sent.excom.lib.6. & cap.quod in te de pœnit. & c.quoniā de
sent. excom. lib.6. in quibus iuribus quatuor ea sacramenta excepta tantùm sunt ob rationes,
quas reddidimus cap.7.§.4. cum trib. seq.in hac Tab.ergo ea quatuor tantùm recipi ab huius-
modi interdictis poterunt,vt sensit Glos.ibi,quã cum Doctores communiter transeunt;etenim
dictum Doctoris interpretari debemus secundum iura,quæ allegat, vt dixit Bart.communiter
receptus in l.non solùm. §.si liberationis verba. ff. de lib. leg. & est hoc notandum interdictos
recipere sacramenta posse.His ergo exceptis sacramentis, reliquis interdicti per vniuersitatem
carebunt,vt sensit Inn.in c.fin.nu.6.vers.Item homines interdicti de excess.prælat. atq; idcirco
ea ipsis nemo quis administrabit,sicut etiam ipsis præsentibus missæ sacrum,aliaq; diuina offi-
cia nō fient arg.Clem.2.vers. Ex quo frequēter de sent.excom.& cit.c.si.§.adijcimus eod. & c.
licet de priuil.lib.6.& c.responso vers. Dummodo cōtra formam interdicti de sent.excom.Ete-
nim ad diuina admitti non debent,vt dicitur in eod.c.si sententia vers. Vnde vno interdicto.Po-
stremò,ex quo interdictis huiusmodi prohibitum est, ne diuinorum participes sint; & alijs pro-
hibitum esse asserendum est,ne ipsos eorum participes faciant arg.l.fin.C.de indict.vid.tol.sed
de sepultura ecclesiastica iam agamus.

S V M M A.

1 *Sepultura ecclesiastica interdicti per vniuersitatem hominum carent.*

2 *Interdictum an tolli debeat, si quis ex vniuersitate interdicta se offerat satisfacturum.*

IV.

1 §. † Ecclesiastica deniq; sepultura interdicti per vniuersitatem hominum carent arg.c.epis-
coporum de priuil.lib.6.& c.is,cui de sent.excom.eod.lib. & Clem.1.de sepult. quod ve-
2 rum esse censeo,quousq; ab interdicto absoluantur. † Verùm quid, si ex interdictis per vniuer-
sitatem aliquis satisfacere velit, & cauere de stando mandatis ecclesiæ; an interdictum tolli de-
bet? In hac quæstione duo contemplabimur. Primùm, vbi satisfacere vult is, cuius culpa in-
terdictum latum est; alterum, vbi is vult satisfacere, qui interdicto causam non dedit. Quo ad
primum igitur breuiter concludendum est, vbi ob contumaciam interdictum latum est, si is,
qui interdicto causam dedit, à contumacia discedit, & de parendo ecclesiæ cauet, & vt causæ ra-
tio postulat, satisfacit, interdictum ipso iure tolli; nam hoc vnum ecclesia studet censuris feren-
dis, vt à contumacia quis discedat argum.c.1.de except.lib.6. & c.non est vobis de spons. & c.
ex literis de consuet.atque sic dixit Phil.Franc.in c.præsenti in Gloss.1.vers.Et aduerte de sent.
excomm.lib.6.& Rot.decis.18.& decis.19.de sentent.excomm.in antiquis. Quare in hoc casu
locum habere poterit & dispositio c.cùm contingat de off.deleg.vt citati autores eisdem in lo-
cis inquiunt: secus autem, vbi pro pœna; nam tunc expectatur, vt præscriptum tempus elabatur.
Quò ad alterum casum autem, vbi alius absolutionem petit, contrarium citati autores conclu-
dunt. Ego autem sic distinguendum censerem. aut per alium satisfieri potest ei, cuius gratia

inter-

interdictum latum est, & in hoc casu; si causa non est perpetua, sed ad tempus, vt pote ob commodum pecuniarium ex contractu inito debitum, tunc per alium absolutio peti poterit, ex quo nihil interest, à quo creditori satisfiat argum. l. soluere pro ignorante, & l. si pro me. ff. de solut. secus autem, si causa perpetua sit, vt pote ratione decimæ; & hoc ob eam rem, ne præiudicium creditori fiat in posterum, & hic locum habebit eorum sententia, quos proximè citauimus. Aut per alium satisfieri non potest; & hic etiam eorum opinio locum sibi vindicabit. Et hæc, quæ diximus de interdicto vniuersali loci, eadem de interdicto vniuersali hominum concludimus: sed de interdicto vniuersali hominum hactenus, iam ad effectus interdicti in singularea homines lati veniamus.

De effectu per se, ac proximo interdicti in singulares homines lati. Cap. XIV.

S V M M A.

1 *Effectus per se, ac proximus interdicti in singulares homines lati est: prohibitio diuinorum sigillatim, ac speciatim hominibus personaliter facta; quæ regula etiá declaratur.*

1 Effectus autem per se, ac proximus interdicti in singulares homines lati est diuinorum prohibitio sigillatim, ac speciatim hominibus personaliter facta. Nam, statim atque quis interdicto subiectus est, diuinorum ecclesiæ particeps esse ipse non pôt, vt probatur in c. si sententia, & in c. is, cui de sentent. excom. lib. 6. & vt id paulò post speciatim magis explicabimus. Et hæc regula his rationibus amplificatur, atque coarctatur, quas posuimus cap. 13. Tab. 1. Quare, qui speciatim, ac sigillatim interdictus est, vel denunciatus non sit, à diuinis se abstinebit; non enim interdicto ipsi prodest extrauag. ad euitanda, vt diximus eod. cap. 13. §. 7. Speciatim autem, ac nominatim interdictus quis dicatur, vbi quis non per vniuersitatem, sed ipsemet interdictus est, declarauimus cap. 12. in hac Tab. sed de effectu hoc generatim hactenus; iam speciatim eum explicemus.

De diuinis prohibitis hominibus speciatim, ac sigillatim interdictis, declaratione propositi effectus. Cap. XV.

S V M M A.

1 *Officia diuina à clericis speciatim, ac sigillatim interdictis celebrari nequeunt.*

2 *Interdictus ipsemet, & non per vniuersitatem diuina facere non potest ad formam c. fin. de sent. excom.*

1 Generatim effectum interdicti in singulares homines lati posuimus; iam speciatim eum explicemus. † Primum ergo clerici interdicti speciatim, ac sigillatim missæ sacrum facere, aliaq; diuina officia, vt clerici, atque vt ecclesiæ ministri obire non possunt, vt probatur in c. latores de cler. excom. min. ibi enim Romanus Pont. iubet, vt clerici quidam puniantur, propterea quòd interdicti diuina officia celebrare præsumpserunt; ergo ea celebrare nequeunt: non enim punirentur, si interdictis diuina celebrare liceret argum. c. qui peccat. 23. quæst. 4. & l. Gracchus. C. de adult. atque sic not. ibi Abb. idem habetur in c. 3. eod. atque sic not. etiam Burgas. de senten. interd. in tract.
2 de irregul. & dispens. part. 6. † Quæ regula locum habet, etiam si diuina celebrent ad formam traditam in c. fin. §. adijcimus de sent. excum. lib. 6. nam nihilominus prohibentur, vt dixit Syl. in verb. Interdictum. 5. quæst. 1. vers. Secundum, & Tab. eod. 5. num. 2. vers. Item not. quòd dicta moderatio, & Armill. eodem num. 5. vers. Et tales personæ, & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 4. num. 3. vers. Septimò de senten. excom. lib. 6. vbi & de communi sententia testatur. Et cum dispositio illa solùm in interdicto vniuersali loci locum habet, vt dixit Anchar. ibidem. q. 1. vers.

Ista ergo moderatio. Postremò nec diuina facient festis illis diebus, qui habentur in eodem c. fin. §. in festiuitatibus, scilicet in Natiuitate Christi Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis Gloriosæ Virginis Mariæ, vt dixit Conar. ibidem, qui & de communi sententia testatur; nam festis illis diebus permittitur, vt tunc diuina officia de more celebrentur, si interdictum vniuersale loci sit, non autem si clerici interdicti; atque sic citati autores proximè inquiunt: quæ autem diuina officia hæc sint, declarauimus supra cap. 8. in hac Tab. Excipitur autem, vbi ea officia obirent, quæ & à laicis obiri queunt; modò laicorum more ipsi obeant: quomodo autem id fiat, declarauimus cap. 14. §. 1. Tab. 1. horarum canonicarum precum tamen recitatione obligati remanent, vt probauimus cap. 13. §. 13. Tab. 1. Atqui an, dum interdicti diuina faciunt, interesse ipsis poterimus? Planè, vbi denunciati, notoriíve sunt, interesse non debebimus, sicut nec etiam vbi ab officio suspensi essent arg. c. fin. de cohab. cler. & mul. vel excommunicati, vt suo loco declarauimus: sed de sacramentis iam agamus.

SVMMA.

Sacramenta administrare interdicti speciatim nequeunt; & si administrentur, an valeant,

I.

1 § † Sacramenta itidem speciatim interdicti administrare nequeunt; nam diuinis interdicti carent actiuè, ac passiuè, vt vidimus in superiori cap. at sacramenta in diuinis principem locum sibi vindicant; ergo ipsa licitè non administrabunt: sed de his satis egimus cap. 13. §. 1. quæ ergo huc pertinent, illinc sumemus, ad alia veniamus.

SVMMA.

1 *Missæ sacro, diuinisq́; alijs officijs, dum fiunt, interdicti speciatim nec interesse, nec ea audire, nec videre possunt.*

2 *Præsente interdicto diuina fieri non debent.*

II.

1 § † Tertio loco speciatim, ac sigillatim interdicti diuinis, dum fiunt, interesse, eadem audire, videreq́; nequeunt; vel missæ sacrum, vel diuina alia officia fiant, vt probatur in c. si sententia in fin. de sent. excom. lib. 6. & in Clem. 1. eod. & vt dixit Burgas. de senten. interd. nu. 24. part. 6. de irregul. & dispens. Hinc, vbi permittitur, vt interdicti generalis loci tempore diuina fiant, semper permissio hæc tribuitur, ac fit, modò interdicti excludantur, vt in c. licet de priuil. lib. 6. & in c. quòd in te de pœnit. in antiq. & in c. permittimus de sentent. excom. in antiq. & c. responso eodem, & in c. fin. §. adijcimus eodem lib. 6. Quare nec precibus, quæ à clericis, quatenus ecclesiæ ministri sunt, procedendo ad Deum funduntur, idest processionibus (sic enim communiter nominantur) interdicti interesse poterunt; nam, & hæc diuina officia sunt, atque

2 sic dixit Burgas. eodem num. 25. † An igitur ipsis præsentibus diuina faciemus? Planè à nobis ea nô fient. Imò, vt inde abeant, eos admonebimus, vt probatur in Clem. 2. de sent. excom. & vt ibi not. Anchar. n. 16. Si verò abire nolint, vel clerici sint, vi adhibita expelli possunt: nec ob id in excommunicationem quis incidet c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. diuinorum enim defensio hæc est, atque idcirco cuiq; conuenit, vt dixit Anchar. eodem num. 6. & facit c. veniens de sent. excom. At, si expelli nequierint, cessabimus; nisi, dum missa fit, consecratio cœpta sit. Hæc ibi Anchar. vberiùs tamen hæc declarantur à nobis cap. 8. §. 4. Tab. 2. de excommunicato: quæ ibi ergo diximus, de interdicto etiam dicta esse intelligimus. Excipimus tamen, vbi diuina fierent festis illis diebus, qui habentur in eodem c. fin. §. in festiuitatibus de sentent. excom. lib. 6. tunc enim interdictis præsentibus licitè diuina facimus, vt ibi dicitur; quod in excommunicato non contingit. Excipimus etiam, vbi interdictus nec notorius, nec denunciatus est, & hoc ob extrauag. ad euitanda. Postremò, vbi concio habetur; nam interdicto præsente concio haberi potest, vt dicitur in c. responso de sent. excom. his exceptis casibus, interdicto præsente vt ecclesiæ ministri diuina officia non obibimus. Adde huc etiam, quæ diximus cap. 13. §. 2. in hac Tabula: sed de his hactenus, ad alia veniamus; si vnum hoc addiderimus, qui cum interdicto diuinis interest, quoniam interdicti communione vti possumus, hunc non peccare.

SVMMA.

1 *Sacramenta nulla ſpeciatim, ac ſigillatim interdictus ſuſcipere poteſt.*

2 *Sacramenta quædam cur recipere interdictus per vniuerſitatem poteſt, non autem ſpeciatim interdictus.*

3 *Sacramenta interdicto petenti quando deneganda?*

4 *Sacramenta interdicto administrata an valeant.*

III.

1 §. † Quarto loco interdictus ſpeciatim, ac ſigillatim ſacramenta recipere non poteſt; nam, ſi ij, qui per vniuerſitatem interdicti ſunt, recipere ſacramenta non debent, vt dicitur in c. ſi ſententia de ſentent. excom. lib. 6. multò minùs, qui ſpeciatim interdicti ſunt; quandoquidem ſpeciatim plus, quàm generatim, facta prohibitio operatur arg. c. ſi aduerſus, & ibi Gloſſ. de hæret. & c. in toto de regul. iur. lib. 6. prætera, qui per vniuerſitatem interdicuntur, ſępius ob al-
2 terius culpā; at, qui ſpeciatim, ob ſuam. † Atqui an ſacramenta, quæ interdictis per vniuerſitatem tribuuntur, vt Confirmatio, Eucharistia, dum quis ęgrotat, & Pœnitentia, ſpeciatim interdictis tribuentur? Planè dicendum videtur id poſſe, quandoquidem interdicti per vniuerſitatem ſunt interdicti quodammodo ſpeciatim, & tamen illi ea ſacramenta licitè ſuſcipiunt; ergo & ſpeciatim interdicti ea ſuſcipere poſſe debent. Contrariam tamen ſententiam amplexari debemus, vt nec ſacramenta hęc ſpeeciatim interdicti licitè recipiant. Tum quòd diuinis omnibus careat; vt diximus in initio huius cap. in quibus diuinis principem locum ſacramenta ſibi vindicant. Tum quòd, qui ſpeciatim interdicitur, aut ob contumaciam, aut ob delictum interdicitur: ſi ob contumaciam recipere ſacramenta non poteſt, quia contumax in mortiſero peccato eſt: ſi ob delictum, neq; hic poteſt, quoniam pęnam iuſtam non lueret, quod abſurdum eſt argum. eorum, quæ dixit Gloſſ. in cap. cupientes. §. cæterùm in verb. Suſpenſos verſ. Et ſi quæratur de elect. lib. 6. ob has igitur cauſas ſpeciatim interdictus, niſi in priori caſu à contumacia diſcedat; in poſteriori verò ſe abſoluendum curet, ſacramenta ſuſcipere non poteſt. Nec repugnat, quod dicebatur de interdicto per vniuerſitatem; nam interdicti ea ratione primò non immediatè, ac per ſe interdicti ſunt, ſed per interpretationem argum cit. cap. ſi ſententia verſ. Cùm verò; poſtremò interdicti huiuſmodi nec pro ſua contumacia, nec pro ſuo delicto: id quod hinc patet, quòd, qui interdicto cauſam dederunt, ſacramenta propoſita illis non adminiſtrantur, niſi priùs ſatisfecerint ſecundum formam cap. fin. §. illis etiam de ſentent. excom. lib. 6. iunct. cit. c. ſi ſententia cum Gloſſ. in verb. Expreſsis. Mirandum igitur non eſt, ſi non idem de interdicto per vniuerſitatem, & de interdicto ſpeciatim ſtatutum ſit; cùm in vno culpa, in altero innocentia ſępius ſit argum. c. Romana. §. in vniuerſitatem de ſentent. excom. lib. 6. nulla igitur ſacramenta interdicti ſpeciatim recipere poſſunt. Hinc, vt dixit Gloſſ. in c. præſenti in verb. Generaliter de ſentent. excom. lib. 6. & ſequitur eam ibi Philip. Franc. eodem, ſpecialiter interdicto omnia ſacramenta negantur ante abſolutionem, vt excommunicato. Quare hiſce ſacramenta non adminiſtrabimus, vt habetur in c. epiſcoporum verſ. Aut excommunicatis de priuileg. lib. 6.
3 † Verùm quid, ſi nihilominus ſacramenta à nobis petant, quid tunc fiet? Idem planè, quod de excommunicato diximus cap. 7. §. 1. Tab. 2. nam in hoc excommunicato perſimilis eſt, vt dixit
4 eadem Gloſſ. in c. præſenti in verb. Generaliter. † Quid itidem fiet, ſi adminiſtrentur, an adminiſtrata valebunt? ob eaſdem rationes idem de his interdictis concludimus, quod de excommunicato aſſeruimus eodem cap. 7. §. 2. cum ſeq. ſed de his hactenus, de eccleſiaſtica ſepultura iam agamus.

SVMMA.

1 *Sepultura eccleſiaſtica ſpeciatim interdictus caret.*

2 *Orare licet pro interdictis, & oblationes factas recipere.*

3 *Interdictus ſimpliciter ab omnibus diuinis interdictus eſt.*

4 *Interdictus ſimpliciter an in eccleſiam ingredi poſſit.*

5 *Orare cum alijs priuatim interdictus poteſt.*

IV.

1 §. †Ecclesiastica deniq; sepultura speciatim interdictus caret, vt habetur in c. episcoporum
de priuileg.lib.6.& in Clem.1.de sepult.& in c.quòd in te de pœnit. in antiq.& in c.is, cui
§.talis de sentent.excom.lib.6.Id quod locum habet, vel clericus interdictus sit. Nec repugnat
cit.c.quòd in te vers. Licet, vbi interdicti tempore clericis sepulturam ecclesiasticam non ne-
gari dicitur,& vt nos diximus cap.9.§.2.in hac Tab. nam priuilegium illud condonatum cleri-
cis per cit.c.quòd in te, tunc locum habet, vbi generale interdictum loci est, vt DD.communi-
ter inquiunt, & sic vbi clerici interdicti non sunt; ergo secus, vbi interdicto aut per vniuersita-
tem, aut speciatim subiecti iacent: non enim in his casibus iure cautum est, vt clerici ecclesiasti-
cam sepulturam habeant; ergo nec nos id dicemus argu.l.ab ea parte.ff.de probat. cum simil.
Et hæc locum habent, licet delicti ipsos pœnituerit, quamobrem interdicti fuerunt; nam ante
2 absolutionem ecclesiastica sepultura nihilominus carebunt. † Quamuis oblationes pro ipsis
factas recipere,& preces pro eisdem fundere ante absolutioné nobis liceat; non.n.ecclesiæ cō-
munione priuati sunt, vt excommunicati, atque sic dixit Innocent.in c.fin. num.6. vers. Item
homines interdicti de excess.prælat. quo cum DD. ibi transeunt: sed de ecclesiastica sepultura
itidem hactenus. Hæc omnia, quæ diximus tam de interdicto loci (vel vniuersale, vel speciale
sit) quàm de interdicto personæ (vel per vniuersitatem, vel speciatim interdicto subiaceat) lo-
3 cum habent, vbi simpliciter interdictum latum est; † nam, interdicto simpliciter prolato, om-
nia vetita intelliguntur, quæ interdicto vetantur; & sunt ea, quæ supra vidimus, vt dixit Nauar.
in Man.cap.27.num.170. Verùm quid, si interdictum vel loci, vel personæ ab aliquibus tan-
tùm feratur, an reliqua diuina permissa erunt? hoc contemplabimur in seq. cap. † Vnum huc
4 addimus, vbi simpliciter quis interdictus est, in ecclesia hunc ingredi tamen posse; modò nec
diuina faciat, nec diuinis intersit. Tum quòd interdictum diuina tantùm prohibet, in quorum
numero ingressus in ecclesiam non est, vt per se patet. Tum quòd excommunicatus deteriori
conditione est, quàm interdictus,& tamen in ecclesia esse ipse potest, vt probauimus cap.8.§.5.
Tab.2. Addo, vbi ecclesia ingressum interdicto prohibere voluit, speciatim id prohibuisse, vt
in c.1.§.si quis autem,& in c.is, cui de sentent.excom.lib.6. Quare discedo à sententia Burgas.
qui contrarium sensit de sentent. interd. num.21. part.6. in tract. de irregul. ac dispens. nam
probat hoc per cit.c.1.in verb. Ab ingressu ecclesiæ de sentent.excom. lib.6. & totum contra-
rium ibi probatur: nam, si simpliciter interdictus nec in ecclesiam ingredi posset, nulla erat
causa, quamobrem id exprimeret; sat enim erat aut simpliciter interdicere, aut à diuinis; quod
cùm lex non fecerit, interdictum simpliciter in ecclesiam aditum habere concludendū est. † Præ-
5 sertim quòd interdictus cum alijs Christi fidelibus priuatas preces fundere potest, vt DD.com-
muniter concludunt: sed iam ad propositam quæstionem veniamus.

De effectu interdicti tam in hominem, quàm in locum lati, vbi per ipsum diuina quædam tantùm prohibentur. Cap. XVI.

SVMMA.

1 *Interdictum, sicut etiam suspensio, à diuinis aliquibus tantùm esse potest.*
2 *Effectus interdicti, vel hominis, vel loci à diuino aliquo tantùm est prohibitio eius diuini solùm.*

VAE hucusq; de interdicto loci, hominisq; egimus, locum habent, vbi aut sim-
pliciter interdictum latum est, aut interdicto diuina omnia prohibita sunt; nam
tunc prędicta omnia vetantur interdicto sic prolato, vt dixit Nauar.in Man.cap.
1 27.num.170. † Verùm, quòd interdictum aliquorum tantùm diuinorum etiam
esse potest, sicut suspensio argum.c.1.de torneamen. & c.is, cui de sent.excom.
lib.6.& vt asseruit Couar.in c.alma, pars.2.§.1.num.3.vers.Hinc apparet de sent.excom.lib.6.
& diuinorum species plures sunt, vt patet ex dictis cap.8. in hac Tab.ideo; quisnam effectus in-
2 terdicti huius sit, vbi diuinum quodpiam tantùm interdicto prohibitum est, ponamus. † Effe-
ctus igitur interdicti huius est prohibitio eorum tantùm diuinorum, quæ interdicto prohibita
sunt; nam speciale hoc interdictum respectu habito ad specialia ab ipso prohibita idem ope-
ratur, quod generale respectu habito ad omnia argum.l.si duo in fin. ff. de administrat. tut. &

l.quæ de tota.ff.de rei vind.ficut igitur ille,qui aut fimpliciter interdictus eft,aut à diuinis omnibus per interdictum eft remotus, diuinis omnibus caret; ita hic, cui exempli gratia missæ facrum interdicto prohibitum eft, illud folùm facere non poterit, cùm tamen reliqua omnia diuina officia liberè agat, facramentaq; adminiftret, modò missæ facrum non faciat; atque sic afferuit Nauar. eodem cap. 27. num. 170. & quæ diximus de interdicto hominis, eadem & de interdicto loci ob eafdem rationes dicta esse volumus. Atqui an interdictus à minoribus à maioribus interdictus hic erit? & quid è contrario? In hoc cafu idem concludimus ob eafdem rationes,quod de fufpenfo ab officio conclufimus cap.6.§.6.Quid item prohibitum ei erit, cui in ecclefiam aditus interdictus eft?hoc explicabimus in feq.

SVMMA.

1 *Ingredi in ecclefiam non poteft is,cui ingreffus ecclefiæ interdictus eft; quæ regula etiam declaratur.*

I.

§ Quæftio hæc nobis contemplanda propofita eft, à quibus prohibitus is fit, cui per interdictum in ecclefiam aditus prohibitus eft, & fic à quibus fe abftinere fic interdictus debeat; de qua quæftione,vt abfolutam eius cognitionem habeamus,hæc contemplabimur. Primùm, an hic in ecclefiam ingredi poffit. Deinde, an in ecclefia diuina facere,& adminiftrare facramenta valeat. Tertiò, an diuinis, dum ab alijs fiunt, intereffe, facramentaq; recipere, in 1 eaq; priuatas preces fundere. Poftremò, an ecclefiaftica fepulturâ donari poffit. † Quò ad primam quæftionem igitur Inn.in c.facro.nu.2.in verb. Ingreffum, per ecclefiam interdictum hunc tranfire poffe exiftimauit, & fic in ecclefiam ingredi poffe fenfit; eum fequitur Gemin.in c.is,cui.num.3.verf. Quæro,an taliter interdictus,& Auchar.de inftit.excom.lib.6.& Nauar.in Man.cap.27.nu.170. imò,vbi diuina non fiunt,in ea orare ipfum poffe dixit, idem fenfit etiam Couar.in c.alma,pars.2.§.1.num.3.verf. Poterit tamen de fent.excom.lib.6. Probatur autem horum fententia hac potifsimum ratione, quoniam excommunicatus, qui grauiori pœna affectus eft,in ecclefia effe poteft,vt dixit Gloff.in c.qui ftudet. 1.quæft.1. & vt nos afferuimus cap. 8.§.5.Tab.2.hæc ratio,quæ pro opinione hac præcipua allegatur,nihil probat,nam idcirco excommunicatus in ecclefia effe poteft, quoniam per excommunicationem priuatus eft communione non paricum,fed Chrifti fidelium, & facramentorum, vt probauimus cap.6. Tab.2.ergo mirandum non eft, fi excommunicatus in ecclefia effe poteft, vbi nec Chrifti fidelium communione vtitur, nec facramentorum; at huic per interdictum hoc fpeciatim prohibitum eft, ne in ecclefiam ingrediatur; ergo multò magis, nè in ea fit, prohibitum effe debet; non igitur ratio hæc probat. Poftremò pro hac fententia ratio hæc redditur, ingreffus in ecclefiam huic prohibetur,ne diuina ibi faciat,atque audiat; ergo,vbi nec diuina facit,nec audit,effe in ecclefia poterit: hæc ratio itidem non concludit, nam, fi ob hanc rationem ingreffus in ecclefiam ei prohibitus effet,nec extra ecclefiam diuina facere poffet, hic etenim eadem ratio eft, ac viget; at contrarium & ipfi,& alij fentiunt, ergo ratio hæc non tenenda, præfertim ob rationes, quas paulò poft reddemus. Quare, cùm nulla probabili ratione opinio hæc nitatur, contrariam,vt hic nec in ecclefiam ingredi poffit,amplexatus eft Io.Cald. de interd.eccl.in fecundo membro verf.Sed quæritur, & Abb.in c.cùm ecclefia.num.5.de immun.eccl.& Paul.Fufc.cap.32.no.7. lib.2.de vifit.& regim.eccl.vbi & de iure veram effe ait; hanc etiam ego quoque fequor. Probatur autem per cit.cap.is, cui,ibi enim, cui ecclefiæ ingreffus interdictus eft, per confequens ipfi interdictam diuinorum celebrationem in ecclefia Rom. Pont.ait. Si per confequens igitur diuinorum celebratio prohibita eft, in primis, & vt antecedens fimplex aditus prohibitus effe cenfetur; & ita argumentatus eft Abb.in eodem c.cùm ecclefia, quod argumentum vti verifsimum ego etiam fequor. Tum quòd, fi contrarium vellemus,non rectè argumentatum effe iure confultum dicendum effet; nam perinde eft,atque fi dixiffet, quia ingredi in ecclefiam hic poteft, ergo per confequens interdicta diuinorum celebratio in ecclefia ipfi eft; quæ argumentatio quàm ridicula fit,nemo non videt,& tamen fic accipienda eft, fi contrariam opinionem fequamur. Tum quòd à verborum proprietate difcederemus; nam ab ingreffu ecclefiæ hic prohibitus diceretur, & tamen in ecclefiam ingredi poffet:quod fieri non debet, nifi aliud manifestò conftet argum.l.nó aliter.ff.de leg. 3. præfertim quod nomen interdicti huius ad rê accommodatum non effet,quod abfurdum eft argum.§.eft & aliud in Inftit. de donat.In ecclefiam igitur

ingredi non poterit, cui in ecclesiam aditus interdictus est, quicquid dixerit Nauar. qui hoc sentientes malè sentire dixit. Et hoc locum habet primò, vel ab homine, vel à iure interdictum huiusmodi latum sit; nam cit. c. is, cui, de vtroq; agit, vt sensit Glos. 2. ibi, & Anchar. in init. Item locum sibi vindicat, quocunq; interdictus hic proficiscatur; tum quòd illud c. is, cui simpliciter loquitur, ergo simpliciter intelligi debet argum. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. tum quòd interdictum hoc personæ inhæret, vt asseruimus cap. 13. §. 2. Tab. 1. & ecclesia vna est, etiam si in varijs locis sita sit, vt inquit Gloss. in c. si quis presbyter. 7. quæst. 1. & Butr. in c. 2. num. 3. de off. deleg. lib. 6. Tertiò locum habet, vel ecclesia consecrata non sit, modò de autoritate episcopi sit ędificata; nam immunitate ecclesiæ consecratæ & hæc vtitur, vt habetur in c. pen. & ibi not. Abb. de immun. eccl. & vt not. Gloss. in c. fin. in verb. Non consecrata de consecr. eccl. vel altar. & Cal. de interdict. in secundo membro vers. Sed quid si is, cui interdictus est ingressus ecclesiæ ibi quid si talis celebrat, & Anchar. in eodem c. is, cui. num. 1. vers. Quid si talis, & Gemin. in §. fin. num. 6. Postremò hic sic interdictus nec in ecclesiam interdictam ingredi poterit; non enim immunitatem ecclesiæ amittit interdicta ecclesia, vt dixit Abb. in c. penult. num. 8. & Add. ad eum de immun. eccl. & vt nos id pluribus asseruimus cap. 13. §. 15. Tab. 1. vbi, & an interdictus ad ecclesiam confugiens tutus sit, id disputauimus. Excipiuntur tamen primò festi illi dies, qui habentur in capit. fin. §. in festiuitatibus de sentent. excom. quos recensuimus cap. 9. §. 1. in hac Tab. nam tunc interdicti diuinis officijs interesse possunt, vt ibi dicitur, ergo & in ecclesiam ingredi poterunt; etenim, qui vult consequens, & antecedens velle intelligitur argum. §. idemq; iuris est in Instit. quibus ex cau. manumitt. non licet, & de hæred. instit. in prin. nec enim distinguitur ibi de interdictis; ergo nec nos distinguere debemus, sed de quouis interdicto dictum illud accipiemus argum. l. de pretio. ff. de pub. in rem act. Postremò excipitur, vbi in ecclesia ius diceretur (id enim aliquando potest, vt habetur in c. qua fronte cum ibi not. de appell.) nam, si in ius vocetur, & sic reus necessarius sit, tunc in ecclesiam ingredi poterit, ne de sua pœna commodum reportet, sicut de excommunicato dicitur in capit. intelleximus de iud. & nos egimus abundè capit. 16. §. 1. Tab. 2. secus autem, si ut actor veniret, sicut de excommunicato dicitur in c. decernimus de sent. excom. lib. 6. atque sic asseruit Abb. in eod. c. cùm ecclesia. nu. 5. quamuis contrarium senserit Burgas. cap. de sententia interdicti num. 23. in tract. de irregul. & disp. part. 6. cuius dictum non sequor ob dicta. In hac quæstione igitur sic concludendum censerem; iam ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Ingressu ecclesiæ cuipiam interdicto, in ecclesia hic non potest Diuina facere.*
2 *Alteri diuina facienti inseruire,*
3 *Sacramenta administrare.*

II.

Altera quæstio est an, interdicto cuipiam ingressu ecclesiæ, hic in ecclesia diuina facere, sacramentaq; administrare possit. † In qua quæstione breuiter concludimus primò hunc in ecclesia diuina officia celebrare non posse; Is, cui est ecclesiæ interdictus ingressus, dicitur enim in c. is, cui de sent. excom. lib. 6. cùm sibi per consequens censeatur in ipsa diuinorum celebratio interdicta, irregularis efficitur, si contra interdictum huiusmodi diuinis in ea se ingerat in suo agens officio, sicut priùs. Hæc ibi, ex quibus manifestò constat diuina interdictum huiusmodi in ecclesia facere non posse, atque sic not. ibi DD. & Gloss. in c. 1. in verb. Interdictum de cens. lib. 6. & Inn. in c. sacro. num. 2. in verb. Ingressum de sentent. excom. & Abb. in c. cùm dilectus. num. 20. vers. Aut est alicui interdictus de consuet. Et hæc regula locum habet in omnibus amplificationibus, quas posuimus in priori quæstione. Imò nec festis illis diebus, qui habentur in c. fin. §. in festiuitatibus de sent. excomm. lib. 6. diuina facere in ecclesia poterit; nam etsi tunc interdictis permittitur, vt diuinis intersint, non tamen vt eadem faciant. † Tertiò locum habet, etiam si alteri diuina facienti inseruiret; nam nec in hoc casu in ecclesia inseruire poterit, vt asseruit Philip. Franc. in eodem c. is, cui; tum quòd diuina celebraret in ecclesia, quod ipsi prohibitum est; tum quòd in ecclesiam ingrederetur, quod etiam illi est vetitum, ac propterea non modò vt clericus, sed nec vt laicus inseruire ei potest. Imò ob easdem rationes si, sacerdote extra ecclesiam sacra faciente, interdictus hic in ecclesia inseruiens illi sacerdoti, vel vt subdiaconus epistolam, vel vt diaconus euangelium recitare vellet, neque id posset, vt dixit Cald. quem sequitur Anchar. in eodem c. is, cui, num. 1. vers. Ad idem, & Gemin. initio in fine

num. 8.

num.8. At quid è contrario, si sacerdoti in ecclesia missæ sacrum facienti interdictus hic inseruiens extra ecclesiam epistolam, euangeliumvè recitet, an id licitè faciet? Planè non, nam sic citati autores eisdem in locis concludunt; etenim functiones huiusmodi ad id, quod primò fit, referuntur argum.c.accessorium de regul.iur.lib.6. Hinc ecclesia polluitur, si quis extra eam existens hominem existentem in ecclesiâ per telum, tormentumvè aliquod interficiat, sanguinemvè effundat, vt dixit Nauar.in Man.cap.27.num.256.vers. Aut mortis: qua ratione nec ex-
5 tra ecclesiam audire diuina hic poterit, quæ in ecclesia fiunt. † Postremò nec etiā sacramenta in ecclesia licitè administrabit ob easdem rationes, & vt sensit Inn.in eod.c.sacro. num.2. sed de quæstione hac itidem satis, ad tertiam veniamus.

S V M M A.

1 *Ingressu ecclesiæ cuipiam interdicto, hic nec interesse diuinis, dum ab alijs fiunt, nec sacramenta recipere, nec priuatas preces fundere in ea potest.*

2 *Ingressu ecclesiæ cuipiam interdicto, hic extra ecclesiam omnia, vt priùs, facere potest.*

III.

1 § † Tertia quæstio est, interdicto cuipiam ingressu ecclesiæ, an in ecclesia hic interesse diuinis posit, dum ab alijs fiunt, item ibi sacramenta recipere, ac demum priuatas preces fundere. In qua quæstione, vt paucis ipsam absoluamus, nihil horum facere ipsum in ecclesia posse concludimus; sic enim dixit Innoc.in cap.sacro.num.2.in verb. Ingressum de sent.excom. & Felin. in c.à nobis. num.6. vers. Et licet clericus interdictus ab ingressu ecclesiæ de except. & Couar.in c.alma, pars.2.§.1.num.3. vers. Poterit tamen, ibi Vnde constat de sent.excomm. lib.6.& DD.communiter in c.is, cui de sent.excom.lib.6.nam, ex quo ingressus in ecclesiam ei prohibitus est, nihil in ea agere potest, vt & Romanus Pont.argumentatus etiam est in eodem c.is, cui. Et hæc regula locum habet in omnibus amplificationibus, quas in prioribus quæstionibus vidimus. Excipiuntur tamen quò ad diuinorum auditionem festi illi dies, qui habentur in capit. fin. §. in festiuitatibus de sent.excomm.lib.6.quos festos dies nos recensuimus cap.9. §.1.in hac Tab.tunc enim diuinis officijs interesse poterit, & priuatim etiam preces fundere; ad summam, vt regulam de hoc interdicto faciamus, vniuersa huic interdicto prohibita sunt in ec-
2 clesia, quæ simpliciter interdicto prohibita esse antea diximus. † Verùm, an extra ecclesiam hic interdictus diuina facere, ea facienti inseruire, dum ab alijs fiūt, ipsis interesse, ac demum sacramenta administrare poterit? In hoc, vt regulam aliam constituamus, dicimus, interdictum hunc extra ecclesiam, tanquam non interdictum, omnia, vt priùs, agere posse. Nam sic sensit Gloss.in eodem c.is, cui in verb. In ea, & sequitur eam Anchar.eodem num.1.vers. Circa hoc, & Gemin. num.4. vbi alios idem sentire ait, & Philip.Franc.eod.& ibi communiter DD. & Inn.in cit.c.sacro.num.2.& Butr.in c.2.num.3.de off.de leg.& Abb.in c.cùm dilectus.num.20.de consuet.& Nauar.in Man.cap.27.num.170.vers. Sextò dico, communis denique DD.sententia hæc est, de qua testatur Couar.in c.alma, para.2.§.1.num.3.vers. Sub hac verò definitione de sent.excom. lib.6. Idq; meritò, nā solùm, ne in ecclesiā ingrediatur, in ipsavè diuinorū particeps ne sit, prohibitum huic interdicto est, ergo secus extra eam; prohibitio enim vnius alterius permissio est argum.c.non ne de præsum.& l.cùm prætor.ff.de iud. & limitata causa limitatum producit effectum argum.l.in agris.ff.de acquir.rer.domin.cùm simil. Id quod eo magis dicendum est, ex quo de pœnis agimus argumen.c.odia de regul.iur.lib.6.& l.interpretatione.ff.de pœn. Quare episcopus sic interdictus, quoniam priuilegium hoc habet, vt extra ecclesiam missæ sacrum faciat, vt in c.fin.de priuileg. lib.6.extra ecclesiam missæ sacrum facere poterit. Item in priuatis oratorijs, vt dixit Cald.quem sequitur Gemin.in cit.cap.is, cui.§.fin.num.5. & Anchar.in prin. & vt dixit Gloss. ibi in verb. In ea. Modò igitur aliàs extra ecclesiam quis sacra facere posit, hoc interdicto nō prohibebitur; nā solùm, in ecclesia functiones has ne obeat, prohibetur. Postremò in cœmeterio ēt ecclesiæ, vt dixit Gloss.in cit.c.is, cui in verb. Cœmeterio, & sequitur Philip.Franc.in Gloss.in verb. In ea. Et nihil interest, vt inquit ibi Gloss.an cœmeterium illud ecclesiæ contiguum sit, nec ne; nam interdictum hoc personæ inhæret, & non ecclesiæ; quare opinio Abb.tenenda non est, qui contrarium sensit in c.cùm ecclesia in 2.notab. de immun.eccl.& sequitur eum Paul.Fusc.in cap.12.num.7.lib.1.De visit.& regim.eccl. nam hi voluerunt hunc nec in cœmeterium ingredi posse, quod falsum est, vt ex dictis conspicitur. Nec obstat, quod dicitur in cit.c.is, cui, hunc, si moriatur, nec in ecclesia, nec in cœmeterio sepeliri posse; nam

illud

illud ob eam tem fit, quoniàm interdictus hic ecclesiastica sepultura caret, quæ habetur etiam, si in cœmeterio sepeliatur; atq; ob eam rem nec in cœmeterio sepeliri potest; at quò ad reliqua non idem est esse in cœmeterio, & in ecclesia: sed iam postremam quæstionem aggrediamur.

S V M M A.

1 *Sepultura ecclesiastica is donari non potest, cui ingressus in ecclesiam prohibitus est.*

2 *Indulgentiarum, ac bonorum, quæ in ecclesia fiunt, an interdicti participes sint.*

IV.

1 § † Postrema quæstio est, an, interdicto cuipiam ingressu ecclesiæ, is ecclesiastica sepultura donari posit. In qua quæstione breuiter concludimus hunc ecclesiastica sepultura donari non posse, vt habetur in c. is, cui de sent. excom. lib. 6. Talis quoque, dicitur enim ibi de interdicto huiusmodi, si hoc interdicto durante decedat, nòn debet in ecclesia, vel cœmeterio ecclesiastico, nisi pœnituerit, sepeliri. Hæc ibi; ex quibus manifestò patet hunc ecclesiastica sepultura priuari, atque sic not. ibi Anchar. Philip. Franc. & communiter DD. & Innoc. in c. sacro. num. 2. in verb. Ingressum de sent. excom. Excipitur tamen, vbi eum pęnituisset, vt ibi dicitur. An verò absolutio tunc postulabitur? Io. And. tutius esse dixit; vt relaxatio fiat, & sequuntur eum Phil. Franc. in eodem c. is, cui. §. talis vers. Vltimò not. & Anchar. num. 3. vers. Tertiò not. & Gemin. eodem num. 3. vers. Quæro, an si istum. Ego autem sic distinguendum censeo, quod & sensit Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. num. 3. vers. Hic autem interdictus de sent. excom. lib. 6. Aut pro contumacia interdictum hoc latum est; & in hoc casu, quòd, statim atque à contumacia discesit, ipso iure absolutus est, sicut ob hanc eandem causam suspensus ab officio, vt suo loco diximus, absolutione alia non egebit. Aut pro pœna; & in hoc casu absolutio necessariò postulabitur: non enim in hoc casu ipso iure tollitur, nisi ad tempus lata sit, eo tempore elapso, vt asseruimus cap. 4. §. 2. cum seq. Tab. 4. & de re hac satis: si quid deinceps hic desideretur, sumemus è cap. 9. in hac Tab. vbi materiam hanc egimus, & de quæstione proposita satis. Ex qua apparet quem interdictum aliquando à parte, & non à toto esse, quod & animaduertit etiam Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. num. 3. vers. Hic apparet de sent. excomm. lib. 6. & quæ de interdicto hominis diximus, eadem de interdicto loci dicta esse volumus; nam & locus quò ad quædam
2 interdictus, quò ad quædam verò non interdictus esse potest. † Atqui an interdicti speciatim, per vniuersitatemvè homines indulgentias, quæ à Romano Pont. & ab alijs ecclesiæ præsidibus condonātur, suscipere possunt? Item an bonorum, quæ ab ecclesia fiunt, participes esse? Quò ad primam quæstionem, vbi ob contumaciam qui speciatim interdictus est, & à contumacia non discedit, idem nos sentibus de hoc, quod sensimus de excommunicato cap. 9. §. 1. Tab. 2. & idem, si per vniuersitatem quis sit interdictus, & contumax ipse fiet. Vbi autem ad pœnam interdictum est latum, indulgentias interdictum consequi posse censeo, vbi ea præstare potest, quæ ad ipsas consequendas necessariò postulantur, aliàs non. Quare, si ad indulgentiam consequendam peccatorum confesio, & eucharistiæ susceptio tunc requiruntur, indulgentiam suscipere hic non poterit, quoniam nec sacramenta illa suscipere potest. Pro regula enim traditur indulgentiam illis tantùm prodesse, qui faciunt illud, pro quo datur indulgentia, & non alijs, vt dixit Felin. in sermone de indulgentia plenaria. nu. 15. vers. Est etiam notanda vna regula magistralis; & de quæstione hac satis. Quò ad alterā verò breuiter itidem concludo interdictum quacunque ratione bonorum, quæ ab ecclesia priuatim, publicęvè fiunt, participem esse. Nam hac pœna constrictus extra ecclesiæ communionem non eijcitur (quamobrem quis huiusmodi bonorum particeps est, vt declarauit Cat. in expositione eius partis Symboli Credo sanctorum communionem) sed solùm, ne sacramenta suscipiat, diuinisq; dū fiunt, ne intersit; &, vbi clericus est, ne illa faciat, prohibetur, atque sic asseruit Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. nu. 4. vers. Adnotādum est de sent. excom. lib. 6. Hinc & pro interdictis etiam sic mortuis (modò pęnitentes fuerint) oblationes recipere, & pro ipsis preces ad Deum fundere nos posse asseruit Inn. in cap. fin. in fin. de excess. prælat. Quod non liceret, si ecclesiæ communione interdicti carerent, vt excommunicati argum. c. à nobis. 2. & c. sacris de sentent. excomm. sed de effectibus interdicti per se iam hactenus, vbi in hominem latum est; ad effectus per accidens eiusdem iam veniamus.

De pœ.

De pœnis violantium interdictum hominis, effectu per accidens.
Cap. XVII.

SVMMA.

1 *Interdictum in hominem lati quot modis violetur.*



Effectvs per se interdicti in hominem lati quinam essent; vidimus; modò effectus per accidens eiusdem videamus: &, quoniam effectus hi pœnæ sunt, in quas incidunt, qui interdictum violarunt; ideo, vt perfectior, dilucidiorq; cognitio materiæ huius habeatur, tria in hoc cap. contemplabimur. Primùm, quando interdictum hoc violetur. Deinde, in quas pœnas quis incidat interdictum violando. Postremò has pœnas quando quis euitet.
1 † Quò ad primam quæstionem igitur interdictum personæ violatur primò diuinorum officiorum celebratione argum. c. is, qui; & c. is, cui de sent. excom. lib. 6. & hoc duobus modis, primùm, vbi interdictus ipse diuina facit, vt in citatis iuribus probatur; deinde, vbi à non interdicto coram interdictis diuina fiunt, vt dixit Nauar. in Man. cap. 25. num. 93. & facit. c. episcoporum de priuileg lib. 6. Item violatur interdictum personæ sacramentorum administratione, ac susceptione; quod etiam duobus modis contingit, & vbi interdictus ipse vel administrat, vel suscipit; & vbi ea interdicto non interdictus administrat ob iura proximè citata. Tertiò violatur interdictum, vbi interdictus aut diuinis, dum ab alijs fiunt, interest; aut præsens adest non interdictus, dum is diuina facit, qui interdictus est argum. c. si sententia in fin. de sent. excom. lib. 6. & eorum, quæ dixit Abb. in c. fin. in fin. de excess. prælat. Quartò vocando ad diuina in loco interdicto publicè interdictos, sicut etiam prohibendo, ne interdicti huiusmodi generatim saltem admoniti à celebrantibus ab ecclesia discedant, vt probatur in Clem. 1. de sent. excomm. Postremò interdictum huiusmodi violatur sepeliendo in ecclesia, locové alio sacro publicè interdictos argum. Clem. 1. de sepult. hæc vera sunt, modò interdictũ denunciatũ, notoriumvè sit ob extrauag. ad euitanda. His igit modis interdictũ personæ violatur: sed iam de pœnis violantium agamus.

SVMMA.

1 *Irregularis clericus fit; si speciatim interdictus diuina, vt priùs, facit.*

2 *Peccat grauiter interdictus, si diuinis interfit, vbi ab alijs fiunt; irregularis tamen non est.*

3 *Excommunicati ipso iure sunt interdicti, si in loco interdicto nominatim à celebrantibus moniti, vt ab ecclesia discedant, discedere nolint.*

4 *Domini temporales, qui loco interdicto per præconem publicè interdictos ad diuina vocant; quivè prohibent, ne ijdem à celebrantibus moniti abeant, excommunicati sunt.*

5 *Peccat mortiferè, qui præsentibus interdictis missæ sacrum, aliaq; diuina officia facit, non tamen irregularis fit.*

6 *Ingressus in ecclesiam interdictus ei est, qui coram interdicto diuina facit, si exemptus à potestate ordinaria sit.*

7 *Excommunicatus ipso iure est, qui nominatim interdictum in loco sacro sepelit.*

8 *Non interdicti, si intersint diuinis, quæ aut ab interdictis, aut in loco interdicto fiunt, an peccent, in pœnam vè aliquam incidant?*

§ Altera quæstio est, in quas pœnas incidant, qui interdictum personæ violant. Et quoniam
1 pœnæ variæ sunt; ideo ipsas sigillatim explicemus. † Primùm ergo clericus speciatim interdictus, si missæ sacrum, aliaq; diuina officia facit, sacramentaq; administrat, ac demum, vt priùs, diuina officia obit, irregularis statim fit, vt habetur in c. is, qui, & c. is, cui, & ibi Phil. Fran. vers. Scies tamen, & Gemin. num. 2. & communiter DD. de sent. excom. lib. 6. & vt dixit Inn. in c. fin. num. 6. vers. Item homines interdicti, & ibi quoq; Abb. num. 4. vers. Quò ad secundum de excess. prælat. & idem Abb. in c. cùm dilectus, nu. 20. de consuet. & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. nu. 3. vers. Sub hac verò definitione, vbi ait eum irregularem fieri, cui in ecclesiam aditus interdictus est, si in ecclesia celebret. Et quoniam, vbi ex officio diuina interdictus facit, tunc clericus irregularis efficitur; ideo, qua ratione id fiat declarauit Abb. in eod. c. fin. vers. Quò ad tertium,

2 tium,& nos abundè cap.14.§.1.Tab.1. † Item interdictus grauiter,ac mortiferè peccat, si diuinis intersit, vbi ab alijs fiunt, vt dixit Abb.in eod.c.fin.in fin.de excess.prælat. & Nauar.in Man.cap.27.num.187.vers. Decimo octauò ibi primò, & vt sensit de eo,cui ecclesiæ ingressus interdictus est, Phil.Fran.in c.is,cui vers.Scias tamen,quòd ille de sent.excom.lib.6.Et eo magis peccabit, vbi admonitus, vt abeat, ibi tamen esse vellet arg. Clem.2.de sent.excom. Irregularis tamen(clericus sit,vel laicus)audiendo tantùm diuina non fiet de eorundem auctorum sententia,& vt dixit etiam Gemin.in eod.c.is,cui.num.4.vers. Quid si ille, & Couar.in c.alma, pars.1.§.1.nu.3.vers.Poterit tamen is de sent.excom.lib.6. Sicut nec etiam recipiendo sacramenta: modò ordinem non suscipiat, suscipiendovè diuina faciat; quippe quia iure cautum id non est,ergo irregularis dici non debet arg.c.is, qui de sent.excom.lib.6. Non grauiter quoq; peccabit, si interdictus per vniuersitatem sine scandalo existimans hoc sibi licere diuina audit, vbi interdicto causam ipse non dedit, vt dixit Caiet.in summ.in verb. Interdicti violatio vers.
3 S.d,si clericis,ibi si tamen ipse non est in culpa. † Tertiò in loco interdicto publicè interdictus si diuinis intersit,& à celebrantibus nominatim admonitus inde abire nolit, in excommunicationem statim incidit,vt habetur in Clem.2.in fin.de sent.excom. Quatuor igitur in primis postulantur, quò in excommunicationem hanc incidat, vt interdictus publicus hic sit, in loco interdicto diuina fiant,à celebrante sit admonitus,ac nominatim,vt ibi habetur,& Gloss.ac DD.
4 not. † Quartò domini temporales, qui loco interdicto per præconem publicè interdictos ad diuina vocant, quivè prohibent, ne ijdem à celebrantibus moniti abeant, excommunicati sunt. Idem,si non interdictos eadem ratione vocēt; videndus tamen est Syl.in verb. Excommunica-
5 tio,7.n.51,uers.Decima septima,& Nauar.in Man.cap.27 nu.104.† Quintò peccat mortiferè, qui coram interdictis missæ sacrum, aliaq; diuina officia facit; non tamen irregularis fit,vt dixit Nauar.in Man.cap.25.num.93.& facit c.is,qui vers. Vel qui præsentibus: nam nec,qui excommunicato præsente celebrat, irregularis fit, vt ibi dicitur; ergo minùs,qui coram interdi-
6 cto. † Sextò ingressus in ecclesiam ei interdictus est,qui coram interdicto celebrat, si celebrās à potestate ordinaria exemptus sit, vt habetur in c.episcoporum de priuil.lib.6.Idcirco autem dixi Si exemptus sit, quoniam clerici nō exempti in eam pœnam non incidunt,vt asseruit Ioan. Mon.ibi,& Gemin.in fin.vbi quæstionem hanc disputauit, & Nauar. eod.cap.25.num.94.vbi quàm plures alios idem sentientes refert. Et hanc opinionem,vt quæ pœnam coarctet,ego etiā sequor. Tum quòd responsio ad formam interrogationis accipi debet arg.§.præterea in Instit. de inutil.stipul.at ecclesiæ antistites de exemptis ibi questi erant; ergo de exemptis Romanum Pont.statuisse ibi dicendum est. Tum quòd frustra quodammodo de nō exemptis questi essent; nam non exemptos ipsimet pœnis propositis ad interdictum seruandum cogere potuissent: ergo,ne superuacanea quæstio fuerit, de exemptis eo in loco agi interpretabimur; frustra enim
7 petimus à principe, quod habemus à lege arg.l.1.ff.ad municip. † Septimò excommunicatus ipso iure est,qui nominatim interdictum in loco sacro sepelit, vt habetur in Clem.1. de sepult. quæ declaratur à Syl.in verb.Excommunicatio.9.nu.66.vers. Trigesima quinta. Hodie tamen locum non habebit pœna hæc ob extrauag.ad euitanda, nisi, vbi interdictus aut notorius, aut
8 denunciatus est. † Octauò, qui interdictus non est, si diuina officia audit, quæ fiunt aut ab interdictis,aut in loco interdicto,an peccet,& puniatur? Caiet.in summ.in verb. Interdicti violatio,hunc peccare sensit. Primò, vbi autor ipse esset, vt diuina fierent. Item,vbi esset causa,vt clerici interdictum non seruarent,& sequitur eum Nauar.in Man.cap.27.num.187.vers. Decimo octauò,ibi secundò,& summa Corona in 3.part.c.9.de interdicto prope finem. Tertiò, vbi ea officia celebrarentur,quibus à clerico celebratis interdictū violaretur arg.c.postulastis.§.fi. de cler.excom.min.vbi moniales grauiter puniri iubetur, si interdicti tempore diuina faciant; idem etiam de monacis non clericis,& sequitur etiam Nauar.eod. Postremò, cum mentiendo clericum se esse quis diceret; priuilegiūvè se habere, vnde diuinis interesse posset. In omnibus igitur his casibus ab illis, qui interdicti non sunt, nec clerici, peccari citati autores concludunt; aliàs autem secus. Quorum sententia mihi non satisfacit; tum quòd clericis prohibitum est, ne, præsentibus laicis diuina faciant; ergo & laicis prohibitum intelligi debet, ne diuina audiant, arg.l.fin.cum ibi not.C.de indict.vid.toll. tum quòd interdictum violatur, si ipsis intersint, vt habetur in Clem.1.vers.Nunc latenter ecclesiarum suarum,& facit etiam cap.licet de priuileg. lib.6.vbi priuilegium habere debet,qui ad diuina admittitur; si ergo interesse ipsis nō possint, nec debent,contra faciendo mea sententia peccant. Locum tamen ipsorum opinio habere poterit,vbi ex imperitia, vel ignoratione id fieret arg.c.apostolica de cler.excom.min. Hę igitur

pœnæ sunt, in quas incidunt, qui interdictum personæ violant. Verùm quid, si præsente interdicto clericus tamen diuina facit, an ego inde abire debeo, si nec clericus interdictus est, nec locus? Planè non debeo; nam sic dixit Caiet. in summ. eod. prop. fin. ibi & similiter si celebrans; & sequitur Nauar. eod. vers. Decimo octauò, & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 5. de interdicto; nam communio cum interdicto nobis prohibita non est, sicut cum excommunicato, atq; ob eam rem cum ipso, & in ecclesia, & extra ecclesiam esse possumus, modò diuinorum participem eum non faciamus, ab ipsoue ratione quapiam non accipiamus; sed iam ad postremam quæstionem veniamus.

S V M M A.

1 *Interdictum in duobus casibus quis obseruare non cogitur.*
2 *Pœnas violantium interdictum quis non patitur, vbi ex priuilegio, iureue aliquo interdictum seruare non cogitur; item, vbi interdictum denunciatum non est.*

§ II.

1 Postrema quæstio est, quando quis contra interdictum faciens pœnas violantium interdictum vitet. Quam quæstionem duabus regulis explicandam nobis proposuimus. † Quarum prior hæc est, vbi quis aut ex priuilegio, aut iure aliquo contra interdictum facit, ipsum interdictum non violare, nec in pœnas violantium interdictum incidere; tunc enim non offendit, atq; idcirco in pœnas non incidit. arg. c. is, qui. §. is verò, ibi nisi super hoc, & c. si sententia vers. Casibus expressis à iure de sent. excomm. lib. 6. Qui autem casus à iure expressi sint, speciatim suis locis posuimus; de priuilegijs autem quisque, si quæ habeat, eis se tueatur; nam concessa cuicunq; vsq; ad c. fin. de sent. excom. lib. 6. quo ad interdictum loci vniuersalis, per eam constitutionem sunt reuocata, vt ibi dicitur atq; vt Gloss. vlt. ibi ac DD. not. imò & quædam alia, vt
2 dixit Nauar. in Man. cap. 27. num. 190. & de priori regula satis. † Posterior regula hæc est, vbi interdictum denunciatum non est, neq; tunc contra ipsum facientem quem in pœnas interdictum violantium incidere. Nam nemo cogitur interdictum seruare, quod denunciatum non sit; vel interdictum loci, personæue sit, vel ab homine, à iureuè latum, & hoc ob extrauag. ad euitanda, quam posuimus, ac declarauimus cap. 13. §. 7. Tab. 1. atque sic dixit Caiet. in summ. in verbo Interdicti violatio in fin. & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 187. idem sentio, vbi notorium est quem interdictum esse ob cit. extrauag. Quare cessat hodie quæstio mota à Gemin. in c. is verò, & à Phil. Franc. eod. in fin. de sentent. excom. lib. 6. an scilicet irregularis fiat, qui in loco interdicto celebrat, quem interdictum esse scit, sed tamen interdictum illud denunciatum nondum est; nam irregularis non fiet, etiam si pro certo habeat eum locum interdictum esse, ex quo denunciatum illud non est, ob cit. extrauag. ad euitanda. Excipitur tamen ipse interdictus; nam, vel speciatim, vel per vniuersitatem interdicto subiectus quis iaceat, quamuis denunciatus non sit, seruare tamen interdictum debet; non enim ei subuenitur per cit. extrauag. vt in ea dicitur; ius ergo antiquum in eo seruabitur arg. l. præcipimus. C. de appell. & l. iubemus. C. de testam. Quare, si hic sacramenta petat, in eo id seruabimus, quod de excommunicato diximus cap. 7. §. 1. Tab. 3. & hæc notanda sunt: sed de effectibus tam per se, quàm per accidens interdicti satis; ad materiam eiusdem, & primò ad eam, quę ad genus pertinet, transeamus.

De materia communi interdicti ecclesiastici, quæ ad genus spectat.

Cap. XVIII.

S V M M A.

1 *Interdictum est censura ecclesiastica.*
2 *Definitio interdicti generatim quænam sit.*
3 *Definitio singularũ specierum interdicti quænam sit.*



1 EXPLICATIS effectibus interdicti, iam materiam eiusdem communem, ac primò, quæ ad genus spectat explicemus. † Communis materia igitur interdicti ecclesiastici hæc scilicet Censura ecclesiastica est; nam censura ecclesiastica, & de interdicto dicitur, vt habetur in cap. quærenti de verb. sign. ac propterea paulò post in definitione eiusdem pro genere ipsam sumemus. Quare ab omnibus alijs

pœnis interdictum seiungit, atq; idcirco etiam à cessatione; de qua agitur in c. non est vobis de spons. & in c. irrefragabili. §. cęterùm de off. ord. in antiq. & in c. 2. & in c. quamuis eod. lib. 6. & in Clem. 1. de sent. excom. nam, etsi per cessationem diuina impediuntur, potiùs tamen ipsa facti, quàm iuris est; differt ergo ab interdicto: id quod quibus rationibus fiat, tradidit Mandos. in sua prax. commiss. commiss. 33. quæ est vltima in verb. Interdici, & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 188. & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 2. de sent. excom. lib. 6. Censura ecclesiastica igitur materia interdicti est; iam, quid interdictum sit, definiamus: sed, quoniam ipsius species duas esse posuimus cap. 5. ideo cùm interdicti generis, tum eiusdem singularum specierum definitiones ponamus. † Interdictum ecclesiasticum igitur generatim sumptum est censura ecclesiastica, qua
2 diuinorum ecclesiæ vsus prohibetur, seu diuina ecclesię prohibentur, quatenus diuina sunt. Quę definitio ratione non caret. Nam primò proprium, ac proximum genus habet illud Censura ecclesiastica, quæ immediatè, vt ita dicam, de ipsa dr, quo genere, vt modò dicebamus, ab omnibus pœnis separatur, quæ censuræ ecclesiasticæ non sunt. Postremò proprium quoq; differentiam continet, dum dicitur Qua diuina ecclesię prohibentur; nam per ipsam à reliquis censuris seiungitur. Ab excommunicatione, quoniam excommunicatio communionem ecclesiæ nobis adimit; atque idcirco tam diuinorum, quàm eorum, quæ diuina non sunt; cùm interdictum à diuinis tantùm nos segreget, vt vidimus. A suspensione, quoniam per ipsam clericus, quatenus clericus est, impeditur, quò minùs ecclesiasticas functiones exerceat, vt asseruimus cap. xx. Tab. 4. atque idcirco actiuè tantùm, & ab ijs etiam, quæ diuina non sunt; cùm interdictum tam actiuè, quàm passiuè diuina tantùm impediat. Definitio igitur hęc, siue descriptio, vt ex suis partibus constans, tenenda est; quamuis Couar. aliter censuram hanc descripserit in c. alma, pars. 2. §. 1. nu. 2. de sentent. excom. lib. 6. & pro genere posuerit Suspensio; & nõ rectè, vt ex dictis patet. Contra quam tamen videtur facere, quod dixit Burgas. de sententia interdicti nu. 1. in tract. de irregul. & dispens. part. 6. nam, vt ipse inquit, Interdictum non videtur variare ab effectu excommunicationis, & suspensionis; atq; idcirco addendum esse dicebat Prohibens administrationem diuinorum in certo, & expresso loco. Hæc Burgas. cuius nec ratio, nec adiectio mihi probãtur, nec vera sunt. Non ratio; nam, etsi nec excommunicatus, nec suspensus administrare diuina possunt, tamen in excommunicato ob eam fit, quòd extra ecclesiæ communionem eiectus est, suspensus verò, qui functiones ecclesiæ obire non potest, in quibus functionibus, & in qua ecclesiæ communione diuina sunt; at interdictum diuina prohibet, quatenus diuina sunt: ratione igitur inter se differunt; quamuis igitur in aliquo conueniant, nihil interest, cùm in multis differant, vt suis locis vidimus. Non itidem additio illa mihi probatur; nam exuberatione sua definitionem coarctat, quæ cuilibet speciei non conuenit, sed solùm definitioni interdicti loci, vt per se patet; at definitio, quæ & ad interdictum loci, & ad interdictum personæ pertineat, generatim, à nobis proposita est; ab ea igitur non discedemus: sed iam singulas interdicti species itidem definiamus. † Interdictum ecclesiasticum loci ergo est interdictum, quò diuina ecclesiæ in loco, in
3 quem latum est, aut omnino, aut ne de more fiant, prohibentur, vt ex dictis patet. Interdictum aũt psonæ est interdictũ hoĩs, quo ecclesię diuina illi personaliter prohibẽtur, qui interdictus est. Quibus definitionibus, qua ratione singulæ species differant, facilè intelligi potest; nam interdicto loci, inibi, ne saltem de more diuina fiant, prohibetur; interdicto personæ autem, ne persona interdicta ipsemet per se vlla ratione diuinorum particeps fit, vetatur, vt ex ijs probatur, quæ sigillatim de ipsis egimus. Omitto descriptiones specierum, quæ his speciebus subiectæ sunt; nam ex dictis antea conformari facilè queunt: sed iam ad materiam circa quam itidem communem transeamus.

De homine communi materia circa quam interdicti; & de ijs, quæ inesse ei debent tam necessariò, quàm non necessariò, quò interdicatur, & interdictus absoluatur.

Cap. XIX.

SVMMA.

1 *Homo, cuiuscunque generis, ac dignitatis sit, interdici potest.*

Materia

1 ATERIA verò communis circa quam interdicti hæc scilicet † Homo est, vt asseruimus cap.17.Tab.1.nam & homo interdicto subijci potest argum.c.quia periculosum,& c.dilecto de sent.excom.lib.6. & c.4.& ibi not.de off.ord.eod.lib.6.Id quod locum habet non modò, vbi laicus est, verùm etiam,& vbi clericus arg.c.dilectus filius,& ibi not.Abb.de excess.prælat.& c.3.§.1.& c.ex parte abbatissæ, & c.cùm capella, & c.quanto de priuil.& vt dixit Burgas.in cap. De differentijs,& communicatibus suspensionis, & interdicti part.6.de irregul.& dispens.nu.1. Item locum habet, vel mares, vel feminæ sint, vel indignitate constituti, vt tradidit Cald.de ecclesiast.interd.vers. Circa quintum membrum: idq; iure meritò; nam per interdictum diuina prohibentur; at diuinorum quiuis particeps esse potest. Agendum hic esset de ijs, quæ inesse homini debent tam necessariò, quàm non necessariò, quò interdiceretur, & interdictus absolueretur; sed, quoniam hæc communia ipsi cum alijs censuris sunt, & de ipsis egimus abundè eod.c.17.cũ duob.seq.Tab.1.ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc sumemus; nos autem ad ea transibimus, quæ communia ipsi cum minori excommunicatione, ac suspensione sunt.

SVMMA.

1 *Homo, vt speciatim interdicatur, offensam aliquam fecisse debet, vbi interdicitur, quò puniatur.*

I.

1 §. † Offensam quoq; fecisse homo debet, vbi interdicitur, quò puniatur; nam & interdictum ad pœnam fertur, sicut minor excommunicatiò, atq; suspensio, vt suis locis vidimus: & offensa hæc propria esse debet; alterius enim culpa puniri speciatim non debemus arg.l.sancimus.C.de pœn.& tot.tit.C.ne filius pro patre.Nec repugnat, quod paulò post dicemus, vniuersitates hominum interdici posse, in qua sæpius sunt, qui culpa carent arg. c.Romana. §. in vniuersitatem de sentent.excom. lib.6. nam locum illud habet, vbi vniuersitas hominum interdicitur; non autem, vbi quis speciatim interdicto subijcitur, vt hic: quamobrem autem id fiat, infra suo loco dicemus; ac de materia communi hactenus, ad communem ipsi cum suspensione tantùm veniamus.

De vniuersitate hominum materia circa quam magis propria interdicti; & de ijs, quæ inesse ipsi debent, quò interdicto subijciatur. Cap. XX.

SVMMA.

1 *Vniuersitas hominum interdici potest, vel ecclesiastica, vel non ecclesiastica sit.*

1 ATERIA † quoq; circa quam interdicti, sed propria magis, vniuersitas hominum est; siue ex clericis constet, vt Capitulum ecclesiæ cathedralis, de cuius interdicto habetur in extrauag. Suscepti regiminis ne sed.vac.quæ vniuersitas suspensionis quoq; materia est, vt vidimus cap.13.Tab.4.siue ex laicis, vt populus, collegiaq; laicorum, de quorum etiam interdicto habetur in c.si sententia de sent.excom. lib.6.& in c.quamquam de cens.eod.lib.& in cap.1.de vsur.eod.lib.& in c.vn.de iniur.eod.lib. Vniuersitas verò hæc, siue collegium nil aliud est, quam corpus quoddam ex pluribus hominibus constans vni nomini, quod à grammaticis collectiuum dicitur, subiectis, vt probatur in l. rerum mistura.§.tertium.ff.de vsucap.& vt nos declarauimus cap.12.in hac Tab. Collectiuum nomen autem est, vt populus, gens, plebs, turba, cohors, legio, turma, Capitulum, & huiusmodi generis. Postremò vniuersitates huiusmodi augeri,& minui possunt, & auctæ, minutævè eædem nihilominus remanent,& esse censentur, vt probatur in cit.l.rerum mistura.§.de tertio genere ibi Etsi ea natura,& in l.proponebatur.ff.de iud.& in l.sicut.§. fin.ff.quod cuiusq; vniuersitatis nomine,& in §.si grex in instit.de leg.& in l.grege,& l.si grege. ff.de leg. 1. Vniuersitas igitur hominum interdicto subijci potest: sed iam de ijs, quæ inesse ei debent, quò interdicto subijciatur, contemplemur.

SVMMA.

1 *Vniuersitas non solùm pro suo delicto, ac culpa, sed & pro alterius culpa interdicto subijci potest.*

2 *Vniuersitatis dominus, rectorvè esse debet is, cuius culpa vniuersitas interdicitur, & quamobrem.*

3 *Ciuitas ob delictum episcopi interdicto subijci potest.*

4 *Vniuersitas nec pro sua, nec pro alterius culpa interdicto subijci debet, nisi culpa, delictumvè graue sit.*

I.

§. Quæ inesse deberent ei, qui speciatim interdicto subijcitur ob suã culpã, delictũvè, diximus c.19. in hac Tab. Et, quoniã eadem inesse debent vniuersitati, vbi pro sua culpa interdicitur; ob eam rem, communibus illis omissis, illinc enim facilè haberi possunt,
1 dicitur; ob eam rem, communibus illis omissis, illinc enim facilè haberi possunt, † quę necessariò hic postulentur, & propria vniuersitatis sint, vbi pro alterius culpa, ac delicto vniuersitas interdicto subijcienda est, contemplemur; id enim potest, vt habetur in c. non est de spons. & vt
2 asseruit Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. nu. 4. vers. Adnotandum de sent. excom. lib. 6. † Vbi ergo pro alterius culpa, ac delicto vniuersitas interdicitur, hoc necessariò postulatur, vt is, cuius culpa, delictoq; interdictum fertur, vniuersitatis eius caput, dominus, rectorvè sit, idest iurisdictionem in eam habeat temporalem, ac secularem, vt probatur in c. non est vobis, de spons. & in c. sanè. 2. & ibi not. Felin. de off. deleg. & in c. vbi periculum. §. præterea de elect. lib. 6. & in c. si sententia de sentent. excomm. lib. 6. & ibi not. & in extrauag. super gentes de consuet. & vt asseruit Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. nu. 4. vers. Priùs tamen, quàm de sent. excom. lib. 6. Idq; iure meritò; nam & pœna eorum, qui subiecti sunt, ad ipsorum dominos, ac rectores redundat, ac pertinet, & sic subditorum pœnis domini puniuntur, vt pulcherrimè id exemplis docuit Grat. in c. ecclesia. §. item peccato ciuium. 1. q. 4. Et significauit quoq; id Rom. Pont. in eod. c. si sententia; nam de interdicto vniuersitatis huius agens sic inquit Dummòdo & ipsi propter dominum, rectoremvè puniendum in eis non fuerint interdicti. Ecce hìc dominus, ac rector puniri in interdicto suorum subditorum dicitur; idem quoq; dixit Gloss. in extrauag. dierum crescente malitia in verb. Quomodolibet de pęnit. & Sot. dist. 22. q. q. 3. art. 4. in fin. in solut. prim. argum. lib. 4. etenim hac ratione grauiùs punitur, ex quo & in se, & in suis grauiùs cruciatur. Postremò subiectorum clamore fortasse faciliùs resipiscet, vt dixit Felicianus episcopus Scalensis in Enchiri-
3 dio de censuris cap. 9. de interdicto. † Et hæc, quæ diximus locum habent, vel dominus spiritalis etiam sit, idest iurisdictionem spiritualem habeat, vt episcopus; nam & ob delictum eius, contumaciamvè ciuitas ipsius interdicto subijci potest, vt dixit Gemin. in cit. c. si sententia. §. cęterùm. num. 8. vers. Quæro, an propter contumaciam episcopi, vbi & quosdam alios idem sentientes refert, & Felin. in c. sanè. 2. num. 2. vers. Vtrum propter delictum episcopi, vbi communiter receptum id esse testatur de off. de leg. magis communiter receptum hoc etiam esse inquit Couar. eod. nu. 4. vers. Et idem erit ob culpam. Postremò locum habent itidem non solùm, vbi vniuersitas hominum interdicitur, verùm etiam, & vbi locus vniuersalis interdicto subijcitur, vt sentiunt DD. in cit. c. si sententia; hinc & locus singularis ob delictũ rectoris ponitur, vt habetur in c. 1. de sepult. lib. 6. Hoc ergo in primis postulatur, vbi vniuersitas hominum, vniuersalisvè locus ob alterius culpam, delictumq; interdicto subijcitur, vt eius caput, rector, dominusq; fiet; non autem persona priuata, vt dixit Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 19. vers. Quoniam autem de interdicto, & Couar. eod. nu. 4. vers. Sed ob vnius priuati, vbi quosdam hoc sentientes refert. Alioquin sententia interdicti nulla esset, vt quæ intolerabilem errorem cõtineret argum. c. per tuas de sent. excom. & c. cùm contingat de off. de leg. & c. soler, & c. venerabilibus. §. pen. cum seq. de sent. excom. lib. 6. Quamuis nec tunc facilè interdictum huiusmodi ferri debeat, sed vbi rector, atque dominus corrigi facilè non potest arg. c. non est vobis de spons. & vt dixit Abb. in c. petistis de priuil. etenim non mediocris iactura in diuinis fit, vt optimè id declarauit Rom. Pon. in extrauag. prouidè attendentes de sent. excom. vbi etiam prohibuit, ne propter dominum debita non soluentem eius terræ, vel ciuitas sine præcipua Romani Pont. licentia interdicatur. Quod & in interdicto vniuersitatis hominum locum habere existimauit Ioan. Cald. de interdicto in secundo membro vers. Item quæro, an extrauagans Bonif. quam opinionem vel verissimam ego etiam sequor; quandoquidem grauior pœna tunc est, nam singuli de vniuersitate nusquam diuinis interesse, sacramentaq; recipere

possint;

possunt; fetus autem, vbi locus est interdicto subiectus, vt dicitur in eod. c. si sententia. Ecclesiæ præsides ergo in hoc cautiores erunt. Pro delicto igitur horum vniuersitas cùm hominum, tum
4 locorum interdicto subijci potest. † Verùm ob quam contumaciam, delictumvè rectoris; dominiq; vniuersitas interdicetur? Planè pro graui contumacia, delictoq; id tantùm fiet. Nam sic communi iure factum legimus in c. felicis. §. fin. de pen. lib. 6. vbi interdicto vniuersitas subijcitur, quæ ratione quapiam persecutores Cardinalium adiuuit; & in c. quamquam, vbi eadem pœna afficitur, quando à personis ecclesiasticis portoria, vectigaliaq; exigit, & in c. 1. de vsur. eod. lib. vbi manifestos vsurarios esse in suo permittit, & in Clem. si quis suadente de pen. vbi grauiter in suum episcopum deliquit, & in c. etsi pignorationes, de iniurijs eod. lib. 1. vbi contra personas ecclesiasticas, earumvè bona pignorationes fierent; pro grauioribus culpis ergo interdici vniuersitas tantùm debet. Idem fiet, vbi locus vniuersalis interdicitur arg. c. vbi periculum de electio. lib. 6. & cap. non est vobis de sponsa. in antiq. & cap. sane. 2. de off. deleg. & extrauag. super gentes de consuet. nam in primo casu interdicitur ob formam traditam, non seruatam in electione Rom. Pont. in altero, quoniam rex filijs vxores non restituebat, in tertio, quoniam delegato Rom. Pont. non obtemperabatur; in postremo, vbi Apostolicæ Sedis Legatus non recipitur. In his casibus ergo vniuersitates hominum; atq; locorum communi iure interdicto subiectas esse habemus; & ab homine igitur, qui lex animata est, in huiusmodi casibus, hiscevè grauioribus interdictum in vniuersitates feretur, atque sic dixit Mandosius in prax. commiss. in vlt. in verb. Homines, & contra iam fieri quæritur Sot. dist. 22. q. 3. art. 4. concl. 3. lib. 4. Esset hic agendum de ijs, quæ inesse debent tam necessariò, quàm non necessariò cùm ad interdictum huiusmodi ferendum, tum etiam ad illud tollendum; sed quoniam de ipsis egimus cap. 17. cum duobus seq. Tab. 1. ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc sumemus. Vnum hoc addimus, vbi vniuersitas ob alterius culpam interdicitur; non ipsam vniuersitatem priùs admonẽdam, sed eum, cuius culpa interdictum est ferendum. Is enim, qui contumax est, admoneri debet, vt à contumacia discedat; vniuersitatem verò ipsam contumacem non esse facimus: sed de his hactenus. Verùm vniuersitate interdicta, an vniuersi ex ea interdicti erunt, qui tunc sunt? & quid de ijs, qui eius vniuersitatis esse cœperunt? esseve desierunt? Postremò quid, si populus interdicatur, an clerici interdicti erunt? quæstiones has quatuor in seq. explicabimus, ac priùs primò propositam. Si illud priùs addamus de licentia Rom. Pont. tantùm interdictum in alium ob priuati hominis culpam ferri posse, & ipsum Pont. non facilem ad hoc concedendum esse, vt dixit Couar. in eod. nu. 4. vers. Nisi id fiat speciali commissione.

SVMMA.

1 *Vniuersitate hominum interdicta, singuli ex ea interdicti sunt, etiam infantes adhuc lactentes, mentecapti, siue furiosi, repugnantes, ne delictum committatur, quamobrem interdictum fertur, indignitate positi, immunitates aliquas habentes, alibi etiã habitãtes.*

II.

1 § Quatuor quæstiones explicandas nobis proposuimus, † quarum prior hæc est, an interdicta hominum vniuersitate singuli ex ea interdicti omnes sint. In qua quæstione non nulli existimarunt infantes, mente captos, & qui repugnarunt, quò minùs delictum fieret, quamobrẽ interdictum est latum, interdicto non comprehendi, nec interdictos esse. Primò, quoniam nec decreta, nec statuta, nec banna vulgo dicta obligant eos, qui probabiliter ea ignorant, vt habetur in c. 2. de constit. lib. 6. & c. si. qui matr. accus. poss. ergo idem de interdicto quò ad huiusmodi homines dicemus. Præterea serui, qui, quo tempore dominus occisus est, absentes erant, pœna Sylaniani senatusconsulti non obligantur, vt dicitur in l. 1. §. hoc autem, & §. si quis in villa. ff. de senatusconsult. Sylan. Atqui contrariam sententiam amplexari debemus, vt scilicet prædicti omnes interdicto obligati & ipsi sint; nam & hanc opinionem amplexatus est Io. And. quem refert, ac sequitur Anchar. in c. si sententia vers. Secundò quæro, vbi & quæstio hæc disputatur, & Gemin. in §. cæterùm. nu. 11. vers. Quid si propter delictum, & Phil. Franc. eod. vers. In Gloss. in verb. Domini in fin. de sent. excom. lib. 6. & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 168. vbi ait interdicto populo sontes, & insontes interdictos censeri, & Maiol. de irregul. cap. 20. nu. 1. in fin. cum seq. lib. 3. & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. nu. 7. vers. Tertiò est notandum de sent. excom. lib. 6. Probatur autem primò p cit. c. si sententia; quoniam, vbi vniuersitas interdicto subiecta est, vt pote populus, singulares ex eo personæ interdictæ sunt, vt ibi dicitur; at infantes doli non capaces, &

& huiusmodi ex ea vniuersitate sunt, vt in facto proponitur, ergo & ipsi interdicti erunt: etenim Rom. Pont. non distinguit, sed simpliciter loquitur; ergo nec nos distinguere debemus arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Præterea, si Ecclesia vniuersitate hominum interdicta eos tantùm obligari voluisset, qui in culpa sunt, vel id expressisset, vel, ne vniuersitas interdicto subijceretur, prohibuisset: nam & ob hanc rationem prohibuit, ne vniuersitas excommunicaretur; quippe quæ optimè nosset & eos, qui culpa carent, vniuersitate comprehendi, vt habetur in c. Romana. §. fin. de sent. excom. lib. 6. at neq; hoc dixit; neq; quo minùs vniuersitas interdiceretur, vetuit: ergo nec nos id dicere debemus. Tertiò, qui post interdictum latum vniuersitatis eius esse cœpit, statim & ipse interdictus est, vt in seq. quæstione probabimus, & communis Doctorum sententia hæc est, et tamen hunc culpa vacare manifesto constat; ergo multo magis interdicti esse debent, qui ex vniuersitate interdicti tempore sunt arg. l. quod ab initio. ff. de regul. iur. & c. quemadmodum de iureiurand. Postremò probatur hac ratione, quoniam interdictum fertur etiam pro culpa, ac delicto alterius arg. c. non est vobis de spons. & vt supra vidimus; ergo vniuersitate interdicta etiam, qui culpa carent, interdicti erunt. Nec repugnant iura in initio allegata contra hanc sententiam; nam primò locum habent, vbi pœna in singulares homines fertur, non autem, vbi in vniuersitatem, vt in casu nostro; postremò, ac rectiùs ea locum sibi vindicant in pœnis, quæ non inferuntur pro alterius culpa, ac delicto; at interdictum sic fertur, vt vidimus. Ex his ergo apparet infantes etiam lactentes hoc in interdicto obligari, vt id expressè dixit Nauar. eod. Item doli nō capaces. Item, qui repugnarūt, ne delictum committeretur, quamobrem interdictum latum est. Quartò viros, ac mulieres. Quintò in dignitate positos, vt Marchiones, Comites, Barones; modo ex ea vniuersitati sint, quia. s. & ipsi vniuersitatis eius onera subeunt, & honores etiam ferunt, atq; sic sensit Cald. de interdicto in secundo membro, quem sequitur Syl. in verb. Interdictum. 2. nu. 16. vers. Decimum quintum. Sextò, etiam si alibi habitent, vt pote in suburbijs, & etiam alibi, vt dixit Cald. eod. & Syl. eod. num. 15. vers. Decimum quartum, & Zab. in c. fin. nu. 8. de excess. prælat. vers. Pone, ꝙ aliqui nobiles. Quartò, qui studiorum gratia alicubi commorantur, interdicta vniuersitate, ex qua sunt, vt discipuli, interdicti erunt, quamuis interdicti lati tempore præsentes non adsint. Postremò eos etiam, qui ab omnibus tam rerum, quàm personæ oneribus exempti sunt; nam exemptio illa ad personam, ac res profanas respectum habet, non autem ad diuina, nisi contrarium de mente concedentis constet, atq; sic dixit Cald. eod. in 2. membro vers. Sed quid si existens de populo, & Phil. Franc. in eod. c. si sententia. §. cùm verò in primo not. ibi & idem si tales. In hac igitur quæstione sic concludendum censerem; ad alteram transeamus.

SVMMA.

1 *Vniuersitate hominum interdicta, singuli interdicto subiecti sunt, qui eius vniuersitatis esse cæperunt post interdictum latum & ortu, & domicilij translatione.*

2 *Interdictum vniuersitatis tollitur vniuersitate prorsus extincta.*

3 *Vniuersitatē hominum interdicta, qui de ea vniuersitate non sunt, interdicto non obligantur, etiam si ibi habitent.*

III.

1 § † Altera quæstio est an, vniuersitate hominum interdicta, qui deinceps vniuersitatis eius esse cœpit, interdictus sit, vt pote, vel quia natus est ab hominibus eius vniuersitatis, vel quia cò domicilium transtulit. In qua quæstione breuiter concludimus & hunc, qui post interdictum latum vniuersitatis eius esse cœpit, eo interdicto obligari. Nam hoc sensit Gloss. in cap. si sententia in verb. Non competant, & sequitur eam ibi Phil. Franc. §. cùm verò vers. In Gloss. in verb. Non competant; hanc sentētiam sequitur quoq; Anchar. eod vers. Tertiò quæro, ibi quid è conuerso, & Io. Cald. de interd. in 2. membro vers. Quid, si existens de populo, & Syl. in verb. Interdictum. 2. nu. 10. vers. Nonum, & Abb. in c. quoniam. nu. 1. de off. ord. & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 7. vers. Eandem autem contrahunt de interdicto, & Zab. in c. fin. nu. 7. vers. Circa interdictum personæ representatę de excess. prælat. vbi ait, ꝙ staretur huic opinioni; quamuis de rigore cōtrarium sentiat. Probatur autem primò hac ratione, quoniam huiusmodi hominum adiectione eadem vniuersitas remanet, & mutata non est; & eius vniuersitatis, qui deinceps ex hominibus eius natus est, eòvè domicilium transtulit, factus est arg. l. rerum mistura. §. de tertio, ibi etsi ea natura. ff. de vsucap. & l. proponebatur. ff. de iud.

at eius

at eius vniuersitatis homines vniuersi interdicti sunt, vt dicitur in eod. c. si sententia vers. Singulares ex eo personæ; ergo & hic interdictus erit. Hinc cit. Gloss. in eod. c. si sententia, si centum anni sint, ex quo populus quispiam interdictus est, interdicto non relaxato, populum, qui etiam nunc est, interdictum esse ait. Idq; meritò; nam idem populus nunc esse censetur, qui ab hinc centum annos fuit, etsi ex illis nemo nunc viuit, vt habetur in cit. leg. proponebatur, & vt not. Gloss. in c. habetur. dist. 16. & in c. deniq;. 7. q. 1. si ergo eadem vniuersitas est; &, qui post interdictum latum eius vniuersitatis fiet, interdictus erit. Etenim augumentum eius naturæ est, cuius res aucta, & res, quæ augetur, vt pluribus id probauit Phil. Prob. in Add. ad Io. Mon. in c. quanquam. num. 4. cum multis seq. de elect. lib. 6. & eadem res diuerso iure censeri non debet arg. l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupill. & l. eum, qui ædes. ff. de vsucap. Secundo loco pro hac sententia facit, quoniam, si contrarium diceremus, interdictum hoc vniuersale ab interdicto singulari nô differret; nam, interdicto populo Barbiani exempli gratia, perinde esset, atq; si singuli homines, qui tunc tantùm sunt, interdicti essent; si, qui deinceps ex eo populo esse cœpissent, interdicti non essent; at interdictum hoc singulare est, vt probatur in c. cùm in partibus, & ibi sensit Abb. nu. 1. de verb. sign. ergo, ne lex verbis imposita esse dicatur, &, qui deinceps vniuersitatis fient, interdictos fore dicemus. Postremò interdictum vniuersale hominum se habet, sicut interdictum vniuersale loci; at posito interdicto vniuersali loci, non modò in ecclesijs tunc constructis, verùm etiam & in ijs, quæ deinceps construuntur, diuina prohibita sunt, vt sensit Abb. in cit. c. cùm in partibus. nu. 1. vers. Et est ratio; ergo hac quoq; ratione à proposita sententia non discedemus. Quicunq; igitur ab eius vniuersitatis hominibus nati sunt, hi interdicto subiecti erunt; sicut etiam qui aliunde domicilium eò transtulerût, & vniuersitatis eius facti sunt. Id quod locum habet, vel omnes immutati sint, vt dixit Gloss. in eod. c. si sententia in verb. Non

2 competant, modò per partes mutati sint. † Verùm quid, si vniuersus populus interdictus alicuius loci totus extinctus sit, nemine superstite; an, qui deinceps eò ad habitandum venerint, interdicti erunt? Planè interdictos ipsos non esse censeo. Et hoc ob eam rationem, quoniam ex eo populo, & vniuersitate non sunt, quæ prorsus interijt. Etenim, etsi nauis per partes refecta eadem nauis esse censetur, non tamen eadem esse dicitur, si dissoluta tota sit, & iterum reficiatur: sicut nec etiam domus omnino collapsa, si iterum construatur, vt dicitur in l. quid tamen. §. in nauis. ff. quibus modis vsusfructus amittatur, & in l. inter stipulantem. §. sacram vers. Sicut de ædibus, & ibi not. ff. de verb. oblig. Accedit, quòd collegium esse desijsse dicitur, sublatis omnibus ex eo, vt dixit Gloss. in l. sicut. §. fin. in verb. Nomen vniuersitatis. ff. quod cuiusq; vniuer-

3 sitatis nomine; populus igitur hic interdictus non erit. † Postremò eo interdicto non obligabuntur, qui ex ea vniuersitate non sunt, quamuis ibidem habitent, vbi vniuersitas interdicta, vt probatur in cit. c. si sententia. §. cùm verò vers. Singulares ex eo personæ; ibi enim populo loci alicuius interdicto, singulares ex eo personas interdictas esse Rom. Pont. ait; ergo secus, si non ex eo, atq; sic dixit Anchar. ibi vers. Vlterius quæritur, quid de habitantibus, & Syl. in verb. Interdictum. 2. nu. 14. vers. Decimum tertium, & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 167. vers. Et quando interdicitur solus populus, & Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap. 7. vers. Ab his excipiuntur, de interdicto, & Maiol. de irregul. cap. 20. nu. 2. lib. 3. etenim eius vniuersitatis non sunt. Quare discipuli, qui studiorum gratia Bononiæ commorantur, interdicto Bononiensi populo, interdicti ipsi non erunt, atq; idcirco diuinis officijs interesse, & sacramenta suscipere poterunt: sed de quæstione hac itidem satis; ad tertiam veniamus. Si illud addiderimus, etsi extincta vniuersitate tota, vniuersitas, quæ eò venerit ad habitandû, interdicta nô est; ex vniuersitate interdicta mortui absoluti nô sût, interdictos adhuc esse, nô. n. quò ad corpus saltê vniuersitatis eius esse desierût. Quare, antequâ interdictum tollat, ecclesiastica sepultura carebunt.

SVMMA.

1 *Vniuersitate hominum interdicta homines ex ea interdicti liberantur, statim atque ex ea vniuersitate esse desierunt, vt pote vel quia Domicilium aliò transtulerût, vel Relegati, ad confines vè positi in perpetuum sunt.*

2 *Religionem ingressus ante professionem, si de vniuersitate interdicta sit, an interdicto liberatus sit.*

IV.

§ 1 † Tertia quæstio est, vniuersitate hominum interdicta, quo casu singuli ex ea vniuersitate interdicti sunt, vt habetur in c. si sententia. §. cùm verò de sent. excom. lib. 6, an interdicto

liberetur,qui ex ea vniuersitate est, si eius vniuersitatis esse desierit. In qua quæstione breuiter
concludendum est hunc interdicto liberari. Primò,quoniam idcirco interdicto subiectus iacet,
quia ex ea vniuersitate est;ergo,ex quo eius vniuersitatis esse desijt, & interdicto subiectus esse
desinere debet; nam cessante causa cessat effectus,vt dicitur in c.cùm cessante de appell.& in l.
adigere.§.quamuis.ff.de iur.patron.Prætcrea,qui ex interdicta vniuersitate esse desinit, se habet,
sicut is, qui ciuitatem amittit(nam & hic ex vniuersitate illius ciuitatis esse desinit) at ipse
omnia iura ciuitatis amittit,vt habetur in l.2.§.cæterùm,& in l.amissione.§.qui deficiunt.ff.de
cap.dimin.ergo & de interdicto huiusmodi idem concludemus. Tertiò post interdictum latū in
interdictum incidunt,qui vniuersitatis eius fiunt, vt in proxima quæstione conclusimus,& communis DD.conclusio est;ergo &,qui ex ea vniuersitate esse desinunt,interdicto liberari esse debent, vt quod operatur propositum in proposito, operetur oppositum in opposito arg.l.fin.§.
fin.ff.de leg.3.& facit c.1.de regul.iur.in antiq.& l.nihil tam naturale.ff.eod. id quod eo magis
dicendum est,quòd hic de gratiosa re agitur,ibi verò de re odiosa; atque idcirco illa coarctanda, hæc verò amplificanda arg.c.odia de reg.iur.lib,6. & l.cùm quidam.ff.de lib.& posth. Postremò interdictum hoc in primis inhæret vniuersitati;sed,quoniam in ipsa inutile esset, ideo ad
singulos,qui sunt eius vniuersitatis,transfertur, vt probatur in c.si sentētia.§.cùm verò de sent.
excom.lib.6.ergo, statim atq; quis eius vniuersitatis esse desijt,interdicto liber erit argum,l.&
quia.ff.de iurisd.omn.iud. Nec repugnat,si dicatur, vbi speciatim quis interdictus est,cuiusque
vniuersitatis hic fiat,interdictum remanere; nam ob eam rem illud fit,quoniam interdictum ei
personæ immediatè, & in primis inhæret, sicut in casu nostro inhæret vniuersitati: quamobrem
etiam fieret, si vniuersitas hominum interdicta communi consilio aliò ad habitandum iret,quo
usque absoluatur, interdictā, semper fore, modò vniuersitas illa non extingueretur; qui ergo
ex ea vniuersitate sunt,statim atq, eius esse desierint, interdicto liberi erunt. Quare,quòd, qui
perpetuò exul factus est,aliovè domicilium transtulit, vniuersitatis eius esse desinit, hic interdicto liber erit; atq; sic dixit Anchar.in eod.c.si sententia vers. Tertiò quæro, ibi si verò non fuit
culpabilis,& ibi quid dices,si existens de populo, & Phil.Franc.eod.§.cùm verò in fin. & Cald.
de interdicto in 2.membro vers. Sed nunquid, si aliquis de vniuersitate, vbi rem hanc pluribus
probauit,& Syl.in verb. Interdictum.2.nu.11.vers. Decimum, & Tab.eod.t.nu.11.,& Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.7.vers. Quòd si ex populo, de interdicto,
& Summa Corona in 3.part.cap.9.de interdicto.num.2.in fin. Excipitur tamen is, cuius culpa
interdictum latum est; nam, qꝛ pro speciatim interdicto habetur arg.c.fin.§.illis etiam de sent.
excom.lib.6.& c.penult.§.fin.de priuil.eod.lib.& c.quòd non nullis eod.in antiq.ob eam rem,
2 quocunq; proficiscatur,interdictus hic erit.† Verùm quid,si in monasterium aliquod ingrediatur,an ante professionem interdicto liberatus hic erit? & ordinibus initiari poterit? Feder.de
Sen.cons.32. vbi quæstionem hanc pluribus disputauit, hunc per ingressum monasterij in clerum adscriptum esse sensit; nam ecclesiastica persona hic est, & clericorum priuilegijs fruitur,
vt probatur in c.duo sunt genera.12.q.1. & in c.parochianos de sent.excom. & vt dixit Gloss.
in c.quisquis in verb. Ecclesiasticis. 17. q.4. Hinc cleri nomine non solùm ordinibus initiatos,
sed & religiosos, & conuersos ēt comprehendi dixit Cald. de interdicto in 2.membro vers.
Sed primo casu, ibi Intelligo autem appellatione cleri; nam ad ecclesiam sic translati sunt, vt
propriè de populo esse dici non possint. Hæc Cald. quem sequitur Gemin.in eod.c.si sententia
in fin.prin.& Phil.Franc.eod.& Nauar.in Man.cap.27.nu.167.vers.Quamuis interdictum cleri.Si ergo in monasterium ingressus de populo esse desijt, atq; in clericorum numerum adscriptus est,manifestò concluditur hunc interdicto liberatum esse,vt ex dictis cōstat. Atqui ordinibus hic idem initiari poterit? Communiter concluditur & sine dubitatione à citatis Doctoribus,& ab Anchar.in eod.c.si sententia vers. Tertiò quæro, ibi item quæro,si talis,hunc, postea,
quam professus est, ordinibus initiari posse; at vbi professus non est, de iure huic ordines conferri posse dixit Fed.de Sen.eod. etsi, ne conferantur, consuluit, cui & citati autores assentiuntur. Ego autem sine dubitatione huic ordines administrari posse censeo; nam, si per ingressum
monasterij in clericorum numerum adscriptus est,atque idcirco interdicto liberatus,planè nullam causam video,quamobrem Fed.de hoc dubitauerit, & ordines ei non conferendos consuluerit. Eius tamen sententia mihi probaretur,vbi religionis vestitum nondum sumpsisset. In hac
quæstione igitur sic concludendum censeo;iam ad postremam veniamus.

SVMMA.

1 *Populo interdicto clerus interdictus non est; nec è contrario.*

2 *Familia alicuius interdicta, quinam interdicti sint.*

3 *Clero interdicto, an religiosi interdicti sint.*

V.

1 § † Postrema quæstio est, an populo interdicto clerus interdictus etiam sit. Quam quæstionem, quòd dubitatione caret, vt paucis absoluamus, populo interdicto clerum interdictum non esse concludimus; sicuti nec interdicto clero, populum, vt dicitur in c. si sententia de sent. excom. lib. 6. Si sententia interdicti proferatur in clerum, dicitur enim ibi, non intelligitur, nisi aliud sit expressum in eo; interdictus populus; nec etiam è conuerso: vnde vno interdicto ipsorum, alius licitè admittitur ad diuina. Hæc ibi, ex quibus manifestò proposita conclusio colligitur, atq; sic asserit ibi Gloss. in verb. E conuerso, & communiter DD. ibi not. & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. nu. 6. vers. Est autem ad hæc animaduertendum de sent. excom. lib. 6. Facit quoque c. ex parte de priuil. Probatur id etiam postremò ratione, nam populus, atq; clerus diuersa inter se sunt, vt not. Gloss. & ibi quoq; alij, & de communi DD. sententia testatur Dec. in c. 1. vbi de hac differentia, ac diuersitate disputauit de præb. quamuis ipse contrarium senserit: cuius sententia locum habere potest ex vi vocabuli, non autem ex loquendi consuetudine; id quod tacitò significauit Rom. Pont. in eod. c. si sententia, dum inquit Non intelligitur, quasi dicat communiter, & ex vsu loquendi, qui omnibus præfertur, vt dixit Bart. communiter receptus in l. omnes populi. nu. 58. Iuxta præmissa. ff. de iust. & iur. si ergo diuersa sunt, ergo interdicto populo clerus interdictus non erit, neq; è contrario; nam sic & DD. ac Dec. not. in c. 1. de præb. ex diuersis enim non fit illatio arg. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Quare interdicto clero, laici ordines suscipere poterunt, vt dixit Zab. in c. non est vobis de spons. & locum id non habet post primam tonsuram; nam in clericorum numerum sunt adscripti. Excipitur autem, vbi aliud in sententia expressum est, vt dicitur in eod. cap. si sententia: sed de quæstione hac satis. Quæ autem de vniuersitate, quę ex pluribus constat, diximus; eadem, & de vniuersitate, quæ ex paucioribus constat, dicta esse ob easdem rationes intelligimus.
2 † Quare interdicta familia quapiam, vniuersi, qui ad eam familiam pertinent, vel clerici sint, interdicti erunt, vt dixit Syl. in uerb. Interdictum. 2. nu. 17. vers. Decimum sextum, & Tab. eod. 1. nu. 9. vers. Item secundum, & Felicianus episcopus in Enchiridio de censuris c. 7. vers. Similiter nec populus de interdicto, & Maiol. de irreg. cap. 20. nu. 1. de irreg. lib. 3. Familiam autem hic accipimus congregationem plurium, qui simul viuunt, vniq;, qui totam familiam regit, (serui, liberivè sint) obediunt, vt dixit Syl. in verb. Familia; non igitur sat erit, vt plures necessitudine coniuncti sint; in quam sententiam accipitur l. fin. C. de verb. oblig. quo casu quauis capitis diminutione amittitur, vt dicitur in l. fin.
3 ff. de cap. dimin. † Verùm clero interdicto, an religiosi interdicti sunt? Syl. eod. n. & Maiol. c. 20. nu. 5. cum seq. vers. Potest quoq; de irregul. lib. 3. Religiosos interdictos non esse inquiunt; tum quòd in odiosis clericorum appellatione religiosi non continentur, vt inquit Spec. quem refert Maiol. ibid. tum quòd interdictis religiosis, clerici interdicti non sunt. Contrariam opinionem tamen communiter receptam testatur Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. nu. 8. vers. Quintò de sent. excom. lib. 6. vt scilicet interdicto clero, non tantùm seculares clerici, sed etiam religiosi, & religiosæ, vt verè conuersi interdicti sint: quæ sententia mihi non probatur ob rationes pro altera allatas. Interdictis etiam Doctoribus alienius ciuitatis clerici Doctores interdicti non erunt, vt dixit Syl. ibid. Quamuis contrariam opinionem magis communiter receptam esse testetur Maiol. eod. cap. num. 1. Demum vna vniuersitate hominum interdicta, vel locorum, alia interdicta non erit; quare interdicto populo Bononiæ interdicti non erunt populi oppidorum, quæ sunt in territorio Bononiensi, vt in simili dixit Zab. in cap. fin. num. 8. vers. Pone, quòd interdicitur de excess. præl. quamuis de suburbanis secus, nisi populum alium facerent. Iudex igitur id arbitrabitur, atq; sic dixit Maiol. eod. cap. num. 1. sed de materia communi hactenus; ad propriam eiusdem veniamus.

De locis materia propria circa quam interdicti; & de ijs, quæ inesse ipsis debent, quò interdicto subijciantur: Cap. XXI.

SVMMA.

1 *Loca interdicto subijci possunt, vel vniuersalia, vel singularia sint.*



1 OCA † deniq; materia propria circa quam interdicti etiam sunt; nam & ipsa interdicto subijci queunt, vel vniuersalia, vel singularia loca sint, vt probatur in c.præsenti,& in c.si sententia vers.Cæterùm,& in c.si ciuitas de sent.excom. lib.6.& in c.pen.de off.ord.in antiq.Quare, siue parochia, siue castrū, siue villa, siue ciuitas, siue prouincia, siue regnum sit, in quæ loca interdictum latum generale interdictum dicitur arg.c.cùm in partibus de verb.sig. & vt declarauimus cap.6,in hac Tab.siue ecclesia aliqua,siue plures ecclesiæ singulares sint,quo casu in ipsas interdictum latum singulare interdictum nominatur, hæc in quam loca interdicto subijci poterunt. Agendum hic esset,quæ inesse huic materiæ debent,quò locus interdicto subijciatur; sed quoniam hæc communia loci sunt cum vniuersitate hominū,& de ipsis egimus in superiori cap.§.1.ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc sumemus; hìc autem quæstiones has explicabimus. Primùm,si vniuersalis locus interdicto subijciatur, interdictum hoc quatenus pertineat. Deinde,quid iuris sit,si locus ille augeatur. Tertiò quid, si minuatur. Quartò, si terra alicuius interdicatur,& hic plures habeat,quam interdicto subiectam interpretemur. Quintò, interdicta ecclesia aliqua, quatenus interdictum hoc etiam pertineat. Sextò, si locus interdictus destruatur,an interdictum tollatur. Postremò,an interdicto loco, homines eius interdicto subiecti sit. Hæ sunt quæstiones hìc nobis explicandæ; primam igitur aggrediamur.

SVMMA.

1 *Loco vniuersali interdicto, vt ciuitate, interdicta sunt suburbia, continentiaq; ædificia.*
2 *Suburbia, continentiaq; ædificia ciuitatis interdicta an interdicta sint, si non sint in dominio eius, qui est dominus ciuitatis.*

I.

1 § † Quæstio,quam nobis primo loco explicandam propósuimus, hæc est, si vniuersalis locus interdicto subijciatur,quatenus interdictum illud pertineat.Quam quęstionem vt ordinatim agamus, primò dicimus ipsamet loca interdicta interdicto subiectā esse, vel ciuitas, vel castrum sit; deinde suburbia; tertiò continentia ædificia, si loca interdicta ea habeant, vt habetur in cap.si ciuitas de sentent.excomm.lib.6.Si ciuitas,castrum, aut villa subijciantur ecclesiastico interdicto, dicitur enim ibi,illorum suburbia, & continentia ędificia eo ipso intelligi volumus interdicta. Nam, licet prædicta videantur aliàs murorum ambitu terminari, hoc tamen casu, ne vilipendi valeat sententia interdicti,quod fieret,si posset in ipsorum suburbijs, vel continentibus ædificijs licitè celebrari, vt priùs; expedit interpretationem fieri latiorem. 2
Hæc Rom. Pont. & ibi communiter not.ex quibus manifestò patet nec in suburbijs, nec in continentibus ædificijs loci interdicti diuina fieri posse; itē rō est aperta,quamobrem id statum sit, ne scilicet interdictum ludibrio sit: quod planè contingeret, si ad hæc tam proxima loca interdictum non pertineret. Ac sanè,si interdicto Lugo,ex eo loco homines in sacra æde Beatissimæ Virginis Mariæ, quæ prope eum locum est, & inter continentia ædificia poni potest, diuina audire, ac sacramenta suscipere possent, quis non videt interdictum ludibrio ibi fore? ne igitur hoc contingat (esset enim contra cap.si sententia. §.cùm verò, & ibi not. Gloss. in verb. Careat de sentent.excomm.lib.6.) iure meritò, vt & ad hæc loca interdictum pertineret, cautum est. Suburbium autem, quod vulgo dicitur Borgo, à re ductum nomen habens, quod sub urbe, idest proximum vrbi collocatum sit,est aggregatio ędium plurium proximè post vrbem existentium. Continentia verò ædificia sunt domus sparsim hic, illicvè ædificatę, & vrbana prædia, quæ nec villam, nec suburbium faciunt, non longè tamen à loco interdicto remota, vt declararunt Gemin. Anchar. Philip. Franc. & communiter DD. in cit.cap.si ciuitas. Quatenus autem continentia ædificia pertineant, nec non suburbium, nisi aliundè id constet,

iudex

iudex respectu habito ad rationem propositam, ne scilicet interdictum contemnatur, id metietur, atque arbitrabitur argum. cap. de causis de offic. deleg. & l. 1. ff. de iur. delib. ut dixit Gloss. in eit. cap. si ciuitas de senten. excom. quam sequitur, & communiter receptam esse testatur Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. num. 8. in fin. de sentent. excomm. lib. 6. † Verùm quid, si suburbia, continentiavè ædificia, vel eius loci interdicti non sint, vel non eius iurisdictionis, an nihilominus interdicta erunt? Anch. eò non pertinere censuit in eodem c. si ciuitas vers. Secundò not. nam lex ad ea accommodatur, quæ sæpius accidunt. Contraria tamen sententia mihi verior videtur, vt scilicet eò etiam interdictum pertineat; tum quòd ratio prohibitionis diuinorum, ne interdictum contemnatur, locum habet, cuiuscunq; suburbia, & continentia ædificia sint, vt hoc per se patet, ergo eadem dispositio locum habere debet argum. cap. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. tum quòd opinionem hanc sequitur Cald. de interd. vers. Circa quod si suburbia, & Syl. in verb. Interdictum. 1. num. 5. vers. Quartum, & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. num. 8. vers. Est tamen intelligenda respōsio de sent. excom. lib. 6. Nec repugnat, quod dicit Anchar. legem ad ea, quæ sæpius accidunt, se accommodare, nec etiam verbum illud Illorum suburbia, quasi secus sit, si alterius suburbia sint; nam ad id, quod sæpius contingit, & frequentiùs, legislator se retulit; at, vbi lex de pluribus similibus casibus vnius tantùm mentionem fecit ob frequentiorem eius vsum, & de minùs frequenti idem, quod de frequentiori, statuisse censetur, vt probatur in l. vn. & ibi Gloss. in verb. Sponsam, & communiter DD. C. de rapt. virg. Non repugnat etiam, si dicatur extra territorium ius dicentis interdictum pertinere non posse; nam, ex quo communi iure id statutum est, vt ad hæc loca interdictum huiusmodi pertineat, ei iuri omnes subiecti sunt, vt dicitur in c. 1. & c. fin. de constit. Hinc excommunicatus ab episcopo Imolensi, & à subiectis alterius episcopi vitari ob eandem rōnem dēt arg. c. nuper de sentent. excom. lib. 6. Nec in his locis igit interdicto prohibita fient. Hæc autem, quæ diximus, locum habent, etiam si suburbium non sit de iurisdictione episcopi, eius vè, qui interdictum promulgauit, atque sic asserit Couar. ibidem, vbi & Cald. idem sentire ait, & hoc ob easdem rationes. Excipiuntur tamen loca adhærentia illis continentibus ædificijs; nam ea interdicto subiecta non erunt: alioquin contingeret, loco vno interdicto, vniuersum terrarum orbem interdictum esse, quòd absurdum est; atque sic dixit Cald. eodem vers. Sed nunquid, & Anchar. in cit. c. si ciuitas in tertio notab. vers. Sed nunquid. Hinc ob hanc rationem, nec excommunicatio in tertiam personam transit, vt dixit Gloss. in c. quoniam multos. 11. quæst. 3. nusquam igitur in his locis diuina fient, vel sacra, vel profana sint. Atqui, vbi ab homine interdictum huiusmodi latum est, an suburbia à homine, à iure vè interdicta erunt? Archid. à iure interdicta esse dicit; nam ius ipsum interdictum ad suburbia trahit. Contrarium tamen tenet Ioan. Andr. & sequi videtur Gemin. in c. si ciuitas. num. 11. vers. Quæro, quia textus vult.. Mihi tamen placet prior sententia; nam ex interpretatione iuris id fit, vt dicitur ibi Expedit interpretationem fieri latiorem: quamuis ergo interdictum ab homine feratur, quò tamē & ad suburbia pertineat, iuris interpretatione fit; nam & patronorū tutela ex interpretatione legitima dr̄ in Instit. de legit. patron. tut. sed de qōne hac priori hactenus, ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 *Loco vniuersali interdicto, si aliquid ei addatur, & augeatur, an locus ille adiectus interdictus etiam sit.*

.II.

1 † Altera quæstio est, si interdictus vniuersalis locus sit, & locus alius ei adijciatur. vt pote Regno Galliæ interdicto, comitatus ei adijcitur, an locus adiectus interdictus etiam sit. Philip. Franc. in cap. si sententia in §. cæterùm vers. Sextò tangit, & Gemin. num. 6. vers. Quid, si istę, & Anchar. vers. Sextò not. vers. De quinta quæstione de sentent. excommun. lib. 6. locum adiectum interdictum non esse sensisse videntur; nam interdicta terra alicuius, quòd deinceps hic acquisiuit, interdictum non esse inquiunt. Contrarium tamen suadere videtur, quòd vniuersitate hominum interdicta, qui eius vniuersitatis deinceps fit, interdictus est, vt supra probauimus. Quid igitur concludendum? Ego sic distinguendum censerem. Aut locus adiectus hac ratione adiectus est, vt loci interdicti pars sit; & in hoc casu locum adiectum interdictum etiam esse censeo; nam & regnum, & ducatus, & marchionatus, & comitatus, & huiusmodi vniuersalia loca sunt, vt probauit Bart. in l. si conuenerit. §. nuda. num. 3. ff. de pignor. act. ac propterea

pterea & auctionem recipiunt arg. l. grege. ff. de leg. 1. vt diximus de hominum vniuersitate; sicut ergo, qui fit vniuersitatis interdictæ, interdictus & ipse est, ita & locus adiectus. Aut non adijcitur, vt pars eius sit, sed solùm hac ratione, vt qui interdicti loci dominus est, & adiecti loci dominus sit, vt exempli gratia, qui Ferrariæ Dux est, hic & Barbiani comes sit; & in hoc casu, quoniam locus adiectus pars eius non fit, cui adijcitur, ob eam rem adiectus locus interdictus non erit. Et hoc ob doctrinam Bart. in cit. §. si nuda, vbi asserit locum adiectum alteri, si vnus cum eo efficiatur, cui adijcitur, legibus eius, cui adiectus est, gubernari, aliàs autem non; & in hoc casu locum habebit Doctorum sententia, quos primò citauimus. Aut deniq; ex duobus locis sic locus vnus efficitur, vt alter alterius pars accedens non sit, sed æquè pares ambo sint; & in hoc locus adiectus interdictus non erit; loca enim sic copulata, quæ fauoris rationem habent, non, quæ odij, sibi mutuò tribuunt, vt dixit Gloss. in c. 1. ne sed. vac. & Alex. in l. 1. nu. 10. vers. Vltimò not. ff. de leg. 1. In hac quæstione igitur sic concludendum censerem.

S V M M A.

1 *Loco vniuersali interdicto, si ratione quapiam diminuatur, seu pars ei adimatur, an pars adempta interdicta remaneat.*

III.

1 §. † Tertia quæstio est, si locus vniuersalis interdicto subiectus minuatur, aliquaue pars ei adimatur, an adempta pars interdicta remaneat. Anchar. in cap. si sententia in sexto not. vers. De sexta, & Gemin. eodem in §. cæterùm. num. 7. vers. Quid, si dominus vendidit, & Phil. Franc. vers. Quintò tangit de sent. excomm. lib. 6. & Cald. de interd. in secundo membro vers. Quid, si terra alicuius interdicta alienetur, interdictam remanere inquiunt; nam interdictum onus est, quod loco inhæret, ac propterea transit ad quemcunq;, in quem terra transfertur argum. c. ex literis de pignor. Horum sententiam, vbi locus interdictus totus alienatur, vt verissimam sequor; quandoquidem alienatio interdictum non tollit, sed absolutio. Verùm quid, si pars tantùm alienetur? hoc ipsi prætermiserunt; ego igitur sic distinguerem. Aut locus, qui alienatur, desinit omnino esse de eo loco vniuersali, seu de vniuersitate loci interdicti; & in hoc casu interdicto eũ liberatum esse statim censeo; sic. n. & hominum vniuersitate interdicta, qui ex ea esse desinit, statim liber est, vt suo loco vidimus. Aut vniuersitatis eius esse omnino non desijt, vtpote quia in feudum locus ille datus est, & in hoc casu interdictus remanebit; quippe qui adhuc interdictæ vniuersitatis locus est; & hæc notanda sunt, quoniam Doctores ea omiserunt; iam quartam quæstionem aggrediamur.

S V M M A.

1 *Terra alicuius interdicta, si plures habeat, quæ interdicta sit.*

IV.

1 §. † Quarta quæstio est, interdicta alicuius terra, quæ interdicta dicatur, si plures habeat. Ob hanc quæstionem Ioan. Andr. in nouell. quem referunt, ac sequuntur Anchar. in cap. si sententia, & Gemin. eodem in §. cæterùm, & Philip. Franc. de sentent. excom. lib. 6. quæstiones plures mouerunt. Primùm, an terra dotalis interdicta intelligatur. Item ea, quam pro pignore datam habet. Tertiò ea, in quam habet vsumfructum tantùm, directumvè dominium. Quartò, an ea, quæ communis. Et ad summam sic concludunt, si forma interdicti concepta sit per verba dominium sonantia, vt potè quia dictum est Interdico terram tuam, vel Interdico terram talis, in hoc casu interdictum pertinere ad terram, in qua dominium habet; nam meus, tuus, & huiusmodi nomina possessiua dominium significant argum. l. Quintus. ff. de aur. & argent. leg. sicut etiam genitiuus, atque ob eam rem & dotalem interdictam esse; maritus enim eius dominus est argum. l. doce ancillam. C. de rei vind. & in Instit. in princ. quibus licet alienare, vel non; item & eam, in qua vsumfructum habet, & nudam proprietatem tantùm: quamuis Cald. in hoc postremò contrarium senserit; vt enim in loco diuina ne fiant, magis ad vsumfructum, quàm ad proprietatem pertinet. Si verò dictum sit Interdico terram, quam is tenet, tunc & pignori datam interdictam esse concludunt. Quare Felin. in c. ex tenore. num. 1 1. in vers. Cæterùm ad multa vers. Declara etiam omnia de rescript. & Rot. decis. 8. num. 2. in antiquis de elect. terram, quam de facto quis tenet, interdictam esse inquiunt. Hæc Doctores,

quorum dicta per obscura admodum sunt. Nam aut hic, cuius terra interdicitur, terram vnam tantùm habet; & in hoc casu, quacunq; ratione illam habeat, interdicta erit, quæcunque forma adhibita fit: & hoc ob id, ne interdictum inutile fit argumen. cap. si sententia vers. Cum vero, & facit l. quoties. ff. de rebus dub. Aut plures habet, & in hoc casu, tanquam sententia incerta non valebit, ex quo non terras, sed terram tantùm interdixit. Ego igitur sic distinguendum censerem. Aut hic, cuius terra interdicta est, vnam terram tantùm habet; & in hoc casu, vt proximè diximus, quacunq; ratione illam habeat, interdicta erit, ex quo de alia intelligi non potest argumen. l. nominatim. ff. de liber. & posthum. Aut hic plures terras habet vario iure; & tunc apparet, quam interdicere voluit, & illa interdicta erit, quæcunq; sit argum. c. cùm voluntate de sentent. excomm. & l. non omnis. ff. si cert. pet. Aut non apparet; & tunc, si in vna ex illis absolutum dominium habet, in alijs verò non; prior, & non aliæ, interdicta erit argum l. cum quæritur. ff. de stat. hom. si verò in pluribus absolutum dominium habet, vt sententia incerta, nullæ interdictæ erunt; nam certus esse debet, qui censura irretitur, vt probauimus cap. 17. §. 4. Tab. 1. Et planè mirandum est hoc DD. non animaduertisse; nam, vbi lex plures terras interdicit, non singulorum, sed plurium numero vtitur, vt habetur in extrauag. super gentes de consuet. Aut interdictæ sunt omnes alicuius terræ, & in hoc casu Doctorum sententia, quos citauimus, locum habebit; nam ex interdicti forma, quæ terra interdicta sit, iudicabitur, atq; idcirco communis terra, quæ pro indiuisa habetur, interdicta non erit, vt citati autores eisdem in locis concludunt. In hac igitur quæstione sic concludendum existimarem; quicquid Doctores dixerint, qui rem hanc obscurè admodum, atq; confusè pertractarunt.

S V M M A.

1 Ecclesia interdicta, & capella ipsius, & cœmeterium interdicta sunt.

2 Ecclesia interdicta aucta, per partes vè refecta, interdicta remanet.

IV.

1 § † Quinta quæstio est, interdicta aliqua ecclesia, locove alio sacro, quousq; interdictum illud pertineat. In qua quæstione breuiter concludimus non solùm ipsam ecclesiam, sed eius sacella, quæ vulgo capellæ dicuntur, nec non cœmeterium interdicta esse, vt dicitur in c. si ciuitas de sent. excomm. lib. 6. sed, quoniam de interdicto huiusmodi satis egimus cap. 11. in hac Tab. ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc sumemus. Interdicta non est tamen ecclesia cathedralis interdicta ciuitate ob c. quamuis §. quamquam depræhen. lib. 6. vt ait Staphil. quẽ refert Couar. in cap. alma p. 2. §. 1. num. 4. de sent. excomm. lib. 6. Quod mihi non placet, nam interdictum inutile redderetur contra c. si sententia eod. verum tamen erit dictũ in singulari in-
2 terdicto loci, vbi oẽs ecclesię ciuitatis interdictę sunt. † Verùm quid, si ecclesia interdicta augeatur? Sine dubitatione & quò ad eam partem interdictam esse asserimus; etenim augmentum eiusdem naturæ est, cuius est res, quæ augetur, vt pluribus id probauit Phil. Prob. in Add. ad Ioan. Mon. in cap. quanquam. numer. 4. cum multis seq. de electio. lib. 6. Quid itidem, si paulatim per partes refecta sit, adeò, vt ex priori nulla pars remanserit, an nihilominus interdicta erit? Planè concludendum est & interdictam adhuc esse; nam eadem esse, quæ prius, existimatur argum. l. proponebatur. ff. de iud. & l. quid tamen. §. planè, si per partes. & §. in nauis. ff. quibus mod. vsusfruct. amitt. ibi enim, si ędes per partes refectæ sint, vel totæ nouæ tactæ, sicut etiam & nauis, eędem esse existimantur, vt ibi dicitur, atq; ideirco vsusfructus earum non amittitur, vt habetur in cit. l. quid tamen: ergo idem in re nostra concludendum est ob eandem rationem argum. c. cùm dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. sed de quæstione hac satis; ad sextam veniamus.

S V M M A.

1 Locus interdictus si destruatur, an interdictum tollatur.

VI.

1 § † Sexta quæstio est, an interdictum tollatur, si locus interdictus destruatur. In qua quæstione interdictum sublatum esse concludendum videtur. Primùm, quia ususfructus ædium relictus extinguitur, si ædes ad aream redactæ sint, vt dicitur in l. quid tamen. §. non tantùm si ædes. ff. quibus modis vsusfructus amittatur, & facit l. 2. ff. de vsufruct. & hoc locum habet, vel ex ijsdem cementis, & tignis restaurentur, vt ibidem dicitur, & probatur etiam in l. inter stipulantem. §. sacram vers. Sed si vsque ad aream. ff. de verbor. oblig. & in l. seruitutes. §. si sublatum sit ædificium. ff. de seruit. vrb. præd. ergo idem in casu nostro dicendum est, ex quo, vt in loco diuina ne fiant, impeditio quædam magis vsusfructus, quàm proprietatis esse videtur, vt in simili

sensit Cald. de interdicto in secundo membro vers. Quid, si interdicitur specialiter illa terra. Confirmatur hoc, quoniam ecclesia omnino destructa iterum consecrari debet, vt tradidit Abb. in capit. proposuisti de consecratione eccles. vel altar. Secundo loco probatur sententia hæc, quoniam ecclesia funditus destructa, & iterum constructa eadem ecclesia non dicitur, vt dixit Goffr. in summ. de eccles. ædific. in fin. & eum refert, ac sequitur Ias. in l. inter stipulantem. §. sacram. nu. 30. vers. Quid autem de ecclesia, & Bart. nu. 11. ff. de verbor. oblig. ergo, ex quo eadem ecclesia non est, interdictum sublatum esse debet. Tertio facit, quoniam destructa ecclesia, cui indulgentiæ concessæ sunt, indulgentiæ censentur reuocatæ, vt dixit Palud. quem refert, ac sequitur Nauar. in comment. de Iobelæo notab. 31. num. 36. ibi destructo tamen loco, ergo multo magis interdictum sublatum esse debet; cùm interdictum pœna, atque idcirco odiosum sit, indulgentiæ verò remissiones, atq; idcirco gratiosæ argum. c. odia de regul. iur. lib. 6. & l. Arrianus. ff. de action. & obligat. Postremò interdictum loci se habet ad ipsum locum, vt accidens ad suum subiectum; at subiecto accidentis sublato, & ipsum accidens tollitur argum. l. 2. ff. de vsufruct. ergo & loco interdicti sublato, interdictum sublatum esse dicendum videtur. Atqui contrariam sententiam amplexandam censeo, vt, ecclesia diruta, adhuc locus ille interdictus sit. Primùm, quia homo interdicto subiectus etiam post mortem interdictus est; ergo & ecclesia interdicta, quamuis diruta interdicta erit; non enim diuersa ratio in hoc, atque in illo casu est, ergo nec diuersa dispositio esse debet argum. c. cùm dilecta de confirmat. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad l. Aquil. Item interdicitur ecclesia non ob eos parietes; sed, ne in loco concluso ipsis parietibus, diuina fiant, hoc negari non potest: sic enim & ciuitate interdicta locus, quem ciuitas ambit, vna cum loco suburbij, & continentium ædificiorum interdictus est, atq; idcirco non modò in ædibus diuina fieri nequeunt; verùm etiam nec extra ædes sub dio, tentoriovè inibi fieri possunt, vt probauimus hoc cap. §. 1. ergo idem in casu nostro, atq; ob eam rem nec in cœmeterio ecclesiæ interdictæ diuina permittuntur, vt dicitur in cap. si ciuitas de sent. excomm. lib. 6. quamuis parietibus septum ipsum non sit. Postremò ecclesia destructa nondum refecta adhuc sua priuilegia retinet, vt dixit Alexand. in l. inter stipulantem. §. sacram. in fin. vbi & de communi sententia testatur. ff. de verborum obligat. & sequitur ibi quoque Ias. num. 30. vers. Quid autem de ecclesia, & Felin. in c. cùm dilecta vers. Destructo. num. 97. de rescript. & hoc ob eam rationem quoniam hæc rei inhærent, vt dixit Ias. eod. ergo idem de interdicto dicendum, quod & ipsum loco inhæret. Non obstant modò contraria allegata, quæ me dubium admodum reddiderunt. Non primò illud de vsufructu ædium; nam idcirco destructis ædibus vsusfructus extinguitur, quoniam ædium, & non areæ sublatis edibus vsusfructus legatus erat (alius enim vsusfructus ędium est, & alius areę: ex quo sequitur ędes dirutæ sunt, mirandum non est, si vsusfructus interijt) at ecclesia interdicta ob eam rem subijcitur, ne diuina fiant eo in loco; qui locus non tollitur, quamuis parietibus spolietur, atque ob eam nec ibi diuina sub tentorio fieri, nec Christi fidelium corpora sepeliri poterunt: quod igitur adhuc interdictum suum effectum operatur, non autem vsusfructus ędium adest, quæ destructę sunt, & eamrem non idem de vtroq; statuitur. Non obstat etiam, quod secundo loco dicebatur, ecclesiam destructam, si iterum construatur, eandem ecclesiam non dici; nam hoc nihil officit; tum quòd quò ad iura, quæ rei inhęrent, eadem censetur, & ideirco sua priuilegia retinet, vt supra diximus, atque sic dixit Ias. in cit. §. sacram. num. 30. vers. Quid autem de ecclesia funditus destructa; ergo & interdictum remanebit, ex quo rei inhęret; tum quòd, etsi ecclesia non remanet, remanet tamen locus sub ecclesiæ nomine interdictus; nil aliud enim est ciuitatem, atq; ecclesiam interdicere, quàm diuina eo in loco prohibere, vbi ciuitas, atque ecclesia est. Non repugnat etiam illud de indulgentia, nam idcirco, ecclesia diruta, indulgentiæ tolluntur, quoniam cessat causa, quamobrem concessæ erant; nam, ecclesia diruta, ibi nec diuina fiunt, nec eò homines ad preces fundendas eunt, ex quo diuina ibi non fiunt, & aræ sublatæ sunt, sanctorumq; immagines, ac præsertim Christi domini delectę, & sacrę reliquię inde sunt exportatæ; at, quò frequentius diuina ibi fierent, Christiq; fideles ecclesiam frequentarent, indulgentiæ condonatę sunt: ex quo igitur hęc cessant, diruta ecclesia, iure merito & indulgentiæ tolli debent argum. c. cùm cessante de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. at diruta ecclesia interdicta non cessat causa ipsius interdicti, vel pro pœna, vel pro contumacia latum sit; ergo nec interdictum cessare debet. Non obstat demum illud de accidente; nam, etsi parietes ecclesiæ sublatę sunt; non tamen locus, cui inhęret, interijt. Quare à posteriori opinione discedendum esse non censeo, vt scilicet destructa ecclesia, ciuitateve interdicta,

interdictum nihilominus remaneat, quousque tollatur; quamuis rationes prioris opinionis in initio me plurimùm mouissent: sed de quæstione hac satis, ad postremam veniamus.

SUMMA.

1 *Loco interdicto, an homines eius loci interdicti intelligantur; & è contrario hominibus alicuius loci interdictis, an locus ipse interdictus fiet.*

VII.

1 § † Postrema quæstio est, an, interdicto loco, homines eius loci interdicti sint. In qua quæstione, vt dilucidiùs eam explicemus, duas regulas ponemus; quarum prior de loco, posterior de hominibus interdictis erit. Interdicto loco igitur, eius loci homines interdictos non esse pro certo habendum est; id quod & his rationibus probatur. Primò, quia, vbi ciuitas est interdicta, ciues eius, qui culpa vacant, interdictoq; causam non dederunt, extra eam ciuitatem audire diuina possunt, atq; ipsis interesse, vt dicitur in cap. si sententia de sent. excomm. lib.6. Cæterùm, cùm propter delictum domini, rectorisvè est ciuitas interdicta, ciues eiusdem, qui culpabiles non sunt (dummodo & ipsi propter dominum, rectoremvè puniendum in eis non fuerint interdicti) possunt extra ipsam licitè interesse diuinis. Hæc ibi: si ciues interdictæ ciuitatis igitur licitè diuinis interesse alibi possunt; ergo, interdicto loco, eius loci homines interdicti non sunt, atq; sic not. ibi Gemin. in eodem. §. cæterùm. num.4. vers. Nota, quòd vbi, & Anchar. eodem. num.3. vers. Quintò not. & Abb. in c. non est vobis. num.8. de sponsal. & Burgas. de sententia interdict. num.46. part.6. de irregul. & dispens. & Couar. in c. alma, pars.2. §.1. num.6. vers. His denìq;, & num.8. vers. Quartò hinc constat de sent. excom. lib.6. & communiter DD. quare & alibi ecclesiasticam sepulturam habere poterunt, vt asseruit Couar. ibid. num.6. Postremò facit, quoniam interdictum loci specie differt ab interdicto hominis, ergo interdicto loco, eius homines interdicti non erunt; ex diuersis enim non fit illatio argumen. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Contra sententiam hanc tamen facere videtur c. per exemptionem de priuileg. lib.6. vbi exempta ecclesia, & eius clerici exempti sunt, vt ibi dicitur; ergo idem & hic dicendum videtur. Atqui à priori sententia discedendum non est: nec repugnat ius illud; nam ob eam rem illud fit, quoniam lex hoc se velle ibi declarauit: non enim vi sua, sed priuilegij beneficio clerici illud habent; ergo aliàs secus, nisi speciatim id cautum esset, atque idcirco ad rem nostram non facit: & eò minùs, quòd ibi agitur de re gratiosa, hic de pœna re odiosa, atq; idcirco illinc ad rem nostram argumentum duci non debet argum. c. statutum de electio. lib.6. & c. in pœnis de regul. iur. eodem libro; nisi ergo & homines illi aut interdicto subijciatur, aut interdicto cām dederint, quo casu hi subiecti sūt interdicto, vt dixit Cald. quo cū DD. sentiūt, vt ait Couar. eodē. n.8. & Burgas. vbi supra, interdicti nō erūt. Quare, interdicta ecclesia cathedrali, canonici ipsius interdicti non sunt; ac propterea extra ipsam, etiam vt collegium diuina facere possunt, ita Couar. ibidem. num.8. vers. Sextò, & de priori regula satis. E' contrario itidem, vt posteriorem regulam ponamus, interdictis hominibus speciatim, per vniuersitatemvè loci alicuius, locus ipse interdictus non erit. Primò ob rationem proximè dictam, quoniam interdictum hominum specie differt ab interdicto loci. Deinde ob c. 1. de vsur. lib.6. nam ibi vniuersitate hominum interdicta, si ea in contumacia perseueret, eius terra interdicto statim subijcitur, vt ibi habetur; ergo hominibus interdictis locus eorum interdictus non est: alioquin frustra ibi terra interdicto deinceps subijceretur, quæ iam interdicta erat. Postremò facit eit. c. per exemptionem, vbi, clericis exemptis, ecclesiam exemptam non esse dicitur; ergo multò minùs, hominibus interdictis, eorum loca interdicta erunt argum. c. odia de regul. iur. lib.6. & l. Arrianus. ff. de act. & oblig. atque sic speciatim dixit Gloss. in eodem. c. si sententia in verb. In clerum; nam interdicto clero alicuius ecclesiæ non propter hoc ecclesiam interdictam intelligi ait; atque ob eam rem alios clericos licitè in ea celebrare, & eam Gloss. communiter receptam testatur Couar. in eod. §. 1. num.7. vers. Primùm, quòd interdicto clero. Id quod & iure verum esse, sicut re vera est, inquit Cald. de interdict. in secundo membro vers. Sed circa hoc. Nec repugnat cap. quod nullis de priuileg. vt Couar. censuit; nā ibi de interdicto loci agitur, & sic accipitur ibi illud Commune terræ. Quamuis, quòd audiri voces diuina facientium ab interdictis possent, nec excludi facilè inde valerent, atq; idcirco interdictū violari, ac ludibrio esse cōtingeret, ob id consulat, vt à publica celebratione diuinorū se abstineāt, & sequitur eum Gemin. in eodem cap. si sententia in princ. vers. In fin. Gloss. & Philip. Franc. eodem, & Couar.

ibidem verſ. Secundò. Hominibus igitur interdictis eorum loca interdicta non erunt; nec homines, loco interdicto, atque ſic dixit Feder. de Sen. conſil. 70. & conſil. 208. Quare Gloſſ. in eodem c. ſi ſententia in verb. Interdicti, aliud eſſe inquit interdicere ſolam ciuitatem; aliud ciuitatem, & ciues; aliud ciues tantùm, & ſequitur eam Anchar. verſ. Quintò not. & Gemin. in §. cæterùm verſ. Gloſſ. in verb. Interdicti, & Phil. Franc. eod. quod & inquiunt citati autores in cit. c. 1. de vſur. lib. 6. ſed de materia interdicti hactenus; ad formam, & primò ad eam, quæ ad interdictum ferendum neceſſariò poſtulatur, tranſeamus.

De forma neceſſaria ad interdictum ferendum; & de ijs, quæ neceſſariò ineſſe ipſi debent; eiq́ communia cum alijs cenſuris ſunt. Cap. XXII.

SVMMA.

1 *Forma, quæ neceſſariò adhibetur ad interdictum ferendum tam in hominem, quàm in locum, quænam ſit.*

2 *Forma hac adhibita Suſpendo te ab ingreſſu eccleſiæ, an ſuſpenſio, interdictumvè ſit.*



1 FORMA † deniq; ad interdictum ferendum neceſſaria hæc eſt. Si in ſingularem hominem feratur Interdico, exempli gratia, te, ſeu Titium, hos, vel illos. Si in hominum vniuerſitatem Interdico populum Barbiani. Si verò in locum interdictum promulgetur; vbi in ſingularem locum fertur, forma hæc erit Interdico eccleſiam hanc, vel illam; vbi in vniuerſalem locum, Interdico parochiam, villam, caſtrum, ciuitatem, regnum, & huiuſmodi argum. c. ſi ſententia, & c. ſi ciuitas de ſent. excom. lib. 6. & extrauag. 3. de priuileg. & vt dixit Maiol. de irreg. cap. 20. num. 10. verſ. Illud tamen lib. 3. non enim ſimplex prohibitio de non adminiſtrando fert interdictum, ſed verba hæc Interdico, & Interdicimus, & id generis, vt dixit Specul. quem refert, ac ſequitur Maiol. ibid. quod tamen locum non habere in interdicto alicui perſonæ ſingulari facto, ſed in generali tantùm inquit Maiol. ibid. ſed id non placet ipſi Zab. in c. fin. num. 7. verſ. Circa interdictum perſonæ de exceſſ. prælat. nec etiam mihi, & propterea in hoc iudicis arbitrium ſequemur, ideſt iudex hoc arbitrabitur argum. c. de cauſis de offic. deleg. & l. 1. ff. de iure deliberan. Quamuis Zab. afferat per verbum Interdico cenſuram hanc ferendam eſſe; non enim vt inquit Innoc. quem refert Zab. ibid. interdictum latum dicitur, ſi alicui prohibitum ſit, ne in eccleſia celebret: quod mihi omnino non probatur; quid enim, ſi iudex illis verbis Interdictum ferre voluit? ex rei ergo qualitate, & cauſæ verba interpretabimur. Ad ſummam forma ea verba ſunt, quibus & interdictum ferri ſignificatur; &, in quos (ſiue in hominem, ſiue in locum fertur) apparet; nam, quod & de alijs cenſuris diximus, nec ad interdictum ferendum præſcripta certa verborum forma eſt, vt dixit Syl. in verb. Interdictum. 3. num. 7. & Tab. eod. 3. num. 1. verſ. Sub hac autem forma, & Armill. eod. num. 24. Formam tamen huiuſmodi adhibebimus, vbi vniuerſa interdicto prohibere volumus. At, ſi aliqua tantùm, vt pote ingreſſum in eccleſiam, forma hac vtemur Interdico tibi ingreſſum eccleſiæ, vt habetur in c. is, cui de ſent. excom. lib. 5. & in extrauag. vn. §. alioqui de cenſ. Ad eandem normam, ſi quid aliud interdicto prohibeatur, formam concipiemus, vt diximus de forma ſuſpenſionis cap. 14. Tab. 4. & citati autores proximè eiſdem in locis. † Verùm quid, ſi forma his verbis concipiatur Suſpendo te ab ingreſſu eccleſiæ, vt in c. fin. de offic. ord. lib. 6. an interdictum, ſuſpenſiovè hac ratione feretur? Quid è contrario, ſi dicatur Interdico tibi officium ſacerdotis, ſacramentorumvè adminiſtrationem; an & hic ſuſpenſionem, interdictumvè latum interpretabimur? Ego in his quæſtionibus, in priori interdictum, in poſteriori ſuſpenſionem latam eſſe concludo. Nam verba ſecundum ſubiectam materiam accipienda ſunt argumen. c. intelligentia de verbor. ſignif. & ibi not. Abb. & l. ſi vno. ff. locati, & l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habit. & vt pluribus id aſſeruit Anchar. in c. ſi ciuitas. num. 2. verſ. Quartò not. de ſent. excom. lib. 6. at per ſuſpenſionem quis ſuſpenditur à functionibus clericorum, quatenus ad clericos, atque eccleſiæ miniſtros pertinet; ergo ſuſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpenſio propriè non eſt, ſed interdictum; quod & à diuinis, & ab ingreſſu etiam eccleſiæ nos arcet, vt vidimus, & vt habetur in eodem cap. ſi ſententia,

& in c.cui de sent.excomm.lib.6.idem, si dictum sit Suspendo te à sacramentorum perceptione; nam perceptio hęc nulli ordini eccl.conuenit, & propria est, vt dixit Summa Corona in 3. part.cap.9.de suspens. num.4. Item per interdictum impeditur quis propriè à diuinis actiuè, & passiuè, vt supra vidimus; ergo interdictum officij sacerdotis, & administrationis sacramentorum propriè interdictum non erit, sed suspensio ob ea, quæ diximus. Ad subiectam materiam igitur verba formę censurę ecclesiasticę interpretabimur; etenim non res verbis, sed verba rebus subiecta esse debent, vt dicitur in eod.c.intelligentia, & argum.l.ad recognoscendos.C.de ingen. manumiss. atq; sic dixit Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.12.de interdicto. Quare, si quis suspendatur à communione sacramentorum, & hominum, hic excommunicatus, & non suspensus erit; quoniam excommunicatio communione hac priuat, & non suspensio, vt vidimus suis locis: sed iam de ijs, quæ necessariò huic formę inesse debent, agamus.

SVMMA.

1 *Interdictum simpliciter, ad tempus vè latum quatenus duret.*

2 *Interdictum hoc, quod de ambulatorium dicitur hac forma latum Vbicunq; exempli gratia Titius erit, & quocunq; iuerit, locus ille interdictus sit, quousq; ibi morabitur; an vnum, multiplex vè interdictum sit.*

I.


§ Quoniam, quæ formæ interdicti ferendi necessariò inesse debent, communia quidem interdicto cum omnibus censuris egimus cap.20. Tab.1. communia verò cum suspensio-
1 ne cap.15.Tab.4. † nam et interdictum simpliciter, et ad tempus fertur, sicut suspensio; & ob eam rem quæstiones motas de suspensione, quæ & in interdicto locum sibi vindicant, absoluimus eod. cap.15. ideo consultò illis omissis, ne actum agamus, quæstionem vnam hic disputa-
2 bimus † an scilicet interdictum hoc, quod deambulatorium dicitur, † hac forma latum Vbicunque exempli gratia Titius erit, & quocunque iuerit, locus ille interdictus sit, an inquam interdictum hoc vnum, multiplex vè sit; hac enim forma interdictum latum esse legimus in cap. dilectis filijs de appell. & in cap. non est vobis de spons. & eius etiam mentionem facit Nauar. in man. cap.27. num.166.vers. Exemplum quotidianum est. Quam quæstionem vt paucis absoluam, plura interdicta esse censeo, vt scilicet, quotiescunque Titius alicubi fuerit, interdictus locus ille sit; & eo inde profecto, tollatur; &, si iterum illuc redeat, iterum interdicto locus ille subijciatur. Primò, quoniam, si cuipiam in singulos annos, dies vè, vsusfructus legetur, plura legata existimantur, et singulorum annorum dies cedit, vt in l. vn. ff. quando dies vsusfructus leg. ced nec vnius ann. amissione, alterius anni fructus amittitur, vt dicitur in l.1.§.fin.& in leg. sicut in annos, & in l.repeti.ff.quib.mod.vsusfruct. amitt.ergò & interdictū hoc multiplex erit; ex quò, quotiescunque Titius alicubi est, locus est interdictus; & quotiescunque illinc abijt, interdictum tollitur; et eodem ipso redeunte rursus locus est interdictus. Præterea eadem exceptio rei iudicatæ non dicitur, vbi non eadem res est, & eadem conditio personæ, & ob eandem causam, vt dicitur in l.cùm quæritur cum duab. sequent. ff.de exception. rei iud. ergò, ex quo, Titio eodem redeunte, idem factum non est cum primo, ob eam rem nec interdictum illud primum erit. Nec repugnat, si dicatur per vnam sententiam latum esse; nam, ex quo interdictum latum est toties, quoties eò iuerit, tot interdicta esse censentur, quoties iuerit. Sic enim & sententiæ tot esse existimantur, quot capita ipsa sententia continet arg.l.scire debemus.ff.de verb. oblig. Non repugnat etiam l.cum alijs.C.de curat.fur. vbi curator furioso datus, etsi furore durante administrare potest, cessante autem furore administratio ei prohibetur; et iterum adueniente furore, administrationem recipit, & tamen vna cura est, vt ibi dicitur; nam curator ille simpliciter datus est; at hic ad tempus, quousque scilicet Titius ibi erit, atque adcirco eo abeunte, ipso iure tollitur, vt inquit Gloss.in eod.cap.non est vobis in verb. Donec; ergo, si illuc redeat, quò locus interdictus iterum sit, interdictum aliud adesse debet, priori sublato. Postremò precipuus casus ille est; ergo ad rem nostram non pertinet arg.cap.non ne de præsumpt. vel igitur interdicatur locus aliquis, quotiescunque ibi fuerit; vel locus, ad quem iuerit; non vnum interdictum, sed plura erunt. Agendum etiam hic esset de formâ non necessaria interdicti, sed quòd egimus de ipsa cap.21.Tab.1. ob eam rem. quæ huc pertinent, illinc sumemus: sed iam de forma, quæ ad interdictum tollendum adhibetur, agamus; cùm tñ priùs absoluerimus quæ-

ſtiones non nullas antea à nobis non explicatas. Sciendum igitur eſt ſtylum curiæ hunc eſſe, de quo reſtatur Caſſador.deciſ.2.num.3.& deciſ.3.nnm.4.& deciſ.4.nnm.9.de locat. & conduct. quem refert, ac ſequitur Nauar.in man.capit.23.nnm.104.verſ. Facit etiam, vt penſionarius, in quem in initio conſtitutionis penſionis excommunicatio ipſo iure lata eſt, ſi ad præſcriptam diem penſionem non ſoluerit, in excommunicationem non incidat, eſto ad dictam diem non ſoluerit, & multum temporis deinceps abierit, antequam is, cui penſio debetur, declaret ſe velle illum in excommunicationem incurrere, adeò quòd, ſi ante declarationem aut pēſionem ſoluat, aut conueniat cum eo, cui penſionem debet, aut moriatur, nunquam in excommunicationem hunc incidiſſe cenſeatur. Contra verò, ſi is, cui penſio ſoluenda eſt, poſt diem ad ſoluendum præſcriptam non præſtita ſolutione declaret aut ſtatim, aut poſt multum temporis ſe velle penſionarium in excommunicationem incurriſſe, excōmunicatū à die ſolutionis eā fuiſſe exiſtimetur. Hoc ſtylo ſtante, quæritur primò, qua ratione ſtylus hic nitatur, ex quo excommunicatio, ac reliquę cenſurę purè latæ pendere non poſſunt, vt habetur in cap. ad hæc quoniam de appell. nec retrotrahuntur, vt ſuo loco vidimus. Ad hoc reſpondetur ſtylum hunc ea ratione niti, quoniam Romanus Pont. ſciens eum tollerat, ac probat. Nec repugnant propoſita contraria; nam, vt excommunicatio purè lata ſtatim obliget, & non pendeat, nec retrotrahatur, de iure canonico antiquo eſt, ac propterea de iure humano, & non naturali, nec diuino, vt dixit Nauar. ibidem, cui iuri canonico Romanus Pont. præeſt; meritò igitur ab eodem tolli poteſt aut alio iure ſcripto, aut non ſcripto, vt habetur in capitul. fin. de conſuet. & de quæſtione hac ſatis. Altera quæſtio eſt, ſi poſt elapſam diem ad ſoluendum præſcriptam penſionarius diuina deinceps ſecerit, an irregularis fiat; ſi is, cui ſoluēda penſio eſt, declaret deinceps ſe velle illū excommunicatum eſſe. Quò ad quæſtionem hanc etiam breuiter reſpondetur irregularem hunc non eſſe ſaltem in foro conſcientiæ; ex quo is, cui penſio ſoluenda eſt, non ſtatim eum excommunicatum eſſe velle declarauit, & exiſtimare pōt penſionarius nolle ipſum excommunicare, atque ob eam rem, ex quo bonam fidem habuit, diuina faciendo nec ſe irregularem factum eſſe argu. c. Apoſtolicæ de cleric. excom. miniſt. tum quòd nec irregularis is fit, qui appellauit à declaratione excommunicationis, quam non valēre opinabatur, vt declarauit Felin. in cap. Rodulphus. num.43. de reſcript. nec is, qui ante excommunicationem latam appellauit, & ſuæ appellationi fidens diuina celebrauit; quamuis deinceps declaretur malè appellaſſe, atque idcirco excommunicationem poſt appellationem latam valuiſſe, vt aſſeruit Gloſſ. communiter recepta in cap. ſolet de ſeutent. excomm. lib.6. tum quòd, vt inquit Abb. in c. poſtulaſtis, §. verùm de appell. & communiter non nulli alij, quos refert Nauar. ibidem, irregularitas hæc non contrahitur, niſi ob contemptum; quæ in hoc eſſe non cenſetur, quia fortaſſe aut ſoluere non potuit, aut cum eo conueuire ſe poſſe cenſuit, aut bonitati eius fiſus eſt; irregularis igitur non erit, quamuis beneficiorum collationes ei factæ fortaſſe non valebunt ob ea, quæ tradunt DD. in cit. capit. Apoſtolicæ, quod tamen cogita; & de quæſtione hac itidem ſatis. Tertia quæſtio eſt, quid iuris de alijs inferioribus à Romano Pontifice, an ſic excommunicare poſsint per ſententiā, ſtatutúvè; nam in priori quæſtione de ſtylo Romanæ Curiæ à Pontifice Maximo egimus: non enim, ſi inferiores iudices id agant, Romanus Pontif. id ſcire, & probare exiſtimatur argum. cap.1. de conſtitut. lib.6. Ego inferiores iudices id non poſſe cenſeo; tum quòd, ex quo de iure canonico cautum eſt, vt excommunicatio purè lata ſtatim obliget, inferiores derogare ei nō poſſunt argum. c. cùm inferior de maior. & obed. tum quòd illi iuri inferiores ſubditi ſunt, vt habetur in c.1. & fin. de conſtit. in antiq. in hac igitur quęſtione ſic concludendum cenſerem. Verùm quomodo ſtabit ſtatutum epiſcopi, quo cautum eſt, vt clerici in ſuſpenſiones incidiſſe non cenſeantur, quæ ipſo iure, ac purè per ſtatutum latæ ſunt, antequam epiſcopus declaret ipſos incidiſſe? Stabit hac ratione, quoniam perinde erit, ac ſi ſuſpenſiones latæ ſint poſt declarationem; & ſic non retrotrahentur, nec pendebunt; ac de his hactenus.

De forma ad interdictum tollendum necessaria; & de ijs, quæ necessariò inesse ipsi debent; eiq; cum alijs censuris communia sunt. Cap. XXIII.

SUMMA.


1 *Forma ad interdictum tollendum necessaria quænam sit.*
2 *Interdictum non tollitur; propterea quòd ab eo non seruatur, qui illud tulit.*
3 *Absolutio interdicti quando non requiratur.*

1 ORMA † verò ad interdictum tollendum necessaria hæc est. Ego absolno te à vinculo interdicti, vel Reuoco, vel Remoueo interdictum, in quod incurristi ob talem causam (quamuis expresśio causæ necessaria non sit, vt probauimus cap.30.§.2.Tab.2.)atq; sic dixit Syl.in verb. Interdictum.3.num.12.quæst.9. & Tab.eodem.3.num.4.vers.Aliàs sententia,& Armill. eodem.31.idem sensit Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.21.de interdicto, vbi & formam vsitatam eccl.ponit, & communiter DD. & ad summam ea verba sunt, quibus interdictum tolli significatur. Etenim, sicut ad interdictum ferendum præscripta certa forma non est, ita nec ad ipsum tollendum, vt probauimus cap.20.Tab.1.hinc Burgas.de sententia interd. num.57. part.6.de irregul. & dispens. solo verbo absolutionem interdicti ab homine lati tribui posse dixit. Necessariò autem inesse ei debent, quæ eodem cap.inesse ei debere diximus. Quare verbis exprimi debebit, vt dixit Syl.& Tab.eod.& Cald.de intredict.in quinto membro in fin.ibi sed vbi proferens; nam sicut verbis fertur, ita & verbis tolli debet argum.c.1.de reg. 2 iur.in antiq.& l.nihil tam naturale.ff.eodem. † Verùm quid, si is, qui interdictum protulit, sic dixit Vbi non obseruo interdictum, tunc intelligo illud relaxare; an hac ratione nullis alijs adhibitis verbis interdictum relaxatum intelligetur, si ille interdictum non obseruet? Cald.eod. interdictum relaxatum esse dixit,& sequitur eum Syl.in cit. quæst. 9. Quorum sententia mihi non probatur; tum quòd, quando ea verba profert, interdictum tollere non vult, sed qua ratione illud tollere velit, significat, vt hoc per se patet; tum quòd, vbi interdictum non seruat, nullam absolutionis formam profert, ergo sublatum non erit; nam verba necessariò postulantur, vt proximè diximus: alioquin &, qui cum excommunicato à se versaretur, absoluere illum diceretur contra cap.cùm desideres de sent.excomm.nam, Romano Pont.excepto, reliqui verbis aptis absolutionem censuræ tribuere debent. Sicut igitur solo facto interdictum non fertur; ita nec solo facto tollitur, vt probauimus cap.20.§.2.Tab.1.verborum forma ergo ad interdictum 3 etiam tollendum necessariò postulatur. † Excipitur tamen primò, vbi ob contumaciam, ad tempusvè interdictum latum est; nam contumacia cessante, temporeq; elapso, ipso iure interdictum tollitur, vt dixit Syl.eadem quæst.9.num.13.vers.Secundum,& Felicianus episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris cap.20.de interdicto; & nos cap.2.in hac Tab. Postremò, vbi quis per vniuersitatem interdictus est; nam, vel locus, vel homo sit, statim atque eius vniuersitatis esse desijt, interdicto est liberatus, vt diximus cap. 21.§. 3. & cap. 20. §.4. in hac Tab. Agendum hic esset de ijs, quæ huic formæ inesse debent, sed non necessariò, item de forma non necessaria; sed quoniam priora haberi possunt ex cap.21.Tab.1.& ex cap.30.§.2.Tab.2.& forma non necessaria propria nulla est; &, quæ post absolutionem adhibetur, generatim posuimus cap.24.Tab.1.ideo, ipsis omissis, ad accidentia tandem, quæ ab ipsis causis emanant, veniamus.

De accidentibus, quæ à causis interdicti emanant. Cap. XXIV.

SUMMA.

1 *Necessariò an interdictum institui debuerit,*
2 *Propositum instituentis interdictum quodnam fuerit in ipsius institutione.*


E accidentibus, quæ à causis interdicti emanant, acturi omittimus, quæ ab efficiente causa humana proficiscuntur; de ipsis enim egimus in Tab. 1. ea tantùm, quæ à reliquis emanant, contemplaturi, & priùs, quæ à fine. Hæc autem
1 sunt, primum † necessitas institutionis, idest an necessariò institui interdictum
2 debuerit, id quod necesse non fuisse probauimus cap. 25. Tab 1. † Alterum est propositum quò ad interdicti institutionem; quod planè, omisso communi, fuit interdicere diuina ecclesiæ modò omnia, modò partim, vt ex ijs patet, quæ de effectibus diximus. Causa demum huius propositi, quę est vtilitas, habetur in cit. c. 25. & c. 5. §. 1. in hac Tab. sed de accidentibus, quæ ab efficiente causa emanant, hactenus; ad accidentia materiæ veniamus.

SVMMA.

1 *Species interdicti proximæ duæ sunt hominis, & loci respectu habito ad eum, qui interdicitur.*

2 *Species interdicti hominis duæ sunt; cuius altera est hominis singularis, altera vniuersitatis hominum.*

3 *Species interdicti loci duæ sunt; cuius altera est loci vniuersalis, altera loci singularis.*

4 *Species interdicti respectu habito ad ea, quæ interdicto prohibentur; duæ sunt; quarum altera omnia prohibet, altera quadam tantùm; & hæc sub se tot species habet, quot ea sunt, quæ prohiberi possunt.*

I.

1 § A materia interdicti vero diuisio eius exoritur, quot scilicet interdicti species sint. † Quæ respectu quidem habito ad eum, qui interdicto subijcitur, duæ sunt, scilicet hominis, & lo-
2 ci, vt vidimus, cap. 5. in hac Tab. † Et, quoniam interdictum hominis fertur aut in singulos ho-
3 mines, aut in vniuersitatem hominum. † Sicut etiam interdictum loci aut in singularem locum, aut in vniuersalem locum; ideo singulæ propositæ species duas sub se species habent, de quibus
4 egimus cap. 6. & cap. 12. in hac Tab. † Respectu autem habito ad ea, quæ interdicto prohibentur, species totidem duæ sunt; nam aut omnia per interdictum prohibentur, de qua specie egimus cap. 6. & cap. 12. aut aliqua, de qua egimus capit. 16. in hac Tab. & huius speciei tot sunt species, quot diuinorum species numerantur, atq; sic sensit Gloss. in extrauag. dierum crescente malitia in verb. Interdicto ecclesiastico de pen. Et quamuis species hę separatæ sint tam loci, quàm hominis; tamen eodem tempore & interdictum loci, & interdictum hominis ferri potest, vt probatur in cap. si sententia vers. Cęterùm de senten. excom. lib. 6. & hoc est, quod in Man. cap. 27. num. 166. dixit Nauar. interdictum triplex esse; locale tantùm, personale tantùm, locale, & personale simul; quæ & sic lata naturam tamen suam non mutant, sed vnumquodq; operatur, sicut operaretur, si separatim latum esset, vt id etiam sensit Nauar. eod. num. vers. Exemplum quotidianum: sed de accidente hoc satis; ad accidentia, quę à forma emanant, tandem veniamus.

SVMMA.

1 *Interdictum ecclesiasticum quamobrem sic nominetur.*

IV.

§ De accidentibus tandem interdicti, quę à forma emanant agendum nobis hic esset; sed, quoniam de ipsis egimus abundè in Tab. 1. cap. fin. ob eam rem superest, vt, quamobrem
1 interdictum sic nominetur, hic explicemus. † Nomen igitur hoc Interdictum est nomen ductum à verbo Interdico, quod significat Prohibeo, vt habetur in Dictionario in verb. Interdico, & probatur in §. exhibitoria in vers. Sunt tamen in Instit. de interdictis, & vt dixit Zab. in c. fin. num. 7. vers. Quia hic de interdicto, ibi Ad aliud, vnde dicatur de excess. prælat. & Couar. in c. alma, pars. 2. §. 1. num. 1. de sent. excomm. lib. 6. Hinc exules, banniti vulgò nominati interdicti dicuntur, quoniam in patriam reditus ipsis prohibitus est argum. l. relegatorum. ff. de interdictis, & relegat. Hinc prohibitus à lege, ne bona sua alienet, interdictus dicitur argumen. l. is, cui bonis. ff. de verbor. oblig. Sicut etiam prohibitus postulare, & officium suum exercere, vt probatur in l. moris, & l. fin. ff. de pœn. & §. Imperator. ff. de postul. cum simil. ex quo patet, quamobrem pœna hæc interdictum nominetur; nam, quòd per ipsum diuina ecclesiæ prohibentur, vel

vel hominibus, qui eius vinculo constricti sunt, vel in locis, in quæ latum est; ob eam rem Ecclesia pœnam hanc interdictum appellauit, atq; sic dixit Rip. de constit. in rub. num. 37. & Burgas. de sententia interd num. 1. pars 6. de irregul. & dispens. & Zab. & Couar. ibidem, & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 164. & communiter DD. Nec repugnat, quod dixit Imperator. §. 1. de interd. in instit. nam de alia specie interdicti agitur, vt ibi manifestò conspicitur; ac de interdicto ecclesiastico, censurisq; alijs hactenus.

Hæc habui, quæ de censuris ecclesiasticis in medium afferrem; in quibus quantum profecerim, aliorum sit iudicium. Ego illud pro certo affirmare possum, quò nihil intactum remaneret, me nihil studij, nihil diligentię, quãtum in me fuit, prętermisisse. Testis mihi optimus R. admodum D. Franciscus Scardanus, vir cùm honestis, Christianisq; moribus ornatissimus, tum omni liberali doctrina politissimus, qui suam operam in opere ipso sępius describendo nauiter pręstitit. Testes vigilię, atque insomnes à me ductę noctes. Quę tamen omnia semper ad laudem, & gloriam Sanctissimæ Trinitatis, ac Beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum; nec non S. Stephani Gloriosi Protomartyris, cuius parochiæ animarum cura ad me pertinet, in qua hęc omnia commentatus, ac meditatus scripsi. Quare, si quid Christianę religioni, ac fidei repugnans huc obrepsit, quod quidem Deum testor sciens non feci, nec quid tale in mentem vnquam mihi cecidisse Dei benignitate memini, Sacrosanctę Romanę Ecclesię, quod & hactenus feci, humiliter, ac piè subijcio; atq; à me pro non dicto haberi omnino, ac semper volo.

Errata verborum, si qua interuenerunt, omittimus; quoniam nec rerum, quę pertractantur, sententiam tollunt; nec lectorem vel mediocriter in literis versatum offendere possunt.



F I N I S.



REGISTRVM,

a b c, ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn
Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz,

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk
Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq.

Omnes ſunt Terniones, præter c, qui
eſt quaternio.

L'Opera è in tutto fogli 196.



BONONIÆ,
Apud Io. Roſsium. MDXCIIII.